BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
36/17
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

592730.

CONSILIORVM

Seu

RESPONSORVM IN CAVSIS GRAVIS-ſimis redditorum,

D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS, I.C. PRÆSTANTISSIMI,

DIFFICILIMAS QVASQVE QVÆSTIONES IVRIS, AC controuerſias forenſes, in qualibet iuris materia quotidie occurrentes, ex vtroque, Cæſario & Pontificio iure, communibusque Iuriſconſultorum placitis, ſeu ſententiis, dexterrime definientium, ac decidentium,

Liber VII.

OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS, LEGVM PROFESSORIBVS, omnibuſque in Scholis, ac foro verſantibus, perutile, ac neceſſarium, diuque deſideratum.



Francoforti ad Mœnum, cura & ære RVLANDIORVM.

M. DC. IX.

Digitized by Google

ELENCHVS ARGVMENTORVM SINGVLORVM CONSILIORVM, QVÆ IN HOC LIBRO SEPTIMO CONTINENTVR.

Conſ. 736.

DE intellectu l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtit. an exemplaris ſubſtitutio non expreſſa, procedat in muto & ſurdo à natura, ex coniecturis, an vero fideicommiſſaria cenſenda ſit. Et cur in pupillari pater tantum ſubſtituat, in exemplari etiam mater; & an licentia Principis requiratur, vt pater poſſit teſtari pro filio ſurdo & muto à natura. An ſub expreſſa vulgari contineatur tacita exemplaris: Item de primogenitura eiusque præcellentia: Item an & quando prohibitio alienationis extendi poſſit ad legitimam iure naturæ debitam. Et an verba expreſſa requirantur ad inducendam exemplarem ſubſtitutionem, vel non. An bona fratris prædefuncti ſint diuidenda inter fratres pro virili, vel pro hereditaria portione. Et licentia inæqualiter filiós inſtituendi, an etiam in ſubſtitutione locum habeat. Et an & quaodo æqualitas ſit inter filios ſeruanda. pag. 1.

Conſ. 737.

An & quando res emphyteutica poſſit in dotem dari ſorori à fratre ad eam obligato ſine conſenſu domini, & ſine ſolutione Laudemii. An inueſtitura facta alicui pro ſe, & filiis, & nepotibus, contineat filiam, & neptes inueſtiti. pag. 13.

Conſ. 738.

An fideiuſſor promittens præſentare aliquem in caſu licentiæ, extra domum, ſibi pro carcere aſſignatam, inciderit in pœnam, illo ſine licentia domum egreſſo. Et an licentia præſumatur data commoranti per quatuor annos in prouincia, & quando præſumatur licentia Papæ in teſtamento Cardinalis; an & quando promittens coram vno Iudice, poſſit coram alio moleſtari ad pœnam promiſſam. pag. 17.

Conſ. 739.

Subſtitutio an & quando expirare dicatur, & quando fideicom. inductum dicatur fauore familiæ, & agnationis conſeruandæ, de filiis in conditione poſitis, an & quando ex teſtamento cenſeantur vocati. pag. 20.

Conſ. 740.

Si teſtator digniorem ex deſcendentibus inſtituerit, quis cenſeatur dignior: an comitatus, item militia ſit dignitas. Item de dignitate ætatis, doctrinæ, patriæ. Et an dignitas patris tranſeat in filium. Item de nobilitatis, primogenituræ, ac diuitiarum dignitatibus, quænam ſit præferenda. pag. 27.

Conſ. 741.

De equeſtri dignitate: an nobilitas recte dignitas appelletur: & an nobilitas patris deſcendat in filium. Item an & quando ſecundogenitus primogenitus dicatur. Et quando nepos ex primogenito plerunque ſecundogenitum excludat. Et an & quando appellatio prohibita, reſpectu principalis actus, intelligatur etiam reſpectu connexi, & acceſſorii. Tertius quis dicatur. & an, & quando appellare poſſit, & an, & quando à tribus ſententiis conformibus appelletur. An libellus ſit de ſubſtantia iudicii, & ex quibus ſententia annulletur. pag. 31.

Conſ. 742.

Teſtamentum nocte factum, & in quo pater filiam in ſola dote inſtituit, an valeat. Et teſtamentum prius habens clauſulam derogatoriam, an, & quomodo reuocari poſſit per poſterius teſtamentum, in quo inſtitutio filiæ facta eſt ſub conditione, quæ non erat in poteſtate teſtatoris. Item in quo pater vel mater filiam odio mariti ab hereditate repellit, an valeat. pag. 35.

Conſ. 743.

De pœna percutientis aliquem in eccleſia ſub celebratione ſacrorum. De delicto ex propoſito, vel caſu commiſſo vel calore iracundiæ. Item de pœna occidentis fugientem percuſſorem. pagin. 39.

Conſ. 744.

An in ſubſtitutione de filiis maſculis veniant nepotes, ſcilicet filii filiorum. Et de fideicommiſſo, quando intelligatur inductum: & an & quando dicatur fauorabile, & de coniecturis id inducentibus. pag. 41.

Conſ. 745.

An & quando quis in propria, vel conducta domo, aut in Apotheca ſub aliena, vel domo habitationis ſita, capi poſſit. Habitare, & domicilium habere vbi quis dicatur. Cautio tam ante, quam

poſt capturam præſtita, an ab ea liberet. Suſpicio fugæ, an per iuramentum probetur, ad obtinendam capturam perſonæ. pag. 45.

Conſ. 746.

An mater in ſubſtituta filiæ pupillariter, quoad vixerit, tranſiens ad ſecunda vota, poſſit detrahere legitimam, vel Trebellianicam, vt heres filiæ, in pupillari defunctæ, aduerſus ſubſtitutos ipſi matri. Et quid ſi tranſiens ad ſecunda vota filiis tutorem intra annum non petierit. De ſtatuto Ferrarienſi, quod nemo bona immobilia eius loci, in forenſem alienare poſſit, eiusque intellectu, an in ſucceſſionibus, & vltimis voluntatibus locum habeat. Et an mater relicta vſufructuaria, aut ad vitam inſtituta, fideiuſſionem de bene adminiſtrando, &c. præſtare, cogique poſſit, ad vendendum bona quædam ex hereditate, in qua vſumfructum habet, vt debita ſoluantur. pag. 48.

Conſ. 747.

De vxore in vſufructu à marito inſtituta, quæ cautionem Mutianam præſtare neglexit, an fructus à die mortis teſtatoris, vel præſtitæ cautionis conſequi debeat, & ob omiſſionem cautionis in integrum reſtitui poſſit. Item an a duabus ſententiis conformibus contra ſe latis, non obſtante ſtatuto Bononienſi, appellare poſſit. An executio duarum conformium impediri poſſit per exceptionem nullitatis. Et an, & quando ſcindi poſſit legatum vſusfructus, adeo vt quoad tempus debeatur, & quoad aliud non. Item animus quomodo declaretur. Quid requiratur, vt reſtitutio in integrum competat, & coram quo ſit petenda, &c. pag. 49.

Conſ. 748.

Teſtamentum peſte ægrotantis, quas ſolemnitates, & quot teſtes requirat. Et quid requiratur, ſi quis noctu teſtetur. Item an teſtamentum inualidum, per tranſactionem filiorum teſtatoris in vim pacti validari, & per talem tranſactionem fideicommiſſum induci poſſit. Item an conceſſa poteſtate alienandi, & ad libitum diſponendi, fideicommiſſo cenſeatur renunciatum. Et quando in ſucceſſionibus, & fideicommiſſis filius ſubintret locum patris defuncti. Item, an & quando transmittatur fideicommiſſum. pagin. 60.

Conſ. 749.

Statuto diſponente, quod filiæ non ſuccedant cum fratribus & fratrum filiis, an admittantur, non exiſtentibus fratribus, nec fratrum filiis, ſed ſolum patruis, ſi in ſtatuto dicatur, quod debeat intelligi, vel obſeruari, prout verba ſonant. Et quod ſtatutum locum habere debeat vſque ad quartum gradum. Item, an per non vſum, ſeu contrarium vſum ſtatuta tollantur. pag 64.

Conſ. 750.

Filio inſtituto, eique ſine filiis decedenti patruo ſubſtituto, eique pariter, ſi ſine filiis decedat, proximioribus agnatis maſculis ſubſtitutis, ſi patruum ſine filiis, teſtatoris autem filium relicta filia, decedere contingat, an ad ipſam vel proximiores agnatos hereditas pertineat. pagin. 66.

Conſ. 751.

Tertio de re emphyteutica ab Epiſcopo inueſtito, an priores emphyteutæ, eorumve heredes in prima inueſtitura comprehenſi renouationem inueſtituræ ab Epiſcopo petere, & rei emphyteuticæ poſſeſſionem repetere poſſint, & an Epiſcopus ad talem renouationem, vel ad intereſſe teneatur. Item an locatione longi temporis ius in re quæratur, ita vt dominus eam, inuito primo conductore, alteri locare non poſſit. Et quid, ſi renouatio in prima inueſtitura promiſſa ſit. An pater vni ex filiis in inueſtitura comprehenſis, emphyteuſin aſſignare poſſit. pagina 67.

Conſ. 752.

De teſte non deponente veriſimilia, & de falſo ſuſpecto. Item de allegante paupertatem alicuius, an eam probare teneatur. Et quando probationes imperfectæ coniungantur. pag. 71.

Conſ. 753.

An omnia bona præſumantur eſſe allodialia, ita vt is, qui dicit ea eſſe feudalia, id probare debeat. Et an ob non petitam inueſtituram per patrem & auum, contra filios, & nepotes ignorantes vel negligentes, bona eſſe emphyteutica, vel feudalia, poſſit caducitas opponi. Item qui ſucceſſores, ad quos bona emphyteutica vel feudalia perueniunt, debeant inueſtituram petere, & cur. Et quid pro ea ſoluere teneantur. Et ſi pater ſingulorum ſucceſſorum inueſtituram petere neglexerit, an filii ſeu heredes, tam pro patre quam ſe laudemium ſoluere teneantur. Item an ſtatuta laicorum ligent clericos. pag. 74.

Conſ. 754.

Redditum eſt hoc reſponſum, in eadem cauſa, qua proxime præcedens, & agit de intellectu conſtitutionis Principis Ferrariæ, quod videlicet eccleſiaſtici ratione bonorum ſuorum concurrere debeant cum laicis, quomodo id intelligendum, & an ea conſtitutio importet vt directum dominium bonorum eccleſiaſticorum, æque transferri poſſit ſicut laicorum, inconſulto Papa. Item an minor contra Eccleſiam, & ſic priuilegiatus contra priuilegiatum petere poſſit reſtit. in integrum. pag. 78.

Conſ. 755.

De confeſſione in ſcriptis facta, quod non noceat, ſi non ſit veriſimilis, vel ex falſa cauſa facta. Item de donatione per ſtatutum ſimpliciter prohibita, an iuramento firmetur. De nobilitate generis & virtutis, vtra præferenda. Et an mercator nobilis dici, vel nobilis mercaturam exercere poſſit. An donatio præſumpta, quæ ex confeſſione mariti confitentis ſe dotem recepiſſe oritur, iuramento firmetur, ſi ex cauſa falſa facta ſit. pag. 82.

Conſ.

Conſ. 756.

Statutum prohibens appellationem an locum habeat in tertio. Et quis proprie dicatur tertius. Item de appellatione ob non porrectam ſupplicationem, vel procuratam expeditionem, intra tempora ſtatuta, deſerta. Et de diligentia in eo adhibenda. pag. 85.

Conſ. 757.

An & quando ſocius ſocio rationem adminiſtrationis reddere teneatur. De promiſſore indemnitatis, an conueniri poſſit, ſi is, cui promiſſa eſt, aliunde indemnitati ſuæ conſulere. Et an, & quando fideiuſſor indemnitatis, ante reum principalem conueniri poſſit. Contrahentes an & quando rei, de qua contrahunt, qualitatem ſcire, præſumantur. Cum proceditur ſola facti veritate inſpecta, quæ exceptiones admittantur. pag. 88.

Conſ. 758.

De crimine adulterii attentato, an ſit capitale. Et de conuerſante cum bannito ob tale crimen, an incidat in pœnam Bullæ Gregorii VII. contra bannitos de crimine capitali editæ. Item an ſupplicans pro venia, & contumax, cenſeatur delictum confiteri. Et an confeſſio ficta vel vera alicuius noceat tertio. pag. 91.

Conſ. 759.

An ſtatutum, Quod mulier non poſſit teſtari, ſine præſentia mariti, fratris, vel filiorum, valeat. Et an ſufficiat, ſi mulier teſtari volens marito aut fratri id denuntiauerit, & quod maritus vel frater initio præſentes fuerint, licet poſtea, antequam legeretur teſtamentum, diſceſſerint. Item de reuocatione teſtamenti primi per ſecundum, ſi in primo dictum ſit, ſecundum non cenſeri reuocatum, niſi appoſita ſint verba: *Confitemini Domino, &c.* pag. 93.

Conſ. 760.

Identitas & confinia quomodo probentur. Et teſtium dicta quomodo probent. Et quid ſi de credulitate deponant. Item de melioramentis, & eorum præſtatione. pag. 101.

Conſ. 761.

An, & quando attentatum, ſed non perfectum crimen puniatur vt perfectum. De aggreſſoribus, & vi. Item de pœna laquei eiusque ignominia. pagin. 103.

Conſ. 762.

An vxor, cui in ordine ſcripturæ dos priori loco promiſſa eſt, præferri debeat marito, cui vſuræ dotis, quamdiu dos realiter non numeraretur, in eodem inſtrumento poſteriori loco, in ordine ſcripturæ, ſub hypotheca omnium bonorum, promiſſæ ſunt. pag. 106.

Conſ. 763.

An, & quando in inueſtitura facta, pro ſe, ſuisque filiis, & heredibus, & deſcendentibus, contineatur filia, inſtituta in re particulari, herede inſtituto agnato vniuerſali. Et an emphyteuta poſſit in vnum ex comprehenſis in inueſtitura rem emphyteuticam [illegible], an præiudicium aliorum. pag. 107.

Conſ. 764.

An pater bona emphyteutica, de quibus ab Eccleſia inueſtitus fuit, pro ſe, & heredibus ſuis, ex ipſo legitime deſcendentibus, filiabus ſuis relinquere poſſit, extantibus fratribus patruelibus, maxime, ſi in poſteriori inueſtitura, addita ſint hæc verba, quæ in prioribus inueſtituris non erant, *pro heredibus vtriusque ſexus*. Et ſi pater patruelibus teſtis alia bona magni valoris reliquerit in eodem teſtamento. pag. 111.

Conſ. 765.

De filia agente Salniano interdicto, ratione dotis maternæ contra bona patris pro dote materna hypothecatis, ab alio poſſeſſis, & ſitis in loco, in quo ſtatuto prohibentur bona immobilia ibi ſita, in perſonas extraneas alienari, an per tale ſtatutum ab actione repelli poſſit. Et an prohibita alienatione, etiam oppignoratio prohibita cenſeatur. Item an tale ſtatutum valeat, & ad teſtamenta, & heredum inſtitutiones etiam porrigatur. Item an matri, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, debeatur legitima, ex bonis filii primi matrimonii. pagina 114.

Conſ. 766.

An is, qui repudiauit hereditatem, ſi continuet in poſſeſſione bonorum hereditariorum, cenſeatur hereditatem adiiſſe in ſui præiudicium, non in commodum, ita vt creditoribus hereditariis teneatur, nec res hereditarias aliis legare poſſit. Et de tacita aditione. Item de rebus bis iudicatis, & efficacia præſumptionis, quæ ex re iudicata oritur. pag. 118.

Conſ. 767.

Mæuio inſtituto, eique ſi ſine filiis maſculis deceſſerit ſubſtituto Seio, an & quando filii poſiti in conditione, cum qualitate maſculinitatis repetita, cenſeantur vocati. pag. 119.

Conſ. 768.

Scripturam quam quis ipſe confecit, falſi arguere intendens, an propriam turpitudinem allegare cenſeatur, & audiendus ſit. pag. 123.

Conſ. 769.

De teſtibus in cauſa propria, & in re, commodum, vel incommodum eorum concernente, deponentibus, an probent. Et quando non præſumatur donatio, ſed tranſactio. Item interpretationem ſemper faciendam, vt excludatur falſum. pagin. 126.

Conſ. 770.

De ſententia ad inſtantiam vnius partis lata, non attenta alterius partis petitione, ad ſuperſedendum in proceſſu, donec ipſa iura pro ſui defenſione produceret, & proteſtatione deſuper interpoſita. Item de nimia temporis breuitate aſſignata, ſeu ſententia nimis præcipitanter, & ab ſque ſufficienti cauſæ cognitione, lata, an ſit nulla. Et de interpellatione eius, qui rem certo loco, ad li-

)(3 bitum

bitum alterius, dare promiſit, an conſtituatur in mora, ſi nimis breue tempus ad hoc ei aſſignetur. Et de alternatiua, an & quando reſpiciat fauorem debitoris. pag. 127.

Conſ. 771.

Si pater cum filio prioris matrimonii tranſegerit, ſeu pactus ſit, quod filio nullum debeat fieri præiudicium in bonis paternis, ſed iura ei ſuccedendi in iis, pro dimidietate ex ſtatuto, integra ſeruari debeant, an poſſit, eo pacto non obſtante, filio ſolam legitimam relinquere. Et an tale pactum, velut de futura ſucceſſione ſit contra bonus mores, tollatque liberam teſtandi voluntatem, eoque ſit illicitum. Et de effectu clauſulæ, omni meliori modo. Item an valeat teſtamentum, in quo pater filium primi matrimonii in exigua, & filium ſecundi matrimonii in magna ſumma inſtituit. pag. 129.

Conſ. 772.

Fuga an & quando indicium faciat ad torturam poſt abiuratas hæreſes. Et an contumacia ſufficiat ad torturam. Item, an & quando reus ante torturam ad defenſam debeat audiri, data copia indiciorum, ſtante contumacia notoria, impœnitentia, & excommunicatione Rei, & qua pœna plectatur tormentis ſubiectus, & nihil confeſſus, & quid de confeſſo, ſe ire voluiſſe in regionem hæreticorum, ſecumque ducere iuuenes, vt ibi viuerent more hæreticorum, qua pœna plectetur, de crimine læſæ maieſt. quando & quomodo puniatur, & quando dicatur quis relapſus. pag. 132.

Conſ. 773.

Filia infans, poſt mortem patris diſcedens, an dotem vigore ſtatuti ſibi debitam ad matrem tranſmittat. pag 133.

Conſ. 774.

Ad probandum teſtamentum inter liberos, quot teſtes ſufficiant, & quid ſi quidam ex teſtibus productis contrarium deponant. Item an filia, cui antea à matre 300. pro dote ſuper certa domo aſſignata fuerunt, ſi eadem ſumma dotis nomine à matre ei in teſtamento denuo legetur, 600. & ſic duplicatam ſummam petere poſſit. Item an clauſula codicillaris ſuppleat titulum inſtitutionis. pagin. 135.

Conſ. 775.

An matre inſtituta, eique quandocunque decedenti, ſororibus ſubſtitutis, & velut heredibus vniuerſalibus inſtitutis, ſi ſorores, relictis liberis, ante matrem decedant, defuncta matre hereditas ad liberos prædefunctarum ſororum iure tranſmiſſionis deferatur, an vero ſubſtitutio illarum, ſeu fideicommiſſum, quia ante matrem inſtitutam deceſſerunt, factum ſit caducum. Item an ſubſtitutio vltra pubertatem facta verbis directis expiret, vel ad commiſſariam trahatur, maxime ſi adiecta ſit in teſtamento clauſula codicillaris. pagin. 138.

Conſ. 776.

An domus, quæ marito pro ſatisfactione dotis vxoris ſuæ aſſignata fuit, vxore non præſente, cenſeatur dotalis, ita vt ab vxore eiusve heredibus, ſi à marito vendita fuerit, vendicari poſſit. Et quando res æſtimata, data cenſeatur. Item datio in ſolutum, quando vim venditionis obtineat. Et de præſcriptione, quando noceat ſucceſſori, & quando interrumpatur. pag. 139.

Conſ. 777.

An patrui alimenta præſtare teneantur, nepotibus ex fratre egenis. pag. 145.

Conſ. 778.

Prouocatus à fratre ad diuiſionem bonorum communium, an prius poſſit deducere dotem coniugis ſuæ; & dotem quam pro ſorore ſoluit, item legatum filio ſuo relictum; an vero diuiſionem primum facere, & deinde dotium illarum, & legati nomine agere debeat. pag. 146.

Conſ. 779.

De chirographo per literarum comparationem probando. Et quid ad talem comparationem requiratur, vt fidem faciat. Item de inſtrumentis publicis, eorumq; vi in probando. De non veriſimili, quod ſuſpectum ſit, & habeat ſpeciem falſitatis. Item an contractus ex verbis, vel mente contrahentium diiudicandus ſit. Et an per alium contractum nouatio inducatur. Item de contractibus, quorum vnus poſt alium in continenti fit, an cenſeantur correſpectiui, & vnus propter alium factus. pag. 147.

Conſ. 780.

An & quando in feudo alicui pro ſe & heredibus vtriuſque ſexus conceſſo fœminæ admittantur. Et an prima inueſtitura, in præiudicium ſucceſſorum, aliquo facto mutari, eisque præiudicari poſſit. Et diuerſis inueſtituris exiſtentibus, cui ſtandum. Item de ſubinfeudatione, an & qualiter fieri poſſit. pag. 156.

Conſ. 781.

Si teſtator filios fratrum ſuorum inſtituit, eo adiecto, vt vno aliquo eorum decedente ſine liberis, portio eius deueniat, ad ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, an vno ſine liberis defuncto, cum ſuperuiuente fratre admittantur ad eius portionem, alterius fratris defuncti liberi, & ſic in tali ſucceſſione ex teſtamento, filii fratris defuncti, cum patruo admittantur. pag. 162.

Conſ. 782.

Filiabus à matre in teſtamento inſtitutis, vna cum nepotibus ex filia prædefuncta æqualiter, & earum eorumq; liberis maſculis, & fœminis in infinitum, ſeruata ſexus & gradus prærogatiua, ita vt eius hereditas tranſeat de herede in heredem, primum maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in perpetuum, prohibita inſuper alienatione bonorum ſuorum immobilium in extraneos, ſi filiæ inſtitutæ deceſſerint, relictis pronepotibus ex maſculis deſcendentibus, & nepos inſtitutus deceſſerit, relictis ex filia nepotibus, an nepotes ex maſculis deſcendentes præferantur nepotibus ex fœminis deſcendentibus. pag. 167.

Conſ. 783.

Conductor, qui ad pauimentanda ſuis ſumptibus

Digitized by Google

bus granaria ſe obligauit, an etiam aſſeres, trabes, clauos, & cætera, quæ ad pauimentationem requirunrur, ſoluere teneatur, an vero locator ea præſtare debeat. pag.174.

Conſ. 784.

An arbitri, vel arbitratores cenſendi ſint, in quos, vti arbitros, & arbitratores comptomiſſum eſt. pag.177.

Conſ. 785.

An io taberna, in qua merces repnnuntur, per quam tranſitur io locum habitatinois, quis eapi poſſit, ſtante ſtatuto: Neqois in domn habitatinnis vel aliqua eius ſtatione propria, vel conducta capi poſſit. pag.178.

Conſ. 786.

Si teſtator filins propriis nominibus inſtituit, & inuicem ſubſtituit, voluitque booa ſua peruenire ad ſuperſtites, & ad filios eorum, ao filii vel nepotes ex filiabus deſcendentes admittantur: Et an fœminæ ſub maſculis comprehendantur: & qualitas maſculinitatis in prima inſtitutione poſita, an in ſecunda repetita cenſeatur & an filiæ dicantur eſſe de domo, & familia teſtatoris. pag. 179.

Conſil. 787.

An, & quando dnoatio abſenti facta, valeat, & ſtatutum de donationibus locum non habeat. pag. 184.

Conſ. 788.

Locatione facta pluriom rerum ſeo prædiorum ſub vnica péſione, adiecto pacto, ſi damnum vltra 400. aureos in rebus locatis eorumve fructibus contingat, quod locator tum tenebitur remittere penſionem, ao damno in vno agro ſeu prædio conntingente, quod ad eam ſummam aſcendat, ſit facienda remiſſio: an vero prædiorum omnium, fructus & reditus ſimul computandi, & ita de damno æſtimatio facienda ſit. pag. 184.

Conſ. 789.

Societate inter plures cootracta, ſi vnus ex iis certam partem alteri in parte ſibi in ſocietate competente cedat; cum expreſſo pacto, quod nihilominus partem integram proprio nomine, & per modum accomandigiæ, & non alio modo in ſocietate ſit exerciturus; iſque etiam cui pars prędicta ceſſa eſt, declarauerit ſe in caſu damni prædictæ ſocietatis, vltra partem ceſſam nolle teoeri, an lapſa facultatibus ſocietate, is, cui pars, prædicto modo, ceſſa eſt, tantum pro rata conuenta, an vero, velut vnus ex ſoeis, dictæ ſocietatis, in ſolidum teoeatur. Et an ſtatutum reſpiciens ſolemnitates contractuum, attendi debeat extra territorium ſtatuentium. pag.186.

Conſil. 790.

An ſtatutum Mutinæ diſponens, quod ciuis occideos ruſticum non teoeatur, niſi quatum in bonis habuerit ruſticus ille, habeat locum in ciue ex priuilegio, an vero in ſolo ciue originario. pag.189.

Conſ. 791.

Bona data ſeu conceſſa alicui à Principe cum omnibus prærogatiois, gratiis & priuilegiis, &c. an ſint immunia à collectis Communitati debitis. pag 191.

Conſ. 792.

Quibos clauicæ iuxta prouiſionem Reipublicæ Ferrarienſ. concedendæ ſint. pag. 192.

Conſ. 793.

An patri debeatur legitima in bonis filii emancipati, qui filias ſuas inſtituit heredes vniuerſales, exſtante ſtatuto, quod non extantibus filiis maſculis, aſcendētes maſculi ſuccedere debeant, excluſis filiabus. pag.193.

Conſ. 794.

Hypothecaria, ſeu ius hypothecæ quanto tempore præſcribatur. Pactum de non perendo in perpetuum quid operetur. Et an alienatio fructuum bonorum eccleſiæ, vltra triennium, valeat. pag 195.

Conſ. 795.

Locator, qui promiſit coodoctorem indemnem ſeruare ab omnibus caſibus fortuitis, an teneatur conductori facere remiſſionem penſionis, ſi tempeſtas contigerit, per quam conductor, cōſiderata valore fructuum, quos percepit, & habito reſpectu ad penſionem debitam, damno affectus non eſt. Et de pacto, ſeu promiſſione præſtandi caſus fortuitos, quomodo intelligendum. pag.196.

Conſ. 796.

An, & quando clericus poſſit habilitari ad feudum in præiudicium agnatorum, & poſſit per ſubſtitutum ſeruire. & quid de muliere ſtante conſuetudine. An, & quando præſens alicui actui, & tacens, ſibi non præiudicet. Item ao, & quando Princeps, ex plenitudine poteſtatis poſſet alicui auferre rei ſuæ dominium. pag.198.

Conſ. 797.

Promittens pro re ſibi in vſum, vel emphyteuſin concesſa, certam annuam penſionem ſoluere, & recipiens in ſe tres caſus fortuitos, oempe belli, grandinis, & inondationis Padi, ob quos remiſſionem penſionis petere non poſſit, appoſito inſuper pacto iurato de non appellando, an Rheno inundante, ex quo maximum damnum patiatur, remiſſionem petere, & appellare poſſit, non obſtante pacto iurato. pag.205.

Conſ. 798.

Penſionis parte, annuatim ex Camera ſecundum Bullam Clem. VII. ſoluendæ per Chirographum, item tranſactionem, remiſſa ab eo, cui ſol-

uenda erat, ſub hac conditione, ſi debitor in futurum in ſolutione moram non commiſerit, eoque moram deinde committente, & compromiſſo etiam deſuper facto, & laudo lato, in quo remiſſio ad minorem ſummam reducta fuit, an mora denuo commiſſa, non obſtante laudo, & remiſſione, integra penſio peti poſſit. Item an pœna promiſſa committatur abſque interpellatione. Laudi executio, an petita reductione, impediatur, & quouſque peti poſſit. pag. 204.

Conſ. 799.

De vulnerato, an & quando ex vulnere, vel Medicorum aliave culpa præſumatur mortuus, & qua pœna vulnerans teneatur. pag. 206.

Conſ. 800.

Conuentus rei vendicatione an & quando rem propter melioramenta & expenſas in ea factas retinere poſſit. pag. 208.

Conſ. 801.

Præſcriptio an & quatenus contra infirmum, impeditum, ignorantem & abſentem currat, eique detur contra eam ex clauſula generali reſtitutio in integrum. Et quando infirmus & impeditus teneatur mittere procuratorem, ad interrumpendam præſcriptionem. pag. 209.

Conſ. 802.

Statutum de præſcriptione generaliter loquens, an comprehendat dotem, aliasque res, ſeu cauſas priuilegiatas. De poſſeſſione ciuili & naturali. Et an reſtitutio in integrum ex clauſula generali, contra ſtatutum, concedi poſſit, propter infirmitatem. pag. 212.

Conſ. 803.

Teſtator qui ſubſtituit quoſcunque nepotes maſculos ex filiis naſcituros, & ſucceſſiue nepotibus quoſcunque pronepotes maſculos in ſtirpes, non in capita, cenſeatur iniunxiſſe fideicommiſſum nepotibus, de reſtituendo non ſolum pronepotibus ipſorum filiis, ſed etiam pronepotibus ex aliis filiis, ſeu nepotibus natis. pag. 215.

Conſ. 804.

De exceptionibus quibuſdam, ex ſtatuto contra ſequeſtrum opponendis, ad id annullandum. pag. 216.

Conſ. 805.

An & quando is qui veniam ætatis impetrauit, poſſit bona ſua immobilia ſine decreto alienare: vbi de clauſulis; Ex certa ſcientia: de plenitudine poteſtatis, & non obſtante, &c. pag. 219.

Conſ. 806.

An & quando ſententia dicatur lata extra, vel intra inſtantiam ſtatuti in cauſa tenutæ, & à quo tempore incipiat inſtantia. pag. 220.

Conſ. 807.

De moræ purgatione. An is qui factum, vtpote Aggeres facere, promiſit, poſt longum tempus elapſum, moram purgare, & eos qui vice verſa pecuniæ certam ſummam ei promiſerunt, ad pecuniæ ſolutionem compellere poſſit. An in terris Eccleſiæ ſaltem ius Canonicum obſeruetur. Et an Nouatio expreſſe tantum inducatur, an vero etiam per coniecturas. pag. 221.

Conſ. 808.

An & quando per oppoſitionem nullitatis teſtamenti impediri poſſit, ne heres in teſtamento ſcriptus *ex l. final. C. de edict. diui Adrian. tolland.* in poſſeſſionem bonorum hereditariorum mittatur. Et de ſtatuto Exino, requirente in teſtamento mulieris præſentiam fratrum, in defectum filiorum, vel aliorum propinquorum, cum clauſula annullatiua, an ſufficiat fratrem initio fuiſſe præſentem, licet ſtatim deceſſerit, nec interfuerit lectioni ſeu publicationi teſtamenti. De negatiua ex inſpectione ſcripturæ ſeu inſtrumenti probanda; item ad reuocationem teſtamenti habentis clauſulam derogatoriam quid requiratur. In hac eadem cauſa redditum eſt etiam conſilium 759. ſupra. pag. 224.

Conſ. 809.

De teſtamento à demente condito, an & quando valeat, & an quis ſanæ mentis, vel demens præſumatur. Item an ex ordinatione teſtamenti legitime & ſapienter facta, ſana mens teſtatoris præſumi, vel probari poſſit. Dementia item, & ſanitas mentis quomodo & à quibus probanda. Et an Notario, in ſcriptura teſtamenti, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis aſſerenti, credatur. Et an is ſit idoneus teſtis, ad id probandum. Item an iudex de poſſeſſorio tantum pronunciare, ſeu ſententiam ferre poſſit, ſi partes ad vlteriora, quæ petitorium concernunt, producendo capitula, teſtes, &c. proceſſerint eaque iudex admiſerit. pag. 231.

Conſ. 810.

Pactum Locationi adiectum: quod damno in re locata per inundationem aquarum contingente, ſi ad certam ſummam aſcendat, locator id conductori in penſione remittenda, reſarcire debeat, quomodo intelligendum. Et qualiter damnum id æſtimandum ſit, an ex vna re tantum, eiusque reditu, vel omnibus rebus, eorumve fructibus ſimul computatis. Et quale damnum requiratur, vt remiſſio penſionis locum habeat, pag. 237.

Conſ. 811.

An valeat teſtamentum filii emancipati, in quo filiam inſtituit, præterito patre, ſi filia per ſtatutum, extante maſculo, videlicet auo excludatur. Item de donatione facta à patre filio emancipato, non obſeruata ſtatuti ſolemnitate, an valeat, ita vt filius pro libitu de illis bonis donatis diſponere, & cui velit ea relinquere poſſit. Item an pater talem filii diſpoſitionem de bonis donatis, prætextu

Digitized by Google

prætextu nullitatis donationis, recte impugnare poſſit. pag. 241.

Conſ. 812.

An & quando mater volens eſſe tutrix filiorum teneatur ſatisdare rem pupilli ſaluam fore: & an tutela matris ſit legitima, vel anomala. Item an mulier nupta fiat de domicilio viri, & an maritus bannitus cum publicatione bonorum poſſit ſe obligare ad dotis reſtitutionem, & an in publicatione bonorum veniant bona futura, poſtea quæſita bannito. Item de oppoſitione iuris tertii, quod non admittatur. Item an & quando pro dote danda vel reſtituenda bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint obligari vel minui. pag. 244.

Conſ. 813.

An Ratificatio locum habeat, in cauſis ſpeciale mandatum requirentibus, & an is, qui interrogatus, an approbare velit geſta per procuratorem, & vti teſtibus examinatis: reſpondit, ſe ad hoc non teneri reſpondere: quia non fuerit pars eius iudicii: geſta per procuratorem, poſtea ratificare poſſit. Et qui actus dicantur iudiciales, vel extraiudiciales. pag. 247.

Conſ. 814.

An beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. locum habeat, ſi in contractu venditionis appoſita ſit clauſula, ſi res vendita plus valeat, quod id ſponte, & ex certa ſcientia venditor emptori irreuocabiliter donet. Et de qualitatibus, precium, & valorem rei venditæ minuentibus. Item clauſulis, quibus beneficio d. l. 2. renunciatur. pag. 249.

Conſ. 815.

Vxor an ſoluto matrimonio, petere poſſit à filiis ſuis primi matrimonii, intereſſe dotis non ſolutæ, & quale intereſſe petere poſſit. Item an vir petere poſſit ab vxore intereſſe dotis promiſſę, ſed non ſolutæ. Et quæ requirantur, vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur. pag. 253.

Conſ. 816.

Legitima, & Trebellianica ſimul, an, & quando detrahi poſſint de fideicommiſſo, & quantum contineant hæ duæ quartæ. An, & quando empta per matrem tutricem filii, cenſeantur empta de pecuniis matris, vel filii, vel communi nomine. Simulatio per quas coniecturas probetur, vel excludatur: & quales ad eam probationes requirantur. Teſtes de auditu, item de credulitate, fama, & iudicio proprio, deponentes, an probent. Et quis ſit legitimus contradictor, ad impediendam immiſſionem ex edicto diui Adriani. Legitima & Trebellianica, an ad heredes tranſmittantur, ante aditionem. Et quod legitima ſit quota bonorum, non hereditatis, & cuius id ſit effectus. Fideicommiſſarius, an rem fideicommiſſo ſubiectam, ab eo, in quem heres ęam alienauit, vendicare, vel contra heredem eius nomine, agere debeat. pag. 258.

Conſil. 817.

An & quando ſocius criminis poſſit interrogari de ſocio, & torqueri, & quæ ad id requirantur indicia. Item de inquiſitione & confeſſione rei, quando valeat. De mandatore & perſuaſore criminis, & quando præſumatur conſilium, non mandatum. pag. 262.

Conſ. 818.

Legatarius an vigore ſtatuti, impetrare poſſit præceptum de ſoluendo legato: ſi heres in teſtamento non ſit ſpecifice nominatus. Sed in genere dictum, quod deficiente linea maſculina, teſtator leget cuilibet filiæ certam ſummam. Et an heres fideicommiſſo grauatus, nondum facta reſtitutione, teneatur legata præſtare. Et quando poſiti in conditione cenſeantur vocati. pag. 265.

Conſ. 819.

De præferentia creditorum, an prior habens generalem hypothecam, præferatur poſteriori habenti ſpecialem, de verbis enunciatiuis, & diſpoſitiuis, & eorum differentia. De differentia inter conditionem caſualem, & poteſtatiuam. Confeſſio alicuius, an, & quando noceat tertio, & de ſententia inter alios lata, quid operetur, an præiudicare poſſit tertio, & de teſtibus inter alios examinatis mortuis, an probent. Præſumptiones item, an, & quando coniungantur, ad faciendam plenam probationem. Ratificatio, an & quando retrotrahatur, & fieri poſſit in præiudicium anterioris creditoris. De inuentario tutoris, vel curatoris, an & quatenus probet. pag. 268.

Conſ. 820.

Quando ſucceſſores teneantur ſeruare promiſſa per defunctum. Et an oblatio acceptata per aduerſam partem poſſit reuocari, verbalis oblatio in quibus ſufficiat. Item quando variatio licita ſit. pag. 274.

Conſ. 821.

Literæ executoriales vt poſſint executioni mandari, an ſufficiat exemplum, vel requiratur originale. Et an & quando exemplum æque probet, vt originale. De Inhibitione, an operetur contra eum, cui non fuit inſinuata. Et an ſolennitates, & cauſæ cognitio præſumantur interueniſſe ex antiquitate temporis. Item de iuriſdictione, an, & quando exſpiret morte delegantis, & delegati. An & quando ignoranti currat præſcriptio 40. & 100. annorum, & quando aduerſus eam detur reſtitutio in integrum. De remedio reintegrandæ poſſeſſionis, an ei obſtet exceptio Dominii, & quod poſſeſſio poſterior præſumatur clandeſtina poſſeſſio. Præſcriptio 30. annorum an obſtet executioni, & actioni rei iudicatæ. Item an in omni præſcriptione, etiam centenaria, requiratur bona fides. Et an mala fides auctoris omni ſucceſſori noceat. Et an Remed. recuperandæ poſſeſſionis detur contra quemcunque poſſeſſorem. pag. 2[illegible]0.

Conſ. 822.

An & quando Princeps ſignando ſupplicationem omnia & ſingula petita in ea ratificaſſe, vel petitionem reſtrinxiſſe cenſeatur. Item verba, *in omnibus, & per omnia*, in reſcripto poſita quomodo intelligenda. Et an mulier, cui licentia data fuit faciendi omnem & quemlibet contractum, poſſit contrahendo renunciare ſupplemento legitimæ. Item generalis renunciatio an & quando comprehendat legitimam, etiam cum iuramento. pag. 281.

Conſ. 823.

An heres legatario, ratione rei legatæ, de euictione, vel cautione præſtanda teneatur. Et an vxor, cui domus à marito legata, & tradita fuit, ſi nepos teſtatoris ſuper ea legitimam petat, heredibus litem denunciare, & cautionem ſuper euictione petere poſſit. Item de virtute clauſulæ ſalutaris: *ſuper quibus omnibus petens ſibi ius & iuſtitiam, &c.* Et an legitima in certa re, aut re legata peti poſſit. pag 283.

Conſ. 824.

Si teſtator in caſu delicti alterutrius filiorum ſuorum, voluit partem eius peruenire ad alterum fratrem, aut filios eius, an ordine ſucceſſiuo dicatur vocatus nedum frater delinquentis, ſed etiam, poſtquam fuit heres, & obiit, eius filii dicantur vocati per fideicommiſſum. Et an dilatio ſeu grauamen legitimæ apponi poſſit in commodum filii. pag. 284.

Conſ. 825.

An pacta, quibus quis, res, & pecunias in dotem acceptas, non ſolus, ſed vna cum patruo vxoris adminiſtrare, aut ſi pactis illis contrauenitet, aut ad inopiam vergeret, patruo ſoli adminiſtrationem relinquere promiſit, ſeruanda, aut, velut metu contracta irrita, & reſcindenda ſint. pag. 286.

Conſ. 826.

Si victor, poſt latam pro ſe ſententiam, eiuſque heredes, executionem non petierint, ſed vltra 15. annos tacuerint: an poſtea executionem contra victum eiusve heredem petentes vigore ſtatuti, diſponentis, quod habens inſtrumentum, vel ſententiam pro ſe, ſi non petat intra annos 15. audiri non debeat, repelli poſſit. Et an tale ſtatutum valeat. pag. 289.

Conſ. 827.

An inueſtitus cum pacto, ne extraheret fructus extra locum de quo inueſtitus fuit, ſi contrafecerit, cadat à iure ſuo in perpetuum. Et de vnico teſte, quod in nulla cauſa ad probationem ſufficiat. pag. 291.

Conſil. 828.

An vicinus prohibere poſſit, ne vicinus iuxta murum, ædes ſuas contingentem, furnacem extruere poſſit. De teſtimonio peritorum, quos res aliquo modo tangit, an valeat. Et teſtibus vtrinq; partibus, quinam præferendi. pag. 292.

Conſ. 829.

An recte in concluſione libelli petatur, vt iudex declaret poſſeſſionem bonorum defuncti tranſmiſſam in heredem inſtitutum, eumque in ea confirmandum, aut quatenus opus ſit in ea immittendum, & an poſſeſſio illa, quæ continebatur in heredem ſit vera vel ficta. Item an in mero poſſeſſorio & à ſententia ſuper remedio legis finalis, C. de edict. D. Adrian. tollen. lata, liceat appellare. pag. 294.

Conſil. 830.

An per ſtatutum, admittens maſculos, excluſis filiabus, & omnibus aliis fœminis, etiam mater excluſa cenſeatur, & ſi excluditur, an etiam à legitima, eiusque ſupplemento dicatur excluſa, ſi filius, facto teſtamento, eam in certa tantum ſumma inſtituerit, agnato vniuerſaliter inſtituto. pag. 297.

Conſ. 831.

Statutum non admittens matrem ad ſucceſſionem filiorum inteſtatorum, an etiam de filio pupillo intelligendum ſit, materque ab eius quoque ſucceſſione excludatur. Vbi diſputatur, an pupillus, qui de iure teſtari non poteſt, dici vel haberi poſſit pro teſtato. pag. 300.

Conſ. 832.

An bannitus à ciuitate aliqua quique occidi poteſt, perdat non ſolum ius illius ciuitatis, ſed etiam aliarum ciuitatum, & ius commune: ita vt nec ex teſtamento nec ab inteſtato iure communi, ne quidem in legitima, vt nec in feudis, ſuccedere poſſit, licet ſit proximior, ſed remotior ipſo excluſo admittatur. pag. 382.

Conſ. 833.

An fundus, quem maritus conſtante matrimonio in bonis habuit, vxori pro dotis reſtitutione tacite hypothecarus ſit, & vxor eius nomine contra tertium poſſeſſorem, interdicto Saluiano agere poſſit, nulla facta excuſſione contra bona, & heredes mariti. Et an interdictum illud locatori ſolum contra conductorem, & non aliis etiam creditoribus hypothecatis competat. Et quæ ſint eius interdicti requiſita, & quid in eo probandum ſit, & an cum hypothecaria cumulari poſſit. pag. 305.

Conſ. 834.

Emphyteutæ & vaſalli, an & quando irrequiſito domino, rem emphyteuticam, vel feudalem inter ſe, vel in alios alienare poſſint. Et an per clauſulam, ſaluo iure domini, & non aliter, nec alio modo, alienationi appoſitam, euitetur caducitas. Item an conſtitutum ſuper re emphyteutica, ſeu feudali, irrequiſito domino fieri poſſit. Et Doctori de conſuetudine teſtanti, an & quando credatur. pag. 307.

Conſ. 835.

An fœminæ dicantur eſſe de familia, & comprehendantur in Inueſtitura, facta alicui pro ſe, & heredibus de domo, & familia. Et an emphyteuſis ec-

Digitized by Google

ſis Eccleſiæ ad ſolos deſcendentes inueſtiti, an vero etiam ad heredes extraneos tranſeat. Item emphyteuſi generatione inneſtitorum finita, & ad eccleſiam reuerſa, an proximi agnati aliis præferri debeant. Et an emphyteuſis piis locis, vel eccleſiæ relinqui poſſit. pag.310.

Conſ. 836.

De probationibus, & coniecturis, quibus probatur adamantem, cuius ſit mentio in duabus ſcripturis, & diuerſis contractibus, non eſſe eundem, ſed duos diuerſos, eoque nec eum, cui adamas in prima ſcriptura ſeu contractu venditus fuit, ius aliquod in adamante, qui alteri in ſecunda ſcriptura, ſeu poſteriori contractu obligatus ſeu pignori datus fuit, prætendere poſſe. Vbi etiam agitur de teſtibus, de credulitate deponentibus, & peritis in arte; Item de teſtibus variantibus & deponentibus non veriſimilia, item, de auditu à partibus, eorumque ſalariatis, & de negatiua non coarctata loco & tempore, deponentibus: Item inhabilibus, amicis, conſanguineis, domeſticis, & mendacium in vno dicentibus, an probent. Et de probatione famæ, quid ad eam requiratur, & quando ſufficiat. pag.313.

Argumentorum Libri VII. Conſiliorum Hippolyti Riminaldi Ferrarienſis,
FINIS.

CONSI-

CONSILIORVM, SEV RESPONSORVM

EXCELLENTISS. I C.

D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS.

Liber Septimus.

PRO ILLVSTRISSIMO DOMINO TROILO RVBEO COMITE, & Marchione Sancti Secundi.

A R G V M E N T V M.

De intellectu l. humanitatis C. de impub. & aliis ſubſtit. an exemplaris ſubſtitutio non expreſſa, procedat in muto, & ſurdo à natura, ex coniecturis, an vero fideicommiſſaria cenſenda ſit. Et cur in pupillari pater tantum ſubſtituat, in exemplari etiam mater & an licentia principis requiratur, vt pater poſſit teſtari pro filio ſurdo, & muto à natura. An ſub expreſſa vulgari contineatur tacita exemplaris: Item de primogenitura eiuſq; præcellentia. Item an, & quando prohibitio alienationis extendi poſſit ad legitimam iure naturæ debitam. Et an verba expreſſa requirantur ad inducendam exemplarem ſubſtitutionem, vel non. An bona fratris prædefuncti ſint diuidenda inter fratres pro viril, vel pro hæreditaria portione. Et licentia inæqualiter filios inſtituendi, an etiam in ſubſtitutione locum habeat. Et an, & quando æqualitas ſit inter filios ſeruanda.

S V M M A R I V M.

1 *Exemplaris ſubſtitutio, an fieri poſſit muto, & ſurdo à natura, qui tamen non ſit mente captus, num. 2.*
2 *L. humanitatis C. de impub. & al. ſubſtit. an comprehendat mutum, & ſurdum à natura & de eius intellectu num. 4. 5. & 6.*
3 *Pater poteſt teſtari pro muto filio, & ſurdo à natura, ſicut pro mente capto.*
8 *Cur pater tantum in pupillari ſubſtituat, in exemplari vero etiam mater.*
9 *Ratio vbi eadem ibi eadem iuſ. & num. 10.*
11 *Dicta l. humanitatis, ex eadem ratione ad ſimilem caſum porrigitur.*
12 *Licentia principis an requiratur, vt pater pro filio muto, & ſurdo à natura, teſtari poſſit & num. 14.*
13 *Fran. Connanus [illegible] elegantiſſimus.*
15 *Subſtitutio exemplaris, an & quando videatur facta muto & ſurdo à natura: & quando ſub vulgari expreſſa, facta furioſo filio, vel muto, & ſurdo à natura, tacita exemplaris contineatur. & num. 16.*
17 *Subſtitutio vulgaris expreſſa, ſicut continet tacitam pupillarem, ſic & exemplarem, vti inductam ad exemplum pupillaris.*
18 *Non eſt neceſſe, teſtatorem facere mentionem exemplaris, vel quod filius ſit furioſus, mutus, aut ſurdus, modo ſit talis.*
19 *Subſtitutio facta filio muto, non expreſſo fuerit illius, an dicenda ſit vulgaris, exemplaris, vel fideicommiſſaria & num. 20. cum ſeq. & 23. & 24.*
20 *Locutio indefinita eſt apta ad plures caſus & num. 21.*
22 *Subſtitutiones, & teſtamenta, ſunt latius interpretanda.*
24 *Compromiſſum factum in principio, intelligitur factum, vt ipſe determinet controuerſiam ſola facti veritate inſpecta.*
26 *Verba, muto, & ſurdo à natura, ſubſtitutionem exemplarem adducunt, & cur num. 27.*
28 *Qualitas in dubio præſumitur adiecta diſpoſitioni, & perſonæ, cauſa demonſtrationis & num. 29.*
30 *Legata & fideicommiſſa relinqui [illegible] poſſunt à muto, & ſurdo à natura.*
31 *Actus præſumitur celebratus ex cauſa neceſſaria.*
32 *Primogenitorum conditio ex conſuetudine multorum locorum, melior eſt cæterorum tam in ſucceſſionibus, quam honoribus, & num. 33.*
34 *Honor conſiſtit in ſedendo ante alios, tam dignior ſedeat à dextris, & inferior à ſiniſtris.*
35 *Heres ſi [illegible] R[illegible], debet ſemper ſedere à dextris Regis.*
36 *Vlpianus ſemper [illegible] parentem appellat.*
37 *Pater eſt nomen honoris ac dignitatis.*
38 *Expreſſum aliud, & habetur pro tali, licet vere non ſit expreſſum, quando veriſimiliter ſic fuit diſpoſitum, ſi diſponens fuiſſet interrogatus.*
39 *Mutus ſimpliciter non prohibetur teſtari.*
40 *Mutitas, vel ſurditas [illegible] non ſufficit ad inducendam exemplarem, duplex tamen & à natura [illegible] ad [illegible] & num. 41.*
42 *Verba teſtatorum ſic debent intelligi, vt ceſſet vitium ſuperfluitatis.*
43 *Imo potius cauſanda, verba improprie ſumantur.*
44 *Et debent intelligi, vt quid operentur.*
45 *Fideicommiſſum non videtur inductum in bonis, relictis filio, non excedentibus legitimam.*
46 *In legitima grauamen locum non habet.*
47 *Subſtitutio exemplaris locum habet in omnibus bonis integraliter.*
48 *Genus per ſpeciem derogatur.*
49 *Dictio, ſaluo, eſt modificatiua, & reſtringit generalitatē ſubſtitutionis.*
50 *Dictio, tamen, ſtat limitatiue, & reſtrictiue. Idem in dictione, ita tamen, quæ habet vim taxatiuam, & reſtrictiuam, num. 51. 52.*

53 *Verba de quaſupra, & vt ſupra, inducunt repetitionem qualitatum præcedentium.*
54 *Conſuetudo quando ſit in exemplari ſubſtitutione*
55 *Subſtitutio vulgaris, facta filio furioſo, mente capto, vel muto, & ſurdo à natura continet exemplarem.*
56 *Etiam non facta mentione furoris, modo talis ſit.*
57 *Teſtator pupillo, vel muto & ſurdo ſubſtituens, quem pro eis inſtituit, an in bonis ſuis tantum, vel etiam ſ[illegible] ſubſtituiſſe cenſeatur. & num. [illegible]*
59 *Filij poſiti ſimpliciter in conditione, non intrantur diſpoſitione vocati Et [illegible] num. [illegible]*
60 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
61 *Subſtitutio exemplaris vt dicatur facta, requiritur, vt ſiſiat eius ſubſtituentem. [illegible] ſtatorn.*
62 *Et facta ſurdo, & muto à natura, dicitur facta in bonis ſ[illegible] & [illegible]*
63 *Bona non dicuntur amplius hæreditaria, adita hæreditate, ſed confunduntur cum patrimonio hæredis, & dicuntur [illegible] ipſius patrimonium.*
64 *Mors omnia ſoluit.*
65 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
66 *Inſtitutio incapaci pars poteſt, cum capere poterit.*
67 *Prohibitio alienationis & detractionis trebellianicæ, operatur fideicommiſſum.*
68 *Subſtituti exemplariter ſecundum formam l. humanitatis C. de impub. & al. ſubſt. non videntur poſſe grauare. & de ratione. ibi.*
69 *Mutus, & ſurdus à natura, ſi quid intellectum habeat, quem ſignis exprimere poſſit, poteſt emere, vendere, donare, & alios contractus facere, qui conſenſu & ex traditione perficiuntur.*
70 *Curatores dantur minoribus, qui etiam ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſſint.*
71 *Exhæredatio, vel præteritio filij, quæ fit bona mente, & ad eum ſeruiſſorem non requirit inſertionem cauſæ & num. 72.*
73 *Diſpoſitio facta ad prouiſionem filij, non reijcitur de legitima.*
74 *Intellectus l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſt. & nu. 75.*
76 *Legitima filio iure naturæ debita, an veniat in confiſcationem, prohibitione alienationis non attenta.*
77 *Familia ſed deſcit ſine bonis, & diuitijs.*
78 *Trebellianica prohiberi poteſt*
79 *Prohibitio alienationis & Trebellianicæ, ex hoc ſque cauſa, vt bona remaneant in familia, tendunt ad inducendum fideicommiſſum.*
80 *Subſtitutio facta muto & ſurdo à natura per patrem, ſi moriatur ſine liberis, & moriatur in pubertate, durante mutitate, & ſurditate, exemplarem præcedit, etiam ad matris excluſionem*
81 *Subſtitutio ea prius cenſetur contemplata per teſtatorem, quæ in ordine præceſſerat.*
82 *Coniectura plures pro exemplari ſubſtit. facientes, magis attenduntur, quam pauciores pro fideicommiſſaria & num. 83 & 84*
85 *Subſtitutio vulgaris, & exemplaris comprehenſa ſub ea, & fideicommiſſaria, quando dicatur ordinata ordine ſucceſſiuo, non autem vt ſimul eodem tempore concurrant.*
86 *Subſtitutio reciproca eſt directa, quæ debet fieri expreſſe, non per coniecturas*
87 *Directa ſubſtitutio poteſt per coniecturas induci.*
88 *Adeo, vt quod in pupillari dictum, idem in exemplari dici debeat, cum ad exemplum pupillaris introducta ſit*
89 *Subſtitutio exemplaris ex coniecturis colligitur, licet expreſſa non ſit & num. 90. & 91*
92 *Vbi ex expreſſo ſequitur tacitum, cenſetur id expreſſum. & num. 93.*
94 *Subſtitutio exem. l. vt in compe[illegible] bendit omnia bona filij muti & ſurdi, cui fit ſubſtitutio*
95 *Teſtator præſumitur voluiſſe præferre magis dilectos, minus dilectis. in l[illegible] iure accreſcendi ad magis dilectos debetur*
96 *Teſtator poſt mortem filij ſimpliciter [illegible] bona reſtitui [illegible] nec dicitur quo nominat [illegible] relinquens in dubio ab hæredib. filij, & tunc [illegible] & nu. 9[illegible]. Et eſt communis opinio [illegible]*
100 *Coniectura ſi non pro[illegible] de [illegible] poſſunt indicium probationum, vel adminicula [illegible] & 10[illegible]*
103 *Præſumptiones dua[illegible] ad plene probandum in cauſa [illegible] ſed [illegible] ut de toto patrimonio [illegible] vide inf. num. 106*
104 *Exemplum de cauſa m[illegible] quæ æquiparatur criminali n. 105.*
106 *In ca[illegible] præſumptiones concurrentes coniunguntur [illegible]*
107 *Teſtator poteſt ſu[illegible] de re ſua, ſed & de hæredis*
108 *Et cum ſubſtitui[illegible] & ſurdo à natura, ne dum ſibi [illegible] ſubſti[illegible] & exemplariter [illegible] bonis filij.*
109 *Et præſumitur [illegible] conformare ſecundum communem [illegible]*
110 [illegible]
111 *Mens [illegible] verbis teſtamenti & 112.*
113 *Diuiſio inter fratres quando ſit facienda pro virili, & non pro hæreditaria [illegible]*
114 *Verba [illegible] & hæredum, quid denotent [illegible]*
116 *Dictio, [illegible] eſt repetitiua præcedentium [illegible] omnibus ſuis qualitatibus.*
117 *Subſtitutio cenſetur facta in eis portionibus, in quibus ſunt facti inſtituti*
118 *Subſtitutio impuberi facta per ea verba*, quiſque mihi hæres erit, *ſub auditur, ſit hæres filio meo, impuberi, vt eo impubere mortuo, vocati ſiant ſcripti hæredes, pro qua parte hæredes facti ſunt.*
119 *Ratio naturalis debet ſufficere, etiam ſi lex deficit & num. 120.*
121 *Res, & bona perſonæ accedunt.*
122 *Licentia obtenta inſtituendi filios inæqualiter, an & quando extendi poſſit ad ſubſtitutionem*
123 *Æqualitas inter filios ſeruanda patre contrarium faciente, & de [illegible] nu. 144*
124 *Pater an poſſit vni filio plus relinquere, quam alijs, dummodo illis legitimam ſuam relinquat. nu. 139. & 141.*
125 *Mater poteſt donare totum patrimonium vni filio, reſeruata tamen alijs legitima & num. 140.*
126 *Subſtitutiones ſemper admittunt magis dilectos, & ij præferuntur alijs num. 142.*
127 *In ſubſtitutionibus nominibus appellatiuis factis ſubſtituti veniunt pro portionibus hæreditarijs. ſecus quando nominibus proprijs quia tunc in viriles ſuccedunt.*
128 *Præcedentia declarant ſequentia.*
129 *Nec correctio præcedentium præſumitur in ſequentibus, in continenti facta*
130 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
131 *Subſtitutio in dubio cenſetur continuata, & non noua facta & numer 132.*
133 *In ſubſtitutionibus quando a[illegible] intelligatur ſecundum portionem inſtitutionum. Intellectus l. 2. C. de impub. & al. ſubſt. ibid*
134 *Partis integralis, & quotitatiuæ differentia*
135 *Hæreditas diuiditur in 12. vncias*
136 *Indefinita locutio æquipollet vniuerſali*
137 *Dictio, illarum vel aliquarum, ſinonyma eſt vniuerſali* quicquid
138 *Ratio vbi eadem viget, ſit eadem iuris deciſio.*
140 *Pater inſtituens ſi non vltra legitimam, poteſt eum in legitima grauare, ſecus ſi nihil vltra legitimam relinquat n. 142.*
143 *Et quando filij non dicantur in legitima grauari.*
144 *Subſtitutio reciproca continet ſub ſe vulgares ſubſtitutiones, vel pupillares, vel exemplares.*
146 *Induſtria ad vnum finem contemnitur operari non debent.*
148 *Ius agendi ad ſupplementum legitimæ præſcribitur ſpatio 30. annorum. & vt ibi [illegible] num. 147.*
149 *Iuramentum quod ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ attendi debet*
150 *Pactum iuramento vallatum, æquiparatur ſtatuto, adeo vt ſicut ab vno recedi non poteſt, ita nec ab alio.*
151 *Renunciatio iure ſimul iurato valet.*
152 *An renunciari poſſit cum iuramento in tranſactione ſucceſſioni teſtamentariæ, ſiue inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti.*
153 *Verba, vbi ſunt clara, non eſt de voluntate dubitandum.*
154 *Et à verbis claris renunciationis iuratæ non eſt recedendum, cum clare conſtet de voluntate iurantis.*

CONSIL. DCCXXXVI.

BIS ſcripſi pro Illuſtr. D. Troilo Rubeo Comite, & Marchione S. Secundi in cauſa, quā
habet cum Illuſtriſſ. Com. Ferrante eius fratre patruele, vt apparet *in conſilio meo 541. & ſeq.* nunc vero plura dubia diligenter excitantur per Excell. D. Gratianum Papiæ primarium Veſpertin. legentem contra d. Marchionem, quibus in diſſoluendis licet onus mihi non leue futurum ſit, cum tam magni nominis iureconſ. congredi, tamen vt honori meo, & Illuſtriſſ. Clienti meo ſatisfaciam, demonſtrabo (quantum potero) me pro veritate reſpondiſſe. Vt igitur rem aggrediar, dicit Vir iſte Clariſſ. quo ad bona Comitis Alexand.
primum aduertendum eſſe, quomodo poſſit agi † de exem- 1
plari, cum in facto præſupponatur, quod ipſi licet mutus, &
ſurdus à natura, non tamen erat mente captus, cum conſtet, cum honorifice, & tractatum, & inſtitutum. Item conſtet eundem ſatis ciuiliter, ac politice cum alijs conuerſatum fuiſſe; ac nedum humana percepiſſe, ſed & diuina.
Quare caſus iſte non pertinet ad verba *legis † humanitatis. C.* 2
de impuber. & alijs ſubſt. Cui dubio reſpondendo dico, quod
licet dicta lex de muto, & ſurdo non loquatur, tamen cum
talis teſtari non poſſit, quia à natura tale vitium ſortitus eſt,
l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſſ. pater † pro illo poteſt facere teſta- 3
mentum, ſicut pro mente capto. & † ſic ex identitate rationis 4
dicta lex humanitatis locum habet in muto, & ſurdo prædicto, vt tradunt Bal. & Caſtren. *ubi* Bar. Imol. Alex. & alij Mod. *in l. ex facto. ff. de vul. & pup.* Ruin. *conſ. 103. in prin. vol. 2.* Mantic. *in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 16. num. 10.* dicens, quod
omnes ita tradunt, & Iaſ. *in d. l. ex facto. num. 39.* qui teſtatur,
hanc eſſe [illegible] com. quos ego ſecutus ſum in hac cauſa *conſ. 540.* 5
numer. 21. quibus nunc addo Polytum *in tractat. de ſubſtit. de exemplari, numero 10.* dicens, ſibi verius videri, quod

d. lex

6 d. lex † humanitatis locum habeat in muto, & ſurdo ex pa-
ritate rationis, & præter eum Zaſ. in eodem tenet, & eadem
7 ſubſtitutione *col. 1.* qui diſputans cur † in pupillari pater tan-
tum ſubſtituit, in exemplari mater etiam, dicit & pulchre
quidem, quia humanitas ſuggeſſit Imperatori & quædam
commiſeratio eorum, qui morbo laborant, quæ merito ha-
bet laxiores habenas, quam non eſt in pupillo, in quo non
eſt alia ratio, quam quod ipſe teſtari non poſſit, & quidam
rigor iuris cum pupillo, nec immerito dignus fuit mutus,
& ſurdus tali præſidio, quia hunc morbum mutitatis, &
ſurditatis calamitatem, & infortunium Iuſt. appellat *d. l.*
diſcretis, & cum prædictis etiam concordat Ant. Gomeſius
8 *to. 1. c. 6. num. 3.* dicens reſolute procedendo, quod † muto, &
ſurdo à natura fieri poteſt exemplaris ſubſtitutio, quia eſt
eadem ratio impedimenti. vt tenet Alber. *in Rub. de vul. &*
pup. poſt Guliel. & Rayne. *conſ. allegat.* quare nitide manet
reſolutio dubij propoſiti, quod licet lex humanitatis de
mentecapto tantum loquatur, nec itidem de muto, & ſur-
do, tamen ex identitate rationis, & commiſeratione morbi
9 procedat in eo. † quotiens enim viget eadem ratio in plu-
ribus caſibus, illa decidit eos non per extenſionem, ſed
10 ſicut genus comprehendit ſpecies, ita † generalis ratio di-
uerſas ſpecies, ſiue caſus includit, merito vno expreſſo, ve-
niunt omnes, in quibus par ratio viget. Ita Bal. *in l. de quib. ff.*
de legib. Caſt. *conſ. 441. col. pen. vol. 1.* Bal. *in Rubr. C. de nauti. feno.*
per textum meliorem de corpore iuris in l. his ſolu. verſ. ſatis etiam
tacite cautum putamus. C. de reuo. don. cum ſimil. per me *conſ. 67.*
11 *num. 18.* aut ſi volumus illud fieri † per modum extenſionis
ex eadem ratione, prouiſio d. legis humanitatis ad ſimilem
caſum ſe extendit, vt poſt alios inquit Bened. Capra *in regu-*
lis ſuis de exemplari loquens, nu. 46. dicens, ita communiter te-
neri poſt Imol. *in c. Rayn. de teſt.* cum ſit caſus fauorabilis.

Secundo quoque loco dicit idem, motiuans, hunc ca-
ſum non pertinere ad dictam legem ex facto. quia non ap-
12 paret, quod ſupremus † Princeps patri Comitis Alex. facul-
tatem dederit, quod pro tali filio poſſet teſtari, quæ licentia
ſecundum veriorem, & ſanctiorem opinionem requireba-
tur: Cui dubio, me breuiter extricans, dicam cum Zaſio lo-
co citato, quod licet olim non niſi à Principe impetrabatur.
d. l. ex facto, hodie tamen, poſtquam recepta eſt conſtitutio
Iuſtiniani, non opus eſt eam impetrari à Principe, d. l. hu-
manitatis, quæ ideo inuenta eſt, vel recepta, quia filij impe-
dimento furoris, vel morbi, ſibi ipſis teſtari non poterant,
ideo propter humanitatem indultum eſt parentibus, vt eis
13 ſubſtituant. & hoc idem pulchre confirmat † Franc. Con-
nanus Iuriſconſul. eloquentiſſimus *in comment. iur. ciuilis.*
lib. 10. c. fin. col. fin. vbi tractans de filio furioſo, vel muto, qui-
bus parentes olim non poterant ſubſtituere, niſi rogantibus
illis Principes id cauſa cognita concederent, ſubdit, quod
hoc tandem à Iuſtiniano æterna lege ſancitum eſt, vt iam,
nihil eſſet neceſſe, Principem adire, *vt in d. l. humanitatis habe-*
tur. Et in ſumma Polytus *loco citato* dicit; Opinionem con-
trariam communiter reprobari, nec ille tantum hoc dicit,
ſed alij quoq; plures cumulati, qui tenent hodie poſt *l. huma-*
nitatis, ſubſtitui poſſe furioſo abſq; eo, quod impetretur à
Principe, vt Caſtr. Cor. Cur. iun. & Corraſ. *ibi cum ſimil.* per
Vaſqui. *de ſucceſſ. reſolu. lib. 2. §. 17.* de exemplari loquens. *nu. 75.*
14 & hoc ſufficit † ad ſolutionem dubij, ſed vlterius ex abun-
danti placet addere, quod in inſtrumento ratificationis
tranſactionis Ill. Comes Iulius, & cæteri fratres, viſis, & co-
gnitis verbis, & ſententia, tam teſtamenti præſentis, & eiuſ-
dem confirmationis per ſedem Apoſtolicam, & per ipſos
fratres factam, de quibus omnibus ipſæ partes aſſeruerunt
habere plenam notitiam, & veram cognitionem. *iuxta le-*
gem de iur. cum ibi not. ff. de tranſ. in nouo, & vlt. cap. ipſi fratres
ab inuicem ſibi fecerunt amplam, & generalem abſolutio-
nem, & promiſſionem de non petendo vnus alteri, & è
conuerſo aliquid ex quacunque ratione, & cauſa expreſſa,
& non expreſſa, cognita, & incognita, pendente à teſtamen-
to paterno, & materno, & ex quacunque ſucceſſione tam
bonorum mobilium, & immobilium, allodialium, & feu-
dalium, & ex alia qualibet cauſa, quæ dici, cogitari & exco-
gitari poſſit, de præſenti, & in futurum. quæ verba ſic am-
pla fuerunt, & adeo generalia, vel multiplicata, quod re-
ſtringi non poſſunt, ſalua ratione recti ſermonis: quo caſu
comprehendunt hunc quoque caſum impetrationis fa-
cultatis teſtandi pro Comite Alex. muto & ſurdo à natura,
quando fuiſſet neceſſarium, quod tamen vere non fuit. Ex
cum prædictæ remiſſiones, abſolutiones, & promiſſiones
fuerint reciprocæ, vt in illis verbis, ipſi fratres ad inuicem
cum ſequentibus facilius ſuſtineri debent, *argumento l. quod*
autem. §. quod idem. ff. de donat. inter vir. & vxor. Vero. *caut. 112.*
nu. 1. Iaſ. *in l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. col. 3. verſ. ego vltra. ff.*
de verb. obl. in l. ſi pater. col. 2. C. de inoff. teſt. & conſ. 173. num. 5.
Dec. *in l. licet. col. fin. num. 11. C. de pact.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. ver.*
donatione largitus. num. 93. C. de reuoc. don. & Cæphal. *conſ. 545.*
num. 33.

Tertio perſeuerat adhuc D. Gratianus, quod hic agi
non poſſit de exemplari, conſiderando ſubtiliter, quod
teſtator † nullibi in tam longa ſerie teſtamenti mentionem 15
fecerit exemplaris; nec in extenſionem ſubſtitutionum
comprehenſarum in compendioſa, hinc enim tacite colli-
gitur, talem filium, quamuis mutum & ſurdum, nec ha-
buiſſe pro mentecapto, nec ab alijs haberi voluiſſe. Nec
obſtat, quod cum reliquerit ſub cura, & guberno matris, &
Comitis Petri Mariæ, cum & alijs non paucis id commune
ſit ex varijs cauſis indigentibus aliorum diligentia, & in-
ſtructione. qui tamen non ſunt mentecapti. Sed & hoc
dubium diuelli poteſt, nam teſtator dom. Alex. ſubſtituit
Comitem Petrum Mariam vulgariter † ſed ſub expreſſa vul- 16
gari facta filio furioſo, vel vt in caſu noſtro muto, & ſurdo
continetur tacita exemplaris. vt tenent Bar. & alij *in d. l. ex*
facto cum ſimil. a me citatis in conſ. huius cauſa. 541. num. 22.
quibus nunc addo Menochium pariter in hac cauſa. *conſ. 103.*
num. 21. vbi poſt alios, quos cumulat, † rationem annectit: 17
quod ſicut vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem,
ſic & exemplarem, cum fuerit inducta ad exemplum pupil-
laris, nec eſt neceſſarium, quod † teſtator fecerit mentionem 18
exemplaris, vel quod filius eſſet furioſus, mutus, aut ſurdus,
modo talis eſſet, vt eſt pulchra deciſio Bal. *in l. humanitatis. C.*
de impub. col. 12. verſ. 2. quæritur, ſi teſtator ita dicit. Quærit
enim † ſi teſtator ita dicit ſimpliciter, filium meum hære- 19
dem inſtituo, & ei Titium ſubſtituo, erat autem filius teſta-
toris furioſus, tamen teſtator non fecit mentionem furoris,
quæ nam erit ſubſtitutio, videtur, inquit Bal. quod ſit vulga-
ris tantum. *l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & poſt.* ſed contrarium re-
ſpondet, nam † indefinita locutio eſt apta ad plures caſus, 20
ſcilicet vulgarem, & exemplarem, & ſi abſq; liberis moria-
tur, eſt apta ad fideicommiſſariam. *arg. l. generaliter. C. de inſt.*
& ſubſt. Quod † ergo poteſt multipliciter intelligi, debet 21
in omnem caſum intelligi, † cum ſubſtitutiones, & teſta- 22
menta ſint latius interpretanda. *l. in teſtamentis ff. de reg. iur.*
ita Bal. eleganter & in terminis ibi reſpondens ad *l. Gallus.*
in §. 1. vt per eum. Et licet Imola *in c. ep. Raynut. de teſt. num. 173.*
verſ. quid autem ſi teſtator damnet Bal. reſpectu fideicommiſ-
ſariæ, quam negat, ſub dicta ſubſtitutione ſimplici conti-
neri, cum eo tamen conſentit reſpectu exemplaris, conclu-
dens, quod dicta ſubſtitutio continebit ſolum directas, &
per conſequens vulg. pupill. & exemplarem. eumq; ſequitur
Andr. Sicul. *in add. Bal. in d. l. humanitatis loco citato in additione*
ſub litera N. & Grat. *reſp. 134. num. 15. vol. 1.* Alex. *in l. Gallus. §. qui-*
dam recte. num. 6. ff. de lib. & poſt. Cur. iun. conſ. 290. num. 6. Cæpha.
conſ. 423. num. 112. & Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 16 ſub*
num. 6. demumque Couarru. *in d. c. Raynutius. §. 6. num. 5.* vbi
dicit, quod † ſi filio furioſo pater ita ſubſtituat, filio meo ſub- 23
ſtituo Titium, quamuis nulla fiat furoris mentio, attamen
ex eo, quod ipſe, cui fit ſubſtitutio, furioſus eſt, iudicanda eſt
exemplaris ſubſtitutio. Et in hac met cauſa comprobat
Menoch. *conſ. 103. num. 26.* qui ſupra, *num. 24.* id ex eo probat,
quia † ſubſtitutio facta intelligitur ſecundum qualitatem 24
perſonæ, cui fit. per adducta per eum, & vltra comprobatur
in *l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi.* per quam & doctrinam
Baldi *in l. ex militari. ff. de teſt. mil.* quod † compromiſſum fa- 25
ctum in Principem, intelligitur factum, vt Princeps deter-
minare habeat controuerſiam ſola facti veritate inſpecta;
qua id conuenit qualitati eius perſonæ. *iuxt. not. in l. Æmilius.*

ff. de min. Tantoq; magis hoc dici debet in caſu noſtro, in quo
teſtator in inſtitutione facta de Comite Alexan. cum filium
ſuum mutum, & ſurdum à natura nominauit; & in ſubſtitu-
tione ſubiunxit, quod dicto do. Alex. quandocũq; deceden-
te ſine filijs, bona prædicta, in quibus dictus D. Alex. eſt hæ-
res inſtitutus, deueniant ad Comi. Petrum Mariam. nam illę
duæ dictiones, dicto & dictus, præpoſitæ verbo Alexan. pla-
ne repetunt qualitatem mutitatis, & ſurditatis in inſtitutio-
ne expreſſam, vt per Dec. *conſ. 278. col. fin. & conſ. 291. num. 6.*
Socin. iun. *conſ. 102. num. 3. conſ. 134. num. 37. vol. 3.* Rol. à Val. *conſ.
30. num. 21. vol. 4.* & ego dixi *conſi. 287. num. 19. & conſi. 500. nu. 17.
& 44.* & in hac cauſa Meno. *d. conſi. 303. nu. 23.* & interius *n. 27.*
dum tollit vnum, quod dicebat Ruin. *conſi. 103. nu. 7. vol. 2.* &
26 Dec. *conſ. 371.* quod † illa verba muto, & ſurdo ſtarent de-
monſtratiue, non autem diſpoſitiue; reſpondet enim Meno.
quod imo ſtant diſpoſitiue, velut executiua, cum dixerit te-
ſtator, quod dicto do. Alex. ſcilicet muto, & ſurdo à natura
decedente, bona deueniant in Ill. Com. Petrum Mariam: hæc
enim fuerunt verba executiua, vt in terminis declarat Ri-
pa *in l. centurio. n. 143. ff. de vul. & pup.* ſic contra teſtator voluit
ſignificare exemplarem, & de illa diſponere, vt pulchre qui-
27 dem concludit Menoch. *ibi.* & ſic † intelligi debet, quod ipſi
Comiti Alex. muto, & ſurdo à natura ſubſtituit ad inducen-
dam potius exemplarem ſubſtitutionem, quam ad demon-
ſtrandum perſonam dicti Com. Alex. quæ de per ſe ſatis erat
nota, abſq; demonſtratione; tũ quia ex dictis filijs inſtitutis
alius non erat, qui vocaretur Alex. tum etiam, quod pater
eum filium, & Illuſtrem vocauit. Ideo cum in inſtitutione
eum mutum, & ſurdum à natura appellauerit, id feciſſe vi-
detur ad effectum, vt dignoſci poſſet, quod dictus Comes
Alex. erat inhabilis ad teſtandum. *l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſſ.*
& propterea, quod pater volebat pro illo teſtari, faciendo
ſibi exemplarem ſub vulgari contentam. quæ exemplaris in-
telligitur facta ex qualitate d. Com. Alex. inhabilis ad teſtan-
dum, & Com. Petri alterius filij teſtatoris, & fratris d. Com.
Alex. ei ſubſtituti iux. d. l. humanitatis. Doc. *in d. l. ex facto.* Po-
ly. & Zaſ. *in tract. de ſubſt.* de exemplari loquentes. Et hæc ad-
denda ſunt per me dictis *in d. conſ. 541. num. 34. cum ſequentib.*
vbi pariter dixi, quod non cauſa demonſtrationis teſtator
dixit de Com. Alex. muto, & ſurdo ſed ad deſignandã exem-
plarem. quæ non repeto, cum ibi videri poſſint. Sed vnum
aliud addo quoq;, quod idem Menoch. ponit in alia cauſa.
28 *conſ. 106. n. 100.* vbi poſtquam dixit, † quod in dubio qualitas
præſumitur adiecta diſpoſitioni, & perſonæ cauſa demon-
ſtrationis. *l. fi. §. Titia. ff. de lib. leg.* Bar. *in l. cum pater. §. menſe. ff. de
leg. 2.* quem ſequuntur Iaſ. *in l. centurio n. 31.* & Rip. *nu. 140. ff. de
29 vul.* dantes exemplum. ſi teſtator dicat, † ſubſtituo filio meo
impuberi, non eſt enim pupillaris, quia qualitas impuberis
dicitur appoſita demonſtratiue, quod ille filius ſit impubes
ex multis filijs, id enim non procedit, vt inquit Rip. *n. 141.* &
Men. ſi teſtator vnum tantum filium impuberem habuiſſet,
quia tunc illa qualitas ſtaret reſtrictiue, ſic enim in caſu no-
ſtro, vbi ſolus Com. Alex. erat mutus, & ſurdus à natura, ex-
teri ſecus. Et in quantum dicitur parum releuare, quod Co-
mes Alex. relictus fuerit ſub cura, & gubernio matris, & Co.
Petri Mariæ, cum alijs non paucis id cõmune ſit, indigentib.
aliorum cura, & diligentia, non tamen mentecaptis. id enim
procedit reſpectu bonorum, velut in abſentibus, quorum
bona, vel negotia committuntur alijs. *§. 1. inſt. de oblig. ex quaſi
contractu.* ſed in caſu noſtro teſtator voluit, quod d. Com. A-
lex. & eius bona gubernentur per d. Com. Petrum Mariam,
qui ipſum D. Alex. cum familia ſua condecenter alimentare
teneatur, & debeat honorifice: cum enim teſtator illum de-
derit in gubernatorem perſonæ d. Com. Alex. muti, & ſurdi,
id fecit ad exemplum tutorum, qui dantur ad tuendum pu-
pillos, qui propter ætatem ſe defendere nequeunt. *inſt. de tu-
tel. in prin.* vt ſic & Com. Petrus Maria deberet eſſe defenſor d.
Com. Alex. qui propter mutitatem, & ſurditatem ſe tueri
non poterat; nam nec loquendo poterat intelligi, nec nu-
tus, aut ſigna plerunq; intelliguntur, & ideo videmus, quod
30 legata, & † fideicommiſſa relinqui non poſſunt à muto, &
ſurdo a natura. *l. muti & ibi glo. ff. de leg. 3.* vnde talis prouiſio
teſtatoris erga dictum Com. Alex. non fuit (vt dicitur) in
dubio communis alijs, ſed particularis, & maxime neceſſa-
ria. prout † etiam præſumitur actus celebratus ex cauſa ne- 31
ceſſaria. Bar. *in l. cum ſeruus. & in l. triticum. ff. de verb. ob. glo. in l.
ſed ſi vir. ff. de don. int. vir. & vxo.* Card. *conſ. 133. & conſ. 410. vol. 2.*
Abb. *conſ. 116. cum ſimil.* per me *conſ. 257. num. 56. & in hac cauſa
conſi. 541. num. 32.* vbi videndum; Confirmatur iſta neceſſi-
tas ex alijs partibus teſtamenti. *l. qui filiab. in prin. l. ſi ſeruus plu-
rium. in fin. ff. de leg. 1. l. verum. & ibi* Bal. & Ang. *ff. de pet. her.* Dec.
conſ. 515. & ego *conſ. 199. nu 244.* & primo circa Reueren. & Ill.
D. Io. Hieronymum, & Hectorem, quos inſtituit in ſcutis
20. millibus pro eis expenſis, cum quibuſdam oneribus
impoſitis Com. Petro Mariæ; quæ prouiſio fuit neceſſaria,
cum alioquin illi ſucceſſerit cum alijs fratribus æqualiter.
l. vt liberis. & ibi not. C. de collat.

Secundo ex primogenitura, quam fecit in parte Com.
Petri Mariæ, ſicut in alia relicta Comiti Iulio, in qua pariter
fecit primogenituram. nam ſublata primogenitura, fuiſſent
æquales omnes filij in ſucceſſione, ſecus ea ſic ordinata,
cum † generalis ſit in multis conſuetudo, quod ſit longe me- 32
lior conditio primogenitorum, quam cæterorum. vt refert
Oldr. *conſ. 224.* Andr. de Iſer. *in c. 1. §. ſed & rei, per quos fiat in-
ueſtitura.* & Bald. *in l. cunctos populos. colum. 8. ver. ſed quæro de
effectu. C. de ſumma tri.* Et in alijs locis relati per Tiraq. *in
præfa. de iure primogenitorum. num. 3.* cum pluribus ſequenti-
bus. nec † in ſucceſſionibus tantum, ſed in honoribus pri- 33
mogenitis præcellunt alijs. Vnde cum † honor conſiſtat in 34
ſedendo ante alios, digniorq; debeat ſedere à dextris, & in-
ferior à ſiniſtris, ideo † filius primogenitus Regis debet ſem- 35
per ſedere à dextris Regis, vt inquit Bal. *in l. decernimus. 2. not.
C. de ſacroſ. eccl.* quem ſequitur Cur. *conſi. 74. col. 1. in fi.* Card.
Alex. *in c. Epiſcopus. 17. diſt.* Soc. *conſi. 47. vol. 3. cum ſimil.* per Ti-
raq. *in d. præfa. num. 13.* hinc *Geneſis. 27.* dicitur, quod vbi Iſaac,
benedicens filium Iacob, qui Dei ordinatione primogeni-
tus erat, cuique ius ipſum primogenituræ diuenditum fue-
rat. Eſto, (inquit) dominus fratrũ tuorum, & incuruentur
ante te filij matris tuæ. ex quo aperte colligitur, quanto
honore præcelleret primogenitus cæteros fratres, vt anno-
tauit Ioan. And. *in d. c. licet. de voto.* Ab. *conſ. 3. col. 3. lib. 2.* Tiraq.
loco citat. num. 20. Quin & apud Homerum *Iliados lib. 13.* di-
cit, quod Neptunus Iouis ex vtroque parente frater, ipſum
Iouem reueretur, neq; audet illi palam obſiſtere; quoniam
eſſet maior natu. Et † Imperator Vlpianum parentem ap- 36
pellat *in l. ex Diui. C. loca.* quoniam erat illo ſenior. pater enim
nomen † honoris eſt, ac dignitatis, vt dicit Arch. *in c. præſens.* 37
20. q. 3. Et Purpur. *in l. fi. in prin. C. de eden.* fuit ergo neceſſarium
teſtatori, ſi volebat in ſucceſſione, & honore maiorem natu
filium Com. Petri Mariæ, ſicut & Comitis Iulij, primogeni-
turam corrigere, ſic contra particulariter ordinare, ea nam-
que prouiſione prætermiſſa tales filij, licet maiores natu, di-
ctas prærogatiuas non habuiſſent. quare ſic in propoſito
noſtro ſciens teſtator habere filium Com. Alex. mutum, &
ſurdum à natura, qui teſtari non poterat; volens prouidere
qualitati ſuæ (ne dicam imbecillitati) fecit ſubſtitutionem
exemplarem, quam voluit ſub vulgari expreſſa, vel com-
pendioſa. non tamen eam expreſſit in ſpecie, ſciens, eam ſub
illis contineri. Sed tamen expreſſa dici poteſt per regulam,
quod † illud pro expreſſo habendum eſt, licet vere non ſit 38
expreſſum, quod veriſimiliter teſtator diſpoſuiſſet, ſi de eo
fuiſſet interrogatus, dummodo tales veriſimilitudines ex
expreſſis in teſtamento colligantur. vt eſt tex. per quem Bar.
& ſcribentes ibi colligunt hanc regulam, *in l. Titius. §. Lucius*
vbi Iaſ. *n. 1.* plura dicit. *ff. de lib. & poſthum.* Et eſt tex. iunc. glo.
in l. talo pactum. §. fi. ff. de pact. tradit Cur. *conſi. 51. col. 2. verſ. con-
firmantur. & conſi. 29 num 2.* Rom. *conſi. 408.* Caſtr. *conſi. 378. n. 3.
vol. 1.* & alij, ne omnes tranſcribam, quos recenſet Decian.
reſp. 44. num. 79. vol. 3. & in *conſi. meo 541.* tot numero nouem
coniecturas retuli, quibus ſuadetur, teſtatorem voluiſſe Co-
miti Alex. exemplariter ſubſtituere, quæ colliguntur ex ex-
preſſis in teſt. merito talis ſubſtitutio pro expreſſa reputari
debet, & in ſpecie circa primam, quod de muto, & ſurdo à
natura mentionem fecerit teſtator, mihi placet repetere,
quod dixi *in conſ. ſeq. 542. num. 29. de conſ.* Decij. *371. numer. 1.*
is enim, qui fuerat argumentatus, quod ex quo teſtator in

ſubſtitutio-

Digitized by Google

tione facta filio, de muto fecerat mentionem, dicen-
videbatur, quod ſubſtitutio deberet exemplaris iudi-
cari, poſtmodum *num.7.* caſum ſuum reſtringit ad mutum
39 tantum. qui † mutus ſimpliciter non prohibetur teſtari. d.l.
diſcretis, & per conſequens illi non poteſt exemplaris fieri,
meritoq; nec intelligi debebat, fuiſſe factam, & ad argumen-
tum ſuperius factum per eum in contrarium reſpõdet, quod
procederet, ſi facta mentio fuiſſet de muto, & ſurdo à natu-
ra, quod cum factum fuerit in caſu noſtro, prout alias dedu-
xi, ponderando verba dicti dom. Alex. repetitiua præceden-
tium, dico, quod ſtat ibi deciſio Decij in terminis, quod ſub-
ſtituuo, facta Comiti Alexand. muto, & ſurdo à natura ſub
vulgari, cenſeri debeat exemplaris comprehenſa, nec im-
40 merito, quia † funiculus duplex eſt potentior. *c. 1. de treu. & pace.* & fortius triplex, vt menuo de muto, & ſurdo, a natu-
ra, qui difficile rumpitur, vt inquit Vldari. Zaſ. *conſ. 13. num. 4. primo Tom. diuerſorum Germaniæ.* & ego *conſilio 5. num. 16. cum*
41 *ſimil.* alibi notis. vnde † ſi ſola vna qualitas mutitatis, vel
ſurditatis non ſufficit ad inducendam exemplarem, duplex
& à natura concurrens id conficere debet, velut de magis
enixa voluntate teſtatoris conſtare dicatur, vt de gemina-
tione dicitur. *l. Baliſta. ff. ad Treb. l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Et ego dixi *conſi. 25. num. 10. & conſ. 530. numero 13.*
Sed vlterius addo nouiter regulam illam protritam, quod
42 verba † teſtatorum ſic intelligi debent, vt ceſſet vitium ſu-
perfluitatis *l. ſi quando. in prin. ff. de leg. 1.* Bar. *per illum text. in l.*
43 *generali. §. 1. ff. de vſufr. leg.* Imo † verba ſunt impropriè ſum-
menda, vt non ſint ſuperflua. *l. fundus qui locatus. ff. de fun. inſt.*
Roma. *in l. 2. verſ. in teſtatorem. C. de ſuc. edi. & conſ. 56. num. 4.*
Corn. *conſi. 237. num. 7. vol. 4.* Natta *conſi. 484. num. 30.* Socin.
iun. *conſi. 1. num. 21. volum. 3* & in alijs locis adductis per Man-
tic. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. colum. 1. & 2.* at ſi teſtator noluiſ-
ſet exemplarem facere Comiti Alexan. ad quid omnia no-
minare mutum, & ſurdum in inſtitutione, & ſubſtitutione
particulari, illi facta per repetitionem verbi dicto? Et quid
opus illam particulam? ſubſtitutionem illi facere, non ne
ſufficiebat generalis ſubſtitutio filijs omnibus facta, in qua
44 cum alijs poterat comprehendi? certe ſic. ergo † ne dicatur,
fuiſſe ſuperuacanea, ſed quod operetur, vt per Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. & in l. 1. poſt Gloſſ. ff. quot met. c. inſ.* Dec.
conſ. 48. num. 2. & conſi. 626. num. 7. & copioſe extendit Gra.
conſil. 297. num. 4. dici debet, quod illa ſubſtitutio particula-
ris emanauerit ad inducendam exemplarem in perſonam
Com. Alex. quæ cæteris filijs non conueniebat, confirmant
45 prædicta, (vt mihi præſupponitur in facto) † bona relicta
Com. Alex. non excedunt eius legitimam, merito non poſ-
ſumus dicere, quod teſtator voluerit inducere fideicommiſ-
ſariam, per quam inducitur grauamen *l. coheredi. §. cum filiæ.*
46 *ff. de vulg.* quod † in legitima locum non habet. *l. quoniam. C.*
47 *de inoff. teſtam.* meritoque dici debet, quod voluerit † exem-
plarem facere, quæ locum habet in omnibus bonis integra-
liter. Bart. & omnes *in d. l. ex facto.* ne ſuperflue ſubſtituiſſe vi-
deatur. Succedit & alia regula, caſui noſtro deſeruiens, quod
48 generi † per ſpeciem derogatur. *r. generi. de reg. iur. in 6.* dom.
meus Rum. *conſi. 186. num. 12. & conſi. 265. num. 6.* ergo per eam
dici debet, quod teſtator voluerit per hanc ſpecialem ſubſti-
tutionem factam Com. Alex derogare generali poſtea ſub-
iectæ, ſicque illi facere exemplarem, alijs filijs incongruam.

Præterea plus vnum dico nouiter, ab alijs in hac cauſa
non animaduerſum, quod teſtator hanc ſubſtitutionem
particularem factam Com. Alex. reſeruauit in altera generali
filij facta; probatur. Nam dixit in cap. Item legauit, & legat,
Salua tamen primogenitura, de qua ſupra, & vt ſupra. de qua
dixit in iſta particulari ibi: Item legauit, & legat, quod dicto
dom. Alexan. quandocunque decedente ſine filijs, bona de-
uenire debeant in Illuſt. dom. Petrum Mariam, ſi tunc ſuper-
uixerit, ſin autem in eius filium maſculum, & vt ſupra pri-
49 mogenitum. illa namque † dictio, ſalua, eſt modificatiua, &
reſtringit ipſam generalitatem illius ſubſtitutionis, & eſt tan-
quam limitatio ad regulam, & generalitatem illius ſubſtitu-
tionis. *l. ſi debitor. §. 1. ff. quib. mod. vſu. amit. l. item Labeo. §. pure. ff. fam. her.* Bald. *in l. aſſe toto. ff. de her. inſt.* quibus & alijs ſic ar-
guit in legato, Decian. *reſp. 122. num. 3. volum. 3.* dicens, eſſe
perinde ac ſi dixiſſet teſtator, lego nepotibus meis vſumfru-
ctum omnium bonorum meorum, excepto vſufructu do-
mus pro tempore vitæ dom. Marthæ, prout ita legauerat in
præcedenti legato, ſic enim dici debet in caſu noſtro, quod
cum teſtator in illa ſubſtitutione generali dicat, quod lega-
uit, & legat, ſalua tamen primogenitura, de qua ſupra, perin-
de eſt, ac ſi dixiſſet, quod facit illam ſubſtitutionem genera-
lem filijs, & deſcendentibus, vt ibi: excepta ſubſtitutione par-
ticulari, ſuperius facta Com. Alexand. filio ſuo muto, & ſur-
do in bonis ſibi relictis, prout ſupra fecit. Tantoque magis,
quia teſtator adiecit dictioni, ſalua, dictionem, † tamen, quæ 50
ſtat limitatiue, & reſtrictiue: prout quando dicitur, ita ta-
men, quæ habet vim taxationis. *l. Lucius. §. quæ habeat. in fi. ff. ad Treb. l. qui in aliena. §. libertos. ff. de neg. geſt.* & not. Guil. &
Ang. *in l. nulla. ff. de legibus.* Alex. *in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.*
Ruin. *conſi. 74. num. 17. volum. 2.* Purpu. *conſi. 216. num. 15.* & alios
citat dom. meus Marcus Brun. Anguil. *conſi. 75. num. 61.* vbi
dicit, quod propria natura dictionis, ita † tamen, eſt reſtrin- 51
gere, & taxare, non autem ampliare. *l. vbi adhuc. verſi. ita tamen.* & ibi Sal. *C. de iure dot.* Curt. *conſ. 57. volum. 1.* Dec. *conſ. 445. num. 8.* Pariſ. *conſ. 17. num. 29. volum. 1.* Ruyn. *conſ. 74. num. 17. vol. 2. & conſ. 1. num. 12. vol. 4.* Vnde ſic idem dici debet de his
dictionibus, ſalua tamen, ſynonymis illis, ita tamen. & certe
ſi teſtator reſtrinxit illam generalem ſubſtitutionem per
reſeruationem præcedentis particularis factæ Com. Alexan.
dicere oportet, quod illa particularis diuerſa ſit, & aduerſe-
tur alteri generali. prout eſt etiam natura dictionis, tamen,
limitare, † & aduerſari præcedentibus in iure, & in facto. 52
l. cum hic ſtatus. §. diuortium. ff. de don. inter vir. & vxor. Bartol.
in l. 1. in prin. ff. ſi quis in ius voc. non obte. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. Dec. *reſp. 40. num. 32. volum. 3.* Propterea
dicendum eſt, quod illa particularis agat de exemplari, gene-
ralis ſecus. alias nec prior eſſet reſeruata per ſecunda, & eſſent
conformes, & non contrariæ.

Non omitto quoque, quod non contentus teſtator di-
xiſſe, ſalua tamen primogenitura, ſubiunxit de † qua ſupra, 53
& vt ſupra: quæ verba inducunt repetitionem qualitatum
præcedentium. Bartol. *in l. 1. §. deinde. ff. de poſtulan.* Alexand.
conſ. 59. prope fi. volum. 3. Dec. *conſi. 187. num. 10. conſ. 227. num. 5.*
Ruin. *conſi. 183. num. 1. volum. 2.* Gra. *conſ. 88. num. 3.* Cæpb. *conſi. 292. num. 9.* ergo voluit reſeruare ſubſtitutionem, de qua
tractamus, factam Com. Alexan. filio ſuo muto, & ſurdo
à natura de Com. Petro Maria primogenito, & eo non ex-
tante de filio ſuo primogenito, videlicet exemplari: Et
certe periculoſum mihi videtur, nec tutum dicere, prout in
dubio, quod in hac ſubſtitutione facta Com. Alexand. non
ſit intelligendũ de exemplari: quia non eſt de illa facta men-
tio; cum † in ea ſit compendioſa, ibi dicto D. Alex. quando- 54
cunq; decedente ſub qua facta filio furioſo, vel mentecapto,
vel muto, & ſurdo à natura continetur exemplaris, vt vtrun-
que probat Menoch. *in alleg. conſ. 303. numero 16.* Et vlterius
ſubijciatur etiam de vulgari, ibi, ſubſtituit † vulgariter, quæ 55
facta filio furioſo, mentecapto, vel muto, & ſurdo à natura
pariter continet exemplarem, vt ſubdit. Idem Menoch. *n. 21.*
poſt ab eo citatos. certe dicendo contrarium; quia de illa
non eſt facta mentio, corruerent illæ communes concluſio-
nes, & nunquam procederent, quod nequaquam dicendum.
Item corrueret deciſio Baldi *in d. l. humanitatis. col. 12. verſ. 2. quæritur, à me ſuperius citata cum pluribus ſequent. ibi.* quia vult,
non † facta mentione furoris, (ſi tamen erat talis filius) 56
ſubſtitutionem exemplarem dici, & tamen nec de furore,
nec de nomine exemplaris dictum fuit. igitur ne terminos
iuris confundamus, oportet dicere, & fateri, quod hæc ſub-
ſtitutio capiat exemplarem.

Quarto ſubtiliter inſtatur, quod exemplaris nequaquam
facta dicatur, quia teſtator in bonis Comit. Alexand. reli-
ctis, & ſubſtitutione facta, vt de bonis ſuis, non autem vt
de bonis filij diſpoſuit, vnde cognoſcitur; quod non pro
filio, & ſic quod non exemplariter, ſed quod pro ipſo teſta-
tore, voluit teſtari, & prouidere, factum probatur, quia te-
ſtator inſtituit Com. Alexan. in poſſeſſionibus, quas habet
ipſe teſtator in villa &c. deinde in ſubſtitutione dixit, quod
dicto D. Alexan. quandocunque decedente ſine filijs, bona

prædicta, in quibus dictus D. Alexan. eſt hæres inſtitutus
& ſic ipſius teſtatoris, deueniant in Com. Petrum Mariam
&c. cuius autem ſuccedit ex dicta ſubſtitutione ſic facta in bo-
nis teſtatoris, quod dici non poſſit exemplaris, quæ ſit men-
tecapto, vel muto, & ſurdo in bonis ſuis, ſed fideicommiſſa-
ria. vt per Bald. *in l. cum teſtamento. ff. de auro & arg. leg.* ſicut
tenet Dec. *conſi. 371. num. 4.* Ruin. *conſ. 103. num. 15. volum. 2.*
& Socin. iun. *conſ. 103. numero 44. volum. 1.* & poſt eos Ioan.
Botta *conſ. 27. numero 42.* latiuſque Rolan. à Valle *conſi. 68.*
num. 45. volum. 4. de qua fideicommiſſaria ſubiunxit: Sed
huic obiecto reſpondet Menoch. *in d. conſi. 303. colum. fin.*
poſt Ruinum *in d. conſi. 103. num. 3. verſi. & ex prædicta,* quod
in hoc exemplaris ſubſtitutio non regulatur ab inſtitutio-
57 ne, prout etiam videmus in † ſubſtitutione pupillari tacita,
comprehenſa in expreſſa vulgari, in qua ſubſtitutus pupillo
dicitur ſubſtitutus in bonis pupilli, quamquam pupillus
58 fuerit inſtitutus in bonis teſtatoris patris ſui. Vnde † ſicut in
pupillari non adhibetur differentia, quod teſtator dicat ſibi
ſubſtituit, ſignificando vulgarem, aut dicat, ei ſubſtituit,
ſignificando pupillarem, vt tradit Bart. *in l. centur. ff. de vul. &*
pup. numero 31. Clariuſque Iaſon *num. 55.* & Alexan. *conſi. 1.*
numero 8. volum. 1. pariter & in hoc caſu conſiderandum eſt,
teſtatorem ſubſtituiſſe non ſibi, ſed Com. Alexan. vt ſigni-
ficaret exemplarem, & ſubſtituiſſe in bonis ipſius Comitis
Alexan. & hæc eſt reſponſio Menochij. Sed vlterius, &
ſubtilius ego conſidero, quod teſtator primo inſtituit Co-
mit. Alexan. poſtea eum in conditione poſuit, dicens: Item
legauit & legat, quod dicto dom. Alexan. quandocunque
decedente ſine filijs, voluit; quod bona deueniant in Co-
59 mitem Petrum Mariam &c. ſicut enim quando † filij poſiti
fuerunt ſimpliciter in conditione, non dicunt diſpoſitiue
vocati ſecundum Gloſſ. *in l. Lucius ſecunda. in fin. ff. de hæred.*
inſtit. & plures allegat concordantes Gabriel. *lib. 4. titu. de*
fideicom. concl. 4. Clarus *in §. teſtam. q. 77.* Rolan. *conſi. 51. verſi.*
quibus tam. vol. 3. Didac. *in c. Rayn. de teſt.* quos refert Surd.
60 *conſi. 91. nu. 10.* rationem allegans, quia conditio † nihil ponit
in eſſe *l. cedere diem. ff. de verbor. ſignif. l. ſi quis ſub conditione. ff.*
ſi quis omiſ. cauſa teſt. Pariſ. *conſ. 164. numero 19. volum. 4. cum ſi-*
milibus allegatis per eum. Pari modo dici poteſt, non eſſe
factam ſubſtitutionem ei, qui poſitus fuit in conditione:
vera igitur ſubſtitutio, facta in perſonam Comitis Alexan.
ea eſt, quæ ſubijcitur in teſtamento, ibi. & domino Alexan.
dictum Illuſt. dom. Petrum Mariam hæredem ſubſtituit
vulgariter, &c. quæ verba diſpoſitiua ſunt, & per ea dicitur
ipſi Comiti Alexan. facta ſubſtitutio, qui mutus erat, & ſur-
dus à natura, quare nihil impedit, quo minus ſub illa vul-
gari contineatur exemplaris; & ne deſit auctoritas in ter-
minis adduco Rolandum à Valle *in d. conſ. 68. num. 45. vo-*
61 *lu. 4.* vbi ſignanter dicit, quod ad hoc vt † ſubſtitutio exem-
plaris dicatur facta, requiritur quod ei fiat, cui ſubſtituitur,
vnde ſtat ibi pro caſu noſtro clara deciſio, qua nihil melius,
aut præciſius allegari poſſet; cum nihil in d. ſubſtitutione
de bonis ſuis teſtator dixerit, in quo tantum capitale po-
ſtea facit Rolan. ſicut & Botta, Decius, Ruinus & Soc. iun.
in ſuis conſilijs.

62 Tertio probabiliter quoque dici poteſt, quod † ſubſtitu-
tio facta Comiti Alexan. dicitur facta in ſuis bonis, non au-
tem teſtatoris, vt dixi prius *in conſi. 541. col. pen.* nuncque re-
peto paucis additis diligentius conſiderando, licet enim
tempore teſtamenti bona ſibi relicta, teſtatoris eſſent, ta-
men tempore ſubſtitutionis ſibi factæ quandocunque dece-
dente, prout in teſtamento dicitur, & ſic poſt mortem ſuam
deſierunt etiam bona Teſtatoris, imo ante illius mortem à
die aditionis paternæ hæreditatis, quam feciſſe dicitur rati-
ficando teſtamentum paternum in ampla forma cum au-
thoritate matris, ſuæ curatricis, & alijs ſolemnitatibus, de
quibus in inſtrumento ratificationis. *l. gerit. l. pro hærede. ff.*
de acquir. hær. & in §. penult. Inſt. de hær. qual. & diffe. quia adita
63 hæreditate, † bona non dicuntur amplius hæreditaria, ſed
confunduntur cum patrimonio hæredis, & vnicum patri-
monium ipſius dicuntur, vt not. Glo. & ibi Alex. plene poſt
alios *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſ. l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de*
vulg. & pup. Bartol. *conſ. 31. quidam decoſſit.* Ang. *conſ. 51. in fin.*
Bal. *in l. ſi plures. ver. iuxta prædicta. C. de cond. inſert.* Rom.
conſ. 40. & conſ. 168. in prin. quos allegat Decian. *reſp. 41. nu. 65.*
volum. 1. & in alijs locis: igitur adhuc verificatur, quod ſub-
ſtitutio facta Com. Alexan. de Comite Petro Maria dicatur
facta in bonis dicti Comitis Alexandri, attento tempore
purificatæ conditionis ſubſtitutionis ſibi factæ, & aditio-
nis ſuæ, de quo eſt etiam text. à contrario ſenſu pulcherri-
mus *in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt.* vbi quando quis gerit
negocia morientis, neque dicitur geſſiſſe negocia iam de-
functi quia † mors omnia ſoluit. *§. deinceps. in auth. de nupt.* 64
& non † entis nullæ ſunt qualitates. *l. eius qui in prou. ff. ſi cer.* 65
pet. neq; (vt ſubdit text.) hæredis, qui nondum adijt hæredi-
tatem, igitur à contrario ſenſu bene ſunt hæredis negocia,
poſtquam adijt hæreditatem, ſicque pariter fuerunt bona
Com. Alexan. quando deceſſit propter aditionem ſuam;
nam (vt in priori conſi. dixi) qualitas dictæ ſubſtitutionis,
collata in tempus mortis dicti Com. Alexan. regulari debet
ſecundum illud tempus, *l. in delicto. §. ſi extraneus. ff. de noxal.*
l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Treb. dom. meus Rimin. *conſi.*
27. numero 2. cum alijs per me deductis. quibus addo textum
in l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. vbi † inſtitutio incapacis 66
fieri poteſt, cum capere poterit, quia non attendit tempus
teſtamenti, ſed capacitatis hæredis in quod collata fuit inſti-
tutio, vt per Imol. *col. 2. verſ. in eadem gloſ.*

Quinto conſideratur in dubijs, quod teſtator bona reli-
cta Com. Alexan. prohibuit † alienari, & ex eis detrahi tre- 67
bellianicam, quæ conueniunt fideicommiſſariæ, vt de pri-
mo notant Doctores *in l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. 1. & in auth.*
res quæ C. commun. de lega. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb.
& vtrobique Iaſ. de ſecundo vero not. Alexan. & alij *in l. co-*
hæredi. §. cum filia. ff. de vulgar. & pup. in l. qua ratione. §. quod
vulgo. ff. ad leg. fal. non autem exemplari, (vt prius retuli)
poſt Ruinum *conſi. 103. num. 24. verſ. 4. reſpondet. volum. 2.* &
plenius de Trebellianica non detrahenda; tradit Roland.
à Valle *in d. conſi. 68. num. 67. vol. 4.* dicens, inde colligi, non
fuiſſe exemplarem, quia † exemplariter ſubſtituti ſecundum 68
formam *dictæ leg. humanitatis.* non videntur poſſe grauari,
cum principaliter habeant bona à lege, & non a teſtatore,
qui tenebatur eos ſubſtituere, citaturque Dec. *conſ. 371. col. 3.*
& Socin. iun. *conſi. 103. num. 21. vol. 1.* Sed huic motiuo reſpon-
di prius *in meo conſilio 541. circa fin.* quod cum † mutus, & ſur- 69
dus à natura ſi habet aliquem intellectum, quem poſſit
ſignis exprimere, poteſt emere, vendere, donare, & alios
contractus facere, qui conſenſu, & re ipſa traditione perfi-
ciuntur. vt declarat Anton. Gomeſ. in tract. ſubſtitutionis
exemplaris *numero 5.* propterea teſtator prohibuit Comiti
Alex. alienationem bonorum, forte timens, ne induceretur
ad alienandum, ſed conſeruarentur in familia, prout ſupra
dixerat. vbi videmus, quod cum ſupra reliquiſſet teſtator
Illuſt. D. Blancham vxorem ſuam curatricem, & guberna-
tricem omnium filiorum ſuorum, voluit etiam, quod ea
mortua, Comes Petrus Maria deberet regere, & gubernare
ipſum Comitem Alexan. cum familia ſua, & alimentare con-
decenter, & honorifice, & eius bona adminiſtrare, ſicut
enim † in moribus dantur curatores, eis qui eius ætatis ſunt, 70
vt ſua negotia tueri non poſſint. *Inſt. de curat. in prin.* Ita
Comes Alexan. minor, & ſurdus, & mutus à natura viſus
fuit teſtatori minus idoneus, & aptus ad ſe, & bona ſua re-
genda, & adminiſtranda; & ob id eorum alienationem illi
prohibuit. Quod totum dicitur in effectu feciſſe teſtator
ad prouiſionem d. Comitis Alexandri, ne bona per ipſum,
vel etiam Com. Petrum Mariam alienarentur: iuxta l. multi
non notæ. *ff. de lib. & poſt.* & ibi Iaſon *in prin.* vnde videmus,
quod † exhæredatio, vel præteritio filij, quæ ſit bona mente, 71
& ad eius prouiſionem, non requirit inſertionem cauſæ,
ſicque limitatur *§. aliud quoque capitulum. in auth. vt cauſæ.*
de app. Cagno. & ita tenent Ang. & † magis communiter 72
Moderni *in auth. ex cauſa. C. de lib. præte.* & Ang. & Mod. *in d.*
l. multi. cum ſimil. per Iaſon. *in l. cum ex filio. num. 6. ff. de vulg.*
& pup. pluſquam dicunt Bart. & alij, quod † diſpoſitio, fa- 73
cta ad prouiſionem filij, non reijcitur de legitima *l. filijs ma-*
trem. & ibi Caſtr. *C. de inoff. teſtam.* nec habet locum lex † *quo-*
niam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Et hanc opin. quoque tenet 74
Vaſquius

Vaſquius *de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 10. in repet. l. quoniam in priori-*
75 *bus. nu. 419.* concludens, quod † tale præceptum de non alie-
nando minori, prodigo, vel minus induſtrioſo iniunctum,
cum reſpiciat vtilitatem prohibiti, propterea non reijcitur
per illam legem. Quare nec iſta prohibitio alienationis,
facta Comiti Alexan. reijci debet de exemplari, contenta
ſub vulgari eidem facta. & ita in ſimilibus terminis declarat
Bero. *q. 87. ſuarum familiarium.* ponit cum caſum de filio,
qui fuit prohibitus alienare bona vſque ad certum tem-
pus, & in caſu alienationis filij, & deſcendentes ipſius pro-
hibiti fuerant vocati. Cum propter delictum dicti filij
76 bona ſua venirent confiſcanda, quæſitum fuit, an † tali
prohibitione alienationis non attenta, legitima ei iure na-
turæ debita, in confiſcationem veniat. reſpondet Bero.
quod non: tunc enim demum prohibitio alienationis, facta
filio ad legitimam illi iure naturæ debitam, non extenditur,
quando prohibitio non fauorem prohibiti, ſed aliorum,
quorum gratia facta eſſet, reſpiceret. *iuxta textum cum ibi not.*
in d. §. diui. at quando fauorem etiam prohibiti contineret,
& eſſet facta vt teſtator prohibito prouideret, qui forte mi-
nor, parum induſtrioſus, negligens, aut dilapidator erat,
iuxta legem Titio centum. in prin. vbi Imola, Caſtren. & alij *ff.*
de cond. & demon. tunc prohibitio, etiam ad legitimam filio
probibito debitam, extendetur. vt per Beroum latius *ibi.*
ſic igitur in caſu noſtro dici debet, quod talis prohibitio ex-
tendatur ad exemplarem, quia non grauamen continet,
quod non admittit exemplaris, vt poſt Dec. *in d. conſ. 371.*
dicit Rolan. à Valle *in d. conſi. 68. num. 68.* ſed prouiſionem,
& commodum filij, vt retinendo bona, nec illa alienando,
condecenter, & honorifice, cum familia ſua poſſet alimen-
tari, vt iuſſit teſtator, cuius totum contrarium ſequeretur
77 illis alienatis; cum † ſine bonis, & diuitijs familia ſordeſcat.
l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Bart. *in l. 1. num. 12. C. de digni. lib. 12.*
Dec. *conſi. 15. colum. 3.* & Decia. *reſp. 3. num. 66. volum. 1.* & bona
non conſeruarentur in familia, vt iuſſit teſtator per aliena-
tionem eorum in extraneos. *l. pater filium. in prin. ff. de leg. 3.*
Pariſ. *conſi. 53. num. 26. volum. 3.* & Cæph. *conſi. 614. numero 16.*
Quare dicta prohibitio alienationis in caſu noſtro bene ſe
compatitur cum exemplari, cum vtraque fuerit ordinata à
teſtatore ad prouiſionem, & commodum d. Com. Alexan-
78 dri, & ideo legitimam comprehendit, ſicut etiam † Tre-
bellianicam, quæ potuit prohiberi Com. Alexan. velut inſti-
tuto in certis rebus non autem vniuerſaliter. Nam talis non
poteſt detrahere Trebellianicam, vt tradit Bald. *in l. filium*
quem habentem. num. 27. & poſt eum Iaſ. *num 10. C. fam. herc.*
Bero. *conſ. 76. num. 5. volum. 2.* Crau. *conſ. 186. num. 1.* Cæp. *conſ.*
322. num. 13.

Præterea nec aliud omittendum cenſeo, quod dicta pro-
79 hibitio † alienationis, ſicut & Trebellianicæ, & expreſſio
cauſæ, quod bona remaneant in familia, (vt ſimul omnes
iſtas prouiſiones connectam, de quibus in dubio) ten-
dunt pro coniecturis ad inducendum, fuiſſe factam fidei-
commiſſariam Dom. Alexan. de qua non agitur, nec dubita-
tur, nam eam quoque fecit teſtator ibi & dom. Alexan Illuſt.
dom. Petrum Mariam ſubſtituit vulgariter, & per fideicom-
miſſum, ſed bene dicimus, quod ſub illa vulgari, quæ conti-
net exemplarem, quando filius erat mutus, & ſurdus à natu-
ra, vt ſupra dixi, teſtator eam facere voluit dicto Comit. Ale-
lexandro muto, & ſurdo à natura, pro qua concluſione mo-
ueor in primis auctoritate Baldi. *conſilio 20. quidam Petrus Ar-*
80 *nardi. volum. 3. in nouiſ.* vbi † teſtator inſtituit filium ſuum mu-
tum, & ſurdum à natiuitate, & ſubiunxit, ſi contingat, d.
filium mori ſine liberis, tunc ei ſubſtituit fratrem ſuum.
dubitatum fuit, filio mortuo poſt pubertatem, durante mu-
titate, & ſurditate, an haberet locum exemplaris. & Bal-
dus determinat, quod ſic; & ad excluſionem matris, ſicque
decidit in terminis caſum noſtrum, & illud conſilium mul-
tum exclamat Socin. iun. *conſ. 103. volum. 1.* licet contrarium
teneat in caſu ſuo diuerſo ab illo Baldi, vt videri poteſt. ſed
vlterius pro hac ſententia placet repetere ſingularem deci-
ſionem Baldi *in d. l. humanitatis colum. 13. verſ. ſed pone furioſo.*
quam deduxi *in ſecundo conſ. 542. num. 39.* dicit enim Bald. po-
ne furioſo factam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, &
vulgarem, & quod curator furioſi petijt ſecundum tabulas,
& ſic expirauit vulgaris. *l. cum heres. ff. ad Treb.* tamen exem-
plaris perſeuerat, dicit Bald. Is enim caſum noſtrum in ter-
minis ponit, in quo pariter teſtator fecit filio ſuo muto, &
ſurdo à natura, vt in caſu Baldi, furioſo vulgarem, & fidei-
commiſſariam, & vulgaris expirauit per aditionem, Ergò
exemplaris, quæ ſub ea continebatur, perſeuerauit, meri-
toque decedente Com. Alexan. ſine filijs in ea mutitate, &
ſurditate, fuit, & eſſe debuit locus dictæ exemplari, licet
adeſſet etiam fideicommiſſaria, ſicut aderat in caſu Baldi, li-
cet nec in caſu ſuo, nec in noſtro fuerit locus fideicommiſ-
ſariæ, cum nec ibi filius moriens liberatus fuerit à furore,
nec hic Com. Alexan. à mutitate & ſurditate. Vnde meo iu-
dicio Baldus ibi caſum noſtrum determinat. Imo vero ca-
ſus noſter eſt illo fortior, ſi penitus conſideretur, nam teſta-
tor ibi furioſo fecerat ſubſtitutionem fideicommiſſariam, &
vulgarem: ſicque prius mentionem fecerat de fideicommiſ-
ſaria, quam de vulgari, hic vero præmiſit vulgarem, dicens,
quod ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum, quo caſu
dicitur teſtator, principaliter † fuiſſe contemplatus vulga- 81
rem, quam præceſſit in ordinatione. *l. quotiens. ff. de vſufruct.*
l. generaliter. §. quid ergo ff. de fidei. lib. cum ſimil. per Dec. *conſi.*
408. num. 8. & Decia. *reſpon. 49. num. 26. volum. 2.* vnde ſi in caſu
Baldi, in quo ſecundo loco dictum fuit de vulgari, nihilomi-
nus ea ceſſante per aditionem durat exemplaris, & attendi-
tur, non autem fideicommiſſaria, multo magis in caſu no-
ſtro idem dici debet, in quo vulgaris præmiſſa fuit. Sed vlte-
rius, ſi coniecturis niti velimus, ſupra relatis ad inducendam
fideicommiſſariam, quod teſtator alienationem bonorum,
& detractionem Trebellianicæ prohibuerit cum cauſa,
quod bona remaneant in familia, longe † plures, & nume- 82
roſiores adſunt ad inducendam exemplarem ſub vulgari
contentam, quarum nouem ſigillatim recenſui *in priore con-*
ſil. & decem *in 2. nu. 32.* vnde † tot coniecturæ, quæ ſtant pro 83
exemplari, vincere debent pauciores, quæ ſtant pro fidei-
commiſſaria, *Auct. itaque. C. commun. de ſucceſſ.* Crau. *conſ. 145.*
numero 11. & ego *conſi. 183. num. 19. & conſi. 356. num. 18.* Nec im-
merito; quia ſemper † actus conſideratur ab eo, in quo ma- 84
gis incaleſcit. *l. quæritur. ff. de ſtat. homi.* Tantoque magis hoc
dici debet, quoniam † ſubſtitutio vulgaris, & exemplaris 85
contenta ſub ea, & fideicommiſſaria, non fuit ordinata, vt
quælibet earum ſimul, & eodem tempore concurreret, ſed
ordine ſucceſſiuo, *arg. text. cum ibi not. in l. cum ita. §. in fidei-*
com. ff. de legat. 2. videlicet quod ſi Comes Alexand. non eſſet
hæres, haberet locum vulgaris. ſi vero eſſet hæres, ſed mu-
tus, & ſurdus decederet, haberet locum exemplaris. ſi vero
liberatus ab illis defectibus vel humana cura, vel Dei indi-
cio, (*vt prius dixi num. 60.*) ſuccederet fideicom. & hic eſt ele-
gans, & ornatus loquendi modus, apud Grammaticos vſi-
tatus, quem nos quoque Iureconſulti ſeruare ſolemus, ſin-
gulares partes, vt in caſu noſtro ſingulas ſubſtitutiones ſuis
locis referendo, vt inquit Gloſſ. *in l. qui in futurum. ff. de pact.*
Dec. *conſ. 186. colum. fin. conſ. 646. in fin.* Socin. iun. *conſ. 185. nu-*
mero 15. colum. 1. Crauet. *conſ. 98. num. 11.* & ego *conſ. 31. num. 99. &*
conſ. 563. numero 50. Nunc ad ſextum dubium me transfe-
ro, in quo data ampliatione legis humanitatis, quod ho-
die muto, & ſurdo à natura ſubſtitui poſſit exemplariter, ſi-
ne Principis impetratione, quod ego quoque ſuperius fir-
maui circa ſecundum dubium, dicitur debere videri cau-
ſam allegantis exemplarem: nam quo ad verba, quæ defi-
ciont, res eſt expedita, quod non probatur, quæ ſententia
videtur confirmari poſſe per doctrinam Caſtrenſis, & Alex.
in l. pen. C. de impub. & al. ſubſtitut. vbi loquendo de † ſubſti- 86
tutione reciproca, quæ eſt directa, dicit, quod non cenſe-
tur facta per hæc verba, ſi vterq; vel omnes in pupillari æta-
te deceſſerint, quoniam illa debet fieri expreſſe, non autem
per coniecturas. *l. iubemus. C. de teſtam.* Igitur idem dicen-
dum videtur in exemplari quæ pariter eſt directa, ſicque
Dec. arguit *in conſ. 371. num. 6.* & poſt eum Botta *conſ. 27. num.*
47. arguentes de pupillari ad exemplarem, credentes, Ca-
ſtrenſem ſic locutum fuiſſe, cum non de pupillari ſed de re-
ciproca locutus fuerit: Sed vtcunque ſit, dico, quod im-
mo † directa ſubſtitutio poteſt per coniecturas induci, vt 87

Digitized by Google

tenet Alex.ſibi contrarius *in l.poteſt.ff.de vulg.& pup.*vbi pari-
ter Ant.& Iaſ.dicentes,quod ſi verum eſſet illud, quod dicit
Caſtren.*in d.l.pen.* quod directæ ſubſtitutiones non indu-
cantur per coniecturas,ſequeretur, quod non eſſet repara-
re tacitam pupillarem,ſed eſſet neceſſe, quod teſtator eam
exprimeret. *per d. l. iubemus*, & tamen iſtud eſt notorie
falſum *per l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.*& idem tenent Bald.
& Imol.*in l.Titia.§. Seia libertu.ff.de leg.2.* quæ cum ita ſint
88 in pupillari,pariter idem iuris eſſe debet in † exemplari ad
exemplum pupillaris introductæ.*d. l.humanitatis*, quod ex
coniecturis induci poſſit,prout ego tenui,*in priori conſ.541.
num.26.poſt citatos ibi.*

89 Præterea poſito, quod † ad inducendam exemplarem
requirerentur verba expreſſa, tamen cum tot expreſſa fue-
rint,ex quibus colliguntur cōiecturæ, quod teſtator volue-
rit exemplarem facere,vt quod de filio muto, & ſurdo di-
xit,& illi ſubſtituit, in defectum filiorum,& deſcendentium
Com. Petrum Mariam fratrem, ſecundum formam *d.l.hu-
manitatis*,& alia ſupra conſiderata per 10.coniecturas *in 1.&
2.conſi.*ſequitur ſatis expreſſam fuiſſe exemplarem,quia vbi
90 prætermiſſum † ſequitur ad aliquid expreſſum, illud repu-
tatur expreſſum,& procedit quod inquit gloſſ. *in l. tale pa-
91 ctum.§. fin.ff. de pact.* id eſſe † de iure ſeruandum, licet non
ſit ſtatutum, quod veriſimiliter teſtator ſtatuiſſet, ſi fuiſſet
interrogatus. vt pulchre declarat Bald. *in l. vnica circa fin.
C. de his, qui ante aper. tab.* ſequitur Dec.*conſ.89.colum. pe-
nult.& conſ.515.colum.1.* Rub.*conſi. 63. colum.fin.* Ruin.*conſ.4.
num. 4. volum.3.* Curt. iun.*conſ.121. numero 11.*& eſt doctrina
eiuſdem Bald.*in l.fin.num.9. C.de hæred. inſtit.* dicentis, quod
92 vbi † expreſſo ſequitur tacitum,cenſetur expreſſum, quem
ſequitur Tiraquel.*de leg.connub.in 5.lege.num.172.*& Menoch.
93 *de arbit.iud.lib.2.caſu 286.num. 29.* Et † vbi quid repellat ex
verbis teſtamenti,illud habet pro expreſſo, & ſcripto, & de
eo iudicatur, vt de tali, etiam quando pro forma actus de-
beret eſſe expreſſus, vt tradit Ruin. *conſ.122.num. 11.vol.2.&
conſ.159.num.10.vol.3.*Rol.à Vall.*conſi.27.num.35.volum.4.* vnde
licet exemplaris verbis non fuerit expreſſa, quia tamen
tacita ſequitur ex tot coniecturis expreſſis, cenſeri debet
expreſſa, Quia ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an Comite
Alexan.filio ſuo moriente muto, & ſurdo, volebat Comi-
tem Petrum Mariam, vel eo non extante, filium ſuum pri-
mogenitum per exemplarem ſuccedere,ſtantibus coniectu-
ris,per eum ſuperius expreſſis,vtique veriſimiliter reſpon-
diſſet,quod ſic. Ergo pro expreſſa cenſeri debet exempla-
ris,& ita *in priore conſi.541.*dixi *num.49.*hæcq; veriſimilitudo,
præter ibi dicta, nunc probatur, quia cum teſtator in ſub-
ſtituendo particulariter Comiti Alexan.prædilexerit Comi-
tem Petrum Mariam,& primo ſuum filium primogenitum,
& eo non extante, ſuos deſcendentes, non autem vocauit
alios filios, eſt multum veriſimile, quod voluerit vocare
94 dictum Comitem Petrum Mariam, & ſuos per † exempla-
rem, quæ comprehendit omnia bona filij muti, & ſurdi.
cui fit ſubſtitutio *l.ſed & ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulg.&
pupil.* ſcribentes omnes *in d.l.ex facto. & in d.l. humanitatis.*
Anch.*conſ.8.in prin.*& Reuerendiſſimus Leonius *in tractat.
de ſubſtit. numer.91.* quam per fideicommiſſariam, in qua
non venirent niſi bona teſtatoris relicta Com. Alexand.*l.
coharedi.§.cum filia.ff.eo.* non autem Comitis Beltrandi,præ-
95 defuncti dicto Comiti Alexan. pro eius parte, quia † teſta-
tor præſumitur voluiſſe præferre magis dilectos minus dile-
ctis in bonis iure accreſcendi,ad eos magis dilectos delatis,
vt tradit Soc.*conſi.6. col.3.ad fin.ver.ſed ſi.vol.3.*Iaſ.*conſi.52.prope
fi.vol.3.*Ruin.*conſ.178.col.2.vol.2.*Crauet.*in l.cum filio.in ſecunda
parte,num.349.*& Dec.*reſp.139.num.43.vol.3.*

Septimo dicitur, quod non eſt alleganda generalitas
compendioſæ ad inducendam exemplarem,quia reperitur
ſpecifice declarata, & per teſtatorem gloſſata; videlicet in
ſuis bonis, non autem Comitis Alexandri. Ego ſuper quar-
to dubio conſideraui, quod eo loco dici non poteſt,fuiſſe
factam ſubſtitutionem Comiti Alexan. duntaxat in condi-
tione poſito, Idq; nunc ego confirmo, quia vera eſt,& com-
96 munis † ſententia Doctorum, quod quando teſtator poſt
mortem filij ſimpliciter diſponit,bona reſtitui tali,nec dicit
nominatim à quo, tale fideicommiſſum in dubio relictum
cenſetur ab heredibus filij,& conſequenter in eo venit etiam
legitima. Ita tenent Sal. Imola, & alij plerique,quos cumu-
lat Iaſ.*in l.cohæredi.§. cum filia,num.16.& ſequentib.ff. de vulg.&
pup.*& teſtatur eſſe veram, & communem ſententiam, quia
relictum † cenſetur à venientibus ab inteſtato, velut ab his, 97
à quibus relinqui poteſt, & nullo modo poteſt detrahi legi-
tima,vt vltra prædictos tradit Alexan.*conſi.67.num.2.volum.1.
conſ.64.num.4. volum.5.& conſ.12.num.32.volum.3.* vbi dicit,
eſſe † commun. nec ab ea recedendum in iudicando.Idem- 98
que voluit Bart.*in l. centurio, num.37.verſ.modo dubitatur.ff.de
vulg.& pup.*Soc.*conſ.116.num.26.volum.1.*Grat.*reſp.134.num.45.
volum.1.& 103.num. 12. volum.2.* communemque † pariter te- 99
ſtatur Curt.iun.*conſi.71.cum duobus ſequentibus.*& Pariſ.*conſi.
83.num. 9.vol.2.*& præter eos idem quoque firmat, & dicit
eſſe communiorem, & veriorem opin. Rodericus Suarez
*in l. quoniam in prioribus. limita. prima.ſub num. 20.C. de inoff.
teſtam.* vnde cum teſtator in caſu noſtro dixerit, quod di-
cto domin. Alexan. quandocunque decedente ſine filijs,
bona prædicta deueniant in Comitem Petrum Mariam,
ſi tunc ſuperuixerit, ſin autem in eius filium maſculum pri-
mogenitum, & ipſo deficiente in alium ex deſcendentibus
dicti,relictum cenſeri debet ab Illuſtriſſimo domino Troilo
vni ex filijs ſuis, qui futurus erit Marchio S. Secundi: quod
erit mortuo patre ſuo; interim vero bona integra, etiā quo
ad legitimam remanebunt penes eum, dum vixerit, quem
Deus Opt.Max.incolumē diutius ſeruet,& ad id,quod teſta-
tor ſuam generalitatem ſubſtitutionis gloſſauerit, quia de
bonis ſuis fuerit locutus, iam reſpondi ſuper quarto dubio
ver.Tertio quoq; probabiliter,ad quem locum me remitto.

Octauo dicitur, ad coniecturas non eſſe recurrendum,
cum reflectantur in allegantem exemplarē; nam ſingula in
teſtamento expreſſa præſeferunt teſtatorem ſui teſtamenti,
ſuique fideicommiſſi, cauſam egiſſe, non autem filij, nec de
exemplari cogitaſſe. Ego vero non tam facile recedendum
puto à tot coniecturis, à me relatis *in 1.& 2.conſi.*vt enim de-
clarat Mantica *de coniect.vlt. volun. lib.1 tit.1.ſub num.5.* Con-
iecturæ ſicuti præſumptiones † dici poſſunt indicia proba- 100
tionum, vel adminicula.*l.cum curā.iuncta gloſſ.*& ibi Bald.*C.
de iure dot.& l.inſtr. C. de prob.* neque enim ſunt probationes
directæ,ſed inflexæ;vt ſcribit idem Bald.*in l. ſi conſtante.§. ſi
maritus in fi.ff.ſol.mat.*Corn.*conſ.329.num.38.vol.1.*& Fel.*in c.ſi
autem.num.3.de reſcr.*& vt poſt multa de coniectura ſcribens
inquit Menoch.*in tract.de præſump.lib.1.q.7.n.24.*poſt Liuium
Gregorium Gyraldum *in commentarijs Symbolorū Pythagora,*
coniectura † eſt ſignum, quod natura ipſa demonſtrat, vt Lac 101
in puerpera, fumus ex igne. quod ſi ita res ſe habet; dicen-
dum eſt, coniecturam eſſe præſumptionem à naturæ neceſ-
ſarijs,vel probabilibus prouenientem,& vt tandem conclu-
dit Bald.*in l. ea quidem, num. 10 C. de accuſ.* eſt † acceptio, ſeu 102
reputatio veri ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato. Quæ
cum ita ſint, ſiue a veris, aut neceſſarijs, vel à probabilibus
coniectura deſcendat, & originem trahat, negari non po-
teſt,quin tot coniecturæ concurrentes, agminatim in caſu
noſtro nos impellant ad dicendum, quod Teſtator ſubſti-
tuendo vulgariter Com. Alexan. muto, & ſurdo à natura
voluerit exemplarem ſub vulgari contineri, & illi ſic infir-
mo exemplariter ſubſtituere. Quinimmo plus dici poteſt,
quod licet † in cauſa ciuili ardua, ſeu magni ponderis, vt 103
puto de toto alicuius patrimonio duæ præſumptiones non
coniungantur ad plenam probationem faciendam, vt ſen-
tit Bald.*in l.fin. num.8. verſ. quædam eſt probatio. C. de prob.*&
clarius Caccial.*in l.admonendi,nu.207.ff.de iureiur.*exemplum
in † cauſa matrimoniali, ſi de ſeparatione matrimonij tra- 104
ctatur.Alexan.*conſ.143.num. 4.volum.2.* Dec.*conſ.133.num.3.
& conſ.310. colum.1.*Grat.*reſpon.38.num.32.volum.2.* cuius rei
ratio † eſt,quia cauſa ciuilis ardua criminali æquiparatur ob 105
præiudicij grauitatem.*§.item propter litem.& ibi* Doctores.*Inſt.
de excuſ.tut.*tamen ſicut in cauſa † criminali, quando plures 106
præſumptiones concurrunt, coniunguntur ad plenam
probationem, vt voluit Bald.*in l. ſi quis ex argentarijs. §.1.nu-
mer.4.ff. de eden.*& clarius Aretin.*in c. veniens. primo. volum. 7.
num.27.de teſti.& conſ.19.col.5.num.9.* Caccial.*in d.l.admonendi.
num.193.*

tron.193.& Cur. *num. 291. cum ſimi.* per Menoch. *ind. tract. de præſump. lib. 1. q. 40. col. fi.* pariter idem dici debet in cauſa noſtra, licet ardua, quod ſi plures præſumptiones, ſiue coniecturæ concurrant, vt in caſu noſtro decem, ſimul coniungi facile poſſint ad inducendam plenam probationem exemplaris inductæ per teſtatorem, ſub vulgari contentæ. Nec id ſolum nos amouere debet, quod teſtator de bonis ſuis ſenſerit, & ſibi, non filio teſtari, nec de exemplari cogitauerit, quia ad hæc ſigillatim reſpondeo, verum eſſe, quando teſtator inſtituit Com. Alexan. quod de bonis ipſius teſtatoris diſpoſuit, & quidem de rigore iuris, vt late declaraui *in Rubr. Inſt. de teſt. numero 106. cum ſequentibus.* conſiderando textum ſingularem *in l. a Titio. ff. de furt.* vbi dicitur, quod ea, quæ legantur recta via ab eo, qui legauit ad eum, cui legata ſunt, tranſeunt, & ſic dominium tranſit in vita teſtatoris tempore mortis ſuæ, quo adhuc bona ſunt ſua. Sed dum poſtea teſtator ſubſtituit Comiti Alexan. quandocunque decedenti Comitem Petrum Mariam vulgariter, non eſt verum, quod illa bona, relicta filio, remanſerint teſtatoris, & ſua dici poſſent, propter additionem de illis factam à Comite Alexan. ſed ſua facta fuerunt, & cum ſuo patrimonio confuſa, vt ſuperius declaraui, in quarto dubio, verſ. Tertio probabiliter. Vnde exemplaris contenta ſub vulgari, bene verificari poteſt, velut facta Com. Alexan. in bonis ipſius. vt ſupra dixi. Idque iure permittente
107 potuit † teſtator facere, cum non ſolum de re ſua, ſed etiam hæredis diſponere poſſit. §. *non ſolum. Inſt. de leg. cum vulgaribus:* Ad aliud vero, quod teſtator ſibi, non autem filio voluerit teſtari, negatur aſſumptum, ſi enim † Comiti Alexan.
108 Comitem Petrum Mariam ſubſtituit vulgariter, licet illa vulgaris facta dicatur ipſi teſtatori, & in ſuis bonis, *Inſt. de pup. in prin.* tamen exemplaris ſub ea contenta facta dicitur Com. Alexan. & in bonis ſuis: vnde teſtator extrinſecus, & apparenter dicitur ſibi teſtatus & in bonis ſuis per vulgarem expreſſam, intrinſecus vero & latenter per exemplarem in vulgari contentam, dicitur filio teſtatus, & in ſuis bonis: nam quandoque contingit celeritate coniungendarum inter ſe actionum vnam actionem occultari; vt inquit Vlp. *in l. 3. §. ſed ſi debitorem. ff. de don. int. vir. & vxor.* Nec aſſentiri poſſum, quod teſtator non cogitauerit de exemplari,
109 nam † ſi teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem conformare ſecundum terminos iuris communis, vel ſtatuti contrarij *l. hæredes mei. §. cum ita.* & ibi Bart. & alij. *ff. ad Treb. l. peto. §. fratre. & l. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg. 2.* Rom. *conſ. 138. num. 2.* Alexan. *conſ. 55. num. 2. & volum. 4.* Dec. *conſ. 45. numer. 3.* & alij, quos congerit Decia. *reſp. 1. num. 124. volum. 2.* ſequitur, quod teſtator ſubſtituendo Comiti Alexan. filio ſuo muto, & ſurdo à natura, quem ſic nominauit vulgariter, Co. Petrum Mariam, voluerit dictam ſubſtitutionem conformare ſecundum terminos iuris communis, quod ſub cauſa continet exemplarem, & ſic quod de exemplari bene cogitauerit ipſe teſtator; cum potiſſime (vt dixi *in priore conſ. 541. n. 5.*) expreſſerit, Com. Alex. eſſe mutum, & ſurdum à natura, quæ qualitates non erant neceſſariæ ad ſolam vulgarē expreſſam; ſed bene exemplari conferebant ſub vulgari contentæ. Vn-
110 de ne ſint † ſuperfluæ ſed operentur, vt per Bal. *in Rubr. C. de contr. & comp. q. 9. c. ſi Papa. de pr. r. in 6.* Soc. iun. *conſ. 79. num. 19. & conſ. 123. num 8. vol. 3.* Rol. à Vall. *conſ. 54. nu. 22. vol. 4.* & ego dixi, *conſ. 254.* dici debet, eas qualitates mutitatis, & ſurditatis expreſſiſſe propter exemplarem ſub vulgari contentam, & ita reſolui in dubium 8. licet eleganter propoſitum.

Nunc ad nonum tranſeo, in quo dicitur in teſt. non agi de fideicommiſſo, quaſi nomine filij, & non patris hæreditatis impoſiti, vt ſic legitima potuerint grauari, quia huic ſenſui repugnant verba teſtamenti, a quibus non eſt recedendum. cui motiuo dico, quod in ea parte teſtamenti, in qua dixit teſtator quod D. Alex. quandocunque decedente ſine filijs, bona deueniant in Com. Petrum Mariam, ex quo non dixit nominatim teſtator, à quo fideicommiſſum ſit præſtandum, non dicitur impoſitum d. Com. Alex. ſed eius hæredibus. (vt dixi ſuperius in ſeptimo dubio. poſt Doct. *in l. cohæredi. § cum filio. ff. de vul. & pup.*) ſed in quantum ſubiunxit, & D. Alexan. d. Illuſ. D. Petrum Mariam, & ipſi non extantе illum deſcendentem, qui erit dominus vel Marchio S. Secundi, hæredem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum. hic bene facta fuit ſubſtitutio Comiti Alexan. vt illa verba clara ſunt D. Alexan. ſubſtituit. quod eſt intelligendum, ſi caſus eueniſſet, eo ab infirmitate liberato mutitatis & ſurditatis. Præmiſit tamen de vulgari, in qua continetur tacita exemplaris, & vtraque cum dictis vitijs ſe compatitur. vt ſi hæres non eſſet, procederet vulgaris, ſi vero eſſet hæres, & ſine filijs decederet (vt deceſſit) haberet locum exemplaris in omnibus bonis, etiam in legitima. Hincque ceſſant quæ dicuntur in decimo & vltimo dubio, quod cum expreſſioni verborum mens à veriſimili collecta conuenire dicatur, reijci videntur fere omnia hactenus allegata pro ſuſtinenda citata exemplari. Nam quo ad expreſſionem verborum de exemplari non factam, *iam dixi ſuper 6. dubio* quod pro expreſſa cenſeri debet, cum ſequatur ad expreſſam vulgarem, in qua continetur exemplaris. menſque pariter expreſſioni verborum à veriſimili collecta, conuenire dicitur, attentis tot coniecturis, quæ deducuntur à veriſimili, *vt ſuper octauo dubio dixi.* Quinimmo dato, quod † verba non conuenirent, mens illis eſſet præfe- 111
renda. *l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contra. empt. l. in conuentionibus. ff. de verbor. oblig.* ponit Alban. Card. meritiſſimus *conſ. 1. num. 4.* & plenius Iraquel. *in l. ſi vnquam. in verbo libertis, num. 54. C. de reu. don.* vt enim pulchre dicit Chaſſan. *conſ. 67. num. 22.* virtus † humanorum actuum non ſtat in atra- 112
mento, ſed in cerebro, & ſpiritus viuificat, litera occidit, ſequitur Nata. *conſ. 38. num. 3.* & ego confirmo *conſ. 218. nu. 93. & conſ. 522. num. 24*

Hactenus reſoluta remanent ſingula dubia Clar. D. Gratiani diligenter per eum propoſita ſuper bonis Com. Alex. quæ ad numerum decimum redegi pro faciliori eorum declaratione: concludendo, quod in teſtamento Com. Troili ſenioris agatur de exemplari contenta ſub vulgari expreſſa.

Nunc ſupereſt, vt ad alia dubia tranſitum faciam, quæ ſuper bonis Com. Beltrandi prædefuncti fratribus ſuis propoſuit idem D. Gratianus dicens, † quod eorum diuiſio 113
fieri debet pro virili, & non pro hæreditaria inſtitutorum portione. Mouetur primo, quia in ſubſtitutione teſtator perſonarum, filiorum, & non portionum rationem habuit, cui motiuo mihi videntur verba teſtatoris repugnare, primo, quia dixit, quod ſi aliquis dictorum filiorum, & hæredum abſque liberis deceſſerit. verbum enim † filiorum 114
denotat perſonas, vt Com. Petrum Mariam, & alios filios, verbum vero & † hæredum denotat portiones bonorum, 115
eis relictorum, & inæqualiter virtute † dictionis dictorum 116
repetitiuæ præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, Dec. *conſ. 278. col. fi. conſ. 291. num. 6* Soc. iun. *conſ. 102. nu. 3. & conſ. 134 nu. 37. vol. 3.* Rolà Valle *conſ. 30. nu. 22. vol. 4.* & ego *conſ. 287. num 19. & conſ. 500. num. 17.*

Secundo quia ſubiunxit teſtator, quod tali ſic decedenti alij filij ſuccedant, & ſuccedere debeant in portione talis decedentis; quo loco clare rationem habuit portionum, relictarum inæqualium filijs ſuis.

Tertio quia dato, quod verbum, portione, fuiſſet omiſſum in ſubſtitutione, tamen ſubintellectum fuiſſet. §. *& ſi ex diſparib. Inſt. de vulg. & pup.* vbi dicitur † quod ſi ex diſparibus 117
partibus teſtator hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem in ſubſtitutione habuerit partium, eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. *concordat tex. in §. ſubſtituitur. Inſt. de pup.* vbi ſubſtitutione † impuberi facta per illa verba quiſquis mihi hæres 118
erit, ſubaudi ſit hæres filio meo, ſecundum glo. ſubdit tex. quibus verbis vocabatur ex ſubſtitutione impubere mortuo filio, qui ei ſcripti hæredes extiterunt, & pro qua parte hæredes facti ſunt. Et ſic vtrobiq; textus illi ſunt aperti.

Quarto me quoque mouet † ratio naturalis, quæ ſola 119
ſufficere deberet, etiam ſi lex deficeret. *l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut.* nam tanta vis eſt rationis vt perinde mouere debeat animum Iudicis, ac ſi lex ſcripta deduceretur, vt voluit Andr. de Iſer. *in proœm. feud.* vnde Iaſ. *in l. quoties. C. de rei vendicat.* poſt Ariſtot. dicit † legem quærere, quando 120
ratio

ratio naturalis eſt in promptu, mentis, & intellectus, arguit
imbecillitatem, ſequitur Hierony. Albanus *in tracta. de po-*
teſt. Papæ. parte prima. num. 90. & ego dixi *conſi. 7. num. 100.* ſed
121 nos habemus, quo & † res & bona perſonis accedunt *l. iuſtiſ-*
ſime ff. de ædil. edi. Et acceſſorium ſequitur naturam ſui prin-
cipalis. *§. liberi. inſti. de pup. ſub.* ergo ſi filij fuerunt inæqualiter
inſtituti, conſequens eſt, quod partes inæquales, in quibus
vocati ſunt, intelligantur in ſubſtitutione repetitæ, non au-
tem viriles, ne ſequatur inconueniens, quod acceſſorium
differat à principali, iuxta illud carmen: humano capiti cer-
uicem Pictor equinam; quare primum dubium ceſſat. Se-
122 cundum eſt dubium, quod teſtator obtinuit † licentiam in-
ſtituendi filios inæqualiter, quæ cum limitata fuerit ad in-
ſtitutionem, non eſt extendenda ad ſubſtitutionem. ſed &
huic fundamento reſpondeo per literas Senatus, quæ di-
cunt & concedunt, quod Comes Troilus poſſit in filios &
deſcendentes inæqualiter diſponere, quod verbum late pa-
tet tam ad ſubſtitutionem, quam ad inſtitutionem. *§. diſpo-*
nit. in auth. de nupt. Et etiam ſubſtitutio dicitur inſtitutio.
l. 1. ff. de vul. & pup. vbi dicitur, quod inſtitutio duplex eſt, ve-
luti filius meus mihi hæres eſto, & ſi hæres erit, & intra pu-
bertatem deceſſerit, tunc Caius Seius mihi hæres eſto, hæc
enim ſine dubio eſt ſubſtitutio pupillaris, & tamen ſupra
inſtitutionem appellauit in verbis illis duplex inſtitutio.
Tertio dicitur, quod inter filios minus læditur paterna cha-
ritas per intellectum virilis portionis quam per intellectum
inæqualis, & odioſæ ſubſtitutionis: quod ſane dubium bene
123 fundatur in regula, quod † æqualitas eſt inter filios ſeruanda.
l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. l. fin. C. commun. vtri. iud. Bald. *in*
auth. ex teſtamento. & ibi cæteri. *C. de colla. cum ſimil.* quæ non
negantur in dubio, de quibus per Cæpha. *conſ. 280. num. 1.* &
vbi non conſtat ſecus de voluntate teſtatoris, quia in dubio
æqualitas eſt ſeruanda: ſicque reſpondet Iaſ. *in l. parentibus. C.*
de inoff. teſta. & Soc. *in l. 1. num. 39. ff. ſol. ma.* Sed ſecus eſt, vbi vo-
124 luntas teſtatoris eſt in contrarium, quia † pater habet arbi-
trium plus vni filio relinquendi, quam alteri, dummodo illi
ſuam legitimam relinquat. *d. l. parentibus.* & ibi Caſtr. & Iaſ. &
eſt text. expreſſus *in l. hac edictali. §. 1. C. de ſecund. nupt. & in*
auth. de nup. § pen. Bal. *conſ. 334. punctus. libro 3.* Alex. *conſ. 82 viſo.*
iuxta fin. vol 4. Dec. *conſ. 547. num. 1. & conſ. 246 num. 4.* vbi di-
125 cit, quod † mater poteſt donare totum patrimonium vni
filio, reſeruata alijs legitima. Idemq; tradit D. meus Zuc-
car. *in l. 1. num. 13. C. de pact.* & plene Crau. *conſ 142. num. 1. &*
conſ. 256. in prin at in caſu noſtro patet, quod teſtator ſuppli-
cauit licentiã diſponendi inæqualiter inter filios, & ita fecit,
quia Comi. Petrum longe plus dilexit, & honorauit cæte-
ris fratribus, & Comi. Beltrandum minus, & vtroque minus
Comitem Alexandrum mutum, & ſurdum. Propterea
dum poſtmodum eos inuicem, & per fideicommiſſum ſub-
ſtituit, dici debet, eos quoque prædilexiſſe, ſcilicet vnum
plus, vt Com. Petrum Mariam, quam alios, & Comitem Bel-
126 trandum minus eo, plus tamen Comite Alexandro, quia † in
ſubſtitutionibus ſemper præferuntur illi, qui ſunt magis
dilecti teſtatori. *l. cohæredi. §. qui diſcretn. ff. de vul. & pu.* Bar.
in l. Lucius col. 8. & in l. ſi. ff. ad Treb. Caſtr. & Iaſ. *in l. ſi. C. de ver. ſi.*
Cæph. *conſ. 16. nu. 12.* Cur. iun. *conſ. 57. num. 12.* Decia. *reſp. 42.*
num. 35. vol. 1. & Ioan. Petr. Surdus *conſ. 125. num. 16.* Tantoque
127 magis hoc procedit, † cum nominibus appellatiuis facta
fuerit ſubſtitutio ibi; *quos filios ſubſtituit*: non autem nomi-
nibus proprijs, quorum primo caſu veniunt pro portioni-
bus hæreditarijs. ſecundo vero (qui non eſt noſter caſus) in
viriles. *l. turpia §. fin.* & ibi Bar. Caſt. & alij. *ff. de leg. 1.* & Anto.
Gomeſ. *in tract. variar. reſolu. tom. 1. cap. 5. num. 20.* Nec ſane
deſunt aliæ regulæ; confirmantes hanc voluntatem teſtato-
ris inæqualitatis, in ſubſtitutione filijs ſuis facta, ſicut eam
128 fecit in inſtitutione. prima eſt, quia † præcedentia declarant
129 ſequentia. *l. ſi ſeruum plurium in ſi ff. de leg. 1.* ſecunda, quia † cor-
rectio præcedentiũ non præſumitur in ſequentibus in con-
tinenti facta. *l. nõ ad ea. ff. de cond. & dem.* D. meus Rim. *cõſ. 421.*
n. 24. & ego *conſ. 306. n. 29.* & ſic quod inæqualiter inſtituti di-
cãtur æqualiter ſubſtituti, imo vero pariter inæqualiter ſub-
130 ſtituti dici debent. Tertia quoq; ſuffragatur ratio, quia † mo-
ratio voluntatis non præſumitur *l. cum tacitũ. ff. de prob. l. cum*
hic ſtatus & ibi Bar. *ff. de dona. int. vir. & vxo.* Alex. *conſ. 113. nu. 12.*
vol. 6 Natta. *conſ. 176. num. 5.* Imo vero perſeuerantia animi
præſumitur in eadem voluntate. Corn. *conſ. 155. num. 3. vol. 2.*
Et qui eam non mutat, videtur in ea perſiſtere. Pariſ. *conſ. 69.*
num. 36. vol. 3. dixi *conſ. 9. num. 31. conſ. 214. nu. 42. & conſ. 404.*
nu. 3. prout in caſu noſtro: nam conſtat, quod teſtator filios
inæqualiter inſtituit, & in ſubſtitutione eorum non dixit,
eos æqualiter ſubſtituere, ergo præſumitur in eadem vo-
luntate perſeueraſſe, eos inæqualiter ſubſtituendi. Igitur
bene ſuccedit quod ſupra dixi: quod ſicut filij fuerunt in
inſtitutione prædilecti, pariter & in ſubſtitutione prædilecti
cenſeri debeant; vt præter allegatos ſupra tradit etiam Dec.
conſ. 465. col. 1. & ego *conſi. 244. num. 332.* Quod & inſuper
noua ratione confirmo, quam ponit in terminis ſubſtitu-
tionis Crauet. *conſ. 763. num. 14.* vbi dicit, quod in † re dubia 131
præualet interpretatio, per quam continuata ſubſtitutio
non etiam noua facta dicatur. vt per Signoro. *conſ. 51. in fin.*
dicentem, † continuationem actus potius, quam actum 132
nouum præſumi. *per l. clã poſſidere. & l. ſi quis ante. ff. de acquir.*
poſſ. cum alijs per eum, ergo facta inſtitutione filiorũ inæqua-
li, ſubſtitutio inter eos ſimpliciter ſubſecuta dici debet, con-
tinuata videlicet inæqualiter, & proportionibus hæredita-
rijs, non autem noua, videlicet æqualiter, & pro virili, vnde
tot medijs, & reſponſionibus euitat hoc dubium tertium,
vt nulla remaneat eius dubitatio, quin ſit abunde ſublatum.
Supereſt nunc quartum, quod à ſuperiore dependet, in quo
dicitur, quod illorum opinio, qui voluerunt † in ſubſtitu- 133
tionibus intelligi, agi ſecundum portionem inſtitutio-
num, procedit vbi portiones inſtitutionum ſunt pro quo-
ta, vt dicitur, & non in rebus, & corporibus certis; vt con-
tingit in ſpecie teſtamenti propoſiti. Super quo dubio ſe-
cus dicendum puto, textus eſt enim in primis notabilis
in † l. 1. C. de impub. & al. ſub. dicens cum hæredes ex diſparibus 134
partibus inſtituti ſunt, & inuicem ſubſtituti, nec in ſubſtitu-
tione facta eſt vllarum partium mentio, verum eſt non alias
partes teſtatorem ſubſtitutioni tacite inſeruiſſe quam quæ
in inſtitutione manifeſte expreſſæ ſunt. pondero, quod
pars † de qua loquitur ille tex. dupliciter conſideratur: quæ-
dam enim eſt pars integralis, quædam vero eſt pars ſubiecti-
ua, alias quotitatiua, ſecundum Bart. *in l. ſi mater. §. ſi inter. ff. de*
excep. reiud. & Dec. *in l. in toto. ff. de reg. iur.* pars integralis di-
citur in domo, quæ conſtat ex ſolo, pariete, & tecto: dicuntur
enim partes integrales domus, quia concurrunt ad inte-
grandam domum; partes vero quotitatiuæ dicuntur vn-
ciarum, in quibus † hæreditas diuiditur ab vna vncia vſque 135
ad duodecim. *§. hæreditas. Inſt. de hære. inſti.* vnde inſtitutus in
duabus, vel in tribus vncijs, & id genus, dicitur inſtitutus in
parte quotitatiua. Dico igitur in propoſito cum textus *in*
d. l. 1. loquatur de hæredibus ex diſparibus partibus inſtitutis,
nec diſtinguat inter partes vno modo ſumptas, vel alio, de-
bet vtroque modo intelligi, ſiue partes illæ fuerint integra-
les, puta in fundis dotalibus, debitis, creditis & id genus,
in quibus conſiſtit ſucceſſio in vniuerſum ius, quod habebat
defunctus, & appellatur hæreditas. *l. nihil aliud. ff. de verb. ſig.*
Siue partes fuerant quotitatiuæ, puta ex duabus, tribus, aut
quatuor vncijs, quia † indefinita locutio legis, & ſic non di- 136
ſtinguens, æquipollet vniuerſali. Bart. & alij *in l. ſi pluribus. ff.*
de lega. 1. Comprobatur hic intellectus, dum ſubdit text. nec
in ſubſtitutione facta eſt aliquarum partium mentio: nam
dictio, † vllarum, vel aliquarum, Synonyma eſt vniuerſalis, 137
prout, quicquid. Maria. *in Rubr. de vſur. num. 3.* & prior eo Bal.
in l. cum virum. col. 1. ſecunda oppo. C. de fideicom. Goza. *conſ. 8. nu.*
24. & Cæph. *conſilio 407. num. 21.* igitur in ſumma concludo,
quod dicta lex prima ſine cauillo reſtringi non poteſt ad
partes quotitatiuas, ſed etiam poteſt intelligi de partibus,
quæ conſiſtunt in certis rebus, vel corporibus, nec certe vi-
deo, quod Doctores ibi talem differentiam conſtituant:
Immo vero Iaſon plures limitationes ad illum textum re-
fert, nec iſtam ponit, quæ mihi quoque verbalis eſſe videtur,
nam Iaſon ibi rationem vniformem ponit, ſiue de partibus
in qoota, ſiue in rebus, & corporibus certis conſiſtentibus.
Quia dicit Iaſon, ſicut teſtator eos dilexit in inſtitutione, ita
etiam præſumitur in ſubſtitutionibus diligere; nam dicta
ratio

Digitized by Google

ratio comprehendit vtrumque caſum, vt declarat Bald. *in*
138 *l. de quibus. ff. de legib.* dicens, quod † vbi viget eadem ratio in
pluribus caſibu[illegible] decidit eos non per extenſionem, ſed
ſicut genus comprehendit ſpecies, ita generalis ratio diuer-
ſas ſpecies, ſiue caſus includit, merito vno expreſſo veniunt
omnes, in quibus par ratio viget, ſequitur Caſt. *conſi. 441. col.*
pen. vol. 1. Et alij plures per me cumulati, *conſ. 87. num. 1.* quod
ſi verum eſt, quod vn[illegible] caſu expreſſo, ratio generalis omnes
alios includit, multo fortius *in d. l.* v[illegible]rque [illegible]us virtualiter
intelle[illegible] includi debet. Et ex his remanent quoque re-
ſoluta dubia, licet eleganter propoſi[illegible]a. Quare ſupereſt id
tantum laboris videre, quomodo diuid[illegible], & inter quos
pars Comitis Beltrandi, qui prædec[illegible]ſſit alijs fratribus, quo-
rum primum videlicet quo mod[illegible] facie[illegible] ſ[illegible]luitur ex præ-
dictis, quod cum fratres inæqualiter fuerint inſtituti, pariter
in ſubſtitutione de[illegible]s facta Comiti Beltrando, d[illegible]beant
inæqualiter concurrere; & ſic pro portionibus hæreditarijs,
in quibus inſtituti fuerant. *d. l. 2. C. de impub. ſuperius inducta:*
cum alijs per me *in conſ. 42. num. 90. 102. &* [illegible] in hac cauſa
facto. Secundum vero, inter quos fieri debeat iſta diuiſio,
dico, quod eſſe debuit inter Comites Petrum Mariam, Iulium,
& Alexandrum tantum, nec cum eis concurrere debent alij
duo fratres Reuerendi, cum in ſcutis viginti mille, & in alijs
eis præſtandis tantum fuerint inſtituti, & [illegible] ſubſtitutione ge-
nerali fuerunt excluſi in teſtamento, verſ. intelligendo, vbi
dixit teſtator, quod aliqui in ſacris ordinibus conſtituti, vel
habentes beneficium eccleſiaſticum tempore debitæ ſucceſ-
ſionis, non admittantur, donec ſupererunt aliqui, nullos or-
dines ſacros habentes, vel nullum beneficium obtinentes.
139 poteſt enim † pater ſupra legitimã filij de bonis ſuis diſpo-
nere pro libito, cum ad legitimam tantum teneatur erga fi-
lium. *l. cum quæritur. & l. parentib. C. de inoff. t[illegible]. §. aliud quoq[illegible]*
Capitulum. vt cum de app. Cagno. Bald. *conſi 334. princip. lib. 3.*
Alex. *conſi. 82. viſo. vol. 4.* Dec. *conſi. 547. n. 1. & conſi. 246. num. 4.*
vbi dicit, quod mater poteſt donare totum patrimonium
vni filio, reſeruata alijs legitima. Idemque tradit dom. meus
Zuccar. *in l. 1. num. 19. C. de poſt.* & plene Crauet. *conſi. 142. n. 1. &*
conſi. 260. in prin. & Menoch. *conſi. 160. num. 9.*

Nec obſtat, quod ex aduerſo dicitur in ſcriptura qua-
dam, *quæ incipit, Inuidetur omni ex parte,* quod reſpectu legiti-
mæ debitæ Comiti Beltrando, poſſunt di[illegible]i duo fratres Re-
uerendi concurrere, quia Comes Beltrandus in legitima
140 grauari non potuit. *l. quoniam † in prioribus. C. de inoff. teſtam.*
quoniam pluribus reſponderi poteſt huic obiecto, & illud
141 totaliter deſtrui. Primo † quando pater vltra legitimam
hæredem inſtituit, vt videri poteſt in Comite Beltrando, cui
plurima bona pater reliquit maximi ponderis, & momenti,
legitimam [illegible]uam excedentia: potuit pater filium legitima
grauare. ita Cuman. *conſ. 52. ad primum quæſitum. col. 2. & in l.*
142 *cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & pup.* & quod † dicitur, filium
in legitima grauar[illegible] non poſſe, intelligitur, quando pater ni-
hil plus vltra legitimam filio relinqueret, v[illegible] quando filius
vellet acceptare ſolam legitimam reſiduo repudiato, quod
non fecit Comes Beltrandus. ita Cumanus ibi, quẽ ſequitur
Curt. iun. *conſ. 120. col. fi.* Boer. *conſ. 44. n. 16.* Natta *conſi. 321. n. 15.*
Caph. *conſ. 16.* & Menoch. *conſ. 196. num. 13.*

Secund[illegible] quoque reſponderi poteſt, quod cum in d[illegible]a
ſubſtitutione generali dicti fratres in ſuis portionibus inſti-
tuti, fuerint inuicem ſubſtituti, ibi reciproce ſubſtitut[illegible], ra-
143 tione † tal[illegible]s fideicommiſſi reciproci non dicuntur filij [illegible]
[illegible]ati in legitima, cum ratione ſpei, & futuri euentus po[illegible] ſe
habere ad commodum. *l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſt.* iuncta
gl. *in d. l. quoniam.* quæ expreſſe ſentit, dictam legem non eſſe
correctam per d. l. quoniam. & licet hæc opinio controuer-
ſa ſit, vt per Roder. Suarez in 14. limitatione, qui ſe re-
mittit ad dicta per eum *in 6. ampliatione, numero 6.* vbi ſecus
tenet, mihi tamen admodum place[illegible] pulcherrima ratio,
quam ponit Vaſquius *in dicto tractat. de ſucceſſ. creatione. li-*
bro 1. §. 10. numer. 422. vbi poſtquam dixit ſuperiore numero,
quod in vulgari poteſt onus apponi in legitima, nec illud
rejicitur per dictam *l. quoniam in prioribus,* ſubdit eadem ra-
tione idem dicendum eſſe in ſubſtitutione reciproca, quæ li-
beris inſtitutis etiam poſt illam legem fieri poteſt, nec hodie
de eorum legitima rejicietur non magis, quam [illegible] *argu-*
mento legis Lucius. ff. de vul. & pup. & l. 2. & l. quoniam. C. de fidei-
com. Rati[illegible] eſt, quia † reciproca ſubſtitutio continet ſub ſe 144
vulgares ſubſtitutiones, vel pupillares, vel exẽplares, vt per
gloſſ. *in d. [illegible] Lucius,* fideicommiſſarias autem ſubſtitutiones
ſub ſe non continet, idq; ex legis interpretatione. *l. poſt adi-*
tam. C. de impub. & al. ſub. [illegible] tenet gl[illegible]ſſ. communiter appro-
bata *in d. l. Lucius.* ergo qua ratione ſubdit Vaſquius reciproca
continet ſu[illegible] ſe vulgares, vel exemplares, non etiam fidei-
commiſſari[illegible], ead[illegible] quoque ratione fateri cogimur, quod
in legitima f[illegible]iorum fieri poterit, nec per [illegible] quoniam in prio-
ribus rejicietur. Tertio [illegible]onſidero quoque, quod in literis
Senatus Mediolani, regiſtratis in teſtamento narratur, quod
Comes Troilus ſenior decreuit condere Teſtamentum, &
quia habet [illegible]mnes filios in minori ætate conſtitutos, nullaq;
alia perſona ſit in vniuerſo orbe, de qua magis confidat, & cui
bonorum ſuorum adminiſtrationem, maxime feudalium,
& iuriſdictionem credere cupiat, quam dilectæ vxori ſuæ
dom. Blancæ Reatæ, de cuius integritate, diligentia, ac re-
rum ſuarum, quas relinquet, adminiſtratione, ſolertia, fide-
delitate plu[illegible]mum confi[illegible] &c. Deind[illegible] ſingulos filios par-
ticulariter inſtituit, & ſubinde fecit eis ſubſtitutionem ge-
neralem reciprocam, quo themat[illegible] ſic ſtante dici debet, di-
ctam ſubſtitutionem, factam Comiti Beltrando, ſicut &
alijs fratribus minoribus pro regimine bonorum ſuorum
materno tam c[illegible]nfidenti, fuiſſe factam ad eius, & eorũ com-
modum & prouiſionem, meritoque legitimam comprehen-
di, nec rej[illegible] *per d. l. quoniam in prioribus,* non magis, quam ſi
dicta l[illegible]x non fuiſſet facta, ne † inducta ad vnum effectum 145
contrarium operentur, contra *l. legata inutiliter. ff. [illegible] leg. 1. &*
de adim. leg. Ita tradit Vaſquius *in d. l. quoniam. limitat. prima.*
num. 400. ſubdens, quod hæc eſt ver[illegible], & [illegible]ommunis opin.
quam tenuit ibidem gloſſ. in verbo tollatur. & po[illegible] eam Bal.
Sal. Petr. de Bellapert. Fulg. & alij. quos ibi cumulat Vaſquius,
ſed vlterius & quarto, vanum eſt allegari in ſubſtitutione
facta Comiti Beltrando, legitimam non comprehendi, nam
teſtamentum factum fuit a patre ſuo de anno 152[illegible] tun[illegible]
corpore languente, qui tun[illegible], vel paulo poſt forte deceſſit.
ſicut & de anno 1531. Comes Beltrandus, vt colligitur ex
inſtrumento tranſactionis, inter fratres ſuos emanat[illegible], de-
cem annis, v[illegible] [illegible]rea tranſacti fuerant, & ab inde citra longe
plures, quam triginta † propterea ſicut tanto temp[illegible] e præ- 146
ſcribitur [illegible] iuri agendi ad ſupplementum legitimæ [illegible] conſe-
quenter & iuri petendi eam, & q[illegible]od onu[illegible] eius rejic[illegible]atur, vt
per Tiraquel. *in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in verbo reuer-*
tatur. numer. 312. & 314. gloſſ. in l. omnimodo. in ver. ex[illegible]ere. C.
de inof. teſt. quam omnes ibi ſequuntur, & eſt [illegible]ommunis 147
opin. ſecundum Iaſ. *in l. certi conditio num. 25. ff. ſi cer. pet. in l.*
quandiu. column. ſecunda ff. de acquir. hæred. & in l. ſi [illegible]
in princ. C. de inoff teſtam. Boer. *deciſ. 50.* Dec. *con[illegible] 303.* &
Vaſquius *loco citato limita. 50. numero 400.* quos ipſe ſe-
quitur.

His ita ſtantibus infertur ad Conſ[illegible]um datum Illuſtriſſi-
mo, & Reuerendiſſimo domino Iudici, vel arbitro quod
bona reli[illegible]ta Comiti Beltrando diui[illegible]da ſint in[illegible]er omnes
eius fratres æqualiter reſpectu le[illegible]itimæ non fui[illegible]e bonum
Conſi[illegible]um, n[illegible] [illegible]nſonum, v[illegible]lut in ea[illegible]atione fundatũ,
quod Comes Beltrandus in legitima grauari non potuerit,
ſed quo ad eam rejici debuerit ſubſtitutio illi fa[illegible], quæ ra-
tio maniſ[illegible] [illegible]ruit, & conuincitur ex quatuor [illegible] reſponſio-
nibus, [illegible] limitationibus datis ad d. legem quoniam in
prioribus, p[illegible]ropterea ceſſante præſuppoſito partis aduerſæ,
corruit fun[illegible]amentum ſuum. gloſſ. Butrig. Fulg. & omnes
in l. mancipia. C. de ſer. fug. Soc. *conſi. 55. colum. 2. volum. 1. & in l. 1.*
§. ſi quis. [illegible] ad Treb. cum ſimil. per me conſilio 495. num. 15. Vnde
ſequitur, quod dicta bona diuidenda ſint etiam reſpectu
legitimæ debitæ Comiti Beltrando pro portionibus hære-
ditarijs, *vt in conſ. 542. prius dixi,* quod nunc etiam confirmo,
quia quemadmodum teſtator aliquos prædilexit inſtituen-
do; ita pariter prædilexiſſe præſumitur ſubſtituendo. *l. 1. C. de*
impub. & quod tradit Bart. *in l. fin. ff. ad Treb.* quos addu-
cit ad hoc Curt. iun. *conſi. 22. numero octauo.* & in † ſubſtitu- 148
tionibus ſemper præferuntur ij, qui ſunt magis dilecti
teſtatori

teſtatori. *l. cohæredi. §. quod diſcretæ. ff. de vulg. & pup.* Bart. *in l. I. u-
ciuo. col. 8. & in l. fina. ff. ad Treb.* Caſt. & Iaſ. *in l. fina. C. de verb. ſign.*
Capha. *conſ. 16. num. 12.* Cur. iun. *conſilio 57. num. 12.* Deci. *re-
ſpon. 42. num. 35. vol. 1.* & Surdus *conſ. 125. num. 16.* Vnde ſi Co-
mes Petrus Maria prædilectus fuit in inſtitutione reſpectu
Caſtrorum, Iuriſdictionum, Marchionatus, primogenitu-
ræ, & id genus, Comiti Iulio, & Alexand. debet in ſubſtitu-
tione ſua, & dictorum fratrum facta Com. Beltrando cenſe-
ri prædilectus in maiori parte conſequenda de bonis Co-
mitis Beltrandi. Tantoque magis hoc procedit, cum no-
minibus appellatiuis facta fuerit ſubſtitutio ibi quo ſi'ros
ſubſtituit, &c. non autem proprijs quorum primo caſu ve-
niunt proportionibus hæreditarijs. ſecundo vero (qui non
eſt noſter caſus) in viriles. *l. ſupra. §. fin.* & ibi Barto. Caſtren.
& alij, *ff. de h[illegible]* & Anto. Gomez *in tract. varia. reſol. tomo pri-
mo, cap. 5. num. 20.* & hæc quo ad bona Comitis Beltrandi di-
cta ſufficiant. Verum quia poſtmodum deceſſit Comes
Alex. ſine filijs, relictis viuis Comite Petro Maria, & Iulio, &
datum fuit cōſilium Illuſtriſs. & Reuerendiſſimo dom. Iudi-
ci, vel arbitro, quod bona dicti Comitis Alexand. diuiden-
da ſint inter dictum Com. Petrum Mariam, & Iulium, ſeu
eorum filios in hunc modum videlicet: quod legitima ſibi
debita in bonis paternis, & pars bonorum ſibi obuenta bo-
norum Comitis Beltrandi, diuidenda ſit æqualiter inter di-
ctum Comitem Petrum Mariam, & Iulium, ſeu eorum fi-
lios, dico, quod & in hoc conſilium datum, non fuit iuridi-
cum: nam præſuppoſuit Conſulens, Comitem Petrum
Mariam non fuiſſe ſubſtitutū exemplariter Comiti Alexan.
muto, & ſurdo, a natura, quod à veritate prorſus eſt alienum,
vt & alias *in Conſilijs meis, 541. & 542.* & in præſenti latiſſime
comprobaui, in qua exemplaris venit legitima per rationes
ſupra deductas, ideo ſequitur; quod pars D. Alex. Com. per-
tinet in totum ad Com. Pet. Mar. vel Illuſtriſs. D. Troilum
eius filium d. Com. Alex. ſubſtitutum, & in ea quoque com-
putari debet, & venire pars bonorum Comitis Beltrandi,
iure ſubſtitutionis obuenta Com. Alexan. & ſubinde iure
accreſcendi dicto Comiti Petro Mariæ. *l. ſi in teſtamento.* & ibi
glo. Bartol. Caſtren. & Imola *ff. de vulg. & pup.* & tradit Go-
mez. loco citato, vbi dicit, illum textum eſſe ad hoc notabi-
lem. & circa prædicta conſilium datum, penitus eſt reuo-
candum, diuiſioque bonorum fieri debet, vt ſupra dixi, vi-
delicet Comitis Beltrandi inter Comites Petrum Mariam,
Iulium, & Alexandrum proportionibus hæreditarijs; quo
vero ad partem Comitis Alexand. vna cum ſibi obuentis de
bonis Comitis Alexand. totum ſpectare debere ad Com.
Pet. Mariam, vel ad Illuſt. filium ſuum do. Troilum Comi-
mitem, & Marchionem S. Secundi meritiſſimum; & hæc eſt
mea Concluſio de Iure: Quam demum confirmo pro Co-
ronide, quoniam dicti fratres, etiam Reuerendi ſcientes Te-
ſtamentum paternum, & illud ſi[illegible]latim per ſingulas partes
recitantes, & eius plenam cognitionem habentes, illud ap-
probarunt, & ratificarunt, & [illegible] auer[illegible], & enuntia-
uerunt omni iuri, quod in prædictis bonis feudalibus, &
allodialibus, quæ tempore mortis prædicti teſtatoris tene-
bantur, iuxta vocationem teſtamenti prædicti [illegible] iure legi-
timæ, ſibi omni [illegible] deb[illegible] ex maiorum ſuorum pro-
uiſione, vel Principum [illegible] Et feudorum conſuetu-
dine & q[illegible] iure communi, vel municipali, eiſ-
dem competit [illegible], vel in futurum, qu[illegible] modo
competere poſſit [illegible] aliquo diminui, vel alterari
poſſit voluntas [illegible] hi[illegible] verbis, & renuntiatio-
nib[illegible] ſing[illegible] rouoratis, con-
149 [illegible] iuramentum ſine
[illegible] *ſi vero.* [illegible] & etiam per ce-
[illegible] Alexan. *conſ. 30. num. 3. volu.* eſt enim
Iu[illegible] iure diuino, iuxta illud, reddite iuramenta
[illegible] habetur *in c. etſi Chriſtus. de iureiur.* & ideo dixit
Bartol. [illegible] *ver. & quidem caſu prædicto. C. de pact.* quem
[illegible] ſequitur Dec. *conſ. 56. num.* [illegible], quod † pactum Iuramento fir-
matum, æquiparatur Statuto, & ſicut recedi non poteſt à
Statuto [illegible] a pacto iurato; ſequitur late Decia. *reſpon. 39.*
151 *num. 8. vol. 2.* qui ſubdit, *num. 158.* Iuri† de futuro poſſe re-
nunciari, quando iuramentum intercesſit, & vl[illegible]rius renun-
cians aſſeruit, ſe de omnibus certum, & conſcium, & etiam
omnia ſpecificauit, vt in caſu noſtro fecerunt dicti fratres in
inſtrumento. tunc enim certum eſt, valere renunciationem
vt per Pariſ. *conſ. 71. num. 14. volum. 3.* Alex. *in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum. ff. ſi quis caut. num. 1. & 3.* & licet † longa ſit quæſtio 152
penes Doctores, an renunciari poſſit cum Iuramento in
tranſactione ſucceſſionis teſtamentariæ ſine inſpectis, & co-
gnitis verbis teſtamenti, de qua *in l. de his. ff. de tranſ.* & diſpu-
tat Seraphinus de Seraphinis Senenſis *in tractat. de priuilegijs
iuramenti. priuilegio 100.* tenens negatiuam partem poſt infini-
tos, tamen in caſu noſtro non eſt neceſſaria talis diſputatio;
nam dicti fratres nedum dixerunt habere plenam ſcientiam
teſtamenti paterni, ſed vnuſquiſque eorum recenſuit par-
tem dicti teſtamenti, in qua fuit inſtitutus, addentes etiam
clauſulam de qua in dicto teſtamento, ibi: Item legauit, & le-
gat, ſalua tamen primogenitura, in qua ponitur ſubſtitutio
generalis, & vlterius ſubiunxerunt. Et generaliter ſcientes
omnia alia capitula, in eius teſtamento contenta, prædicta
omnia, & ſingula confeſſi fuerunt, ſe perpetuo firma, & rata
habituros eſſe, & eis nunquam de iure, vel de facto contra
facturos etiam. vnde patet, quod ſcientiam habuerunt ſub-
ſtitutionis generalis, inter eos factæ in dicto teſtamento
contentæ, vnde cum Iuramentum fuerit ab eis interpoſi-
tum ſuper ſpecialiter, & ſingulariter expreſſis, non poteſt
dubitari de conſenſu ipſorum. Vbi † enim verba ſunt clara, 153
non eſt de conſenſu dubitandum, quia cum in verbis nulla
eſt ambiguitas, non eſt admittenda quæſtio voluntatis; vt
not. Bart. *in lege. quod conſtitutum. ff. de teſtam. milit.* & Bald.
in l. Gallus. §. quod ſi n. ſecun. not. ff. de libe. & poſth. cum ſim. per
Decia. *in d. reſpon. num. 81. volum. 2.* qui citat inter alios Oldra-
dum *conſ. 392. [illegible] col. 2.* dicentem quod † a verbis claris re- 154
nuntiationis iuratæ non eſt recedendum, cum clare conſtet
de voluntate iurantis, quin & accedit in ſpecie, quod præ-
dictus Comes Iulius ſciens ea omnia, & ſingula in prædi-
ctis capitulis contenta, & diſpoſita in fauorem Com. Petri
Mariæ, & præſertim ſpecificando ea, prout continentur in
d. teſtamento dixit, quod ſe contentum vocauit de omni eo,
quod in teſtamento prædicti Com. patris ſui ſibi relictum
eſt; acceptans eam partem, quæ ſibi relicta eſt pro omni eo,
& toto, quod habere poteſt, & ſperat, quouis titulo, vel iure
in prædictis bonis, quæ tenebantur tempore mortis dicti
teſtatoris, renuntiauit contra omnibus iuribus, exceptis
bonis, quæ eſſent præter voluntatem teſtatoris, de quibus
hic non agitur, ſed de bonis ſecundum voluntatem teſta-
toris, & inſuper promiſit Comiti Petro Mariæ ſtipulanti, &c.
iuxta vocationem d. teſtatoris, ſe perpetuo prædicta omnia
firma, & rata habiturum, quæ promiſſio, nedum continet
factum ipſius promiſſoris, ſed & hæredis ſui Comitis Fer-
rantis. *in l. ſtipul. iſta [illegible] prin. verſ. ſed ſi ſe. & §. quæſitum. ff. de
verb. obl.* & talis ſtipulatio & promiſſio non tantum continet
ius, tunc competens, ſed etiam in futurum competiturum,
hoc eſt, vt nec ex iure, tempore ſtipulationis competente,
promiſſori vel ſuis hæredibus, ſed nec in futurum poſſit
ipſe promiſſor, vel eius hæredes facto defuncti contraueni-
re, *vt not. in d. §. quæſitū. in §. ſicut. & in §. quatenus, in eadem lege,*
vbi gloſſ. magna ante medium ibi, eſt eius promiſſionis effe-
ctus. ſicque declarat Fulg. *conſ. 67. p. ater[illegible]. numero 3.* &
Decia. *reſpon.* [illegible] *numero 92. volum. 3.* Igitur Comes Ferrantes
filius, & hæres Comitis Iulij non debet poſſe venire contra
promiſſionem patris ſui, iuramento vallatam, licet † enim 155
quo ad reatum p[illegible] non ligetur iuramento patris, quod
tamen pertinet ad robur contractus ita ligatur, ſicut pater
ſuus, *c. veritatem & ibi not. de iureiurand.* Caſtren. *conſilio 13.
columna prima. volum. 2. & conſil. 305. eodem volum.* Chriſto-
phor. de [illegible] *conſilio* [illegible] *num. 60.* Oldrad. *conſilio 185.* & alij
per Seraphi. de Sera[illegible] *in d. tract. de priuil. iuramenti. priu. 67.
numero 2.* [illegible] iuramentum ſit perſonale, quo ad 156
vinculum animæ, tamen quo ad dandum robur contractui,
vt ſcilicet [illegible] obſeruand[illegible] ab omnibus hæredibus, habet
[illegible] in effectum, ita vt hæredes etiam teneantur illud
omnino ſeruare, *l. quod obtinet. C. de prob. & not.* Bartol. *per
illum tex. in [illegible] cum qui decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. circa fi.
verſi. vltim. nota.* idemq; Bal. *in l. fina. column. penult. verſ. ſed hic
euidenter.*

incidenter. C. de pact. & in auth. ſacramenta puberum in fine, verſ.& nota. C. ſi aduer. vendit. cum alijs concordantibus per Alexan. *conſ.7. colum.2. in fi. volum.6. conſ.26. in fin.& conſ.146. in fine. volum.7.*& ex his tandem remanent expedita dubia diligenter propoſita, ſicut & cætera neceſſaria, demumque præſens conſilium, ſuper quo ſi longior fui, ſic opus erat, vt ex prædictis patet.

Pro Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Rauenna.

ARG. An & quando res emphyteutica poſſit in dotem dari ſorori a fratre ad eam obligato ſine conſenſu domini, & ſine ſolutione Laudemij. An inueſtitura facta alicui pro ſe, & filijs, & nepotibus, contineat filiam, & neptes inueſtiti.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica an in dotem dari poſſit ſorori à fratre, ſine conſenſu domini, Dic vt num. 24. Et an hoc caſu laudemium de ea ſolui debeat. num. 2.*
Et an idem dicendum ſit in nepotibus aui, inueſtiti pro ſe filijs & nepotibus. ibid.
3 *Maſculinum concipit fœmininum ex proprietate ipſius verbi. Fallit. vt num. 6*
4 *Senſus proprius vocabuli ille eſt, quem lex ei dat. num. 34.*
5 *Inueſtitura facta alicui, pro ſe, filijs, & nepotibus, quod non comprehendat filiam, nec neptes eiuſdem.*
6 *Maſculinum quando non concipiat fœmininum, & num. 7. & 8. & num. 10.*
9 *Et quando ſola inueſtitura contineat filiam, vt cum ab initio fuit conceſſa fœminæ, pro ſe ſuiſq; filijs.*
11 *De differentia inter emphyteuſim eccleſiæ. & priuati, quod in illa non continentur genus fœmininum, in ſecundo ſic. Item in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, & eſt communis n.12.*
13 *Item non continet fœmininum, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, ſtantibus maſculis in materia ſucceſſionis.*
14 *Opinio communis in conſulendo, & iudicando eſt tenenda; eiuſq; commendatio. num. 15.*
16 *Oratio ambigua nocere debet venditori, vel locatori, qui eam poſuit. & num 17.18.*
19 *Et in ſtipulationibus, verba contra ſtipulantem interpretanda ſunt.*
20 *Palam dicitur exprimi, quod exaudiri poteſt.*
21 *Alter contrahentium alteri obijcere poteſt, quod ſibi imputari debeat, qui latius potuit verba concipere.*
22 *Dicta legiſlatorum dicuntur neceſſaria.*
23 *Diſpoſitio qualibet debet intelligi ſecundum principalem intentionem diſponentium*
25 *Relatiuum quæ, & ſine copula, ſtat reſtrictiue.*
26 *Dictio, quo ad infraſcripta, eſt reſtrictiua oſtendens non venire, niſi expreſſe enumerata in diſpoſitione.*
27 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validiſſimum.*
28 *Dictio, donec, eſt limitatiua temporis.*
29 *Succeſſor ſingularis emphyteutæ non comprehenſus in inueſtitura veteri tenetur eam capere, ſoluendo capſoldum.*
30 *Intellectus ſtatuti, de ſucceſſion ab inteſt. in fin.*
31 *Relatio fieri debet ad ea, quæ principaliter apponuntur, non quæ incidenter.*
32 *Nepotis conditio non debet eſſe melior filij.*
33 *Dos poteſt conſtitui in bonis eccleſiaſticis, in ſubſidium, quando non extant prophana.*
35 *Bartholomæus Veronenſis à capite, de ſignificatione verborum aliqua compoſuit.*
36 *Significatio propria vocabuli illa dicitur, quæ ſumitur ab auctoritate, & vt ibi.*
37 *In quo differat propria ſignificatio ab interpretatione.*
38 *Filium ad nepotem non refertur ex proprietate ſermonis, ſed ex interpretatione tantum.*
39 *Verbum, videtur, denotat fictionem.*
40 *Filius quomodo diffiniatur. Et vnde dicatur. n.41.*
42 *Exempla duo notabilia de amore parentum in filios.*
43 *Dictio, filius, non verificatur in filia ex proprietate ſermonis, ſed per extenſionem, & num 44.*
45 *Maxime quando verba ſonant ſub nomine maſculino.*
46 *Lex interpretans intelligitur ſecundum terminos legis interpretata.*
47 *Emphyteuta nouus dicitur, qui ſub inueſtitura non erat comprehenſus.*
48 *Dominus directus debet habere Laudemium, quando renouat inueſtituram in ſingularem ſucceſſorem, ratione mutata ſucceſſionis.*
49 *Fallit in renouatione perſonarum filiorum, quia non ſoluitur Laudemium, & de ratione.*
50 *Non enim nulla ſunt qualitates.*

CONSIL. DCCXXXVII.

DOM. Hercules Sextula fuit inueſtitus pro ſe, filijs, & nepotibus, de quadam petia terræ iuris Archiepiſcopatus Rauennæ, quo mortuo inteſtato, relicto dom. Hieron. filio ſuo, & dom. Hippolyta pariter filia ſua indotata, deinde nupta, frater ei de anno 1585. conſignauit pro dote dictam terram cum pacto recuperandi eam infra quinquennium, poſtea ea quoq; mortua eſt, relictis duabus filiabus, nunc quæritur per agentes Archiepiſcopatus, an quid dictæ mulieres fuerint obligatæ recipere inueſtituram, & ſoluere Laudemium, videlicet filia, dum vixit, & ea mortua filiæ ſuæ, neptes aui, cum magnificus dom. Aloyſius Caballius quondam maritus, & pater earum reſpectiue neget, eas ad ea teneri. nam quod attinet ad filiam vxorem ſuam, dicit ille, quod hæc † res emphyteutica ſibi dari potuit in dotem à 1
fratre ſuo, ad eam obligato, ſine conſenſu domini, vt poſt Speculat. & Ioan. Andr. tenet Iaſon *in l.3. num.107. C. de iure emphyt.* & ſine ſolutione Laudemij cum alienatio fuerit neceſſaria, vt idem Iaſ. tradit *num.49. verſ. ego teneo.* & idem cauetur in interpretatione 14. ad Bullá Bonifacianam. ſicut & in ſtatuto de ſuc. ab inteſt. in fi. vbi vult fœminis ius competere pro dote in quibuſcunque bonis, etiam eccleſiaſticis, non obſtante aliqua inueſtitura. Quo vero † ad neptes, ad- 2
dit eius pater, eas nec ad accipiendum inueſtituram, nec ad ſoluendum Laudemium teneri, velut comprehenſas in inueſtitura aui, pro ſe, filijs, & nepotibus; primo vigore Bullæ Bonifacianæ. *verſ. quod ſi inteſtatus*, vbi vult, quod ſi quis poſſeſſor dictorum bonorum deceſſerit inteſtatus, in illis ſuccedat quilibet, qui de iure communi ab inteſtato ipſi defuncto ſuccederet, ſublata differentia ſexus agnationis, & cognationis.

Secundo mouetur ex eo, quod † maſculinum concipit 3
fœmininum ex proprietate ipſius verbi, quia † proprius ſen- 4
ſus vocabuli eſt ille, quem lex ei dat, vt per Veronen. *in Rubr. ff. de verbor. ſignif. num. 42. verſ. item proprius.* hancque concluſionem confirmat ex Tiraquello *de retract. Lign. §.1. gloſſ. 9. num.220. cum ſequentibus, potiſſime 229.* vbi dixit, iſtud eſſe ex proprio ſignificatu, aut ex interpretatione comprehenſiua. Et ibi latiſſime vagatur diſcurrendo multos caſus: in quibus vult hoc procedere, quod maſculinum concipiat fœmininum, vt etiam dom. Caballius late proſequitur. Ego vero prætermittens, quæ ſunt à remotis, & non neceſſaria, nec caſui noſtro conferentia, dico, quod † nec filia Sextu- 5
læ, nec eius neptes dici poſſunt in inueſtitura comprehenſæ, conceſſa illi pro ſe, filijs, & nepotibus, moueor inprimis, quia † maſculinum non concipit fœmininum, quando fuit 6
expreſſum per nomen maſculinum, prout eſt ſeruus, equus, filius, & ſimiles, ſecus ſi per terminum communem, vt eſt homo, vel ſi dicatur, ſi quis, quia intelligitur homo, nam tali caſu in termino communi maſculinum comprehendit fœmininum de proprietate ſermonis, ita diſtinguit Bartol. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.* & idem ſequitur Bald. *in l. Gallus. in prin. colum. fi. ff. de lib. & poſt.* Card. *in cle. 1. q. 3. de elect.* & alij quos ſequitur Dec. *in l. 2. num 96. verſ. & iſta. ff. de reg. iur.* ſicut & Alciat. *in d. l.* dicens, eam diſtinctionem Bart. communi vſu approbatam eſſe, & idem tenet Veronenſ. *ibidem ſub n. 23. verſ. ſecundo caſu*, dicens, quod † quando profertur verbũ in ge- 7
nere maſculino tantum, & in ſimplici ſubſtantiuo tantum, ſine aliquo adiectiuo, exemplum vt laborator, fornarius, equus, mulus, ſeruus, Rex. Et vt in caſu noſtro filius tunc non comprehendit fœmininum, ex propria ſignificatione, nec ex vi verborum, ſed ex interpretatione. *l. pronunciatio. in prin. ff. eodem cum ſimil.* & ita tenet Bald. *in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi.* Cardin. Domini, & Imola, quos adducit Veron. dicens, quod † hæc eſt communis, & vera Doctorum ſenten- 8
tia. quam defendit aduerſus Angelum. idemque tenet Gabri. Rom. *lib. 6. de verb. ſignif. conclu. 6. num. 42.* at nos ſumus in verbo filijs, in inueſtitura poſito, conceſſa Sextulæ inueſtito pro ſe, filijs, & nepotibus, quæ ſunt nomina maſculina ſimpliciter poſita, ergo ſub illis non comprehenduntur filiæ, nec neptes, de quibus agitur. Et hunc caſum nec Tiraquellus loco citato ſatis verboſus, nec dom. Caballius in hac

cauſa conſideruit; & propterea quæ dicunt extra terminos noſtros, ad rem non faciunt: Et quæ ponit Rolan. à Valle *conſi. 76. volum. 3.* vbi loquitur de emphyteuſi rece-
29 pta pro ſe, ſuiſque filijs, & tamen vult † filiam dici comprehenſam. quia loquitur in emphyteuſi conceſſa ab initio cuidam Vrſulæ, & ſic quæ incepit à fœmina. Vnde tali caſu, verbum filijs, verificatur in fœminis, vt per totum Conſilium diſcurrit Rolan. at hæc emphyteuſis cepit initium à D. Hercule Sextula maſculo, vnde caſus ſunt diuerſi.

30 Secundo conſidero, quod hæc † emphyteuſis eſt eccleſiaſtica, velut ab eccleſia Rauennæ conceſſa Sextulæ pro ſe, filijs, & nepotibus, quo ſtante maſculinum non concipit fœmininum in præiudicium eccleſiæ. Ita Iaſon *in l. ſi quis id quod. colum. 4. ff. de iur. omn. iud.* dicens, ſe ita conſuluiſſe, & ante ipſum ita voluit Bald. *in l. 2. colum. 2. C. de iure emphyt.*
31 faciens † differentiam inter emphyteuſim eccleſiæ, & orinati, vt primo caſu maſculinum non concipiat fœmininum, ſecundo ſic. ſequitur Alexan. *conſ. 61. colum. 2. volum. 1.* & latius Gabr. Roma. *lib. 6. de verbor. ſignif. concluſ. 6. numero 102.*

Nec obſtat, quod idem Gabrielius ſubiungat, Decium tenere contrarium *in d. l. 2. ſub num. 105.* & Ruinum *conſ. 182. colum. 4. volum. 2.* Quoniam Decius loquitur contra com-
32 munem, quæ † habet, quod in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, pro qua citat infinitos Rolan. à Valle *conſ. 58. num. 63. volum. 3.* & ex alijs exornat Gabr. *in d. 6. concl. n. 87.* Sed vlterius accedit aliud, quo magis fomenta-
33 tur dicta communis opin. † ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ſtantibus maſculis in caſu noſtro, tunc enim diſpoſitio loquens in genere maſculino in materia ſucceſſionis, non continet fœmininum, vt tradit Alexan. *conſ. 127. volum. 1. alias 14. volum. 4. & in l. Gallus. §. 1. in fin. ff. de lib. & poſ. & in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* & alij numeroſi, quos congerit idem Gabr. *in d. ſexta concluſione. num. 78.* igitur ex iſtis non conſideratis à dom. Caballio, dici debet nec vxorem ſuam, nec filias fuiſſe comprehenſas in inueſtitura Sextulæ conceſſa.

Nec obſtat in quantum tantiſper inſiſtit in recedendo à communi Doctorum opinione, & tenendo, quod in contractibus maſculinum concipiat fœmininum, tritum eſt
34 Curtius, quod † in conſulendo, & iudicando non eſt à communi recedendum, ſed illa debet attendi, vt Anton. Maria. Corraſius diffuſe poſuit *in ſuo tract. commun. opin. lib. 2. tit. 8. num. 16.* vbi per ſex colum. dilatat fimbrias infinitas, allegans ita tenentes. Et vt idem ponit in præfatione col. fina. poſt
35 multa † commoda, quæ nobis affert communis opin. concludit, quod clare liquet, quam communis opin. amica, & vtilis ſit omnibus, quamquam merito ſit colenda, & ſeruanda, quando tantorum malorum vnicum fuit remedium, & tam rationabili & æqua cauſa introductum, vt per eam labor ſit diminutus, Doctorum diſcordiæ ſint ſedatæ, & via patefacta ſit, quæ & ſcrupulum conſcientiæ ſuſtulit, & fortunarum ſecuritatem oſtendit. hæc ille Corraſius bene doctus, & elegans. Et quoniam longe plura, quam oportebat, dicunt *circa legem veteribus. ff. de pact.* & ibidem gloſſ. reſtringenda verba ad declarationem Caſtrenſis ibi. conſidero, quod
36 ille dicit apoſtillando textum in verbo † ambiguam. quod ſuppleri debet appoſitam à venditore, vel latore, vt in text. ſequitur, ideo talis oratio ambigua nocere debet venditori, vel locatori, qui eam poſuerat. Sed ſi non conſtat, à quo fuerit appoſita, quia fuerunt verba notarij, tunc inſpicitur in cuius fauorem appoſita fuerit, & ab illo cenſetur fuiſſe appoſita, & fit interpretatio contra eum, & ita dicit, intelligi textum *in l. ſi in emptione. ff. de contrah. empt.* cui concordat ad
37 vnguem Salic. *ibi* dicens in ſummario, quod † in dubio verbum, ambiguum, & obſcurum creditur prolatum ab eo, cuius fauorem reſpicit, ideo contra eum fit interpretatio. nam ibi dictum fuerat in emptione fundi accedere Stichum ſeruum. quod pactum ſine dubio reſpiciebat fauorem emptoris, quod vltra fundum haberet Stichum ſeruum, fuiſſet enim vtilius venditori vendere fundum tantum, ſine aliquo ſeruo. ideo contra emptorem interpretatur, vt præſtetur ille, quem venditor intellexerit, non autem emptor applicando modo hanc doctrinam Caſtrenſis, & Salyceti, dico, quod quando notarius ſcripſit in inueſtitura, quod talis procurator Reuerendiſſimi dom. Archiepiſcopi, vel ipſe dominus Archiepiſcopus inueſtiuit dom. Herculem Sextulam, recipientem pro ſe, filijs, & nepotibus, ſine dubio tale pactum fuit appoſitum in fauorem dicti Sextulæ, filiorum, & nepotum ſuorum, fuiſſet enim vtilius ipſi dom. Archiepiſcopo, & eius eccleſiæ, quod dicto Sextulæ tantum fuiſſet in emphyteuſim conceſſa d. pectia terræ, merito debet interpretari talis conceſſio, contra filiam, & neptes Sextulæ, quod non comprehendantur. quia fuit in poteſtate d. Sextulæ legem apertius dicere, vt dicitur *in d. l. veteribus.* & optime confirmatur: namq; dicit inſtrumentum inueſtituræ, quod dom. procurator, ſeu Reuerendiſſimus inueſtiuit do. Herculem, ſtipulantem, & recipientem pro ſe, filijs, & nepotibus, quo caſu ſuccedit textus ille celebris, licet vulgatus *in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig.* dicens, quod † quicquid 18
aſtringendæ obligationis cauſa dictum eſt, id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum eſſe intelligendum eſt, aut certe ſecundum promiſſorem interpretamur, quia ſtipulatori liberum fuit verba latius concipere, id eſt, aperte, vt exponit gloſſ. & idem text. breuior habetur *in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. eod. tit.* dicens, in † ſtipulationibus cum quæri- 19
tur quid actum ſit, verba contra ſtipulatorem interpretanda ſunt. Cum igitur in caſu noſtro palam verbis non ſit expreſſum, nec late, & aperte verba concepta ſint pro filiabus, & nepotibus: vtique contra eas fieri debet interpretatio, ponderari quoque poſſunt diligenter illa verba id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum eſſe intelligendum eſt. palam namq; quid dicitur, verbis exprimi, † quando exaudiri 20
poteſt, *l. heredes palam. in prin. ff. de teſta.* at per ſenſum auditus nunquam dici poterit, filiam, vel neptes palam verbis expreſſas fuiſſe, nec exaudiri, dicendo filijs, & nepotibus. vnde ſomnium eſt, aliter velle diceretur.

Nec illa ratio, quod imputari debet ei, qui latius potuit verba concipere, debet inanis reputari, vt ex aduerſo dicitur, quia † alter alteri contrahentium id obijcere poſſet, vt 21
per Tiraquell. *de retra. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num. 208.* plenius relatum, quoniam dicta † poſita *in d. l. veteribus*, & repetita *in d. l.* 22
quicquid aſtringendæ, cum ſit Legiſlatorum, neceſſaria dicitur vt per Bartol. *in l. de quibus. ff. de legib.* & propterea non eſt ſpernenda, nec alter alterius indiget obiectione prædicta, ſed ille tantum, pro quo verba prolata ſunt, eam patitur, & alter habet intentionem fundatam. *exemplum in d. l. veteribus.* verba prolata fuerant pro venditore, ideo poteſt emptor illi obijcere, quod potuit latius verba concipere, & pro emptore interpretantur. Similiter *in d. l. ſi in emptione*, verba prolata fuerant pro emptore, quod Stichus ſeruus accederet fundo vendito, propterea venditor illi poteſt obijcere, quod latius potuit verba concipere, de quo Sticho intelligeret, & ideo pertinet ad venditorem id declarare, nec poteſt emptor obijcere venditori, quod in promittendo Sticho ſeruo, potuerit latius loqui, ſed in eo venditor habet intentionem fundatam. Sic etiam dici debet in caſu noſtro, quod cum verba emphyteuſis conceſſæ Sextulæ pro ſe, filijs, & nepotibus, pro illo, & illis prolata fuerint, eccleſia poteſt illis obijcere volentibus, quod veniant filiæ, & neptes, quod Sextula potuerit latius loqui. non autem ille, ſi viueret, aut filia, & neptes, obijcere poſſunt eccleſiæ, quod potuerit latius loqui, quod pro filijs aut nepotibus tantum maſculis conceſſerit, ſed in eo habet eccleſia fundatam intentionem; diſpoſitio † namq; quælibet intelligi debet ſecun- 23
dum principalem intentionem diſponentium. *l. qui exceptionem. ff. de cond. inde.* Bald. *in l. cunctos populos. col. 12. verſ. ſed hic quæro. C. de ſum. tri. cum ſimil.* per Dec. *reſpon. 51. num. 47. volu. 3.* & ſic ex prædictis concludo, quod in emphyteuſi prædicta comprehenſa non fuit filia Sextulæ, nec eius neptes filiæ D. Caballij. Quæ concluſio clarior redditur ſublatis ſup. deductis per eum, à me relatis, quod enim attinet ad primũ, quod dicta † pectia terræ dari potuit in dotem per fratrem ſorori 24
ſine conſenſu Domini, & ſolutione Laudemij. per Iaſon *in d. l. 3. num. 107. & ſup. num. 49. C. de iure emphyt.* quicquid enim ſit de iure cõmuni recurri debet ad interpretationẽ 14. Bullæ

quæ

quæ pariter allegatur,& in ea ſe fundat dom. Caballius, in-
quit enim,quod non ſit alienatio,quo ad infra ſcripta,ſi res
eccleſiaſtica data fuerit in dotem per quemcunque attinen-
tem mulieris, quæ comprehenſa ſit in inueſtitura, quibus
caſibus donec mulier vixerit non teneatur maritus petere
inueſtituram,nec capoſoldum ſoluere, etiam ſi æſtimata in
dotem data fuerit res prædicta, pondero, quod non ſim-
pliciter, nec abſolute negat interpretatio,eſſe alienationem,
ſi res eccleſiaſtica fuerit in dotem data mulieri, ſed ita de-
25 mum mulieri,quę cōprehenſa ſit in inueſtitura,illud † enim
relatiuum Quæ, ſine copula ſtat reſtrictiue. *l. ea tamen adie-
ctio*,& ibi Bartol.*ff. de leg. 3.*& cum dicta interpretatio loqua-
tur cum iſta qualitate, quod filia ſit in inueſtitura compre
henſa,vt locum habeat,debuit clare probari,vt per Bartol.
in l. 1. ff. ne quid in flum. pub. Ioan. And. *in c. 1. de homi. in 6.* Alex.
conſi 161. in prin. volum. 6. cum ſimil. de quibus ego poſui. *conſi-
lio 11. num. 44.* quod vere non probatur,ſed contrarium,vt ex
prædictis patet.

Secundo pondero,dum dicit interpretatio, quod alie-
26 natio non ſit † quo ad infraſcripta, quæ dictio reſtrictiua
eſt,& oſtendit in diſpoſitione non venire, neque contineri,
niſi expreſſe enumerata,vt tradit Alexan. *conſ. 176. in fin. vol. 2.*
Dec. *conſi. 190. num. 8.* Pariſ. *conſ. 93. num. 24. volum. 1.* Menoch.
conſi. 86. num. 71. & ego *conſi. 181. num. 13.* at inferius vult, non
eſſe petendam inueſtituram, neque ſoluendum capoſol-
dum, ſi res data fuerit in dotem mulieri, quæ comprehen-
27 ſa ſit in inueſtitura. igitur † à contrario ſenſu quod eſt vali-
diſſimum. *l. 1.* & ibi dixi poſt alios. *ff. de offi. eius.* ſequitur di-
ctam interpretationem velle, quod bene ſit alien. & inue-
ſtitura peti debeat, & capoſoldus ſolui, ſi res data fuerit
mulieri, quæ non ſit in inueſtitura comprehenſa qualis eſt
vere caſus noſter.

Tertio pondero, dum ſubdit, quibus caſibus (donec
mulier vixerit) non teneatur maritus petere inueſtituram
28 nec capoſoldum ſoluere, pondero dictionem illam, † do-
nec, quæ eſt limitati temporis. Bartol. *in l. ambiguitates. C. de
vſu & habi. in fin. colum. 1. ff. ad Tertul. & in l. 1. col. prima. verſ. &
quaero. ff. de cond. & demon.* Iaſ. poſt Caſtr. *in l. ſi. colum. fina. C. de
indi. vidu. tollen.* & Cæph. *conſi. 450. num. 28.* ergo dato, quod
dom. Hippolyta filia Sextulæ fuiſſet in inueſtitura compre-
henſa, (quod tamen ſemper negatur) ea mortua bene Ca-
ballius fuit obligatus petere inueſtituram, & capoſoldum
ſoluere, velut elapſo tempore limitato per illam dictionem,
donec, nec recurri debet ad filias ſuas, neptes, quia negatur
eſſe comprehenſas ſub verbo nepotibus, vt ſupra.

Quarto pondero,quod in finem dicit interpretatio, et-
iam ſi æſtimatione in dotem data fuerit res prædicta, prout
arbitror in caſu noſtro, ſi verum eſt, vt dicit domin. Cabal-
lius, quod data fuit vxori ſuæ cum pacto recuperandi, infra
terminum quinque annorum. nam oportet dicere, quod
certum precium taxatum fuerit executa quantitas dotis.
vult enim quoque interpretatio prædicta, non eſſe peten-
dam inueſtiturā, nec ſoluendum capoſoldum, retento ſem-
per eodem themate, quod mulier fuerit in inueſtitura com-
29 prehenſa. ſecus ergo ſi non fuit comprehenſa, prout † eſt
etiam de iure communi, quo ſucceſſor ſingularis emphy-
theotæ non comprehenſus in inueſtitura veteri tenetur in-
ueſtituram capere,& capoſoldum ſoluere, vt tradit Cagno.
in l. 2. num. 109. C. de pact. inter empt. & vend & num. 235. vbi
plenius attingit: hactenus ergo patet, quam multifarie d.
interpretatio 14. ex aduerſo allegata, retorquetur; & ad
fauorem eccleſiæ ponderatur: Nunc ad ſtatutum deuenio.
de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. quod pariter allegatur in eo, quod
ibi dicatur ius fœminis competere pro dote in quibuſcun-
que bonis, etiam eccleſiaſticis, non obſtante aliqua inueſti-
tura, circa quem locum diligentibus aduerti debet, vt male
30 intellectum non conſidero, quod † illud ſtatutum loquitur
de ſucceſſione ab inteſtato, diſponens quod in eo ſuccedant
filij, & alij deſcendentes maſculi, excluſis filiabus,& alijs fœ-
minis cuiuſcunque lineæ, & gradus,& illis maſculis deſcen-
dentibus non extantibus, ſuccedant agnati maſculi vſque
ad quartum gradum,& præferantur filiabus,& omnibus alijs
fœminis, quæ tamen dotari debeant, vt in eo dicitur, poſtea
ſubdit, quod ſi aliqua mulier maritata fuiſſet, nulla dote
conſtituta ante mortem perſonæ, cui incubuiſſet onus do-
tandi, poſſit petere dotem ſibi conſtitui, non obſtante quod
in matrimonio fuerit conſtituta. Poſtremo ſubiungit, &
prædicta locum ſibi vendicent tam in bonis prophanis,
quam eccleſiaſticis, & cuiuſcunque generis alterius, non
obſtante aliqua inueſtitura, quæ verba ego ſane dico intel-
ligenda de excluſione fœminarum à ſucceſſione bonorum;
ſiue prophana ſint, ſiue eccleſiaſtica, non autem reſpectu
dotationis tantum, de qua ſupra dixerat, quia ſi de illa intel-
lexiſſet dicere Statutum, locutum fuiſſet in ſingulari, & hoc
locum ſibi vendicet, non autem in plurali,& prædicta locum
ſibi vendicent, quia reſpectu ſucceſſionis, & excluſionis
ab ea fœminarum, plura ſupra dixerat Statutum, vnde fuit
opus in plurali loqui, qui numerus reſpectu dotationis non
erat neceſſarius. Et reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato no-
luit Statutum, attendi debere aliquas inueſtituras, in qui-
bus fœminæ vocarentur, ſed nihilominus eas excludi, &
hæc intelligentia iuſtificatur, nam † relatio fieri debet ad ea, 31
quæ principaliter apponuntur, non autem ad illa, quæ inci-
denter, vt notabiliter dicit Bart. *in l. fin. §. Titia. per illum textum.
ff. de lib. leg.* ſequitur Alexan. *in l. ſi idem. §. fin. ff. de iur. omn. iud.*
& Dec. *in c. 2. requiſiti. col. fi. num. 8. de app.* Aret. *in §. ipſum. no-
ta. 4. Inſtit. de rer. diuiſ.* Ruin. *conſi. 181. num. 3. volum. 2.* & Cæpha.
conſi. 543. n. 16. at totum ſtatutum ſupra principaliter tracta-
uit de admiſſione maſculorum, & excluſione fœminarum
à ſucceſſione bonorum, quæ tamen dotari deberent, vt ſupra.
circa quod incidens dotationis ſubiunxit verſiculum a-
ientes, quod mulier nupta, non dotata ab eo, qui [illegible]
dotari debeat, poſtea rediens ſtatutum ad principale ſuum
intentum excluſionis fœminarum à ſucceſſione [illegible]
propter maſculos, ſubiunxit, & prædicta locum habeant,
tam in bonis prophanis, quam eccleſiaſticis, non obſtante
aliqua inueſtitura, ceſſat igitur dictum Statutum, ſic realiter,
vt fieri debet, intellectum.

Nunc ad ſecundum de neptibus deſcendo, quas [illegible]
citur non teneri ad accipiendum inueſtituram, vel ad ſolu-
tionem capoſoldi ex Bulla Bonifaciana *verſ. quod ſi inteſt.*
vbi decedente inteſtato aliquo poſſeſſore bonorum eccle-
ſiæ, vult, quod in eis ſuccedat quilibet, qui de iure com[illegible]
ab inteſtato ipſi defuncto ſuccederet, ſublata differentia ſe-
xus agnationis, & cognationis. ergo dictæ neptes admitten-
tur, nam debuit do. Caballius vltra progredi *iuxta leg.* [illegible]
ciuile. ff. de legib. cum ſubijciatur in Bulla, niſi eſſet filius, & fi-
lia. qui ad ſucceſſionem patris ab inteſtato concurrerent,
quo caſu ſuccedat maſculus, excluſa fœmina. ſiue filia con-
currente filio, ſiue nepte, concurrente eodem filio, patruo
32 ſuo. ne † inclioris conditionis ſit neptis filio, contra *l. ſi vius
matre. C. de bon mat.* Dec. *conſi. 15. cum ſimil.* & in quantum
ſubijcitur in Bulla, dotanda tamen ſufficienter, ſi prius do-
tata non fuerit † in dictis bonis, intelligo de prophanis, ſi ex- 33
tant, vel de eccleſiaſticis, in ſubſidium, quando prophana
non extarent, vt de iure communi diſponitur, [illegible] poſt alios.
quos refert ponit Iaſ. *in auth. res quæ. ſub num. 13. C.* [illegible] *leg.*
& Rube. *conſ. 114. num. 3.* & ita bene dicta Bulla dec[illegible].

Non obſtat inſuper, quod ſecundo loco dicitur, quod
maſculinum concipit fœmininum ex proprietate ipſius ver-
bi, quia † proprius ſenſus vocabuli eſt ille, quem lex [illegible] 34
ponit Veroneuſ. *in Rubr. ff. de verb. ſignif. num. 42. verſ. Item pro-
prim,* poſſet enim quis primo dicere, quod de Veroneſe
ſcribit Alc. *in epiſtola quæ reperitur ante librum primum. de verb.
ſignif. impreſſa.* inquit enim, non me latet patrum noſtro-
rum memoria † Bartholomæum Veronenſem, cui à capris 35
cognomentum, neſcio quid hac in re (ſcilicet de verb. ſign.)
compoſuiſſe, ſed eius dictata ad manus meas non perue-
nerunt, quod hi, penes quos etiam dicantur ceu theſauros,
ea cuſtodiant, at forte theſauri, vt in prouerbio eſt, carbo-
nes erant, deinde ſubdit Alciatus, mihi non libet teme-
re de illecto opere ferre ſententiam, ſed tamen res ipſa plane
oſtendit recte hunc tractatum ab eo percipi non poſſe, qui
ab humanioribus ſtudijs abhorreat, ſicut nec verſa vice,
qui haſce ſolas literas profiteatur, niſi idem iuris quoque ci-
uilis diſciplina præcellat, oleum & operam hiſce in reſponſis

interpretandis perdit. quibus inferre vult Alciatus, parum
Veronenſi deferendum circa proprietatem verborum, pa-
rum ne dicam nihil in bonis literis erudito. Sed quoniam
non tam audax eſſe velim, vt honorem Veronenſis miſſum
faciam, qui tot Commentarios, & conſilia edidit, quique
præ manibus diſertiſſimorum virorum verſantur: ideo di-
co, quod & Veronenſis in primis dicit, num. 39. Et inferius
36 not. quod † illa dicitur eſſe propria ſignificatio vocabuli,
quæ ſumitur ab auctoritate, vt ſi in aliqua lege hoc dicatur.
l. ferti. l. propter. ff. eod. vel illa quæ ſumitur ex diffinitione, vel
ex alluſione, ſeu deriuatione vocabuli, vt docet Bartol. *in l.
omnes populi. in 3. q. 6. q. prin. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. §. ex qua
re. per illum text. ff. de tutel.* & nullam legem video dicentem,
filiam proprie dici filium, nec neptem nepotem. nec text. *in
l. iuſta interpretatione. ff. de verbor. ſign.* dicens vt appellatione
filij ſicut filiam contineri, ſæpe reſpondimus, ita & nepos vi-
deatur comprehendi, id enim non ſimpliciter dicit textus,
ſed iuſta interpretatione recipiendum eſſe, quo ſtante ſucce-
dit eiuſdem Veronenſis doctrina. *in d. l. 1. numer. 109.* vbi quæ-
37 ritur † in quo differat propria ſignificatio ab interpretatio-
ne, & dicit, quod ſignificatio eſt quando non receditur à ve-
ro, & proprio intellectu vocabuli. Sed quando dilatatur,
ſeu extenditur, vel coarctatur, ſeu reſtringitur intellectus
vocabuli, tunc iſta non dicitur ſignificatio, ſed interpretatio;
ſicque dicit notare Baldum *in Rub. C. de ver. ſign.* & idem fate-
38 tur Alc. ibi dicens, quod † filius ad nepotem ex ſermonis
proprietate non refertur, ſed ex interpretatione tantum-
39 modo. Idq; cōfirmat † verbum videatur *in d. l. 1.* iuxta poſitū,
quod denotat fictionem, & improprietatem *l. 2. §. deieciſſe.
ff. de vi & vi arma. l. in fin. ff. de lib. & poſt. cum ſimil.* Diffinitio-
40 nemque † filij bene nos habemus *in l. filium. ff. de his, qui ſunt
ſui. vel alien. iur.* filiæ vero ſecus. nec quæ filiam filium nomi-
net. Alluſionem vero, ſiue deriuationem vocabuli, vel ety-
mologiam verbi filius, quæ ſynonyma ſunt, vt ego dixi *Inſt.
de teſta. in prin. num. 394. in fi.* poſt Euerardum *in centuria ſua.
cap. 6.* & Cumanum *in Commentarijs iuris ciuilis lib. 9. ca. 1. col. 2.*
41 licet habeamus, quod † filius dicitur à verbo Græco philos,
quod amorem ſignificat, ex eo, quod amor parentum in fi-
lios ſit conſtantiſſimus, vnde dici ſolet, quod nullus eſt amor
qui vincat paternum *l. fin. C. de cur. fur.* eumque vehemen-
42 tiorem appellat Gra. *conſ. 363. num. 13.* Nec † deſunt exem-
pla memoranda parentum amoris erga filios, vt Octauij
Balbi, qui cum clam poſtico domum egreſſus, in qua fuerat
à Triumuiris proſcriptus, & falſo rumore vicinæ filium intus
trucidari accepiſſet, ei ſe neci obtulit, quam euaſerat, ſeque
occidendum militibus obtulit, præter ſpem videndi filium
incolumem. Et Antiochus Seleuci Regis filius, cum nouercæ
Stratonices infando amore correptus, in maximam ob id
infirmitatem incidiſſet, & medicus eius cauſa ex pulſu ve-
niente, & recedente Stratonicæ cognouiſſet, Seleucoque
patri protinus expoſuiſſet, Rex, & pater chariſſimam con-
iugem filio ceſſit ob exuberantem in filium ſuum illius amo-
rem. Tamen vt ad rem redeam, à tali deriuatione, vel allu-
ſione, vel etymologia philos, à qua venit filius, non va-
let argumentum, dicendo quod ex quo philos, hoc eſt
amor patris quoque cadit in filiam, filia dicatur filius, quia
etymologia prædicta amoris latior eſt dictionis, filius.
cum poſſit amor inter plures adeſſe, qui non ſint pater, &
filius: vt inter maritum, & vxorem, inter vnum amicum,
& alium, inter fratres, & id genus, quare non ſequitur ta-
lis amat in tenſe alium, ergo eſt pater, & ille filius. Ita Cu-
man. *in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* Fulg. & Saly. *in l. 2. §. appellat. ff.
ſi cer. pet.* & ego dixi *in prin. Inſt. de teſtam. num. 402.* Sequitur
igitur ex prædictis, quod dictio, filius, ex proprietate ſermo-
43 nis, & illius verbi, non † verificatur in filia, ſed per exten-
ſionem, & interpretationem, aut propter rationis identi-
tatem, vt eſt text. *in l. pronunciatio. in verbo porrigitur. ff. de ver-
bor. ſignif.* quod ſignificat, extenditur, vt in ſpecie Decia-
nus illum exponit. *reſp. 74. num. 7. volum. 3.* dicens, eſſe certum
44 quod † appellatione filij non continetur filia, neque maſcu-
linum concipit fœmininum ex propria ſignificatione voca-
buli, ſed ex interpretatione extenſiua. idque ex pluribus au-
ctoritatibus confirmat Gabriel Roma. *lib. 6. conclu. 6. de verbo.
ſignif. num. 39.* tantoque magis id procedit, quando † verba 45
ſonant ſub nomine maſculino, vt mulus, equus, & ſimilia,
vt ille ſubdit, *num. 42.* & dixi ſuperius latius *in primo funda-
mento. verſ. Ego vero.* & quod ſumus in emphyteoſi eccleſiaſti-
ſtica, quo caſu maſculinum non concipit fœmininum in
præiudicium eccleſiæ, vt in ſecundo fundamento compro-
baui, quod etiam tenet Archid. *in can. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*
Dec. *conſi. 171.* & Soc. iun. *conſi. 168. num. 79. volum. 2.* & ſtante
ſtatuto fœminarum excluſiuo, vt ſubiunxi *verſ. ſed vlterius,*
quæ cum videri poſſint, non tranſcribo & ex eo, quod agi-
tur de emphyteoſi eccleſiaſtica, corruit illud, quod dicitur
in vltima colum. Doctores loqui tantum, quando eſt contro-
uerſia inter ſucceſſores maſculos, & fœminas. vt per Rol.
conſ. 76. vol. 3. quia præter reſponſionem ad illud, idem iuris
eſt ſtante controuerſia inter eccleſiam, & fœminas, vt in caſu
noſtro, quia filia non venit appellatione filij, nec neptes ap-
pellatione nepotum, vt ſuperius oſtendi.

Nec aſſentire poſſum rationi, quæ colligitur ex declara-
tione 10. ad Bullam, licet errone e dicatur quarta, vbi diſpo-
nitur, quod in inueſtitura pro ſe, & filijs, comprehendan-
tur etiam nepotes, & alij, vſque ad quartum gradum. Igi-
tur à multo magis arguendo comprehendi debent fœminæ
filiæ, vel neptes proximiores in gradu. Quia repugnat
huic rationi doctrina Bart. *in l. nubil. ff. de coniung. cum emanci.
libe.* notantis ex illo text. quod † lex interpretans intelli- 46
gitur ſecundum terminos legis interpretatæ. Cum enim
Bulla *colum. penult.* velit, quod ſi filius, & filia concurrant,
filius ſuccedat excluſa filia. declaratio decima allegata ve-
niens ad interpretationem Bullæ, dicens de inueſtitura pro
ſe, & filijs conceſſa debet intelligi de maſculis, non autem
de fœminis: alioquin non tam interpretaretur, quam de-
ſtrueret Bullam, & ita ratio prædicta corruit, & demum ſub-
latis omnibus concludo, nec dom. Hippolytam filiam Sex-
tulæ, nec neptes ſuas fuiſſe comprehenſas *in d. inueſtitura.* At-
que hinc infertur, quod dom. Hippolyta filia ſua tenebatur
accipere inueſtituram, velut in illa patris non comprehenſa,
prout in Bulla dicitur, *colum. pen.* quæ vult, quod non inueſti-
ti, & in dictis bonis ſuccedentes, inueſtituram recipere ſint
aſtricti, talis enim fuit domin. Hippolyta, quia † nouus em- 47
phyteota dicitur, qui ſub inueſtitura non erat comprehen-
ſus, vt tradit Salyc. *in l. fin. colum. pen. C. de iure emphyt.* & Iaſon
poſt eum, *num. 41. verſ. 2. iuxta.* Bertran. *conſi. 221. colum. 1. volu. 1.
nouiſſimorum.* Cran. *conſi. 215. & conſi. 231.* & ego *conſi. 17. num.
4.* indeque fuit obligata domin. Hippolyta ſoluere Laude-
mium, videlicet vigeſimam partem iuſti pretij dictæ petiæ
terræ, ſi erat iuris emphyteotici, vel ſextam, ſi erat feuda-
lis, vt in Bulla ſubijcit. dominus † enim directus debet 48
habere Laudemium, quando renouat inueſtituram in ſin-
gularem ſucceſſorem ratione mutatæ ſucceſſionis, vt de-
clarat Bald. *in auct. ſi quas ruinas. colum. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ.*
& Iaſ. *in d. l. fin. num. 33.* prout contingit de Sextula in dom.
Hippolytam, quæ ſe tueri non poterat ex interpretatio-
ne 14. cum loquatur de muliere comprehenſa in inueſti-
tura, qualis illa non erat, vt ſupra dixi. & ad iſtud capoſoldū
ſoluendum Reuerendiſſimo dom. Archiepiſcopo tenentur
filiæ ſuæ, vel illius hæredes. *l. 1. cap. vt acti. ab hered. & contra
heredes.*

Sed & ad aliud Laudemium, ſiue capoſoldum teneri de-
bent eadem ratione, quia fuerunt nouæ emphyteotæ, velut
in inueſtitura Sextulæ non comprehenſæ, vt ſupra dixi.
nec eis obſtare debet doctrina Baldi. *in c. quæ in eccleſiarum.
num. 36. de conſtit.* dicentis quod † quando fit renouatio in 49
perſonam filiorum, non debet ſolui Laudemium, ſiue ca-
poſoldum, quia non eſt noua acquiſitio, ſed dominij conti-
nuatio. ſequitur Iaſ. *in d. l. fi. num. 42.* Alex. *conſ. 5. col. 2. vol. 5.*
Tiraq. *in l. ſi vnquam. in prin. num. 19. C. de reuo. don.* & Silua. *in
tract. de feu. cogni. q. 20.* nam loquuntur prædicti Doctores,
quando pater fuerat inueſtitus, alias ſecus, vt in caſu no-
ſtro, quod dom. Hippolyt. mater earum non fuit inueſtita,
nec in inueſtitura ſui patris comprehenſa, vnde continuatio
dominij dari non potuit in iſtis filiabus do. Hippolytæ, quæ
nunquam fuit nominata quia † non entis nullæ ſunt quali- 50
tates. *l. eius qui in prouin. ff. ſi cer. pet.* nec releuare poteſt matri,

vel his

vel his filiabus, quod vt proponitur dicta petia terræ conſignata fuerit cũ pacto recuperandi infra terminum quinq; annorum de anno 1585. (quod tempus pendet) adhuc enim debuit mater inueſtituram petere, & Laudemium ſoluere, vt tradit Cagn. *in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 109. verſi. oppoſitum verum eſt.* Et ita in prædictis de iure concludo.

Pro domino Fabricio Stella.

ARG. An fideiuſſor promittens præſentare aliquem in caſu licentiæ, extra domum, ſibi pro carcere aſſignatam, inciderit in pœnam, illo ſine licentia domum egreſſo. Et an licentia præſumatur data commoranti per quatuor annos in prouincia, & quando præſumatur licentia Papæ in teſtamento Cardinalis, An & quando promittens coram vno Iudice, poſſit coram alio moleſtari ad pœnam promiſſam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio dicitur cum in futurum tendat.*
3 *Animus contrahentium videri non poteſt, eiusq; ratio. num. 3.*
4 *Fideiuſſores magiſtratuum non debent conueniri in pœnam, quam non ſpoponderunt.*
5 *Licentia, vbi in aliquo actu requiritur, interuenire debet verbis expreſſis. & num. 10.*
6 *Maritus, retinens apud ſe dotem vxoris, an cenſeatur adiuiſſe eius hæreditatem, nomine filiorum.*
7 *Silentium non ſignificat animum, & voluntatem hominis.*
8 *Actus conſiſtentes in pati non arguunt conſenſum.*
9 *Factum differt a non facto, & quomodo, ibi*
10 *Marcus Brunus Angelinum, præceptor ſuus auctoris.*
12 *Licentia conſtituendi procuratorem ad certam litem motam, vel mouendã data à principe vniuerſitati, carenti conſulatu, debet apparere expreſſa in literis licentia & procurationis.*
13 *Et requiritur diuturnitas temporis ad inducendam licentiam præſumptam.*
14 *Papæ licentia præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis ex diuturnitate temporis.*
15 *Actus ſequens declarat præcedentem.*
16 *Factum legitime retractari non debet.*
17 *Expreſſum facit ceſſare tacitum*
18 *Fictio non poteſt habere locũ contra æquitatem, niſi ſubſit equitas n 19.*
20 *Factum vnius non debet alteri nocere in criminalibus, ſi de illius mandato non conſtat.*
21 *Inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.*
22 *Nouatio regulariter hodie non fit, niſi ſpecialiter, & expreſſe dicatur, vel niſi conſtet euidenter ex coniecturis manifeſtis, partes voluiſſe nouationem facere, tuncque ope exceptionis ſaltem inducitur. num. 23.*
24 *Et inducitur, quando actus ſe non compatiuntur.*
25 *Tempus biennij limitatur in cauſis criminalibus.*
26 *Exceptio quæuis competens reo, principali, etiam fideiuſſori competit.*
27 *Fideiuſſor in cauſa criminali, & in ea promittens, dicitur promiſiſſe principaliter ſoluere pœnam criminis, non autem intereſſe partis & vt ibi dicitur.*
28 *Actio criminalis, & ciuilis ſimul intentari non poſſunt.*
29 *Inſtantia criminalis cauſa, biennio extinguitur.*
30 *Nouum iudicium, nouam ſatisdationem requirit.*
31 *Iuramentum non operatur propter defectum conſenſus.*
32 *Et poſitum in aliquo contractu, recipit omnes conditiones, ſubauditiones, & limitationes, quas habet ille contractus.*
33 *Impoſſibile eſt quem eſſe vno, & eodem tempore duobus in locis.*
34 *Fideiuſſor promittens coram vno iudice, non poteſt coram alio moleſtari, ſeu conueniri ad pœnam promiſſam*
35 *Remedium ordinarium eligens dicitur extraordinarium refutaſſe.*
36 *Qui vult conſequens, vult ſuum neceſſarium antecedens.*
37 *Delictum non præſumitur.*
38 *Res habita per aliquem, præſumitur habita vigore tituli præcedentis*
39 *Multitudo titulorum non ſubauditur, ſed probanda venit.*
40 *Donatio præſumitur facta ex cauſa, quæ apparet, non ex alia, quæ non conſtat.*
41 *Præſumptiones non colliguntur ab his, quæ non apparent.*
42 *Inuiſibile tale præſumitur, quale figuratur per viſibile.*
43 *Pater non tenetur, cum ſine dolo, & culpa ſua non poſſet filium præſentare, qui timens aufugerat.*
44 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*

CONSIL. DCCXXVIII.

CVM dom. Fabricius Stella promiſerit præſentare Clementem totiens, quotiens in caſu licentiæ fuerit extra domum, ſibi pro carcere aſſignatam, & proponatur eum ſine licentia, de dicta domo receſſiſſe. Concurro in ſententia Clariſſ. D. Cæſaris Angelini, tanquam mihi fratris honorandi, quod dictus Fabricius in pœnam fideiuſſionis non inciderit, nec ad eam de iure conſtringi poſſit, moueor. nam fideiuſſio dom. Fabricij ſine dubio fuit † conditionalis, vt 1
dicit dom. Angelinus, & probatur velut in futurum concepta. *l. itaque ff. ſi cer. pet.* vbi dicitur, itaque tunc poteſtatem conditionis obtinet, cum in futurum confertur, & ſuper futuro incerto contrahentibus, iuxta not. per Bart. *in l. 1. ff. de cond. & demon.* Decia. *reſpon. 10. numero 35. volum. 1.* quod enim Clemens receſſurus eſſet de domo, ſibi aſſignata pro carcere cum licentia, vel ſine, dom. Fabricius, & fiſcus ignorabant, vel eius Curia. quia pendebat ab † animo Clementis, quem 2
contrahentes non videbant, vt inquit Bald. *in l. precib. col. 7. verſ. dixi ego. C. de impub. & al. ſub.* dicens, quod † eſt quid latens in corde, & quid inuiſibile, quod non percipitur ſenſu 3
corporeo, nec videtur. Immo vero ſoli Deo notus eſſe poteſt. *l. in inutilis. ff. de acceptil. l. non ſolum. ff. de act. & obl.* Bald. *conſ. 383. vol. 3.* Marſ. *conſ. 96. colum. 2. cum ſimil.* per Fern. Vaſqui. *de ſucceſſ. crea. lib. 2. §. 15. num. 67.* & inter conſ. Bru. Iac. de Leonar. *conſ. 114. num. 521.* & ego dixi *conſ. 31. num. 104.* cum igitur dom. Fabricius fideiuſſerit præſentare Clementem in caſu licentiæ, & ille ſine licentia fuerit extra domum ſibi præfixam pro carcere, non dicitur, ſe in talem caſum obligaſſe, nec ad pœnam promiſſam pro alio caſu ſupra relato teneri debet. *l. fideiuſſores. in prin. ff. de fideiuſſ.* vbi dicitur fideiuſſores † magiſtratuum in pœnam, vel mulctam quam non 4
ſpopondiſſent, non debere conueniri. Imperator decreuit. & ratio eſſe poteſt, quia fideiuſſor, qui fideiuſſit in certum caſum, non obligatur vltra conſenſum ſuum, ſed ſolum ad id, quod promiſit per ſtipulationem. *l. qui vltra. l. blanditus. C. de fideiuſſ.* Abb. *conſ. 75. par. 2.* Alexand. *conſ. 41. in fin. volum. 6.* Rolan. à Vall. *conſ. 58. num. 19. volum. 1.* ea ratione, quia fideiuſſor per ſtipulationem contrahit. *d. l. blanditus*, quæ ſtipulatio ſtricti iuris eſt. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig.* merito non extenditur vltra, quam in ea ſit expreſſe cautum, vt inquit Curt. iun. *conſ. 36. num. 4.* ſequitur Caleſa. *conſ. 87. num. 6. volum. 2. Criminal.* & ego *conſ. 549. colum. 1.* & certe quod dom. Fabricius, qui fideiuſſit in caſum licentiæ, teneatur in caſu contrario non licentiæ, ſtare non poteſt ratione perplexitatis. *l. ſi Titius. & ibi* Bart. Bald. & Caſtren. *ff. de cond. inſt.* & ego dixi *conſ. 525. num. 84.* vnde cum dom. Fabricius ſe obligauerit ad pœnam de præſentando Clementem, vbi eſſet extra dictam domum cum licentia ſuperioris, vtique teneri non debet non purificata dicta conditione, vt concludit dom. Angelinus, me citans *in conſ. 472. num. 45.* Et vt bene dixit dom. Angelinus, quod Clemens per annos fere 4. moratus fuerit in prouincia ſine moleſtia, non debet per hoc præſumi, quod cum licentia ſuperioris manſerit. quoniam † vbi requiritur in aliquo actu licentia, requiritur, 5
quod interueniat verbis expreſſis, vt tradit Ioan. And. *in c. ſi Abbatem. de elect. in 6.* ſequitur Lapus *allega. 86.* Roman. *in l. 2. §. fi. ff. ſolut. matr.* Gallia. *in l. 1. num. 72. ff. de verbor. oblig.* Rolan. à Vall. *conſ. 67. num. 66. vol. 3.* Alc. *reſpon. 136. num. 2.* Burla. *conſ. 10. num. 24. volum. 1.* vnde patet, præſumptionem non ſufficere. Quin & vltra dom. Angelinum quod Clemens ibi manſerit ex ſilentio ſolo ſuperiorũ, fuit quoddam non factum, non poſitiuum, vigore cuius nouus conſenſus induci non potuit, vt colligit etiam Bald. *in l. non hoc. col. 1. ver. in contrarium C. vnde leg.* Bald. & Sal. *in l. cum antiquioribus. C. de iure delib.* dum ſcribunt, † maritum retinentem apud ſe dotem vxoris, 6
non cenſeri adiuiſſe eius hæreditatem nomine filiorum, cum actus ille retentionis ſit ſolum ſilentium, quod nihil infert, & Baldum ſecuti ſunt alij plures, quos recenſet Dec. *in d. l. non hoc. in fin.* Vnde volunt Bald. & Saly. ſilentium † non 7
ſignificare animum, & voluntatem hominis. Et idem comprobatur ex his, quæ dicunt Iaſon *in l. qua dote, num. 106. ff. ſol. mat.* & Fely. *in c. cum Mar. Ferrarienſis. in fin. de conſtit. poſt* Innoc. *in c. olim. 3. de reſtit. ſpol.* actus † conſiſtentes in pati 8
non arguere conſenſum, vnde Bald. *in l. Æmilius. num. 2. verſ. & ideo factum. ff. de mino.* inquit, † differentiam verſari inter 9
factum, & non factum: nam factum attribuitur perſonæ,

ſecus vero eſt in non facto, quaſi dicere voluerit Bald. non
factum, non declarare voluntatem perſonæ, ſequitur præ-
dictos Menochius *conſ. 121. num. 84. cum ſequen.* ex quibus
in caſu noſtro dici debet, poſito, quod Clemens per annos
fere quatuor manſerit in prouincia ſine moleſtia, non inde
dici, cum licentia vel conſenſu ſuperiorum id eueniſſe, cum
ex ſolo ſilentio, vel patientia, & non facto non inducantur.
10 Immo vero † licentia ad actum continere debet men-
tionem expreſſam, vt tradit Manſuetus *in tit. de procurat.*
fol. 14. numero 6. & Caſſado. *in conſilio Burgun. fol. 361. §. 6. nu-*
11 *mero 2.* quos refert dom. meus † Marcus Brutus Anguilleus,
olim præceptor meus, & magni nominis Iuriſconſultus, di-
12 centes, quod † vniuerſitas non habens conſulatum, quæ
de licentia Ducis poteſt conſtituere procuratorem, debet
habere licentiam conſtituendi procuratorem, ad certam li-
tem motam, vel mouendam, de qua fiat expreſſa mentio
13 in literis licentiæ, & procurationis, & ad † deducendam li-
centiam præſumptam requireretur diuturnitas temporis,
vt tradit Aretin. *conſ. 46. caſus talis eſt.* vbi tenet, quod in
14 teſtamento † Cardinalis, in quo requirebatur licentia Pa-
pæ, præſumatur interueniſſe ex diuturnitate temporis. ſe-
quitur Dec. communem dicens *conſ. 36. colum. penult. & conſ.*
409. & poſt eos Purpur. *conſ. 533. num. 16.* vnde tempus cir-
citer annorum quatuor, ſufficere non debet ad inducen-
dam licentiam Clementis, commorantis in prouincia.
Quinimmo conſiderando factum, quod narrat dom. Ange-
linus V. loco. cum ſuperioribus diebus, dom. Ghinus com-
miſſarius Ceſenam veniens, nonnullorum carcerationes
ordinauerit, & inter carcerandos enumerauerit Clemen-
tem, contra eum decernendo mandatum Bariſello ex ca-
pitali cauſa. datur intelligi per hunc actum ſequentem, quod
dictus Clemens non habuerit licentiam ſtandi in prouin-
15 cia, actus † enim ſequens declarat præcedentem. *§. pænonum.*
Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. cum
ſimil. per Dec. *conſ. 490. numero 9. conſ. 559. numero 10. & conſ.*
644. numero 8. non enim commiſſarius ille dictam carcera-
tionem commiſiſſet contra Clementem, ſi licentiatus à ſu-
16 periore fuiſſet, quia † legitime factum retractari non de-
bet. *c. factum legitime. de reg. iur. in 6.* Dec. *in l. in ambiguis.*
§. 1. eod. tit. Nec tuta fuit conſideratio curiæ dicentis, quod
conditio, ſub qua promiſit Fabricius, tacite continebatur
de neceſſitate ex natura fideiuſſionis, igitur eius expreſſio
nihil operari debet. quia præter reſponſionem ſubtiliter, &
docte probet dominus Angelinus, ego quoque dico, quod
ſi dominus Fabricius promiſit præſentare Clementem in
caſum licentiæ, videlicet in caſum, quo Clemens eſſet extra
domum ſibi pro carcere aſſignatam cum licentia, bene ſe-
quitur à contrario ſenſu (quod valet. *l. 1. ff. de offic. vim.*)
tacite dom. Fabricium non promiſiſſe præſentare Clemen-
tem caſu, quo reperiretur extra d. domum ſine licentia, non
17 autem cum licentia, quia † expreſſum facit ceſſare tacitum.
l. qui ad certum. ff. loca. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulgar. & pup. l. 2.
§. ſi duo. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. fin. C. de pact. conuen. qui-
bus ſic arguit in alio caſu Cæphal. *conſ. 349. num. 21.* & cum
verſemur in materia ſtricta, & odioſa, velut pœnali, non
poſſumus inferre de licentia expreſſa, & in literis data, vt &
bene docet dom. Angelinus *verſ. 2. reſpondetur*, & ſupra dixi
18 poſt dominum meum Anguilleum ad fictam, nam † fictio
locum habere non poteſt contra æquitatem, quia æquitas
eſt cauſa fictionis. *l. poſtliminium. in prin. ff. de capti.* & ea ceſ-
ſante, ceſſat fictio. *l. qui in vtero. ff. de ſta. homin. l. Vranius. verſ.*
ſed cum duo. & l. ſi debitori. ff. de fideiuſſ. tradit Bartol. *in l. ſi is,*
qui pro emptore. colum. 3. verſ. ad ſolutionem, & colum. penult. verſ.
ſexto principaliter. & ibi Imol. *colum. penult.* & Iaſon *num. 384.*
19 *verſ. 4. principaliter. ff. de vſucap.* & † quod fictio nunquam lo-
cum habeat, niſi ſubſit æquitas, probat text. *in l. denique. & in*
l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſ. ma. vt tradit Decia. *reſpon. 84. nu-*
mero 56. volum. 2. ſed certe nulla ſubeſt hic æquitas, quod dom.
Fabricius, qui promiſit præſentare Clementem in caſu li-
centiæ, quo caſu fuiſſet obediens carceri aſſignato, tenea-
tur in caſu, quo dictum locum exiuerit, ſine licentia, & ſic
20 fuerit inobediens, & deliquerit, quia † factum vnius non
debet alteri nocere in Criminalibus, ſi de illius mandato
non conſtat, vt per Crauet. *conſ. 6. num. 68.* Alciat. *in tractat.*
de præſumpt. prima regula. præſumpt. 22. in fin. & Bertazol. *conſ.*
4. num. 26. quod comprobatur ex regula vulgari, quod alte-
ri per alterum non debet iniqua conditio afferri, merito
materia fictionis in caſu noſtro locum habere non poteſt.
Minus mihi placet, ſicut nec domino Angelino, quod ex
inſtantia fiſci de præſentando Clementem ingreſſus carce-
rum oriatur licentia recedendi de dicta domo pro carce-
ribus aſſignata. Quia repugnat regula triuialis, quod † in- 21
ducta ad vnum finem non debent operari contrarium,
vel diuerſum. *l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. cum tale. §. fin. ff. de*
cond. & demon. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. cum ſimil. per De-
cia. *reſp. 27. num. 18. vol. 3.*

Præterea allegata licentia tacita, recedendi de carcere,
vt ſtatim ingrediatur, velut momentanea, conſiderari non
debet, nec attendi. *l. qui ſic. ff. de ſolut. l. ſi. in fin. C. de bon. quæ*
libe. vnde Clemens dicitur egreſſus in effectu ſine licentia.
Non poteſt inſuper dominus Fabricius ex prima parte fide-
iuſſionis teneri, in qua promiſit, quod Clemens ſeruabit
domum pro tuto carcere, cum eam non ſeruauerit Clemens
inde recedendo, quia bene reſpondit domin. Angelinus
quod cum poſt fideiuſſionem Clemens inſtante curia car-
ceratus fuerit, & ſubinde relaxatus, dom. Fabricius dici-
tur liberatus ope nouationis, vt per Ioan. And. *in addi. Spec.*
de accuſ. §. ſequitur. Bald. *in l. qui crimen, num. 19. C. qui accuſ.*
non poſſ. Tobi. Noni *conſ. 103. num. 8. & 11. cum ſimil.* per ipſum
dominum Angelinum citatis; dubia tam prima facie mihi
viſa fuit dicta reſponſio, quia regula ſtat, & textus clarus in
contrarium, quod † hodie non fit nouatio, niſi ſpeciali- 22
ter, & expreſſe dicatur. *l. fin. C. de noua.* & iſta concluſ. gene-
raliter procedit, quod hodie non fiat nouatio, nec ipſo iure,
nec ope exceptionis ſecundum veriorem, & communem
ſententiam, vt concludit Marianus Socin. *conſ. 21. colum. 2.*
per d. legem fin. quam ponderat ibi nihil penitus prioris cau-
telæ innouari, eamque tenet Imola *in l. 2. ff. de noua. & in l.*
pen. colum. 4. verſ. Item aduerte. ff. de prat. ſtip. pluribuſque con-
firmat Deci. *conſ. 400. colum. 1.* quibus addi poſſunt dom. meus
Rimin. & Grat. ille *conſ. 173. num. 20. & conſ. 551. numero 10.*
hic vero *reſpon. 89. num. 2. volum. 1.* & ex alijs ego luculenter,
in conſ. 201. & 520. hanc opin. negatiuam comprobaui, quæ
cum videri poſſint, non tranſcribo. Nihilominus, vt in-
quit Dec. *in d. conſ. 400. colum. 1.* fatentur Doctores in locis
allegatis per eum, quod etiam † hodie nouatio fiat, quan- 23
do conſtat euidenter ex coniecturis manifeſtis, partes vo-
luiſſe nouationem facere, tunc enim ſaltem ope exceptio-
nis inducitur, ſicque tenuit gloſſ. *in d. l. fin.* quam commu-
niter receptam dicit Socin. *conſ. 21. num. 1. volum. 2.* Dec. *in d.*
conſ. 400. in fin. Bero. *conſ. 205. num. 13. & 14. volum. 3.* Afflict.
deciſ. 44. num. 15. & Senat. Pedemon. *deciſ. 142. num. 11.* quæ
plures allegans, teſtatur eſſe communem, & idem tenet poſt
Alexan. & Corneum, quos citat Menoch. *conſ. 235. num. 49.*
& ego *conſ. 309. num. 16.* ſed longe cæteris copioſius Surd. *conſ.*
145. num. 26. at hic ex manifeſta coniectura videtur inducta
nouatio, licet enim dom. Fabricius promiſiſſet, quod Cle-
mens ſeruaret domum pro tuto carcere, curia non fuit con-
fiſa dimittendi Clementem in domo, cum poſſet inde pro
libito recedere conſcius criminis capitalis commiſſi, de quo
imputabatur, non curando fideiuſſionem Fabricij, ſed ſan-
guinem ſuum redimendo. *l. 1.* & ibi Bartol. *ff. de bon. eorum,*
qui ante ſent. ſibi mortem conſcu. propterea ſi dom. ille Ginus
commiſſarius iuſſit Bariſello, eum carcerari ex cauſa capi-
tali, & ſic arctiori, & tutiori carceri mancipari, & cuſtodi-
ri, manifeſta coniectura colligitur nouationis inductæ;
quia curia non curauit promiſſionem Fabricij de tuto car-
cere domus, ſed ad tutiorem reſpexit carcerem, de quo Cle-
mens aufugere non poſſet.

Secundo reſpondetur ex alio, † nouationem inductam 24
fuiſſe prout inducitur, quotiens actus ſe non compatiun-
tur, vt not. Bald. *in d. l. fin.* Dec. *in d. conſ. 400. colum. pen. verſ. &*
hu ſtantib. conſ. 464. num. 4. & in c. ex parte, ſecundo. num. 23. de
off. deleg. & in l. pacta nouiſſima. in prin. C. de pact. Bero. *conſ. 205.*
num. 13. volum. 3. Cagnol. *in l. ſingularia. num. 122. ff. ſi cer. pet.*
& Surdus *in d. conſ. 145. num. 25.* at negari non poteſt, quod ſi

Clemens

Clemens prius erat in domo,ſibi loco carceris aſſignata,
quæ ſpecies erat ſeruitutis, cum non inde ſibi liceret rece-
dere ſine licentia *l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhi.* Ex poſtea fue-
rit contractus, deinde libere relaxatus à Curia, prout pro-
ponitur hunc actum ſecundum fuiſſe incompatibile cum
primo, quia ſeruitus, & libertas inducta per relaxationem,
ſunt contraria. *§. ius autem gentium. Inſtit. de iure nat. gent. &
ciui.* ergo fuit inducta nouatio inter curiam, & Clementem
ope exceptionis, quæ prodeſſe debet Fabricio fideiuſſori.
§. fin. Inſt. de replic. & vt ipſe quoque dicatur liberatus, vt in-
quit dominus Angelinus ex adductis per eum. Vlterius ad-
ducit dom. Angelinus aliud fundamentum pro domino
Fabricio, quod ex quo à die iudicij cœpti contra Clemen-
25 tem, & ipſum Fabricium lapſum fuit † biennium, cauſis
criminalibus limitatum, *in l. properandum. in prin. C. de iudi*
merito peremptа inſtantia, liberatus fuit dom. Fabricius.
l. 2. & ibi gloſſ. Bart. & alij *ff. eod. fol.* Bero. *conſ. 14. num. 6. vo-
lum. 3.* & Menoch. *conſ. 212. num. 121. volum. 3.* quod fundamen-
tum bene defendit ipſe dom. Angel. aduerſus dom. Aduo-
catum fiſcalem, quod etiam præter eum confirmatur. nam
26 certum eſt, quod † omnis exceptio competens reo princi-
pali, competit & fideiuſſori. *l. omnes exceptiones. ff. de except.
l. ex perſona. ff. de fideiuſſ.* Alexand. *conſ. 66. colum. 2. volum. 4.*
Corn. *conſ. 224. lib. 2.* Dec. *conſ. 25.* ſi ergo Clemens exceptio-
ne peremptionis inſtantiæ ſe tueri poteſt, & Curiam repel-
lere, conſequens eſt, quod Fabricius fideiuſſor eadem ſe tue-
ri poſſit.

Præterea Fabricius fideiubens, quod Clemens ſerua-
bit domum pro tuto carcere, & eum præſentabit in caſum
licentiæ, dicitur dictam promiſſionem feciſſe vſque ad illud
certum tempus, infra quod conueniri poſſet, vel ob tutum
carcerem domus, non ſeruatum, vel ad præſentandum
Clementem in caſu licentiæ. videlicet, infra biennium. igi-
tur ſi lapſo dicto tempore cœpit conueniri Clemens, & fide-
iuſſor dicitur fuiſſe liberatus, ex quo non conſenſit ipſe fi-
deiuſſor. *l. vbicunque. verſ. cum vero. ff. de fideiuſſor. & l. Labeo.
§. ſed ſi per fideiuſſores. ff. de recep. arb.* & ibi Bart. Alciat. *reſpon.
102. num. 5. verſ. nam & generaliter.* Iaſ. *in l. 1. num. 18. C. de iudi.*
& Menoch. *in d. conſ. 212. num. 23.* quibus addo pulchre Nat-
27 tam *conſ. 102. num. 2.* dicentem quod † qui promiſit in cau-
ſa criminali, dicitur promiſiſſe principaliter ſoluere pœnam
criminis, non autem intereſſe partis, niſi in quandam con-
28 ſequentiam, & incidenter: † non enim criminalis, & ciuilis
actio ſimul intentari poteſt, vt declarat Bartol. *in l. interdum.
§. qui furem. ff. de furt.* Bald. & Salic. *in l. 1. colum. 1. C. ad leg. Iul. de
29 vi.* vnde † cum cauſæ criminalis inſtantia ſit extincta lapſu
biennij, intra quod omnis cauſa criminalis terminari de-
bet, *l. fin. C. vt intra certa tempora,* & in alia inſtantia ciuilis
actio principaliter debet intentari. *l. defuncto. §. 1. ff. de pub. iud.*
ſequitur quod fideiuſſor non poteſt conueniri, ex quo in
hac inſtantia ciuili non fideiuſſit, ſed in inſtantia cauſæ cri-
minalis iam ſublata, & perempta. *l. non à iudice. §. 1. ff. de iudic.*
quã Bart. ita ſummat: cautio Iudicatum ſolui in vna inſtantia
interpoſita non committitur, ſi ex alia iudicetur, & Bald. ibi
30 dicit, quod † nouum Iudicium nouam ſatiſdationem requi-
rit, quia prima non committitur.

Nec vis, quam curia facit in iuramento dom. Fabricij
fideiubentis, me quicquam mouet, ſicut nec dom. Angeli-
num per allegata per eum, quia noiter etiam dico, quod
31 Iuramentum † nihil operatur propter defectum conſenſus.
l. 1. C. de non num pec. non enim ad plus extenditur Iuramen-
tum quam extendatur virtus promiſſionis. verba ſunt An-
geli *conſ. 315. Statuto cauetur. colum. 1.* vnde pulchre dicit Ol-
drad. *conſ. 188. cum mulier.* quod Iuramentum non auget ob-
ligationem, ſed citra ſuos limites manenti addit religio-
nis vinculum. & hic quoque dicit Abbas, *in c. quemadmo-
32 dum. de iureiurand.* quod † Iuramentum, poſitum in aliquo
contractu, recipit omnes conditiones, ſubauditiones, &
limitationes, quas habet ille contractus, ſequitur prædi-
ctos Natt. *conſ. 180. colum. fin.* at dom. Fabricius promiſit, cum
Iuramento in caſu, quod Clemens non ſeruaret domum pro
tuto carcere, quia voluntarie illam exiret, non autem quan-
do inuitus inde traheretur, & in carcerem verum, & arctio-
rem duceretur, igitur promiſſio, ſiue fideiuſſio fuit limitatа
ad caſum, quo Clemens maneret in illa domo, vſque ad be-
neplacitum Superioris, eo ipſo, quod illud finitum fuit, per
extractionem Clementis, & intruſionem illius in alium car-
cerem, dicitur quoque finita fideiuſſio Fabricij, licet iura-
ta, † cum ſit impoſſibile, quod quis eſſe poſſit vno, & eo- 33
dem tempore duobus in locis, iuxta traditionem Baldi *in l.
optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipul.* & Boerij *deciſ.
105. numero 7.* & iſta duo diuerſa ſunt, in carcere, & vinculis
detineri, vel dato fideiuſſorem eſſe in loco, vt inquit Gram-
ma. *conſ. 51. num. 8. in fin. Criminalium.* Afflict. *deciſ. 130.* & No-
nius *conſ. 173. num. 10.* qui dixerunt, quod ex ſecundo modo
carcerandi, receſſum eſſe dicitur à primo. ſequitur Menoch.
in terminis noſtris loquens *in d. conſ. 212. num. 29. 30. & 31.*
qui ſubdit per aſſignationem carceris ad pœnam commiſſi
criminis loco domus aſſignatæ pro carcere ad cuſtodiam.
dicitur ex noua aſſignatione receſſum à prima, & fideiuſſo-
rem eſſe liberatum velut à prima obligatione receſſum per
ſecundam à prima diuerſam. *l. pacta nouiſſima.* & ibi Dec. *C.
de pact.* & alia ſimilia congeruñt Ruin. *conſ. 14. volum. 1.* Pariſ.
conſ. 10. num. 90. volum. 2. & Cagnol. *in l. vbi repugnantia ff. de re-
gul. iur.* Circa vero fideiuſſionem datam per domin. Fabri-
cium coram dom. Gubernatore Ceſenæ, qui nunc moleſta-
ri nun poteſt coram alio Iudice diuerſo, quia non vidi teno-
rem, nec formam dictæ fideiuſsionis, non poſſum firmiter
ſcribere, quid ſentiam. Vnde me remitto ad dicta per do-
minum Angelinum, me melius inſtructum, id tamen non
omittam, quod in iſtis fideiuſsionibus Iudiciarijs fieri
conſueuit, & à notarijs ſcribi, quia præmittunt nomen Iu-
dicis, deinde officij, exempli gratia, coram domin. Petro
tali honorando Gubernatore, conſtitutus Franciſcus Stel-
la ſciens, ſe non teneri, fideiuſſit, quod Clemens ſeruabit
domum pro tuto carcere ſub pœna ſcutorum 300. quod
ſi factum fuit dicto modo in ampliori forma, ſequitur clara
deciſio Romani *conſilio 210. ad finem.* quem ſequitur Marſ.
in Rubr. ff. de fideiuſſ. quæſt. 13. numero 133. dicentes quod † ta- 34
lis fideiuſſor non intelligitur promiſiſſe alteri Iudici, nec
coram eo poteſt moleſtari, ſeu conueniri ad pœnam pro-
miſſam, ſed intelligitur liberatus, & hæc de tertio funda-
mento. Nunc ad quartum tranſeo, quod fecit dom. An-
gelinus dom. Fabricium liberatum fuiſſe, ex quo Clemens
poſt fideiuſſionem de mandato Curiæ captus, & carceratus,
& relaxatus fuit, cum enim poſſet inſtare, quod Fabricius
eum præſentaret, conuolando ad viam carcerationis ex-
traordinariam, dicitur receſiſſe à fideiuſſoria obligatione.
vt per Afflictum *deciſ. 130.* & Vrſill. *in addit. ſuis* Gramma.
conſ. 66. numero 16. Ciuilium. cum ſimil. per eum, hocque
præter eum confirmatur, cum enim † per electionem reme- 35
dij ordinarij ſublatum dicatur extraordinarium. *l. in cauſa.
ſecunda. ff. de min. l. ſi quidem. C. de præd. min.* Corne. *conſ. 184.
numero 4. in fin. volum. 3.* Socin. *conſ. 177. volum. 2.* Crau. *conſ. 7.
in princip. cum cæteris allegatis* per Cæphal. *conſ. 355. numero 44.*
conſequens eſt, in antecedentiam renunciatum cenſeri per
Curiam, remedio ordinario, quo ſtante, non poſſet extra-
ordinarium intentari per regulam, qui † vult conſequens, 36
vult neceſſarium ſuum antecedens. *l. illud. ff. de acquir. hæred.
l. ad rem mob. l. ad legatum. ff. de procurat.* Nec tutum eſt cu-
riæ dicere, quod Clemens detruſus fuit in carcerem ex di-
uerſa cauſa ab ea, pro qua do. Fabricius fideiuſſerat de ſer-
uanda domo pro tuto carcere. quo ſtante durare debuit
fideiuſsio, reſpondet enim dom. Angelinus, & bene quod
de noua cauſa non apparet, nec † præſumi debet, vt delictum. 37
l. merito. ff. pro ſoc. igitur ex eadem cauſa præſumitur
Clemens captus, & carceratus, vt per Corn. *conſ. 150. volum. fi.
volum. 4.* Crau. *conſ. 158. in fin.* & Decia. *reſpon. 19. num. 71. volu. 3.*
quos citat, quibus ſimiliter addo Cæphalum *conſ. 454. nu. 75.*
dicentem, quod † quis rem habuit, præſumitur eam habuiſſe 38
vigore tituli præcedentis, & ſic conceſsionis ſibi factæ,
gloſſ. *in l. quædam mulier. ff. de rei vend. probatur in l. 2. C. de ac-
quir. poſſeſſ.* Bartol. *in l. cum ſolus. colum. 3. ff. de vſucap.* Peruſ. *in
c. 1. bona. colum. 3. de appellat.* Alci. *in tract. de præſumpt. reg. 2. præ-
ſum. 24.* Curt. iun. *conſ. 88. num. 6.* acceditque quod pulchre
dicit Crauet. *conſil. 391. numer. 8.* multitudinem † titulorum 39

Digitized by Google

non ſubaudiri, ſed opus eſſe probatione. *l. ſi diuortio. ff. de verbor. oblig.* Dec. *in c. in præſentia. not. 9. de prob.* Caſtren. *conſ. 405. primo quæro. volum. 1.* ideo ſubiungit, quod quis literis exhibitis regreſſus, ex eis duntaxat intelligitur poſſediſſe, cauſa alia poſſidendi non expreſſa. *l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. etiam cum. in ver. cogitauit, & ibi* Bartol. & alij *ff. de verbor. oblig.* cum alijs quos citat Crauet. qui videri poſſunt. & vltra bene facit,
40 quod alibi dicit *in conſ. 461. num. 54.* de † donatione loquens, quod facta præſumitur ex illa cauſa, quæ appellat, non ex
41 alia, quæ non conſtat. ſi quidem † non colliguntur præſumptiones ab his, quæ non apparent. *l. in lege. ff. de contra. emp. l. quod Seruius. ff. de cond. ob cauſam* Anch. *conſ. 302. materia de qua quæritur. colum. fin.* Ita quod apparet ſuperficialiter,
42 præſumitur eſſe eſſentialiter. *l. cum precibus. C. de prob.* & † tale præſumitur inuiſibile, quale figuratur per viſibile. *l. pediculis. §. Neratius. l. ſi quando. ff. de auro & argen. leg.* & hæc ſunt verba Baldi Philoſophiæ *conſ. 398. quæſtio talis vertitur. colu. 2. circa med. volum. 1.* Quibus ita ſtantibus, ſequitur, quod ex quo D. Fabricius fideiuſſerat, quod Clemens ſeruaret domum pro tuto carcere, & quod eum præſentaret in caſu licentiæ pro crimine, de quo hic impetebatur Clemens. ſi poſtmodum curia eum capi fecit, & in carcerem trudi, demumque eum relaxari, præſumi debet ex eadem, & antiqua cauſa, Curiam id feciſſe, non autem ex noua, & diuerſa, propterea dom. Fabricius dicitur liberatus à ſua obligatione de præſentando Clementem. per deciſiones ſuperius allegatas à Nonio *in d. conſ. 103. num. 8.* cum alijs per dom. Angelinum, & per me ſuo loco: & ad clauſulam, totiens quotiens, bene reſpondet diſtinguens vt per eum. Circa vero quintum illius fundamentum placet inter alia quæ citat *conſilium* Bertazolli *432.* quod & ego præuideram, qui ponit caſum de patre, qui promiſerat præſentare filium, qui fuerat relaxatus ex Carceribus, in quibus detentus erat ob imputationes contra banni. poſtea vero conueniebatur ille pater ad pœnam conuentam ex eo, quod non præſentauerat d. filium imputatum ex alio delicto, quia miſiſſet literas cuidam carcerato in carceribus. concludit enim Bertazollus dictum
43 patrem † non teneri, cum ſine dolo, & culpa ſua non poſſet filium præſentare, qui timens aufugerat, & ob id non poſſet eum præſentare. *l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. ſi quis cauti.* & id firmat in terminis Gandin. *in tract. de maleſ.* de multis quæſtionibus dependentibus à ſtatutis. 3. cum infinitis alijs auctoritatibus, quas cumulat ibidem Bertazollus, quibus etiam meo Iudicio, ſeu non tot, erat opus, nam cum fideiuſſio
44 ſit † ſtricti iuris. *l. blanditus. C. de fideiuſſ.* cum ſine ſtipulatione non contrahatur, quicquid omiſſum eſt verbis, in ea non continetur. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig.* vnde ſi dom. Fabricius fideiuſſerat pro cauſa, pro qua Clementi fuerat aſſignata domus pro tuto carcere, teneri non debet pro alia cauſa, ex qua dicit Curia, eum fuiſſe carceratum. Sed nec ex priore cauſa teneri debet, cum inſtante Curia fuerit ex dicta domo ductus in duriorem carcerem, & ſubinde relaxatus, vt ſuperius dictum fuit poſt dom. Angelinum. Quare quocunque ſe vertat curia, ſuccumbere debet. Ad ſextum, quod prætendit Curia, Fabricium teneri præſentare Clementem, alias inquiſitum cauſa homicidij commiſſi in perſona Zerbonij, certe mirũ mihi videtur vltra do. Angelin. quod ad hoc inſtet curia, quoniam cum Fabricius fideiuſſerit de domo tuta ſeruanda pro carcere per Clementem in alium caſum, quàm d. homicidij, ſolum reſtringi debet ad eum caſum, nec obligatus fuit vltra cõſenſum ſuum, ſed ſolum ad ea, quæ promiſit per ſolemnem ſtipulationem *d. l. blanditus.* Abb. *conſ. 75. col. 2. vol. 2.* & Rolan. a Valle *conſi. 58. num. 10. volum. 1.* idemque confirmat Gerard. Maxollus
45 *conſ. 6. incip. princ.* volens, quod † à verbis contractus non ſit recedendum. *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verbor. oblig.* ibi ſermo ſtipulationis inſpiciendus eſt, & eſt tex. de fideiuſſore. *in l. fideiuſſores magiſtratuum. ff. de fideiuſſ.* Idemque Purpur. *conſi. 555. num. 4.*

Quare ne ſim prolixior. Concludo cum Clariſſimo domino Cæſare Angelino, dom. Fabricium ad allegatam pœnam non teneri, ſed abſolui debere. Hippolyt. Riminald. Ferrariæ.

Pro quibuſdam filiis maſculis ad excluſionem fœminarum.

ARG. Subſtitutio, An & quando expirare dicatur, & quando fideicom. inductum dicatur fauore familiæ, & agnationis conſeruandæ, de filiis in conditione poſitis, an & quando ex teſtamento cenſeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta filio, ſi ſine filijs deceſſerit, exſpirat, ipſo cum filijs decedente, licet illi filij ſolo momento ſuperuixerint. num. 2.*
3 *In ſubſtitutione ſimpliciter filio quandocunque morienti facta ſubintelligitur tacita conditio, niſi filius habuerit filios & num. 5.*
4 *Expreſſa magis obeſſe ſolent.*
6 *Dictio ſic, modum ſignificat, & idem ſignificat, quod ita.*
7 *Subſtitutionem includere aliquem caſum, vel perſonam, oſtendi debet. & num. 8.*
9 *Fideicommiſſum eſt quid facti, vnde probari debet, & eſt res onoroſa, quæ non præſumitur, ideo eſt euitanda. num. 10.*
11 *Quo fit, vt potius fiat interpretatio, vt remoueatur, quam vt inducatur.*
12 *Et in dubio contra illud eſt iudicandum.*
13 *Filius poſitus in conditione, non dicitur ex teſtamento vocatus, nec honoratus & ob id nec fideicom. grauatus. Eſtq; com. opinio.*
14 *A qua non eſt recedendum in iudicando.*
Et contraria in ſcholis, & palatijs communiter eſt damnata. ibid.
15 *Eiusq; effectus eſt, vt ſubſtitutum talis filius excludat faciens deficere conditionem fideicom.*
16 *Viuens tantum moritur.*
17 *Fideicommiſſum iniunctum filio, & alijs filijs naſcituris teſtatoris, non comprehendit perſonam nepotis ipſius & num. 18.*
18 *Filiorum appellatione an veniant nepotes in fideicommiſſis. & num. 19.*
19 *Dictio vt ſupra, eſt relatiua præcedentium.*
20 *Teſtator in ſubſtitutione, & inſtitutione prius facta, vocando maſculos ſolum, & non fœminas, aperte oſtendit, mentem ſuam velle, bona conſeruari in familia.*
21 *Filia vbi excluditur fauore agnationis, etiam neptis cenſetur excluſa.*
22 *Agnatio non cadit in naturalibus filijs. Nec in fœminis. vt num. 24. ſed in maſculis num. 25.*
26 *Ob conſeruationem agnationis ſemper receditur à verborum ſignificatione, & natura diſpoſitionis.*
27 *Subſtitutio intelligitur ſecundum inſtitutionem, & quando duæ ſubſtitutiones ſunt vnitæ, vna ſumit de natura alterius. num. 28.*
29 *Teſtator non præſumitur plus dilexiſſe nepotem ex filijs, quam filias proprias.*
30 *Filiabus excluſis per ſtatutum, magis neptes videntur excluſæ. & num. 31.*
32 *Excluſa filia per exiſtentiam filij maſculi, neptis ex filio præmortuo, non cenſetur excluſa.*
33 *Negatiua magis deſtruit, quam affirmatiua.*
34 *Indefinita hominis, an & quando æquipollet vniuerſali & num. 35.*
36 *Indefinita negatiua plus comprehendit, quam indefinita affirmatiua.*
37 *Negatiua ſunt liquida iuris probationes, & remanent probata in ipſo, quod contrarium non probetur.*
38 *Verbum* domus, *in teſtamento, cum tales de domo vocantur, refertur ad agnatos.*
39 *Subſtitutionis, habentis tractum temporis in futurum, verba, intelliguntur ordine ſucceſſiuo, vice fideicommiſſaria, ſiue fiat per nomina appellatiua, ſiue collectiua.*
40 *Dictio* poſtea, *denotat tractum ſucceſſiuum.*
41 *Verbum* vltimo decedenti, *relatum ad aliquem, & eius filios, videtur collectiuum.*
42 *Dictio,* liberis, *eſt collectiua. & vt ibi.*
43 *Verbum* ſubſtituit, *eſt commune.*
44 *Verbum* inſtituit, *eſt directum.*
45 *Fideicom. reciprocum inductum intelligitur, quando teſtator ſubſtituit vltimo decedenti fratrum, & filios eius, his verbis, ita vt hæreditas eius vadat ad ceppum domus.*
46 *Copula,* &, *ſtat augumentatiue & ampliatiue.*
47 *Verba,* filii & hæredes, *non debent comprehendere filios tantum, qui fuerant hæredes ſcripti, ſed ad omnes deſcendentes referuntur, ſiue veniunt appellat. hæredum.*
48 *Fideicommiſſum cenſetur in rem ſcriptum, cum dicitur, quod hæreditas teſtatoris debeat redire ad ceppum domus, quo fit vt quilibet hæres ſit rogatus, ſiue decedat, ſiue filijs, ſiue filij eius ſic decedant.*
49 *Cum verba fideicommiſſi ſunt in rem concepta, afficitur grauamen reale. & afficit omnes perſonas quocunque gradu enumerantur. Et in fideicommiſſo, coniectura voluntatis admittitur, & quæcunq; eius indicia. num. 52*
50 *Cauſa teſtatis facit ceſſare cauſam inteſtati.*
53 *Fideicommiſſum videtur inductum omni caſu, cum apparet, teſtatorem voluiſſe ſic. vt quia reſpexit ad conſeruationem bonorum ſuorum in agnatione. Fitque extenſio de perſona patris in filios eius, ex identitate*

ſtate rationis expreſſa, vel à iure ſubintellecta, vt puta agnationis conſeruanda. num. 55.
54 *Qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens.*
56 *Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona.*
57 *Subſtitutio facta filio ſimpliciter, ſi deceſſerit ſine filijs, decedente eo cum filijs expirat.*
58 *Et quando in eo effectus, non verba, ſit conſiderandus, adeo vt ad deſcendentes bona peruenire debeant.*
59 *Modus non curatur quando ſequitur idem effectus, & poteſt ſicut & conditio impleri per aequipollens.*
62 *Effectus verborum, non verba, conſiderandus eſt. Et quando verba attendantur. num. 63.*
64 *Fideicommiſſa inducuntur etiam ex tacita mente teſtatoris, ex coniectturis collecta.*
65 *Coniectura in fideicommiſſis habentur pro expreſſa voluntate*
66 *Fideicommiſſum dicitur tunc fauorabile, & benignum, cum reſpicit fauorem agnationis.*
67 *Fallit ceſſante eo & num. 68.*
69 *Subſtitutio facilius extenditur, quam noua inducitur.*
70 *Gloſſ. l. Lucius 2 ff. de hæred. inſtit. limitatur.*
71 *Filij. poſiti in conditione ſi ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, cenſentur vocati, & ob id fideicommiſſo grauati. Et quod controuerſia Doct. circa hoc reconciliatur, diſtinguendo. num. 73.*
72 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, quando teſtator fecit aliquam mentionem nepotum. poſt filios inſtitutos*
75 *Conditio,* ſi ſine liberis deceſſerit, *adiecta filio, licet non expreſſa, ſubauditur in ſubſtitutione. & licet tacite inſit, non tamen ineſſe videtur ex neceſſitate, ſed ex voluntate num. 76.*
77 *Coniectura ſola non ſufficit, niſi alia concurrat.*
78 *Oldradus conſ. 177. communiter reprobatur.*
79 *Subſtitutio fratris, & eius filiorum, in defectum deſcendentium, debet habere locum, & quomodo. & num. 80.*
81 *Dictio,* adeo quod, *quid denotet. & num. 82 84. 30 & 87.*
83 *Fideicommiſſum cenſetur auctum, & indulctum actiue, & paſſiue, in omnes de familia, per ea verba,* ita quod hæreditas ſua remaneat in familia, vel non exeat de familia. *Et efficitur fideicommiſſum reale. num. 85*
88 *Appellatione filiorum an veniant nepotes in fideicommiſſis & numero 89.*

CONSIL. DCCXXXIX.

MAgnificus domin. Paulus Paſſioneus nobilis Vrbini in
ſuo teſtamento inſtituit Ioan. Franciſcum, filium
ſuum, & alios filios maſculos, vnum, vel plures, naſcituros, &
ſi ille, vel aliquis eorum decederet in pupillari ætate, ſuper-
uiuentem, vel ſuperuiuentes inuicem ſubſtituit, ſi vero
ipſe vel aliquis eorum decederet in pupillari ætate, vel poſtea
ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſubſtituit vltimo ſic de-
cedenti, Dominicum fratrem ſuum, & eius filios, ſi ipſe non
extaret, adeo quod hæreditas ipſius Teſtatoris redeat ad
Cippum domus, & non ad fœminas: mortuo teſtatore de-
ceſſit Dominicus frater, relictis pluribus filijs maſculis, dein-
de Ioannes Franciſcus, relicto Paſſioneo filio ſuo, qui ſine
filijs deceſſit, relicta viua Camilla eius ſorore. Vnde nata
fuit controuerſia inter dictos filios Dominici, & Camillam,
ſuper hæreditate d. D. Pauli, cum Camilla prætendat ſe ſo-
lam ſuccedere debere, dictis filijs excluſis, illi vero dicunt,
ſe velut ex fideicom. vocatos, admittendos eſſe. Quare quæ-
ritur quid iuris ſuper hoc caſu de iure reſponderi debeatur.
Super quo vidi duo Conſilia pro dictis filijs, alterum Clariſſ.
D. Simonis de Prætis. qui dum Ferrariæ fuit ſuperioribus an-
nis Conſiliarius Iuſtitiæ Sereniſſ. Ducis Ferrariæ Alphonſi
ſecundi, Principis Atteſtini, Dominique mei colendiſſimi,
ſingularis meus amicus fuit; aliud vero ſub incerto nomine
ſui conditoris, tam prolixa, ſed elegantia, multaq; induſtria
ſimul elaborata. quod plane vix ſciam, quid mihi dicendum
ſuperſit, quare prout potero dictis filijs ſatisfaciam. Viſa
tamen in primis mihi fuit periculoſa dictorum fratrum in-
tentio, prout & prædictis dom. Conſulentibus eodem fun-
1 damento motis, nam cum † ſubſtitutio facta fuerit Ioanni
Franc. ſi ipſe decederet in pupillari ætate, vel poſtea ſine filijs,
eo ipſo, quod deceſſit cum Paſſioneo filio, ſubſtitutio defe-
cit & expirauit, quicquid poſtea de Paſſioneo contigerit,
vt voluit Oldrad. *conſ. 21. cum multis concordantibus. quos allegant dicti Conſulentes.* quibus longe plures addi poſſunt, quos
ego cumulaui *conſ. 20. & conſ. 21. colum. 1. & 2.* in vtroq;, potiſ-
ſime vero Ripam *in l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell.* hoc ampli-
2 antem † licet filij ſolo momento ſuperuixerint. Et Curtium
conſ. 63. n. 8. † qui dilatat hoc, etiã ſi ſola filia ſuperſit, vt in ca-
ſu noſtro dom. Camilla, hancque concluſionem confirmat
Crot. *conſ. 143. col. 5.* ſed præter eum duas alias adiunxi *in d.*
conſ. 21. colu. 2. quarum prior eſt, nam † quando teſtator ſim- 3
pliciter ſubſtituit filio, quandocunq; morienti, ſubintelligi-
tur tacita conditio, niſi filius habuerit filios. *l. cum auus. ff. de*
cond. & demon. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cum non ſit ve-
riſimile, voluiſſe teſtatorem alienam ſucceſſionem ſuæ præ-
ferre, & tradit Ioannes Sichardus *in l. 2. C. de ſent. ex breui. reci.*
nu. 9 quare ſi ceſſat ſubſtitutio ſuper exiſtentia filiorum non
expreſſa, ſed tacite tantum ſubintellecta, multo fortius ſopiri
debet, ſi fuerit expreſſa, cum † expreſſa magis obeſſe ſoleant. 4
l. expreſſa. ff. de reg. iur. & quia duplex expreſſio concurrit le-
gis, & hominis, quæ fortior eſſe ſolet *in auct. de conſang. &*
vter. fra. & in §. ſed hodie iunct. gloſſ. Inſt. de adop.
Secunda ratio eſt, quia † cum fuerit facta ſubſtitutio ſub 5
illa conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, & illa non habuerit ef-
fectum, relicto filio, ceſſare debet non exiſtente conditione,
ſub qua concepta fuit. *l. vnica. §. ſin autem C. de cad. tollen. l. ce-*
dere diem. ff. de verb. ſign. quibus ſic arguit dom. Paul. Leonius
nunc Ferrariæ Reuerendiſſ. Epiſcopus, Conſiliarius ſecre-
tus. & ſignaturæ meritiſſimus *in tract. de ſubſti. in materia pu-*
pillaris. n. 103. & prior eo Soc. *conſil. 180. colum. 6. vol. 2.* & Bertran.
conſ. 18. num. 2. vol. 1. & placet obiter vltra Dominos conſulen-
tes ſecundo loco ponderare, quod teſtator in ſubſtitutione
facta Ioan. Franc. ſi decederet ſine filijs, ſubiunxit ſic dece-
denti, videlicet taliter decedenti ſine filijs, illa namq: dictio,
ſic, † modum ſignificat, id eſt, ita vt apud Virgil. *primo Æneid.* 6
Non ſic aggeribus, ruptis cum Spumeus amnis Exijt. Sed Ioan.
Franciſcus non ſic, id eſt, non ita deceſſit ſine filijs, relicto
Paſſioneo, & Camilla filijs ſuis, ergo Dominicus, & eius filij
non dicuntur in hoc caſu ei ſubſtituti, quia ſuccedit illa re-
gula generalis quæ habetur, quod ſemper dici poteſt, hoc
caſu † non loquitur ſubſtitutio, & qui vult dicere ſubſtitu- 7
tionẽ includere aliquem caſum, vel perſonam, id oſtendere
debet, vt voluit Ioan. Andr. *in addi. Specul. in tit. de teſtam. §. 1.*
verſ. occurrit in fine. cum ſimil. ad hoc per Soc. *cumulatis. conſ.*
62. num. 6. vol. 3. quem refert, & ſequitur Soc. iun. *conſ. 102. n. 23.*
vol. 1. Crau. *conſi. 161. num. 16.* Bero. *conſ. 93. num. 41. volum. 2.* Et
hæc † regula procedit etiam ſi diceretur, quod teſtator tacite 8
voluerit illum caſum, vel perſonam includere, vel hoc men-
te cogitauerit, quoniam non ſufficit, teſtatorem aliquid vel-
le, aut in mente agitare, niſi id aliquo modo diſponat. *l. qui-*
dam cum filium. vbi Bald. & Imol. notant. *ff. de her. inſti. cum ſi-*
mil. quos ad hoc congerit, ſic amplians dictam regulam Soc.
iun. *conſ. 111. num. 28. vol. 1.* nec immerito conſtituitur dicta re-
gula. quoniam cum † fideicommiſſum ſit quid facti, probari 9
debet. *l. in bello. § facta. ff. de capt. & poſtli. reuer.* Corn. *conſ. 161.*
colum. fin. vol. 2. Cæph. *conſ. 268. num. 4.* præſertim cum † ſit res 10
oneroſa, quæ non præſumitur, ſed eſt euitandum. *l. cohæredi.*
§. cum filiæ ff. de vulg. & pup. Iaſ. *in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam.*
Dec. *conſi. 465. num. 14.* Cæpha. *conſ. 67. num. 27.* & ob † id ſit in- 11
terpretatio potius, vt fideicommiſſum remoueatur, quam
quod inducatur. vt per Pariſ. *conſ. 41. num. 31. volum. 3.* Crau.
conſ. 180. num. 1. in fi. vbi concludit, in † dubio iudicandum eſſe 12
contra fideicommiſſum, ſequitur Cæph. *conſ. 46. num. 15.* &
ego prædicta poſui, *conſ. 50. col. 2.* quæ hic repetere volui, ve-
lut caſui noſtro ſatis accommodata.
Tertio pro dom. Camilla contra prædictos filios Domi-
nici mouentur ambo conſulentes ex eo, quod Ioanni Franc.
ſubſtitutio † facta fuit, ſi decederet ſine filijs. vnde Paſſio- 13
neus eius filius, dicitur poſitus in conditione, qui propterea
non dicitur ex teſtamento vocatus, nec honoratus, & ob
id nec fideicom. grauatus. iuxta *l. ab eo. C. de fideicom.* Ita vo-
luit gloſſ. celebris & vulgata, dicens, tales ab inteſtato venire.
in l. Lucius ſecunda in fin. ff. de hered. inſtit. quam ſequuntur *ibi*
Bar. & alij. quam gloſſam dicit eſſe communẽ Dec. *conſi.*
422. in prin. & latiſſime dom. meus Rimin. *conſ. 326. num. 18.*
pluribuſque ſimiliter exornant quotis dom. Conſulentes,
quibus & alios longe plures addo. *conſ. 123. colum. 1.* potiſſime
Boerium, qui dicit *deciſ. 155 num. 17.* ab † hac opin. non eſſe 14
recedendum in iudicando, & Iaſonem *in l. centurio. num. 29. ff.*
de vulgar. & pup. qui dicit opinionem contrariam in ſcholis,
& palatijs eſſe communiter damnatam. Sed & Alex. de Neuo
conſi. 51. num. 6. refert Angelum *in d. l. Lucius* dicentem, quod
ita vid. t

Digitized by Google

ita vidit multotiens iudicari, & ſubinde, quod ita ſæpe con-
ſuluit. & Curtius *conſ.45.* cui totum Collegium Papiæ ſub-
15 ſcripſit. Effectuſque ſequitur; quod † tales filij, in condi-
tione poſiti, faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, &
ſubſtitutum excludunt, vt tradit Cæphal. *conſ.282. num. 11. & conſ.527. num.45.* & ego *conſ.246. num.10.* quare ſi quod aderat
fideicommiſſum pro Dominico, & eius filijs, caſu, quo Ioan.
Franciſcus deceſſiſſet ſine filijs, eo moriente cum filijs, vt de-
ceſſit cum Paſſioneo dicti ſubſtituti, remanſerunt excluſi,
nec amplius ad illud regreſſum videntur habere poſſe.

Quarto conſiderant ipſi conſulentes, quod teſtator caſu
quo Ioan. Franciſcus, & alij filij naſcituri decederent ſine fi-
lijs, ſubſtituit Dominicum fratrem, & eius filios, ſi non exta-
ret. at nullus filius natus eſt, & ob id mori non potuit, quia
16 viuens † tantum moritur *l. qui duos. ff. de manu. teſtam.* merito
non debet eſſe locus fideic. velut in caſu omiſſo, vt voluit Ol-
dra. *conſi.177. num. 4. & conſi.142.* Alexan. *conſi.1. colum. 5. verſ. inſuper. vol.1.* Ruin. *conſ.96. num.28. & conſ.104. num.5. volum.2.*
Soc. iun. *conſ.169. num.6. vol.2.*

17 Quinto dom. de Pratis diligenter conſiderat, † fideicom-
miſſum iniunctum fuiſſe Ioanni Franciſco filio, & alijs filijs
naſcituris teſtatoris, ergo non comprehendit perſonam Paſ-
ſionei nepotis teſtatoris, non autem filij ſui *l. qui conditio. & l. ſi ita expreſſum. ff. de cond. & demon.* quam concluſionem
18 præter cum confirmo, quoniam † in fideicommiſſis appel-
latione filiorum, nepotes non veniunt: vt late tenet Alexan.
conſ.1. colum.6. volum.1. Corn. *conſ.199. volum.2.* dicens multos
Doctores Italiæ conſuluiſſe, & ſecundum hanc opin. fuiſſe
iudicatum, idemque late probat Dec. *conſ.95. colum.3. & 4.*
dicens, quod in iſta concluſione conueniunt omnes, nec ea
videtur habere contradicentes; idemq; Socin. iun. abunde,
conſ.30. volum.3. Nat. *conſ.191. num.10.* Alban. *conſ.29. num.12.* To-
bi. Nonius late *conſ.33. num.22.* & Alciat. *reſpon.479. num. 34.*
de quibus ego memini, *conſ. 173. num. 39.* Tantoque magis
procedere videtur in caſu noſtro conſideratis verbis teſta-
menti, in quo teſtator inſtituit Ioan. Franc. filium ſuum ex
dicta eius vxore, & ventrem dictæ ſuæ vxoris, ſi filium vnum,
vel plures maſculos pareret, deinde ſubiunxit in ſubſtitutio-
ne, & caſu quo dom. Ioan. Franc. filius & alij filij naſcituri, vt
ſupra, decederent. nam illa verba, naſcituri, vt ſupra, debent
19 intelligi ex dicta vxore propter † dictionem vt ſupra, relati-
uam præcedentium. Bart. *in l.1. §. hoc edicto. ff. de poſtul.* Curt.
conſ.51. Dec. *conſ.172. num.3.* Gra. *conſ.88. num. 3.* & alij per me
conſ.171. num.27. igitur appellatione filiorum teſtatoris naſci-
turorum ex vxore per eum nominata, non poteſt Paſſioneus
comprehendi filius Ioan. Franc. non autem teſtatoris, &
vxoris ſuæ, nec filij filiorum naſciturorum, quia teſtator ſe
reſtrinxit ad filios ſuos, ex vxore ſua, propterea nepotes non
continentur; ſicque tradit in notab. caſu Corn. *conſ.47. col.3. volum.4.* & ego *conſ.173. num.9.* Licet tamen hæc fundamenta
pro dom. Camilla ſtringere videantur: nihilominus in ſen-
tentiam do. Conſulentium deſcendo pro filijs maſculis dicti
Dominici iam defuncti, quod ex fideicommiſſo ſuccedere
debeant in bonis teſtatoris, quam concluſionem cum lucu-
lenter, & admodum prolixe fundauerint ipſi Conſulentes,
breuius enitar, & clarius eam veriorem demonſtrare. Igitur
in primis aſſumo doctrinam Rubei *conſ.150. colum.2.* vbi di-
20 cit, quod † cum teſtator in inſtitutione, & ſubſtitutione vo-
cauerit ſolum maſculos, non autem fœminas, aperte depre-
henditur, quod mens ſua fuerit velle eius bona conſeruare
21 in familia, & ſic excludere neptem ex filio, quia † vbi filia fa-
uore agnationis excluditur, eodẽ modo neptis cenſetur ex-
cluſa, vt tradit Bald. *in l. quod vero. in prin. verſ. quæro dicit ſtatutum. ff. de legib.* Caſtren. *conſ.336. præſens caſus. colum. 2. in anti.*
Ful. *in l. venia. C. de in ius voc.* Guil. Bened. *in c. Raynut. in ver. duas habens filias. num.176. de teſt.* & ego *conſ. 47. num. 19.* nec
iſta ſola fuit intentio Rubei, ſed Romani *conſ. 06. colu.1.* Cum.
conſ. 2. colum.1. Soc. *conſ.12. num.13. conſ.63. colum.8. volum.3. & conſ.73. colum.3. volum.4.* & aliorum, quos ego cumulaui *conſ. 45. num.32.* hoc autem probatur ex verbis teſtamenti, nam te-
ſtator inſtituit Ioan. Franc. eius filium legitimum, & natura-
22 lem ex eius vxore, hinc enim reſpectũ habuit † ad agnatio-
nem, quæ nec in naturalibus cadit, vt tradit Bald. *in l. genera-liter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſt.* poſt Bart. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* & vt inquit Imol. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb.*
naturales † non dicuntur de genere; ſed degenerare. *l. ſi.* & ibi 23
Bal. *C. de natur. lib.* nec per † fœminas conſeruatur, transeun- 24
tes in alienas familias nubendo, vt not Iac. de Aret. *in diſputatione, quam refert Ioan. And. in addi. Spec. in Rubr. de ſucceſ. ab inteſt.* & tradit Soc. *inter conſil.* Curt. *conſ.40. numero 3.* & ego
conſi.468. num.48. Imo vero agnationis memoria finitur in
fœmina, non autem perpetuatur. *l. pronunciatio. §. fin. cum l. ſeq. ff. de verbor. ſignif.* Signor. *conſi.227.* Ann. *conſ. 4.* Dec. *in Rubr. C. vnd. legi.* Purpur. *conſ. 472. numero 18.* & ego *conſ. 190. num.4.*

Secundo confirmatur, quia poſt Ioan. Franc. inſtituitur
venter vxoris, ſi filium vnum, vel plures maſculos pareret.
Si vero pareret filiam fœminam vnam, vel plures, dotes reli-
quit. Cum enim teſtator vocauerit filios maſculos, & fœ-
minas excluſerit, nulla alia ratione id feciſſe dicitur, quam
fauore † agnationis, quæ per maſculos duntaxat conſerua- 25
tur. *§. cæterum. & §. media. Inſt. de legi. agna. ſuc. l.1. §. ſed ſi ſeruus.*
ibi, *publice enim intereſt. ff. de ven. inſp.* Bald. & alij *in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in l. venia. C. de in ius voc.* Soc. *conſ.63. num.17. vol.3.* Dec. *conſ.15.* & ego *conſ. 456. num.55.*

Tertio comprobatur, nam teſtator caſu, quo dicta eius
vxor pareret filium maſculum vnum, vel plures, & quod aliæ
filiæ fœminæ non extarent ex eo, voluit Herſiliã eius filiam
dotari de ſcutis duorum mille, in totum, cum relicto ſup.
ſibi facto, hinc enim patet, quod teſtator habuit rationem
agnationis quantum potuit, maſculos præferendo. Caſtren.
conſ.421. quod iſta mater. colum.2. volum.1. Soc. *conſ.12. primo dubio. conſi.63. colum.8. circa fin. volum.3. conſ.73. colum. 3. volum. 4.*
Roman. *conſ.16.* & alij numeroſi per me cumulati, *conſ. 23. numero 83.* potiſſime Cæph. *conſ.137. num.12.* vbi citat ad hoc infi-
nitos, & dicit eſſe commun. poſt Curt. iun. *conſ. 113. & in l. 1. num.14. C. de pact.* qui dicit, ita fuiſſe conſultum per multos
celeberrimos Iureconſultos, & iudicatum. demumque pro-
bat Berous *conſ.96. num.6. conſ.102. num.19. conſ. 112. num. 19. volum.2. & conſ. 188. num.13. volum.1.* vbi ſignanter dicit, quod
propter † familiæ & agnationis conſeruationem ſæpe à ver- 26
borum ſignificatione, & natura diſpoſitionis receditur, quia
ſemper teſtatores præſumuntur velle agnationes, & familias
conſeruari debere.

Quarto hanc eandem rationem maſculorum, & conſer-
uandæ per eos agnationis teſtator habuit in ſubſtitutioni-
bus quas fecit. primo in ea, quam fecit matri, & vxori, di-
cens, quod poſt earum mortem, vel tranſitus ad ſecundas
nuptias ſubſtituit dictum Ioan. Franciſcum, & alium, ſeu
alios filios naſcituros, quod eſt intelligendum neceſſario de
maſculis prout expreſſit in inſtitutione, ibi, ſi filium vnum,
vel plures maſculos pareret, quia † ſubſtitutio ſecundum 27
inſtitutionem intelligitur. *l.1. C. de imp. l. qui liberis. §. fin. ff. de vulg.* Dec. *conſ. 186. num.4. conſ.480. num.12.* Pariſ. *conſ.18. nu.75. volum.2.* Ruin. *conſ.128. num.13. volum.3.* Cæph. *conſ.292. num.12.*
& ego *conſ.50. num.12.* Idemque videmus in ſecunda ſubſti-
tutione reciproca facta Ioan. Franc. & alijs filijs, naſcituris,
quæ venit intelligenda de maſculis ſecundum præceden-
tem, vt per Soc. *conſ.249. colum.7. verſ.3. eſt. volum.2.* vbi poſt
Bar. & Bal. quos citat, inquit, quod † quando duæ ſubſtitutio- 28
nes ſunt vnitæ, vna ſumit de natura alterius, ſequitur Pariſ.
conſ.18. num.27. volum.2. & ego Ianus *conſ.50. præallegato. num.12.*
ex his ergo quatuor ponderationibus ex verbis teſtamenti,
collectis vocandi maſculos, & excludendi fœminas filias
proprias teſtatoris, conſtat, ſtare non poſſe, ſed collabi in-
tentionem D. Camillæ neptis ſuæ, quæ vellet excludere fi-
lios Dominici ſubſtitutos, ſed eam pariter excluſam rema-
nere debet, ex quo enim teſtator excluſit proprias filias à
ſucceſſione, pariter & excluſa cenſeri debet neptis ex Ioan.
Franc. filio, & ſic præſumitur inter maſculos teſtatorem vo-
luiſſe inducere fideicommiſſum, quoniã † non eſt creden- 29
dum, teſtatorem plus dilexiſſe neptes ex filijs, quam proprias
filias *l. ſi viua matre. C. de bon. mat.* Ita Caſtren. arguit *conſ. 357. viſo d. teſtamento. in anti. alias conſ.58. col.1. in nouiſ.* Imol. *conſ.47.*
Alexand. *conſ.103. vol.2. & conſ.52. vol.4.* & Dec. *conſ.15. colum.2.*
confirmatur ex doctr. Bald. *in l. venia. circa fin. C. de in ius voc.*

vbi

30 vbi dicit, quod † excluſis filiabus per Statutum, fortius ne-
ptes excluſæ videantur, quia non debet plus concedi nepti,
quam filiæ. ſequitur Dec. & confirmat *in d. conſ. 15.* Rube. *conſ.*
150. n. 2. & dom. meus Rimin. *conſ. 223. num. 18.* Nec obſtat vnus
obex, de quo memini, tenendo pro nepte *conſ. 47. num. 11.* &
31 ſequenti, vbi poſt Bald. *in d. l. venia* dixi, quod quando † per-
ſona remotior coniungitur defuncto per perſonam exclu-
ſam, puta per ſtatutum, quod excludit filiam, tunc excluſa fi-
lia, cenſetur etiam neptis excluſa. quia illa neptis eſt coniun-
cta defuncto mediante perſona filiæ excluſæ, igitur excluſa
radice intelliguntur excluſæ aliæ perſonæ, quæ deſcendunt ex
illa, vt voluit Bart. *in l. 2. §. videndum. ff. ad Tert.* ſed vbi perſona
non coniungitur defuncto per perſonam excluſam, ſed per
alium, vt eſt neptis ex filio, quæ non coniungitur defuncto
per perſonam expreſſe excluſam, ſed per perſonam filij, qui
non eſt excluſus, tunc ad excluſionem proximioris non ſe-
quitur excluſio remotioris. Ita declarat Caſtren. *in l. illam. C.*
de collat. cum quo concordat Alexan. & ſequitur Ruin. *conſ.*
143. num. 9. volum. 2. & Cæph. *conſ. 293. num. 16.* vnde Bald. *in d. l.*
32 *venia. circa fin.* dicit, quod † excluſa filia per exiſtentiam filij
maſculi, neptis ex filio præmortuo non cenſetur excluſa.
quia neptis repræſentat patrem, qui non excluditur, quod
adeo commendat Alex. vt ibidem dicat non meminiſſe, hoc
alibi legiſſe. & cum eo concordat Anch. *in c. 1. de conſtit. verſ. hu*
igitur. in 5. membro. licet enim nos verſemur in Camilla ne-
pte teſtatoris illa coniuncta mediante perſona Ioan. Franc
non excluſi. Et propterea filiabus teſtatoris per eum exclu-
ſis non deberet excluſa cenſeri d. Camilla. Tamen difficul-
tas hæc tollitur in caſu noſtro per verba, quibus eſt vſus te-
ſtator ad finem ſubſtitutionum ſuarum, vbi poſt Domini-
cum fratrem ſuum, & eius filios, vbi non extant, ſubiunxit:
Adeo quod hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cippum
domus: Et non ad fœminas. pondero diligenter illa verba
33 negatiua, † & non ad fœminas, quæ magis deſtruunt, quam
affirmatiua, vt ponit gloſſ. Caſtren. & Imol. *in l. hoc genus. ff.*
de cond. & demon. & ad ſenſum patet, nam ſi dico Titius eſt ar-
tifex, ſufficit, quod in vna ſpecie ſit artifex, at ſi dico Titius
non eſt artifex, nego omnem ſpeciem artificij. hinc etiam
dixit Fulg. *in l. iuris &c. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.* quod licet
34 regulariter † indefinita hominis non æquipolleat vniuerſa-
li de proprietate ſermonis. *l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrb. præd.* ta-
men vbi negatiue profertur, æquipollet vniuerſali proprie:
vnde iſta propoſitio, nullus faciat, æquipollet illi, nullus qui-
cunque ſit faciat, refert, & ſequitur Fel. *in c. 2. in fin. de treu.*
& pac. Dom. *in c. vt circa. de elect. in 6.* Natta *conſ. 67. colum. fin.*
& ego *conſ. 450. num. 54.* igitur in propoſito noſtro cum di-
xerit teſtator, quod hæreditas ſua non redeat ad fœminas,
debet intelligi de fœminis cuiuſcunque qualitatis, ſiue filias
35 proprias, ſiue neptes ex filia, ſiue ex filio, quia † ad veritatem
vniuerſalis vel indefinitæ negatiuæ, debent omnia concur-
rere, quæ etiam ſublata ſignificatione vocabuli comprehen-
duntur, vt eſt gloſſ. *in cap. nemo poteſt. primo. verſ. obligari. de*
regul. iur. in 6. Bartol. *in l. nullam. C. ex quib. cauſ. infa. irro.*
36 pluſque † comprehendit indefinita negatiua, quam indefi-
nita affirmatiua. Dec. *conſ. 490. num. 6.* pleniuſque confirmat
37 Decia. *reſpon. 12. num 13. volum 1.* omnes † enim negatiuæ ſunt
liquidæ iuris probationes, & eo ipſo remanent probatæ,
quod non probatur contrarium. Bal. *in c. fin. num. 1. verſ. item*
quia. de prob. Cæpbal. *conſ. 438. num 17. & conſ. 540. num. 30.* vn-
de ſi dicimus hæc bona teſtatoris non redire ad Camillam
propter verba negatiua, & non ad fœminas, dicitur talis ne-
gatiua probata eo ipſo, quod non probatur contrarium,
prout vere probari non poteſt.

Quinto comprobatur efficaciter hæc quoq; concluſio
pro dictis filijs, ſtantibus illis verbis, quod hæreditas ipſius
38 teſtatoris redeat ad Cippum domus, id enim verbum † Do-
mus in teſtamento cum illi vocantur qui à domo ſunt, ad
agnatos refertur *l. pronunciatio. circa fin.* & ibi Bart. *ff. de verbor.*
ſign. Bart. *in l. 1. in prin. ff. ad Syllan.* Ang. *in l. ex facto. §. ſi quis ro-*
gatus. num. 4. ff. ad Trebell. Alex. *conſ. 213. colum. 1. in fi. vol. 6.* Barb.
in l. cum acutiſſimi. nu. 140. C. de fideic. Soc. iun. *conſ. 94. num. 9.*
volum. 1. & conſ. 103. num. 19. volum. 2. Anch. *conſ. 152. plura ſunt*
dubia, num. 3. & apud Virg. *Æneid. lib. 3.*

Hac domus Æneæ cunctis dominabitur aſtris.

Et ego quoque dixi *conſ. 442. num. 2.* & ponit Crau. *conſ. 806.*
num. 5. merito dici debet, quod per illud ſint vocati maſculi,
qui ſunt de agnatione, non autem Camilla, quæ eam non
ſuſtinet, potiſſimeque, adiectis illis verbis, & non ad fœmi-
nas, quæ eam excludunt.

Sexto non prætereo concluſionem, quam ponit pulchre
Crau. *conſ. 22. num. 7.* vbi dicit, quod Doctores omnes con-
ueniunt in hoc, quod vbi † talis ſubſtitutio habet tractum 39
temporis in futurum, iſta verba ordine ſucceſſiuo intelli-
guntur iure fideicommiſſi, ſiue fiat per nomina appellatiua,
ſiue collectiua: citat Soc. *conſ. 12. colum. 3. in 3. dubio. & in conſ.*
43. volum. 5. poſt medium verſ. aliquando quinto. & vlt. volum. 3.
Dec. *conſ. 205. col. 3. verſ. & iſtam. conſ. 228. col. 1. verſ. & quia etiam.*
& conſ. 248. colum 3. ſed ſubſtitutio, de qua Crauetta loquitur,
habebat tractum temporis in futurum, quia non ſimpliciter
facta fuit filijs ſuis, ſeu hæredibus inſtitutis, ſed etiam poſt
mortem hæredum inſtitutorum, & ſic cum tractu temporis.
igitur per fideicommiſſum cenſeri debet, pondero, quod
hæc deciſ. Crau. poſt omnes concordes in hoc, vt ille dicit,
optime cōuenit caſui noſtro: nam teſtator caſu quo Io. Fran.
& alius, vel alij filij naſcituri, & hæredes decederet, vel dece-
derent in pupillari ætate, vel poſtea ſine filijs legitimis, ſub-
ſtituit vltimo ſic decedenti Dominicum fratrem ſuum, &
eius filios, ſi ipſe non extaret, tractus enim tēporis reperitur
in ea per mortem bis expreſſam, per verbum decederet, vel
decederent, & decedenti. Item Dominicus, & eius filij ſubſti-
tuti fuerunt poſt mortem Ioan. Fran. & aliorum filiorum in-
ſtitutorum, item & hæredum decedentium in pupillari æta-
te, vel poſtea, quæ dictio † denotat tractū ſucceſſiuum, vt per 40
Dec. *conſ. 431.* quo ſecundo caſu ſubſtitutio directa fieri non
poteſt, ſed per fideicommiſſum tantū. *§. fi. Inſt. de pup. ſub.* me-
rito dici debet, dictum fratrem Teſtatoris, & eius filios dici
vocatos per fideicommiſſum. Et inſuper ordine ſucceſſiuo
videlicet primo Dominicum, ſi extaret, ſi vero non extaret
filios ſuos, vt clare teſtator fuit locutus. vnde doctr. Soc. non
poſſet melius adaptari, quam faciat, vt eam mox induxi.

Septimo placet etiam mihi conſiderare illa verba, ſubſti-
tuit vltimo ſic decedenti Dominicum fratrem, & eius fi-
lios, id enim verbum † vltimo relatum ad Ioan. Franc. & eius 41
filios mihi videtur eſſe collectiuū, prout de † liberis dicitur, 42
quæ dictio collectiua eſt, quia complectitur omnes deſcen-
dentes in infinitū, cum eorū interſit, vt filij, nepotes, prone-
potes, & id genus cæterorum, ſuccedant. *l. ſed ſi hac. §. libe-*
ros. ſecundo. ff. de in ius voc. l. 1. §. 1. ff. de lega. præſtan. Alber. *in l.*
hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. Cor. *conſ. 22. co-*
lum. 6. volum. 2. Rube. *conſ. 144. colum. 3.* Crau. *conſ. 537. colum. 2.*
ſic enim dici debet de dictione, vltimo, relata ad Franc. &
eius filios; puta Petrum, Ioannem, vel alterius nominis, quæ
dictio ſequitur verbum † ſubſtituit, quod eſt commune, ſe- 43
cundum Bart. & omnes *in l. centurio. ff. de vul. & pup.* quo caſu
intelligitur ſubſtitutio facta per fideicommiſſum, quod ſe-
cus eſſet, ſi facta fuiſſet per verbum † inſtituit, quod eſt dire- 44
ctum, quia intelligeretur ſubſtitutio facta in vulgarem tan-
tum, vt diſtinguit Gallia. *in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 22. ff. de*
lib. & poſt. nam ſi teſtator fecerit ſubſtitutionem per verbum
directum puta, quod inſtituit fratrem, & filios, & tunc in-
telliguntur vocati ordine ſucceſſiuo per vulgarem tantum.
aut vero fuit vſus verbo ſubſtituit, quod eſt commune, &
tunc eo modo, quo prior admittitur poſt inſtitutum, ita &
alij ſequentes in gradu poſt eum, & ſic per fideicommiſ-
ſum, vt hic caſus à præcedenti differat, ſequor ego *conſ. 50.*
num. 37. vnde ſicut teſtator ſupra poſt mortem matris, & vxo-
ris vocauit Ioan. Franc. & alios filios naſcituros per verbum
ſubſtituit commune, & per fideicommiſſum, dicens ſine de-
tractione alicuius partis, vel quartæ videlicet Trebellianicæ,
quæ proprie verificatur in fideicommiſſis. *toto tit. ff. ad Treb.*
& Inſt. de fideic. her. pari modo quando dixit in vltima ſubſti-
tutione caſu quo Io. Fran & alij filij naſcituri decederent ſine
filijs, ſubſtituit vlt. decedenti Dominicum fratrem ſuum, &
eius filios, debet intelligi per fideicommiſſum.

Octauo non prætereo quoq;, quod † dum teſtator ſub- 45
ſtituit vltimo decedenti fratrem & filios eius, ſubiunxit adeo,
quod

quod hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cippum domus,
ex quibus verbis intelligitur inductum reciprocum fidei-
commiſſum. nam pars vltimi decedentis non recte dicitur
hæreditas ipſius Teſtatoris, ſed pars hæreditatis illius, ſicut
ſi teſtator dixiſſet, ſi vltimus ſine filijs deceſſerit, reſtituat
hæreditatem meam Titio, vel in hæreditate mea ſubſtituo
Titium, prout declarat Socin. iun. *in l. heredes mei. §. cum ita.
num. 18. ff. ad Treb. & conſ. 110. num. 31. & 32. volum. 3.* Alciat.
reſpon. 108. num. 11. & Mantica *in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 7.
tit. 5. ſub num. 12. verſ. fatendum.* & domin. Simon de Præt.
*in ſuo tract. de interpret. vltim. volun. lib. 3. Solutione 1. num. 33.
ver. hec tamen.* Nono me quoque mouent illa verba, & caſu,
quo dictus Ioan. Franciſcus, & alius, vel alij filij naſcituri,
quæ ſine dubio comprehendunt filios teſtatoris ſupra inſti-
tutos: dum ergo ſubiunxit, & hæredes, ne dicta verba ſuper-
flua ſint, & nihil operentur. *contra l. ſi quando. C. de inoſ. teſt.*
dici debet, quod per illa voluerit comprehendere alias per-
ſonas, & ſic filios filiorũ, & quod voluerit ſubſtituere non
ſolum filijs, ſed etiam alijs eorum filijs. ita Bero. arguit, val-
de pulchre *conſi. 109. num. 10. volum. 2.* vbi ſimilem caſum po-
nit huic noſtro, & hoc fundamentum fecit in diſcurſu Cla-
riſſimus domin. Simon de Prætis vnus ex conſulentibus,
cui pariter addo Decianum *reſpon. 84. num. 11. volum. 3.* qui Be-
roum non vidit, & inquit quod cum teſtator addiderit, &
hæredes; dicta verba ſtant augumentatiue, & comprehen-
dunt alios præter filios ſupra inſtitutos, hoc eſt deſcenden-
46 tes filiorum, nam † copula, &, ſtat augumentatiue, & am-
pliatiue, vt per eum, citatque *Conſilium* Pariſij *7. num. 28. vo-
lum. 3.* quod etiam Bero. citauit. vbi dicit exponendo illa
47 verba † filij, & hæredes, quod non debent comprehende-
re filios tantum, qui fuerant hæredes ſcripti, ſed referri de-
bent ad omnes deſcendentes, qui veniunt appellatione hæ-
redum in ſubſtitutionibus, vt per eum. Decimo præter
Beroum, Pariſ. Decianum & Prætum conſidero, quod te-
ſtator dixit, & caſu quo Ioan. Franciſcus, & alij filij naſcituri
decederent ſine filijs legitimis; pondero, quod cum Ioan.
Franc. potuiſſet præmori patri teſtatori, relictis filijs legiti-
mis inſtituendis ex lege Velleia, ne præteriti rumperent te-
ſtamentum. *§. poſthumorum. Inſt. de exher. lib. & in l. Gallus. §.
nunc de lege. ff. de lib. & poſt.* dicta verba ſine filijs legitimis, de
inſtitutis ſunt intelligenda, & ob id eis velut honoratis
ſubſtitui potuit. Vndecimo me quoque trahit in hanc ſen-
48 tentiam ratio prædicta, quod † hæreditas ipſius teſtatoris re-
deat ad Cippum domus, quæ reddit fideicommiſſum in rem
ſcriptum, & ideo quilibet hæres videtur rogatus ſub duplici
conditione, ſiue ipſe decedat ſine filijs, ſiue filij eius deceſ-
ſerint ſine filijs, vt declarat egregie Bald. *in l. ab eo. verſ. ſed
quid ſi teſtator. C. de fideicom.* Angel. Aretin. *in tracta. de teſtam.
gloſ. 95. colum. penult. ad fin.* Curt. iun. *conſi. 139. num. 21. & conſi.
261. colum. pen.* Bello. *conſ. 82.* Alb. *conſ. 95.* Cagn. *in l. precibus, quũ
communem. dict. num. 288. C. de impub.* & Pariſ. *conſ. 30. num. 29.
& conſ. 92. num. 41. volum. 2.* quos adducit hic dom. Petrus.
quibus addo Crauet. *conſi. 5. num. 35.* inter Conſilia Marzarij,
qui dicit fideicommiſſum reale induci veluti, cum agnatio-
nis tuendæ cauſa ſit ſubſtitutio, & ibi citat alios, de quibus
per eum, & vt inter alios dicit Alba. *in d. conſ. 93. col. 1.* quan-
49 do † verba fideicommiſſi ſunt in rem concepta, efficitur
grauamen reale, & afficit omnes perſonas, quocunque
gradu inueniantur. Caſtren. *conſi. 234. in anti. alias 77. volum. 1.
in nou.* Dec. *conſi. 182. colum. 1.* Curt. iun. *conſi. 43. colum. penult.*
Pariſ. *conſi. 90. num. 43. vol. 2.* Ruin. *conſ. 147. num. 11. vol. 2. & in d.
§. dius. col. 31. & 32.*

Duodecimo neſcio videre, quomodo domina Camilla
poſſit ſuccedere in bonis teſtatoris; non enim ex teſtamen-
to, quia eſt excluſa per illa verba, & non ad fœminas, vt in
50 quarto fundamento dixi, nec ab inteſtato quia † cauſa teſta-
ti facit ceſſare cauſam inteſtati. *l. quandiu. ſecunda. ff. de acquir.
her.* nec, quia ſubſtitutio facta Ioan. Franciſco ceſſauit, dica-
tur teſtamentum defeciſſe; cum & eadem ſubſtitutio intel-
ligatur facta Paſſioneo, qui deceſſit ſine filijs, vt ſupra dixi,
in octauo fundamento cum ſequentibus, & ex his, ne ſim
prolixior, remanet hęc cõcluſio latis fundata pro dictis filijs
Dominici, quæ clarior etiam reddetur reſolutis contrarijs
ſupra relatis. Non obſtat igitur in primis *conſilium 21.* Ol-
dradi *cum ſimilibus.* quod ſubſtitutio, facta alicui, ſi deceſſerit
ſine filijs, expiret natis filijs, licet ipſi poſtea deceſſerint ſine
filijs, quia † procedit alio non dicto per teſtatorem, ſecus ſi 51
proceſſit vlterius diſponendo, prout fecit hic teſtator, qui
caſu, quo dictus Ioan. Franciſcus decederet ſine filijs ſub-
ſtituit Dominicum, & eius filios. tunc enim non tantum ſi
filius decedat ſine filijs, ſed etiam ſi cum filijs decedat, & illi
poſtea ſine filijs decedant, locus eſt fideicommiſſo, vt volun-
tas teſtatoris ſeruetur; Ita limitans conſilium Oldradi dicit
Soc. *conſi. 250. colum. 4. verſ. 2. venit. volum. 2.* Ruin. *conſi. 153. nu. 6.
volu. 2.* & Marzar. *conſi. 4. col. 3. & 4.* qui & alios addit, quos ego
retuli, & ſecutus fui *conſi. 21. num. 53.* Tantoque magis hoc
dici debet in caſu noſtro, nam teſtator poſt ſubſtitutionem
factam Ioan. Franc. & alijs filijs naſcituris de Dominico fra-
tre ſuo, & filijs ſuis, ſubiunxit adeo, quod hæreditas ipſius
teſtatoris redeat ad Cippum domus. quo ſtante ſuccedit in
terminis *deciſio Capitij 108.* quam refert & ſequitur Marzar.
conſ. 4. in vltima ſolutione dubiorum, nam teſtator in caſu ſuo
diſpoſuerat, quod ſi Antonius decederet ſine filijs maſculis,
bona deuenirent ad Iacobum Antonium, vel ad eius filium
primogenitum, euenit, quod Antonius deceſſerat, relicto
filio Ioan. Baptiſta; Quærebatur, an eſſet extinctum fidei-
commiſſum, vel potius duraret in perſonam dicti Ioan. Ba-
ptiſtæ filij Antonij, & ſic dictus Ioan. Baptiſta tanquam liga-
tus non poſſet alienare bona, tandemque fuit votatum per
omnes Senatus Neapolitani, quod dictum fideicommiſſum
adhuc duraret per clauſulam appoſitam in fine ſubſtitutio-
nis (ita quod dictæ domus non extant de domo Maranbal-
dis) ſic igitur dici debet in caſu noſtro, quod fideicommiſ-
ſum Ioan. Fran. ſi decederet ſine filijs impoſitum, durare de-
beat in perſona Paſſionei, filij ſui, qui poſtea deceſſit ſine
filijs vigore clauſulæ, in fine poſitæ (adeo quod hæreditas
ipſius teſtatoris redeat ad Cippum domus) & certe non poſ-
ſet aptior, & præciſa magis inueniri deciſio: Sed & accedit
alia prior in tempore, quam memorata Capitij. quam poſuit
Cumanus *conſ. 103. vol. non impreſſo.* quam refert idem Marzar.
in d. conſ. 4. colum. in fin. vbi teſtator digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum ſubiunxit hæc verba, videlicet (ad hoc, vt in
illos de domo &c.) Et Cumanus arguit, primo nullum exta-
re fideicommiſſum, ſed tantum ſubſtitutionem vulgarem
ſubeſſe propter appoſitam conditionem, ſi deſcendentes
non ſubeſſent tempore mortis, at contrarium decidit, & in-
ter alia dicit hæc verba formalia videlicet, in † fideicommiſſis 52
autem, & ſi verba omnino non ſufficiant, coniectura volun-
tatis admittitur. & quæcunque eius indicia. *l. cum proponere-
tur. l. vnum ex familia §. fin. ff. de leg. 2. l. cum virum, & ibi no. C. de
fideicom.* vnde cum teſtator in eo caſu diligenter gradatim, &
expreſſe vocauerit primo deſcendentes ſuos maſculos, Ioan-
nem, & deſcendentes ſuos, poſtremo Matthæum, eiuſque
deſcendentes, & in fine ſuo ſubiunxerit (ad hoc vt ſemper
in illos de domo ſua &c.) ſatis comprehendi poteſt, eum
voluiſſe omnem caſum complecti, & in hanc partem, quæ
æquitati, voluntatique teſtatoris eſt conſentanea, concluſi-
ue inclinandum eſt. Ita Cumanus ibi. & poſt eum Mar-
zarius. Quorum deciſio caſum quoque noſtrum decidit,
nam teſtator, & hic accurate Ioan. Franciſcum, & alios filios
ſuos inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit, & ſic primo proui-
dit inter ſuos deſcendentes, poſt digreſſus eſt in eorum defe-
ctum ad fratrem ſuum, & filios ſuos, demumque ſubiunxit
in fine, adeo quod hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cip-
pum domus, & vt de maſculis intelligeret, & intelligi debe-
ret, omnino ſubiunxit, & non ad fœminas. Quare nihil
aliud dici poteſt, quod fideicommiſſum iniunctum Ioan.
Franciſco ſi decederet ſine filijs, cenſeatur iniunctum quo-
que Paſſioneo illius filio, ſine filijs poſtea decedenti. vnde
præciſa redditur, & in terminis illa deciſio, Quæ ratione que
pulchra comprobatur, quam ſubdit idem Marzar. *in d. conſi.
4. ſub num. 33. verſ. cum igitur.* vbi dicit, quod cum † appareat 53
teſtatorem omni conatu reſpexiſſe ad conſeruationẽ bono-
rum ſuorum in familia, & agnatione, ſequitur neceſſario,
eum voluiſſe inducere fideicommiſſum omni caſu, qui
enim vult † conſequens, vult neceſſarium antecedens. *l. de-* 54
nique. §.

bique.§.interdum.ff.de lib.leg. non enim bona neceſſario con-
ſeruarentur in agnatione & familia, ſi bona libera, nec ob-
ſtricta fideicommiſſo remanerent, & ita Decius arguit *conſ.*
23.colum.2. & conſi.38.colum.3.& conſ.315.num.6. verſ. præterea.
pariterque ſecutus fui *conſ. 21.num. 28.* quibus accedit Ca-
ſtrenſis *conſ.75.colum.penult.* per me citatus *num. 50.* vbi vo-
55 luit ex † identitate rationis vel expreſſa, vel à iure ſubintel-
lecta, qualis eſt agnationis conſeruandæ, & quod in ea bo-
na remaneant (prout in caſu noſtro) fieri debeat extenſio
de perſona ad perſonam, & ſignanter loquitur in diſpoſitio-
ne facta in perſonam alicuius, quod extendatur ad eius fi-
56 lios: cùm † pater & filij cenſeantur vna, & eadem perſona,
l.fin. cum gloſſ. C. de impub. & al. ſubſt. Quare ſicut de quo
conſului *in d.conſ.21.* grauamen iniunctum Comiti Gaſpa-
ri, ſi deceſſerit ſine filijs, pariter & Com. Franciſco eius filio
cenſeri debebat iniúctum, caſu quo decederet ſine filijs. vt
deceſſerat fauore agnationis conſeruandæ, & vt bona in ea
remanerent. Ita quoque dici debet in præſenti caſu, quod
ſubſtitutio facta Ioan. Franciſcó, ſi decederet ſine filijs, cen-
ſeri quoque debeat facta Paſſioneo illius filio, qui deceſſit
ſine filijs, fauore agnationis conſeruandæ, ad quam tanto-
pere reſpexit teſtator vocandó maſculos & fœminas exclu-
dendo, licet filias, & expreſſa ratione vt bona redeant ad
Cippum domus, & non ad fœminas, vt in teſtamento dixit:
& hinc ceſſant rationes, alias à me deductæ. *in d. conſ. 21. co-*
lum.2. quibus tunc non reſpondi, quia procedunt, quan-
57 do † ſubſtitutio facta fuit filio ſimpliciter, ſi deceſſerit ſine
filijs, tunc eo decedente, cum filijs expirat ſubſtitutio *per*
conſi. Oldradi *21.* quod hoc caſu procedit, vt per Dec. *conſil.*
477.colum.1.in fin.verſ. non obſtat quod ſupra: at ſecus quando
teſtator voluit conſeruare bona in agnatione, quia tali caſu
non procedit illud conſilium, vt idem Dec. tradit *conſ.270.*
colum. fin. ſed vt inquit, intelligitur inductum fideicommiſ-
ſum reciprocum inter filios, & deſcendentes in bonis filio-
rum, ſequitur Marzar. *conſ.7.num.10. col.ſequen.* vbi limitatio-
nem prædictam ad conſilium Oldradi confirmat per 15. Do-
ctores, quos commemorat, qui cum videri poſſint apud
eum, eos non tranſcribó.

Nunc ad ſecundum contrarium tranſeo de ſubſtitutione
facta Ioanni Franciſco, ſed decedenti, videlicet ſine filijs,
quo modo non deceſſit, vel ita non deceſſit, quaſi quod inde
dicere debeamus, Dominicum, & eius filios in hunc caſum
58 non fuiſſe vocatos, nam † cum ſubſtitutio fuerit ad hunc
effectum ordinata, vt in defectum deſcendentium teſtato-
ris bona ſua redeant ad Cippum domus, & hic effectus veri-
ficatur in perſonis Dominici, & filiorum ſuorum, qui ſunt
de Cippo domus. propterea talis effectus, non autem verba,
conſiderari debet. *l.cum pater.§.donationis.& ibi gloſſ.ff.de leg.2.*
l.2.C.commu. de lega. Pariſ. *conſ.38. num. 73. volum. 3.* & ego
conſ. 487.num. 40. & cum effectus ſubſtitutionis Dominici,
& filiorum ſuorum ſequatur, ſiue Ioan. Franciſcus deceſſiſſet
ſine filijs, ſiue cum filijs, qui poſtea deceſſerint ſine filijs, vt
59 contingit in Paſſioneo, non † eſt curandum de modo, quan-
do ſequitur idem effectus. *l. cum ſeruum.ff.de verbor.oblig.* vnde
ſcribunt Bar. & Caſtren. *in l. ſi mulier.ff.ad Treb.& in l.ſi mater.*
60 *C.de inſtit. & ſub.* modum, † immo & conditionem impleri
poſſe per æquipollens, quando ipſe diſponens conſiderauit,
atque cogitauit effectum, ſequitur Soc. *conſ.259.num.2.vol.2.*
Ruin. *conſ.137.num.9.volum.1.* & Menoch. *conſ.131. num.15.* ſicut
ex alijs confirmat Senat. Pedemon. *deciſ.109.num.2.* Crot. *conſ.*
253.num.18. & pulchre Decia. *reſpon. 1. num. 116. volum. 1.* poſt
61 Bald. *in l. de quibus.num.17.ff.de legi.* dicens, quod † quando ef-
fectus principaliter conſideratur per teſtatorem, & ipſe
effectus eſt cauſa modi, non curamus de modo. idemq; Hie-
62 ron. Gabr. *conſ.124.num.29. vol.2.* ſi quidem † effectus verbo-
rum conſiderandus eſt, non autem verba ſimpliciter. Bald. *in*
l.3.§.per illum text. C. de inſtit. & ſubſt. Dec. *conſ.385.* & Gerar.
Mazoll. *conſ.120.num.26.* & hinc ceſſat illa regula, quod ſemper
dici poſſit, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, cum cæteris
per me ſupra deductis, nam verum eſt, alio non dicto, quia
63 verbis † eſt inſeruiendum, at ſecus ſi aliter conſtat de volun-
tate teſtatoris. *l. non aliter ff. de leg.3.* prout in caſu noſtro; vbi
teſtator ſubſtituit Ioan. Franc. & alijs filijs naſcituris, ſi dece-
deret, vel decederent ſine filijs; vt bona ipſius teſtatoris re-
deant ad Cippum domus. ſic enim conſtat, teſtatorem aliter
voluiſſe. Videlicet quod ſubſtitutio Dominici, & filiorum
ſuorum locum habeat nedum ſi Ioan. Franc. & filij teſtatoris
deceſſerint ſine filijs, ſed etiam ſi cum filijs, qui poſtea de-
ceſſerint ſine filijs. Nec dicta regula ſuſtinetur in caſu no-
ſtro, quia fideicommiſſum ſit quid facti, idque probari de-
beat. quia bene probatur ex ratione, vel effectu per teſtato-
rem expreſſo, vt eius hæreditas redeat ad Cippum domus,
quod teſtator voluerit inducere fideicommiſſum ad fauo-
rem Dominici, & eo non extante filiorum ſuorum non ſo-
lum Ioan. Franc. decedente ſine filijs, ſed etiam decedente
cum Paſſioneo, filio ſuo, qui poſtea ſine filijs deceſſerit ratio-
ne prædicta remanendi bona in domo, & familia ſua. † fidei- 64
commiſſa namq; inducuntur etiam ex tacita mente teſtato-
ris ex coniecturis collecta. *l. cum proponeretur.ff.de leg.2. l. licet*
Imperator. & ibi Bar. & Iaſ. *ff.de leg.1.* Bal. *in l. quoniam indignum.*
C.de teſt.cum ſimil. per Dec. *conſ.15.col.3.conſ.186.num.4.conſ.278.*
num.3. & conſ.584.num.1. & alij per me numerati, *conſ.502.n.36.*
& prius *in conſ.37.num.18.* vbi dixit, quod † coniecturæ in fidei- 65
commiſſis habentur pro expreſſa voluntate poſt Ioan. Du-
rantem *de arte teſt.tit.de ſubſt.caute.26. in fin.* & Ceph. *conſ.286.*
num.3. & inquantum dicebam, † fideicommiſſum eſſe onus, 66
& ob id euitandum; non procedit in facto fauore agnatio-
nis: nam illud dicitur fauorabile, & eſſe benignius, vt per
Sign. *conſ.179.* Fulg. *conſ.49.* & Soc.iun. *conſ.181.n.39.vol.2.* quos
adduco *conſ.464.num.8.* & fauorabile cenſeri debet, & late in-
terpretari. vt per Anch. *conſ.27.num.6.* Goz. *conſi.19. n.12.* Cur.
iun. *conſ.22.num.2.* Soc. iun. *conſ.181. num.39.vol.2.* & Marzar. *in*
epitome ad materiam fideicommiſſorum. quæſt.1. verſ.non omitto.
quibus addo Pariſ. *conſ.35.num.38. & conſ.63. num.27. volum.2.*
cum ſimil. per Manticam *in tract.de coniect.vlt. volun.lib.7.tit.1.*
num.44. & ego dixi *conſ. 482. num.69. & conſ.544.num. 26. &*
num. 81. cum ſequentibus. Propterea ſi quando † ceſſat fauor 67
agnationis, interpretatio fieri debet, vt potius remoueatur,
quam quod inducatur, & contra. illud eſt iudicandum, vt
dixi verſa vice, quando ſubeſt fauor cognationis in eo, debet
interpretari, quod admittatur, & pro eo iudicetur, vt con-
trariorum ſit eadem diſciplina per contrarium. *l. fin. §.contra*
quoque. ff. de leg.3. & ſi † fideicommiſſum nouum propter 68
agnationem naſcitur, longe magis quod natum eſt, amplia-
tioné admittet, cum facilius quid extendatur, quam nouum
fiat. *l.ſi cum dies. in prin. ff. de arb.l.1. & 2. cum ibi not.ff.de iud. l.*
ſi donata.§. ſi ſponſus.ff.de don. int.vir. & vxor. Abb. *in c.cum olim.*
de offic.deleg. Sign. *conſ.69.colum.4.* Soc. *conſ.111.num.1.verſ.ſtante*
ergo.vol.1. Dec. *in c.de cauſis. col.1. de offic. deleg.* Curt. iun. *conſ.*
174.num.27. & in terminis, quod † ſubſtitutio facilius exten- 69
datur, quam noua inducatur. Soc.iun. *conſ.163. num. 12. volu.1.*
& poſt eum Crau. *conſ.5. num. 31. inter conſ. Marzarij*, volens,
quod fideicommiſſum iniunctum Comiti Gaſpari de Seſſis;
ſi decederet ſine filijs, extendatur ex veriſimili mente teſta-
toris ad Comitem Franciſcum eius filium, in qua cauſa pa-
riter ego conſului in conſ. 21. & idem tenui, prout & nunc
idem teneo, cum caſus iſte ſit illi conformis ad vnguem; ex-
peditus de ſecundó contrario venio ad tertium, continens,
quod cum ſubſtitutio facta fuerit Ioan. Franc. ſi decederet
ſine filijs, Paſſioneus eius filius dicitur poſitus in conditione
tantum, non autem vocatus ex teſtamento, nec honoratus;
& ob id nec fideicommiſſo grauari potuit. *l. ab eo. C. de fideic.*
quod fundamentum tollunt dom. Conſulentes ex multis
coniecturis, quibus illa † concluſio Gloſſæ *in d. l. Lucius* non 70
procedit, ſed limitatur, de quibus, & alijs dixi quoq; *in conſ.*
476. & alibi: ſed nunc addo aliam ibi poſitam. *num.15.* cum
ſequentibus, de qua D. Conſulentes mentionem non fece-
runt in præſenti cauſa. Dico igitur, quod vbi † filij poſiti in 71
conditione fuerunt ex deſcendentibus teſtatoris, vt in caſu
noſtro, Paſſioneus filius Ioan. Franc. filij teſtatoris, & ſic ne-
pos ſuus ex filio. tunc tales filij, in conditione poſiti, cenſen-
tur vocati, & ob id fideicom. grauati: quam coniecturá per-
pendit Salyc. *in l.1.nu.5.C.de cond.inſti.* & ſentit Ripa *in l.centu-*
rio.num.159.ff.de vul. & pup. & Bald. *in l. ſi pater. q.4. C. de inſt. &*
ſubſt. dum dixit, † fideicommiſſum conditionale tranſmit- 72
ti, quando teſtator fecit aliquam mentionem nepotum poſt

filios inſtitutos, vt hic eos in conditione ponendo. Et idem
tenet Cuman. *conſ.153.colum.1.* Soc. *conſil.6.num.11.* Iaſ. *conſil.141.*
num.25. volum.2. conſ.154. colum.4. verſ. accedit. volum.4. Crau.
conſ.306.colum.2. Natta *conſ.31.num.2.* & Ceph. *conſ.16.num. 42.*
qui dictam coniecturam ſequuntur. Sed & eam clare tenet
73 Decia. *conſ.9.colum.1 volum.3.* dicens, quod † licet inter iuris
prudentes ſit acerrima controuerſia, nunquid filij, in condi-
tione poſiti, ſint diſpoſitiue vocati, ſed veræ tamen diſtin-
ctionis videtur, quod frequentiori calculo ſic contrariæ
concilientur opiniones, quod ſcilicet ſi deſcendentes ab
aſcendentibus in conditione ſint poſiti, cenſeantur voca-
ti, ſi vero tranſuerſales à tranſuerſalibus ſecus, quod ſcilicet
ea amoris aſcendentiũ in deſcendentes naturalis coniectura
multum conſerat ad coniecturandam mentem teſtatoris,
quod voluerit naturæ parere, & amoris ſui in deſcendentes
ſignum oſtendere, eos vocando, & ſibi in hoc ſatisfaciendo,
quod cognoſcant poſteri, ac deſcendentes, ſe ab ipſius teſta-
toris iudicio commodum ipſius hæreditatis percepiſſe, non
autem a ſimplici legis beneficio, eamque ab inteſtato eos vo-
cando, demumque Decianus, corroborans hanc diſtinctio-
74 nem ſubiungit, negari non poſſe, quin hæc † opin. quod de-
ſcendentes in conditione poſiti, cenſeantur ab aſcendenti-
bus vocati, ſit æquior, cum hoc ſit naturæ ſimul, & parentum
commune votum. *l. ſcripto. in fin. ff. vnde cogna.* & hanc opin.
æquiorem appellat Barba. *conſ.27.colum.14. volum.1. & conſ. 51.*
volum. 2. Curt. *conſ.52.colum.7. & 8.* Socin. iun. plures allegans
conſ.158.num. 69. volum. 2. ſicut & eandem ſequitur Decia. *re-*
ſpon.44.num.5.volu.3. concludens, quod eam ſemper æquio-
rem putauit legendo, & conſulendo, quam tenet etiam Sfor-
tia Oddo Peruſinus *in tract. compendioſa, parte 6. folio 186. co-*
lum.2.verſ. limitatur 6. dicens, quod eſt adeo magna limitatio
ad communem ſententiam, vt prima facie primis, quos hoc
dixiſſe reperijt, vix crederet, ſed poſtmodum animaduertit
hoc communiter ab omnibus teneri, & in ſpecie ab illis quos
ſubiungit, & ſequitur, idemque tenet Crau. *conſ.5. ſub num.4.*
inter conſilia Marzarij. qui *col. ſeq.* rationem deducit, quod
75 hæc † conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, adiecta filio licet non
expreſſa, ſubauditur in ſubſtitutione. *l. cum auus. ff. de cond. &*
demon. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. igitur eius expreſſio de-
bet aliquid plus iuris habere ne fiat inutilis. *l. ſi quando. in*
prin. ff. de leg. 1. & ſubdit Crau. quod hoc argumentandi ge-
nere vtitur Anch. *conſ.74. contra Philippum. colum.1. circa fin.*
verſ.1. probo. Idemque repetit Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 11.*
76 *tit.3. col. 1.* dicens, quod † licet huiuſmodi conditio tacite
inſit d. l. cum auus, non tamen ineſſe videtur ex neceſſitate,
ſed ex voluntate, & ideo cum exprimitur, poteſt & debet
aliquid operari. *l. ſi in diem. §. fin. & l. ſi ita expreſſum. ff. de cond.*
& demon. & ego poſt eum *conſ.502.num. 18.* concludendo di-
co, quod debet vocationem filiorum inducere. ſicque tenet
etiam Crau. *conſ.776.col.7.verſ. controuerſia hac.* Quod ſi duræ
77 ceruicis eſſe vellemus cum his, qui dixerint, hanc † ſolam
coniecturam non ſufficere, niſi concurrat alia, vt teſtatur
Soc. *conſ.116.num.8. verſ. ex quibus patet. volum.3.* Ripa *in d. l.*
centurio. num.159. verſ. 3. verba. & Alciat. *in l. Lucius. num.51.*
ff. de vulg. & pup. ſicut & Iulius Clarus *in §. teſtamentum. q.79.*
in fin. non deſunt hic aliæ coniecturæ, quas conſiderant am-
bo D. Conſulentes huic aggregandæ. Et ſic in omnem
euentum res iſta de plano procedit.

Nunc ſuccedit reſpondere quarto contrario, quod ex
quo teſtator dixit, ſi Ioan. Franc. & alij filij naſcituri decede-
rent ſine filijs, ſubſtituit Dominicum fratrem, & eius filios, &
nulli filij nati ſunt, & ob id mori non potuerunt. meritò, quia
conditio non extitit, ſequitur, quod ſubſtitutio defecit &
ſubſtituti debent excludi, vt per Oldra. *conſ.177. num. 4. cum*
ſimilibus ſuperius allegatis: cui contrario reſpondet alter dom.
78 Conſulens, quod *illud † conſilium Oldradi 177.* eſt communi-
ter reprobatum, vt ex Deciano colligitur *reſp.2.num.165.vol.1.*
poſt Bart. Bald. Ang. Imol. Cuman. & Aret. *in l. quandiu. l. vlt.*
ff. de acquir. her. Iaſ. *conſ.148.col.5.vol.2.* Soc. iun. *conſ.181.num.57.*
vol.2. late Mantica *de coniect. vlt. volun. lib. 11.tit.6.colum.2.& 3.*
Tiraq. *in l. ſi vnquam. ver. libertus, num.41. C. de reuoc. don.* verum
quia in caſu, de quo ibi, ſecutus fui conſ. Oldrad. *conſ.170.num 15.*
cum ſequentibus. non intendo nunc diſputare, quæ de iure
verior ſit opinio. cum caſus noſter ſit diuerſus. ſed id tan-
tum dico, quod cum in † defectum deſcendentium ſubſtitu- 79
ti fuerint Frater, & eius filij, ſiue alij filij naſcituri, nati fue-
rint, & deceſſerint, ſiue non fuerint nati, debet eſſe locus
ſubſtitutioni Fratris, & filiorum, ratione quæ ſtatim ſubijci-
tur, adeo quod hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cippum
domus, quæ militat vniformiter in vtroque caſu, vnde † non 80
eſt curandum de diuerſitate caſuum, dummodo ſit in omni-
bus caſibus eadem ratio. gloſſ. *in l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem. ff.*
de pet. hered. illa namque debet attendi tanquam lex com-
munis ad omnes caſus. *c. conſuetudo. prima diſt.* Cald. *cap. 1. vt*
lit. pen. & cap.1. de regular. Crau. *conſ.190. num.2.* non enim di-
citur lex extendi, ſed enucleari, quando ſubeſt eadem ratio. *l.*
ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauit. ff. de adult. quam ad hoc propoſi-
tum citat Oldrad. *conſ. 185. in fin.* vnde Bald. *in l. de quib. ff. de*
legib. inquit, quod vbi viget eadem ratio in pluribus caſibus,
illa decidit eos, non per extenſionem, ſed ſicut genus com-
prehendit ſpecies, ita generalis ratio diuerſas ſpecies, ſiue
caſus includit, merito vno expreſſo veniunt omnes, in qui-
bus par ratio viget, ſequitur Caſtren. *conſ. 441. colum. penult.*
& alios adduxi *conſ.67.num.18.* quæ videri poſſunt. Et virtute
dictæ rationis dico, poſito quod filij filiorum in conditione
dum fuerint poſiti, vt Paſſioneus filius Ioan. Franc. dicitur
diſpoſitiue vocatus cum voluerit teſtator, quod in defectum
omnium ſuorum deſcendentium ſua hæreditas redeat ad
Cippum domus, & ſic ad familiam ſuam maſculinam, quales
ſunt Dominicus Frater, & filij ſui: Et non ad fœminas, vt
ſubiunxit teſtator ad excluſionem dom. Camillæ.

Confirmatur hoc etiam per illam dictionẽ, Adeo † quod, 81
ponderatam diligenter per dom. Simonem de Pratis Con-
ſulentem, quæ venit augumentatiue ad præcedentia, & non
tantum ea declarat, ſed illa ampliat, & extendit, vt pulchre
concludit Curt. *conſ. 49. colum.25. verſ. confirmantur præmiſſa.*
& verſ. ſequenti. ſed certe, vt inquit egregie Decia. *reſpon.38.*
num. 94. volu. 1. non poſſet illa dictio, adeo quod, ampliare,
aut aliter extendere verba præcedentia de gradu in gradum,
niſi fideicommiſſum extenderetur ad omnes deſcendentes
maſculos in infinitum actiue, & paſſiue, & ſic ad Paſſioneum
paſſiue, & ad Fratrem, & filios actiue, ſicq; ponderat in ſpe-
cie dicta verba, ita † quod his, adeo quod, ſynonyma, Pariſ. 82
conſ.90.num.26.vol.2. & præter Decianum eo loco addo eun-
dem *reſpon.84.num.27.vol.3.* vbi plenius ponderat dicta ver-
ba, & inter alios citat Pariſium *conſ.90. num.26. & 27. conſ.93.*
num.13.vol.2. & conſ.1.num. 23. & conſ.22.num.39.vol.3. in quibus
locis expreſſe concludit, quod vbicunque teſtator vtitur his
bis, ita † quod hæreditas ſua remaneat in familia, vel non ex- 83
tat de familia, vel ſimilibus, tunc cenſetur auctum fideicom-
miſſum, & inductum actiue, & paſſiue in omnes de familia,
voluit enim teſtator interpretari, quę fuerit mens ſua in præ-
cedentibus, quod ſcilicet ita ſuccedatur per inſtitutos, & ſub-
ſtitutos, quod hæreditas ſua non tranſeat ad extraneos, ſed
illa mens teſtatoris non ſaluaretur, ſi mulieres ſuccederent,
quia tranſibunt in alienam familiam, & ſic inde poſtea tranſ-
ibunt in extraneos ſucceſſores. ergo voluit inducere reci-
procum fideicommiſſum actiue, & paſſiue inter ipſos de
familia, ita enim verba, Ita † quod, vel vt in caſu noſtro, adeo 84
quod, quæ cauſam ſignificant voluntatis, poſſunt inducere
fideicommiſſum, prout & quæcunque alia prolata in vim
cauſæ, vt dicit Bart. *in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſol. matr. & in l. qui*
volebat. ff. de hered. inſtit. & in l. ex hac ſcriptura. col.2. verſ. venio
ad ſecundum. ff. de don. & tradit Soc. *conſ.227. col.2. verſ. quinto.*
vol.2. conſ.12. colum. fina. conſ.43. col.2. & 3. & conſ.57. num.3. vol.3.
Dec. *conſ. 218. num.15.* Ponderatque præterea Decian. *in d.*
conſ. 84. volum.3. num. 28. illa verba † ita quod ſua hæreditas 85
non tranſeat ad extraneos, quod teſtator dicatur impoſuiſſe
onus reale in dicta ſua hæreditate, quod non tranſeat ad ex-
traneos, ſed ad ſuos de familia; quo fit, vt hæreditas ipſa, &
bona cenſeantur grauata, & grauamen ſcriptum in rem affi-
ciens hæreditatem in quaſcunque manus tranſeat, vt ſcilicet
quicunq; poſſidet dictam hæreditatem & bona, cenſeatur
grauatus fideicõ. vt per Bal. & Iaſ. *in l. precibus. col. pen. C. de im-*
pub. cum ſimil. per Decia, quod & ſuperius dixi *in 11. funda-*
mento. Ita Decianus *ibi.* Præter quem in terminis dictionis

Adeo,

86 Adeo, † de qua nos agimus, conſidero, quod ſignificat in tantum, prout apud Quintilianum, adeo pro nobis ſollicita eſt lex. voluit enim teſtator omnino prouidere, quod poſtquam hæreditas, & bona ſua tranſiuiſſent per manus ſuorum deſcendentium, peruenirent etiam ad Collaterales, & non ad fœminas, & ideo ſubiunxit, adeoq; id eſt in tantum, quod redeat ad fratrem, & filios ſuos, & non ad fœminas, ſicque præciſa fuit voluntas ipſius teſtatoris: Et vt addam nouiter circa Paſſioneum præter ſupra deducta, non omitto Purpuratum *conſ. 203. num. 8.* loquentem de clauſula poſita in teſta-
87 mento: Ita † quod ſemper bona in maſculos remaneant, dicit enim, quod licet illa dictio, ita quod, videatur limitatiua, *l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſt.* Tamen in caſu ſuo ſtare debet ampliatiue, maxime ne verba ſint alias ſine effectu operandi; vt in fortioribus terminis tradit Soc. *conſ. 241. circa primam. in fin. volum. 2.* & ex his infert Purpur. quod reſultat reſponſio ad ea, quæ ſuperius in contrarium dicta ſunt, quia verum eſt, quod ſpecifice, & indiuidualiter non fuit Manfredus ſecundus honoratus, nec grauatus à teſtatore, tamen illa generalitate, ita quod ſemper bona remaneant in maſculos, fuit honoratus & grauatus, honoratus quidem reſpectu eorum, qui mortui ſunt ante eum, & grauatus cum ipſe ſine liberis maſculis deceſſerit reſpectu agnatorum ſuperuiuentiũ. ſic enim dici debet in caſu noſtro, dato quod Paſſioneus non fuerit ſpecifice, & in indiuiduo honoratus, neque grauatus, tamen illa generalitate, adeo quod hæreditas ipſius teſtatoris, redeat ad Cippum domus, fuit honoratus, & grauatus: honoratus reſpectu mortuorũ ante ipſum, grauatus cum deceſſerit ſine filijs reſpectu filiorum Dominici ſuperuiuentium. Vnde non poſſet aptior ad hunc locum reperiri deciſio prædicta Purpurati. Supereſt quintum contrarium reſoluendum, quod fideicommiſſum, iniunctum Ioan. Fran. filio, non comprehendit perſonam Paſſio-
88 nei nepotis teſtatoris, non autem filij, quia † appellatione filiorum non veniunt nepotes, in fideicommiſſis, vt dixi. & in primis Mantica *de coniecturis vlt. volun. li. 8. tit. 8.* dicit hunc articulum propter varias opiniones Doctorum eſſe perdifficilem, & vt Lucanus inquit: *Magno ſe iudice quiſque tuetur.* & vtranque partem infinitis auctoritatibus fulcit, ſicut & ex varijs coniecturis affirmatiuam probat, & negatiuam confirmat, quæ ſingula non tranſcribam, quia conſiliũ præſens in volumen tranſiret, & longe difficilius eſſet exitum, quam
89 principium inuenire, reſpondendo † tamen contrario, dico, poſito, quod in fideicommiſſis nepotes non venire, ſit crebrior opinio ex deductis per Manticam, nihilominus iſta concluſio fallit, quando viget eadem ratio in nepote, quæ viget in filio, vt tradit Rom. *conſ. 129 licet magna.* Bal. *conſ. 76. Agneſa. vol. 4,* Soc. *conſ. 152. vol. 1.* & Pariſ. *conſ. 75. num. 67. volum. 2.* ſicut & Mantica *loco citato, n. 17.* at hic vniformis eſt ratio nepotibus, & filijs teſtatoris, vt hæreditas teſtatoris redeat ad Cippum domus, quod ſi Paſſioneus nepos teſtatoris decederet ſine filijs (vt deceſſit) diceretur ei iniunctum fideicommiſſum, ſicut fuit Ioan. Franc. filio teſtatoris, ergo bene filij appellatione nepos contineri debet. videlicet Paſſioneus, nepos teſtatoris.

Secundo reſponderi poteſt alio modo, quem non poſuit, nec animaduertit Mantica loco citato, ſed alibi: nam ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an ſicut ſubſtituit Ioan. Franc. decedenti ſine filijs Dominicum fratrem, & eius filios, ita ſubſtituiſſet, aut ſubſtituere voluiſſet filio Ioan. Franc. decedenti ſine filijs, vt euenit in Paſſioneo, indubitanter reſpondiſſet quod ſic. per rationem expreſſam, circa Ioan. Franciſcum, vt hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cippum domus, & non ad fœminas. igitur hoc pro expreſſo reputari debet, vt per gloſſ. vulgarem & paſſim receptam *in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius.* & ibi Bart. Caſtr. Alex. & Iaſ. *ff. de libe. & poſt.* qui dicit in vltimis voluntatibus nullam eſſe regulam vtiliorem, quam dilatando fimbrias ex infinitis auctoritatibus confirmat Mantica *in d. tract. lib. 5. tit. 19. num. 4.* & hæc regula de plano procedit, vt ille ſubdit *num. 15.* quando ſcilicet aliquid fuit expreſſum ex quo talis coniectura voluntatis poſſit deduci, vt voluit Bald. *in l. vnica. num. 10. C. de his, qui ante aper. tab.* Dec. *conſ. 15. num. 6. conſ. 29. num. 1. & conſil. 176. num. 4.* Ruin. *conſ. 29. num. 11. in fin. conſi. 177. num. 12. volum. 2. & conſi. 79. in fin. volum. 3. cum ſimil.* quos adducit eo loco Mantica, qui hanc opin. communem atteſtatur poſt Pariſ. *conſi. 87. num. 18. volum. 2.* vt ex illa ratione expreſſa circa Ioan. Franciſcum de ſubſtitutione Fratris, & ſuorum filiorum, quod hæreditas ipſius teſtatoris redeat ad Cippum domus, ſatiſque idem colligit circa Paſſioneum, quod teſtator ſi fuiſſet interrogatus, an vellet in defectum filiorum Paſſionei ſubſtituere fratrem, & filios, vt hæreditas rediret ad Cippum domus, & non ad fœminas, vtiq; reſpondiſſet quod ſic, cum id ex illa ratione colligatur, merito debet haberi pro expreſſo ſecundum prædictam regulam. Et ita tandem reſolutis ſingulis contrarijs, & copioſe fundata Concluſione pro dictis filijs Dominici, pro eis, & ad fauorem ſuum concludo, quod bona teſtatoris debeant ad eos pertinere, Camilla excluſa.

Pro Magnifico domino Ioanne Cigala de Placentia.

ARG. Si teſtator digniorem ex deſcendentibus inſtituerit, quis cenſeatur dignior: An comitatus, item militia ſit dignitas. Item de dignitate ætatis, doctrinæ, patriæ. Et an dignitas patris tranſeat in filium. Item de nobilitatis, primogenituræ, ac diuitiarum dignitatibus, quæ nam ſit præferenda.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator poteſt premiare hæredem, non adimplentem voluntatem eius.*
2 *Et odioſi præſumuntur tales.*
3 *Et bonorum ſuorum confiſcationem prohibere.*
4 *Fraus ceſſat in teſtatore, qui libere de ſuo poteſt diſponere.*
5 *Comes eſt nomen dignitatis.*
6 *Militia an ſit dignitas 48.*
7 *Dignior reputatur ex antiquiori ſtirpe natus.*
8 *Et qua quis antiquior eſt, eo quoque maior eſt.*
9 *Et de exemplis vbi ætate maior ſuperior habeat. cum ſeq. & n. 13*
10 *Authoritates ſtudijs approbati, attendendi ſunt.*
11 *Imperator Vlpianum parentem appellat.*
12 *Pater eſt nomen honoris, ac dignitatis.*
13 *Seniores non ſunt appellandi fratres. quia patriciantur.*
14 *Et à iunioribus honorandi ſunt vt parentes. & n. 15.*
16 *Et quo quiſque ſenior eſt, eo præſumitur prudentior, & animi virtutibus ſuperior.*
17 *Dignitas ætatis patris tranſit in filium.*
18 *Idem dicitur de nobilitate.*
19 *Et quod nobilitas à progenitoribus ſeminatur in poſteros.*
20 *Filius primogeniti dicitur primogenitus.*
21 *Agnatio melior conſeruatur per diuitias.*
22 *Diuitiæ an nobilitent.*
23 *Et quod putantur habere non nihil honoris, & dignitatis.*
24 *Quo fit vt ad dignitates, & honores conſequendos, nobiles ignobilibus præferantur.*
25 *Diuites pauperibus præferantur.*
26 *Et quod diuitiæ, & dignitates æquiparentur.*
27 *Dignitas maior ſeu titulus attenditur, quando in vna perſona, & eadem plures conferantur tituli dignitatum.*
28 *Et quod dignitas patris augeat filij dignitatem, ac nobilitatem. Et quod præfertur plures habens dignitates ei, qui vnam ſolam habeat. num. 33.*
29 *Vincula plura magis ſtringunt & num. 32.*
30 *Exemplum de Comite, & Barone ſimul, qui ſimplicem Comitem præcedit.*
31 *Idem de Doctore in vtroq; qui præcedit merum Canoniſtam.*
32 *Funiculus duplex ſimplici potentior eſt 32.*
33 *Non entis, nullæ ſunt qualitates.*
34 *Quod in ſubſtitutione expreſſum non eſt, non attenditur: Et qui dicit teſtatorem tacite aliquid includere voluiſſe, id probare debet. num. 35.*
36 *Verba quando non conueniunt, nec conueniunt diſpoſito.*
37 *Dictio quandocunque reſpicit plura tempora, vt in materia compendioſa. & num. 43.*
38 *Natus ſolus dici poteſt, & primogenitus.*
39 *Dictio, poſt, denotat ordinem ſucceſſiuum.*
40 *Dictio, ipſum, & eius, eſt perſonaliſſima.*
41 *Dictio, donec, denotat conditionem.*
42 *Subſtitutio ceſſat, pendente conditione.*
44 *Tempus vbi eſt indeterminate poſitum, ſufficit quocunque tempore diſpoſitionem verificari.*
45 *Et vno modo determinatum non recipit alterius temporis ſuſtitionem.*
46 *Diuerſitas facti in diuerſum conſtituit & n. 47.*
49 *Subſtitutio fit caduca, quando quis decedit pendente conditione.*
50 *Ætas ex aſpectu corporis. arbitrio iudicis diiudicatur.*
51 *Item diues quis, vel pauper dicatur, arbitrio Iud. relinquitur.*

ARBOR DOMVS CIGALÆ.

Ioannes Felix Senior.

Ioannes — Carolus teſtator ſine filijs.

Aurelius. Hermes, Bartholomæus Ioan. Felix. Et Sempronius fratres.

Carolus Bannitus. — Ioannes. — Horatius.

CONSIL. DCCXL.

OMNES perierunt, exceptis D. Ioanne Iuniore, & Ho-
ratio, qui contendunt inter ſe de ſucceſſione magniſi-
ci do. Caroli Cigallæ, Nobilis Placentini, qui ſuum condidit
teſtamentum, in quo inſtituit quoſcunq; filios ex ſe, & qua-
cunque vxore ſua naſcitoros, & finita eorum linea, voluit,
quod dom. Ioannes frater ſuus, eſſet eius hæres, & poſt eum
quandocunque deceſſerit, D. Aurelius, & Hermes illius filij,
nepotes teſtatoris. Et poſt eos, quandocunque deceſſerint,
eorum primogeniti maſculi, & poſt ipſos, voluit primo bona
omnia integraliter, & ſine aliqua diminutione, & detractio-
ne, peruenire in alios primogenitorum primogenitos, & ſic
ſucceſſiue de primogenitis, in primogenitos deſcenden-
tium maſculorum dictorum Aurelij, & Hermetis, donec ex-
tabit eorum linea maſculina: & ſi contingeret, eorum lineam
extingui, voluit, quod vltimo eorum decedenti, ſuccedat, &
ſuccedere debeat, alius ex filijs dicti fratris ſui, qui erit di-
gnior, & poſt ipſum filiũ digniorem, quandocunq; deceſſe-
rit, eius primogenitum, & ſucceſſiue de primogenito in pri-
mogenitum, donec eius linea maſculina durabit: & ſic ſuc-
ceſſiue de digniore in digniorem, & cuiuslibet dignioris pri-
mogenitos, donec durabit linea maſculina deſcendentium
omnium dicti fratris ſui. Deceſſerunt omnes in arbore, de
quo ſupra, memorati, exceptis dom. Ioanne iuniore, & Ho-
ratio, inter quos orta fuit quæſtio, quis corũ ſit dignior, & ob
id, ad quem ſpectet ſucceſſio bonorum dom. Caroli teſta-
toris, ſtante, quod Carolus Iunior ob delictum bannitus
fuit, & incapax bonorum redditus à teſtatore, qui ea tranſ-
tulit in alios non delinquentes, quod facere potuit, vt in te-
1 ſtamento legitur: poteſt † enim teſtator hæredem priuare,
qui eius voluntatem non adimpleuit. *l. 1. & ibi Doctores. C. de
his, qua pœna nom. §. fin. Inſt. de lega.* cum ſimil. per Pariſ. *conſ. 19.
2 num. 134. volum. 2.* Odioſi † namque præſumuntur, qui te-
ſtatoris voluntatem non obſeruant, vtpote eius contempto-
res. Bald. *in auct. hoc amplius, not. 1. C. de fideicom.* Alexan. *conſ. 38.
ſub num. 3. verſ. ſed ita eſt. volum. 1.* Ruin. *conſil. 122. num. 7. volu. 2.*
3 & alij, quos citat Cæphal. *conſ. 356. num. 11.* ſicut † etiam potuit
idem teſtator confiſcationem bonorum ſuorum prohibere,
prout in d. teſtamento legitur, vt tradit Ruin. *in l. filiusfam. §.
4 diui. not. 4. ff. de leg. 1.* quia † ceſſat fraus in teſtatore, qui libere
poteſt de ſuis bonis diſponere, & quem vult præferre, & quia
fiſcus excluditur iſto caſu à lucro, non autem à iure quæſi-
to; idemque plenius confirmat ipſe Ruin. *conſi. 129. n. 4. vol. 2.*
quem ſequitur Roland. à Valle *conſ. 56. num. 12. volum. 1.* & illis
accedit Soc. iun. *conſ. 77. num. 15. volum. 2.* Marſ. *Singul. 314.* &
Alcia. *reſp. 133. num. 2.* vnde ſublato fiſco, Aurelio, & Carolo il-
lius filio, ſicut & Hermete, & Bartholomæo, qui deceſſerunt
ſine filijs, purificata videtur conditio ad fauorem dignioris
ex filijs dicti fratris teſtatoris, eiuſq; primogeniti, qualem ſe
prætendit D. Ioannes iunior, & D. Horatius ſe digniorem
contendit, non autem D. Ioannem eſſe digniorem. Fundari
videtur in primis intentio D. Horatij, quia factus eſt Co-
mes, velut comprehenſus in inueſtitura conceſſa dicto do.
5 Carolo Iuniori, qui † comes eſt nomen dignitatis, vt not.
omnes *in cap. 1. qui dicatur comes. & in ca. grandi. de ſupplen. negli.
prælat. in c. conſtitutus ſecundo. de teſti.* & Decia. *reſpon. 21. num. 10.
volum. 1.* & hac dignitate nititur D. Horatius, quia teſtator
conſiderauit dignioritatem (vt in comparatiuo locutus eſt)
tempore purificatæ conditionis ipſius ſubſtitutionis, dicen-
do, ſuccedat, qui erit dignior, & ibi, & ſic ſucceſſiue de di-
gniore in digniorem, & cuiuslibet dignioris primogenitos:
ita quod teſtator non tantum conſiderauit dignitatẽ in fi-
lijs primi gradus dicti fratris teſtatoris, ſed & deſcenden-
tium: at dom. Ioannes iunior non habuit dignitatem, ergo
non eſt dignior do. Horatio, merito præferendus eſt illi D.
Horatius.

Secundo fundat hanc dignitatem do. Horatius ex Sem-
pronio patre ſuo, qui fuit miles grauis armaturæ, qualis di-
gnitas non fuit in dom. Ioanne, nec in Ioanne Felici patre
ſuo. & † militiam dignitatem eſſe probat text. *in l. inter alias.* 6
*ibi, militari dignitate. C. de pal. ſacr. largi. lib. 12. & in Rub. qui mil.
poſſ* ibi, *ad militia dignitatem aſpiras. eod. lib. cum ſimil.* per Tira-
quell. *in tractat. de nobilit. c. 8. n. 2. & 3.* vt ibi latius per eum.

Tertio quia D. Ioan. Felix pater huius dom. Ioannis nun-
quam fuit dignior ex filijs dicti fratris teſtatoris, quia in gra-
du dignioritatis præceſſit eum D. Bartholomæus maior æta-
te, & Iureconſ. & qui ſuperuixit dicto Ioanni Felici. vnde
per eius ſuperexiſtentiam penitus extincta fuit, & quaſi ſe-
pulta remanſit dignioritas, ſi quæ fuit dicti domin. Ioannis
Felicis, & ex his fundata ſatis videtur intentio D. Horatij,
quod dignior dici debeat dom. Ioanne Iuniore, & in hac hæ-
reditate præferẽndus ſit: Illis tamen minime refragantibus
in contrariam ſententiam pro dom. Ioanne deſcendo, con-
ſiderando perſonam patris ſui, videlicet dom. Ioannis Feli-
cis, qui fuit maior ætate dom. Sempronio fratre ſuo, patreq;
D. Horatij. dignior † enim reputatur natus ex antiquiori 7
ſtirpe, nato ex iuniore, vt ex multis probat Tiraquell. *in tra-
ctat. de nobilitate. cap. 19.* vbi loquens de nobilitate dicit, quod
quo † antiquior eſt, eo quoque maior eſt, vt probatur *in l. 2.* 8
*§. quæ omnia. verſ. ſed & Anatolium. in illis verbis, vir ab antiqua
ſtirpe. C. de vete. iure enuclean.* quem tex. ponderat ad hoc Al-
beric. *ibi*, & is certe in id eſt optimus, vt inquit Tiraquell.
Igitur & digniorem reputari debet fuiſſe dom. Ioan. Felicem
dom. Sempronio, cum eſſet maior ætate, quod & † exem- 9
plis pulcherrime confirmari poteſt, nam Tullius in libro de
amicitia refert, Scipionem, Q. Maximum fratrem nequa-
quam ſibi parem, quod is anteibat ætate, tanquam ſuperio-
rem coluiſſe. Sed & apud Homerum *lib. 13. Iliados*, Neptu-
nus, Iouis ex vtroq; parente frater ipſum Iouem reuere-
tur, neq; audet illi palam obſiſtere, quoniam eſſet maior na-
tu, pluraq; eiuſdem generis exempla deducit Tiraq. *in tract.
de iure primogenitorum, in præfatione, num. 79.* tum ex Homero,
tum ex diuo Ioanne, & diuo Hieronymo, quos allegat, qui-
bus † auctoribus, & alijs, in ſtudijs approbatis, eſt ſtandum 10
ad deciſionem cauſarum, vt tradunt Bart. & alij communi-
ter. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* & ego dixi *Inſt. de dona. in prin. Num. 122.*
& quod quoque firmius eſt, Imperator † Vlpianum paren- 11
tem appellat *in l. ex diui. C. loca.* quoniam erat ille Senior, vt
ibi dicit gloſ. & Cæpol. *in tract. de Imper. mili. deligendo. in priui-
legijs ſenectutis. verſic. 46.* Eſt † enim pater nomen honoris, 12
ac dignitatis, vt dicit Arch. *in cap. præſens. 20. q. 3.* & Purpur.
in l. vltim. in princip. C. de eden. Quinimmo † non licet fra- 13
tres eos appellare, qui Seniores ſint, quia punitur, qui id
facere præſumit. *l. ſinguli. C. de offi. diuerſ. iud.* quam ad hoc
nuncupatim not. Roman. *in repe. l. ſi vero. §. de viro. fall. 53.
verſ. 8. defertur. ff. ſol. mat.* & Ferdi. Loaz. *in rep. rubr. ff. de iuſt. &
iur. colum. 9. num. 92.* Nam & Diuus Paulus *1. ad Timotheum 5.*
præcipit, Iuuenes † honorare ſeniores, vt parentes noſtros, 14
cum ſcribit, Seniorem ne increpaueris, ſed obſerua, vt patrẽ,
auum, & matrem. Et Plato *lib. 9. de legibus*, inquit, non † par- 15
uo interuallo, Seniorem Iunioribus eſſe præponendum,
idque longe fuſius proſequitur, & confirmat ex alijs Tiraq.

in dicta

in dict. a præfatione num. 81. qui licet ſubiungat, hoc intelligen-
dum eſſe, modo ſeniores non ætate tantum, ſed & pruden-
tia, & moribus ſint ſuperiores, ex ſententia Salomonis ta-
men, vt ſubdit *num. 85.* in dubio præſumendum eſt, pruden-
16 tiam, atque ſapientiam, & in vniuerſum animi virtutes, vi-
reſque cum ætate creſcere. vt quo † quiſque ſenior eſt, ita
præſumatur prudentior, & animi virtutibus ſuperior, vt di-
cebat Iob *ca. 12.* In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore
prudentia. quem citant Imol. & Alexan. *in l. Gallus in prin. ff.*
de lib. & poſt. & his addi poteſt *lex ſemper. ff. de mun. & hono.*
quam citat Clar. dom. Petrus coaduocatus. Quæ cum ita
ſint, ne ſim in hac re prolixior, cum dom. Ioan. Felix fuerit
dignior dom. Sempronio ratione ætatis, & illi præferendus,
17 ſequitur, vt † talis dignitas in dom. Ioannem illius filium
18 deſcenderit, & translata fuerit, ſicut dicitur, quod † nobilitas,
per aliquem acquiſita, deſcendit, velut ex traduce in poſte-
ros, vt qui maiorum ſuorum conditionem ſequuntur, vt o-
ptime probatur *in l. 1.* vbi Bart. & Io. Platea. *C. de digni. lib. 12.*
& in l. Senator. & in l. Senatoris filium. ff. de Senat. & voluit An-
dre. Iſern. *in conſt. Sicilia incip. proſequentes.* & ibidem Afflict.
colum. 6. verſi. 7. quæro. & Bald. *in l. cum antiquioribus. 84. C. de*
19 *iure delib.* vbi dicit, quod † nobilitas à progenitoribus ſemi-
natur in poſteros, vt inquit idem Tiraquell, *in eodem tractat.*
de nobil. cap. 15. in princip. & vt ille ſcribit *in tractat. primogen.*
quæſt. 4. num. 34. quem refert & ſequitur Decian. *reſpon. 20.*
20 *num. 231. volum. 3.* filius † primogeniti, dicitur primogenitus,
& tenet eius dignitatem. igitur & do. Ioannes filius domin.
Ioan. Felicis tenere debet dignitatem ſui patris, ex ætate ma-
iore quæſitam: Sed & alia dom. Ioan. Felici dignitas accede-
bat, quam non habuit dom. Sempronius pater dom. Hora-
tij: fuit enim dom. Ioan. Felix longe ditior dom. Sempro-
nio, vt in facto mihi ſupponitur. ergo dignior, vt idem dom.
Petra dicit, conſiderando, quod teſtator habuit rationem
conſeruandæ agnationis in teſtamento ſuo, quia per diui-
21 tias † agnatio melius conſeruatur. *l. ſi quis à liberis. in fin. prin.*
ff. de lib. agnoſ. nam præter cum dignitas familiarum ſine bo-
nis, & diuitijs ſordeſcit. *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* Bart. *in*
l. 1. C. de digni. lib. 12. cum ſimil. per Dec. *conſ. 15. colum. 3.* & Decia.
22 *reſpon. 3. num. 66. volum. 1.* & † licet nonnulli dixerint, diuitias
non nobilitare: tamen vt inquit Tiraquel. *de nobilitate. c. 9.*
num. 17. & 18. negari non poteſt, eas nonnunquam dare cau-
ſam nobilitati, vt tradit Bartol. *in d. l. 1.* Bald. *in c. ſedes. colum.*
fin. de reſcript. Rayn. *in tract. nobilit. colum. 2. q. 1.* & plerique
omnes, qui de nobilitate ſcripſerunt. Quod & intellexiſſe
ſatis videtur illud Horatianum *li. 1. Epiſtolarũ* dicens: *& genus,*
23 *formam Regina pecunia donat*: Nam & † diuitiæ nonnihil ho-
24 noris, & dignitatis habere putantur. Ideoque † ſicut ad ho-
nores, & magiſtratus conſequendos nobiles ignobilibus
præferuntur, vt aperte probat text. *in §. 1. in princ. & verſ. inte-*
25 *rim. & §. vlt. in auth. de defenſ. ciui.* Ita quoque † diuites pau-
peribus. *l. reſcripto. in prin. ff. de mun. & hon. & l. ad ſubeunda.* &
ibi Luc. de Penna. *C. de decur. lib. 10.* Andr. de Iſer. *in c. 1. in verbo*
primatibus. de pac. iur. fir. Ioan. Plat. *in l. nequis. C. de digni. lib. 12.*
Afflict. *in conſti. Siciliæ. iuuis Iuſtitia. colum. 2. not. 2.* Immo ve-
26 ro † alicubi diuitiæ, & dignitates æquiparantur, vt proba-
tur *in l. 1. ff. de cuſto. reo.* vbi etiam diuitiæ ipſæ, & nobilitas, vt
quæ ſecum inuicem compenſantur, ſcribit Bald. *in c. ſuper eo.*
ſecundo. de teſt. & Alexan. *conſ. 209. lib. 6.* vnde dicit Tiraq. *in d.*
c. 9. num. 21. ſatis eum eſſe nobilem, qui ſatis diues eſt. Immo
ex Plauti ſententia, præſtat diuitem eſſe, & popularem, quam
nobilem, & medicum. Sed & ante eum Euripides ſcripſe-
rat, nihil eſſe nobilitatem ſine diuitijs, eas enim peſſimum
quemque primum facere. Et cum duæ qualitates dignita-
tum concurrerent in dom. Ioanne Felice, ætatis ſcilicet, &
diuitiarum, præualere debent vni ſoli Comitatus, dom. Ho-
ratij miſſa altera militiæ, quæ non eſt dignitas, vt infra di-
27 cam, quia † quando in vna, & eadem perſona plures conſe-
runtur tituli dignitatum, maior attenditur, vt tradit Innoc.
in c. ſolitæ. de maior. & obedi. & per Bart. *in l. 1. §. ſi quis. ff. de app.*
quos refert, & ſequitur Decia. *reſpon. 20. num. 226. volum. 3.*
Quibus accedit pulchre Cæphal. *conſ. 566. colum. fina.* dicens,
28 quod cum † patris dignitates accedant, & augeant filij di-
gnitatem, ac nobilitatem. nam patris nobilitas deſcenden-
tibus communicatur. *l. filiam. l. liberos. ff. de ſenato.* Bal. & Ang.
in l. cum legitima. ff. de ſtat. hom. cum ſimil. per Boeri. *in tract. de*
aucto. mag. conſ. num. 5. ſequitur, vt eis ſimul iunctis filius, de
quo loquitur Cæphal. digniſſimus ac nobiliſſimus cenſeri
debeat: plura † namque vincula magis ſtringunt, vt dicitur 29
de † Comite, & Barone ſimul, qui præcedit ſimplicem Co- 30
mitem. Bald. *in l. ſed & milites. in prin. ff. de excuſ. tut.* & Do-
ctor † in vtroque præcedit merum Canoniſtam. Boer. *loco* 31
prædicto, num. 69. Dec. *in l. 1. num. 17. ff. de offi. eius.* Doctores *in l.*
cum quid. ff. ſi cer. pet. & in vniuerſum, comprobatur hæc regu-
la. nam † funiculus duplex ſimplici potentior eſt, & illi præ- 32
ualere debet. *c. 1.* & ibi Doctores *de treu. & pace.* Dec. *conſi. 373.*
num. 8. Pariſ. *conſ. 3. num. 91. vol. 1.* Rol. à Valle *conſi. 1. & conſi. 69.*
& 70. num. 71. volum. 3. & ego *conſi. 399. num. 62.* & ex his opti-
me iuſtificabitur intentio dom. Ioannis in hac hæreditate
præferendi per dignitates prædictas, quæ clarior reddetur,
reſpondendo contrarijs. Igitur ad [illegible]m veniendo, in quo
dicitur tempore purificatæ condi[illegible] ipſius ſubſtitutio-
nis, teſtatorem conſideraſſe dignioritatem, quæ non fuit in
hoc domin. Ioanne; dico, quod ſuper hoc tot, & [illegible]ta ſcri-
pta fuerunt ad eius fauorem, per Excellentiſſimos dom. Pe-
trum & Amizonum, veluti mihi fratres maiores ho[illegible]n-
dos, qui diligentiſſime, luculenter, & erudite locuti [illegible], vt
opera mea non eſſet opus, ſed ne huic nobili, & digniori
dom. Ioanni deeſſe videar. dico, verbis teſtatoris inhæren-
do, quod cum poſt filios ſuos (quos non habuit) voluerit,
quod frater ſuus eſſet eius hæres, & poſt eum quandocunq;
deceſſerit, dom. Aurelius, & Hermes illius filij; & poſt eos
quandocunque deceſſerint eorum primogeniti maſculi. vi-
dendum eſt, an dicta verba eorum, ſcilicet, Aurelij, & Her-
metis primogenito maſculi verificentur. Et quod attinet
ad Hermetem non eſt laborandum, quia nullos habuit filios.
Et † non entis nullæ ſunt qualitates. *l. eum, qui in prouincia. ff. ſi* 33
cert. pet. quo vero ad dom. Aurelium licet habuerit dom. Ca-
rolum eius filium primogenitum, tamen de tali teſtator ve-
riſimiliter voluit intelligere vt inhabili, & incapace ab ipſo-
met teſtatore reddito, qui prohibuit confiſcationem bono-
rum, ſi contingeret, aliquem filiorum fratris ſui delinquere
à die cogitationis delinquendi, bonaque deuenirent, & in
alios nõ delinquentes transferrentur, vt in ſimili caſu tradit
dom. meus Riminaldus. *in conſ. 268. colum. fin.* vbi teſtator
Aloyſio ſine filijs morienti, ſubſtituit Franciſcum, & ſorores
ſuas, qui Franciſcus volebat præferri ſororibus, quaſi quod
voluiſſet teſtator ſe conformare cum ſtatuto, fœminas ex-
cludente ab inteſtato. & ideo non ſimul eas cum illo teſtator
voluerit vocare, ſed ordine ſucceſſiuo poſt eum: at contra-
rium decidit dom. meus, quia cum dictus Franciſcus eſſet
Clericus, qui ex forma ſtatutorum Ciuitatis gaudere non
poterat beneficijs ſtatutorum, cum dictis ſororibus non
præferri. ſicut ergo de illo vocando teſtator non intellexit,
caſu quo eſſet incapax: pari modo dici debet in caſu noſtro,
& multo magis, quod ab ipſomet teſtatore redditus fuit in-
capax dom. Carolus in caſum delicti ſui. & illam deciſionem
ego ſecutus ſui in alio ſimili caſu *conſ. 363. colum. fina.* ſuperius
eam confirmans, vt videri poteſt, ne ſingula tranſcribam.
Pari quoque modo verba, quæ ſequuntur, & poſt ipſos (ſci-
licet Aurelium, & Hermetem) voluit ſua bona peruenire in
alios primogenitorum primogenitos, accommodari non
poſſunt dom. Bartholomæo, qui fuit alius filius fratris te-
ſtatoris, ex quo eum non vocauit teſtator, ſed eius primoge-
nitum, quem non habuit, cum ſine filijs deceſſerit. † regula 34
namque generalis eſt, & theorica ſatis nota, quod ſemper
dici poteſt, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, & qui vult di-
cere ſubſtitutionem includere aliquem caſum, vel perſo-
nam, hoc oſtendere debet. Ita Ioan. Andreæ *in addi. Specula-*
toris in tit. de teſtam. §. 1. verſ. occurrit in fin. cum alijs per Soc.
conſ. 62. num. 6. volum. 3. quem ſequitur Soc. iun. *conſ. 102. nu. 23.*
volum. 1. Crau. *conſ. 161. num. 16.* pulchre, lateque Rolan. à Valle
conſ. 56. colum. 2. volum. 3. proceditque † dicta regula tametſi 35
diceretur, quod teſtator tacite voluerit illũ caſum, vel perſo-
nam includere, vel mente hoc cogitauerit; quoniam non
ſufficit, teſtatorem aliquid velle, aut in mente cogitare, niſi
id aliquo modo diſponat. *l. quidam cum filium.* vbi Bald. &

Imola *ff. de hered. inſtit. cum ſimil.* per Soc. iun. *conſ. 111. num. 28.*
volum. 1. pleneque Rol. *in d. conſ. 56. num. 8.* & ego *conſ. 171. nu-*
mero 89. vnde cum dom. Bartholomæus non fuerit vocatus,
nec aliquis filius primogenitus extiterit ex eo, poſtquam
nullos filios procreauit, non eſt habendus in conſideratio-
36 ne in dicta ſubſtitutione, quia † quando verba non con-
ueniunt, nec conuenit diſpoſitio vulgata. *l. 4. §. totiens. ff. de*
dam. infecto. Remanſerunt ergo de alijs filijs fratris teſtato-
ris Ioan. Felix, & Sempronius, de quibus intelligi debet te-
ſtator, quando ſubiunxit, & ſi contingeret, eorum lineam
extingui (ſcilicet Aurelij, & Hermetis) voluit, quod vltimo
eorum decedenti, ſuccedat, & ſuccedere debeat alius ex fi-
lijs dicti fratris ſui, qui erit dignior, & poſt ipſum filium di-
gniorem quandocunque deceſſerit eius primogenitum.
quamprimum igitur vel Aurelius, vel Hermes vltimo de-
ceſſit, locus fuit ſucceſſioni dom. Ioannis filij, dom. Ioannis
Felicis, velut dign[illegible] ob dignitates paternas ætatis, & di-
uitiarum in eum t[illegible]ſſas, & ei communicatas, vt ſupra
dixi, idque potiſſime cum ſubiunxerit teſtator, & poſt ipſum
filium d[illegible]iorem quandocunque deceſſerit, eius primo-
37 genitum, [illegible]am illa † dictio quandocunque, reſpicit plura
te[illegible]ra, vt in materia compendioſæ dicit Bart. *in l. centu-*
rio[illegible].10. verſ. 2. oppono ad prædicta. & poſt eum cæteri. *ff. de*
vulg. & pup. & in l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſtitut. &
ſic quandocunque filius dignior deceſſerit ante, vel poſt
Aurelium, vel Hermetem vlt. decedentem vocauit eius
filij dignioris primogenitum, qualis eſt hic dom. Ioannes,
filius dom. Ioan. Felicis; veluti filius primogenitus domin.
Ioannis Felicis dignioris, qui dom. Ioannes ſine dubio di-
citur fuiſſe primogenitus ſui patris, cum nedum primus
omnium filiorum dicti Ioannis Felicis natus eſt, primuſque
vuluam aperuit, vt ſcribitur *Exodi cap. 34. & Numer. cap. 13.*
38 & Menoch. refert *conſ. 97. in prin.* † ſed etiam ſolus natus eſt
ex dicto Ioan. Felice. ſicut & in Euangelio dicitur, quod
Maria peperit filium eius primogenitum, cum ex ea ſolus
natus fuerit Ieſus Saluator noſter. Quinimmo, vt inquit
eleganter, & docte Clariſſ. dom. Petra, non poteſt dom. Ho-
ratius nunc admitti ad hanc ſucceſſionem, niſi prius eua-
cuata linea do. Ioannis Felicis dignioris, cum gradatim ſuc-
cedatur ex voluntate teſtatoris *per cap. primum. de natu. ſucceſ.*
feu & Caſtren. *conſ. 164. colu. 5. verſ. applicando, & verſ. & quonſ-*
que. volum 2. cum alijs per ipſum dom. Petram. Quod etiam
præter cum comprobatur inhærendo verbis teſtatoris, qui
primo voluit, quod frater ſuus ſit eius hæres, & poſt eum
quandocunque deceſſerit dom. Aurelius, & Hermes illius
filij. Et poſt eos quandocunque deceſſerint eorum primo-
geniti maſculi, & poſt ipſos voluit, bona peruenire in alios
39 primogenitorum primogenitos. Illa enim dictio † poſt, ſin-
gulis prædictorum præpoſita, denotat ordinẽ ſucceſſiuum,
vt per Bart. & alios *in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet.* & per Dec.
in materia ſubſtitutionis *conſ. 431. nu. 9.* quos ſequitur Decia.
reſpon. 1. num. 226. volum. 1. inferens ex illis verbis in caſu ſuo,
teſtatorem voluiſſe primo admitti fratres, poſtea eorum
deſcendentes, & poſtea dom. Nicolaum, & deſcendentes, ſi
enim dici debet in caſu noſtro, quod teſtator voluerit ordi-
nem ſucceſſiuum inter prædictos ſeruari, propterea quando
ſubiunxit teſtator, & ſi contingeret eorum lineam extingui,
voluit, quod vltimo eorum decedenti, ſuccedat, & ſuccede-
re debeat alius ex filijs dicti fratris ſui, qui erit dignior, & poſt
ipſum filium digniorem quandocunque deceſſerit eius pri-
mogenitum, debet intelligi teſtator, quod alius ex filijs dicti
fratris, & poſt ipſum eius primogenitus ſuccedant ordine
ſucceſſiuo, cum præcedentia declarent ſequentia. *l. ſi ſeruum*
plurium. in fi. ff. de leg. primo, cum vulgaribus, & dictio, poſt
ipſum filium, idem demonſtrat videlicet ordinem ſucceſſi-
uum. ſecundum quem deberet ſuccedere do. Ioannes filius
do. Ioan. Felicis dignioris. Idque clare demonſtratur dicen-
do, & poſt ipſum filium digniorem eius primogenitum, nam
40 dictio, † ipſum, & eius, eſt perſonaliſſima. Bald. quem refert
Iaſon *in l. filium ſamil. §. diui. num. 151. ff. de lega. 1.* Soc. iun. in termi-
nis ſubſtitutionis *conſ. 121. num. 28. volum. 1.* Hieron. Albanus
Card. ampliſſimus *conſil. 4. num. 13.* & ego *conſil. 181. num. 15.*
ergo verificari non poteſt in D. Horatio, qui non fuit filius,
neque primogenitus dom. Ioan. Felicis, ſed D. Sempronij.
Idemque comprobatur ſubijciendo, & ſucceſſiue de pri-
mogenito, in primogenitum, donec eius linea maſculina
durabit, hinc enim patet, quod ea durante, & quandiu dura-
re poterit, non poteſt dom. Horatius ſuccedere, quia illa
dictio, † donec, denotat conditionem, præſertim quando 41
denotat principium, & finem alicuius beneficij, vt proba-
tur *in l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de cond. & demon. in l. legatum.*
ff. de annu. leg. in l. Caio. §. Imperator. ff. de adi. leg. Cy. *in l. 1.*
C. de indi. vid. tollen. quem ſequitur Bartol. *in l. 1. ff. de cond. &*
demonſt. num. 5. Soc. *conſ. 68. num. 3.* & Decia. *reſpon. 129. num.*
21. volum. 3. & † clarum eſt, pendente conditione, ſub qua 42
vocatus eſt Horatius, ceſſare ſubſtitutionem ſuam. *l. cedere*
diem. ff. de verbor. ſign. l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de
caduc. toll. Hæc illa verba, quæ ſequuntur, & ſic ſucceſſiue de
digniore in digniorem, & cuiuslibet dignioris primogeni-
tos impediunt, quo minus dom. Ioannes dici poſſit primo-
genitus dom. Ioannis Felicis, ex eo quod do. Ioan. Felix non
extabat tempore conditionis euenientis, ſed prius ea pen-
dente deceſſerat, quia præter interpretationem, quam pul-
cherrime dat illis verbis, & cuiuslibet dignioris primoge-
nitos, Excellentiſſimus dom. Preda poſt Alciatum *reſpon.*
484. num. 12. quod ſtent demonſtratiue, non autem condi-
tionaliter, diligenter aduerti debet, quod dicta verba re-
guntur ab illis ſuperioribus, & poſt ipſum filium dignio-
rem quandocunque deceſſerit eius primogenitum, & cuius-
libet dignioris (ſcilicet quandocunque deceſſerit) primoge-
nitos: merito cum dicta dictio, Quandocunque, † denotet 43
plura tempora, nec vnum magis, quam aliud determinat,
ſufficit, quandocunq; deceſſerit do. Ioan. Felix vel pendente
conditione, vel poſt, quod do. Ioannes dicatur fuiſſe primo-
genitus dom. Ioan. Felicis dignioris, cum ſatis fuerit, di-
gnioritatem in eo quocunque tempore fuiſſe, dum vixit,
quia † vbi tempus eſt indeterminate poſitum, ſufficit quo- 44
cunque tempore diſpoſitionem verificari. *l. in venditione. §.*
de tempore. ff. de bon. auct. iud. poſſ. Bald. *conſ. 256. volum. 4. cum*
ſimil. per Crau. *conſ. 84. num. 13.* & ego dixi *conſi. 109. num. 6.*
& conſ. 277. num. 24. & hinc quoque tollitur conſilium So-
cin. iun. *conſ. 112. in prin. volum. 3.* de filijs ſuperſtitis, qui dici
non poſſunt, ſi pater defunctus erat tempore conditionis
fideicommiſſi; quia verba referebantur ad illud tempus
determinatum: nam teſtator ſubſtituit alios filios ſuperſti-
tes, & eorum filios, & nepotes. Vnde oportebat exponere
eorum ſcilicet filiorum ſuperſtitum, & ſic in talibus verbis
non poterant comprehendi filij prędefunctorum, cum eſſe
defunctum, & eſſe ſuperſtitem, eodem tempore ſint contra-
ria. ita Soc. iun. ibi, & bene propter tempus determinatum,
ad quod illa verba filios ſuperſtitis relata, quando grana-
tus moreretur, non poterant continere filios aliorum prius
defunctorum, quia † tempus vno modo determinatum 45
non recipit alterius temporis functionem. *l. vxori vſumfru-*
ctum. ff. de vſufruct. leg. Bald. *in c. licet. colum. 1. de ſupplen. negli.*
præla. Iaſ. *in auct. quæ ſupplic. colum. 2. C. de preci. imper. offer.*
Natta *conſi. 485. num. 6.* & ego *conſ. 33. num. 30.* Vnde longe
diuerſus eſt caſus noſter ab illo Socin. iun. Ideoque † diuer- 46
ſitas facti, ius diuerſum conſtituit. *l. interpoſitas. C. de tranſ-*
act. Alber. *in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aqui.* Senat. Pede-
mon. *deciſ. 99. num. 34.* & ego *conſ. 540. num. 65.* vbi plus dico,
quod ſecundum † diuerſitatem punctorum diuerſum reddi- 47
tur conſilium. Bal. *conſ. 12. quidam nomine Angelutius. volum. 2.*
alias 178. in antiq. ſequitur Dec. *in l. precibus. not. 2. C. de im-*
pub. & al. ſub. & ego dixi *conſil. 246. num. 113.* Explicito pri-
mo contrario, venio ad ſecundum, quo nititur dom. Hora-
tius dignitatem D. Sempronij ſui patris probare, quia fue-
rit miles grauis armaturæ, quod (vt audio) non probauit,
nec ad militiam requiſita: ſed vlterius dicitur ex abundanti,
quod † militia non eſt dignitas, vt inquit do. Petra per do- 48
ctrinam Bart. *in l. ex eo tempore. ff. de teſt. mil. gloſſ. in l. vnica.*
in ver. prohibemus. C. nego. ne mil. lib. 12. & l. 1. & ibi Ioan. Plat.
C. de digni. lib. 12. cum pluribus numeroſe tumulatis per
Tiraquell. *de nobilitate cap. 8. num. 5.* late hoc tenentem: pro-
pterea non poteſt dom. Horatius dignitatem prætendere,
quam pater non habuit. Supereſt vt tertium reſoluatur quo
dicebatur,

Digitized by Google

ſucebatur, dom. Ioan. Felicem patrem huius dom. Ioannis nunquam fuiſſe digniorem ex alijs filijs fratris teſtatoris, quia præceſſit eum dom. Bartholomæus ætate maior, & Iureconſultus, & qui pariter ſuperuixit dicto dom. Ioanni Fe-
49 lici, cui motiuo reſpondetur, quod cum † dom. Bartholomæus deceſſerit pendente conditione ſubſtitutionis factæ domin. Aurelio, & Hermeti quandocunque deceſſerint de dicto Bart. ſequitur, quod quo ad eum, ſubſtitutio facta fuit caduca. *l. vnica. §. in primo. C. de caduc. tollen.* & onus reſtituendi bona remanſit prædictis Aurelio, & Hermeti, alijs filijs ſuis fratribus vel eorum filijs primogenitis ordine ſucceſſiuo vocatis, vt ſupra dixi iuxta doctrinam Bartol. *in l. quandiu vit. in fin. ff. de acquir. hered.* per *d. l. 1. §. pro ſecundo. C. de cad. tollen.* quem ſequitur Dec. & dicit eſſe communem *conſ. 427. colum. 2.* Idemque late tenet Soc. iun. *conſ. 94. num. 50. volum. 1. & conſ. 181. num. 47. volum. 2.* Propterea perſona dom. Bartholomæi non eſt conſideranda, quo ad effectum, de quo agitur, qui verſatur inter dom. Ioannem Iun. & domin. Horatium, quorum reſpectu bene dici debet, do. Ioannem eſſe digniorem do. Horatio propter dignitates paternas ætatis, & diuitiarum, & etiam proprias pariter ætatis, & diuitiarum, quia maior eſt ætate dom. Horatio, & etiam ditior,
50 quæ per ſe patent, vt † prior ex aſpectu corporis vtriuſque, quæ iudicis arbitrio relinquitur. *l. minor 25. annu adito præſide*, & ibi clare Alberic. Bart. & cæteri. *ff. de minor. & in l. de ætate. ff. eod.* Bald. *in Rub. C. de prob. & conſi. 19. volum. 5.* Gram. *deciſ. 48.* & Menoch. *de arbitra. iudi. caſu 117.* qui dicit, quod iudex hominis facie diligenter inſpecta, conſiderata membrorum qualitate, parentum conditione, loco vnde natus eſt, iudicabit cuius ætatis is eſt, quod non modo locum habet in ætate Iuuenili, ſed etiam Senili. vt not. Bald. *in l. 2. C. de mendi. val. lib. 12.* & Gramma. *in d. deciſ. 48. num. 19.* & latius de hac probatione ætatis per aſpectum Corporis à Iudice faciendam ponit Maſcardus *de proba. volum. 2. concl. 667.*
51 vt apud eum videri poteſt. & idem reſpectu † diuitiarum dici poteſt; nam quis diues, aut pauper dicatur, arbitrio Iudicis relinquitur, vt per Bart. Bald. Angel. & Saly. & alios communiter *in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* & ibi Dec. *num. 15.* D. meus Riminald. Iaſ. & alij Moder. ſicut etiam *in l. ſi obſtante. ff. ſolut. matrim.* inſpectis ergo facultatibus, & fortunæ bonis, quas & quæ poſſident ambo iſti duo fratres patrueles, facile iudicabit, & cognoſcet Iudex dom. Ioannem eſſe ditiorem dom. Horatio, vnde cum dom. Ioannes dignitates paternas habeat proprias, quæ ſimul vnitas ætatis, & diuitiarum, præferendus eſt vt dignior dom. Horatio ſolam
52 Comitatus habenti: † duplici namque vinculo colligata potentiora ſunt vno tantum munita. *§. cum autem. Inſt. de adopt. & in auth. de conſang. & vter. fra.* cum alijs ſupra dedu-
53 ctis, & in terminis dignitatis † quod ille præferatur, qui plures habet dignitates, alteri, qui vnam ſolam habet dignitatem. tradit Decia. *reſpon. 19. num. 2. volum. 3.* per doctr. Bald. *in l. ſed & milites. ff. de excuſ. tuto.* & Doctores *in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* cum ſimil. ibi per eum. Et cum diuitiæ ſuper abundent in dom. Ioanne, præferendus venit dom. Horatio ex his, quæ ponit Tiraquell. *in d. tract. de nobil. c. 3. colum. fin.* & Cran. *conſ. 439. colum. 2.* & ita tandem concludo. Hippolyt. Rimin. Ferrariæ.

Pro eodem magnifico domino Ioanne Cigala.

ARG. De equeſtri dignitate: An Nobilitas recte dignitas appelletur: Et an nobilitas patris deſcẽdat in filium. Item an, & quando ſecundo genitus primogenitus dicatur. Et quando nepos ex primogenito plerunque ſecundo genitum excludat. Et an, & quando appellatio prohibita, reſpectu principalis actus, intelligatur etiam reſpectu connexi, & acceſſorij. Tertius quis dicatur, & an, & quando appellare poſſit. & an, & quando à tribus ſententijs conformibus appelletur. An libellus ſit de ſubſtantia iudicij, & ex quibus ſententia annulletur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas, & nobilitas ſunt idem.*
2 *Gradus dignitatum ſunt ſuperilluſtris ſpectabilis, & clariſſimus.*
3 *Nobilitas ineſt dignitas Et in filium deſcendit. num. 4.*
5 *Nobilitas deſcendit, non aſcendit.*
6 *Et à progenitoribus continuatur in poſteros*
7 *Nobilitas alia eſt incipiens, alia creſcens, & alia perfecta.*
8 *Bannitus capitaliter eſt inhabilis, & incapax ad ſue(?) tuendum.*
9 *Feudum ex conſuetudine ad primogenitum tantum pertinens, an, commiſſo ab eo delicto in detrimento viuo patre, pertineat ad ſecundogenitum.*
10 *Pater repræſentatur per filium*
11 *Nepos poteſt dicere ſe primogenitum, ſicut pater dicere poterat ſi viueret, & quare. Filius eſt portio paterni corporis. num. 12. in cuius creatione pater præbet formam, & mater materiam, ſecundum naturales num. 13.*
Et de exemplo pulchro per Caſtren. num. 15.
14 *Forma dat eſſe rei.*
16 *Primogenitus non dicitur extinctus ſeu non deficit, cum nepos ex eo ſupereſt, in quem tranſfuſa ſunt caro, & ſubſtantia patris.*
17 *Adeo, vt ſi pater erat primogenitus, etiam nepos ex eo natus ſit primogenitus.*
18 *Et filius primogeniti, dicitur primogenitus, & eius dignitatem tenet. & num. 19.*
20 *Verba, de primogenito in primogenitum, ſunt intelligenda de deſcendentium deſcendentem, eſtque com. opinio. num. 21.*
22 *Verba donec eius linea durabit, intelligũtur de recta, & effectiua non de contentiua.*
23 *Dictio eius, eſt perſonaliſſima*
24 *Lex, vel ſtatutum non debet minus poſſe, quam homo.*
25 *Qualitas adiecta verbo, regulatur ſecundum tempus verbi.*
26 *Dignior ex pluribus dignitatibus, præfertur habenti vnicam*
27 *Bona non poſſunt confiſcari ex delicto alicuius, ſtante fideicommiſſo, à teſtatore antiquo ordinato*
28 *Verba edicti ſunt attendenda, & illis eſt inſiſtendum.*
29 *Edictum prohibens appellationem, eſt odioſum, & ſtricte intelligendum*
30 *Et caſus omiſſus in edicto; debet decidi ſecundum iuris communis diſpoſitionem*
31 *Lex ai generaliter, aut indiſtincte loqueretur*
32 *In generali diſpoſitione non cenſetur læſum ius alterius.*
33 *Quando generalitas generaliter non debeat intelligi*
34 *Cauſa dependens ab aliquo actu, quomodo poſſit exemplificari. & nu 35.*
36 *Præparatorium dicitur de dependentibus, & connexis ipſum præparans.*
37 *Statutum, quod in cauſis damnorum datorum ſtetur iuramento damnũ paſſi, locum habet in cauſa emergente, quia cauſa incidens aſſumit naturam cauſæ principalis num. 38.*
39 *Fallit in ſtatuto prohibente appellationem; quia in cauſa principali intelligitur, non in emergentibus.*
40 *Lata diffinitiua ſuper poſſeſſorio, non admittit appellationem, ſicut eſt in interlocutoria.*
41 *Hæretico prohibita appellatione, an intelligatur à diffinitiua, ita vt ſi in proceſſu grauetur, poſſit appellare & num. 42. & 43.*
44 *Reſcriptum ambiguum debet intelligi ſecundum ſupplicationem.*
45 *Tertius ille dicitur, qui pendente cauſa principali, comparet, & aſſiſtit illi litis, vel illam inuat.*
46 *Iure præſumitur quis magis nomine proprio, quam alieno comparere.*
47 *Et quando tertius poſſit appellare, vel non.*
48 *Appellatio regulariter admittenda, & num. 49.*
50 *A tribus conformibus regulariter non appellatur fallit, vt num. 51. 52. & ſeqq*
53 *Sententia nulla eſt, non producto libello.*
54 *Conſuetudo attendenda, eique ſtandum eſt.*

CONSIL. DCCXLI.

DVBITATVR, quod cum teſtator cõſiderauit dignioritatem in filijs primi gradus fratris ſui, non autem in nepotibus, D. Ioãnes iunior qui nititur dignitatibus patris, cedere debeat D. Horatio, qui propriam Comitatus habet, ideo petitur ad hunc punctum, qui verſatur inter eos, conſultationem reduci. Circa quam difficultatẽ præmitto, quod dignitas, † & nobilitas ſunt idem, ſumpta dignitate pro qua- 1
dam qualitate alicui inhærenti, per quam differt à plebeis, & quæ profertur ſub ſpeciali gradu dignitatum, qui † gradus 2
ſunt Superilluſtris, Spectabilis, & Clariſſimus. Ita Ioan. Plateã *in l. 1. num. 3. & 4. C. de dignit. a. lib. 12.* vnde quando viuebat D. Ioan. Felix ætate maior, & ditior D. Sempronio, ſine dubio dicebatur in dignitate ſumpta pro qualitate ætatis, & diuitiarum ſibi inhærenti, & in literis appellatus fuiſſet, vel Illuſtris, vel Spectabilis ad differentiam plebei. hoc ita præmiſſo dico, quod dubium, quod proponitur, preiudi, & tetigi in Conſilio meo, quatenus in eo de nobilitate locutus ſui. quia † nobilitati ineſt dignitas ſecundum Bar. & Plateam 3

in d. l. 1. C. de digni. lib. 12. & tradit Achilles Pedrocca. Moder-
nus Brixienſis nuper Venetijs impreſſus. *conſ. 9. num. 27.* vnde
cum do. Ioanni Felici fuerit nobilitas acquiſita per ætatem,
4 & diuitias, vt dixi, † illa dicitur in D. Ioannem filium ſuum
deſcendiſſe, vt per multos, quos adducit Tiraquel. *in tract. de
nobil. c. 15. in prin.* quibus nunc addo Sebaſtianum Medices *in*
5 *tract. de diffinitionib. par. 2. ca. 42. num. 25.* vbi dicit, † regulam
eſſe communem, nobilitatem deſcendere, non autem aſcen-
dere, vnde filij, & alij deſcendentes nobilitantur à parenti-
bus, quare ſi nobilitas, & dignitas illi cohærens fuit in dom.
Ioan. Felice, dici debet, eandem nobilitatem, & dignitatem
deſcendiſſe in D. Ioannem eius filium, & ſic in eo pariter
extitiſſe, verificatque quod dixit Bal. *in l. cum antiquioribus. in 1.*
6 *q. C. de iure delib.* dicens, quod † nobilitas, (& ſubinde digni-
tas) à progenitoribus ſeminatur in poſteros, vt per eum. Sed
& aliud addo notatu dignum, quod ponit idem Bald. *in l. no-*
7 *biliores. C. de commerc. & mercato. lib. 10.* vbi dicit, quod † alia
eſt nobilitas incipiens, alia creſcens, alia perfecta, & quod
prima poſtponitur ſecundæ, & ſecunda tertiæ, quem ſequi-
tur Alexand. *in prælud. feud. colum. 2. in ſecunda diuiſ.* Dec.
conſ. 53. colum. 2. verſ. 4. facit. & Decia. *reſpon. 20. num. 233. volu. 3.*
hæc enim deciſio deſeruit optime D. Ioanni contra D. Ho-
ratium, nam ſua dignitas eſt incipiens, velut ab eo comitatu
quæſito, & dignitas do. Ioannis eſt creſcens, vel perfecta ve-
lut à patre ſuo incepta, merito dignitas do. Horatij poſtponi
debet dignitati do. Ioannis. Et ſic ille debet reputari dignior
do. Horatio.

Tertio conſidero, quod teſtator ſi contingeret lineam
Aurelij & Hermetis extingui, voluit, quod ſuccedat alius ex
filijs dict. fratris ſui, qui erit dignior, quæ verba verificantur
ad vnguem in perſona do. Ioannis Felicis, & ſubinde dom.
Ioannis eius filij. probatur; nam licet ex Aurelio do. Caro-
8 lus extiterit, tamen cum fuerit, & † ſit capitaliter bannitus,
& ſic inhabilis, & incapax factus, de illo veriſimiliter teſta-
tor non intellexit, vt dixi poſt dom. meum Riminaldum
conſ. 268. colum. fin. & vlterius nunc confirmatur ex eo, quod
ſcribit Andr. Iſer. *in cap. 1. §. denique quæ fuer. prima cauſa beneſi.*
9 *amitt.* dicens, quod † ſi pater habet feudum, in quo ex con-
ſuetudine debet ſuccedere primogenitus tantum, & primo-
genitus eius committit delictum in Dominum viuo patre:
eo mortuo non ſuccedit ille primogenitus, ſed ſecundoge-
nitus, qui remoto illo primo ob patratum delictum, primus
dicitur, ſequitur Tiraq. *in tract. de iure primogeniorum. q. 3. n. 10.*
qui dicit eiuſdem opin. fuiſſe Cardinalem Alexand. ſic enim
in propoſito noſtro, dato, quod Aurelius, & ſubinde Caro-
lus eius filius dici potuiſſet primogenitus fratris teſtatoris
reſpectu D. Ioannis Felicis, & ſubinde do. Ioannis eius filij:
tamen mortuo Aurelio, & ſublato Carolo eius filio propter
delictum dom. Ioan. Felix, & Ioannes filius ſuus dici cœpit
primogenitus: idemque dici debet reſpectu do. Hermetis,
& Bartholomæi, qui deceſſerunt, & nullos filios habuerunt,
vt dixi. ergo verba teſtatoris, quod ſuccedat alius ex filijs fra-
tris ſui, qui erit dignior, bene verificantur in D. Ioan. Felice
digniore propter ætatem, & diuitias, D. Horatio. Nec quic-
quã repugnat dom. Ioanni, quod iſta dignioritas fuerit à te-
ſtatore conſiderata in filijs primi gradus fratris teſtatoris,
non autem in nepotibus, qualis eſt ipſe D. Ioannes, ſicut &
D. Horatius, ad quem punctum debet inter eos primoge-
nitos reduci conſulto, quis eorum ſit dignior: namque di-
co, quod D. Ioannes poteſt dici dignior ex dignitate patris
in eum transfuſa, vt alias ſupra dixi. nuncque comprobatur
ex Abbate *conſ. 85. in præſenti q. colum. 3. volum. 1.* vbi loquens
10 de primogenitura, dicit, quod † perſona patris dicitur per
filium repræſentari. & ibi etiam eſſe, & ſtare dicitur *l. cum an-
tea. C. de agri. & cenſi. lib. 11.* & filij vox dicitur patris, *§. et. qui.
Inſt. de inut. ſtip.* & dicuntur eadem fere perſona. *l. fi. C. de im-
pub.* & vna caro *c. hac auctoritate. 35. q. 5.* Item pars patris re-
manet in filio, vnde filius primogeniti, poteſt dici primoge-
nitus, & non ex toto ficte, ſed in partem vere, cum in eo ſit
ſubſtantia, & caro, & pars ipſius primogeniti videlicet patris
ſui. Ita notabiliter declarat Abbas ibi. Et præter eum non
minus eleganter, & pulchre ponit idem Caſtren. *conſ. 161. in
præſenti cauſa, quæ vocatur. colum. 5. in antiq.* vbi diſputans illam
quæſtionem de primogenito inter nepotem, & patruum,
quis præferatur in Regno, nepos primogeniti, vel patruum,
dicit, ſe facere vnam ſolam rationem, quam etiam ſenſit
Oldr. ſed eam non plene explicat, & ad quam non reperijt
fore reſponſum, nec de præſenti bonam videt reſponſio-
nem, ſci. in fauorem nepotis ex primogenito, vt excludat pa-
truum. Et ratio eſt iſta, quia † nepos poteſt dicere, ſe primo- 11
genitum, ſicut poterat, & poſſet dicere pater eius, ſi viueret,
eo, quia portio paterni corporis transfuſa fuit in procrea-
tionem filij, *l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſ. lib. 11. ante fin.* vbi eſt
text. expreſſus, quod † filius eſt portio paterni corporis, quæ 12
portio licet conuerſa ſit in nouum hominem propter no-
uam, & diuerſam animam, negari tamen non poteſt, quin
remanſerit vera caro, & corpus patris. Qui (vt dicũt natura-
les) † præbet formam in creationem filij, & mater materiam, 13
& † forma eſt, quæ dat eſſe, & ſubſtantiam rei. *l. adeo. §. inſu-* 14
lam. ff. de acquir. rer. do. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhi. Licet
ergo reſiduum corporis, quod apud patrem tanquam radi-
cem remanſerit, extinctum ſit, hæc tamen particula, quæ in
procreatione filij fuit transfuſa, non eſt extincta, ſeu aucta,
& augumentata eſt, & noua anima, & nouo ſpiritu infuſis
adhuc viuit. Et ideo per reſpectum ad ſolum corpus poteſt
dici corpus, & caro filij, vere corpus, & caro patris: licet pro-
pter nouam animam, & nouum ſpiritum dicatur nouus ho-
mo vere, ſed ficte: idem dat † exemplum Caſtrenſ. ſi de radi- 15
ce vitis aliquis ramos propagaret, deinde ſiccaretur vetus
radix, non propterea ſiccaretur ramus propagatus, quia no-
uam emiſit radicem, quæ loco animæ habetur. *l. adeo. §. fin. &
l. qua ratione. in prin. ff. de acquir. rer. dom.* & diceretur eadem
vitis cum illa, vnde proceſſit; licet renouata, & noua radice
alita. Vnde concludit Caſtren. quod nepos iſto reſpectu di-
citur nouus homo, licet non reſpectu ſubſtantiæ corporalis.
& ſequitur quod non dicitur primogenitus mortuus, vel
deſijſſe extare, ex quo ſupereſt nepos ex eo, in quem corpus,
& ſubſtantia patris fuit transfuſa, & viuit. Item ſequitur,
quod nepos prædictus poteſt etiam vere dicere ſe primoge-
nitum, ſicuti poterat pater ſuus, attenta natiuitate patris
ſui, cuius corporis pars vna cum cohærentia qualitatis tem-
poris fuit in ipſum transfuſa, & cum prædictis etiam con-
cordat Tiraquel. *in tractat. de iure primogeniorum. q. 40. vbi
num. 26. citat illud conſ.* Caſtren. *ſub num. 264. volum. 2. in nouiſ.* 16
& confirmat *num. 31.* dicens, quod † primogenitus non dici-
tur extinctus, ſiue non deſijt extare, cum nepos ex eo ſu-
pereſt, in quem transfuſa fuit caro, & ſubſtantia patris.
Quod & aperte ſignificat illud Eccleſiaſtici *cap. 30.* mortuus
eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reli-
quit ſibi poſt ſe, hincque ſubdit Tiraquel. *nu. 34.* quod † ſi 17
pater erat primogenitus, ita & nepos ex eo natus eſt, etiam
primogenitus, quia generatio ſecum habet concomitan-
tiam temporis neceſſariam. *c. abbate ſane. de re iud. lib. 6.* nam
ex eo debet exiſtimari fuiſſe natus, tempore quo & pater na-
tus eſt; licet etiam poſtea, iterumque natus fuerit, quia hu-
iuſmodi iterata natiuitas non tollit, nec obumbrat verita-
tem primæ, & vt ibi latius per eum. Sic igitur in propoſito
noſtro dici debet, quod primogenitura, dignitasque D. Ioan.
Felicis transfuſa dicatur in D. Ioanne filio ſuo ſic, vt primo-
genitus, & dignior dici debeat D. Horatio, & punctus inter
eos bene deciditur. nam vt etiam dicit Decia. *reſpon. 20. n. 231.
volum. 3.* prius à me citatus † filius primogeniti dicitur pri- 18
mogenitus, & tenet eius dignitatem, ſicque concordat cum
Abbate, & Caſtrenſi, licet neutrum ex illis allegauerit in
dictis eorum Conſilijs.

Quarto conſidero quod extincta linea Aurelij, & Her-
metis voluit teſtator, quod ſuccedat, & ſuccedere debeat
alius ex filijs dicti fratris ſui, qui erit dignior, quæ verba ſine
dubio verificantur in D. Ioan. Felice, *vt ſupra dixi.* verum
quia poterat euenire, quod pendente tempore dictæ ſucceſ-
ſionis non extaret D. Ioan. Felix, vt euenit, & ex aduerſo ſup-
ponitur, quod deceſſit viuente D. Bart. caute teſtator & cum
myſterio ſubiunxit: Et poſt ipſum filium digniorem quan-
documque deceſſerit eius primogenitus. at ſublata linea
Aurelij, Hermetis, & Bartholomæi, per iam dicta, interimq;
remoto quoque D. Ioan. Felice per eius præcedentiam
quando

quando tempus ſucceſſionis euenit, D. Ioan. repertus fuit
19 primogenitus ſui patris, cũ † tempus illud ſucceſſionis teſta-
tor conſiderauit, vt per Anchar. *conſ. 82.* quem in varijs locis
ponderat, & perpendit Menoch. *conſ. 117. num. 110. potiſsime
num. 8. verſ. Quia vt dixi ſupra.* quis ſit proximior, tempus Mar-
titij inſpicitur, ſicut in ſucceſſionibus ab inteſtato; nam pro
conſtanti præſupponit Anch. in caſu ſuo, attendi debere
tempus ſucceſſionis, quo fit, vt idem dici debeat in caſu no-
ſtro; cum teſtator conſiderauerit tempus ſucceſſionis, ibi,
ſuccedat, & ſuccedere debeat, filij digniorù primogenitus, quod ve-
rificari debet in dom. Ioanne, qui ſublatis omnibus, primo-
genitus dici debet.

Quinto conſidero, quod poſtquam teſtator vocauit il-
lum, qui erit dignior, qualis erat, vt dixi, D. Ioan. Fel. ſub-
iunxit, & poſt ipſum filium digniorem quandocunq; deceſ-
ſerit, eius primogenitum, qualis eſt do. Ioan. filius ſuus ſub-
20 iunxitq; & ſucceſſiue † de primogenito in primogenitum:
quæ verba ſunt intelligenda de deſcendente in deſcenden-
tem d. Ioan. Felicis, ſicut intelliguntur ſimilia verba, de hæ-
rede in hæredẽ; vt probatur *in l. ex facto. §. fin. iunct. gloſſ. quam
ſequuntur ibi* Cum. & Imol. *ff. ad Treb.* Bart. *in l. Gallus. §. etiam
ſi parente. colu. 2. verſ. 2. caſu. & colum. fin. verſ. quæro, iuxta prædi-
cta. ff. de lib. & poſt.* quem ſequitur ibi Iaſ. *num. 27.* dicens, eſſe
21 communem, † & ideo non eſſe recedendum ab ea in iudi-
cando, & conſulendo, quo fit, vt ſub dictis verbis non con-
tineatur D. Horatius qui non deſcendit à D. Ioan. Felice, ſed
à D. Sempronio patre ſuo, fratre dom. Ioan. Felicis, & ſic eſt
tranſuerſalis.

Præterea id confirmatur; nam poſtquam teſtator dixit,
22 *& ſucceſſiue de primogenito in primogenitum,* ſubiunxit, † *donec
eius linea maſculina durabit;* quæ verba veniunt intelligenda
de linea recta, & effectiua, videlicet quam fecit D. Ioan. Fe-
lix. non autem de contentiua, quæ poſſet etiam tranſuerſa-
les continere, prout declarat poſt Bald. Soc. *in l. Gallus. §. nunc
de lege. num. 3 ff. de lib. & poſt.* Ruin. *conſ. 98. colum. 2. volu. 1.* Dec.
conſ. 379. & Pariſ. *conſ. 40. num. 42. volum. 2.* illa namque verba,
donec eius, ſ. Io. Felicis linea durabit, denotant lineam perſonæ
23 ſuæ, propter † dictionem, *eius.* perſonaliſſimam, & excludunt
tranſuerſalem, in qua eſt D. Horat. ſicut & dictio, *donec*, prout
vtranque dictionem prius ponderaui.

Sexto præferendus eſt etiam D. Ioan. quia nedum habet
dignitates patris, ſed etiam proprias ætatis, & diuitiarum, D.
24 autem Horatius habet ſolam Comitatus, & † in materia di-
gnitatis plures habens dignitates, præfertur vnicam haben-
ti, vt prius in fine dixi poſt Decia. *reſpon. 20. num. 3. vol. 3.* cum
cæteris ibi deductis, & ita in reſcindendo hoc articulo bene
facit, quod inquit Tiraquell. *in d. tractat. de iure primogenito-
rum. quæſt. 40. num. 35.* vbi inducit text. *in l. 3. §. fin. cum duab. ſe-
quentib. ff. de aſſignan. liber.* vbi ſi pater aſſignauit vni ex liberis
libertum, fratres eius, cui ea facta eſt aſſignatio, nunquam
ius in eo habent, donec is, cui facta eſt, vel ex eo aliquis ſu-
pereſſet, ſiue is patri ſuperſtes fuit, ſiue non † præterea ſub-
dit Tiraq. & in ſimili quandiu ſupereſt primogenitus, cui
huiuſmodi ius primogenituræ eſt à lege, aut conſuetudine
aſſignatũ, aut aliquis ex eo, non poſſunt fratres ipſius quic-
25 quam iuris prætendere; nam † non eſt minoris roboris hæc
legis, vel ſtatuti aſſignatio, quam quæ fit ab homine *per l. ſi
libertum minorem. ff. de iure patro.* ſic igitur in caſu noſtro, ſuc-
ceſſione conceſſa ei, qui erit dignior, & ſic D. Ioan. Felici,
& poſt eius primogenito, & ſic D. Ioanni, ſequitur, quod D.
Sempronius frater dom. Io. Felicis, & dom. Horatius eius fi-
lius nullum ius in bonis teſtatoris prætendere poſſint. Quod
præterea confirmatur. nam extincta linea Aurelij, & Her-
metis, teſtator voluit, quod vltimo decedenti ſuccedat, &
ſuccedere debeat alius ex filijs d. ſui fratris, qui erit dignior,
& poſt ipſum primogenitus: pondero quod conſiderauit
26 dignioritatem tempore ſucceſſionis, quia † qualitas adiecta
verbo regulatur ſecundum tempus verbi. *l. in delictu. §. ſi ex-
traneum. ff. de nox. cum vulgar.* ſed tunc dom. Horatius non ha-
bebat dignitatem Comitatus, ſed poſtea fuit eam conſecu-
tus, ergo D. Ioan. Felix, & Ioannes filius ſuus fuerunt tunc
digniores propter ætatem, & diuitias, tunc extantes. Nec
in ſuſpenſo ſtare debuit teſtamentum, quod expectandus
eſſet euentus d. Comitatus incertus, nec à teſtatore præ-
meditatus. *l. fin. ff. commun. præd.* Quo verò ad alium articu-
lum, ſuper quo dubia proponuntur aduerſus dominum
Ioannem, quod appellatio ſua non ſit admittenda, ſtante
decreto prohibitiuo appellationis in cauſis fiſcalibus, non
ſolum inter fiſcum, & priuatum, ſed etiam inter priuatum,
& priuatum, non ſolum virtute generalis, & indiſtinctæ lo-
cutionis, quæ generaliter, & indiſtincte accipi debet. *l. 1. §.
generaliter. ff. de leg. præſtan.* ſed etiam ſpecialiter, quia cau-
ſa inter dominos Ioannem, & Horatium ſuborta fuit oc-
caſione confiſcationis bonorum; Vnde tanquam depen-
dens à confiſcatione, vel ſaltem illi acceſſoria, & connexa,
vt per gloſſ. Bartol. & Alberic. *in l. cum actum. ff. de neg. geſt.*
debet eſſe ſubiecta dicto Decreto. vt ſicut appellatio eſt
per illud prohibita à ſententia lata inter fiſcum, & priuatum;
idem ſit in lata inter priuatum, & priuatum dependente à
cauſa fiſcali, vel ad illam connexa, & acceſſoria, vt per Ca-
ſtren. *in l. ſi quis ex argentariis. §. rationem. ff. de eden.* cum ſi-
milibus allegatis in dubijs diligenter, & eleganter propo-
ſitis. Ego vero ſecus eſſe ſentio, quod appellatio ſit ad-
mittenda; totum enim hoc edictum, prout ſic impreſſum
legitur, loquitur de bonis confiſcatis, & de comparente,
prætendente ſe ius aliquod habere ſuper ipſis bonis, & ſic
quando cauſa vertitur inter fiſcum, & priuatum tantum,
quod bene factum fuit, vt audio, pro dicto teſtamento do
Caroli ſenioris per dom. Ioannem, & Horatium, vel al-
terum eorum, in quo prohibita fuit confiſcatio bonorum,
& quæ fieri potuit, vt ponit Ruin. *in l. filiusfamil. §. diui. co-
lum. 6 ff. de leg. 1. & plenius conſi. 129. volum. 2.* & vbi quoque
non fuiſſet expreſſe prohibita confiſcatio bonorum, nihi-
lominus † ſtante fideicommiſſo, luculenter ordinato per te- 27
ſtatorem in teſtamento, non potuiſſent bona confiſcari ex
delicto dom. Caroli iunioris in præiudicium eorum, qui
ſuccedere deberent, vt per Bart. *in l. imperator. ff. de fideicom.
lib.* quem ſequitur Alexan. *conſ. 23. volum. 1.* Calcane. *conſil. 74.
num. 8.* & alij, quos cumulat Menoch. *conſi. 104. num 39.* Ha-
ctenus dici poteſt, cauſam fuiſſe inter fiſcum, & dom. Ioan-
nem, & Horatium, qui contradixerunt confiſcationi, & ſi
fuiſſet lata ſententia pro fiſco, potuiſſet eſſe locus edicto
verſic. à quorum ſententijs. Sed lata fuit contra fiſcum, nec
eo reſpectu dom. Ioannes appellauit. ſed ex eo, quod di-
ctum fuit dom. Horatium habere meliora iura, quam dom.
Ioannem, quo reſpectu res dicitur inter priuatum, & priua-
tum, & ceſſant edicti verba, cuius † verbis eſt inhærendum, 28
& illis inſeruiendum, vt in terminis edicti dicit text. *l. 1. §. in
re igitur. ff. de exercit. act.* ideo cum ceſſent eius verba, ceſſare
debet eius diſpoſitio. *l. 4. §. toties. ff de dam. infect.* & ſic pro-
hibitio appellationis. Et cum tale decretum, † vel edictum 29
ſit contra ius commune, & odioſum, velut prohibens ap-
pellationem, quæ regulariter admitti ſolet *text. not. in l. 1. ff.
ſi quis caut.* Caſtren. *in l. 1. per illum text. ff. de app. cum ſimil.*
per Decia. *reſpon. 47. colum. fin. volum. 1.* ſtricte & proprie venit
intelligendum, nec ex identitate rationis extendi debet.
Alexand. *in l. ſi conſtante. in prin. colum. 3. verſ. 3. limita. ff. ſolut.
mat.* Gloſſ. not. *in cle. 2. verſ. eiſdem. de æta. & qual.* Dec. *conſ.
669. num. 12.* & † caſus omiſſus à dicto edicto decidi debet ſe- 30
cundum iuris communis diſpoſitionem. *l. ſi cum dotem. in
prin. & ibi omnes. ff. ſolut. mat.* Bart. *in l. omnes populi. in 6. q 5.
princip. ff. de iuſt. & iur.* Bald. *in l. ſi plures. colum. 8. verſic. iuxta
prædicta. C. de cond. inſer. & conſil. 452. ſtatuto ciuitatis. in princ.
volum. 1. cum ſimil.* per Alexan. *conſ. 13. colum. 5. volum. 3* & per
Dec. *conſ. 118. verſ. breuiter.* propterea quatenus pertinet ad
controuerſiam, quæ verſatur inter D. Ioannem, & Horatiũ;
quis eorum ſit dignior, & alter alteri præferri debeat, hoc
totũ verſatur inter eos tantum, nec in ea quid communio-
nis ſ. aut iuris habet fiſcus, nec illi cum fiſco. propterea talis
caſus omiſſus ab edicto prædicto, decidi debet ſecundum
terminos iuris cõmunis, quod inter duos priuatos admittit
appellationem. nec obſtat, quod illud † edictum generaliter, 31
aut indiſtincte loquatur: quia reſtringi debet, & limitari
ſecundum præcedentia, in quibus loquitur inter fiſcum, &
priuatum: ſic enim declarat Dec. *conſ. 179. colum. fin. verſi. nec
obſtat.* Crauet. *conſ. 86. num. 5.* & ego *conſ. 368. numero 25. &
num. 27.*

Digitized by Google

32 *num.27.*vbi dixi,quod † in generali diſpoſitione non venit,
vt læſum cenſeatur ius alterius. *l.2.§.merito.& §. ſi quis à Prin-*
cipe.ff. ne quid in loco pub. Bart. *in l.totiens.ff.de pollici.& in l. am-*
bitioſa.ff.de decret. ab ordin.facien. Crau.*conſ.33. num. 8.* prout
eſſet ſi dom. Ioannes læſus in bonore, & bonis non poſſet
33 appellare. Idque præterea confirmatur, quia † generalitas
non debet generaliter intelligi,quando non eſt eadem ratio
omnium, quæ ſub generalitate comprehendi poſſunt, vt
not.per Bart.*in l.ſi pluribus.ff.de leg.ſecundo.*Cano.*in c. vt circa.*
*de elect.lib.6.*Caſtren.*conſ.167.notandum eſt.colum.pen.volum.2.*
Crau.*conſ.70.num.27.*ſed in crimin.prohibetur appellatio,per
edictum,vt delicta puniantur cinius,& non remaneant im-
punita.*l. ita vulneratus.ff.ad l.Aqui.* quæ ratio ceſſat in ciuili-
bus. Et ita ceſſat quod dicitur de verbis generalibus,aut in-
diſtinctis edicti. Quod vero dicitur, hanc cauſam habere
dependentiam à confiſcatione bonorum, ſeu ſaltem ad il-
lam acceſſoriam,& connexam eſſe,conſentire non poſſum.
34 nam † cauſa dependens exemplificari poteſt,vt declarat Ca-
ſtren.*in d.§.rationem.*ſi habui agere cum mercatore pluribus
vicibus, & ipſe remanſit mihi debitor in 26. quæ conſtituit
ſe ſoluturum,& iſtam particulam poſuit in folio libri,& ego
peto,quod oſtendat illud ſaldum,at ille recuſat, quia non eſt
ratio, quia non continet partitas hinc,& inde. Certe dicit
Caſtren.quod poſſum ipſum compellere, quia hoc conſti-
tutum,ſeu ſaldum,deſcendit ex ratione; & de dependenti-
35 bus idem eſt iudicium. Sed & † aliud exemplum dat Alex.
*conſ.58.colum.fin.volum.1.*in cauſa gabellarum,ſi peto exhibe-
ri libros gabellarum,vtique talis cauſa exhibitionis videtur
eſſe de dependentibus,ſeu connexis cauſis gabellarum,quia
tendit ad præparandas probationes, concernentes exactio-
nem gabellarum,merito dicitur dependens à gabellis, quia
36 præparatoriũ † dicitur de dependentibus,& connexis ipſius,
præparati.*l. ordinary.C.de rei vend.*ſed certe cauſa dignorita-
tis,quæ tractatur inter dom.Ioan.& Horatium,nullo modo
dependet à confiſcatione prædicta, nec cum illa vllam ha-
bet connexitatem; minusque illius eſt acceſſoria, cum ſtare
poſſit ſine vlla præuia confiſcatione bonorum, vt de ſe pa-
tet,& acceſſorium non poteſt ſtare ſine ſuo principali. *regu.*
*acceſſorium.de reg.iur.in 6.*ergo clare ceſſat hoc dubium de de-
pendentia,acceſſorio,vel connexo.

Sed vlterius ex abundanti tamen addo,poſito,quod eſſe-
mus in cauſa dependenti,vel incidenti à prædicta confiſca-
tione,licet adduci poſſent deciſiones, quæ tenderent ad
prohibendam appellationem, vt Bart. *in l.ſolent. ff. de alt. &*
37 *cib. leg.*qui dicit,ſi † ſtatutum velit,quod in cauſis damnorum
datorũ ſtetur iuramento damnum paſſi, idem erit in cauſa
emergenti. Et Caſtren.*in l. cum hi.ff.de tranſ.*dicens, quod
38 cauſa † incidens aſſumit naturam cauſæ principalis. *cle. diſ-*
pendioſam.de iudi.& l. quotiens.C. eo.tit. In contrarium vero
magis in terminis noſtris Bald. *in l. ſi ex cauſa.§. nunc viden-*
39 *dum.ff.de mino.*per illum text.dicit,quod ſi † ſtatutum prohi-
beat appellationem,intelligitur in cauſa principali, ſecus in
emergentibus, ſequitur Petrus *in c. paſtoralis.in prin.de appell.*
40 & Anch.*conſi.183.pro clariori.ad fi.* dicit,quod licet † à ſenten-
tia diffinitiua,lata ſuper poſſeſſ.non poſſit appellari, tamen
ab interlocutoria poterit appellari,vt not. Ang.*conſ.46.viſo*
41 *puncto.*& † hæreticus,qui prohibetur appellare,intelligitur à
ſententia diffinitiua. vnde ſi in proceſſu grauatur,non pro-
hibetur appellare. vt not. Dominicus poſt Ioan. Andr. *in*
prin. de her. in 6.in c. inquiſitione, ex quibus dictis patet, quod
de emergenti, & incidenti non iudicatur idem, quod de
42 principali. Tamen † hæc Doctorum diuerſitas optime ſe-
dari poteſt,vt per Dec. notabiliter,*in l.pen.colum.fi. C.de pactis.*
nam doctrina Bart.*ibi*,qui vult,quod ſi ex forma ſtatuti fieri
debet compromiſſum in certis cauſis,etiam in cauſis emer-
gentibus debet compromitti, quem ſequitur Fulg. Caſtren.
& Alexan. ibi procedit in ſtatuto de compromiſſo ; quod
eſt fauorabile, ſicut & qui damnum paſſus eſt, poſſit ſuper
incidenti iurare, qui aliter ſibi non poſſet forte conſulere,
ſed allegata in contrarium in quibus non idem iudicatur de
cauſa incidenti, quod de principali, procedunt in materia
odioſa,vt quod non poſſit fieri compromiſſum, vt loquitur
Bald.*in l. cum proponas. C. de reb. cred.*vel quando prohibetur
appellatio,vt loquitur Bal.*in d. §.nũc videndum.*quo caſu iura,
& ſtatuta, quæ prohibent appellationem, debent ſtricte in-
terpretari,vt tenet Bart. *in l.2. C.quor. app. conſ.165. in queſt.*
Ang.*conſ.107.Ang.Iacob.* & idem Dec. *conſ.49.* & in hoc caſu
verſamur appellationis prohibitæ per edictum,merito dato,
quod eſſemus in cauſa dependente à criminali, vel ad illam
acceſſoria, ſeu connexa(quod tamen negatur,vt ſupra dixi)
non deberet D.Ioan.appellare prohiberi: quia dictum edi-
ctum,prohibens appellationem in cauſa criminali, non de-
bet habere locum in dependenti, vel incidenti, vel annexa,
vel acceſſoria, quomodocunque vocetur.

Nunc ad ſecundum dubium deſcendo, in quo ſumma-
tim dicitur, quod D. Ioannes, & D. Horatius vnus contra
alterum non direxit intentionem, ſed tam vnus,quam alter
contra fiſcum dedit petitionem,& tandem ad fauorem fiſci
contra D. Ioannem lata fuit ſententia, merito ex verbis ex-
preſſis decreti à tali ſententia appellare non poteſt. Sed nec
huic conſiderationi quieſcere poſſum, quod ad fauorem
fiſci lata fuerit ſententia contra D. Ioannem: nam cum in
ea dicatur,dom.Horatium habere meliora iura, quam ha-
beat fiſcus,& (ſupple quam habeat D.Ioannes) tota ſenten-
tia dicitur ad fauorem D.Horatij contra fiſcum, & D.Ioan-
nem: quia illa verba, † meliora iura,quæ ſunt in comparati- 43
uo probata,& adiecta D.Horatio præſupponunt poſitiuum.
l. vbi autem.§.fin.ff.de verbor.oblig. Abb. *in cap.peruenit. 2. verſ.*
*melius.de iureiur.*quales ſunt fiſcus, & dom. Ioannes ſubiecti
per dictionem quam, & illos excludit d. comparatiuum, vt
ſolet,vt notatur *in l.proximus. in l.proximi. & in l. in vulgari.ff.*
de ver.ſi. Corn.*conſ.154.colum.2.verſ.nec obſtat. volum.3.* Socin.
*conſ.73.num.14.volum.4.*Dec.*conſ.321. num.1.*& Decia.*reſpon.10.*
num. 19. volum.3. Vnde ſenſus dictæ ſententiæ totus eſt ad
fauorem D.Horatij,contra fiſcum,& dom.Ioannem, quod
ille ſcilicet D.Horatio habet meliora iura ; quam habeat
fiſcus, & D.Ioannes, & ideo eis præferri, ſcilicet fiſco,& D.
Ioanni, D. Horatium. vnde licet dicta ſententia reſpectu
confiſcationis, qua nitebatur fiſcus, & cui contradicebant
D.Horatius, & dom. Ioannes, dicatur lata inter fiſcum, &
priuatos. reſpectu tamen intentionis D. Horatij, & dom.
Ioannis, qui iuribus diuerſis nitebantur,videlicet fideicom-
miſſi, nobilitatis, & dignioritatis, non aduerſus fiſcum, ſed
inter eos deductæ, cauſa dicitur fuiſſe inter priuatos tan-
tum, merito debet appellatio concedi. Et ex his tolluntur,
quæ ſubijciuntur in dubijs tertio loco,quod cum vnusquiſ-
que dederit ſeparatim petitionem ſuam contra fiſcum,ver-
ba ſententiæ ſunt intelligenda ſecundum intentionem in li-
bello, ſeu petitione propoſitam, vt ſecundum eam iudex
pronunciaſſe videatur;& ſic inter priuatum,& fiſcum iuxta
naturam iudicij contradictionum. Quoniam nec verba
ſententiæ, nec intentio iudicantium patiuntur hunc ſen-
ſum, quo ad verba patet, in quantum dictum fuit,D. Ho-
ratium habere meliora iura,quam habeat fiſcus,quibus ver-
bis admiſſa fuit contradictio D. Horatij prætenſæ confiſca-
tioni fiſci ob meliora iura teſtamenti, in quo fuerat prohi-
bita confiſcatio & in eo continebatur fideicommiſſum, eam
impediens,vt ſupra dixi.ſed & intentio iudicantium fuit,in-
ter priuatum ; & priuatum ſententiam ferre: probatur:
nam poſt varias preces porrectas hinc inde per D. Ioan.&
Horatium Sereniſſimo Principi, in quibus de ſua dignitate
quisque verba fecerat, ob quam alteri præferri dicebat,
emanauit tandem reſcriptum 27.Nouem.1587.quod Blon-
dus,& Angelinus conſiliarij memoratam cauſam audiant,
cognoſcãt,& pro iuſtitia terminent, vnde cum † reſcriptum 44
ambiguum debeat intelligi ſecundum ſupplicationem, vt
per illum text. notat Iaſ. *in l. 1. C.de diuer. reſcr.* Rom. *conſ. 80.*
Rube.*conſ.16.num.2.*& Capiti. *deciſ.47.num. 6.* dicitur reſcri-
pſiſſe Princeps, quod illi dom. Conſiliarij audirent, cogno-
ſcerent, & terminarent memoratam cauſam, quæ verteba-
tur inter D.Ioannem & Horatium, quis eſſet dignior eorum,
dictam in precibus ſuis. Et propterea quando D. Conſilia-
rij ſententiarunt, D. Horatium habere meliora iura, quam
habeat fiſcus, reſpectu confiſcationis allegatæ per fiſcum,
ſubijciendo,& quam ſcilicet habeat D. Ioannes, ſine dubio
voluerunt iudicare ſuper contentis in precibus eorum, de
dignitate

Digitized by Google

dignitate loquentibus,& ſic D.Horatium præferri dixerint
dom. Ioanni. nec iſtud negari poteſt. vnde indicarunt inter
priuatum,& priuatum remoto fiſco,qui quo ad dignitatem
prædictorum nihil iuris habebat, vt impertinentem; ſed
an bene fuerit in hoc iudicatum,appellatione dom.Ioannis,
vt ſperatur, admiſſa, Deo bene fauente demonſtrabitur,
quod nequaquam.

Poſtremo non obſtat,quod quarto loco dicitur, D.Ioan.
qui poſt D.Horatium comparuit, vt tertium appellare non
poſſe,quia ſicut à ſententia inter fiſcum, & D. Horatium ex
memorato decreto non dabatur appellatio.Ita pariter in ea-
dem cauſa tertius comparens, & ſuccumbens appellare non
poteſt,ex his quæ tradit in propoſito Didac.*pract.quæſt.ca.15.
nu.8.* & Contrad.*in l.vnica.C.ſi de mom.poſſ.limita.23.n.3. cum ſi-
mil.* per Lancello.*in tract.de attenta.c.12.amplia.14.n.22.*

Quoniam non video,quomodo D.Ioannes poſſit appel-
45 lari tertius,namque † tertius ille dicitur,qui pendente cauſa
principali comparet, & aſſiſtit illi liti, vel illam iuuat; vt per
Imol. *in l.à ſententia.ff.de app.* per canoniſ. *in c.cum ſuper. de re
iud.* & per Alexand. *in l.ſæpe.ff.eo.* ſed D. Ioannes non compa-
ruit, vt aſſiſteret liti motæ contra fiſcum per D. Horatium,
vel illam iuuaret,imo nec illum,nec illam nominauit, ſed iu-
re proprio, & vti principalis comparuit, prout etiam ſic de
46 iure † præſumi debet, quod magis nomine proprio, quam
alieno comparere voluerit.*l. & magis.ff.de ſolut.*

Præterea Doctores in dictis locis quærentes, an tertius
poſſit appellare, loquuntur quando ſententia lata fuit con-
tra reum principalem. Sed in caſu noſtro D. Horatius ob-
tinuit contra fiſcum reſpectu confiſcationis, quo reſpectu.
D. Ioan. inſtans ad idem, non indigebat appellatione. Sed
appellauit reſpectu controuerſiæ dignioritatis vertentis in-
ter eum,& D.Horatium; quo reſpectu non poteſt dici ter-
tius, ſed principalis; ex quo præter eum, nullus erat aduer-
ſarius D. Horatij, quia talis articulus dignioritatis nihil per-
tinebat ad fiſcum. Vnde mihi videtur impertinens, appel-
lare D. Ioannem tertium,ſi bene factum conſideremus. Sed
vlterius dato,quod dom.Ioannes tanquam tertius conſide-
rari poſſet, attamen adhuc Didacus allegatus in dubijs non
attingeret caſum noſtrum, ſicut nec Contardus loquuntur
47 enim,quando † reus principalis condemnatus fuit,& appel-
lare non poteſt, quia reportauit tres ſententias conformes
contra ſe, & ob id tertio appellare non poteſt: nam ſi ter-
tius quoque ſciuit in prima,ſecunda,& tertia inſtantia litem
agi cum alio,non poterit appellare à ſententia, ex quo ter-
tia non poteſt admitti appell. & vt inquit Contardus quia ſi
ſciuit à prin. cauſam agitari, ſibi debet imputari,cur non ve-
nit ad eam:vnde ſibi obſtat 1.& 2. ſententia,& tertio non ap-
pellat. Sed hic non agitur de tribus ſententijs latis, ſed de
48 vna tantum. merito ſumus in † regula communi,quod ap-
49 pellari poteſt. *l. 1.ff. de appell.* & in † dubio eſt admittenda ap-
pellatio, vt ibi per Caſtren. quia ea capi debet interpretatio,
quæ partibus ſit minus præiudicialis. Ab.*in c.1.* vbi etiam Alc.
num.116.de offic.ord. & plura adducit Alex.*conſ.113.num. 3. vol.5.
& conſ.139.num.7.volum.7.* Dec.*conſ. 439. num.1. & in l. quo-
tiens nihil.ff.de reg.iur.in c.ſuper eo.2.num.7.& in c.de prior.col.1.
de app.*

Quinimo plus,& quidem probabiliter attentari poſſet,
quod ſi de tribus ſententijs conformibus ageretur, adhuc
50 appellari liceret, licet † enim id regulariter non concedatur
51 *l.1.C.ne lic.3.prouo.cle.1.de re iud.* tamen † ſi nullitas conſtat ex
actis appellabitur,& ſuſpendetur executio. Oldrad. *conſ.106.*
omnes *in d.l.1.*Imol.& Alex.*in l.de pup.§.qui opin in fin.ff.de ope.
nou.nunt.* Abb.*conſ. 44.2. dub.*Corn.*conſ.204.colum.pen.vol.2.*
Alexan. *conſ.77.colum.pen.volum.2.*Soc.*conſ.4.colum.5.volum.3.
& conſ.78.colum.1. & ſequenti. eo. volum.* Sed (vt dictum fuit
in ſcriptura D. procuratoris D. Ioannis) ſententia lata fuit
nullo præcedente libello, nulla petitione, nulla litis conte-
ſtatione, nullis factis probationibus, nec vllo agitato iudi-
cio inter prædictos, D. Ioannem, & Horatium. & vltra D.
Ioan.& eius procurator erant abſentes tempore monitio-
nis ad ſententiam, quorum defectus, ſententiam poſtea la-
52 tam,annullat. Nam poſito,quod † libellus non eſſet de ſub-
ſtantia iudicij ſecundum vnam opin.Imol.& Alex. *in l.1.ff. de
eden.* requiritur tamen talis qualis petitio,in actis redacta. vt
pars ſuper illa cogitet, an velit cedere, vel contendere, & Iu-
dex ſententiam ſuam formare poſſit, vt ponit Vantius poſt
alios *in tract. de nullit.ſent. ex defectu proceſſus. num. 21.* quod
non fuit hic factum à dom. Horatio, nec reſcriptum à Prin-
cipe impetratum pro libello haberi poteſt. imo † ſententia, 53
non producto libello, nulla eſt. vt per Bald.*in l. 1. C. quan. li-
bell.prin.datu.*& ponit Vanti.*num. 19.* rationem adducens, vt
per eum, † defectus quoque litis conteſtationis eſt ſubſtan- 54
tialis, & annullat, vt ex multis proſequitur idem Vant.*nu.28.
& ſequenti.* ſicut & † citationis, quando pars non erat præ- 55
ſens, vt euenit in caſu noſtro, & ponit ipſe Vantius *num. 27.*
& ſtantibus † nullitatibus prædictis, dico, quod licet eſſent 56
latæ tres ſententiæ (quæ tamen non ſunt) poſſet tamen ad-
huc D.Ioan.dicere de nullitate, & ſi ſuccumberet ſuper iſta
nullitate, poſſet iterum appellare, tanquam à nouo graua-
mine ſecundum Imol.*in c. ſua nobis. de appell.* Peruſ. *in cap. di-
recte circa fi.ver.noua concluſ.eo.tit.*& Speculũ aureum *par.6.tit.
& quandoque appellatur.num.283.*Poſtremo cum dom. Conſi-
liarij monuerint dom Ioannẽ ad audiendum eorum inten-
tionem ſuper apoſtolis, ei dandis, vel non, poſt feſta paſcha-
lia,dico,quod dom.Ioannes tunc redire debebit.licet prote-
ſtatus fuerit de non redeundo,& petere eos inſtanter, & ſæ-
pius iuxta † conſuetudinem, cui ſtandum eſt, vt inquit Boni-
facius de Vital. *in cle. quamuis. de app.in prin. num.7.*& hanc in-
ſtantiam cum reuerentia facere debebit, vt ſic iudices miti-
gati faciant relationem, quam forte non facerent, ſi peteret
arroganter, vt inquit Imol.*num.7.* Nec poterit D.Horatius
inſtare pro reiectione appellationis, nec minus Iudices po-
teruiſſe eã reijcere ſed locus erit *l.pen.ff.de app.recip.* vbi Marc.
inquit, ſciendum eſt, cum appell. non recipitur, præcipi Sa-
cris conſtitutionibus, omnia in eodem ſtatu eſſe, nec quic-
quam innouari, etiam ſi contra fiſcum appellatum ſit, & hæc
reſpectu D. Horatij, reſpectu vero Iudicis à quo ſubdit text.
cumque qui appellationem non recipit, opinionem ſuam
confeſtim per relationem manifeſtare iudici, ad quem eſt ap-
pellandum, ſecundum gloſſ.& eius cauſam, pro qua non re-
cipit appellationem, eiuſq; exemplum litigatori edere debe-
re mandatis cauetur. Ita dicit ille text.notabilis, cui addo,
quod ſi D.Conſiliarij denegabunt dare apoſtolos D. Ioanni
(quod non creditur) ex eorũ benignitate, & iuſtitia do.Ioan.
appellans erit exemptus ab eorum iuriſdictione & libere
proſequi poterit appellationem coram iudice, ad quem: vt
clare notat Vitalin.*in d.l.vlt.quamuis.§.fin.num.3.* ſupplicando
Sereniſſ. Principi, ad quem appellauit, quod det iudicem
vnum, vel plures. Hippolyt.Rimin.Ferra.

Pro Magnifica domina Alda Papienſi.

ARG. Teſtamentum nocte factum, & in quo pa-
ter filiam in ſola dote inſtituit, an valeat. Et te-
ſtamentum prius habens clauſulam derogato-
riam, an, & quomodo reuocari poſſit per poſte-
rius teſtamentum, in quo inſtitutio filiæ facta
eſt ſub conditione, quæ non erat in poteſtate
teſtatoris. Item in quo pater, vel mater, filiam,
odio mariti ab hæreditate repellit, an valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Filia poteſt inſtitui in ſola dote à patre accepta.*
2 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
3 *Pater poteſt vni filiæ minus relinquere, quam alijs, modo non ſit diminuta legitima.*
4 *Et ratiſſe minus legitima non querelatur teſtamentum, ſed agitur ad ſupplementum, non obſtante prohibitione patris n.5.6. 7 8.& 9.*
10 *Filia etiam in minimo vltra dotem inſtituta, non poteſt querelare patris teſtamentum*
11 *Clauſula:* volo vt teſtamentum valeat omni meliori modo. &c. *an ſuppleat titulum ſubſtitutionis*
12 *Teſtamentum nocte factum redditur ſuſpectum. Eoque Notarij ſibi ab huiuſmodi teſtamentis cauere debent, niſi tempore neceſſitatis. num 13. 14.15 & 17.*
16 *Priuilegium non debet ampliari, aut prorogari extra limites ſuos, alias perditur in totum.*

18. Si duo

18 *Si duo teſtamenta ſunt facta inter liberos, primum vtilius filia, debet præualere ſecundo, non obſtante ceſſatione aliorum omnium teſtamentorum.*

19 *Generalis reuocatio teſtamenti non ſufficit, cum primum teſtamentum habet clauſulam derogatoriam, ſed ſpecialis requiritur & nu. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

25 *Specialis reuocatio non cenſetur, non facta mentione de primo teſtamento, per hæc verba, ægroto dicta,* vis ne reuocare teſtamentum illud, quod feciſti, *ad quæ ipſo reſpondeat quod ſic.*

26 *Id teſtamentum attendi debet, quod affert maiorem vtilitatem æqualiter filijs & num. 27. & 28.*

29 *Inſtitutione ſi ita ſub conditione, quæ in poteſtate teſtatoris non erat facta, teſtamentum non redditur nullum & num. 30.*

31 *Legitima liberis debetur ſine omni conditione, & dilatione. & num. 32. & 33.*

35 *Teſtamentum redditur nullum, in quo filia priuatur, odio mariti. & num. 36. & 37.*

38 *Parentes ſæpe filios decipiunt, vt filios opulentiores relinquant.*

39 *Cautela pro validitate teſtamentorum, ne poſſint à filiis querelari: maximeque à filiabus inſtitutis tantum, in dote iam data. num. 40.*

41 *Verbum,* ſua, ſuum, *importat dominium.*

42 *Inſtitutio ad certum tempus facta, non valet, niſi in teſtamento militis.*

43 *Teſtator non poteſt facere, ne leges habeant locum in eius teſtamento.*

44 *Geminatio verborum magis anxiam demonſtrant voluntatem teſtatoris.*

45 *Clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia, ſi ex tali relatione reſultaret repugnantia.*

46 *Clauſula,* omni meliori modo, *quando nihil operetur.*

47 *Legitima hodie debet relinqui ſiſo titulo honorabilis inſtitutionis, alias teſtamentum annullaretur. & num. 48. 49. Etiamſi ſit teſtamentum inter liberos. num. 50 & 51.*

52 *Clauſula,* omni meliori modo, *an ſuppleat inſtitutionem, ſi pater expreſſo titulo legati, rem filio reliquerit & n. 53.*

54 *Non entis nulla ſunt qualitates*

55 *Clauſula,* ſi non valeat iure teſtamenti, valeat, &c. *inſtitutionem potius excludit quam inducit. & num 56.*

CONSIL. DCCXLII.

MAGNIFICVS dom. Hieronymus Sclaffinatus nobilis Papienſis tres habens filias legitimas, & naturales, Aldam, Claram, & Hippolytam, in teſtamento ſuo inſtituit hæredem particularem Aldam in dote, & alijs rebus ſibi datis, quando eam nuptui tradidit, & in libris quadringentis annuis, donec erunt ſoluta debita. Item Claram & Hippolytam vſufructuarias bonorum ſuorum cum onere ſoluendi poſt ſoluta dicta debita Aldæ, donec erit nupta dom. Pompeo Georgio, libras mille ducentas annuas, Si vero manſerit vidua, vel ſecundo viro nupſerit, debeat habere tertiam partem vſusfructus omnium bonorum ſuorum, cum ſuis Sororibus, filios vero Claræ, & Hippolytæ primogenitos, ſicut & Aldæ naſcituros ex ſecundo viro, inſtituit hæredes in proprietate. Mortuo teſtatore controuerſia nata fuit inter Aldam, & ſorores ſuper dicto teſtamento, quod illa dicit, illud eſſe nullum, at illę contrarium prætendunt. vnde caſus iſte mihi tranſmiſſus fuit ex ciuitate Papiæ conſulendus. Super quo conſiderando, videbatur imprimis inclinandum, quod dictum teſtamentum valeret, nam pater inſtituit Aldam in rebus, de quibus in teſtamento, & ſic honorabili tit. inſtitutionis eam vocauit; vnde dicitur ſatisfeciſſe formæ introductæ de iure communi de filijs inſtituendis *l. inter cætera. ff. de lib. & poſt. Inſt. de exher. lib. in princ. & §. ult. & aliud. in auct. vt cum de appell. co.* & licet inſtitutio prædicta pro maiori parte fuerit in dote ſibi data quando nupſit, tamen ſic bene fieri potuit à patre ſuo: vt enim dicit Iaſ. *in auth. nouiſſima.*
1 *num. 46. C. de inoff. teſt.* veritas eſt indubitata, quod † filia poſſit inſtitui in ſola dote habita à patre, quod patet, quia impu-
2 tatur ſibi in legitimam. *l. quoniam nouella. C. eo. tit.* Item † dos ſuccedit loco legitimæ, vt declarat Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. colum. pen. ff. de cond. & demon.* Bald. *in l. non ſine. C. de bon. quæ lib.* igitur in ea poteſt inſtitui. ſicque plene diſputat (vt ſubdit Iaſon) & concludit gloſſ. ordinaria. *in l. 3. §. ſed vtrum. in verbo patrimonium. ff. de minor.* Bald. *in l. ſuus quoque. in prin.* & Imol. *colum. pen. ff. de hær. inſtit.* Card. Butr. & Imol. *in c. Raynaldus. de teſtam.* & alij, quos citat Iaſon *in d. auth.* &
3 poſito, † quod pater minus reliquiſſet Aldæ, quam ſororibus, id facere potuit, dummodo non fuerit minus legitima. *l. parentibus.* vbi Bart. *C. de inoff. teſtam. & in l. hac edictali. §. 1. C. de ſecun. nup.* Bald. *conſ. 208. volum. 5.* Dec. *conſil. 547. num. 1. & conſ. 666. num. 1.* Decia. *reſpon. 32. num. 6. & reſp. 102. num. 22. vol. 3.*
Quinimmo † poſito, quod Aldæ relicta minus eſſent legiti- 4
ma, non poſſet adhuc querelare teſtamentum, ſed agere deberet ad ſupplementum. *l. omnino. C. de inoff. teſtam.* per quam dicit ibi Iaſ. quod corrigitur *d. lex parentibus, & lex, cum quæritur*; quibus dicitur, quod niſi filius habeat in teſtamento integram legitimam, poteſt per querelam expugnare teſtamentum, nam corriguntur, vel limitantur per illam legem omnino, quando quid filio relictum fuerit, tunc enim ſolum agit ad ſupplementum legitimæ. nec † quicquam ad id 5
conſequendum prohibitio patris in teſtamento facit, quod Alda non poſſit illud petere, nam tali prohibitione non obſtante, fauore teſtamenti conſeruandi, fuit diſpoſitum, quod illud peti poſſit, *§. cæterum.* & ibi Iacob de Belui. *in auct. vt cum de app. co.* Bald. Sal. & Mod. & poſt eos Iaſon *in d. l. omnino.*
Quinimmo plus dicit Caſtren. ibi, quod † etiam ſi teſtator 6
adijceret, quod eo caſu, quo filius plus petierit, eum priuaret relicto; adhuc fauore teſtamenti vt valeat talis clauſula habetur pro non appoſita. Idemque repetit *in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. teſtam.* dicens, id ſentire Baldum, quamuis contrarium fuerit conſultum per Ioannem de Periglis, præceptorem Baldi, & male ſequitur Iaſ. *ibidem. num. 4.* & ego latius confirmo *conſi. 547. num. 28. & 29.* vbi dixi, quod talis † voluntas patris deficiente poteſtate non debet atten- 7
di, quia in quolibet actu voluntas, & poteſtas requiritur. *c. cum ſuper. de offic. dele. l. cum te.* vbi Bald *C. de don. ante nup. & in l. nolle. ff. de acquir. hæred.* Pariſ. *conſ. 90. colum. 1. volum. 3.* Rol. à Valle *conſi. 7. num. 80. conſ. 67. num. 94. volum. 3. & conſ. 39. num. 20.* dicens poſt Doctores, quod † duo ſunt, ex quibus 8
omnium humanorum actuum conſtat effectus, voluntas, & poteſtas, quorum ſi alterum deſit, nihil eſt, quod explicari queat. & tunc quod agitur non tenet, quod etiam voluit Barba. *conſ. 13. num. 7. volum. 2.* hinc Bald. *in l. 2. C. commu. de leg.* per illum text. colligit, quod † duo reperiuntur, quæ omnem 9
actum canonizant, voluntas ſcilicet, & auctoritas, quare ſi non potuit pater auferre totam legitimam Aldæ, nec partem cum dicta prohibitione; propterea ſi prætendit, ei minus legitima relictum, debet agere ad ſupplementum, non autem videtur, quod poſſit annullare teſtamentum paternum: Tantoque magis, quod præter dotem, in qua fuit inſtituta, pater eam, & ſorores inſtituit in libris quadringentis annuis pro qualibet earum, quæ poſito quod eſſent minus legitima, ſatis eſſent, cum † ſufficiat minimum, vt inquit Bald. *in d. c.* 10
omnimodo. colum. 1. cum potiſſime longe maiorem ſummam, videlicet libras mille ducentas annuas ei præſtandas; per ſorores reliquerit, quas licet titulo inſtitutionis ei non reliquerit, tamen quia in teſtamento, ſubiunxit, quod voluit illud valere, omnibus † melioribus iure, modo, forma, & 11
cauſa, quibus melius de iure valere poterit, per dictam Clauſulam titulus inſtitutionis ſuppletur, vt eleganter tradit Bal. *in l. quoties. C. de hæred. inſtit.* Caſtren. *conſ. 347. colum penult. in antiq. alias 323. volum. 1. in nouiſ.* Soc. *conſ. 66. num. 18. volum. 1.* Iaſ. *in d. auct. nouiſſima. limita. 8.* Dec. *conſ. 14. colum. 2. in fin.* D. meus Rimin. *conſ. 41. num. 19. & conſ. 266. cum ſimil.* per me *conſ. 84. num. 38.* & hæc ad fauorem dictarum ſororum contra D. Aldam dicta ſufficiant. Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam pro ea libentius amplector, vt veritati, & æquitati magis conſentaneam, & in primis animaduerto hoc teſtamentum, velut † prima hora noctis confectum, vt 12
in eius principio dicitur, ſuſpectum reddi, licet enim inſtrumenta, quæ clam fiunt, & in ſecreto valeant, tamen ſunt ſuſpecta, quia notarius ſuum officium publice debet exercere, cum ſit ſeruus publicus, & ideo † caueant tabelliones facere 13
inſtrumenta in media nocte, niſi in caſu neceſſitatis. ita Bald. *in c. 1. num. 5. de fid. inſtru.* quem ſequitur Iaſon *in l. more. in verbo. ff. de fer.* & poſt eos in terminis teſtamenti tradit Decia. *reſpon 65. ſub num. 20. volum. 2.* vbi dicit, quod † cum 14
neceſſitas, & vrgens cauſa non imminebat, non potuit, aut fieri non debuit teſtamentum de nocte, taliſque fuit hic caſus, vt audio, nam cum Alda ſenſit de hoc teſtamento facto in perniciem ſuam, vt infra dicam, miſſo ad eum Sacerdote, pro eo reuocando pater indurato corde terga vertit, dicens, nolle aliud facere. Vnde patet, quod ſi ſuperuixit, vt &

in caſu

Digitized by Google

in caſu ſuo Decia.arguit,dici non poteſt illud teſtamentum
15 debuiſſe,nec potuiſſe fieri de nocte,quia † neceſſitatis cauſa
ceſſante,ceſſa quod ob neceſſitatem ſtatutum eſt,aut indu-
ctum.*c.2.& ibi* Card.Florent. *not.3.*per Anch. *in prin.*ſicut &
Butr. *de cuſt. Eucharis. cum ſimilib.*per Tiraq. *in tractat. ceſſan.*
16 *cauſa,prima parte. num.179* & † amplians priuilegium limita-
tum,atque illud prorogans extra limites ſuos,illud in totum
perdere debet propter illius abuſum.*l.eos. C. de aquadu. lib. 11.*
& ibi Ioan. Plate. Ruin. *conſi.28.num.5.volum.1.*Rolan.à Vall.
conſi.32.num.73.volum.4.& ego *conſil.275.num.34.* Vnde cum
17 teſtator † in caſu neceſſitatis vrgentis, ob periculum mortis
imminens,teſtari poſſit de nocte cum luminarijs, & iſte te-
ſtator ſine premente neceſſitate fecerit hoc teſtamentum,
ſine dubio male fecit.

Secundo(quod peius eſt)nulliter illud fecit,nam(vt au-
dio)fecerat prius aliud teſtamentum vtilius Aldæ,quia eam
inſtituerat æqualiter in vſumfructum omnium ſuorum bo-
norum cum ſororibus ſuis,at in hoc ſecundo nequaquã,ſed
eas tantum, niſi poſtquam remaneret vidua,vel ſecundo vi-
ro nuberet,interim vero libras 1200.annuas haberet.Stante
18 igitur , quod † vtrumque teſtamentum fuit inter liberos,
primum vtilius Aldæ prævalere debet ſecundo: nec obſtat,
quod in ſecundo caſſauerit, & annullauerit omnia teſta-
menta, cum multis verborum filaterijs per teſtatorem pro-
19 latis, quia fuit † reuocatio generalis,quæ non ſufficit,quan-
do primum teſtamentũ habet clauſulam derogatoriam, ſed
requiritur ſpecialis.*l.ſi quis in prin.ff.de leg.1.*debuit ergo dice-
re non obſtante quocunque alio teſtamento per me facto,
etiam inter liberos. Ita Caſtrenſ. *in auct. hoc inter liberos. nu-
mer. 5. C. de teſt.am.*quem ſequuntur *ibi.* Iaſ. & in effectu D.
meus Rimin. & Socin. *conſi.163.colum.penult.& fina. volum.2.*
quod minime fecit teſtator , quia de aliquo teſtamento, in-
ter liberos per eum condito,nihil dixit,& certe text. *in d. au-
then.*hoc clare dicit,quod hoc inter liberos teſtamentum ita
infirmatur,ſi parens ſeptem teſtibus adhibitis declaret ſe
nolle teſtamentum tale valere,& aliam diſponat voluntatẽ.
Nam dicta verba, ſe nolle tale teſtamentum valere, deno-
tant expreſſam,& ſpecialem mentionem illius fieri debere,
nec ſufficere generalem,vt iſte teſtator fecit. Et idem cla-
rius etiam probatur *in §. ſi quide m.in auct. de teſt.am. imperfe.*
Vnde decerpta eſt auctentica , hoc inter liberos , dicens
Imperator, hoc ei concedimus agere hoc ipſum expreſ-
ſim ſignificantem ſub præſentia ſeptem teſtium,quia & ſi fe-
cerit talem voluntatem,non tamen valere eam vlterius vult.
ſed rurſus quoque vult aliam facere. Cum igitur ſpecificam
mentionem non fecerit teſtator prioris teſtamenti , dico,
quod illud non dicitur reuocatũ per ſecundum,ſed primum
remanet omnino firmum. Idq; præterea confirmatur quia
20 iuri † ſpeciali,verbis generalibus diſpoſitionis ſequentis de-
rogatum non cenſetur,cum expreſſa derogatio non fit. Bar.
conſ.72.ex facto.num.6. per l.præcipimus.in fin. C.de app. ſequitur
Dec.*conſ.43.num.3. in fin.conſ.47.colu.2.verſ.modo ſic.*& in alijs
per Crau.*conſ.674.nu.23.*& licet idem teſtator ſubiunxerit,
quod ſi in reuocatione aliarum voluntatum de eis ſpeciali-
ter eſſet agendum, tamen intendit omnino,quod ipſa ex-
preſſa mentio pro appoſita ſpecifice habeatur: tamen cum
per hoc non fuerit locutus,niſi generaliter de primo teſta-
mento non exprimens inter liberos facto,ſequitur,quod di-
21 cta ſua prolatio verborum , non fuerit ſufficiens, quia † diſ-
poſitio generalis non pertinet ad ea, in quibus diſponens
poteſtatem non habet.*l. quanquam.ff.de rit. nup.l.Gallus.§. 1.&
ibi* Aret. *in ſecundo not. ff. de lib.& poſt.* Crau. *conſ.844. num.9.*
22 prout in caſu noſtro, quod † pater debet ſpecialiter, & ex-
preſſe de primo teſtamento inter liberos mentionem face-
re; & cum prædictis de ſpeciali mentione, ſiue derogatione
primi teſtamenti , inter liberos neceſſaria ad illud tollen-
dum, tradit idem Crau.*conſ.903.num.3.*vbi dicit,quod ſi per-
fectio teſtamentorum inter liberos, interuenerit, primum
derogatum per poſterius non intelligi,niſi ſecundum ſit vti-
lius liberis,quia clauſulam derogatoriam vtrumlibet habet,
quod benignius filijs eſt , quare ſi vtilius filijs prius ſit, quam
poſterius, nihil poſterius eſt faciendum , in quo derogatum
priori non eſt in ſpecie ; & ad id citat Cynum , Iaſonem, &
Nattam *q.6.& 14.in d.auct.hoc inter liberos*, qui ſubdit ex So-
cin. † clauſulam derogatoriam nunquam in poſteriori teſta- 23
mento inter liberos contra prius ſubaudiri , quod etiam in-
ter liberos ſit editum. Non prætereo quoque Dom.meum
Riminaldum *conſ.110.* vbi ſequendo Caſtrenſem *in d. auct.
hoc inter liberos*, quod requiri † debet ſpecialis mentio te- 24
ſtamenti inter liberos, vt illud dicatur reuocatum per ſecun-
dum,reſpondet quibuſdam teſtibus deponentibus,quod ad
interrogationem Fratris Corradi, qui poſt communionem
dixerat ægroto, † *volete reuocare quello teſtamento c' hauete* 25
fatto,vis reuocare teſtamentum quod feciſti: reſpondit,quod ſic,
quod talis non cenſetur fuiſſe ſpecialis reuocatio, poſtquam
de eo primo teſtamento aliter non fuit facta mentio, dato
quod etiam aliud teſtamentum non præcederet , prout de-
clarant Ang.Imola, Cumanus, & Caſtr.*in l.2.ff. de lib. & poſt.*
quæ doctrina D.mei Rimin.bene notanda eſt in propoſito
noſtro. in quo non præcedebat aliud teſtamentum, quam
primum inter liberos,ſicut & ibi,& tamen non facta ſpeciali
mentione illius, ſicut nec hic , non dicitur illud præcedens
inter liberos reuocatum,ſicut etiam in eodẽ caſu tenet Ruin.
conſ.9.vol.2. vbi pariter ſequitur Caſtrenſem , & † quo ad vti- 25
litatem maiorem primi, vel ſecundi teſtamenti, dicit *ſub nu.5.*
quod attendi debet in ſpecie an ſecundum teſtamentum o-
mnibus filijs, de quibus quæritur, ſit fauorabilius, ſed vbi ali-
quibus magis eſſet fauorabile,& aliquibus minus, vt erat in
caſu ſuo, tunc habet locum *dicta auct. hoc inter liberos* , qualis
eſt & caſus noſter , in quo teſtamentum primum inter libe-
ros erat omnibus ſororibus fauorabile, ſecundum vero D.
Claræ,& Hippolytæ fauorabilius eſt, quam Aldæ: propter-
ea primum debet attendi, poſtquam expreſſe , & in ſpecie
non reperitur reuocatum , vt ſupra dixi. Et ita tenet etiam
Roman. *conſ.179.colum.9.verſ. ſecundo quod.& conſ.389. vol.5.*
& ibi Horat. Mandoſ.quam plures cumulat, potiſſime Ru-
beum *conſ.6.*qui dicit † quod eſt opin.multum æqua. quam 27
tenet etiam Dec.*conſ.105.colum.penul.conſ.349.num.9. conſ.361.
colum.2.& conſ.631.*dom.meus Rimin. *conſ.331. num.10.* Crau.
*conſ.152. in fin.*Cæphal.*conſ.281. num.9.* & † communem teſta- 28
tur Mandoſ.de quo ſupra, eamq; pariter ego tenui *conſ.296.
num.18.*

Tertio, quod nullum fuerit hoc teſtamentum,compro-
batur , nam pater inſtituit Aldam in tertia parte vſusfructus
in caſu quo remaneret vidua , aut ſecundum virum ſuſcipe-
ret,& ſic † ſub conditione,quæ in ipſius poteſtate non erat, 29
nec in eius defectum eam exhæredauit , ergo teſtamentum
ſuum fuit nullum , vt eſt caſus *in l. ſi pater. C. de inſt.& ſubſt.*
vbi ſignanter Dec. *num. 4.* exponit illa verba, iure teſtatus
non videtur, id eſt, teſtamentum eſt nullum. & probatur
in l. Lucius. ff. de cond. & demon. illa namque conditio, quod
Alda remaneret vidua, non pendebat ab eius poteſtate, ſed
à præuia morte dom. Pompeij ſui mariti,vigoroſe viuentis,
& cui poſſet illa præmori male ſana,propterea vere dicitur
inſtituta ſub conditione caſuali non pendente à poteſtate
ipſius Aldæ,ſed à fortuna,& futuro euentu incerto. *l. cum ad
præſens cum ſequen. ff. ſi cert.pet.* & † cum non fuerit in defe- 30
ctum dictæ conditionis exhæredata , teſtamentum dicitur
nullum, quia reperit ſe præteritam. *vt declarat gloſſ. 3. in verbo
deficiente,in d. l. ſi pater.* & ibi Caſtrenſ. *colum. 2. vt per eum.*
Bene verũ eſt,quod gloſſ. 2. in fin.dicit,quod hodie † filius,& 31
quilibet ſuus hæres debet habere debitum bonorum ſubſi-
dium , & ſic legitimam ſine omni conditione, & dilatione
per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. & † ſic teſtamen- 32
tum ſuſtinetur, & valet quo ad legitimam, quia in ea filius di-
citur inſtitutus pure.& licet illam gloſſ. Doctores ante Bar-
tolum reprobauerint, vt refert Caſtren.tamen ipſe Bart.eam
ſecutus fuit , & cum ea conſuluit, & totus mundus ſequitur
eius opin.quam † & communem teſtatur Dec. & Corneus 33
*ibi num.26.*benigniorem appellat, à qua non recedendo,non
eſt omittenda notabilis limitatio, quam ille ſubiungit, per
quam caſus noſter in terminis deciditur: inquit enim, quod
dicta † gloſſ. & opinio Barto. non procedit, quando ſi remo- 34
neretur conditio , ſiue grauamen à legitima, remoueretur
ſubſtantia diſpoſitionis. puta ſi relinquerentur filiæ veſti-
menta vidualia, ſi vidua erit; tunc enim ſi tollis viduitatem,

ſollis ſubſtantiam diſpoſitionis ſecundum Ang. *ibi. & in l. ſiue*
quoque. in princip. ff. de hered. inſtitu. quod eſt notandum ſecun-
dum Imolam. hic enim eſt caſus noſter ad vnguem, quia pa-
ter inſtituit Aldam eius filiam, caſu quo remaneret vidua, &
ſic ſub conditione ſi vidua remaneret, igitur ſublata viduita-
te tollitur ſubſtantia inſtitutionis; ſicq; tali caſu locum non
habet lex quoniam in prioribus.

Quarto non prætereo, quod aliunde colligitur nullitas
huius teſtamenti: nam pater inſtituit Aldam in tertia parte
vſusfruc. bonorum ſuorum, caſu quo remaneret vidua, & ſe-
cundum maritum ſuſciperet, ea vero remanente maritata D.
Pompeio, legauit ei libras 1200. annuas, ei præſtandas per ſo-
rores, & ibi priuauit eam reſiduo dictæ tertiæ partis vſusfru-
35 ctus, † odio mariti ſui. Igitur teſtamentum prædictum fuit
nullum, vt eſt caſus *in l. ſi quis ſuo §. legu. C. de inoffic. teſtam.*
vbi ſi mater filium ſuum infantem, vel cuiuſcunque ætatis
odio mariti ab hæreditate ſua repulerit, id iniquum reputans
Imperator, quod alieno odio alius prægrauetur, penitus e-
tiam delendum determinat, & ſic eſſe nullum; cum poſſit
ſub conditione emancipationis, hæreditatem ſuam mater
filio relinquere, & patris odium punire, & iuri filij ſui mini-
me nocere, nec ſuam naturam fallere. vnde Caſtrenſis *ibi,*
36 *num. 4.* pulchre notat, quod † quando reperitur via facilior,
& magis iuſta, non debet habere locum minus iuſta; & ideo
37 cum † hodie per ius nouiſſimum auctenticorum mater pro-
uidere poſſit, ne aliquid de bonis ſuis perueniat ad maritum,
etiam per aliam viam leuiorem, quam ſit illa, de qua ibi: Vi-
delicet, vt inſtituat filium pure, & vetet ne patri acquiratur
vſusfructus, *auct. excipitur. C. de bon. quæ lib.* non debeat vti illa
via, de qua ibi, videlicet vt inſtituat filium ſub conditione
emancipationis. ſic etiam dici debet in caſu noſtro, in quo
pater inſtituit filiam ſub conditione, ſi remanebit vidua, ne
de bonis ſuis quicquam dom. Pompeius maritus ſuus habe-
ret, & potuerit per aliam viam leuiorem prouidere, videli-
cet inſtituere pure dom. Aldam cum prohibitione, ne mari-
to acquireretur vſusfructus, ſibi imputare debet, & teſta-
mentum ſuum eo modo factum, debet eſſe nullum: tantoq;
magis, quod teſtator nedum Generum ſuum decepit, ſic vt
fecit, ordinando, ſed illius occaſione, etiam Aldam filiam
ſuam, relinquendo duntaxat d. libras 1200. illi longe mino-
res tertia parte totius vſusfructus, vt locupletiores Claram,
38 & Hippolytam redderet, quod † non eſt nouum, quod pa-
rentes ſæpe filias decipiãt, vt filios opulentiores relinquant.
l. ſi ſuperſtite. C. de inoff. dona. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore.
ff. ſol. mat. l. 4. ff. de inoff. teſt. & tradit Decia. *reſp. 54. num. 17. vol. 1.*
Et ex his quatuor fundamentis remanet intentio Aldæ pro-
babilis, & vera, quod ex quo pater non iure fecit teſtamen-
tum dicatur inteſtatus deceſſiſſe. *inſtit. de hered. quæ ab inteſt. in*
princip. ſicque debeat illa nunc cum ſororibus ſuis ſuccedere
pro tertia parte, ſolaque ſupereſt difficultas in diſſoluendis
contrarijs, ſup. relatis.

Non obſtat igitur in primis, quod inſtituerit Aldam in
dote, & alijs rebus, quando eam nuptui tradidit, & ſic quod
ſatisfecerit formæ traditæ, de filijs inſtituendis, quia tolerari
poſſet, ſi ſeruaſſet † cautelam, quam docet gloſſ. *in d. §. ſed*
39 *verum,* videlicet, quod inſtituiſſet illam filiam in 12. imperia-
libus vna cum dote, quæ cautela de facto obſeruatur, vt ibi
teſtatur Bartol. nam tali caſu defenderetur inſtitutio in illis
imperialibus, vt de bonis patris tempore teſtamenti, at ſe-
cus in caſu noſtro, in quo pater inſtituit Aldam in dote tan-
tum, quam à ſe abdicauerat per conſenſum ſuum, quod fi-
40 lia † conſignaret eam marito; dominium namque dictæ do-
tis, translatum fuit in eum, vt inquit Bald. *in d. §. ſed verum,*
& actus ille conſignationis dotis attribui debuit ipſi marito,
cuius contemplatione factus fuit. *l. ſeruo legato. §. ſi teſtator.*
& ibi not. Bart. *ff. de leg. 1.* Soc. *conſi. 5. colum. 2. volum. 1.* Pariſ.
conſil. 5. ad fin. volum. 1. & ego *conſ. 116. num. 57.* vnde quando pa-
ter poſtea, & ex interuallo fecit teſtamentum, & Aldam in-
ſtituit in dote ei data, quando eam nuptui tradidit, dicitur
eam in rebus alienis inſtituiſſe, videlicet mariti, non autem
ſuis proprijs, quod non licet. *§. diſponat. in auten. de nup.*
vbi dicitur, diſponat vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, &
ſicut lex 12. tab. dixit, vti quiſque legaſſet de re ſua, ita ius
eſto. *l. verbis legis. ff. de verbor. ſignif.* ibique pulchre declarat
Petrus Rebuff. dicens, quod per † hoc verbum, *ſua,* elucida- 41
tur, de qua re poſſit quis diſponere, videlicet de ſua, quod
dominium importat *l. quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg.*
& ſic de aliena non eſt licitum diſponere, igitur in propoſito
noſtro, licet pater inſtituere poſſit filiam in dote, penes eam
exiſtente, vt illa, quæ habet quoddam dominiũ intellectuale,
& improprium ſecundum Bald. *in d. §. ſed verum. colum. 2.*
conſequatur proprium, mediante inſtitutione. *l. 1. & ibi gloſſ.*
ff. de acquir. rer. dom. l. cum heredes. ff. de acquir. poſſ. tamen ſecus
eſt, dote translata de mandato, & conſenſo patris per filiam
in maritum, quæ deſijt eſſe patris, & filiæ, & facta fuit mari-
ti, prout in caſu noſtro: & quæ dixi de ſupplemento legiti-
mæ nihil faciunt, id enim præſupponit quid patrem de ſuis
bonis licet minus ea, reliquiſſe. *l. omnimodo. & ibi not. C. de inof.*
teſta. quod non eſt in caſu noſtro reſpectu dotis per ſupra
dicta. Verum quia dixi, quod Aldam inſtituit pater in libris
quadringentis annuis, & ſic in bonis ipſius teſtatoris, dili-
gentius aduerti debet, quod nulliter facta fuit illa inſtitu-
tio, dixit enim teſtator, quod inſtituit Aldam in libris 400.
annuis, donec erunt ſoluta debita, & ſic interim voluit, eam
habere dictam ſummam, poſtea vero ſolutis debitis nequa-
quam. Sed † paganus ita facere non poteſt hæredem ad cer- 42
tum tempus, ſed in milite tantum eſt ſpeciale. *l. miles ita. ff. de*
teſtam. milit vnde talis actus inſtitutionis nullæ, nullum o-
peratur effectum. *cap. cæterum. & ibi not.* Ioan. *de reſcript.* &
ego *conſ. 314. num 22. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* Iaſon *in*
l. 1. colum. 4. C. de iur. & fac. igno. & Rolan. a Valle *conſ. 49. n. 29.*
volum. 4. cum vulgaribus, † non enim poteſt teſtator facere, 43
quin leges habeant locum in teſtamento ſuo. *l. nemo poteſt.*
ff. de legat. 1. Nec etiam me quicquam premit, quod ſolutis
debitis, grauauerit pater Clarã, & Hippolytam, ad dandum
Aldæ libras 1200. annuas, quia id fuit legatum, non inſtitu-
tio, vt ſuperius dixit, *in verſic. Et qual legato eſſa Alda non poſſa*
conſequire. ne exigere, ſe prima non faccia la ratificatione legiti-
ma, come ſi dira qua da baſſo. & recuſando fare tal ratificatione,
detto legato ſia eſtincto. & nullo, id eſt, *idque legatum ipſa Alda,*
non poterit conſequi, nec exigere, non facta prius ratificatione legi-
tima. ſicut infra dicetur, & ſi recuſauerit talem facere ratificatio-
nem, legatum id erit extinctum, & nullum. Cum enim bis illam
præſtationem dictarum librarum 1200. legatum appellauerit, illa † geminatio verborum magis expreſſam demonſtrat 44
voluntatem teſtatoris, quod non reliquerit eam iure inſti-
tutionis. *l. baliſta. cum ibi not. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. cum ſeruus*
C. de agric. & cenſi. lib. 11. & cum maiori deliberatione cenſen-
tur prolata. *c. & ſi Chriſtus. de iureiur.* & cum maiori delibera-
tione voluntatis. Caſtren. *conſ. 115. colum. 2. volum. 1.* & ego *conſ.*
65. num. 28. & hinc tollitur, quod dicebam de clauſula, *omni*
meliori modo: in fine teſtamenti poſita, quæ ſolet ſupplere ti-
tulum inſtitutionis; eam videlicet in caſu noſtro, talem effe-
ctum parere non poſſe, propter repugnantiam; quia videlic.
expreſſe ſupra legatum fecit teſtator: quod repugnat inſti-
tutioni: Et † clauſula in fine poſita non refertur ad omnia, 45
quando per talem relationem reſultaret repugnantia. Iaſ. *in l.*
talis ſcriptura. ff. de legat. 1. Dominus Rim. *conſ. 423. in fine.* & ego
pariter *conſ. 265. num. 61.*

Præterea ſubtilius, & in terminis dictæ Clauſulæ, *omni me-*
liori modo: dico, quod † illa ſubiecta nihil operatur, quando in diſ- 46
poſitione eſſet expreſſus modus ineptus, & modus aptus nul-
latenus cõdeſcenderet ex expreſſo, tunc n. dicta clauſula in-
telligitur de expreſſo, & ſi ille nõ ſufficit, dicta clauſula eſt ina-
nis, ita tradit Calder. *conſ. 1. de accu.* Felin. *c. cum ſuper. col. ſi. de off.*
deleg. Pariſ. *conſ. 54. n. 28. & 34. vol. 3.* quos ego ſequor *conſ. 467.*
n. 46. ſed in propoſito noſtro legare Aldæ filiæ libras 1200. fuit
modus ineptus ad eius inſtitutionẽ, velut re, & nomine diuer-
ſus. *arg. l. ſi idẽ. C. de codicill.* nec titulus inſtitutionis vllo modo
cõdeſcendit ex expreſſo tit. legati. Ergo dicta clauſula de illo
debet intelligi, & ſi ille nõ ſufficit, dicta clauſula debet inanis
remanere, quod autem titulus legati ſit inutilis ad inſtitutio-
nem filiæ probatur, quia † hodie debet relinqui filio legitima 47
titulo honorabili inſtitutionis, & ſi relinqueretur alio titulo,
puta legati, tunc hic filius diceretur præteritus, & teſtamen-
tum eſſet nullum, & † ſic in hoc corrigitur *auth. nouiſſima, C. de* 48
inoff.

Digitized by Google

inoff.teſtam. vt ibi dicit Iaſon *num.13.* & iſtud tenent omnes indifferenter, rationemque duplicem Iaſon adducit, primam
49 propter honorem filij, quia † titulus inſtitutionis eſt titulus honorabilior cæteris. *l. filium. §. ſed ſi etiam portio. ff. de leg. præſt.* ſecundam propter vtilitatem filij (alias enim de ſolo honore ſine vtilitate parum curandum eſt) quia filio inſtituto, ſi cohæres repudiet, accreſcit filio per ius accreſcendi. *l.1. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſtit.* ſed ſi tit. legati nihil accreſceret filio. *l. eam quam. C. de fideicom.* ſecundũ Iacob. de Rauen. Cynum, Bald. & Salyc. *in d. auth. nouiſſima,* quos citat Iaſ. & adeo
50 vera eſt iſta † concluſio, quod tit. inſtitutionis ſit relinquendum filio, quod etiam locum habet in teſtamento inter liberos condito, vt tenet indifferenter vtraque ſchola legiſtarũ, & canoniſtarum. vt tenent vtrique Iacob. Petr. Cyn. Sal. & Fulgoſ. *ibi* Bald. & Sal. *in l. fin. C. fam. herc.* Bald. & alij *in c. ſi pater. de teſtam. in 6.* & alij, quos refert Iaſ. *in d. auth. nouiſſima. n.16.*
51 qui † communem teſtatur, licet contra teneat, vt per eum: ſed à communi non eſt recedendum, quam tenet etiam dominus Riminald. *conſ.427. num.14.* vnde redeundo ad rem noſtram patet, quod clauſula, omni meliori modo, in fine teſtamenti poſita, non adiuuat legatum librarum 1200. factum Aldę per eius patrem. Sed & ſecundo pondero diligenter doctrinam Baldi *in d. l. quotiens. colum.2. verſ. quæro ſi pater. C. de hæred. inſtit.* vbi ponit duos caſus, primus eſt, ſi pater dicat,
52 relinquo † talem rem, vel talem quantitatem filio meo, & adijciat, quod vult teſtamentum valere omni modo, via, & forma ſuppletur tit. inſtitutionis, & voluntas teſtatoris ſaluatur; quia ſignificato verborum generalium non repugnat. Si autem teſtator expreſſe diceret, relinquo iure legati 10. tali filio meo, tunc bene eſſet præteritus, quia licet in verbis legis 12. tab. verbum, *lego,* fuerit commune. *l. verbũ legis. ff. de verb. ſignif.* tamen poſtea per ſequentem iuris prudentiã vocabula fuerunt diſtincta, ideo de per ſe habemus titulum *de hær. inſtit.* & per ſe titulum *de legat.* conſidero, quod in ſecundo caſu Baldi neceſſe eſt, eum intelligere, quod teſtator dixerit, relinquo iure legati decem filio, & adiecerit dictam clauſulam; quod valeat teſtamentum omni modo, iure, & forma, quia ſine ea, dictum ſuum non haberet dubitationem, cum verbum *relinquo,* certæ rei, vel ſummæ adiectum non importat inſtitutionem, vt tradit Alexan. *in l. nam quod. §. non omnis. n.6. ff. ad Treb.* poſt Dyn. & Doctores. ergo ſtat ibi deciſio Baldi ſingularis, quod pater reliquerit certam ſummã iure legati filio, vt ibi, & hic, licet adijciat clauſulam, *omni meliori modo;* non importat inſtitutionem.

Tertio moueor adhuc ex alia deciſione Ruin. *conſ.37.*
53 *num.7. volum.3.* vbi demonſtrat, dictam † clauſulam non opitulari, quando filio fuit relictum titulo legati, & non inſtitutionis. Ideo habetur pro præterito, & teſtamentum eſt nullum. *§. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appell. co.* nec intelligitur filius inſtitutus virtute clauſulæ, omni meliori modo, de qua in fine teſtamenti, quia dicit Ruinus, tunc inſtitutionem inducit, quando ad teſtamentum refertur, vel ad verbum relinquo, vt quia dicatur, volo teſtamentum valere, vel relinquo omni meliori modo, ſecundum Caſtren. *conſ. 447. ſuper puncto, quo quæritur,* & Baldum *in d. l. quotiens.* & Alexan. *in d. §. non omnis.* Secus autem, ſi teſtator diceret, ſi non valeret iure codicillorum, vel alterius cuiuſcunque vltimæ voluntatis, qua melius valere de iure, & tenere poſſit. Et ſic d. clauſula non determinat teſtamentum, vt ibi latius per Ruinum. Sic enim dici debet in caſu noſtro: nam teſtator dixit, & hæc eſt vltima voluntas, quam declarauit, vt ſupra; ore proprio, hæredes nominando inſtitutos, nec de legato facto dom. Aldæ librarum 1200. quicquam dixit, nec ad illud dictam clauſulam retulit, quam ſubiecit, ſed ſubiunxit, quam ſcilicet vltimam voluntatem inſtitutionis voluit valere iure teſtamenti nuncupatiui ſine ſcriptis, deinde ſubiungit clauſulam relationem habentem ad inſtitutionem dicti teſtamenti, non autem ad dictum legatum, dicens, quod ſi non valeret illud teſtamentum iure inſtitutionum hæredum, valeat iure codicillorum, vel donationis cauſa mortis, & alias omnibus melioribus iure, modo, forma, & cauſa, quibus vnquã de iure valere poterit. Vnde dicta clauſula, non relata ad legatum prædictum, in quo dom. Alda non fuit inſtituta, non poteſt illud conualidare, quia † non 54
entis nullæ ſunt qualitates, *l. cum qui in prouincia. ff. ſi cert. pet.* & hanc opinionem Ruin. *in d. conſil. 37.* ego quoque latius ſum ſecutus *in conſil. 78. numer. 33. cum ſequentibus,* vbi dixi, quod cum dicta † clauſula, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat, &c.* 55
fuerit poſita in defectum validitatis teſtamenti, dici non poteſt, quod teſtator voluerit trahere diſpoſitionem ad inſtitutionem, per quam teſtamentum conſeruatur in vim teſtamenti: vt in terminis voluit Cuman. *in l. hic verbis. colum.2. ff. de hæred. inſtit.* Alexan. *conſil.50. colum. penult. num.10. volum.7.* & Ruin. *in d. conſ.37. num.7.* & præter hoc idem tenet Bero. *conſ. 118. num.29. volum.2.* vbi dicit, quod in hoc caſu teſtator appoſuit clauſulam, *omni meliori modo;* vt operaretur ſuum effectum ſolum in caſu, quo teſtamentum valere non poſſet, vt teſtamentum, & iure teſtamenti, vt patet ex ipſius verbis: *ſi non valet iure teſtamenti,* igitur eſt impoſſibile, quod hæredis inſtitutionem denotet, alioquin dicta clauſula operaretur effectum, quod teſtamentum valeret, vt teſtamentum, cum inſtitutio hæredis præſupponat extare teſtamentum, & in ſolo teſtamento fieri poſſit. *§. ante hæredis. Inſt. de lega.* & tamen teſtator voluit eam operari duntaxat in caſu, quo teſtamentum non valeret, vt teſtamentum. Et *ibi* poſt Matheſ. *notab.141.* & Imolam *in d. l. hic verbis,* addo, quod cum † negatiue 56
concepta ſit dicta clauſula, intelligitur ſi, & quatenus, non poterit valere iure teſtamenti, valeat alio meliori modo: & ſic excluſo teſtamento, & alijs diſpoſitionibus expreſſis, quod, & quæ locum habere non poſſunt, fiat tranſitus per hanc clauſulam ad alias diſpoſitiones. Igitur vt concludam, cum dictum legatum librarum 1200. factum Aldæ non importet inſtitutionem, requiſitam in ea, nec ad illud dicta clauſula referatur, nec in libris 400. ad tempus inſtitui potuerit Alda, nec in dote ſola, teſtamentumque primum fuerit vtilius ei, quam ſecundum, ſequitur quod nullitate ſecundi teſtamenti ſubſiſtente, primum velut minime ſublatum, valere debeat, & attendi, vt determinat Pariſ. *conſ.39. num.28. volum.2.* & ego *conſ.299. num.15.* & ita de iure conſulo. Hippol. Rimin. Ferrar.

Pro domino Iacobo Ducia Bononienſi.

ARG. De pœna percutientis aliquem in eccleſia ſub celebratione ſacrorum. De delicto ex propoſito, vel caſu commiſſo, vel calore iracundiæ. Item de pœna occidentis fugientem percuſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens in eccleſia aliquem colapho an pœna l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cle. puniri debeat & num. 2.*
3 *Delictum quando dicatur ex propoſito vel caſu commiſſum*
4 *Quid ſi calore iracundiæ, & iuſto dolore quid committatur.*
5 *Impulſio quid: Et quid propoſitum, & quomodo differant. num 6. & 7.*
8 *Intellectus l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. & n. 17 18 ac 27.*
9 *Irruentes in eccleſiam, vt clericis, & miniſtris iniuriam faciant, an tanquam ſacrilegi per iudicem ſecularem capite puniantur. & num.30.*
10 *Maleficium in dubio caſualiter, & non ex propoſito commiſſum præſumitur. & num 11.*
12 *Decretum loquens de delicto commiſſo animo deliberato, non procedit in delicto commiſſo in rixa, & ſic caſuali.*
13 *Calor iracundiæ non ſolet in delictis excuſare.*
14 *Occidens fugientem, qui eum percuſſerat, non punitur pœna ordinaria. Et cur num 15. ſed pecuniaria num 16.*
19 *Delictum augetur ex pluribus qualitatibus concurrentibus, & fit capitale, quod alias non eſſet.*
20 *Pœna irruentis in ſacerdotes. & eccleſiam qua*
21 *Vt committatur pœna alicuius conſtitutionis omnes qualitates in ea ſpecificatas concurrere neceſſe eſt.*
22 *Irruens in laicum in eccleſia qua pœna puniatur.* *(inferatur.*
24 *Et quid cum Epiſcopo, aut clericis, aut miniſtris eccleſiæ iniuria aliqua*
25 *Verba debent immediato capi.*
26 *Delictum ex duplici cauſa procedens in dubio ex ea debet præſumi, quæ minus onoroſa ſit reo.*
28 *Pœna locum non habet niſi expreſſe dicatur, nec habet in ea locum extenſio, ex identitate rationis. num 29.*
30 *Pœna capitalis, an pœnam capitis tantum, an vero etiam deportationis complectatur. num 31.32. & ſeqq.*
35 *Pœna mortis ſi ex lege vel ſtatuto veniat infligenda, an iudex laqueo, igne, gladio pro arbitrio pœnam infligere poſſit.*
37 *Iudæus omnis Chriſtianum, capitali iudicio plectitur, id eſt deportatione ſecundum gloſſ.*

CONSIL. DCCXLIII.

PROPONITVR, quod proximis diebus, dum diuina ce-
lebrarentur officia Veſperarum Bononiæ in eccleſia
Sanctæ Mariæ ſeruorum, dominus Iacobus Ducia caſu con-
1 tendens cum alio iuuene, nominato Hieronymo, ei † dedit
colaphum: vnde captus fuit, & prætendit curia eum puniri
poſſe capitaliter, vel ſaltem in abſciſſione manus, fundamen-
tumq; ſuum verſatur ſuper *l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. &*
cler. Ego vero non tam rigoroſe procedendum puto, dili-
2 genter enim perſpici debet, & † diſtingui inter delictum
cõmiſſum ex propoſito, vel caſu. Dicitur enim commiſſum
delictum ex propoſito, quando quis aggreditur alium præ-
uia animi deliberatione ex interuallo præcedente, & illum
occidit, vel aliter offendit, & cum myſterio dicitur ex inter-
3 uallo, quia † ſi quis caſu obuiam habuerit inimicum ſuum,
& ira commotus illum interfecerit, non dicitur, homicidiũ
animo deliberato commiſiſſe, niſi appareat, quod antea de-
liberaſſet illum interficere, & ambulaſſet armatus animo
illum occidendi: nam eo caſu quo illum obuiam habuerit,
& occiderit, dicitur animo deliberato illum occidiſſe. Ita
pulchre declarat Clarus *in §. homicidium,* dicens, quod ita vi-
dit pluries in ſenatu ſeruari, idemq; pulchrius declarat Me-
noch. *de arbitr. iud. caſu 361. lib. 2. cent. 4. num. 8.* dicens, quod ſe-
4 cundus eſt terminus, † cum calore iracundiæ, vel iuſto dolo-
re, aliove animi affectu quis ſine cogitatione, ſed impetu
quodam ad delinquendum prorumpitur. Et hanc, impul-
ſionem rectores appellant (vt apud Ciceronem *lib. 2. de inuen-*
tione) cauſa diſtribuitur in impulſionẽ, & ratiocinationem.
5 Impulſio eſt, quæ † ſine cogitatione per quandam affectio-
nem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægri-
tudo, violentia, & omnino omnia, in quibus animus ita vi-
detur affectus fuiſſe, vt vere perſpicere cum conſilio, & cu-
ra non potuerit. Et id, quod fecit impetu quodam animi,
quam cogitatione fecerit, & cum prædictis etiam concordat
dom. Bartholomæus Bertazollius *conſ. 85. num. 9. criminalium.*
num. 10. vbi poſt Caſonium *in ſecundo tract. de indi. præmedita.*
6 *c. 1.* & Menoch. *in d. caſu 361.* diſtinguit, an † delictum fiat per
impulſionem, quod pertinet ad rixam, & ad calorem iracun-
7 diæ, aut per † ratiocinationem, quod ad factum præmeditate
pertinet. Nam primo caſu, & ſi animus occidendi interue-
niat, qui & in rixa interuenire poteſt, non dicitur tamen ani-
mus deliberatus, vel meditatus. At cum verum ſit in facto,
quod domin. Iacobus ad rixam venerit cum domino Hie-
ronymo, qui ſorte verbis, aut impulſu eum prouocauit, vel
aliter, vt euenire poteſt inter iuuenes, & frequentiam perſo-
narum, ſicque calore iracundiæ motus, eum colapho per-
cuſſit caſualiter, id feciſſe dicitur ſine præuia cogitatione ani-
mi, & ſine præuia animi deliberatione ex interuallo.

8 Quibus ſic ſtantibus dico, quod textus † *in d. l. ſi quis in hoc*
genus, non debet in hoc delicto caſuali procedere, ſed in
præmeditatis tantum, & ex propoſito, ſiue cum animi præ-
uia deliberatione commiſſo, idq; clare colligitur ex ſum-
9 mario Caſtrenſis ibi, qui dicit, quod † irruentes in eccleſiam,
vt clericis, & miniſtris iniuriam faciant, tanquam ſacrilegi
per Iudicem ſecularẽ capite puniuntur, ſi enim irruerunt in
eccleſiam, vt clericis, & miniſtris iniuriam facerent, appa-
ret, quod animo deliberato illis nocendi, & iniuriam infe-
rendi id fecerunt, non autem caſualiter, & ſine præuia cogi-
tatione animi, vt euenit in hoc dom. Iacobo, qui pariter
10 præſumptione iuris adiuuatur. Nam † maleficium præſumi-
tur in dubio commiſſum caſualiter, & non ex propoſito fa-
ctum, vt ſingulariter dixit Bart. *in l. 1. lectura antiqua. ff. de ſer.*
corrup. Felyn. *in c. ſicut dignum. colum. 3. de homic.* Decia. *reſp. 104.*
num. 19. volum. 3. & reſp. 67. num. 12. & 13. eod. volu. vbi rationem
11 ſubiungit, quia † vbi actus poteſt importare maius deli-
ctum, præſumitur de minori delicto. Bald. *in l. fin. colum. fin. C.*
de adul. edict. & ob id concludit inter rixantes particulariter,
nec inter eos appareat aliqua inimicitia, ſequitur quod non
ſit penſamentum, & cum prædictis idem tenet Plot. *conſ. 130.*
12 *num. 74. tomo primo criminalium,* vbi dicit, quod † decretum,
loquens de delicto commiſſo animo deliberato, non pro-
cedit in delicto cõmiſſo in rixa, & ſic caſuali: quia in dubio
non præſumitur delictum commiſſum animo penſato, vel
deliberato, ſed caſu, vel in rixa. vt per Aret. *conſ. 80. ſicut de-*
cet. colu. 2. in fine verſ. quoniam ſicut actus. Doct. *in l. fin. ff. de*
quaeſt.

Et licet † calor iracundiæ non ſoleat in delictis excuſari, 13
vt declarat Bald. *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* tum id intelli-
git, quod ex toto non excuſet, pœna tamen mitigari debet
in delicto commiſſo cum iracundia, vt Roman. concludit
notabili ſiue ſingulari 508. volo commentare, & idem not. Abb.
in c. 1. de iniur. col. 1. verſ. puto tamen. & in c. dilecti. col. fi. verſ. credo
tamen, de except. cum ſimil. vt ibi Fely. Vnde Decius *in l. vt vim.*
col. 3. & conſ. 482. poſt Butr. & Aret. concludit, quod licet pro-
hibitum † ſit occidere fugientem, qui te percuſſit, quia id 14
potius ad vindictam, quam ad defenſionem tenderet, ſi ta-
men id fecerit quis, de homicidio pœna ordinaria puniri
non debebit, pœnam iuſto dolore minuente. *l. ſi adulterium.*
§. Imperatores. ff. de adulte. ſequitur Cagnol. *in l. quicquid calore.*
num. 11. ff. de reg. iur. & hinc infertur, quod † ſi delictum hoc 15
caſuale nec ex propoſito, nec animo deliberato cõmiſſum,
non debet ordinaria pœna vniuerſali capitali puniri, vt di-
citur *in d. l. ſi quis in hoc genus,* ſed minus debet pœna ex dicta
cauſa, nec alia pœna corporali, vt eſſet abſciſſio manus, ple-
cti debet, nec habere locum, quia † quando ex aliqua cauſa 16
receditur à pœna ordinaria, pœna debet eſſe pecuniaria,
non corporalis, vt tradit Marſ. *conſ. 24. num. 36. conſ. 39. num. 58.*
& in alijs locis ſequitur Gramm. *conſ. 36. num. 23. conſ. 59. nu-*
mer. 52. & voto 5. num. 3. Bertazoll. *conſ. 11. num. 23. conſ. 27. num. 6.*
& conſ. 62. num. 22. & 87. conſ. 118. num. 3. & conſ. 143. nume-
ro 18.

Secundo moueor, nam vt declarat Alberic. † *in d. l. ſi quis* 17
in hoc genus, ille textus ponit quatuor caſus, quorum primus
(de quo quæritur) eſt, quando in loco Eccleſiæ, & cultus di-
uini tempore & in clericos, & miniſtros eccleſiæ deliquerit,
& vt inquit Bald. poſt Iacobum Butrig. *in auth. ſed nouo iure,*
addit quartum † quod aut fuerit diuinum officium turbatũ, 18
& eſt pœna capitis imponenda, aut non fuerit turbatum, &
tunc punitur pœna exilij, & ſic illa autentica venit ad deter-
minationem legis Codicis, vt tunc demum ſit pœna capitis,
quando omnia iſta concurrunt, quia † ex pluribus qualitati- 19
bus concurrentibus augetur delictum, & fit capitale, quod
alias non eſſet; vnde ſubdit Bald. poſt dictum Butrig. quod
ſi † quis irruit in ſacerdotes, & eccleſiam, ſed non tempore 20
officij diuini, non habere locum pœnam capitis ſed exilij,
quia eſſet abſurdum, quod imponeretur maior pœna duo-
bus concurrentibus, quam tribus, nam ſi concurrunt tria,
ſcilicet perſona, locus, & tempus diuini officij; ſi tamen deeſt
quartum, ſcilicet turbatio diuini officij, non eſt pœna capi-
talis. Et hinc Baldus colligit argumentum, quod vbi ex
pluribus concurrentibus non eſt pœna capitalis, multo mi-
nus eſt capitalis, vbi pauciora concurrunt; at in caſu noſtro
ex quatuor neceſſarijs ad imponendam pœnam capitis in-
teruenerunt, quod in eccleſia, & tempore diuinorum offi-
ciorum proponitur hoc delictum commiſſum, ſed alia duo
non cõcurrerunt, quia do. Iacobus nihil cõmiſit in illos fra-
tres ſeruorum, nec eos iniuriauit, nec turbauit officia diui-
na, nec eos impediuit ea proſequi aliquo modo, vt mihi pro-
ponitur, merito ſequitur ex deciſione Butrigarij, & Baldi in
terminis, non poſſe pœnam capitalem huic domino Iacobo
imponi ſed exilij tantum, quod bene notandum eſt; Et vlte-
rius confirmatur, nam † vbi agitur de imponenda pœna ali- 21
cuius ſpecialis conſtitutionis, oportet, quod in illo caſu ve-
rificentur omnes qualitates, in ipſa conſtitutione expreſſæ,
alias pœna non committitur, vt eſt doctrina Ioannis An-
dreæ *in c. 1. de hom. in 6.* quam dicit eſſe ſingularem, & ab omni-
bus approbatam inter conſi. Butrij *conſ. vlt. num. 1. in fin.* ſe-
quitur Clarus *in pract. cri. q. 85. col. 7. ver. vbi agitur.*

Tertio non prætereo, quod hanc quæſtionem pariter in
terminis offenſi laici ponit Salicet. poſt eundem Iacobum
Butrigar. *in d. auth. ſed nouo iure,* vbi quærit, † quid ſi intra ec- 22
cleſiam quis irruit in laicum, prout in caſu noſtro propo-
nitur, quod dom. Iacobus dedit colaphum dom. Hierony-
mo, & reſpondet, quod de iure Codicis punitur capite, idque
videtur voluiſſe gl. in verbo cultus. *in l. præcedenti,* quæ dicit,

ac ſi

ne ſi dicat cuilibet, ſed forte dicit Salyc. illa gloſſ. vult, quod
ſi turbatur cultus diuinus, iniuria inferatur cuilibet ibi ex-
23 iſtenti, ſed quicquid ſit, ſubdit Salyc. ſi per † iniuriam illatam
in laico, turbatur officium, punitur capite, Si vero non tur-
bauit, tunc ſi de iure puniebatur capite, hodie non punie-
tur, quia ſi propter iniuriam, ſacerdoti illatam, capite non
puniretur, non turbato officio diuino, minus puniri debet,
propter illatam in laicum, ſed pœna exilij puniri debet, ſtat
igitur ibi deciſio in terminis caſus noſtri, cum diuina officia
non fuerint turbata, ex quo monachi ab eis celebrandis non
deſtiterunt.

Quarto conſidero textum *in §. ſi quis autem cum ſacra. in
auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. vnde ſumpta fuit d. auth. ſed hodie* qui di-
24 cit, quod † ſi quis cum ſacra myſteria celebrantur in ſanctam
eccleſiam ingrediente Epiſcopo, aut Clericis, aut miniſtris
alijs eccleſiæ, iniuriam aliquam inferat, iubemus, hunc ver-
bera ſuſtinere, & in exilium mitti. Si vero & hic ſacra myſte-
ria conturbauerit, aut celebrari prohibuerit, capite punia-
tur. Pondero, quod illa conſtitutio, loquens de iniuria, col-
lata in perſonam epiſcopi vel clericorum, vel miniſtrorum
eccleſiæ, debet intelligi de iniuria, illis immediate illata, non
autem quando laico, vt in caſu noſtro. Nam tali caſu illi
25 non fuerunt immediate iniuriati, ſed † verba debent imme-
diate capi. *l. qui liberis. §. hæc verba, & ibi not.* Doctores maxi-
me Iaſ. *ff. de vulg. & pup.* merito nec in iſto caſu pœna capitis
26 locum habere debet. probatur. nam † quotiens ob duplicem
cauſam delictum potuit admitti, ex ea commiſſum in du-
bio cenſeri debet, quæ minus onéroſa ſit reo, vnde leuius
delictum fit. *l. ſi præſes. l. interpretatione. ff. de pœn.* Soc. *in l. cum
quæritur. ff. de reb. dub.* Cra. *conſ. 6. num. 69.* vnde ſi quæramus,
an hoc delictum commiſſum fuerit in iniuriam clericorum,
vel dom. Hieronymi offenſi, potius dici debet; offenſionem
dom. Iacobi ſecutam, cauſatam fuiſſe ex rixa inter eos orta,
& in iniuriam dicti Hieronymi, propter quam leuius cri-
men efficitur, quam quod offenſi fuerint clerici, prout in
ſimili caſu arguit Crauet. *conſ. 859. num. 6.* concludens, quod
odio mutuo inter Comitem, & Ioannettinum intercedente,
offenſio magis ſecuta dicatur. Vnde leuius crimen redditur.
quam ſi maieſtatem læſam principis dicamus, hæc enim de-
ciſio multum confert caſui noſtro, quod offenſa dicatur il-
lata Hieronymo, non autem Clericis, & propterea crimen
leuius dicatur, & mitior pœna ſit imponenda, quam ca-
pitis.

27 Quinto comprobatur, nam textus † *in d. l. ſi quis in hoc ge-
nus. & in d. §. ſi quis autem cum ſacra.* clare loquuntur, de in-
iuria commiſſa in perſonam epiſcopi, clericorum, vel mini-
ſtrorum eccleſiæ, de commiſſa vero in perſonam laicorum
nihil dicunt, nec de pœna tali, ſecundo caſu imponenda.
Ergo nec nos debemus applicare pœnam primo caſu impo-
28 ſitam huic ſecundo, quia † pœna locum non habet, niſi ex-
preſſe dicatur. *§. cum igitur. in auth. de non elig. ſecundo nuben.* ibi
*nec eſt lex tale. quod dicens. & in l. at ſi quis. §. diuus autem. ff. de
relig. & ſump. fun.* ibi *pœnam à lege ſtatutam non eſſe*; plura ponit
Fely. *in cap. 2. colum. 1. de reſcr. cum ſimil.* per Nattam *conſ. 597.
num. 9.* & ego dixi *conſ. 23. num. 217. & in conſ. 549. num. 7.* & alibi
29 ſæpe, vtque eo loco dixi *num. 12.* † pœnæ adeo odioſæ ſunt,
quod etiamſi diſpoſitio legis principalis extendatur, ex
identitate rationis, non tamen extenditur, quantum ad pœ-
nam, vt eſt celebre dictum Ioan. Andreæ *in c. diſpendia. de re-
ſcript. in 6.* vbi Domi. *col. 3.* & alij, quos citat Natta *conſ. 319.
num. 9.* quibus addo Socin. *conſ. 275. num. 12. volum. 2.* Alcia. *de
præſum. reg. 3. præſum. 45. num. 5.* Crau. *in tractat. de antiq. tempo.
4. par. num. 88.* & Cæphal. *conſ. 226. num. 16.* quos ego retuli *conſ.
549. citato.*

Sexto & vltimo, ne ſim prolixior in tanta temporis angu-
ſtia duorum dierum, mihi conceſſa, dico dato ſine veri præ-
iudicio, quod eſſemus in caſu *dictæ legis ſi quis in hoc, & dicti*
30 *§. ſi quis autem cum ſacra*, de † pœna capitis, vel de capitali ſen-
tentia loquentium, quæ tantundem important dicere pœ-
na capitalis, quantum pœna capitis, vt tradunt Cyn. & Salyc.
in l. 1. C. de falſ. quos refert, & ſequitur Auguſt. de Arim. *in ad-
di. Angel. Aret. in tract. de maleſ. in verbo.* & ibi *caput à ſpatulis,*
31 *ſub num. 33.* Nihilominus † vt in criminalibus verba intelli-
gantur, in mitiorem partem dicta verba capitalis ſententiæ,
vel pœna capitis intelligi debent, de deportatione, quæ di-
citur etiam pœna capitalis, ſiue capitis, non autem de ampu-
tatione ipſius capitis. Ita voluit Ioan. Andr. & alij, *in c. quanto.
ſuper gloſſ. 1. de iureiuran.* vbi referunt, † Ioannem Gloſſatorem 32
defendiſſe alias in hac ciuitate Bononiæ à pœna mortis
vnum, qui falſificauerat monetam, & ſtatutum extat Bono-
niæ, quod falſificans monetam, puniatur pœna capitis: dicit
enim, quod obtinuit, quod exponatur pœna capitis, id eſt
deportationis. Idemque tenuit Abb. *in c. at ſi clerici. in prin.
de iudi.* Anch. *in clemen. paſtoralis in prin. not. 10. de re iud.* Io. de
Annani. *in c. 1. colum. 2. de homici. in c. qualiter & quando. §. ad
corrigendas. colum. 4. de accuſ.* & exclamans Imol. *in l. 2. colum. 5.
ff. de pub. iud.* vbi dicit, hoc † eſſe menti tenendum, quia poſ- 33
ſes de hoc lucrari vnam bonam veſtem, quia † vbi eſt pericu- 34
lum vitæ, vel pecuniæ, currunt aduocati, ſequitur Iaſ. *in l. di-
uortio. col. 3. ff. ſol. matr* & Mar. *conſ. 51. num. 39.*

Et licet de hoc poſſet eſſe dubium, quia Bald. *in l. 2. C. de
fal. monet.* dixit *per illum text.* ſi † ſtatuto caueatur, quod pœna 35
capitis quis puniatur, iudex quam pœnam mortis vult im-
ponere poteſt, vel comburere, vel decapitare, vel ſuſpendere.
Cynus vero *in l. 1. C. de falſ.* dicit, quod pœna capitalis inter-
pretanda eſt in mitiorem partem, vt comprehendat depor-
tationem, & non mortem naturalem, tamen, vt inquit Au-
guſ. de Ari. *loco prædallegato* † non eſt recedendum à communi 36
ſententia, *per d. l. primam, & per text. iuncta gloſſ. C. ne Chriſtia.
manc.* vbi text. dicit, quod † Iudæus emens Chriſtianum 37
mancipium, capitali iudicio feriatur. & gloſſ. dicit, capitali
iudicio, id eſt deportatione, reſpondetque Auguſt. quibuſ-
dam iuribus, & gloſſ. quæ contrariari videbantur, vt per
eum, quæ cum videri poſſint, non referã. ſed vt vnde digreſ-
ſus fui redeam, dico, quod † impediens eccleſiam, & ibi fa- 38
ciens iniuriam perſonis nominatis in d. iuribus, & turbans
officia diuina, vel impediens, ea celebrari, pœna capitali, vel
capitis (quod idem eſt vt dixi) puniri debet, intelligi debet,
id eſt deportationis; ſi vero diuina officia non cõturbauerit,
vt in caſu noſtro, pœna exilij mulctari debet, *vt dicitur in d. §.
ſi quis autem*, & verberari, vt ibi dicitur copulatiue, alternati-
ue vero in d. auth. ſed hodie, quæ vtcunq; ſint ſatis eſt, quod
pœna mortis locum habere non poteſt, nec etiam deporta-
tionis, in hoc caſu turbationis diuinorum officiorum non
ſecutæ. Et hæc dicta ſufficiant, ſicque de iure ſentio. Hippol.
Rimin. Ferra.

*Pro Magnificis dominis Galeatio, & Pardo. de
pardis de Piſauro.*

ARG. An in ſubſtitutione de filijs maſculis, ve-
niant nepotes, ſcilicet filij filiorum. Et de fidei-
commiſſo, quando intelligatur inductum: &
an, & quando dicatur fauorabile, & de conie-
cturis id inducentibus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta de filijs maſculis tam natis, quam naſcituris ex fratre an contineat nepotes fratris. & num. 2 & ſeqq.*
7 *Fideicommiſſum an cenſeatur inductum, cum teſtator voluit reſeruari bona ſucceſſioni ſuæ & incertis perſonis. num. 8.*
9 *Et an inducatur ſi exclusit filias proprias, & vocauit maſculos, ratione conſeruandæ agnationis.*
10 *Et tale fideicommiſſum reputatur fauorabile, & large interpretatur. & num. 11.*
12 *An, & quando dicatur odioſum, vel fauorabile.*
18 *Fideicommiſſum, an & quando inducatur ex coniecturis verbis fidei-commiſſi deficientibus. & n. 14. 15 16. & 17.*
19 *De coniecturis fideicommiſſum inducentibus; vſq; ad num. 27.*
24 *Limea quod. & num 25.*
26 *Fideicommiſſum fundatum in voluntate defuncti, quibuſcunq; verbis, coniecturis, ſeu præſumptionibus inducitur.*
29 *Agnatio per fœminas non conſeruatur.*
30 *Dictio taxatiua, adiecta maſculis, cenſetur appoſita ad excluſionem fœminarum, non aliorum maſculorum.*
31 *Filiorum appellatione an veniant nepotes & num. 32. & 33. & ſeqq. vſq; ad num 34.*
34 *Bona ſunt, & dicuntur cuiuſque vita.*
38 *Intellectus l. pater filium. § pen. ff de leg. 3.*

39 *Negatiua præpoſita verbo* poſſint, & valeant, *inducit neceſſitatem, & tollit potentiam ab actu.*
40 *Hæres non debet ſuperuacua cautione onerari.*
41 *Fideicommiſſum inducitur, cum teſtator ſenſerit de certis ſucceſſionibus ſanguinis.*
42 *Et cum prohibitio eſt concepta per verba in rem ſcripta, grauamen efficitur reale, & afficit omnes perſonas, quocunque gradu inueniantur.*
43 *Prohibitio alienationis dicitur realis, cum dirigitur in perſonam, adiecta cauſa, quia vult bona remanere in familia. & num. 44. & ſeqq.*
47 *Fideicommiſſarij quando agere debeant ad pretium contra venditorem, res ſubiecta fideicom. iux. tex. l. ſi § fin ff. de leg. 2.*
48 *Lex ſi § ſi ff. de leg. 2. quando locum non habeat.*

CONSIL. DCCXLIIII.

DOMINVS Rudolphus, Ciuis Piſauri nobilis, inſtituit Dominum Franciſcum ſuum priuignum, & poſt eius mortem ſubſtituit ei filios maſculos tantum, tam natos, quam naſcituros ex Comite Galeatio de Pardis, fratre ſuo, & ex dom. Magdalena eius vxore, hac tamen conditione, quod dicti filij maſculi non poſſint, nec valeant vendere, nec alienare aliquid de ſua hæreditate, & præſertim domum in præſentiarum propriæ habitationis ipſius teſtatoris, ſitam in ciuitate Piſauri, confinatam vt in teſtamento. Quia intentio dicti teſtatoris fuit, & eſt, quod dicta domus remaneat inter dictos de Pardis per rectam lineam maſculinam, &c. Ex Comite Galeatio, & Magdalena natus fuit Hector, qui poſtea deceſſit, relictis altero Galeatio & Pardo, filijs ſuis, qui prætendunt eueniſſe caſum fideicommiſſi in eorum perſonis, & intendunt vendicare dictam domum, alienatam ab eius poſſeſſoribus, vnde quæritur quid iuris; ſuper quo caſu conſuluit egregius iur. conſultus dom. Æmilius de Emilijs ad eorum fauorem, ſicut & ego requiſitus ſui dicere, quid de iure ſentio. Dubitabilis tamen prima conſideratione mihi viſa fuit conſultatio ſua. Nam conſidero quod teſtator poſt
1 mortem priuigni ſubſtituit ei † filios maſculos tantum, tam natos, quam naſcituros ex Comi. Galeatio, & ex Magdalena vxore ſua, quæ verba ſiue conſiderentur in genere, vel in ſpecie, non videntur poſſe comprehendere Galeatium Iuniorem, & Pardum fratres filios Hectoris. Et ſic nepotes
2 Galeatio ſenioris fratris teſtatoris, quoniam † loquendo de filijs dicti Galeatij, videntur intelligenda de immediatis. *l. qui libern. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil.* & ibi not. Doctores, maxime Iaſon exornans hanc regulam, quales non ſunt Galeatius ſecundus, & Pardus, ſed nepotes, & Hectoris filij. & ita in alio caſu dicebam *conſ. 335. num. 56.*

Secundo ſtrictius ego pondero, quod teſtator ſubſtituit filios maſculos tantum Comitis Galeatij, non ergo nepotes
3 eius propter dictionem † tantum, excluſiuam omnium aliorum caſuum, vt not. Bart. *in l. ſic quidem. C. de tranſ. & in l. rationem. C. de probat. & in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. cum ſimil.* per Decia. *reſpon. 86. num. 48. vol. 3.*

Tertio non ſolum dixit filios maſculos tantum, ſed ſubiunxit tam natos, quam naſcituros ex Comite Galeatio
4 de Pardis, & ex D. Magdalena eius vxore, quæ dictio, † ex, denotat cauſam proximam, & immediatam de ſuo proprio ſignificatu. *l. eo tempore. in fin. ff. de pec.* ergo de filijs immediatis d. Comitis intellexit, non autem de nepotibus, ita tradit Alexand. *conſ. 50. colum 2. volum. 5. & conſ. 140. num. 3. volum. 6.* Soc. *conſ. 62. num. 10. & conſ. 104. num. 2. vol. 3.* quos ſequitur dom. Simon de Pratis *in ſuo tract. vlt. volun. lib. 3. ſolu. 1. num. 46.*

Quarto denique Corn. *conſ. 47. colum. 3. volu. 4.* & ego *conſ.*
5 *173. num. 9.* prout ego quoque dixi *conſ. 535.* filiorum † appellatione non veniunt nepotes in materia fideicommiſſi, cum ſit onerosa reſpectu grauati, licet ex eius parte, cui fieri debet reſtitutio, videatur eſſe fauorabilis, vt late tenet Alexan. *conſ. 1. colum. 6. volum. 1.* Corn. *conſ. 199. volum. 2.* dicens, multos Doctores Italiæ conſuluiſſe, & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum, idemque late probat Dec. *conſ. 95. col. 3. & 4.* dicens, quod in iſta concluſione conueniunt omnes, nec ea videtur habere contradicentes, & idem Soc. iun. abunde *conſ. 30. volum. 3.* Natta *conſ. 191.* Alban. *conſ. 29. num. 12.* & alij, quos adduxi *conſ. 173. num. 39. & 40.* & Menochius in cauſa,
6 in qua conſuluit *conſ. 331. num. 57.* dicens, † odium magis eſſe conſiderabile, quam fauorem; hancque concluſionem pariter ego comprobaui *conſ. 358. num. 222. cum ſequentibus per integram col.* plures citans.

Quinto fortius obſtare videtur dictis filijs Hectoris,
quod † non extaret fideicommiſſum. text. *in l. pater filium. §.* 7
penult. ff. de leg. 2. vbi dicit text. quod mater filios hæredes ſcripſerat, & adiecit prædia, quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuæ. deinde dicit, quæſitum fuiſſe, an prædia per fideicommiſſum videantur relicta, & reſpondet, nihil de fideicommiſſo proponi, ſicque Bartol. & Caſtren. *ibi* notant, nul-
lum fideicommiſſum induci, quia † cum teſtator iuſſerit hæ- 8
redibus ſuis reſeruari, & ſic in certis perſonis, propterea poteſt hæres ſibi eligere, quem velit, & talis prohibitio dicitur præceptum nudum, & ideo quis poteſt ſuo fauori, & hæredum ſuorum renuntiare ſecundum Caſtren. vnde ſic etiam dicendum videtur in caſu noſtro prohibita filijs Comitis Galeatij alienatione domus, quia voluit eam inter dictos de Pardis remanere, & ſic incertis. Et ita alias ego dixi *conſil. 528. num. 34.* poſt domin. meum Riminald. *conſil. 25. ſub num. 9.* & hæc ſunt, quæ præter dom. Conſulentem mihi difficultatem ingeſſerunt. Diligentius tamen conſiderando, partes tuendas, aſſumpſi pro dictis fratribus ex infraſcriptis quæ me libentius in eorum fauorem deduxerunt. moueor; nam teſtator duas habens tantum filias, Panthaſileam, & Camillam, quas antea dotauerat, nulla earum amplius mentione facta, dicto Franciſco Priuigno ſubſtituit poſt eius mortem filios maſculos tantum, tam natos, quam naſcituros ex Comite Galeatio de Pardis fratre ſuo. ſicque factum plenius narrat dom. Conſulens, quam in parte teſtamenti
mihi exhibita continetur. Ex † qua filiarum ſuarum ex- 9
cluſione, & vocatione maſculorum dicitur teſtator motus ad inducendū fideicommiſſum ratione conſeruandæ agnationis, vt tradit Roman. *conſ. 63. colum. 8.* Ruin. *conſ. 150. num. 5. volum. 2. cum ſimilib.* à me *cumulat. in. conſ. 21. num. 32.* potiſſime Curt. iun. *conſ. 113. num. 5. & in l. 1. C. de pact.* dicente, ſic fuiſſe conſultum per multos celeberrimos Doctores Senis, in contingentia facti, ſeque ita conſuluiſſe Brixiæ, ſicque fuiſſe iudicatum, & ſententiam per Illuſtriſſimum Conſilium Venetum fuiſſe confirmatam, & cum præfatis etiam concordat Decian. *reſpon. 1. num. 278. volum. 1.* Alexan. *conſ. 39. nu. 3. vol. 1.* Gozad. *conſ. 89. num. 12.* Curt. iun. *conſ. 22. num. 11.* Pariſ. *conſ. 63. nu. 28. volum. 2.* Soc. iun. *conſ. 181. num. 29. volum. 2.* & Capici. *deciſ. 108. numer 15.* propterea ſequitur ſecundo loco, quod iſti fratres Galeatius, & Pardus fratres maſculi ad hoc fideicommiſſum dicantur vocari, velut fauorabile, & quod pro eis ſit pronuntiandum, cum pro cauſa fauorabili experiantur, egregie declarat Alciat. *in tract. de præſumpt. regu. 3. præſumpt. 44.* quem ſequitur Menoch. *conſ. 117. num. 36.* ante
quos addi poſſunt alij plerique dicentes, quod † fideicom- 10
miſſum, factum pro conſeruatione bonorum in familia, & agnatione, reputatur fauorabile, & large venit interpretandum, vt Anch. *conſ. 28. non ſeruato. colum. 3. ſub verſ. 2.* ſic Cuman. *conſ. 2. colum. 1. ad fin.* Goz. *conſ. 75. ſub num. 12.* Pariſ. *conſ. 35. num. 38. conſ. 69. num. 27. volum. 2. & conſ. 52. num. 26. & 27. volum. 3.* Iaſon *in l. fin. colum. penult. ff. de verbor. ſignif. verſ. 3. not. cum ſimil.* ne omnes tranſcribam, quos congerit dom. Sim. de Prat. *in tracta. ſuo de interpret. vltim. vol. ſolut. 3. num. 22.*
qui demum concludit, fauorabile † quoque dici fideicom- 11
miſſum, quod venit reſtituendum ſuccedentibus ab inteſtato teſtatori, ex conſeruatione iuris legitimarum hæreditatum, & ſucceſſionum. *per l. vel ſingulu. ff. de vulg. & pup.* vt per Alexand. *conſ. 158. colum. 2. num. 8. verſ. quarto. volum. 6.* ſequitur Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 2. ff. ad Treb.* quales erant hi duo fratres nepotes fratris teſtatoris, qui ſi deceſſiſſet inteſtatus, ei ſucceſſiſſent ab inteſtato, nullis eis proximioribus exiſtentibus intermedijs.

Tertio non omitto, quod an † fideicommiſſum dicatur 12
odioſum, vel fauorabile, latius quam aliud viderim, diſputat ad partes, & infinitos hinc, & inde cumulat Mantica *in tract. de coniectu. vltim. volunta. lib. 7. tit. 1.* demum vero, *nu. 41.*
ſubiungit, quod † licet ceſſantibus verbis fideicommiſſi, di- 13
catur, quod non intelligitur ſubeſſe fideicommiſſum, tamen

inquit

inquit ipſe, quod imo ex coniecturis etiam inducitur, &
verba quæ deficiunt benigna interpretatione ſuppleritur,
14 & † tantus fauor fideicommiſſis præſtatur, vt inducantur
quibuſcunque verbis, etiam enuntiatiuis, & conditionali-
bus, quæ alias nihil diſponunt. l. Pamphilo in princip. & l. fidei-
15 commiſſa. §. cum eſſet. ff. de leg. 3. tunc † ergo contra fideicom-
miſſum iudicandum eſt, quando nec verbis eſt expreſſum,
nec vlla probabilis coniectura voluntatis habetur. Nam
tunc ſine vllo fundamento voluntatis, quæ ſaltem ex con-
iecturis elici poſſit, tanquam onerosa ipſi hæredi, facile in-
duci aut præſumi non debet. l. vxore. §. primo. ff. de leg. 3. l.
16 Gallus. §. primo. ff. de liber. & poſthum. vnde & † Alciat. qui
ſæpiſſime reſpondit, in dubio iudicandum, non ſubeſſe fi-
deicommiſſum in reſpon. 36. num. 25. lib. 9. dixit, quod etſi iudi-
dicandum ſit in dubio contra fideicommiſſum, tamen in fi-
deicommiſſis ſufficiunt coniecturæ voluntatis, dummodo
ſint probabiles. Ita pulchre Mantica, cui conformis eſt do.
Simon de Prætis in dicto ſuo tract. lib. 3. ſolu. 12. num. 8. dicens,
17 quod † tacitum fideicommiſſum hoc appellatur per conie-
cturas ex tacita voluntate teſtatoris inductum, vt tradit
Guido Pap. quæſt. 469. & Caſtren. conſ. 396. præmittenda. ſub
18 num. 1. verſ. 3. præmittendum. volum primo. inducitur † enim ex
conſequentia quadam, & illatione facienda ex verbis a teſta-
tore prolatis expreſſe tendentibus ad concluſionem ſenten-
tiæ pro fideicommiſſo ipſo inducendo, vt ex quibuſdam ex-
emplis ſubijcit ipſe Prætus, quorum nonnulla caſui noſtro
conueniunt.

19 Et inprimis † probabilis eſt coniectura, vel exemplum
quod ſupra dixi de filiabus dotatis, excluſis ab hæreditate &
maſculis ad eam vocatis: hinc enim tacita voluntas teſtatoris
habetur, fideicommiſſum inductum pro maſculis vocatis,
& id eis dandum fore, vt tradit Guid. Papæ, qu. 299. teſtator,
Dec. conſil. 477. num. 3. Cur. iun. conſ. 87. col. 2. num. 2. Crot. conſ.
349. num. 18. & 19. Crau. conſ. 430. num. 4. Iaſ. conſil. 108. columnu.
3. verſicul. 2. principaliter, volum. 4. quos omnes allegat & ſe-
20 quitur ipſe dom. Prætus. Secundum eſt † exemplum, vel
coniectura probabilis, quando teſtator voluit de ſuis bonis
fieri conſeruationem inter plures perſonas, & gradus. tunc
enim quia in pagano iſtud non poteſt fieri, niſi iure & via
fideicommiſſi, propterea fideicommiſſum inductum appa-
ret, vt antecedens neceſſarium ſcilicet adeſſe fideicõmiſſum,
l. ad legatum, l. ad rem mobilem, ff. de procur. Ita Dec. conſil. 259. nu.
8. Pariſ. conſ. 41. numer. 13. conſil. 90 numer. 21. volum. 2. Ruin.
conſ. 111. num. 9. volum. 2. & alis, quos citat domin. Prætus nu-
mer. 10. & inter eos me quoque, conſ. 21 numer. 34. & teſtator
hic vltra prohibitionem alienationis bonorum, & præſer-
tim domus, de qua agitur, ſubiuoxit, quia intentio ſua fuit,
& eſt, quod dicta domus remaneat inter dictos de Par-
dis per rectam lineam maſculinam. hinc enim quoque taci-
21 ta inducitur prohibitio alienationis, † ex eo namque dicit
Bald. in l. 2. C. pro emptore, quod teſtator mandat rem ſeruari,
probatur, quod vetuit alienari, quia eadem eſt natura ver-
borum æquipollentium, quod eſt menti tenendum ſecun-
dum eum.

22 Tertio me mouet aliud † exemplum, vel coniectura tri-
plicis alienationis prohibitæ. Prima fuit expreſſa teſtatoris.
Secunda eiuſdem tacita dicentis, quod dicta domus rema-
neat inter dictos de Pardis, quæ fuit tacita prohibitio ſecun-
dum Bal. mox allegatum. Tertia tacita quoque legalis de qua
in auct. res quæ. cum ibi not. C. cõmn. de lega. igitur ex tali triplici
prohibitione alienationis ſtrictius, & fortius fideicommiſ-
ſum debet induci, quam ex ſimplici, vt ſi potuiſſet alias dicta
domus alienari, non potuerit id fieri ſtante triplici prohibi-
tione. §. ſanctiſſimas. in authen. de non alien. gloſſ. in c. licet mulie-
res. de iureiur. in 6. Imol. & Mod. in l. filiusfam. §. diui circa prin.
ff. de leg. 1. & in c. dilecto. de praben. Alex. conſ. 16. volum. 3. & alij,
quos cumulaui conſ. 194. num. 17. de quibus ibi. quibus nunc &
alios addo, de quibus per Decianum reſpon. 9. num. 11. volum. 1.
& reſp. 48. num. 25. vol. 2.

Quarto conſidero, quod teſtator non ſolum voluit, di-
ctam domum remanere inter dictos de Pardis, ſed addidit
23 per † lineam rectam maſculinam, quæ verba nedum com-
prehendunt Hectorem filium Comitis Galeatij, ſed etiam
Galeatium Iuniorem, & Pardum illius filios, ſicut enim † li- 24
nea apud Geometras eſt longitudo, abſque latitudine, cuius
extrema ſunt duo puncta: Ita per metaphorã lineam in ar-
bore conſanguinitatis dicimus, quæ ab vno ad alium per
quoſdam gradus protenditur. l. iuriſconſultum. §. ſunt & ex
lateri. ff. de gradi. Vnde ſunt dictæ lineæ aſcendentium, de-
ſcendentium, & collateralium vt per Ioan. Andr. & alios in
lectura Arboru. Sicut & exemplo dicimus, lineam † Marga- 25
tarum quæ conſtat ex pluribus Margaritis. d. lineam ff. ad l. fal.
& ego dixi conſ. 117. nu. 61. merito non poſſumus dicere, quod
ſubſtitutus fuerit Hector tantum filius Com. Galeatij, ſed
etiam Hectoris filij ex coniecturata voluntate teſtatoris ſub-
ijcientis, quod dicta domus remaneat in dictos de Pardis per
rectam lineam maſculinam, ſub qua illi comprehenduntur.

Quinta † probabilis coniectura fideicommiſſi inducti 26
in caſu noſtro clare colligitur ex natura rei, prohibitæ alie-
nari: Videlicet domus habitationis teſtatoris, quam tanto-
pere D. Conſulens cõmendat, vt amplam, nobilem, picturis,
& imaginibus ornatam, & palatium velut, & antiquitus à
Pardis ædificatum; ex tali namque domo cenſetur fideicom-
miſſum in familia de Pardis à teſtatore conſtitutum, vt de
Caſtro tradit Bart. in l. filiusfam. §. diui. num. 3. ff. de leg. 1. & ibi-
dem Iaſ. lectu. 1. num. 26 & de domo poſt gloſſ. dixerunt Bald.
& Iaſ. in l. quotiens. C. de fideicom. Dec. conſi. 23. colum. penult.
verſ. & concluſio prædicta, & conſ. 38. colum. 2. verſ. quinto etiam.
Ripa in d. §. diui. num. 4. Menoch. conſi. 220. num. 28. domin. Si-
mon de Prætis in d. tract. lib. 3. ſoluti. 10. num. 8. & ex his ne ſim
prolixior hæc concluſio pro dictis fratribus redditur bene
probabilis.

Nec obſtant in contrarium quinto relata; namq; ad
primum, ſecundum, & tertium, quod de filijs immediatis
Comitis Galeatij ſit intelligendum, maxime ſtante dictione,
ex, & taxatiua tantum, breuiter reſponderi poteſt, & vno
collyrio eis mederi. quod † alio non apparente procederent, 27
quia a proprietate verborum non eſſet recedendum, vulgata
l. non aliter. ff. de leg. 3. at ſecus eſt, ſi aliter conſtet de mente te-
ſtatoris, quia etiam impropriando verba, quæcunque, illa
ſeruanda eſt ſecundum gloſſ. & Doctores in l. precibus. C. de
impub. & al. ſubſt. Cuman. conſ. 2. & Ioannem de Amicis conſ.
15. num 14. vbi dicit, quod non omnes loqui ſciunt aptis ver-
bis, ſeu legalibus, & ideo ſufficit, quod conſtet de voluntate
teſtatoris ſecundum Cuman. in d. conſ. 2. quibus accedunt
alia, quæ dixi conſi. 21. num 26. quod † materia fideicommiſ- 28
ſorum totaliter eſt fundata in voluntate defuncti, quod qui-
buſcunque verbis, coniecturis, ſeu præſumptionibus appa-
rere poteſt, ſufficit ad inducendum fideicommiſſum, vt tra-
dit Curt. iun. conſ. 121. num. 10. Socin. iun. conſ. 75. num. 35. vo-
lum. 2. Fortu. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 165. ff. de liber.
& poſthum. Marzarius conſ. 5. in vltima ſolutione dubiorum. &
ego conſi. 21. præallegato. At in caſu noſtro concurrunt &
verba, & coniecturæ, de quibus ſupra dixi. quibus apparet,
& ex eis colligitur, non modo filios immediatos Comitis
Galeatij, qualis fuit Hector, ſed etiam nepotes, quales ſunt
eius filij Galeatius Iunior, & Pardus, fuiſſe vocatos ad fidei-
commiſſum domus prædictæ, propterea non attentis ver-
bis prædictis, vel eis improprie ſumptis, mens teſtatoris de-
bet attendi, quæ fuit conſeruandi bona in familia Pardo-
rum. Ex hinc ceſſant, quæ particulariter dixi in allegato meo
conſi. 535. num. 56. nam ibi agebatur de teſtamento dom. He-
lenæ Alciatæ, in quo non agebatur de conſeruanda † agna- 29
tione, quæ per fœminas non conſeruatur, vt tradit Iacob.
de Arct. in diſputatione ſua, quam late refert Ioan. Andr. in addit.
Specul. in Rubr. de ſuc. ab int. Soc. inter conſilia Curtij. conſ. 40.
num 5. Decia. reſpon. 7. num. 27. volum. 1. & ego conſi. 497. num. 33.
at hic ſecus, vocando maſculos de Pardis, & iubendo, inter
eos dictam domum conſeruari. Vnde caſus diuerſi ſunt; nec
mihi contradico; & ad dictionem, † taxatiuam tantum, ad- 30
iectam verbo maſculos, dici poteſt appoſitam fuiſſe, ad ex-
cluſionem fœminarum, non autẽ ad excluſionem maſculo-
rum, præter filios Comitis Galeatij, pro quibus etiam fecit
fideicommiſſum, vt ſupra demonſtraui, quia ſequentia de-
clarant præcedentia. c. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. cum vul-
garibus. Ad quartum vero fundamentum, quo dicebatur

Dddddd 4 appella-

31 appellatione † filiorum non venire nepotes in materia fidei-
commiſſi, certe negari non poteſt, quin amplius & etiam
controuerſus ſit articulus, an ſi legatum, vel fideicommiſ-
ſum, relictum ſit filijs, vt in caſu noſtro, quo teſtator poſt
mortem priuigni inſtituti, ei ſubſtituit filios Comitis Galea-
tij ſui fratris, veniant nepotes; vt enim refert Mantica in ſuo
tractat. de coniectura vltim. voluntat. libro octauo, titulo
octauo, columna ſecunda, propoſita quæſtio propter varias
opiniones Doctorum perdifficilis eſt, & quidem vt Lucanus
ait: Magno, ſe iudice quiſque tuetur, & ex vtroque latere
Bald. argumentatur. *conſ. 303. volu. 2.* & variæ ſunt opiniones,
vt dicit *conſ. 362. volum. 4.* vnde dicit Curt. iun. Doctores an-
tiquos, & modernos variaſſe, & in vtramque partem, tam
negatiuam, quam affirmatiuam Mantica plures accumulat.
Poſtea vero diuerſos caſus recenſet, in quibus procedit opi-
nio negatiua, deinde alios, in quibus affirmatiua verificatur,
vt per eum. Ego igitur hanc opinionem ſecundam amplec-
tens in præſenti conſultatione, dico, quod cum fideicom-
miſſum, de quo agitur, ſit factum filijs Com. Galeatij fauore
conſeruandæ agnationis, tum fœminas excludendo, & ma-
ſculos vocando, cum etiam volendo, dictam domum con-
32 ſeruari in illos de Pardis, quod † appellatione filiorum de-
bent venire nepotes, vt voluit Pariſ. *conſ. 63. num. 27. volum. 2.
conſ. 75. colum. fin. conſ. 78. num. 10. eo vol.* & D. Simon de Præt.
*in ſuo tract. de interpret. vltim. vol. lib. 3. ſolut. 1. num. 53. dubitatio-
ne 4.* vt enim idem dicit *eod. lib. ſolut. 1. 11. num. 84. dubita. 1.* cum
33 verbis † ratio agnationis exprimitur, importat proprie fidei-
commiſſum, vt ponit D. meus Rimin. *conſ. 27. num. 16.* & ego
in addi. ad eum, quos ambos ille citat, ſubdens, ſcitu eſſe facile
quod agnatio tunc venit conſideranda, quando inter agna-
tos ipſos relinquendo bona ſua perpetuo permanere, teſta-
tor diſponit. Et enim nihil commodius eſt pro agnatione
conſeruanda quam in ea anteceſſorum bona perpetuari iu-
34 re fideicommiſſorum, † cum bona, quæ quis habet, eius vi-
tam appellat. *l. aduocati in fin. C. de aduoc. diuer. iudi. & in auth. de
tabel. circa medium. ibi corrumpant alienas vitas.* & vt ibi latius
proſequitur D. Prætus.

Secundo quoque conſidero aliud generalius in fidei-
35 commiſſis relictis filijs, nepotes † etiam ſuccedere, quotiens
in nepotibus eadem viget ratio, quæ eſt in filijs, vt tradit Pa-
riſ. qui alios refert *conſ. 75. num. 67. & conſ. 78 num. 10. volum. 2.*
Socin. iun. *conſ. 1. num 39. volum. 3.* & Mantica *loco nuper citato.
num. 17.* cui conformis in idem recidit Prætus loco mox al-
36 legato, *num. 56.* dicens, quod † vbicunque de mente teſtato-
ris conſtare poteſt, & nepotes comprehendi appellatione fi-
liorum, vtique comprehendi debent, ſicut eſſe traditur,
quando teſtator inſtituendo, ſubſtituendo, vel aliter diſpo-
nendo nominat filios, & viget æqua charitas, & neceſſitudo
erga vocatos tam teſtantis, quam fideicommiſſariorum, ſint
filij, vel nepotes, & vt actus valeat, & vt extranei non præfe-
rantur propriæ agnationi, & minus dilectus non præfera-
tur magis dilecto, & vt abſurdum euitetur, vt per Corn. *conſ.
207. colum 8. volum. 2.* D. meum Rimin. *conſ. 127. col. fin.* & alios
numeroſos, quos congerit Prætus, hæ namque rationes al-
legatæ per eum conueniunt caſui noſtro, quod Galeatius
& Pardus nepotes intelligantur vocati, ſicut Hector filius
eorum pater. ne illis præferantur acquiſitores dictæ domus
extranei ſatis abſurdum. & ex eadem charitate dicatur teſta-
tor eos proſecutus, ſicut eorum patrem.

Tertio conſidero, quod teſtator poſt mortem priuigni,
ſubſtituit ei filios maſculos, tam natos, quam naſcituros fra-
37 tris ſui, ſic enim conceptus † verbis [illegible] euentum,
qui ſic in nepotibus, vt in filijs verificari poteſt, ſi tempo-
re mortis dicti priuigni nepotes [illegible] cum ad eos par af-
fectio teſtatoris, & veriſimilis intentio [illegible] appareat ver-
ſus eos, qui tunc reperiuntur extare; vtique appellatione fi-
liorum debent venire. Ita idem Prætus arguit *in d. loco. n. 57.*
plures cumulans, qui videri poſſunt, ne more hortulani eos
tranſplantem. cum ſatis eſt, caſum ſuum, & noſtrum conue-
nire, quod vtrobique teſtator locutus fuit de filijs natis, &
naſcituris. Vnde idem ius eſſe debet. *l. illud. ff. ad l. Aqui.* Su-
38 pereſt, vt nunc demum quintum abſoluam, de † *l. pater filium.
§. pen. ff. de leg. 2.* quæ videtur huic caſum decidere contra
dictos fratres, nam filij fuerunt ibi prohibiti, prædia aliena-
re, vt conſeruarent ſucceſſioni ſuæ, & tamen Iuriſconſultus
reſpondet, nihil de fideicommiſſo proponi. reperio, quod
ad illum text. pluribus modis reſpondet Socin. *conſ. 249. col. 9.
& ſequent. volum. 2.* quem ſequitur Dec. *conſ. 425. colum. 2.*
primo namque dicit, quod ibi potius fuit conſilium, quam
præceptum, vt denotant illa verba prædia ne alienent, ſed
conſeruent ſucceſſioni ſuæ, ſicut alibi dicit Imperator *in §.
tua tantum. Inſt. mand.* ſi quis tibi mandet, vt pecunias tuas
in emptione potius prædiorum colloces, quam fœneres, vel
è contra cuius generis mandatum dicit textus magis conſi-
lium eſt, quam mandatum, cum liberum ſit cuique apud ſe
explorare, an expediat ſibi conſilium, ſic enim *in d. §. penult.*
mandare, ne vendant prædia, ſed ſucceſſioni ſuæ conſer-
uent, eſt conſilium, cum liberum ſit illis filijs apud ſe explo-
rare, an ſibi expediat conſilium illud, vel aliud faciendi. &
hæc vltra Socinum dixiſſe volui, diligentius ponderando il-
lum textum, quam ipſe fecerit. at ſubdit ille, in caſu teſta-
menti, de quo loquitur, apparet manifeſte, quod eſt præce-
ptum per illa verba geminata prohibens, & vetans, & ſic filij
non potuiſſent alienare, quod idem dici poteſt in hoc teſta-
mento ibi, quod dicti filij non poſſint, nec valeant alienare.
nam † negatiua præpoſita verbo poſſint, & valeant, inducit 39
neceſſitatem, & tollit potentiam ab actu. Bartol. & alij *in l.
Gallus. in prin. ff. de libe. & poſt.* & illi reſiſtit Bartol. *in l. cum lex.
ff. de fideiuſſ. not.* Rumin. *in l. nemo poteſt. in prin. ff. de lega. primo.*
quæ reſiſtentia nihil aliud eſt, quam prohibitio, & ita caſus
ille diuerſus eſt, vt concludit Soc. ex mente ipſius Bartol. qui
voluit in illo caſu, filios poſſe alienare, quod in illo Socin. &
in noſtro dici non poteſt. Confirmatur hoc inſuper præter
eum, nam bene dubitauit ibi Scæuola, quod eſſet fideicom-
miſſum, quia mater illa dixit hæredibus ſubſtitutis filio, ne
bona alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuæ. Sed & vlte-
rius addidit, deque ea re inuicem ſibi cauerent, quæ cautio-
nes pro legatis, & fideicommiſſis alteri præſtandis, interponi
ſolent. *toto tit. ff. vt lega. & fideicom. nomi. caueatur.* Quia tamen
fuerat illud conſilium matris, ita loquentis, Scæuola reſpon-
dens quæſito, nunquid prædia per fideicommiſſum videan-
tur relicta, dixit nihil de fideicommiſſo proponi, nec obſtat
illud de cautione inuicem præſtanda, quia locum non habet,
vbi res eſt euidens, quod fideicommiſſo non ſit locus, quia
perquam † iniquum eſt ſuperuacua cautione onerari hære- 40
dem, vt dicit text. *in l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. cau.*
vt erat in illo caſu conſilij. Secundo quoque reſpondet So-
cin. *in allegato conſil. 249.* quod in caſu dicti §. pen. verbum
ſucceſſioni ſuæ, ſignificat etiam ſucceſſores vniuerſales ex-
traneos, ſed in caſu ſuo teſtator intellexit de † ſucceſſoribus 41
ſanguinis, in quo caſu ipſemet Bartol. vult, quod inducatur
fideicommiſſum, ex quo ſenſit de certis ſucceſſoribus ſan-
guinis, quod & in caſu noſtro dici poteſt ibi, quia intentio
dicti teſtatoris fuit, & eſt, quod dicta domus inter dictos de
Pardis remaneat; & ſic de ſucceſſoribus ſanguinis fuit locu-
tus. Et ex his remanet ſolutus ille text. præter alias duas ſo-
lutiones Socin. remanetque pariter vera concluſio pro fidei-
commiſſo dictorum fratrum de Pardis. Tantoque magis
hoc dici debet, quia licet prohibitio alienationis dictæ do-
mus videatur fuiſſe perſonalis ibi, quod dicti filij non poſ-
ſint, nec valeant alienare, præſertim domum &c. tamen re-
ſoluta fuit in rem, dum ſubiunxit teſtator cauſam; quia in-
tentio dicti teſtatoris fuit, & eſt, quod dicta domus remaneat
inter dictos de Pardis per rectam lineam maſculinam. Vnde
cum † cauſa dictæ prohibitionis ſit concepta p verba in rem 42
ſcripta, grauamen efficitur reale, & afficit omnes perſonas,
quocunque gradu inueniantur. vt tradit Caſtren. *conſil. 234.
viſis, & conſideratis, colum. 3. verſ. contrarium dicã, in antiquis,
quod eſt conſilium 77. volum. 1. in nouiſ.* Dec. *conſ. 182. colum. 1. in
fine verſic. conſtat autem. & colum. 3. verſi. item aduertendum.*
Curt. iuni. *conſ. 43. colum. penult. & fina.* Pariſ. *conſ. 90. num. 43.
volum. 2.* Rum. *conſi. 147. num. 11. volum. 2.* & prior eis Bartol.
in l. peto. §. fratre. colum. 2. verſ. venio ad quartam. ff. de leg. ſecundo,
quos omnes adducit, & ſequitur Alba. *conſ. 93. colum. 1.* & vl-
tra prædictos, quod † prohibitio alienationis dicatur realis, 43
quando dirigeretur quidem in perſonam, ſed adijceretur,

cauſa,

cauſa, quia vult bona remanere in familia, tradit in terminis
Beccius *conſil. 24. num. 25.* poſt Caſtren. & Iaſonem *in l. volun-*
44 *tas. C. de fideicom.* & Crotum *in d. §. dini. num. 42.* quia † attendi
debet ratio prohibitionis, quæ declarat dictum. *l. cum pater.*
§. dulciſsimis. ff. de leg. 2. vnde Bald. *in d. l. voluntas. in fin.* dicit,
45 quod † virtute finalis rationis extenditur, & reſtringitur pro-
hibitio de non alienando, & potius attenditur ratio, quam
verborum cortex. *l. ſi is, qui animo. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi gloſſ.*
Idemque ſequitur Ripa *in d. §. dini. num. 66. verſi. item patum.* &
Alciat. *num. 49.* ſicut & Pariſ. *conſ. 53. num. 21. & conſ. 22. num. 48.*
volum. 3. vbi per dicta verba dicit, quod hæreditas dicitur
grauata realiter, & onus dicitur reale, & rebus hæreditarijs
iniunctum, ſed & hoc idem clare firmat Caſtren. *in dicto*
conſ. 77. volum. 1. in nouis. repetito conſ. 302. in eo. volum. colum. 3.
46 *verſ. circa primum.* vbi dicit, quod licet † prohibitio directa
fuerit ad perſonas filiorum, tamen attenta cauſa prohibitio-
nis, quam teſtator expreſſit ſcilicet, quia volebat, dicta bona
ſua venire ad ſuam poſteritatem, merito dicitur potius fuiſſe
realis, quam perſonalis, & perinde habetur, ac ſi in rem fuiſ-
ſent verba concepta, videlicet prohibeo, bona mea alienari,
potius enim attenditur ratio, & cauſa decidendi, quam ver-
borũ cortex. vnde ſic in caſu noſtro dici debet ad vnguem:
& illud conſil. Caſtrenſis ſequitur Picus *in l. in quartam. antē.*
num. 47. ff. ad leg. fal. & Ambroſ. de Opizo. *in d. §. dini. num. 28.*
Dec. *conſi. 422. num. 2. in fin.* Curt. *conſi. 51. colum. 10. verſ. accedat*
vt conſ. 42. colu. 4. verſ. accedat. & Corn. *conſ. 38. vol. 1.* Soc. *conſ. 25.*
in fin. & conſ. 12. num. 13. volum. 1. quos citat & ſequitur Decian.
reſpon. 103. num. 30. vol. 2. Quare dubium non eſt, quod ſubſti-
tutio facta Hectori, filio Comitis Galeatij fratris teſtatoris,
intelligitur quoque facta Gal. iuniori, & Pardo filijs dicti
Hectoris propter fideicommiſſum reale ex cauſa prædicta
annexa per teſtatorem. quia intentio ſua fuit, & eſt quod d.
domus remaneat inter dictos de Pardis per lineam rectam
maſculinam, quæ verba non poſſunt ad Hectorem ſolum re-
ſtringi, & ita pro veritate conſulo ad fauorem dictorum
fratrum, qui de iure poſſunt dictam domum à poſſeſſoribus
vendicare *l. fin. §. ſed quia. C. commu. de lega. l. ſeruo legato. §. 1. ff.*
de leg. primo. Dec. *conſ. 325. in prin.* Bert. *in tractat. de Gabell. in*
47 *tertio membro 8. partis. num. 49.* nec † poſſeſſores recurſum
habere poterunt *ad legem fin. §. fin. ff. de leg. ſecundo* ſi dicant,
quod ipſis ignorantibus, & ab ignorante fuit facta alienatio.
Vnde debeut agere fideicommiſſarij ad precium contra
venditorem, vel eius hæredem. nam de facili reſponderi po-
terit ex his, quæ tradit Rolan. à Valle *conſ. 81. volum. 2.* quod
imo Hector venditor, vt in facto ſupponit dom. Conſulens,
præſumitur ſciuiſſe ſcientiam teſtamenti velut hæres extra-
neus teſtatori, licet de eadem familia, quia forſan extabant
alij proximiores ea, vt in arbore. & de ſcientia emptoris pro-
bari poterit ex teſtibus, vt docet idem Rolandus. ſed vtcun-
48 que ſit, dicere poterunt dicti fideicommiſſarij, quod tex. † *in*
d. §. ſi locum non habet ſtante prohibitione alienationis ex-
preſſa in teſtamento. quia tali caſu ab initio alienatio eſt ipſo
iure nulla, *iuxta legem fin. C. de rebus alien. non alien.* & ita tenet
Alexan. *in l. Marcellus. §. res quæ. columna ſecunda. limitat. 4. ff.*
ad Trebell. & in lege, quidam teſtamento. §. ſi quis filium. colum.
ſecunda. rod. tutu. Caſtren. *conſi. 16. colum. 1.* Soc. *in d. §. res quæ.*
col. 5. verſ. 4. non habet locum. vbi dicit, quod ab hac opin. non
recederet, & in conſulendo, & iudicando, & alij pleriq; idem
tenent, quos ſigillatim refert, & ſequitur Rol. *in d. conſi. 81. nu-*
mer. 17. cum ſequentibus. Quare res omni reſpectu remanet
tuta pro dictis fratribus, ne ſim prolixior, quam ſupra
fuerim.

Pro domino Iacobo de Peruſinis.

ARG. An & quando qois in propria, vel condu-
cta domo, aut in Apotheca ſub aliena, vel do-
mo habitationis ſita, capi poſſit. Habitare, &
domicilium habere vbi quis dicatur. Cautio
tam ante, quam poſt capturam præſtita, an ab
ea liberet. Suſpicio fugæ, an per ioramen-
tum probetur, ad obtinendam capturam per-
ſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua pars vna declarat aliam.*
2 *Captura non fit in domo propria habitationis. Nec in aliqua eius ſtatione propria, vel conducta. num. 3. Nec in apotheca. num. 4. vide tamen. num. 19.*
5 *Habitare vbi quis dicatur, & vbi domicilium habere. numer. 6. 7. & 17.*
8 *Cautio ante capturam præſtita, an à carcere & captura liberet & nu. 9. & 10.*
11 *Iuramentum an, & quatenus ſufficiat, ad probandam ſuſpicionem, & cauſas ſufficientes fugæ ad obtinendam carcerationem. & num. 15. vſq. ad num. 18.*
19 *An & quando quis capi poſſit in apotheca conſtituta ſubtus domum habitationis & num. 21.*
20 *Domus appellatione quænam veniant & num. 22. 23.*
24 *Habitationem vbi quis habere dicatur & num. 25 & 26.*
28 *Hoſpitium non dicitur domus habitationis alicuius, quo fit vt inde citari poſſit.*
29 *Fallit in hoſpitio per aliquem conducto, ex quo extrahi non poterat, vel à domo habitationis ſua.*
30 *Perſona quæ non allibratur, nec ſubit onera niſi poſt decennium.*
31 *Intellectus ſtatuti, de non ſuſtinente onera.*
32 *Captura an fieri poſſit in domo propria, quam quis non habitat cum familia. Et in domo conducta.*
33 *Recommendationes capti, an, & quando firmæ maneant, conſtito tamen de veritate debiti.*

CONSIL. DCCXLV.

TOTA difficultas capturæ dom. Ioan. Iacobi de Pariſinis
redigitur ad ſtatutum *qui. caſ. poſſ. quis pro deb. capi. verſic.*
nec aliquis etiam capi poſſit in domo ſua habitationis, vel in aliqua
eius ſtatione propria, vel conducta. cum enim † vna pars alter- 1
natiuæ declaret aliam. *l. 1. & ibi* Bart. Soc. & alij *ff. de reb. dub.*
& in l. 1. ff. de offic. procon. colum. 3. verſ. ſed reſpondeo. Rom. *conſ.*
42. num. 5. Corn. *conſ. 96. colum. 3. in fin. volum. 1.* Soc. *conſ. 251. co-*
lum. 1. volum. 2. & conſ. 13. num. 9. volum. 3. Ruin. *conſ. 116. num. 16.*
volum. 2. ſicut in prima parte clare loquitur † de domo ſuæ ha- 2
bitationis, in qua quis capi non poteſt, & ſic non ſequitur,
eſt domus ergo non poteſt quis in ea capi, ex quo requiritur
vltra qualitas habitationis, vt declarat Soc. *in l. plerique. n. 58.*
verſ. 3. concluſio. Ita pariter in ſecunda parte, in qua ſubiungit,
ſtatutum, † vel in aliqua eius ſtatione propria, vel conducta, 3
debet intelligi de ſtatione ſuæ habitationis. Sed (vt dicunt
teſtes) dom. Ioan. Iacobus conduxit duas cameras, in qua-
rum, vna lectum habebat, & habitabat, in altera tenebat
merces & balanzonum ad eas pendendum, & in ea captus
fuit, vt duo teſtes dicunt, videlicet quintus & ſextus, ergo vi-
detur, quod in ea potuerit capi, † vt in apotheca declarat Soci 4
in d. l. plerique, n. 57. & 58. quod ſi eſt ordinata ad negociandum,
& non ad habitandum, quis in ea capi poteſt, quare ſic idem
videtur dicendum de dicta camera, in qua do. Ioan. Iacobus
non habitabat, ſed negociabatur vendendo, & appendendo
ſuas merces in catentas.

Secundò ſi ſtatutum debet intelligi de ſtatione ſuæ ha-
bitationis, non videtur habere poſſe locum in iſto do. Ioan.
Iacobo. quia † habitare tunc proprie quis dicitur, cum do- 5
micilium habet. *l. 1. §. habitare. ff. de his, qui deie. & effu.* † domi- 6
cilium vero tunc quis ſortitur, cum vel eo loco maiorem
partem ſuarum fortunarum poſuit, vel eodem loco perpe-
tuo habitauerit. *l. ciues. C. de incol. lib. 11. cum ſimilibus.* per Ro-
man. *conſ. 264. vt in Nurſinis.* quorum neutrum verificatur
hic. nam licet ipſe dom. Ioan. Iacobus in camera cubiculari
quaſdam res ſupellectiles, & in alia quaſdam merces modi-
cas haberet. non tamen erat maior fortunarum ſuarũ pars.
nec hic perpetuo habitauit, imo reſpondendo capitulis 28.
& 29. in quibus dicitur, quod huc venit animo recedendi ex-
pletis negotijs, quæ præ manibus habebat, prout diſceſſit, &
diſcedere ſolitus erat, reuertiq; ad proprios lares, reſpondit
creditur.

Sed vlterius, & tertio repugnat huic dom. Ioan. Iacobo,
quod † ad habitandum requiritur quis habitauerit cum fa- 7
milia, nec cum familia quis dicitur habitaſſe, qui cum vno,
ſeu duobus habitauit, vt concludit Roman. *in d. conſ. 264. per*
text. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbor. ſignif. vnde ſicut in
caſu ſuo dicit Rom. ceſſare diſpoſitionem Immunitatis, de

quæ

qua loquitur, cum verba conuentionis non conueniant. ſic
in caſu noſtro ceſſare debet diſpoſitio ſtatuti noſtri, cum
verba illius non conueniant. *l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect.* &
hæc dixiſſe volui, vt difficultatem deguſtaſſe videar.

Quibus tamen non obſtantibus, moueor ad fauorem
huius carcerati, quod vtique veniat liberandus, nam ſi poſt-
8 quam † debitor eſt captus, cautione idonea præſtita, liberta-
tem recipit, ad exemplum ſequeſtri, quod præſtita ſatiſda-
tione tollitur, & euaneſcit, vt per omnes *in l. fideiuſſor. §. fin.
ff. qui ſat. cog.* Caſtren. *conſ. ſi. colum. penult. volum. 1.* Anch. *conſi.
85. ex theoricu. num. 1.* & Crau. *conſi. 847. num. 11.* multo fortius,
9 præſtita † cautione ante capturam, ſi poſtmodum commit-
tatur, debet euaneſcere, & eſſe nulla dicta captura, quia ſi
cautio ſequens tollit capturam, iam factam, & introductam,
multo magis dicta cautio, prius facta, & data, debet impedi-
re, ne captura committatur. *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt
ſui vel alien. iur.* dom. Ioan. Iacobus tempore, quo ſe conſtituit
debitorem dom. Hippolyti, & ſociorum, de libris 1402. ſoli-
dorum 16. & den. 4. cautelauit ipſum ſuper ſuis domibus, ſi-
tuatis in Salo, infra ſuos confines, & nedum ſemel, ſed bis, &
ter dictam cautionem replicauit in inſtrumento ſuperinde
celebrato, ergo cum ſemel cautus eſſet dict. Hippolytus,
non potuit D. Sanctus, vt vnus ex ſucceſſoribus, pro quibus
cautum fuerat dicto Hippolyto, inſtare ad capturam dicti
dom. Ioan. Iacobi, quia dicta obligatio cautionis, & actio
competens ad eam, contra eum tranſiuerat in dictum San-
ctum. *l. vnica. C. vt act. ab hered. & contra hered. cum vulgaribus.*
10 & † hypotheca dictorum bonorum vice fideiuſſionis functa
fuit. *l. 1. §. 1. ff. de col. bon. l. fin. §. ſi legatarius. ff. quo. leg. cum ſimili-
bus,* quos allegat Crau. *conſ. 577. in fine.* cumque per dictum
inſtrumentum ſatis cautum fuerit dicto Hippolyto, ſocijs
& hæredibus ſuis, non tenetur vlterius D. Ioan. Iacobus ca-
uere, vt inquit pulchre Decian. *reſpon. 27. numer. 10. volum. 1.*
& poſito, quod vnam domum de ſuis pluribus, vt in inſtru-
mento ſuper ſuis domibus, vendiderit, quæ tamen ſuper-
ſunt, vna, vel plures ſufficere debent, quo ad partem lib. 350.
prætenſam Sancti.

Secundo conſidero, quod inquit Caccialup. *in tract. de de-
bit. ſuſpec. & fugiti. in 6. q. num. 18.* vbi poſt relatas varias opin.
Doctorum circa ſuſpicionem fugæ probandam, pro obti-
11 nenda captura, ſubdit, quod † communiter practicatur,
quod ſufficiat iuramentum probandi ſuſpicionem, & cau-
ſas ſuſpicionis, ſed ſi quis ideo ſolum peteret, debitorem ca-
pi, quia forenſis eſt, & non poſſidens immobilia, alia tamen
indicia non eſſent, aut in mora periculum, dicit ipſe Caccia-
lup. arbitrari, quod tunc debeat conſtare, ipſum eſſe foren-
ſem, & immobilia non poſſidere, per duos teſtes, vel per alias
probationes, ad quod adducit Baldũ. & Angelum, de quibus
per eum, at hic Sanctus dixit habere ſuſpectum dictum Pari-
ſinum, & timere, ne fugam arripiat, præſertim cum effectus
ſit deterioris conditionis ſolito, prout iurauit, quod iura-
mentum nimis conciſum fuit, quia nec dixit, Pariſinum eſſe
12 forenſem, † nec immobilia non poſſidentem, & tamen hæc
allegare, & probare debuit, vt voluit Bald. *in l. apertiſſimi. in fi.
C. de iudi.* & latius hoc explicat *in conſ. 338. in cauſa incarcerati.
13 volum. 4.* dicens, eſſe probandum, quod † debitor non poſſi-
deat immobilia, quia hæc negatiua eſt cauſa, & fundamen-
tum intentionis petentis incarcerationem, vnde ei incum-
bit probatio. *l. ſi. §. licentiam. C. de iure delib.* ſequitur Natta
conſ. 430. num. 14. nec quod eſſet effectus deterioris conditio-
nis, arguebat indicium fugæ, nec in mora periculum, cum
haberet illas duas cameras conductas, & in eis ſupellectilia,
& merces cum Balanzono, non faciles occultari, vel moueri,
propter quas erat veriſimile, quod non eſſet receſſurus, nec
habendus ſuſpectus de fuga, vt declarat Bart. *in l. ſciendum. ff.
qui ſat. cog.* & poſt eum cæteri, & Caccial. *in d. tract. q. 1. num. 10.*
14 dans aliud † ſignum ſuſpicionis fugæ debitoris, ſi cœpit com-
ponere farcinulas. vnde neſcio videre, quomodo Pariſinus
iſte potuerit iurari ſuſpectus de fuga, & obtineri eius captura.
15 Et † ſtatutum dicens, quod de ſuſpicione ſufficiat iuramen-
tum, debet intelligi, quando ſubeſſent indicia fugæ, vel
in mora periculum, vt minus corrigatur ius commune, quam
ſit poſſibile iux. *not. in l. 2. C. de noxal.*

Tertio nec aliud prætermitto pulchrum, & notabile,
quod ſubiungit Caccial. *in d. 6. quæſt. num. 21.* quod † cautus eſſe 16
debeat iurans, vt non iuret ex ſe ipſo, ſed iudice deferente,
alias tale iuramentum nullam fidem faceret, & nullius eſſet
valoris. *l. 3. in princip. & §. fin. & ibi* Bald. *ff. de iureiuran.* & ita
formaliter dicit Caccial. vidiſſe conſultum per D. Lud. de
Iſernia, quibus addo magis præciſe Pariſium *conſ. 101. vol. 3.*
loquentem in terminis ſtatuti, diſponentis, iuramentum
ſufficere, ad faciendum committi capturam, ſicut & hoc
noſtrum loquitur, vt per Alexan. *conſ. 19. volum. 3.* & per Iaſon
in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſat. cog. & tamen ſubiungit Pariſ. quod
ſi creditor ex ſe ipſo iurauit, non deferente iudice, illud iu-
ramentum nullam fidem facit, & nullius eſt roboris, captus-
que venit relaxandus, vt ſupra præmiſit: qua deciſione, ve-
lut in terminis, nihil melius adduci poteſt; quoniam d. San-
ctus à ſe ipſo iurauit, iudice non deferente.

Nec ſatis eſt tutum refugium, quo Beroūs vtitur *in conſ. 12.
volum. 3.* vbi poſt relatam doctrinam Caccialup. *in d. 6. quæſt.*
dicit, quod † licet in caſu ſuo iuramentum non fuerit à iudi- 17
ce immediate delatum, tamen delatum fuit à notario acto-
rum nomine ipſius iudicis, quod ſufficit. Et licet in actis
omiſſum fuerit per notarium ſcribi, quod iuramentum ſit
delatum à iudice, ſeu à notario de commiſſione iudicis, ta-
men hoc euenit ex errore illius notarij, qui acta extendit, vt
atteſtatur ipſe not. actorum, quæ omiſſio partibus nocere
non debet; quia primo diuinat Ber. in dicendo, quod nota-
rius actorum detulit iuramentum de commiſſione iudicis,
quod non apparebat, nec † licitum eſt diuinare, *l. ſi putator.* 18
ff. ad l. Aquil.

Secundo, ſi notarius actorum teſtabatur, notarium ſcri-
ptorum eorum errore omiſiſſe talem commiſſionem iu-
dicis, ſatis eſt, quod iſtud in caſu noſtro dici non poteſt, quia
in pluribus partibus proceſſus actorum, *fol. 14. 18. 21. & 23.* vi-
deo notarium actorum ſemper atteſtatum fuiſſe de com-
miſſione, ſeu vices habente ab ipſo do. iudice, eundi ad defe-
rendum iuramentum, vel teſti. de veritate dicenda, vel Pa-
riſino, de reſpondendo capitulis: quare ſi quoque commiſ-
ſionem habuiſſet à iudice in deferendo iuramentum San-
cto de ſuſpicione fugæ d. Pariſini, facile ei fuiſſet id exprime-
re. *l. vnica. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. toll.* vnde cum
iſtud non expreſſerit, nec atteſtatus fuerit not. credi debet,
id ſibi non fuiſſe commiſſum, & ob id eum noluiſſe atteſtari,
prout arguit in alijs caſibus de teſtatore Socin. iun. *conſ. 1. in
prin. & conſ. 4. num. 19. volum. 3.* Ex iſtis ergo tribus mihi vide-
tur hæc pars longe prima ſupra relata probabilior. Nec ob-
ſtant adducta pro illa, & primo quod ſtatutum loquitur de
ſtatione habitationis, qualis non erat illa, in qua captus fuit,
ſed negociationis; nam pro intelligentia facti debet aduer-
ti, quod inquit quartus teſtis huius Pariſini, videlicet Anto-
nius de Vgolinis; deponit enim, quod dictus Pariſinus con-
duxit duas ſtantias, in quarum vna tenet ſuum lectum, ta-
bulam, & duas capſas, & eſt illa, quæ eſt verſus dom. Petrum
Vegnardinum, & alia, per quam itur in illam, ſuas merces te-
net, & eſt prima camera, per quã itur in illam, ſuccedit dein-
de quintus teſtis, videlicet dom. Iulia de Cutallis, dicens
quod camera, in qua captus fuit Pariſinus, eſt illa, vbi ponit
caput ſcala primi ſolarij: ex quo dicto manifeſte colligitur,
quod eſt prima camera, per quam itur in illam cubicularem
verſus Vegnardinum. Idemque deponit 6. teſtis. videlicet
Ioan. de Signoris ibi. *che quella, doue mette capo la ſcala al pri-
mo ſolaro*, id eſt, *quod ſit illa, vbi ponit caput ſcala ad primum ſo-
larium.* Ex hoc igitur facto ſic vere ſtante, ſequitur clara de-
ciſio Soc. *in d. l. plerumq. n. 59. verſ. quarta & vltima concluſio.* vbi
declarando, † quando quis capi poſſit, vel non, in apotheca 19
conſtituta ſubtus domum habitationis, diſtinguit, quod aut
per apothecam non patet aditus ad domum, & tunc in illa
poteſt capi, tanquam in partem ſeparatam à domo, aut per
apothecam patet aditus ad domum, & non aliunde, & tunc
non poterit capi, quia iudicatur de tali aditu, vt de reliquis
partibus domus, & de hac diſtinctione ſubdit Socin. quod
eam faciat genitor ſuus, & dom. Thomas Decius, in locis
prælegatis, confirmatque Socin. quia † quælibet pars do- 20
mus poteſt dici domus, ſicut quælibet pars fundi, poteſt dici
fundus.

fundus. *l. plane in §. ff. de leg. 1.* Sic enim dici debet ad vnguem
in caſu noſtro, quod cum per cameram, in qua captus fuit
Pariſinus, pateat aditus ad aliam cameram cubicularem, &
in eam ingreſſus, nec aliunde, vtique non potuit in ea capi,
quia iudicari debet de illa, & eius aditu in aliam, ſicut de illa
alia, quæ negari non poteſt eſſe cameram, ſiue ſtantiam ha-
bitationis dicti Pariſ. & ſicut Socin. ibi reſpondens conſi. Ca-
21 ſtrenſis, quod citat, *& eſt 7. viſo puncto. volum. 1.* dicit, quod † ſi
per apothecam dabatur aditus in domo, dicitur eſſe pars do-
mus habitationis, & ibi captus, dicitur extractus de parte do-
mus habitationis, & non tenet captura, pari modo Pari-
ſinus iſte, captus in dicta camera, vel ſtantia, per quam da-
tur aditus, & ingreſſus in aliam habitationis, dicitur pars il-
lius ſtantiæ habitationis, ipſius Pariſini, & ibi captura facta
non valet, nec tenuit, & certe non poſſet aptior, aut præci-
ſior adduci deciſio huius caſus, quam prædicta Socin. poſt
Genitorem ſuum, & illum dom. Thomam Doctium, quos
allegat, quibus addo Dominum meum Rimin. *in d. l. pleriq.*
22 *colum. 1. verſ. item adde.* vbi vult, quod † appellatione domus
etiam veniant hortus, ſtabulũ, horreum, vinea, & baloeum,
quæ eſſent coniuncta ipſi domui, & ad quæ per ipſam do-
mum haberetur aditus, ita quod eſſent pars eius domus, ſic
enim camera mercium Pariſini, per quam habebatur aditus
in aliam ſuam cubicularem, & ſic habitationis, icitur fuiſſe
pars illius, vt ſicut in illa capi non potuiſſet, nec in iſta capi
potuerit.

Nunc ad ſecundum contrarium tranſeo, quod hoc ſta-
tutum debeat intelligi de ſtatione ſuæ habitationis, median-
te domicilio, quod hic nõ verificatur, nec reſpectu maioris
partis bonorum Pariſini illatorum in eam, nec reſpectu con-
tinuæ habitationis. cui motiuo reſpondeo ex ſingulari do-
ctrina Caſtrenſis *conſ. 92. notandum eſt. colum. 2. volum. 1.* vbi di-
23 cit, quod † appellatio domus multiplex eſt, nam aliquando
ſumitur pro ſimplici habitatione, licet in proprietate quis
ius non habeat. *l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur.* & ita ſumi-
tur *in d. l. plerique. ff. de in ius voc.* quia ratio illarum legum ve-
rificatur in ſola habitatione. Interdum vero ſumitur pro
domicilio, vt cum quis redit ad domum, id eſt, ad locum do-
micilij. *l. cenſoria. ff. de verb. ſign.* & ita ſumitur *in l. 2. §. legatu. ff.
de iud.* patet ergo, quod Caſtren. diſtinguit ibi habitationem
caſus noſtri in materia d. legis plerique. ab habitatione do-
micilij, quo ſecundo caſu loquitur Roman. *in d. conſ. 264.* &
in materia immunitatis acquirendę per ciuilitatem, propter-
ea de diuerſis ad diuerſa non fit illatio. *l. Papi. exuli. ff. de minor.*
Imo vero quod attinet ad continuam habitationem, quæ
videbatur hic non adeſſe, ſubdit ſignanter Romanus ibi,
24 quod † dicitur quis continuo habitaſſe, poſito quod ex iu-
ſta cauſa abſens fuerit, ſi nihilominus habebat propoſitum
reuertendi. *l. ſi quis ita. ff. de cond. & demon. & l. cum heres. §.
Stichus. ff. de ſtatulib.* nec immerito locum obtinet, cum ex
iuſta cauſa abſentem, præſentem eſſe fingamus. *l. quæſitum. in
prin. ff. de leg. 3. l. Seia. §. Pamphila. ff. de fund. inſt. cum ſimilib.* per
eum. Propterea dato, quod Pariſinus hinc abfuerit quando-
que veluti iturus Bononiam, vel ad ſuum locum Salo, cauſa
ſuarum mercium, vt per teſtes, & ſic ex iuſta cauſa pro præ-
ſente ſemper, & hic habitante continuo debuit reputari.
25 tantoque magis cum hinc † recedens conſueuerat huc redi-
re, quo ſtãte dicitur habuiſſe animum reuertendi. *§. pauonum.
Inſt. de rer. diuiſ.* & quod hic ſua ſupellectilia, cameramq; illis
fulcitam ſemper tenuit, & ſæpius illius clauem dum aberat
relinquebat D. Iuliæ, vt eam aperiret, & vt vulgariter dicunt
teſtes li ſboraſſe. Hinc enim detegitur animus redeundi. ex
26 tali namque † facto ſecuto declaratur animus. *l. ſed Iulianus.
§. proinde. ff. ad Maced.* Dec. *conſ. 421. num. 13.* Senat. Pedemont.
deciſ. 71. poſt Gramma. *conſ. 13. num. 2. & conſ. 22. num. 11.* Neuiz.
conſ. 50. num. 51. & 52. & ego *conſ. 164. num. 46.* Et hinc ceſſant,
quæ dicuntur in dubijs ſecundo loco de aduena, & viatore:
quia procedunt in receſſuro ſtatim, nec reuerſuro, qualis
non erat Pariſinus, habens cameras conductas, cum ſuis re-
bus, & ſolitus ad eas reuerti, vt per ſepteunnium & annos 8.
ſeruauit. quo caſu dicitur habitaſſe, vt per Roman. *in d. conſ.
264.* & do. meum Rimin. *in d. l. pleriq. mox infra citandum.* Ad
27 tertium breuiter, quo dicebat, † habitationem requirere
concurſum familiæ, nec vnius, vel duorum tantum, reſpon-
detur id procedere quo ad ciuilitatem conſequendam, non
autem quo ad habitationem ſimplicem, de qua tractamus,
vt declarat Horatius Mandoſ. *in addi. Romani in allegato conſ.
284. verſ. circa tertium.* cui concordat Caſtren. *in dicto conſ. 92.
colum. 2. volum. 1. ſuperius allegato.* Et ita reſolutis ſingulis con-
trarijs remanet firma concluſio pro iſto Pariſino, quod ca-
ptura ſua fuerit nulla, & priſtinæ libertati ſit reſtituendus.
Nec quicquam repugnat do. meus Rimin. *in d. l. plerique. col. 1.
verſ. & ex his collige.* nam ponit ibi duos caſus, quorum pri-
mus eſt † de illo, qui eſt in hoſpitio, vt aduena, qui poteſt de 28
ipſo hoſpitio realiter citari, quia non cenſetur domus habi-
tationis ſuæ, ſecundus caſus eſt in eo, qui † conducit hoſpi- 29
tium, qui bene dicit habitare, nec inde poteſt extrahi, quia
cenſetur domus habitationis ſuæ: nos enim verſamur in ſe-
cundo caſu, non in primo, quia per teſtes Pariſini conſtat,
ipſum conduxiſſe dictas duas cameras, non autem in eis, vt
hoſpitem, vel aduenam fuiſſe. Minuſque repugnat ei ſtatuti
verſ. intelligendo forenſes quo ad hoc, qui non habitaue-
rint per biennium proxime in ciuitate Ferrariæ, quando iam
per ſeptem, vel octo annos conduxit dictas Cameras, & in
eis habitauit, merceſq; retinuit, ac retinebat, quando captus
fuit, vt idem teſtes dicunt, & ſic vltra biennium habitauit in
ciuitate Ferrariæ, nec dicatur, quod ſtatutum ſubdit alterna-
tiue, aut non ſubeunt onera in ciuitate Ferrariæ vel eius co-
mitatu. quia imo ea ſubijcit concedendo panem, carnes, pi-
ſces, vinum, ſal & id genus cum ſuis oneribus emendo. Et
quo † ad perſonam, quis non allibratur, nec ſubit onera, 30
niſi poſt decennium, & ob id cum † ſtatutum de non ſuſti- 31
nente onera debeat intelligi de omnibus, vt per Ruin. *conſ.
200. num. 12. volum. 2.* ſequitur, quod dictum ſtatutum, velue
odioſum, quod forenſes capi poſſint ex ſola allegatione de-
biti, non debet hunc caſum mixtum continere Pariſini, qui
maiorem partem onerum ſuſtinuit. *iux. not.* per Bart. & alios
in l. 2. ff. de verb. oblig.

Præterea nulla vis in ea parte ſtatuti fieri poteſt aduerſus
hunc Pariſinum, quia loquitur de forenſe, qui ex aliqua cau-
ſa noſtris ciuibus teneretur, quod poſſit abſque prædicta
ſolennitate capi, & detineri ex ſola allegatione debiti, dein-
de ſtatim ſubiunxit, intelligendo forenſes, &c. at Sanctus,
qui detineri fecit Pariſinum, Forenſis eſt de Comarinis
Bergomenſis, vt in inſtrumento continetur, ergo non de-
bet gaudere beneficio ſtatuti, in ea parte facti ad fauorem
ciuium noſtrorum, quia per ſtatutum fieri poteſt conditio
Forenſium deterior quam ciuium, vt tradit Curt. iun. *conſ.
129. col. 4.* & poſt eum Crau. *conſ. 201. quod eſt primum, ſecundi li-
bri, ſub num. 14.*

Non obſtat & tertium motiuum de † domo propria, 32
quam quis non habitat cum familia, in qua capi poteſt, vt
per Marta. *in tract. de citati.* & Soc. *in d. l. plerique. ſecunda q.* ergo
tanto magis in conducta. quia negatur hæc illatio, vt per
dom. meum Rimin. *in d. l. plerique colu. 1.* ſuperius inductum,
nec habitatio cũ familia requiritur in ſtatuto ſimpliciter de
habitatione loquente, ſed quo ad ciuilitatem tantum acqui-
rendã, vt per Mand. *in addi. Romani conſ. 264. ſuperius allegatũ.*

Minus etiam repugnat † ſtatutum, volens quod ſi conſtat 33
de veritate debiti, debitor non debeat relaxari, niſi ſoluerit,
&c. quia procedit quando captura fuit ab initio valida, ſed
poſtea, ratione defectus formæ non ſeruatæ, captura fuerit
annullata, quo caſu recommendationes firmæ manent, vt
inferius dicit ſtatutum *colum. pen. verſ. & quia ſolent,* per quem
præcedens declaratur iux. not. *in l. 1. C. de lib. præter.* per Iaſ. poſt
alios *& in l. ſi ſeruum plurium. in fin. ff. de leg. 1.* at ſecus eſt, vbi ca-
ptura fuit ab initio nulla reſpectu loci, in quo quis captus
fuit, vt iſte Pariſinus in ſtantia, per quam dabatur aditus in
aliud cubiculum habitationis, iux. not. per Soc. *in d. l. pleriq.*
& do. meum Rim. ſupra citatos: nam tali caſu ſtatutum *col. 3.
verſ. & ſi quis,* clare dicit, quod ſi quis alias capi prohibitus, vel
non prohibitus, captus fuerit in aliquo, ex locis in præſenti ſta-
tuto exceptuatis, & prohibitis, Poteſtas, vel eius Vicarius, aut
alius Iuſdicens, illũ relaxari faciat, & eũ, ex cuius facto, & de-
fectu minus legitime captus fuerit, cõdemnet in refectionẽ
omnium expenſarum, & damnorũ ei, qui captus relaxandus
eſt. Vnde

Digitized by Google

eſt. Vode cum conſtet dom. Iudici ex ſupra deductis, hunc
Pariſinum fuiſſe captum in d. camera, ſiue ſtantia habitatio-
nis ſuæ, propter aditum eius in aliam, vt ſupra declaraui, fa-
cto ipſius Sancti, minus legitime ſequitur, vt Pariſinus ſit
omnino relaxandus, & Sanctus (vt mox dixi poſt ſtatutum)
condemnandus, & cum de prædictis adſint in terminis claræ
deciſiones iuris, & ſtatuti; ſic debet (vt ſperatur) iudex iudi-
care. Hippol. Rimin. Ferrar.

*Pro dominis Petro, & Antonio fratribus de Rigo-
lis, & Dominico Zanono.*

Arg. An mater in ſubſtitura filiæ pupillariter,
quoad vixerit, tranſiens ad ſecunda vota, poſſit
detrahere legitimam, vel Trebellianicam, vt
hæres filiæ, in pupillari defunctæ, aduerſus ſub-
ſtitutos ipſi matri. Et quid ſi tranſiens ad ſecun-
da vota filijs tutorem intra annum non petie-
rit. De ſtatuto Ferrarienſi, quod nemo bona
immobilia eius loci, in forenſem alienare poſ-
ſit, eiusque intellectu, an in ſucceſſionibus, &
vltimis voluntatibus locum habeat. Et an ma-
ter relicta vſufructuaria, aut ad vitam inſtituta,
fideiuſſionem de bene adminiſtrando &c. præ-
ſtare, cogique poſſit, ad vendendum bona quę-
dam ex hæreditate, in qua vſumfructum habet,
vt debita ſoluantur.

SVMMARIVM.

1 *Mater ſubſtituta filiæ pupillariter eiuque alijs ſubſtitutis, an poſſit detra-
here aduerſus eos, legitimã vel Trebellianicam. & n. 2. vſq. ad n. 6.*
6 *Conditiones poſitæ in inſtitutione matris, an cenſeantur pariter repetitæ in
ſubſtitutione. & nu. 7. & ſeqq. vſq. ad nu. 9.*
11 *Conditio vbi deficit, perinde eſt, ac ſi diſpoſitio facta non fuiſſet.*
12 *Mater, tranſiens ad ſecunda vota, & infra annum non petens tutorem
filiæ, eius ſucceſſione priuatur.*
13 *Intellectus ſtatuti Adriani,* quod nullus forenſis &c. *& num. 17. 21.
& 22.*
14 *Dictio, ſiue, disiungit verba, & non ſenſum.*
15 *Dictio, alia, eſt relatiua, & eiuſdem qualitatis repetitiua & num. 16.*
18 *Verba ſtatuti, vbi non conueniunt, nec eius diſpoſitio conuenire debet.*
19 *Statutum prohibens alienationem in forenſes, an etiam in ſucceſſioni-
bus, & vltimis voluntatibus locum habeat & nu. 20.*
23 *Vxor efficitur ſubdita loci mariti, licet vidua ſit. & altero nubat. n. 24.*
25 *Qualitas inhabilitatis ſuperueniens, non tollit ius antea quæſitum
alicui.*
26 *Legitima, & Trebellianica quæ ſunt duæ quartæ, abſorbent dimidiam
hæreditatis.*
27 *Vxor relicta vſufructuaria, an cauere debeat ſubſtitutis, de reſtit. hære-
dit. Et cogi poſſit ad vendenda bona hæreditatis pro ſoluendis debi-
tis. num. 28.*

CONSIL. DCCXLVI.

DOM. Aloyſius de Franceſchettis, ciuis Ferrariæ, ſuã hæ-
redem vſufructuariam, cũ pleno, & integro vſufructu,
inſtituit, D. Violantem eius vxorem, donec vixerit, & vitam
vidualem, caſtam, & honeſtam ſeruauerit, poſt vero mortem
dictæ vxoris, ſeu ea non ſeruante vitam vidualem, caſtam, &
honeſtam, ſeu ad ſecunda vota tranſeunte, ſuam hæredem
proprietariam inſtituit Bartholomæam eius filiam nuperri-
me natam, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, inſtituit, & ſub-
ſtituit dictam vxorem, donec tantum vixerit, & poſt eius
mortem inſtituit, & ſubſtituit, & hæredes ſuos vniuerſales
eſſe voluit, do. Petrum, & Antonium fratres de Rigolis, eius
conſobrinos, & Dominicum Zanonum eius nepotes, æquis
portionibus in capita. Mortuo teſtatore do. Violans viuente
filia, ſecundo nupſit; deinde filia deceſſit in pupillari ætate.
Quare quædam dubia exorta ſunt, inter eam, & dictos ſub-
ſtitutos, de quibus quæritur à me reſponſum iuri conſonum;
primum illud eſt: An dicta domina in bonis dicti teſtatoris
conſequi poſſit legitimam, & Trebellianicam, vt hæres filiæ;
non obſtante, quod tranſiuerit ad ſecundas nuptias; circa
1 quod ego dico, quod cum † dicta domina fuerit ſubſtituta
pupillariter filiæ, & poſt eius mortem ei fuerint ſubſtituti,
dicti Rigoli, & Zanonus, vtique non poteſt illa aduerſus eos
detrahere, vel conſequi legitimam, vel Trebellianicam, ſed
nihil de bonis teſtatoris habere poteſt. Caſus eſt clarus, &
apertus *in cap. ſi pater. de teſtam. in 6.* vbi duobus filijs impube-
ribus inſtitutis, & inter eos facta ſubſtitutione pupillari, te-
ſtatore mortuo, ac deinde filio ſubſequenter, & filia ſuperſti-
te matre, defunctis ante tempora pubertatis, dicit Sum. Põt.
abſque deductione Trebellianicæ, ſiue partis iure naturæ de-
bitæ, videlicet legitimæ, pauperibus omnia bona deferun-
tur, qui poſt filios fuerant ſubſtituti, ſicque mater ſuperſtes
nihil habere poteſt, redditque rationem ſum. Pont. inſertus;
licet enim † filius teſtamento ſuo matrem, portione iure na- 2
turæ debita, priuare non poſſit, pater tamen in teſtamento,
quod filio impuberi facit, poteſt; nam teſtamentum huiuſ-
modi pupillare paternum, vel paterni pars potius eſt cenſen-
dum. Et per illum textum ſic quam plures tenuerunt per
Decium relati *in l. precibus. C. de impub. & al. ſub.* quibus & alios
addidi *n. 90.* potiſſime Ripam *in l. 2. n. 44. ff. de vulg. & pup.* poſt
Soc. *colum. 10.* qui hanc opin. † veriſſimam, & communem 3
appellat, ſicut & approbatam teſtatur Bartolus de Aucio. *in
tract. ſubſtit. in materia pupillaris. num. 16.* & communem Zaſi.
in eodem tracta. num. 25. Imo vero, quod eam † ſequitur totus 4
orbis, teſtatur Bald. *in l. humanitatis. colum. 7. C. de impub. & al.
ſubſt.* & poſt eum Corraſ. *in d. l. precibus.* vbi pluribus funda-
mentis eam comprobaui, & † eam dixi procedere, nedum in 5
foro contentioſo, ſed etiam in foro Poli, hoc eſt, conſcien-
tiæ, vt apud me videri poteſt; quod omitto breuitatis cauſa:
Cum igitur iſta domina fuerit hæres filiæ, mediante pupilla-
ri. *Inſt. de pupilla. ſubſtit. in primo:* ibi, *alius ſit ei hæres,* & clarius
ibi. *ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus,* ſequitur, quod de bonis pater-
nis ad filiam peruentis, hæc domina, pupillariter illi ſubſtitu-
ta, nihil habere poſſit, ratione legitimæ, vel Trebellianicæ,
per prædicta. Confirmatur ſecundo, quia dicta domina,
viuente filia, tranſiuit ad ſecundas nuptias, vnde, ſi teſtator,
in † inſtitutione illius de vſufructu tantum, adiecit illas con- 6
ditiones, donec vitam vidualem, caſtam, & honeſtam ſerua-
uerit, pari ratione, vel etiam maiori, dum pupillariter eam
filiæ ſubſtituit, donec vixerit, debent intelligi repetitæ dictæ
conditiones, videlicet, donec vixerit, & vitam vidualem, ca-
ſtam, & honeſtam ſeruauerit, ſicut in inſtitutione, vſusfru-
ctus ſupra dixit, quoniam † clauſula, in prin. poſita, maioris 7
eſt efficaciæ, & potentior ad determinandum ſequentia,
quam econtra. Bart. *in l. quiſquis. cum gloſſ. ff. de lega. 3. & in l.
ama. ff. de cond. & demonſt.* cum ſimilibus, de quibus per Iaſ.
in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & etiam *l. pacta nouiſſima. C. de pact.*
Noni. *conſil. 22. num. 13.* & Anguſſol. *conſ. 3. in materia feuda-
lium. num. 41.* & ex † identitate rationis, vt dixi, cenſeri debet 8
facta repetitio, vt per Bald. *in l. Titius. C. de oper. liber.* & † ex 9
præſumpta voluntate, teſtatoris, vt per Bart. *in l. Seia. §. Caio.
ff. de fund. inſtr.* Natta *conſ. 476. colum. 1.* Alex. *conſ. 47. colum. 2.
volum. 5.* & Neuiza. *conſ. 72. num. 20.* & quando † militat eadem 10
ratio, pars vna teſtamenti declaratur per aliam, ſicque repe-
titio fieri debet, vt egregie voluit Dec. *conſ. 480. colum. 2.* Soc.
iun. *conſ. 103. num. 55. volum. 1. & conſ. 160. num. 37. volum. 2.* Card.
Albanus *conſ. 23. num. 6.* & ego dixi *conſ. 199. num. 248.* Quare
ſequitur, quod ſicut dicta domina per tranſitum ad ſecunda
vota remanſit excluſa ab vſufructu; Ita & à pupillari ſub-
ſtitutione, cum defecerit conditio, ſub qua vocata fuit; nam
deficiente conditione † perinde eſt, ac ſi diſpoſitio facta non 11
fuiſſet. *l. pecuniam quam. ff. ſi cert. pet. l. neceſſario. §. quod ſi pen-
dente ff. de peric. & commo. rei vend.* Soc. iun. *conſ. 4. num. 16. &
conſ. 180. num. 40. volum. 2.* & Cæpb. *conſ. 183. num. 50.* Ex prædi-
ctis remanet abſolutum primum dubium, ſicut & ſecun-
dum; quo quæritur: An dicta mulier ſuccedere poſſit in di-
cta hæreditate, ex quo tranſiuit ad ſecũda vota, dicitur enim,
quod non; quia velut pupillariter ſubſtituta, non poteſt ad-
uerſus ſubſtitutos quicquam deducere. ſecundo quia defe-
cit conditio viduitatis, ſub qua fuit in effectu vocata, tertio,
quia dicta domina, nubens ſecundo loco † non petijt dari tu- 12
torem filiæ ſuæ infra annum, ſed fuit in mora (vt audio) quo
ſtante, priuata fuit eius ſucceſſione. *l. ſciant.* & ibi Doct. *C. de
legi. hæred.* Venio nunc ad tertium quæſitum, Nunquid di-
cta domina, cum ſit forenſis, ſtante ſtatuto Adriani; *Quod
nullus † forenſis, &c. ſuccedere poſſit in bonis, ſitis in dicta terra* 13
Adriani. circa quod, vbi prædicta ei nõ obſtarent, reſponderi
poſſet

Digitized by Google

poſſet ad eius fauorem, ex infraſcriptis. Primò, quia tale ſta-
tutum loquitur in effectu de alienatione inter viuos: pro-
hibet enim, *quod nulla perſona forenſis poſſit aliquo tit. acquirere*
aliquam poſſeſſionem, Terram, ſeu Caſale, ſiue per venditionem, ſiue
vſum, ſiue per locationem, vltra duos annos, ſiue per quamcunque
aliam alienationem, ſiue quemcunque titulum in terra Adriani,
vel diſtrictu: cum enim clare dicat de venditione, vſu, & lo-
catione, quæ ſingula ſunt contractus; dum ſubiungit, *ſiue*
per quamcunque aliam alienationem, declarari debet ex præce-
dentibus, ſcilicet inter viuos, & per contractum, vt per da-
tionem in ſolutum, permutationem, dotem, & id genus: quia
ex illis præcedentibus reſtringitur illud generale verbum,
alienationem, quòd intelligatur prohibita alienatio per viam
contractus, non autem vltimæ voluntatis, vel alterius ſuc-
ceſſionis. Fulg. *conſ. 215. col. 2.* Corn. *conſ. 96. col. 3. & 4. vol. 1.* Soc.
conſ. 13. in fin. vol. 3. Ruin. *conſ. 7. num. 10. vol. 2.* & Cæph. *conſ. 394.*
14 *num. 39.* Idque comprobatur, ponderando dictionem, † *ſiue*,
quæ verba disiungit, & non ſenſum. *gloſſ. in l. ad protegendum.*
C. de in lit. dan. tut. Bar. *in l. ſi quis ita. ff. de aur. & argen. leg.* Ruin.
15 *conſ. 57. num. 3. vol. 1.* Item ponderando dictionem, † *aliam*, quę
eſt relatiua, & eiuſdem qualitatis repetitiua, cuius erat id, de
quo eſt facta mentio. *c. 1 de pact. in 6. cum ſimil.* per Ruin. *conſ.*
16 *181. num. 2. volum. 2.* † etiam ſi iungatur cum ſigno vniuerſali,
vel cum verbis, *aliquo titu.* vt pulchre tradit Ruin. *conſ. 116. nu-*
mer. 17. vol. 2. & Cæph. *conſ. 414. n. 14.* vt in d. ſtatuto reperitur
ibi, *ſiue per quamcunque aliam alienationem. ſiue quemcunque ti-*
tulum. at nos agimus de alienatione per vltimam volunta-
tem, ergo ceſſare debet d. ſtatutum *l. verba geſſerunt. ff. de ver-*
bor. ſign. cum ſimil. Confirmatur inſuper, dum ſubdit idem ſta-
tutum: *& nihilominus condemnetur alienans, vel aliquo modo,*
vel iure concedens. pro qualibet vice in 50. libris, & amittat precium
rei, &c. quæ ſingula conueniunt contractibus, non autem
17 vltimæ † voluntati, vbi nec precium cadit, nec defunctus
condemnatur, niſi in crimine læſæ maieſtatis *l. donationes. in*
18 *fine, ff. de dona.* Quare cum † verba dicti ſtatuti non conue-
niant alienationi per viam vltimæ voluntatis, nec eius diſpo-
ſitio conuenire debet. *l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect.*
19 Secundò dico, quod † tale ſtatutum, & ſimilia, ſicut locum
non habent aduerſus filios in hæreditate parentum, vt vo-
luit in ſtatuto Piſauri Comi. *conſ. 111. ad finem, vol. 3.* in decretis
Parmæ, Cæph. *conſ. 13. num. 27.* in ſtatuto Laudæ, Alcia. *reſp. 53.*
num. 7. in decreto Mediolani, Plut. *conſ. 108. num. 75. volum. 1.*
crimin. ſicut in eodem decreto, Cæphal. *conſ. 161. num. 16.* & in
noſtro Ferrariæ, Soc. iun. *conſ. 18. num. 35. volu. 3.* & ego *conſ. 15.*
20 *col. 1. & 2.* Pari † ratione ſimilia ſtatuta locum non debent
habere in matre, veniente ad ſucceſſionē filiæ prædeceden-
tis: quia filius, & mater ſunt correlatiua; igitur in vno diſ-
poſitum debet in alio quoque procedere. *l. fin. cum ibi not. C.*
de indict. vid. toll. Ita Burſa. *conſ. 8. num. 33.* & ego *conſ. 501. num. 37.*
Nec recurri debet ad ſtatutum Ferrariæ, ſub Rub. *Quod non*
fiat tranſlatio, loquens etiam de alienatione facta in vltima
voluntate, etiam per hæredis inſtitutionem, vel ſubſtitutio-
21 nem; aut enim † dicimus eius maritum, velut ciuem Ferra-
riæ, fuiſſe forenſem in terra Adriani, nec ibi onera ſuſtinuiſ-
ſe, ſicut & hanc dominam eius vxorem; & in tali caſu potuit
ille eam inſtituere, & ſubſtituere, vt fecit, quia ceſſat ratio
ſtatuti, & publicæ vtilitatis, in qua fundatur, ita Ripa *lib. 1. re-*
ſpon. tit. de legib. c. a. 2. & Plotus *conſ. 108. num. 17. volum. 1. criminal.*
22 Aut vero † dicimus, eum fuiſſe ſubditum terræ Adriani, cau-
ſa domicilij, alias ibi contracti, & onerum quæ ſuſtinuerit
ratione bonorum, quæ ibi poſſideret, & iſto caſu potuit ille
23 relinquere in teſtamento dictæ dominæ † vxori ſuæ, factæ
ſubditæ dicti loci, ratione mariti, vt eſt deciſio Soc. *conſ. 81. vo-*
24 *lum. 3.* quem ſequitur Plot. *in d. conſ. 108. num. 116.* qui † plus am-
pliant illud procedere, licet vxor poſtea remanſerit vidua, &
deinde nubat alteri non ſubdito; quia retinet iam per eam
acquiſita, dum eſſet ſubdita in loco mariti ſubditi, & ſtatu-
25 tum non obſtat, quia † qualitas inhabilitatis ſuperueniens,
non tollit ius antea quæſitum ipſi mulieri forenſi, dum eſſet
habilis, & ſic nupta ſubdito, & illam deciſionem Soc. & Plot.
ſecutus fui *in d. conſ. 501. nu. 45. cum ſequentibus.* Sequitur ergo,
quod ſtatuta prædicta vel Adriani, vel Ferrariæ; non obſta-
rent huic dominæ, ſi aliud ei non obſtaret: ſed cum fuerit
inſtituta in vſufructu, ſub conditione, donec vitam vidua-
lem, caſtam, & honeſtam ſeruauerit, pariq; modo ſit intelli-
genda ſubſtitutio illius, vt dixi, quæ conditio defecit, ſecun-
do nubendo, ſequitur, quod vtrunq; corruerit, & ceſſauerit,
d. l. pecuniam quam. cum cæteris ſupra citatis, & cum ſubſtituta
fuerit pupillariter, nec legitimam, nec Trebellianicam po-
teſt aduerſus ſubſtitutos ſibi detrahere. *d. c. ſi pater. de teſta. in*
in 6. quod ponit gladium ad radicem, ſicque communis eſt
omnium concluſio, in vtroq; foro, vt late dixi *in d. l. precibus,*
C. de impub.

Supereſt nunc quartum dubium, in quo quæritur, Dato,
quod iſta domina de iure ſuccederet, an cogi poſſit, ad præ-
ſtandum fideiuſſionem de bene adminiſtrando; & vlterius,
an cogi poſſit ad vendendum tot de bonis dictæ hæreditatis,
& ſatisfacere Hebræo, ſuper quo non eſſet opus, verba face-
re, ſtantibus præmiſſis, quod venit excludenda prorſus à di-
ctis bonis. Sed vt etiam petenti ſatisfaciam, præſuppoſito,
ſine veri præiudicio, quod eſſet capax (quæ tamen non eſt)
aduerti debet, quod cum ſuccederet in † legitima tantum, & 26
Trebellianica, quæ duæ quartæ abſorbent dimidiam hære-
ditatis, *vt not. in c. Raynutius, de teſta. & in l. Papi. §. meminiſſe. &*
ibi Doct. ff. de inof. teſt. cum ſimil. per Alex. *conſ. 26. colum. fi. vol. 1.* &
Dec. *conſ. 203. col. 2. conſ. 228. col. fin.* & Crauet. *conſ. 50.* iam non
totam hæreditatem conſequeretur, ſed dimidiam, alteraque
ad ſubſtitutos ſpectaret, reſpectuque † illius dimidiæ cauere 27
deberet de conſeruandis bonis, reſtituendis ſubſtitutis in ca-
ſum mortis ſuæ. *l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt legat. ſeu fideicom.*
ſeru. cauſ. caue. quo vero ad † creditum Hebræi ſatisfaciendū, 28
recurrendum eſſet ad venditionem tot rerum hæreditatis, in
quibus dicta domina, velut vſufructuaria minueret vſum-
fructum, ſicut etiam ſubſtituti proprietatem, vt notat Caſtr.
in l. fi. §. ſin autem as alienum. C. de bon. quæ lib. & poſt eum Coru.
Matheſ. *nota. 4. nota, quod ſit eſtator.* Iaſ. *in l. 1. not. 5. ff. ad Trebell.*
Soc. *conſ. 131. col. 5. verſ. demum etiā dubitatur. vol. 1.* Bæb. *conſ. 63.*
vol. 3. & Natta *conſ. 7. col. 1.* ſed (vt dixi) hæc ſuperuacanea ſunt,
& ad ſubſtitutos pertinent, qui debent admitti, excluſa hac
Domina. Hippolyt. Rimin. Ferrariæ.

Pro dom. Antonio de Fachinettis de Bononia.

ARG. De vxore in vſufructu à marito inſtituta, quæ cautionem Murianam præſtare neglexit, an fructus à die mortis teſtatoris, vel præſtitæ cautionis conſequi debeat, Et ob omiſſionem cautionis in integrum reſtitui poſſit. Item an à duabus ſententijs conformibus contra ſe latis, non obſtante ſtatuto Bononienſi, appellare poſſit. An executio duarum conformium impediri poſſit per exceptionem nullitatis. Et an, & quando ſcindi poſſit legatum vſusfructus adeo, vt quoad tēpus debeatur, & quo ad aliud non. Item animus quomodo declaretur. Quid requiratur, vt reſtitutio in integrum competat, & coram quo ſit petenda, &c.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ſtatuti Bononiæ, de arbitrio domini Poteſtatis in conformi-duarum, &c.*

2 *Dictio*, tantum, *eſt excluſiua omnium caſuum, & omnium aliarum perſonarum.*

3 *Dictio*, ſemel, *in vnica vice verificatur.*

4 *Dictiones*, ita tamen, *ſunt taxatiuæ & limitant præcedentia. Et inducunt conditionem, quam forma ſpecifica, & præciſe eſt adimplenda. num. 5.*

6 *Dictio*, alterius, *negatiue poſita, limitat.*

7 *Statutum prohibens appellationem an procedat, cum notoria eſt iniuſtitia, & manifeſtum iudicis grauamen. Quod q; dicatur grauamen manifeſtum nu. 8.*

9 *Inanis eſt diſputatio, vbi eſt ſtatuti deciſio.*

10 *Notorium quando probari debeat.*

11 *In facto notorio an ſententia requiratur.*

12 *Iudicium plurium firmius vnius.*

13 *Veritas oppugnata, manifeſtior euadit.*

14 *Sententia contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam non valet, & vt contra ius lata habetur. nu. 15.*

Digitized by Google

16 *Exceptionis nullitatis ſententia aliq. altiorem indaginem requirentes, non debent impedire executionem ſententiarum quæ tranſiuerunt in iudicatum. & num 17 & 18 eiusq. ratio num. 19. & 20.*
21 *Conditio duplex eſt, ſuſpenſiua & reſolutiua, & vtriuſque deſcriptio. Et in qua requiratur cautio Mutiana. nu. 22. 23. 24. 25. & 27.*
26 *Legatum factum vxori, donec vixerit in viduitate, eſt purum, ſed reſoluitur ſub conditione ſi illa nubat.*
28 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem. & n. 29. 30. 31.*
31 *Nec minus faciunt conditionem expreſſam, quam dictio ſi. & num. 32. & 42.*
43 *Et differunt à dictionibus*, donec, vel quouſque.
44 *Notarij debent eſſe cauti, vt ſciant concipere verba, ſecundum mentem teſtatoris.*
35 *Dictiones*, donec, quouſque, *ſunt temporariæ.*
36 *Interpretatio accipienda ea eſt, quæ procedit ſecundum vim verborum, maxime fauore pie cauſæ.*
37 *Dictio*, maxime, *exprimit caſum minus dubitabilem, includens magis dubium.*
38 *Ablatiuus abſolutus*, ſtante in vita viduali, *exponitur per donec ſteterit, per Alciat. quem hoc ſibi parum conſtans dicitur per Menoch. ſed ab authore defenditur & n. 41.*
39 *Conditio vim magnam habet, adeout dicatur indiuidua, quo fit, vt non ſufficiat, eam pro parte impleri.*
40 *Pars vna teſtamenti, aliam declarat.*
40 *Conditiones appoſitæ, per participia abſoluta*, durante, & viuente, *faciunt conditionem, ſicut dictio ſi & num 19.*
44 *Et verba*, ſeruante vitam vidualem, *exponuntur, id eſt, ſi ſeruauerit, ſicq. ſub conditione. & n. 46. 47. 48.*
45 *Legatum factum vxori per ablatiuos abſolutos ſine dictione*, donec, *dicitur vnum, & ab initio conditionale, & opus eſt cautione Mutiana.*
49 *Regulæ communi adhærendum.*
50 *Et habens eam pro ſe, dicitur rem certam habere.*
51 *Participia abſoluta important etiam diſpoſitionem, ex coniectura ta mente teſtatoris.*
52 *Teſtator præſumitur hæredem minus grauare, quam ſit poſſibile*
53 *Amplia procedere in legato, etiam facto vxori, quando alias reperitur honorata.*
54 *Legatum factum coniunctæ perſonæ, item vxori, venit latius interpretandum num. 55.*
56 *Fallit, vbi hæres eſt ſanguine coniunctus.*
57 *Vxor non dicitur conſanguinea, nec propinqua viri.*
58 *Verba ſunt attendenda ſecundum propriam eorum ſignificationem.*
59 *Præſumptio vna potentior & efficacior, tollit plures debiliores, & infirmiores.*
60 *Mens erronea apparens non attenditur.*
61 *Teſtator quod non dixit, nec feciſſe præſumitur.*
62 *Viuere ſimpliciter non eſt in poteſtate noſtra, cum pendeat à morte, cuius dies incerta eſt.*
63 *Copula*, &, *copulat ea, quæ ſunt eiuſdem generis, non quæ ſunt diſſimilia.*
64 *Clauſula in vno capitulo non refertur ad aliud.*
65 *Legatum vxori relictum, quamdiu ſe abſtinuerit à ſecundis nuptiis, purum dicitur*
66 *Conſilium Baldi 267. declaratur & num. 67.*
68 *Verba*, & non aliter, nec alio modo, *habent vim conditionis, & faciunt deficere conſenſum partium, ſi iure fideicommiſſi rem non conſeruentur. num 70.*
69 *Vaſallus, vel emphyteuta, feudum, vel emphyteuſim, vendens cum clauſula, ſaluo iure domini, & non aliter, an iure ſuo priuetur. & num. 70.*
71 *Vxor inſtituta hæres, donec caſte & honeſte vixerit, an debeat præſtare cautionem Mutianam. & n. 72. 73. 74. 75.*
76 *Legatum relictum, quamdiu caſte vixerit, differt à legato, relicto hiſce verbis, caſte viuente. & num. 77.*
78 *Hæres facto defuncti contrauenire non poteſt.*
79 *Ablatiui abſoluti aliquando nec diſponunt, nec faciunt conditionem, ſed exponuntur per quatenus.*
80 *Soc. iun. ab auctore redarguitur in cit. ad Rumam.*
81 *Legatum, vxori factum per ablatiuum abſolutum* ſtante vidua, *vel per dictionem*, donec, *an ſit annuum, & ſic plura legata, vel vnum, & ſimplex & num 00. 83. 84.*
85 *Legato vſusfructu vxori donec nubet, fructus percepti, ſi nupſerit, non reſtituuntur, ſecus ſi relictus ſit vſusfructus, ipſa ſeruante viduitatem.*
86 *Facta multa tolerantur, quia fieri impediuntur.*
87 *Intellectus regulæ l. omnium quæ ades ff. de vſuc. quando limitatur.*
88 *Argumentum à ſimili eſt multum debile.*
89 *Nec ex diuerſis ſumitur argumentum.*
90 *Voluntas limitata, vltra terminos limitationis non extenditur.*
91 *Animus viri præſumitur contriſtari muliere ſecundo nubente.*
92 *Clauſula*, non aliter, nec alio modo, *natura quæ.*
93 *Concordia timore initæ rescindi non debet.*
94 *Pacta per alium non debent nocere tertio.*
95 *Clauſula*, ſine præiudicio iurium, *eſt modificatiua, reſtringens ea, quæ in præcedentibus dicta fuerunt, & inducit exceptionem de præcedenti regula.*
96 *Conditio implenda per aliquem, ſponte & ſine interpellatione implere debet.*
97 *Fructus percepti ab hærede proprietarij, non ſunt reſtituendi hæredi vſufructuariæ, ea mortua, ante præſtitam cautionem Mutianam vel oblatam.*
98 *Cautio Mutiana, vel ſatiſdatio eſt de ſubſtantia, nec omitti poteſt pluribus exiſtentibus bonis mobilibus, & pecudibus, quæ vſu conſumuntur.*
99 *Mulier non excuſatur in his, quæ ſunt pro forma, ſeu ad rigorem iuris conſeruandum introducta.*
100 *Confeſſio præualet quolibet inſtrumento publico, & quibuſcunq. depoſitionibus teſtium, niſi quæ ea factum eſt, aut apertius*
101 *Exteriora oſtendunt interiora.*
102 *Animus ex effectu cognoſcitur.*
103 *Vxor mortuo marito non poteſt poſſidere pro dote, vel alio titulo, vſusfructus ſcilicet ſibi relicti. Fallit quando eſt inſtituta in vſufructu & de ratione. num. 104.*
105 *Actus poſſeſſorius factus ab aliquo, in dubio videtur factus potius, vt vtatur iure ſuo, quam iure familiaritatis, & quando hoc verum ſit.*
106 *Amicus ſæpius veniens ad hanc ciuitatem, more in hoſpitans conuiuitur, non dicitur tamen per hoc eſſe in quaſi poſſeſſione hoſpitandi, & quare.*
107 *Verba generalia, & adulatoria, non inducunt obligationem.*
108 *Nec ſunt aprecatoria.*
109 *Conſilium mulierum quando ſalubre ſit.*
110 *Statutum prohibens appellationem, non intelligitur prohibuiſſe reſtitutionem in integrum.*
111 *Verba generalia, eorumq. ſignificatio reſtringitur, quando talibus verbis adijcitur aliud verbum ſpeciale, & præcedentia exponens. nu. 112.*
113 *Reſtitutio in integrum, vt impetrari poſſit, duo requiruntur, probatio læſionis, & quod ſit euidens, & manifeſta.*
114 *Et cum per hanc viam reſtitutionis, in integrum agitur de retractione ſententiæ, probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
115 *Nec datur tractante de lucro, cum alterius ſacturo, ſecundum communem. num. 116.*
117 *Nec datur ad præiudicium eius, cui ius hæreditatis fuit quæſitum.*
118 *Damnum pati, eſt amiſſio lucri radicati.*
119 *Roſſius iureconſultus ab auctore commendatur.*
120 *Mulier, vt reſtituatur, probare debet, quod fuerit decepta, ſui facilitate, vel imbecillitate.*
121 *Reſtitutio in integrum quando petitur, debet narrari, quod quis ſit minor, & quod fuit læſus ſui facilitate, nec ſufficit dicere, quod fuit minor, & læſus.*
122 *Et coram quo ſit petenda.*
123 *Et vide de hoc pulchre duos caſus, quibus hoc declaratur abunde.*
124 *Defectus nullitatis ex defectu iuriſdictionis, eſt maximus, & reputatur irreparabilis, & inſanabilis & nu. 125. 126. 127. 128.*
128 *Deſtinatus ad vnum officium, non debet in alterius officio ſe intromittere.*
129 *Vſurpatio iurium alterius eſt illicita.*
130 *Cauſa reſtitutionis in integrum, quando prius ſit terminanda, antequam ad meritum cauſæ principalis deueniatur.*
131 *Articulus quis prius tractari debeat, quando duo proponuntur in iudicio, alterum per actorem, alterum per reum.*
132 *Et quæ dicantur præiudicialia.*
133 *Nullitas ſententiæ oppoſita an debeat impedire executionem ſententiæ illius.*

CONSIL. DCCXLVII.

ANNO 1566. dom. Petrus de Fachinetis, ciuis Bononienſis, in teſtamento ſuo nominauit, & eſſe voluit, eius hæredem vniuerſalem, D. Agnetem, eius vxorem, quo ad vſumfructum tantum, durante ipſius dom. Agnetis vita naturali, & ipſa in ſtatu viduali, ac caſte, & honeſte viuente, & non aliter, vel alio modo, & ea mortua, & ſic dicto vſufructu finito, & cum proprietate conſolidato, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, inſtituit do. Iacobum, & Antonium ipſius teſtatoris fratres æqualiter, & æquis portionibus, mortuo D. Petro, dicta domina manens cũ D. Iacobo, poſt annos 17. & ſic de anno 1583. cœpit agere cum do. Antonio, petens ſibi conſignari tertiam partem honorum omnium vſufructuandorum, iuxta formam teſtamenti, cui D. Ant. reſpondens, negauit, ius ei competere, talia petendi; & illa ſtatim præſtitit cautionem Mutianam, deinde primam ſententiam fauorabilem reportauit, videlicet, fructus dictæ tertiæ partis ad eam ſpectaſſe à die mortis dicti D. Petri, à qua ſententia, interpoſita appellatione per D. Antonium, per binas ſententias conformes iudicatum fuit, dictos fructus ad dictam dominã pertinere duntaxat, à die præſtitæ cautionis Mutianæ, & non ante, vnde dicitur orta res iudicata, ad fauorem D. Antonij. Nihilominus Agnes appellauit adhuc, & introducta cauſa appellationis in Rota, coram tunc D. Roſſeto extracto, petijt illa declarari, bene appellatũ, vel ſaltẽ ipſam, vt viduam, & miſerabilem, in integrum reſtitui, ſtante enormiſſima læſione, tum aduerſus ſententias, & rem iudicatam,

quam

Digitized by Google

quam aduerſus quamcunque cautionem Mutianam omiſ-
ſam præſtari, ſi ad illam præſtandam fuiſſet obligata. dictuſ-
que Roſſetus, ſeu dom. Ioan. Ant. Philippus, loco illius ſub-
rogatus, de conſenſu & aſſenſu aliorum dominorum Rotæ,
declarauit, dictam appellationem non deuoluere. Secundo
non fuiſſe locum præſtationi cautionis Mutianæ, nec ad eam
præſtandam fuiſſe obligatam dictam Agnetem, & eam in in-
tegrum reſtituit. Tertio male fuiſſe iudicatum per ſecundos,
& tertios iudices, primamque ſententiam primi iudicis con-
firmauit, vt latius in ſententia, ſiue deciſ. Rotæ. Nunc modo
introducto caſu denuo, coram Reuerendiſſimo dom. Vi-
celegato, ſigillatim videndum eſt de prædictis, quid pro ve-
ritate ſit dicendum, qua in re valde laborioſa, propter ni-
mias allegationes iuris, hoc ordine procedam. Primo agi-
tur de fundamento, ſeu intentione D. Ant. ſuper appella-
tione D. Agnetis reijcienda, deinde contrarijs relatis re-
ſpondebo. Secundo ſuper cautione Mutiana loquar, per
eam debita præſtari, tollendo, quæ dicuntur in contrarium.
Tertio ſuper reſtitutione in integrum petita, eam ſibi mini-
me debuiſſe concedi, ſublatis contrarijs. Quarto de validi-
tate, vel nullitate dictæ deciſionis Rotæ dicam, quibus abſo-
lutis, veritas huius cauſæ clara reddetur, nunc confuſa, Igi-
1 tur ad primum veniens, dico, ſtante † ſtatuto Bononiæ, *de arb. dom. Praeter in cauſis viduarum, & aliarum miſerabilium per-
ſonarum*, non licuiſſe D. Agneti appellare à dictis duabus ſen-
tentijs conformibus, nam poſtquam dixit in fine, quod in
cauſis omnium ſupra nominatorum, videlicet viduarum, &
aliarum miſerabilium perſonarum, de quibus ſupra, dixit,
vtriq; parti ſuccumbenti ſemel tantum liceat appellare, ſub-
iungit, ita tamen, quod qui habuerit duas ſententias ex
dictis videlicet viduis, & alijs miſerabilibus perſonis contra
ſe, vlterius appellare non poſſit. Pondero primo loco dictio-
2 nem illam, † *tantum*, excluſiuam omnium aliorum caſuum,
& omnium aliarum perſonarũ, vt not. Bar. *in l. ſi quidem. C. de tranſ. & in l. rationes. C. de prob. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact.* &
Iaſ. *in l. 1. nu. 9. ff. ſi quis in ius vocat. non.* Decia. *reſp. 86. n. 48. vol. 3.* ſi igitur
ſemel tantum concedit ſtatutum prædictis appellationẽ, igi-
tur à duabus conformibus eam negat, & prohibet. *l. cum præ-
tor. ff. de iudic.* Confirmatur, & fortius. Nam ſtatutum non
3 contentum fuit dictione, † ſemel. quæ in vnica vice verifica-
tur, addidit dictionem, tantum, quæ pariter pluralitatem ex-
cludit. quæ geminatio verborum taxatiuorum admodum
operatur. *l. baliſta. ff. ad Treb. cum ſim.* quibus ſic arguit Cæph.
conſ. 158. num. 40. Secundo pondero dictiones illas ſequentes,
4 ita † tamẽ, quæ pariter ſunt taxatiuæ, & limitant præcedentia,
ita vt præciſe ſecundum ibi dicta intelligantur. *l. Luc. §. qui ha-
bebat. ff. ad Trebell. l. qui aliena. §. liberto. ff. de neg. geſt.* & pulchre
Salic. *in l. vbi adhuc. per illum text. verſ. ita tamen. C. de iure dot.*
5 vbi dicit, quod † inducunt conditionem, quæ præciſe & in
forma ſpecifica eſt adimplenda, ſequitur Decia. *reſpon 31. n. 4
vol. 2.* ideo ſi ſtatutum dicit, ita tamen, quod qui habuerit duas
ſententias, contra ſe de prædictis viduis, & alijs miſerabilibus
perſonis, vlterius non liceat ei appellare, ſtandum eſt illis ver-
bis præciſe per dictas perſonas quod eis non liceat appellare.
6 Tertio nec omitti debet dictio, † vlterius, negatiuè poſita
ibi, vlterius appellare non poſſit, quæ pariter limitat. *l. fi. C. de
modo mulcta.* Pariſ. *conſ. 68. nu. 29. vol. 3.* Cæph. *in d. conſ. 158. n. 40.*
igitur ſequitur inde, appellationem limitari, ad vnam vicem
fieri poſſe, pluries autem nequaquam. Nec obſtat huic fun-
7 damento, quod dicitur in deciſione Rotæ, † ſtatutum pro-
hibens appellationem, non habere locum, quando notoria
fuit iniuſtitia, & manifeſtũ grauamen. *gloſ. in c. ex conqueſtione.
in verbo poſt appellationem. de reſtit. ſpol.* Abb. in terminis ſtatuti.
*in c. paſtoralis. col. pen. verſ. 3. effectus. de app. & conſ. 44. in præſenti
quæſtione duo ſunt dubia. vol. 1.* Dec. *conſ. 49. in 5. fund.* & ample
Nat. *conſ. 172. num. 4.* at hic notoria fuit iniuſtitia duorum iu-
dicum, reuocando primam ſententiam, qua fuerat iudicatũ,
fructus D. Agneti deberi à die mortis mariti, & non à die
præſtitæ cautionis Mutianæ tantum, quoniam ſi verum eſſet
hoc argumentum, quod notoria diceretur iniuſtitia, reuo-
cando primam ſententiam, redderetur eluſoria *lex 1. ff. de app.*
vbi dicit Vlp. quod appellandi vſus quam ſit verus, frequens,
quamq; neceſſarius, nemo eſt, qui neſciat. Quippe cum ini-
quitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat, tunc autem
diceretur † notorium, & expreſſum grauamen Iudicis appel- 8
lationis, quando dolo, vel lata culpa, vel contra ius clarum, &
expreſſum iudicaſſet, vt ibi late proſequitur Nat. *in d. conſ. 172.
num. 7. & 8.* quæ hic dici non poſſunt, nam quod iſta domina
teneretur cauere, nec eſſet miſerabilis perſona, ſecundo lo-
co dicetur, Imo quia ad hoc nunc ego dico, quod cum ſtatu-
tum prædictum loquatur in ſpecie de viduis, & alijs miſerà-
bilibus perſonis, & nihilominus velit, quod ſi habuerint
duas ſententias contra ſe, vlterius appellare non poſſint, ex
quo ſtatutum ſic clare determinat, non eſt vlterius inueſti-
gandum, vt inquit Bald. *in l. Gal. §. ſi tale. 2. not. ff. de lib. & poſt.*
Dec. *conſ. 488. colum. 2. & conſ. 503. num. 7.* Mark. *conſ. 131. nu. 20.* &
ego *conſ. 178. num. 36.* † Inanis enim eſt diſputatio, vbi eſt Sta- 9
tuti deciſio. Cor. *conſ. 109. in fin. vol. 1.* Cæph. *conſ. 138. nu. 26.* Rol.
à Val. *conſ. 72. n. 6. vol. 3.* Nec tutum ſatis fuit refugium notoriæ
iniuſtitiæ allegatę, negatur enim talis notorietas, † vnde cum 10
dubium fuerit, & ſit, an ſit notorium, vel non, probari de-
bet, vt per Iac. Nouellum *in practica ſua crim. in prin. ſub num. 3.
verſ. fallit etiam quando.* ſed & accedit, quod inquit Dec. *in l. fin.
in prin. num. 16 ff. ſi cer. pet.* vbi diſputando † nunquid in facto 11
notorio ſententia requiratur, dicit partem negatiuam pro-
cedere, quando factum omninò notorium eſt, & omnibus
adeo cõſtat euidenter, vt nihil opponi poſſit, ſecus eſt, ſi ſim-
pliciter dicatur, & allegetur, eſſe notorium: nam ſuper hoc
ferri debet ſententia declaratoria, quia multa dicuntur no-
toria, quæ non ſunt. *c. conſuluit. de app.* & idem ſequor *conſ. 53.
num. 28. & 29.* Quinimo verius dici debet aut ſaltem præſumi
quod in ſententijs duabus primæ reuocatorijs, nulla fuerit
iniuſtitia notoria cum fuerint à duabus latæ, prior autem ab
vno tantũ: † firmius enim reputatur iudicium pluriũ quam 12
vnius, quia facilius inuenitur, quod à pluribus quæritur. *c. fin.
20. diſt.* & per plures † veritas melius inuenitur. vt no. Domi- 13
nicus *per illum textum. in c. per hoc §. verum. de her. in 6.* Dec. *in c.
prudentiam. col. 2. de off. deleg.* & ego *conſ. 7. n. 89.* & vt ſup. dixi *n. 7.*
ſicut aromata magis redolent quo magis conteruntur, ita
veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto cla-
rior expulſis nebulis in lucem progreditur, vt inquit Caſtr.
conſ. 23. in prin. vol. 1. Crau. *conſ. 135. num. 28.* vnde quia bis, & ſæ-
pius de meritis cauſæ diſputatum fuit coram dictis duobus
iudicibus ſeparatis, & in diuerſis inſtantijs, quam coram pri-
mo, tantum dici debet, aut præſumi ſaltem, quod veritas ma-
gis inuenta fuerit, & primæ ſententiæ fuerit iniquitas de-
tecta. dictæ vero duæ ſententiæ conformes veritati, & iuſti-
tiæ conformes fuiſſe dicantur remanere. Igitur ego in pri-
mo quæſito concludo, quod appellatio D. Agnetis a duab[us]
ſententijs contra eam non debuerit admitti, repugnante ſta-
tutu præallegato. Tantoque magis, quod ipſi domini Rotæ
pronuntiarunt, appellationem interpoſitam per eam non
deuoluiſſe, neq; deuoluere negocium, de quo in ea ad fauo-
rem domini Antonij, condemnando pariter d. D. Agnetem
in expenſis: & cum per illas duas ſententias conformes latas
ad fauorem D. Ant. inducta fuerit res iudicata pro eo, quæ
inter eaſdem partes facit ius, ſequitur quod ipſi non potue-
runt iudicare contra dictas ſententias, tranſactas in iudica-
tum, confirmando primam ſententiam per eas extinctam.
non † valet enim ſententia lata contra aliam, quæ tranſiuit in 14
rem iudicatam, Imo perinde habetur, ac ſi lata foret contra
ius expreſſe. *l. 1. in prin. ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. l. poſt ſententiã.
C. de ſent. & interloc. l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſ.* & eſt † com- 15
opin. Doct. vt teſtatur Peruſ. *in c. dilecto. q. 41. de app.* & Fel. *in c.
inter monaſterium. col. 7. verſ. regulariter. de re iud.* Idemq; teſta-
tur Alex. *conſ. 53. quæritur. col. 4. vol. 5.* Dec. *conſ. 295. colum. 2. verſ.
prædicta tamen.* & Vant. *in tract. de nullit. ſent. ex defectu proceſſus.
num. 125.* Nec † impediri debet interim executio dictarum 16
ſententiarum, quæ tranſiuerunt in rem iudicatam per exce-
ptionẽ nullitatis, vel quod do. Agnes non teneretur cautio-
nem Mutianam præſtare, vel quod eſſet miſerabilis perſona,
vel eſſet reſtituenda, cum tales exceptiones, & earum quæli-
bet requirant altiorem indaginem, vt inferius dicam, quo-
niam † cum dictæ duæ ſententiæ tranſiuerint in rem iudica- 17
tam, & earũ executio ſit ſummatim agenda, nihil eſt admit-
tendum ad eam impediendam, quod altiorem indaginem

requirat. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Bart. & omnes
in l. 4. §. condemnatum. eod. tit. Rota deciſ. 280. in nouiſ. Bal. in l. ab
executore. nu. 7. C. quor. app. Peruſ. in c. dilecto. q. 10. de app. Afflic.
18 dec. 283. & † communem teſtatur Alex. conſ. 33. num. 9. volum. 1.
Vant. in d. tract. tit. quot & quibus modis nullitas proponatur. n. 32.
& ex alijs confirmat Didac. pract. quæſtionum c. 25. colum. 1. & 2.
& vt ille ſubdit volum. 3. reſpectu nullitatis dictarum duarum
ſententiarum conformium, quam tamen exceptionem nul-
litatis opponi non video, dicit ille, loquens de tribus ſen-
tentijs conformibus. (quod & in caſu noſtro de duabus dici
poteſt, ſtante dicto ſtatuto) executionem earum impediri
non poſſe, per text. in clem. 1. de re iud. cuius deciſio eam ratio-
nem habet, quod latis tribus ſententijs, vel vt in caſu noſtro,
duabus conformibus, maxima oriatur calumniæ præſum-
ptio aduerſus volentem exceptionem nullitatis earum ex-
19 ecutionem impedire: etenim † vehemens admodum eſt præ-
ſumptio, pro illa ſententia, quæ per appellationem, aut ſup-
plicationem ſuſpendi nō poteſt, c. in præſentia. de renun. c. quo-
niam contra. de prob. cum alijs per ipſum Didac. qui poſtmodū
ſubiungit alias declarationes, quæ caſui noſtro non confe-
runt, & ideo eas de induſtria miſſas facio, ne ſim prolixior.
20 Illud tamen non omittam repugnans nullitati, quod † præ-
ſumitur pro validitate actus. l. quoties. ff. de reb. dub. tantique
ponderis eſt, & momenti talis præſumptio, quod velut cæte-
ris potentior, præfertur, & præualet, vt ponit Dec. in c. quo-
niam Abbas. col. 7. de offi. deleg. in l. in contrahenda. ff. de reg. iur. n. 13.
& conſ. 344. cum ſim. à me cumulatis conſ. 58. n. 38. & conſ. 491. n. 35.

Abſoluto primo quæſito, in quo concluſi, appellationem
D. Agnetis ab illis duabus conformibus fuiſſe reijciendam,
ſupereſt ad ſecundum deuenire, nunquid ipſa fuerit obligata
præſtare cautionem Mutianam, ſi enim non teneretur, fru-
ctus ad eam ſpectaſſent à morte mariti, vt primo fuit iudica-
tum. Si vero tenebatur eam præſtare, ſed tantum ſuos feciſſet
à die cautionis præſtitæ, & non ante, vt in dictis duabus ſen-
tentijs cōformib. fuit deciſum, qui quidem articulus pendet
à verbis teſtamenti D. Petri, qui D. Agnetem inſtituit quoad
vſumfructum tantum, durante ipſius vita naturali, & ipſa in
ſtatu viduali, ac caſte, & honeſte viuente, & nō aliter, nec alio
modo; ſuper quib. verbis tot, ac tanta fuerunt hinc inde ſcri-
pta, q; mihi magnus labor ingeritur in perſcrutāda veritate,
dicam tamen quid de iure ſentio ſuper dictis verbis, in abla-
21 tiuis abſolutis poſitis, præmittendo prius, quod † duplex eſt
conditio, ſuſpenſiua, & reſolutiua, prima eſt, quæ actum ita
ſuſpendit, vt ſine vllo effectu maneat, antequam exiſtat con-
22 ditio, † exemplū; ſi dixerit teſtator, inſtituo Caiam vxorem
23 meam, ſi alteri non nupſerit, eſt enim hęc † conditio ſuſpen-
ſiua, quæ cum ſit negatiue concepta, impleri non poteſt, niſi
vltimo vitæ ſpiritu: Et propterea loco implementi præſtare
debet cautionem Mutianam. l. Mutiana. ff. de cond. & demon.
ſicque cauere debet, quod nunquam nubat, ita Bal. conſ. 267
proponitur quod. Manfred. col. 2. verſ. iſta quæſtio. vol. 5. Ruin.
conſ. 190. num. 6. verſ. ex his ergo. vol. 2. & conſ. 170. nu. 7. verſ. ſi ergo.
vol. 3. Marcus Modeſtus conſ. 160. num. 9. & ti. lib. 1. vlt. vol. Natta
24 conſ. 459. n. 15. vol. 2. conditio † vero reſolutiua, quæ non impe-
dit actum eſſe purum, neq; illum ſuſpendit, ſed reſoluitur in
aliquem euentum, ſi conditio ipſa eueniet. Ita declarat Men.
conſ. 388. num. 16 ex ſententia plurium, quos ibi refert & repe-
25 tit conſ. 494. colum. 2. exemplum; † quando teſtator dixit, inſti-
tuo Caiam vxorem meam hæredem, donec, vel quouſque vi-
dualiter vixerit, vel alteri nupſerit. hæc enim conditio reſo-
lutiua non impedit eam adire, ſed operatur, quod ſi mulier
alteri nubat, reſoluitur actus aditionis, ſicq; perdit annuos
fructus. Ita Cyn. in l. fin. C. de ind. vid. toll. & poſt eum Corn. n. 6.
Bald. in d. conſ. 167. Nat. in d. conſ. 459. n. 15. & 16. & Caſtr. conſ. 451.
26 vol. 1. dicens, † legatum factum vxori, donec vixerit in vidui-
tate, eſſe purum, ſed reſoluendum ſub conditione, ſi illa nu-
27 bat, & idem Pariſ. conſ. 95. n. 44. vol. 1. & pro † hac conditione
reſolutiua, & eius implemento non eſt neceſſaria cautio Mu-
tiana, vt concludit Menoch. in d. conſ. 494. col. 3. Videndum
eſt igitur in terminis noſtris, an verſemur in conditione ſuſ-
penſiua, vel in reſolutiua, quorum ſecundum voluerunt in
ſua deciſione D. Rotæ. Ego vero potius eſſe dicendū exiſti-
mo, quod in conditionali ſuſpenſiua verſemur omnino.

moueor quia D. Agnes fuit inſtituta in vſufructu per abla-
tiuos abſolutos, videlicet durante ipſius vita naturali, & ipſa in
ſtatu viduali, ac caſte, & honeſte viuente. qui quidem † abla- 28
tiui abſoluti faciunt conditionem. l. à teſtatore & ibi not. Bart.
Caſtren. Cuman. & Imol. ff. de cond. & dem. Iaſ. & indifferenter
Mod. in rubr. ff. ſol. mat. quæ conditio expreſſa dicitur, vt not.
Bar. in col. fin. ff. de cond. & dem. Dec. conſ. 89. n. 2. Neu. conſ. 87. n. 6.
cum † potiſſime dicta verba poſita fuerint per participium, 29
durante, & viuente, vt per Bart. in d. l. 1. num. 34. & Dec. in l. qui
accuſ. C. de eden. Et † ſuper eo, quod à futuro euentu pende- 30
bat, vt nuberet vel non, nam in dictis caſibus ablatiui abſo-
luti ſine dubio faciunt conditionem ſecundum Bart. loco ci-
tato. Bal. in l. 1. col. 4. ff. de leg. 2. Iaſ. & Alc. in d. Rub. Senat. Pedem.
deciſ. 145. num. 7. nec † minus faciunt conditionem expreſſam, 31
quam dictionem, ita Bart. in d. l. 1. n. 34. Ruin. conſ. 166. num. 2.
vol. 3. Ripa in d. rub. n. 31. D. meus Rim. conſ. 52. num. 6. & ego dixi
conſ. 171. n. 16. & conſ. 276. nu. 8. quibus addo Dec. conſ. 39. num. 9.
& Portium Iuniorem alias diſcipulum meum, cuius anima
pace quieſcat conſ. 112. num. 94. ſuperiori meo in. adiuncto volun-
tate mea, qui dicit, quod verba relicto vxoris adiecta, ſtante
in habitu viduali, idem important, ac ſi dixiſſet ſi ipſa ſteterit
in habitu viduali vel ſi non nupſerit, vt per Bal. in d. conſ. 267.
num. 4. vol. 5. nec † obſtat dum Curt. ſen. conſ. 15. ad fin. dicit ea 32
verba ipſa permanente in viduitate eſſe eiuſdem effectus,
proprietatis, & potentiæ, nec in aliquo differre à verbis do-
nec, vel quouſq;, imo magis aperta ſit, ſubdens, quod ita ex-
preſſe ſentire videtur Rom. conſ. 216. alias 516. in caſu propoſito.
ſub n. 9. nam non recte loquitur Cur. † ſi quidem ablatiui ab- 33
ſoluti important conditionem expreſſam, vt ſup. dictū fuit.
Sed dictio, donec & quouſq; faciunt conditionem reſoluti-
uam, & ſic diſpoſitio, cui adijciuntur ab initio, eſt pura, & re-
ſoluitur poſtea ſub conditione, quod ſecus eſt in diſpoſitio-
ne, in qua ſunt ablatiui abſoluti, & ſic expreſſa conditio, quia
ab initio eſt conditionalis, & durat, ita declarat Caſtr. conſ. 451.
vol. 1. in nouiſ. & in l. fin. ſub n. 2. C. de ind. vid. toll. vbi ſubdit, quod
notarij † debent eſſe cauti, vt ſciant concipere verba ſecun- 34
dum mentem teſtatoris, quia in minimo verbo conſiſtit ma-
gnus effectus, & notarij imperiti frequenter errant contra
intentionem teſtatoris, & ignorant doctrinā inter ſi, donec,
& quouſque. Et ibidem Cot. ſub num. 5. & Moderni ad Alex.
conſ. 66. num. 3. vol. 3. nec Roman. in d. conſ. 516. ſub num. 9. loqui-
tur in caſu ablatiui abſoluti, ſed vbi teſtator dixit toto tem-
pore vitæ ſuæ, volo eam eſſe dominam, & vſufructuariam,
& ſic de huiuſmodi ablatiuis abſolutis ne verbum quidem
facit Roman. ita dom. Portius poſt Caſtrenſem notabiliter,
quos non viderunt domini Rotæ in ſua deciſione. colum. 6. quia
ſi vidiſſent Caſtrenſem, & ſequaces, credo quod non ita de-
terminaſſent. Sicut nec Alciatum viderunt in reſp. 544. ad fin.
quod eſt in impreſſione Lugdun. in Veneta vero 85. lib. 9. vbi dicit,
quod cum teſtator non reliquerit vxori vſumfructum per
viam legati annui, neq; per † dictionem quouſq; vel donec 35
non nuberet, quæ dictiones ſunt temporariæ, ſed reliquit
conditionaliter, ipſa ſeruante vitam vidualem, quæ conditio
ſemel defecta, facit vt perpetuo cenſeatur fuiſſe excluſa ſe-
cundum Bald. in l. 1. C. de furt. Ideo fructus percepti ſunt reſti-
tuendi. l. cum filius. §. qui Mutianam. ff. de leg. 2. vtque concludit
Alciat. hæc † interpretatio quæ ſecundum vim verborum 36
procedit, eſt accipienda maxime fauore piæ cauſæ ſentiens
ex illa † dictione maxime, quæ exprimit caſum minus dubi- 37
tabilem, & includit magis dubium. l. qui ſe patri. C. vnd. lib. vbi
poſt alios dixi idem eſſe ſi non adeſſet fauor piæ cauſæ, vt hic
fratrum teſtatoris. Et licet idem Meno. in d. conſ. 494. ſub n. 29.
dicat, † Alciatum ſibi parum fuiſſe conſtantem, in l. Stichum, 38
qui meus erit. num. mihi 6. verſ. exiſtimarim. ff. de leg. 1. exponen-
tem hæc verba, ſtante in vita viduali, id eſt, donec ſteterit, vt
ſuperius refert cum Menoch. num. 20. tamen id non dicit, nec
ſic exponit Alc. ſed inquit, quod conditio ſcindi poteſt pro
temporis rata, quo mulier fuerit vidua, vt eatenus lucretur
vſumfructum. & ſi deinde nubet, oon reſtituet fructus per-
ceptos: melius enim ſentit Alciat. in d. reſp. 544. de non ſciſſio-
ne conditionis loquens, namq; tanta vis eſt † conditionis, vt 39
dicatur indiuidua, & ideo non ſufficit, eam pro parte imple-
ri. l. qui duob. l. cum fundus. ff. de cond. & dem. Crau. conſ. 406. num. 3.
& ego

& ego *conſ.567.num.46.* Tantoque magis in caſu noſtro, in
quo plores conditiones copulatiue fuerunt adiectæ, vt illa
durante ipſius Agnetis vita naturali, & ipſa io ſtatu viduali,
ac caſte, ac honeſte viuente, quę omnes verificari debuerunt,
& impleri ad conſequendos fructus, vt in ſimili caſu per
Anch. *conſ.266.ad fin.* Rom. *conſil.131. in primo dubio.* Dec. *conſ.*
177.colum.1. Crau. *conſ.344. nu.5.* Ruin. *conſ.17.num.15.volum.2.*
Bero. *conſil. 31. num. 5. volum. 3.* Roman. *conſ.131. & poſt eum*
Mandoſ. & ego *in d. conſil.567.num.44.* vbi quod præciſe, & in
forma ſpecifica. & licet illa prima durante vita oaturali ipſius
Agnetis quotidie viuendo diceretur impleri, tamen aliæ
in ſtatu viduali, & caſte, & honeſte viuente, non poterant
impleri niſi per vltimum ſpiritum vitæ, quia ſi hodie, vel cras
viueret vidua, item caſte, & honeſte, poſt cras, vel alio tem-
pore poſſet nubere, vel impudice, & inhoneſte viuere. Ideo
opus erat, cautionem Mutianam præſtare, nec ante potuit
fructus conſequi, vt per duas conformes fuit deciſum, &
optime tenerit pro dom. Antoo. contra prædictam dom. A-
gnetem Excellentiſſ. Garellus *folio 19. cum ſequenti.* & dom.
Roſſius *folio 26.* qui reſpondent deciſionibus adductis per
dominos Rotæ in ſua deciſione ſigillatim oſtendentes con-
ditionem fuiſſe ſuſpenſiuam in caſu noſtro, non autem re-
ſolutiuam, quod & ego ſuperius firmaui; Nec quicquam me
remouent, quæ dicunt domini de Rota, verba illa teſtato-
ris durante vita naturali cum ſequentibus per donec, &
quouſq; exponenda eſſe ex ipſiuſmet teſtatoris inteotione
paulo ſupra, vbi fuit vſus illa dictione donec, dum grauat
dictam vxorem donec, & quouſque vixerit ad dandum cer-
tum quid Fratribus S. Franciſci ſingulis annis. Et licet tunc
de viduitate nullam faciat mentionem, tamen in ſubſequen-
tibus debet ſubintelligi videlicet, & donec io viduitate, &
40 caſte, & honeſte vixerit: quia vna † pars teſtamenti declarat
aliam. *l. qui filiabus. l. ſi ſeruum plurium, in fine. ff. de leg. 1. cum*
vulgar. l. hæredes palam. verſ. ſed ſi notam. ibi, ex vicinis ſcriptu-
ris. ff. de teſtam. & ſicut participium abſolutum: *durante eius*
vita naturali, reſolui noo poteſt, niſi per dictionem, *donec*,
vt ſenſui patet, & ipſe teſtator in præcedenti legato reſoluit:
41 ita pariter reſolui debet † ablatiuus, *viuente in ſtatu viduali*,
id eſt, donec in ſtatu viduali vixerit. Quin & adduot domi-
ni de Rota, negari non poſſe, quin viuere in ſtatu viduali
non habeat tractum temporis, & ideo debet ſcindi, vt ſic
vxor faciat fructus ſuos, donec vidua manſerit, poſtea vero
non: vt per Alciatum *in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. pri-*
mo, voluit enim teſtator, quod legatum reſolueretur, vel
cum deſineret viuere ſimpliciter, vel cum deſineret viuere
in vita viduali, vt declarat Caſtren. (vt dicitur in terminis)
conſ.431. legatum iſtum domin. volum.1. Nam ſuper iſtis per do-
minos Rotæ ſic deductis diligentius eſt conſiderandum, te-
ſtator enim inſtituit vxorem vniuerſaliter hæredem vſufru-
ctuariam ſub quatuor conditionibus, prima durante eius
vita naturali, ſecunda & ipſa in ſtatu viduali viuente, tertia
& caſte, & honeſte viuente, quarta & non aliter, nec alio
42 modo. & hæc omnia per † ablatiuos abſolutos, qui faciunt
conditionem expreſſam, vt ſupra dixi, & ex alijs longe plu-
ribus confirmaui *conſ.52. num.6.* & talem qood prius adim-
pleri debeat, quam quod aliquid debeatur, vt ibi dixi ſignum
manifeſtum, quod important conditionem ſuſpenſiuam,
ante quam impletam nihil debetur. *l. quæ ſub conditione. ff.*
de condit. inſtit. l. codicie donn. ff. de verbor. ſignif. potiſſimeque
43 quod iſtæ † conditiones appoſitæ fuerunt per participia ab-
ſoluta, durante, & viuente quæ faciunt conditionem ſicut
dictio Si. vt ſupra quoqoe dixi, & infinitis exemplis confir-
mat dom. Garellius *colum. 2.* velut accedente conſenſu, id
eſt, ſi conſenſerit, Titio obſeruante, id eſt, ſi obſeruauerit,
Tadea ſuccedente, id eſt, ſi ſucceſſerit, & id genus exempla
de quibus per Corn. *conſ.304.n.15. vol.3.* Cæph. *conſ.118.nu.27.*
Dec. *conſ.381.n.9.* Purp. *conſ.393.nu.11.cũ ſim.* allegatis potiſſime
44 Ruin. *conſ.40.n.13.vol.2.* vbi illa verba † ſeruante vitam vidua-
lem exponit, id eſt, ſi ſeruauerit vitam vidoalẽ, & ſic ſub con-
ditione. Port. Imolen. *conſ.15.n.29.* vbi legatũ fuerat vxori, ea
manente vidua. Bero. *conſil.29.n.1. & 19.vol.2.* vbi aderant ver-
ba ipſa ſtante vidua, & vitam vidualem, & honeſtam ſeruan-
te, & alter Portius Iun. *inter conſilia mea. conſil. 112. num. 95.*
vbi dixerat teſtator, ipſa ſtante in habitu viduali, & lectum
viri honeſte cuſtodiente, quæ participia abſoluta debent
exponi per *ſi*, non autem per, *donec*, vel *vſque quo*, ſeu *quandiu*,
& cum prædictis etiam concordat Anguſſol. *conſil. 30. lib. 6.*
nec ab eis ſe ſciuerunt extricare domini de Rota Ruino pri-
mo reſpondentes *in d. conſ. 40.* quod quæ oam fuerit de eo
ſententia io hac re ſatis eſt explicatum ſupra citando *duo il-*
lius conſilia, videlicet 170. volum.3. & 190. volum. 2. nam vbique
tenuit † factum legatum in ablatiuis abſolutis vxori ſine di- 45
ctione, *donec*, dici vnum, & ab initio conditionale, & opus
eſſe cautione Mutiana. Quo vero ad Beroum *in d. conſ. 29.*
num.19.volum.2. certe clare firmat hanc concluſionem, dicit
enim quod † teſtator reliquit vxori vſumfructum ſub du- 46
plici conditione vna ſuſpenſiua, & alia reſolutiua, vt colligitur
ex illis verbis, *& dotes ſuas non repetente, & donec ſuas dotes*
non repetierit; illa enim verba, *dotes ſuas non repetente*, quæ
ſunt ablatiui abſoluti, reſoluuntur in illam conditionem, ſi
non repetierit, quæ faciunt conditionem ſuſpenſiuam, qua
oon adimpleta per cautionem Mutianam, ounquam ſibi
fuit vſusfructus debitus, vt latius ibi proſequitur. Idem de
Portio Imolenſi dici debet *in d. conſ.15.num.29.* quod † cum 47
teſtator legat vxori ea manente vidua, intelligitur, id eſt, ſi
manſerit vidua, & Anguſſol. *in d. conſ. 30.* clare dicit, quod
illa verba † *ſtante in viduitate*, important conditionem, & 48
idem ſonare videntur, ac ſi dictum fuiſſet; *ſi ſteterit in vidui-*
tate; quo caſu mulier volens vſumfructum, tenetur præ-
ſtare cautionem Mutianam, & ſecundo oubens tenetur re-
ſtituere bona, & fructus, ac ſi nihil fuiſſet relictum: vnde
quæ dicunt ſuper dictis auctoritatibus ſatis claris prædicti
domini, me parum mouent, ſicut quod de authoritate
mea noo comparanda cum alijs opinionis contrariæ; nam
qualiſcunque ſim, ſit aliorum iudicium, nec ex capite meo
motus fui, ſed ex ablatiuis abſolutis, per participia, & ſine
dictione, *donec*, vel *vſque quo*, poſitis, quæ omnino expo-
nuntur per *ſi*, & conditiooem faciuot expreſſam, vt omnes
ſuperius allegati conſentiuot legatum vnicum, & ab initio
conditionale reddentes: & licet varijs modis exponantur, &
in iure ponantur, vt obijciunt domini de Rota, tamen ſa-
tis eſt, hanc eſſe regulam, † cui adhærendum eſt, alio non con- 49
ſtito. Bart. & alij *in l. quotiens. ff. ſi quis caut.* vbi dicit, quod
res † eſt certa pro eo, qui habet regulam pro ſe, ſequitur 50
Dec. *in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur.* alios citans. Et licet Meno-
chius *in d. conſ.494.num.29.* confeſſus fuerit, dicta participia
denotare ſecundum propriam ſuam ſignificationem, con-
ditionem, † tamen ex coniecturata meote teſtatoris impor- 51
tant eitiam diſpoſioonem, vt ſe remittit ad dicta ſuperius,
num.22. vbi dicit, quod non ſignificant conditionem, ſed
temporis dilationem ſecundum Ruin. *conſ.166. num. 10. vol. 4.*
deinde duas coniecturas ſubiungit Menoch. de quibus ſta-
tim dicam; nihilominus ego in oppoſitum coniecturam ef-
ficaciſſimam adduco, per quam fateri neceſſe erit, hæc parti-
cipia abſoluta importare conditionem ſuſpenſiuã, ea namq;
talis eſt, quæ deducitur ex regula communiter recepta, quod
teſtator † præſumitur hæredẽ minus grauare, quam ſit poſſi- 52
bile. *l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2.* potiuſque toleratur,
quod legatum ſit iouole, quam quod teſtator voluerit hære-
dem grauare. *l. quod in rerum. §. 1.* & ibi Iaſ. *ff. de leg. 1.* Crau. *conſ.*
149. nu.15. & conſ. 167. num.14. Menoch. *conſ.36.num.21.* vbi late
confirmat. Ioan. Pet. Surdus *conſ.112. num. 16.* id † amplians, 53
procedere etiam in legato facto vxori, quando alias reperi-
tur honorata, vt per Dec. *conſ.92.num.3.* quem ſequitur Crau.
conſ.25.num.24. quod in caſu noſtro verificatur, vbi teſtator
præter vſumfructum, ſic vt ſupra conditionaliter relictum
D. Agneti legauit ei ſcutos octuaginta auri in auro cum li-
bera voluntate, eos cooſequendi, & de illis pro libito diſpo-
nendi, at certe ſi dicamus, vſumfructũ ſibi relictum dici ſub
conditiooe ſuſpenſiua, minus grauabuntur fratres hæredes
proprietarij inſtituti, quia D. Agnes non poterit habere fru-
ctus ante cautionem Mutianã præſtitam, ſed cedent eorum
lucro, quod ſecus erit in conditione reſolutiua, ergo cenſeri
debet vſusfructus relictus ſub conditiooe ſuſpenſiua vt mi-
nus hæredes cenſeantur grauati: Et licet alias † legatum fa- 54
ctum coniunctæ perſonæ latius veniat interpretandum. & ſi

55 *ſenſu plurium.in fin.ff.de leg.1.* qualis eſt † vxor *l.fin.§.ſed cum in*
conſimo.C.de fur. Cro*t.conſ.148.nu.4.* & diuinæ & humanæ do-
mus ſocia cum marito *l.aduerſus.C. de cri. expil. her.leg.1.ff.de*
56 *act.rer.amo.& l.1.ff.de rit.nupt.* tamen † ſecus eſt, vbi hæres eſt
ſanguine coniunctus, tunc enim legatum non debet large
in fauorem vnius coniuncti, & in odium alterius intelligi,
per vim cauſa affectionis, talem interpretationem excludit,
vt inquit Cæph.*conſ.14.nu.21.verſ.3.dicitur.* & poſt eum Surdus
in d.conſ.112.num.77. Imo vero ſumus in caſu fortiori, quia fra-
tres, hæredes inſtituti à D. Pet fuerunt ſibi coniuncti ſangui-
57 ne, & ſic conſanguinei, qualis non erat † vxor, nec conſan-
guinea, nec propinqua *l.1.C.vnde vir.& vxor,* & ibi Alex.*nu.3.*
verſ.puto concludendum. nec apud eam vere, & proprie loquen-
do fuerunt iura ſanguinis, vt tradit Bald. *in l.fin. verſ.ſed dubi-
tatur.C.de verbor.ſignif.* ſequitur Cæph.*conſ.53.num.59.& conſ.*
470.num.34. quare remanemus, quod participia prædicta fa-
ciant conditionem ſuſpenſiuam in fauorem hæredum, vt
minus intelligãtur grauati circa fructus perceptos ante præ-
ſtitam cautionem Mutianam, nec obſtant duæ coniecturæ,
ſiue præſumptiones, quas adducit Men.*in d.conſ.494.num.22.*
pro vxore, prima ſumpta à dilectione mariti erga vxorem,
quam etiam conſiderarunt domini de Rota *col.1.verſ.poſtre-
mo enim.* quia maior dilectio erga fratres agnatos, & ſangui-
ne coniunctos & hæredes inſtitutos, & potiſſime circa D.
Ant. inſtitutum in vſufructu omnium bonorum ſuorum in
ſtatu Mediolani, eam tollit, vt minus debilem. ſecunda vero
dictam à communi vſu maritorum, qui dum relinquunt
vſumfructum bonorum ſuorũ vxoribus, relinquere ſolent
donec, & quouſq; vitam viuunt vidualem, procedit ſi ſic lo-
quantur, ſecus ſi per ablatiuos abſolutos, & participia abſo-
luta loquantur, quæ proprie conditionem ſuſpenſiuam in-
58 ducunt in caſu noſtro, quo caſu non eſt † à propria ſignifica-
tione verborum recedendum. *l.non aliter. ff. de leg.3.* quare
præſumptio per me ſuperius cõſiderata de minori fructuum
59 hæredum grauamine velut † potentior, & efficacior debet il-
las, licet plures velut infirmiores, & debiliores tollere. Pariſ.
conſ.10.num.25.conſ.11.num.26.& conſ.29 n.84.vol.2. Menoch.*in
tract.de præſumpt.lib.1.q.30.nu.5.* & ita ceſſant coniecturæ Me-
nochij. Nunc ad dicta ſupra relata dominorum de Rota me
transfero, & ad primum, quod teſtator in legato ſupra facto
fratribus S. Franciſci appellauit vxorem vſufructuariam, do-
nec & quouſque vixerit, per quod declarari debet inſtitutio
ſua ſequens, vt intelligantur ablatiui de quibus in ea, per do-
nec, & vſque quo: Circa quod aduerti debet, quod cum ſu-
perius dicat per infraſcriptum hæredem, & ſic ſe refert ad in-
ſtitutionem vſusfructus, debet intelligi pactis, & modis, qui
inferius legi poſſunt, & oculis perſpici. *l.1.in prin* & quod ibi
Bart. *ff.de his, quæ in teſtamento del.* Dec.*conſ.190 num.1.* & cum
dicta inſtitutio vſusfructus aliter loquatur, quam ſupra di-
ctum fuerit, ſ. per participia abſoluta, quæ faciunt conditio-
nem ſuſpenſiuam, licet conſtare videatur de mente per illas
dictiones, donec, & vſque quo, quod videretur conditio re-
60 ſolutiua, tamen † mens illa non attenditur, quia videtur er-
ronea, vt notab. tradit Alex.*conſ.9.ponderatu.verſ.& hoc ſaltem.
volum.5.* Car.*conſ.11.ſingulatim.colum.1.* Dec. *conſ.63.2.dubio.
conſ.350.colum.3 in l.edita.num.86.& in auth.ſi quis in aliquo.in
fin.C.de eden.* dicta vero per dominos de Rota procedunt in
ſcripturis, quarum vna non ſe refert ad aliam, & ſic ceſſant.
Et vlterius vt inquit bene D. Roſcius, ſi teſtator in eo graua-
mine dandi pecunias annuas fratribus S. Franc. voluiſſet in
relicto vxoris eſſe repetitam dictionem donec, id dixiſſet. *l.
61 vnica.§.ſin autem ad deficientis.C.de caduc.toll.* quod † cum non
dixerit, nec feciſſe præſumimus, vt arguit Soc.iun. *conſ.9.nu.4.
conſ.4.num.29.* & alibi ſæpe ſicut & Decia.*reſp.93.colum.1.vol.3.*
Ad ſecundum vero quo dicebant, ſicut illud participiũ præ-
cedens durante vita naturali, reſoluitur per dictionem do-
nec: Ita ſequens viuente in ſtatu viduali, reſolui debet per
eandem dictionem. Conſiderandum eſt quod cum partici-
pium durante vita naturali diſſimile ſit, & diuerſam ratio-
nem habens à ſequentibus participijs copulatiue poſitis, &
62 ipſa in ſtatu viduali, ac caſte, & honeſte, patet, quia † viuere
ſimpliciter nõ eſt in poteſtate noſtra, cum pendeat à morte,
cuius dies eſt incerta *l.1.in fin.ff.de condit.& dem.* vnde dicitur
in Euangelio, vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque ho-
ram. at viuere in ſtatu viduali, item caſte & honeſte bene ſunt
in poteſtate mulieris, quæ remanſit vidua, non nubendo, itẽ
non meretricando, propterea non poſſumus dictionem,
donec, attributam participio, durante vita naturali, cõmu-
nicare participio, & in ſtatu viduali, & caſte, & honeſte vi-
uente, quia † natura copulæ &, eſt copulare ea, quæ ſunt eiuſ- 63
dem generis, non autem quæ ſunt diſſimilia, vt ſcribunt Bal.
Caſtren. & Alex. *in l.ſi ante.C.de ſucc.edi.& eſt optima gloſſ. in §.
item lapilli.Inſt.de rer.diuiſ.* Bald. *in l.omnes populi.colum.10. verſ.
modo quæro.ff. de inſt.& iur.cum ſimil.* adductis per Iaſ.*conſ.fin.
volum.4.* & Nat.*conſ.582.num.23.* ſicut & Ruin. *conſ.23. num 9.
vol.3.* propterea nihil valuit conſequentia dominorũ de Ro-
ta dicere, participium, durante vita naturali, intelligitur per
dictionem, donec, ergo & ſequens in ſtatu viduali, & caſte, &
honeſte viuente, cum ſint diſſimilia, nec eiuſdem generis, vt
ſupra declaraui. confirmatur: nam † clauſula in vno capitulo 64
non refertur ad aliud, quando ratio diuerſitatis adduci po-
teſt, vt not. Bal. *in l.in action.not.3.ff.de infam.cum ſim.* per Dec.
in c.2.requiru.num.4.de app. ſed vita ſimplex, & per ſe conſide-
rata non eſt in poteſtate, ſed viuere vidualiter: Item caſte, &
honeſte, ſic ergo dictio, donec, attributa participio, durante
vita naturali, referri non debet alteri participio, & in ſtatu vi-
duali, & caſte, & honeſte viuente. Poſtremo quę dicebant do-
mini de Rota per doctrinam Alc. *in d.l.Stichum, qui meus erit.
ff.de leg.1.* iam ſublata ſunt ſupra *in verſ.ſient nec Alciatum.* nec
Caſtrenſis allegatus *in conſ.451.vol.1.* turbat caſum noſtrum,
cũ loquatur ibi de legato domus vxori facto † tantum, quan- 65
tum ſe abſtinuerit a ſecundis nuptijs, quod erat purum, quia
dicta verba inducunt conditionem reſolutiuam, ſicut ver-
ba, *tandiu, quandiu,* vel *donec,* quæ idem important. Nos au-
tem loquimur de inſtitutione vſusfructus, vxori facta ſub
participijs abſolutis, quæ proprie faciunt conditionem ſuſ-
penſiuam, quæ longe differunt: vnde de diuerſis ad diuerſa
non recta fit illatio *l.Papi.exuli.ff.de minor.* Verum quia perſi-
ſtunt adhuc ipſi domini de Rota pro ſua opinione, ponde-
rantes quaſdam doctrinas, placet vltra D. Garellum, & Roſ-
ſium ſuper eis inſiſtere, & in primis *circa conſ.* Baldi † *267.pro-* 66
ponitur, quod Manfredinus.ver.Iſta quæſtio eſt multum dubia.vol.5.
dico præter eos, quod Baldus ibi reſpondendo ad varias opi-
niones, de quibus per Cyn. *in l.fin. C. de indi.vid.tollen.* dicit,
quod ibi teſtator appoſuit verbum diſtributiuum, quandiu.
at ſecus in caſu Baldi, vbi teſtator inſtituit vxorem in vita
ſua, obſeruando vitam vidualem, quia dicit Baldus, iſta di-
ctio, ſeruando, quæ eſt in teſtamento, non eſt dictio diſtribu-
tiua, ſed cõditionalis & continuatiua, & ſic exponitur obſer-
uando, id eſt, ſi obſeruauerit, & hæc vera, vnde patet quod
Bal. firmat hanc opin. & dicit eſſe veram: dum vero ſubiun-
git, ſed ſi exponeretur obſeruando, i. ſi obſeruauerit, exclu-
deret venientes ab inteſtato, aduerti debet, quod Bal. non fir-
mat hanc ſecundam expoſitionem, nec eam firmat, nec dicit
eſſe veram, per verba præſentis temporis, vt fiat in prima.
quinimo dici poteſt, quod † perfunctorie illam ſecundam 67
potius præſcripſit, aut retulit, quam diſputando, & vim in ea
faciendo, quo caſu non habet eius dictum magnum pondus
auctoritatis, ſicut quando ex profeſſo, & matura habita cõ-
ſideratione, de ea diſſeritur, vt in ſimili dicit Iaſon *conſ.151.co-
lum.3.volum.4.* & Soc.iun.*conſ.1.colum.pen.volum.1.* quos refert
Decia.*reſp.31.num. 120.volum.1.* qui refert Alex.*conſ.24.colum.3.
verſ.nec dicatur.volum.3.* qui in ea q. de filijs poſitis in condi-
tione non conſiderat qualitatem maſculinitatis, neq; de ea
diſputabat. Sic enim dici debet de ſecunda expoſitione Bal-
di, quia non poſuit eam ex profeſſo, nec habita matura con-
ſideratione, quod optime comprobatur, nam in caſu ſuo te-
ſtator inſtituit vxorem ſuam hæredem vniuerſalem in vita
ipſius, obſeruando vitam vidualem, & non aliter, ſicut & hic
& non aliter, nec alio modo, quam clauſulam, ſiue verba,
non conſiderauit Baldus in ſecunda expoſitione, prout
alibi fecit *in auth. ingreſſi. colum. 3. verſ. idem ſi proteſtor.*
vbi dicit, quod iſta verba, † *& non aliter, nec alio modo,* ha- 68
bent vim conditionis, eumque plerique ſequuntur, vt Ab-
bas *in cap.fina.infirmante.ſub numer.6.qui cler.vel vouen.* Felin.
in c.quæ in eccleſiarum.num.55.de conſtit. Iaſ.*conſ.68.num.16.vol.3.*

Senat,

Digitized by Google

Senat. Pede *deciſ.565.num.13.* & alij, quos allegat, & confirmat
D. Roſſius, cuius dictis addo, quod talis clauſula, *& non aliter*,
denotat omnino abeſſe voluntatem diſponentis, ſi aliter fiat,
vt tenet Bald. & Aluar. poſt eum *in c.1.qua fuer. prima cauſa be-*
69 *nefic.amit.* vbi dicunt, quod licet † vaſallus, vel emphyteuta
vendens ſeudum, vel emphyteuſim, priuetur iure ſuo, & ca-
dat in commiſſum, etiam ſi vendiderit cum clauſula, *ſaluo iu-*
re domini; tamen ſi addiderit, *& non aliter*, ſecus eſt, quia per
hanc clauſulam videtur demonſtrare, quod aliter omnino,
& in totum abſit voluntas alienandi, ſequitur Hoſt. *in cap. ea*
te.col.2.verſ.aſſerens.de iureiur. Guid. Papę *conſ.163.in prin.* Alex.
conſ.3.num.5.ver. & licet.volum.1. Dec. *conſ.160.n.4.* & Decia. *re-*
ſpon.1.num.32.volum.3. & vt confirmat Cæph. *conſ. 296. num.11.*
70 dicta † verba, *nec aliter, nec alio modo*, ſunt eius virtutis, vt fa-
ciant deficere cõſenſum partium, ita vt nihil egiſſe cenſean-
tur, ſi fideicommiſſorum (de quibus loquitur) iura non con-
ſeruentur. Sic enim in caſu noſtro dici debet, quod per illa
verba, *& non aliter, nec alio modo*, adiecta inſtitutioni dom.
Agnetis in vſufructu, durante eius vita naturali, & in ſtatu
viduali, & caſte, & honeſte viuente, voluerit dom. Petrus ab-
eſſe voluntatem, & conſenſum ſuum ſic diſponendi, niſi illas
dictas conditiones ad vnguẽ ſeruauerit, & adimpleuerit, of-
ferendo, & præſtando cautionem Mutianam, cum aliter im-
pleri non poſſent, niſi per vltimum vitæ ſpiritum, vt ſupra
dictum fuit. Hactenus ergo ſatis ventilata fuit doctrina Bal.
in d.conſ.267. quod primam ſuam expoſitionem tenuerit, non
autem ſecundam, quod etiam confirmatur ex eodemmet
Bald. *in l.fin.C.de indict.vid.toll.colum.1.verſ. quæritur, quid ſi te-*
71 *ſtator.* vbi quærit, quid ſi teſtator † dixit: inſtituo vxorem
meam in hæredem, donec caſte, & honeſte vixerit, an ſit ne-
ceſſaria cautio Mutiana? & reſpondetur, quod ſic, quia iſta
verba non ſunt appoſita ſuper annuo relicto, ſed ſuper vni-
co, & perpetuo, & ideo ratione futuri temporis eſt cauendũ,
quia eſt relictum, quod requirit perſeuerantiam viduitatis,
& non poteſt hæredis inſtitutio eſſe annua, niſi in milite.
l. miles ita hæredem. §. & quia diximus.ff.de teſtam. milit. & cum
Baldo tenet etiam Sal. *in d.l.fin.* & pulchre Ruin. *conſ.170.nu.7.*
volum.3. per hoc inferens, quod Baldus *in d.conſ.267.in ſecunda*
expoſitione non bene loquitur; quia ipſemet, & Salic. *in d.l.fin.*
contrarium volunt, faciendo differentiam inter legatum, &
inſtitutionẽ: & licet domini de Rota recedant ab hac diſtin-
ctione, quia iſta mulier inſtituta in vſufructu, datis alijs hæ-
redibus proprietarijs, habetur pro legataria, citãtes Decium
conſ.276.num.9. qui hoc non dicit, Simonem de Prat. *de inter-*
pret.vltim.volun.lib.3. ſolut.1.num.36. & Menochium *conſ. 500.*
n.1. tum cũ cauſa immediata fuerit inſtitutio vſusfructus, ſe-
72 cũda vero hæredum proprietariorum, † illa proxima, &
immediata debet attendi, & præualere. *l.ſocium qui. §.1.ff. pro*
ſoc.l.conſilij. §.ſocij mei.ff.de reg.iur. Soc. *in l.1.in prin.num.10.ff.de*
verb. oblig. Cæph. *conſ.313.num.35.* vnde debet attendi, quod
dixit Bal. *in d.l.fi.* ſupra relatus, approbatus à Ruino, qui dum
damnat Baldum *in d.conſ.* bene intellexit de dicto *267. in 5.vol.*
quia ſuperius eum ſignanter allegat *ſub num.2.* vnde de alio
non poſſumus Ruinum imaginari. Sed & ad aliud aduerti
debet, quod ille dicit *num. 6.* loquens de vxore inſtituta vſu-
fructuaria, ſeruando vitam vidualem. dicit enim, quod li-
73 cet † verbum, *inſtituit*, adiunctũ gerundio, *ſeruando*, quod
exponitur conditionaliter, id eſt, *ſi ſeruauerit*. ſit præſentis
temporis, non tamen habet effectum de præſenti, ſed in fu-
turum, & poſt mortem, & in illud tempus eſt collata inſtitu-
tio, *vt not. in l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtit.* Quia ergo effectus
inſtitutionis confertur in futurum euentum, ſimiliter onus
viduitatis iniunctum per illud gerundium, ſcilicet ſeruando
vitam vidualem, differtur poſt mortem teſtatoris, quia cum
prius non poſſit eſſe vidua, citius non poteſt vitam vidualem
74 ſeruare, & propterea ſatis dicitur, Gerundium † iniunctum
verbo futuri temporis attento effectu, qui præualet, & qui
attendi debet. *l. 3. §. fin. ff. quod quiſque iur.* & per hæc infert
Ruin. remoueri, quod voluit Bal. *in d.conſ.267.in ſecunda ex-*
poſitione, quod illud verbum, *obſeruando*, exponitur, id eſt,
quandiu, vel donec obſeruauerit, & ſic, quod non faciat condi
tionem: quia in caſu noſtro dicit Ruin. dicta expoſitio non
poteſt habere locum, propter ademptionem cõditionalem,
quæ facit, quod inſtitutio dicatur facta ſub illa conditione,
ſi vitam vidualem elegerit, & per conſequens illa expoſitio,
quandiu elegerit, non procedit, quia de alia mente teſtatoris
apparet, quod & tanto magis in caſu noſtro dici debet, ſubie-
ctus illis verbis, *& non aliter, nec alio modo*, quæ remouent vo-
luntatem, & conſenſum teſtatoris, quod vxor non haberet
vſumfructum, niſi conditiones viduitatis, caſtæ, & honeſtæ
vitæ ſeruatæ eſſent, & adimpletæ, quod niſi per cautionem
Mutianam præſtandam loco implementi, fieri non poterat;
ideoque fructus ante illam decurſos petere non poteſt, nec
habere hæc domina, quia dicta faciunt abeſſe voluntatem
teſtatoris à conditione reſolutiua; nec ex illis ſe ſatis, minuſ-
que bene ſe extricarunt domini de Rota. † Girlandus quo- 75
que *conſ. 61. 1. tomo vltim. volunt.* ſi non probat lege, nec au-
ctoritate, quod ablatiui abſoluti potiſſime per participia,
viuente in ſtatu viduali, item caſte. & honeſte, poſſint exponi,
per, *donec*, non autem per *ſi*, vt & bene dicit dom. Garellus
aduerſus ipſum Girlandum; dico quod erubeſcimus, cum
ſine lege loquimur. *§. conſideremus. in auth. de trien. & ſe. l.*
illam. C. de collat. cum vulgaribus. & addi poteſt, quod contra
receptam Doctorum ſententiam loquitur, quod non licet
in iudicando. *cap.fin.* vbi omnes maxime Felin. & Dec. *de con-*
ſtitut. eadem de Salic. *conſ.65. in eodem 1. tomo. vltim. volun.* di-
cenda ſunt, quæ nec probat intentionem ſuam, & contra
commun. loquitur, vt idem Garel. & Roſſius affirmant. Quo
vero ad Ruinum *conſ. 190.volum.2.* præter prædictos aduerti
debet, nam maritus ibi bis legauit vſumfructum vxori, pri-
mo quandiu vitam vidualem, caſtam & honeſtam ſeruaue-
rit; dictio *quandiu* inducit legatum annuum, & † ſic plura 76
ſunt legata. *l.legatum.ff.de annu.lega.* & primo anno eſt purum,
& pro ſequentibus eſt conditionale. *l.ſi in ſingulos.ff.eod.* vnde
ceſſat cautio Mutiana, quia ſolum præſtatur, quando legatum
in totum eſt conditionale. Deinde † teſtator ſubiunxit ita, 77
quod ipſa viuente, & vitam vidualem, honeſtam, & caſtam facien-
te, &c. & in hoc differt à præcedenti legato. Ex his ergo ſe-
quitur (vt infert Ruinus) quod licet hoc relictum vltimo
factum, quod eſt vnum, ſit conditionale ab initio, propter
naturam ablatiui abſoluti, & vbi ex illo ageretur, cautio Mu-
tiana deberet præſtari, nihilominus eſt ſecus, & aliud in alio
relicto primo loco facto, quod in modo & in effectu differt
ab alio, & ideo ſi legatum petatur ex illo, non debet præſtari
dicta cautio, & eſt in electione legatarij ex quo capite, vel
ex quo legato velit agere. *l. nam ad ea. ff. de cond. & demon.* &
eſt in dubio præſumendum, quod ex primo agat, ex quo non
eſt præſtita cautio. Ita Ruinus ibi. ſuper quo duo notanda
ſunt, primum quod tenet in legato ſecundo modo facto per
ablatiuos abſolutos induci conditionem, & opus eſſe cau-
tionem Mutianam præſtari. Secundum eſt, quod bis fuerat
legatum duobus modis relictum, & ob id fuerat in electione
mulieris vni magis adhærere, quam alteri. at in caſu noſtro
tantum per ablatiuos abſolutos inſtituta fuit hæc vxor in
vſufructu, & eo modo tantum debuit vti illo, quo ſibi fuerat
relictum, † cũ hæres facto defuncti non poſſit contrauenire. 78
l.cum à matre. C. de rei vend. l. vxor. C. de bon. auth. iud.poſſ. l.ſi
ab eo. C. de neg. geſt. cum ſimil. Propterea ſi fuerat inſtituta per
participia in ablatiuis abſolutis poſita, quæ inducunt condi-
tionem ſuſpenſiuam, debuit præſtare cautionem Mutia-
nam, nec ante potuit fructus conſequi. Nec dominos Rotæ
quicquam mouere debuit Socin. iun. *in rubr.ff. ſolut. matr.*
num.16.in fin. qui, vt dicunt in puncto, dixit, quod † aliquando 79
ablatiui abſoluti, nec diſponunt, nec faciunt conditionem,
ſed exponuntur in quatenus, puta ſi vir legat vxori vſumfru-
ctum, ea viuente in viduitate, nam exponentur, id eſt, quate-
nus, vel quandiu vidua manſerit, & legatum erit annuum
pro primo anno purum, pro ſequentibus conditionale, ci-
tans Ruinum *in d. conſ. 190.* Quia minus fideliter eum cita-
uit † Soc. iun. pace tanti viri dixerim: nam primo loquitur; 80
quando teſtator legauit vxori vſumfructum, quandiu vitam
vidualem, caſtam, & honeſtam ſeruauerit, in quo caſu bene
dixit, legatum eſſe annuum, & pro primo anno purum, pro
ſequentibus conditionale, & cautionem Mutianam ceſſare,
quæ locum non habet, niſi quando legatum eſt in totũ con-
ditionale. Et hic non eſt caſus noſter. Secundo vero loco

ſubiungit Ruin. quando teſtator dixit, ita quod ipſa viuente,
& vitam vidualem, caſtam, & honeſtam faciente, qui caſus
differt à præcedenti: ex quo dicit Ruin. legatum etiam vnū,
& conditionale ab initio propter naturam ablatiui abſoluti,
& locum eſſe cautioni Mutianæ. & in hoc caſu verſamur, &
Ruinus pro nobis clare tenet. Quo vero ad Alciatum *in d. l.
Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1.* cū ſupra reſponderim, non eſt
opus eandem cantilenam repetere, ſed ad Troniellum tranſ-
eo. *in l. à teſtatore. ff. de cond. & demon.* ſuper quo pariter domi-
ni de Rota vim fecerunt, quoniam Torniellus fundatur *in
conſilio* Curtij ſenior. *14. & 15. pro additione facto*, vbi vult idem
eſſe, ſi maritus reliquerit vſumfructum vxori, ipſa ſtante in
viduitate, & honeſte viuente. Vel ſi adiecerit iſta verba, *donec
vidua, ſeu caſta vixerit*; vult enim vtroq; caſu Curtius, lega-
tum eſſe annuum, & ſic eſſe plura pro primo purum, pro ſe-
quentibus conditionale, non autem eſſe vnum tantum. Sed
81 errat † vterque circa primum caſum, quando teſtator locu-
tus fuit per participium abſolutum, vt eſt illud, *ſtante in vidui-
tate, & honeſte viuente*, quia ſi tale participium abſolutum fa-
cit conditionem expreſſam, & exponitur per *ſi*, vt ſupra di-
ctum fuit, legatum taliter ſine dinumeratione annorum, di-
citur vnum, vt eſt doctrina Baldi *in l. 1. in fine. C. de ſentent. quæ
ſine cer. quant.* vbi poſt Butrig. dicit, quod † ſi legatus eſt vſuſ-
82 fructus ſimpliciter, non diſtributis temporibus, eſt vnum le-
gatum, & nō conditionale, licet reſoluatur me moriente, &
83 ex hoc ſequitur, quod † præſcriptio incipit à principio nec
dinumeratur per ſingulas præſcriptiones, & idem tradit Bal.
in cap. inter pares. §. ex eadem. in fin. de lege Corra. Caſtr. & Alex.
in l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. & eos ſequitur Ruin.
conſ. 190. num. 4. volum. 2. & idem Caſtren. *in l. 1. colum. 2. ff. de con-
dit. & demon. & in conſi. 34. num. 4. verſ. & maxime. lib. 2.* Capic.
deciſ. 203. num. 4. ex quibus tolluntur adducta per dominos
Rotæ *colum. 6. verſ. 2. loco.* qui dum allegarunt Caſtrenſem *in l.
Stichum. §. ſtipulatio. in fin. ff. de verbor. oblig.* concordat cum
prædictis, vt eum mox quoque citaui; tunc enim demum
84 legatū vſusfructus dicitur multiplex, † quando relictus re-
peritur ſub dinumeratione annorum. *l. ſicut in annos.* & ibi
Bald. Alber. & Fulg. *ff. quib. mod. vſusfruct. amit.* & certe iura,
quæ de annuo legato, & ſic de multiplici loquuntur, dicunt
in ſingulos annos. *l. in ſingulos. & l. cum in annos. ff. de annu. leg.*
vel ſi dicatur, vſque ad decennium. *d. l. ſicut.* & nos in primo
caſu verſamur, videlicet in relicto vſusfructus vnico, non
autem multiplici; quia dom. Petrus reliquit vſumfructum
vxori, durante ipſius vita, & in ſtatu viduali, ac caſte, & hone-
ſte viuente: quæ conditiones non continent certum tem-
pus, nec certum numerum annorum, cum vita ſit incerta,
ſtatusque vidualis caſtus, & honeſtus pariter incertus ſit, an
& quando nubet, & an & quando caſte, honeſteque viuet.
nec appoſita fuit dictio, *donec*, vel *quouſque*, propterea reli-
ctum vſusfructus fuit vnum à principio, non autem multi-
plex, prout, ſi dixiſſet, quandiu viuet, vel, ſingulis annis, vt
etiam declarat Cæphal. *conſ. 518. num. 12. cum ſequentibus.* & la-
tius Surdus *conſ. 123. colum. 2.* & illa verba, *durante vita*, cum
ſint ablatiui abſoluti, habent vim conditionis, vt inquit Al-
ciat. *reſpon. 99. num. 18.* & ita patet, quod auctoritas Curt. ſen.
& Torni. non offendunt caſum noſtrum. Nunc ad Manti-
cam deſcendam, quem pro ſe citarunt domini de Rota *in
tract. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 19. num. 23.* circa quem præter
dom. Garellum conſidero, quod primo merus eſt relator,
tum Alciat. *in d. l. Stichum, qui meus erit*, tum Baldi *in d. conſ. 267.*
de quibus ſatis ſupra dixi, ergo videndum eſt ibi. Sed bene
non omitto, dum poſt ſecundam expoſitionem Baldi, qui
dixit, quod procliuior voluntas teſtatoris videtur eſſe, quod
intelligatur obſeruando, id eſt, donec obſeruauerit, ſubdit,
quod hoc ſane debeat intelligi, niſi ademptio eſſet facta ſub
conditione, ſi nupſerit, nam tunc intelligitur etiam legatum
eſſe relictum ſub conditione, ſi vitam vidualem obſeruaue-
rit, citans Ruin. *in d. conſ. 170. num. 6. volum. 3.* de qua ſupra quo-
que mentionem feci, vbi ademptionem fuiſſe factam oſten-
di in caſu noſtro per illa verba teſtatoris; *& non aliter, nec alio
modo.* igitur ad ibi dicta me remitto, breuitatis cauſa. Aliud
tamen non omitto, quod ibidem ſubiungit Mantica, dicens,
85 quod † ſi teſtator reliquit legatum annuum per dictionem,
quouſque, vel *donec non nuberet*, fructus perceptos non eſſe
reſtituendos, ſed ſi reliquit ſimpliciter ſub hac conditione,
ipſa ſeruante vitam vidualem, conditione ſemel deſerta, mulie-
rem eſſe perpetuo excluſam, ideoque fructus eſſe reſtituen-
dos: in hoc enim ſecundo caſu verſamur, quia ſine dictio-
ne *donec*, vel *quouſque* teſtator ſimpliciter reliquit vſumfru-
ctum dom. Agneti, durante eius vita, & in ſtatu viduali, &
caſte, & honeſte viuente, vnde relictum bene fuit conditio-
nale, & vnicum, & ſi dicta domina percepiſſet fructus, pro-
ut audio, quod non percepit, ſed eos petit, teneretur eos re-
ſtituere ante præſtitam cautionem Mutianam. Quare tanto
magis repelli debet ab eis conſequendis, ſi quidem † mul- 86
ta impediuntur fieri, quæ facta tolerantur. *l. patre furioſo. ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & ibi* Iaſon exornat. Quod vero
pertinet ad Menochium *in d. conſ. 494.* de rationibus ſuis, iam
ſupra reſpondi. ſicut & ad illud, quod dicunt domini de Ro-
ta, quod ſecunda expoſitio Baldi *in d. conſ. 494.* ſit magis
conſona menti teſtatoris, quia nec in ea ſe firmat Bald. *vt
ſupra dixi.* & mens teſtatoris contraria colligitur ex illa con-
iectura efficaciſſima, quod teſtator præſumatur voluiſſe mi-
nus hæredes grauare, quā ſit poſſibile, quæ verificabitur in-
telligendo vſumfructum conditionaliter fuiſſe relictum do.
Agneti, quæ non poterit fructus habere ante præſtitam
cautionem Mutianam, vt ſupra declaraui. ſicut etiam reſpon-
di ad illud de legato præcedenti facto fratribus S. Franciſci,
vbi de dictione donec, mentionem fecit teſtator, conſide-
rando verbum inſcriptam. Et in quantum dicebant ipſi do-
mini de Rota, quod ſicut illa verba durante vita naturali,
reſolui non poſſunt, niſi per dictionem donec, ita pariter re-
ſolui debent illa viuente in ſtatu viduali, caſte, & honeſte, ne
eadem verba diuerſo iure cenſeantur. *l. cum qui ædes. ff. de vſu-
cap.* cum idem ſit dicere durante vita naturali, & viuente,
perinde ac ſi teſtator dixiſſet, donec naturaliter vixerit caſte,
& honeſte in vita viduali. Hanc conſequentiam dominorum
de Rota ſuperius confutaui verſ. ad ſecundum vero, vbi me
remitto; nunc addens, quod † regula *l. qui ædes.* locum non 87
habet, ſed limitatur, vbi ſit ratio diuerſitatis. vt not. Aret.
conſ. 155. colum. 3. periculoſum. Angel. *in l. Papinianus. §. ſed nec
impuberis. in fin. ff. de inoff. teſtam.* Dec. *in l. ſi emancipati. num. 15.
in fin. C. de collat.* ſed (vt dixi) vita naturalis non eſt in poteſta-
te noſtra, cum pendeat à morte, at viuere vidualiter, caſte
& honeſte, ſecus vt ibi dixi probando, quod ſint inter ſe diſ-
ſimilia, vnde licet de vno ad aliud arguere. Quinimo quan-
do dici poſſent ſimilia, cauendum eſſet, ne æquiuocaremus
circa ſimilia, vt egregie declarat Galeſ. *in ſecundo libro de exer-
citationis perit.* hinc dicit Caſtren. *in l. fin. per illum text. cum gloſ.
C. de inoffic. donati.* quod † argumentum à ſimili eſt multum 88
debile, quia raro inueniūtur aliqua per omnia ſimilia, quem
addit Zanchus *in repet. §. cum ita. par. 3. num. 66. cum ſimilib. per
eum.* quo fit, vt tanto magis argumentum non procedat cir-
ca diſſimilia, vt in caſu noſtro, nam † ex diuerſis non ſumi- 89
nitur argumentum. *l. fin. ff. de calumn. l. Papi. exuli. ff. de minor.*
cum pluribus adductis per Dec. *in l. cum proponas. ſecunda. n. 6.
& 9. C. de pact.* Crau. *in rubr. ff. de leg. 1. num. 32. conſ. 176. num. 2.*
& Cæpb. *conſ. 407. num. 54.* Idque comprobatur, vt eleganter,
& docte dicit dom. Roſcius *verſ. ablatiuus ille, durante vita na-
turali*, quod poſitus fuit ad effectum, vt vſusfructus non ex-
tingueretur per mortem ciuilem, ſed tantummodo natu-
ralem, & ſic primus ablatiuus durante, dicitur annexus diſ-
poſitioni vſusfructus, limitando tempus illud in certum vi-
tæ naturalis. igitur limitatum debet effectum producere. *l. ſi
agru. ff. de acquir. rer. domin.* quia † voluntas limitata vltra ter- 90
minos limitationis non eſt extendenda, vt eſt pulcher tex.
*in l. operis non poſitio ff. de oper. lib. l. 1. §. Iulianus. ff. de itin. actu-
que pri. l. fin. C. ne vxor pro mar. cum ſimilibus.* per Decia. *reſpon.
113. num. 17. vol. 3.* ſequentes vero ablatiui, & ipſa in ſtatu vidua-
li, & caſte, & honeſte viuente, fuerunt poſiti ad alium fi-
nem, videlicet conditionem ſuſpenſiuam inducendi, vt ſic
viuere deberet, ſi volebat conſequi vſumfructum, non enim
eſt veriſimile, maritum voluiſſe lucrari vſumfructum ſe-
cundo nubendo, cum per id † anima viri contriſtari præſu- 91
matur. *§. nos igitur. in auct. de nupt.* & late dixi *conſ. 111. num.
80. & 81.* tantoque magis in honeſte viuendo, tantoque
magis

92 magis ſubiungendo † clam, & non aliter, nec alio modo ſui
natura reſtrictiuam, & quæ facit abeſſe voluntatem, & con-
ſenſum, ſi contra fiat quam dictum fuit, vt comprobaui, &
quæ clauſula debet ad proximiora referri. *l. talis ſcriptura in*
fin. cum ibi not. ff. de leg. 1. ſtante rationis diuerſitate inter præ-
dictos ablatiuos, vt per Dec. *in cap. 2. requiris. colum. 2. de appell.*
num. 4. Vlterius in quantum dixerunt domini de Rota *verſ. 3.*
loco, de fructibus reſtitutis per dom. Iacobum vnum ex hæ-
redibus proprietarijs dominæ Agneti, qui videtur ex hoc
declaraſſe, diſpoſitionem teſtatoris fuiſſe puram, ſed reſol-
uendam ſub conditione, & illius factum d. mulieri prodeſſe
vt per Menochium *in d. conſ. 494. num. 23. ver. ſexto.* diligentius
eſt aduertendum, quod vt in facto ſupponitur dom. Iacobus
ſemper contradixit, opponendo de denegandis fructibus
dom. Agneti ob cautionem Mutianam non præſtitam. ſed
tandem condemnatus, & executione commiſſa in eius bo-
93 nis, eius † timore concordiam iniuit, quod ob id ſibi no-
cere non debent. *l. cum. verſ. nec per vim. ff. de mun. & hono.* Bald.
in auct. habita. colum. 5. verſ. item ſi. C. ne fil. pro pa. Flori. *in l. qui-*
bus. ff. de noxal. & quicquid de ipſo dici poſſet, ſibi imputet, qui
colluſit cum do. Agnete, vt ipſa quoq; faſſa fuit, reſponden-
do capitulis in cauſa appellationis à ſententia D. Rotæ, me-
rito nocere non debet dom. Antonio abſenti, & ignoranti,
imo talis colluſio omnia annullat. *l. 1. & 3. & per totum. ff. &*
C. de colluſ. detegen. l. 3. ff. de prænaric. & l. ſi perluſorio. ff. de appella.
94 & quia † facta per vnum, non debent nocere tertio. *l. ſi vnus.*
§. ante omnia. ff. de pact. nec Menochius caſum noſtrum offen-
dit, quia omnes hæredes proprietarij vxorem admiſerant in
compromiſſo, & actibus abſque præſtatione cautionis Mu-
tianæ, hic autem fuit tantum dom. Iacobus. Imo vero (vt au-
95 dio) dictum concordium fecit † ſine præiudicio iurium do.
Antonij, quæ clauſula modificatiua eſt, & reſtingit ea, quæ
in præcedentibus dicta fuerunt, & inducunt exceptionem
à præcedenti regula. *gloſſ. in l. ſi debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel*
hypo. ſol. in l. Labeo. §. pure. ff. fam. herciſ. & in l. Claudius. ff. qui pot.
in pig. & pulchre tradit Ang. *conſ. 27. conſ. 42. colu. 3. & conſ. 290.*
colum. 3. Ad aliud vero, quod dixerunt domini de Rota, di-
ctos ablatiuos eſſe reſoluendos potius in conditionem reſo-
lutiuam, quam ſuſpenſiuam ex dilectione coniugis, quæ le-
gitur in eius inſtitutione:

Reſpondetur, quod imo maiorem dilectionem demon-
ſtrauit teſtator erga fratres proprietarios perpetuo inſtitu-
tos, & potiſſime dom. Antonium in bonis ſitis in territorio
Mediolani, vt ſuperius dixi reſpondendo primæ coniecturæ
Menochij *in d. conſ. 494.* nec iſta materia regulatur à dilectio-
ne, ſed à relicto conditionali ſuſpenſiuo per ablatiuos abſo-
lutos, non autem puro ſed reſolutiuo. Sed vlterius aduerti
debet, quod iſta domina ſic conditionaliter inſtituta in vſu-
fructu præter cautionem Mutianam, quam tenebatur præ-
ſtare, vel ſaltem offerre, vt per illum tex. declarat Bald. & Ca-
ſtren. *in l. Mutianæ. ff. de cond. & demonſtrat.* qui dicunt, quod
96 qui † habet implere conditionem, debet ſe offerre, & ſic ire
ad domum illius, cui eſt implenda, & non expectare, quod
ab eo petatur. tenebatur etiam præſtare cautionem de vten-
do, & fruendo arbitrio boni viri, nec ante ſibi debitus fuit
vſusfructus cum non poſſideret, vt ſupra dictum fuit, & in-
quit D. Roſcius, vt per Bart. *in l. vxori vſusfructus. ff. de vſuſfruct.*
leg. Natta *conſ. 297. num. 3.* & pulchre Ruin. *conſ. 50. in fin. volu. 2.*
vbi poſt Caſtren. *conſ. 240. prædicto Vanurius.* inquit, quod ſi
97 vxor, † cui fuit relictus vſusfructus à marito, mortua ſit, an-
tequam præſtaret dictam cautionem, vel offerret, hæres fru-
ctus, quos percepit, non tenetur reſtituere hæredi vxoris
per not. per Bart. *in d. l. vxori.* & idem repetit *conſ. 202. num. 6.*
& 7. volum. 2. ponderans textum *in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act.*
empt. per quem patet, quod hæredi non potuit imputari, ſi
dictam cautionem non petije, quia debuit vxor illam, etiam
non petitam offerre, alias non potuit hæres in mala fide con-
ſtitui. Et idem tenet Natta *conſ. 297. num. 3.* & Borgni. *in tract.*
de vſufruct. muli. relict. ſub num. 90. qui & alios citat, ceſſatque
hoc caſu, quod inquit Dec. *conſ. 607. num. 3.* quia loquitur
quando vſufructuarius percepit fructus, & ſic poſſidebat,
pariq; modo ceſſant quæ dicunt domini de Rota de com-
munione bonorum, quia potuiſſet hæc domina inſtare ad
ſeparationem fructuum. præterea ſi fuit inſtituta vniuerſali-
ter vſufructuaria omnium bonorum, vt potuit, vt infra di-
cam *per §. non ſolum. Inſt. de lega.* ceſſabat difficultas iſta com-
munionis. Præterea † cum plura eſſent bona mobilia, & 98
Beſtiamina, quæ vſu conſumuntur, ſatiſdatio omnino erat
de ſubſtantia, nec omitti potuit, vt copioſe ponit idem Bor-
gni. *num. 89.* dicens, quod nec excuſaret talis omiſſio ſatiſ-
dationis, minores, milites, mulieres, &c. citans Bald. Salyc.
& alios *in l. iuris ignorantia. C. qui admit.* vbi quoque dixi *num. 9.*
quod in ijs quæ ſunt pro forma, ſeu ad † rigorem iuris con- 99
ſeruandum introducta, mulier non excuſatur, & infinitos
cumulat Sfortia Oddo *in tract. de reſtitut. in integ. q. 9. num. 14.*
ex quibus periculoſa videtur deciſio Caſtren. *conſ. 353. vol. 2.*
quem citant domini de Rota, & Natta *conſ. 477. numero 6.*
cum potiſſime ſecus ille dicat *conſ. 297. numer. 3.* ſecutus Bar-
tolum *in d. l. vxori,* quando vxor non percepit fructus, vt
in caſu noſtro: at hæc dom. Agnes nec præſtitit iſtam cau-
tionem de vtendo, fruendo (quod viderim) nec aliam cau-
tionem Mutianam, niſi dudum poſtea, vt in themate præ-
miſi. ergo nullum ius in fructibus, quos petit, prætendere
poteſt. Et ita collabitur intentio ſua. Quæ nec adiuuari po-
teſt ex allegata poſſeſſione per eam, & teſtes ſuos, de quibus
late diſcurrunt domini Rotæ, quibus & abunde reſponſum
fuit, quoniam miſſis hinc inde dictis id ſolum attingam,
quod mihi potentius eſſe videtur, ſcilicet propriam con-
feſſionem ipſiuſmet Agnetis, † nihil enim fortius, aut aper- 100
tius eſt propria confeſſione, quæ maior eſt quolibet inſtru-
mento publico, & quibuſcunque depoſitionibus teſtium.
Bald. *conſil. 191. proponitur. colum. 2. volum. 2.* adeo quod vbi
adeſt confeſſio ibi eſt relaxatio omnis probationis, vt idem
Bald. tradit *conſ. 354. quæritur vtrum. colum. 1. volum. 5.* ſequitur
Crau. *conſ. 61. num. 3.* & D. meus Riminaldus *conſ. 300. num. 88.*
& merito, quia confeſſio dicitur probatio ſuperlatiua. Bald.
in rubr. C. de prob. Doctores *in rubr. extra eodem tit.* Bero. *conſ.*
161. col. 1. volum. 2. & ego *conſ. 23. n. 293. & conſ. 52. num. 99.* plus ad-
dens, quod adeo eſt efficax confeſſio partis, quod iudex non
poteſt eam nullam pronunciare, vt tradit Abbas *conſ. vltim.*
colum. fin. volum. 2. pluraque id genus cumulat ad efficaciam
confeſſionis comprobandam. Crau. *conſ. 762. num. 10.* & vt in-
quit *conſ. 976. num. 2.* poſt Signoro. *conſ. 96. num. 5.* conuictus
per confeſſionem quid dicitur, ſed (vt mihi ſupponitur in
facto) iſta domina reſpondendo poſitionibus, nuperrime
contra eam productis, expreſſe confeſſa eſt, quod tempore
vitæ mariti ea omnia faciebat circa imperium in colonos, fa-
mulos, & ancillas, & curam agrorum abſente, vel impedi-
to marito, venditionem vuarum, & aliorum fructuum, ac
pretij receptionem, & alia denique quæ dicuntur per eam
facta fuiſſe poſt mortem dicti ſui mariti, & quod tunc etiam
ſedebat in capite menſæ, dum prandebant, & cœnabant, &
virum bonum, & præcipuum, quia patiebatur infirmita-
tem, & debilitatem ſtomachi in ſimul tamen cum marito bi-
bebat. Quibus ita ſtantibus ſuccedit in terminis, deciſio
Socin. *conſ. 131. colum. 2. volum. 1. verſ. præterea.* dicentis, quod
cum vxor non in plus, ſed æqualiter ſe geſſerit cum hæredi-
bus viri, ſicut cum viro, non videt, quare concludi non
poſſit, tam eodem iure voluiſſe tenere, ſicut & viuente viro
faciebat, † exteriora enim interiora oſtendunt. *l. quidam in* 101
ſuo. ff. de cond. inſtit. §. cernos. Inſtit. de rer. diuiſ. gloſſ. in cap. ſi
quæſtiones de Simo. Qui animus etiam ex alio videtur oſtendi,
quoniam ſicut prius, fructus non retinebat, ſed nec perci-
piebat ipſa ſola, ſed in domum communis habitationis in-
ducebantur, de quibus ipſa, & hæredes alimentabantur, ſi
enim iure hypothecæ, vt inquit in caſu ſuo Socin. vel vſuſ-
fructus relicti tenuiſſet, non eſt veriſimile, quod permiſiſſet
dom. Iacobum habitare, & ex fructibus ali, & eos in horreo
cum ſuis miſceri, & eos per eum vendi, & de precio diſpo-
ni. Sed illa voluiſſet eos tenere, & percipere. Ita latius Socin.
declarat *in d. conſ. 131.* quibus concludit, eam iure familiari-
tatis tenuiſſe, ſicut viuente marito quando cum hæredibus
viri vixit modo ſupra dicto, cum quo concordat ſimiliter.
Dec. *conſ. 400. col. 2.* licet ſecus eſſet, vt inquit ſi non adeſſent
hæredes, vt hic adſunt. Et in his terminis ceſſat illa difficul-
tas declarationis animi, requiſitæ vel non, ſuper qua domini
Rotæ

Digitized by Google

Rotæ late vagantur allegantes inter cæteros Neguſantium *in tract. de pignor. in quarta parte, num. 27.* quem ſecutus eſt Menochius ab eis non allegatus *in tract. de adipiſ. poſ. remedio 5. num. 169.* quia ſatis re ipſa dicitur animum ſuum declaraſſe, non curandi talem vſumfructum procedendo marito mor-
102 tuo prout eo viuente proceſſerat, cum † ex effectu cognoſcatur animus, vt not Bart. *in l. ſi concubina. §. res amotæ. ff. rer. amo.* Decian. *reſpon. 88 num. 13. volum. 3.* & ex factis ſecutis. *§. pauonum. Inſt. de rer. diuiſ. l. ſed Iulianum. §. proinde. ff. ad Maced.* Dec. *conſ. 421. num. 13.* Senat. Pedemon. *deciſ. 71.* poſt Gramma: *conſ. 13. num. 2. & conſ. 22. num. 11.* Neuiz. *conſ. 50. num. 51. & 52.* dicens quod fortiora facta ſunt ad animi declarationem, quos ego ſequor *conſ. 164. num. 46* & ſtante confeſſione d. Agnetis ceſſat omnis amaritudo.

Præterea iſta declaratio animi procedit poſſeſſione vacante, & nondum adita hæreditate, nec apprehenſa poſſeſ-
103 ſione per hæredem, alias ſecus, quia non poteſt † vxor mortuo marito poſſidere, pro dote vel alio tit. vt vſusfructus quinti relicti, ita Bald. *in l. pen. C. de non nu. pe. in l. 1. C. de ſeru. pig. dat. ma. & conſ. 35. volum. 3.* Dec. *in l. dotis. C. de colla. conſ. 232. colum. 1. & conſ. 400. colum. 2.* Rol. à Val. *conſ. 77. num. 34. volum. 1.* &
104 licet domin. de Rota dixerint hoc † non procedere, quando mulier fuit inſtituta in vſufructu, vt iſta domina, quia dicitur ſibi data licentia propria auctoritate accipiendi poſſeſſionem, vt per Dec. *conſ. 236.* Ruin. *conſ. 119. num. 6. volum. 3. & in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.* Tamen non apparet hic, quod vi tit. vſusfruct. poſſeſſionē acceperit, niſi gerendo actus quos viuo marito gerebat, qui iure familiaritatis facti dicuntur, nec inducunt poſſeſſionem, vt ſupra dixi. Nec ab iſta concluſione me remouent alia quædam, quæ dicunt domini de Rota *fol. 52.* quod iſta domina faciebat multas eleemoſynas, declarando, quod faciebat de ſuo, id enim non probatur, vt debuit. *l. qui accuſare. C. de eden. l. 2. ff. de prob. cum vulgar.* qui vero quandoq; ſe conferebat ad poſſeſſiones; id erat recreationis gratia, vt in ſpecie mihi ſupponitur depoſuiſſe Proſperū Vrſonum inductum *pro ea. fol. 80.* & multos alios ex inductis pro dictis fratribus, & cum talis actus eundi ad poſſeſſiones concedi ſoleat familiaribus domus, dici debet, quod iure familiaritatis potius iuerit illuc dicta domina quam iure ſuo per id, quod notat Abb. *in c. bonæ magno. de poſtu. præl.* vbi conclu-
105 dit, quod licet † in dubio faciens actum poſſeſſorium videatur feciſſe, vt vtatur potius iure ſuo, quam quod gratis, hoc eſt iure familiaritatis, ſibi fuerit conceſſum, illud verum eſt in his, quæ de facili non ſolent concedi, ſed in his, quæ concedi ſolent, non præſumitur quis feciſſe dicto iure ſuo, ſed potius iure familiaritatis. Similēq; tradit exemplum Innoc. *in c. cum*
106 *eccleſia. de cauſa poſ. & propriet.* dicens, q † ſi amicus ſæpius, & continue veniens ad hanc ciuitatem, ſit mecum hoſpitatus, non tamen per hoc dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione hoſpitandi, quia hoc alijs ſolet concedi, ſequitur Ruin. *conſ. 5. nu. 13. volum. 4.* & in quantum vim faciunt ijdem domini de Rota, quod do. Iacobus adminiſtrator expreſſe confitebatur, quod d. D. Agnes erat domina, ſicut ipſe, quod intelligi debet fructuum. *arg. l. 4. ff. de vſufruct.* Id tolerari poſſet, ſi de fructibus ſpecificaſſet, quod nō apparet, ſed dicendo ſimpliciter, quod
107 erat domina, ſicut ipſe, nihil releuat, quia dicta † verba generalia, & adulatoria non inducunt obligationem. Vnde Butri. Abbas & Imola *in cap. cum veniſſent. de inſtitut.* colligunt illud
108 vulgare, quod † verba generalia non ſunt apizicatoria, & quod licitum eſt ſeruire de vento, vt ſi quis per modum conſuetæ vulgaris liberalitatis diceret, omnia mea tua ſunt. ſequitur Alex. *in l. ita ſtipulatus. nu. 6. & 7. ff. de verb. oblig.* & quod de negotijs D. Iacobus conferebat cum dicta domina, non arguit de neceſſitate, id eum feciſſe reſpectu vſusfructus, ſibi per maritum relicti, vt dicunt, & prætendunt ipſi domini de Rota. Quoniam id facere potuit vt ab ea, velut ſororia ſua, & ætatis prouectæ ſibique confidente caperet, & exploraret ſa-
109 lubre † conſiliū cuius a mulieribus, quam à viris proueniens, vt diuinus Areoſtus noſter *in libro ſuo Furioſi cantu 24.* dixit:

Molti conſigli de le donne ſono
Meglio improuiſo, ch' a penſarui vſciti.
Che queſto è ſpeciale, è proprio dono
Fra tanti, e tanti lor dal ciel Largiti,
Ma può mal quel de gli huomini eſſer buono,
Che maturo diſcorſo non aiti.
Oue non s' habbia à rummarui ſopra
Speſo alcun tempo, e molto ſtudio, & opra.

id eſt, *Multa conſilia mulierum meliorem ex improuiſo quam penſiculate ſortita ſunt euentum, quia hoc ſpeciale eſt, & proprium donum, inter tot. & tanta, ipſis è cælo conceſſa. Sed virorum ægre id conſilium bonum eſſe poteſt, quod à maturo diſcurſu non adiuuatur, & in quo trutinando non impenſum ſit aliquid temporis & multū ſtudy, & opra.* Et vlterius dum ſubiungunt domini de Rota, quod ſtante communione inter eam, & fratres, videtur ei relicta per virum tertia pars fructuum potius, quam vſusfructus, vt per Caſtren. *conſ. 353. volum. 2.* & Nattam *conſil. 477. num. 6.* cauendum eſt ab hoc dicto, velut illi repugnante teſtamento in quo hæc Agnes inſtituta fuit in omnibus bonis ample quo ad vſumfructum, & ea mortua, ſicque finito vſufructu, & etiam interim eo durante, hæredes vniuerſales in nuda proprietate vocauit teſtator d. fratres. vnde patet, quod inſtituta fuit in omnibus fructibus, non autem in tertia parte eorum tantum, & poſito, quod duæ partes eſſent eorum, potuerunt vt hæredes grauari ab eis eos vxori relinquendo. *§. non ſolum. Inſt. de legat. u. cum ſimil.*

Hactenus abſolutum fuit ſecundum quæſitum circa ablatiuos abſolutos, & cautionem Mutianam, nunc ſuccedit tertium ſuper in integrum reſtitutione petita per do. Agnetē, & conceſſa ſibi per dominos Rotæ aduerſus duas ſententias conformes contra ipſam latas, quæ tranſiuerant in rem iudicatam, in quo quidem articulo domini de Rota, poſt relatos hinc inde nunquid vidua dicatur eſſe miſerabilis perſona, & de illis perſonis quibus competit beneficium reſtitutionis, & eo indeciſo derelicto ſe reduxerunt ad ſtatutum Bononiæ *ſub Rubr. de arbit. D. Poteſtat u, & Capitanei* quod expreſſe determinat omnes perſonas, in eo nominatas, cenſeri miſerabiles *in verſ. quas omnes miſerabiles perſonas eſſe cenſemus.* ſupraque mentionem fecit de viduis. deinde ſubdit in fine, ſaluo in quolibet caſuum prædictorum iure, & beneficio reſtitutionis in integrum cuicunque, cui de iure competierit, quæ verba ſecundum dominos Rotæ reſpiciunt caſus, non perſonas, cum omnibus miſerabilibus competat.

Sed ſuper his diligentius aduerti debet, & in primis, quod imo dicta verba reſpiciunt perſonas ſupra nominatas pupillorum, viduarum, mente captorum, furioſorum, & id genus, vnde quando ſubiunxit ſaluo in quolibet caſuum prædictorum, reſpectum habuit ſtatutum ad caſus occurrentes in cauſis prædictarum perſonarum principalibus, & appellationum, in quibus cauſis omnium ſupra nominatorum ſubiunxit ſtatutum, vtrique parti ſuccumbenti ſemel tantum appellare liceat. Ita tamen, quod qui habuerit duas ſententias ex prædictis contra ſe, vlterius appellare non poſſit, ſaluo in quolibet caſuum prædictorum iure, & beneficin reſtitutionis in integrum cuicunque, quod ſtatutum ſi vlterius non proceſſiſſet, videretur forſan dici poſſe, illud velut generaliter loquens, reſtitutionem in integrum viduis. & alijs ſupra nominatis paſſim concedere. *l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. praeſt.* quod etiam ſi non dixiſ-
ſet, ſed tantum † prohibuiſſet appellationem, non intel- 110
ligeretur prohibuiſſe reſtitutionem in integrum, vt pulchre voluit Bald. *conſ. 236. ſtatuto ciuitatu. volum. 1.* Bart. *conſ. 101. Gerardus in ſecundo dubio.* Roman. *conſil. 90. viſo themate, & conſil. 325. colum. fin.* Socin. *conſ. 242. & conſ. 299. num. 4. volum. 2. cum ſimilibus.* Sed punctus, & difficultas conſiſtit, quod idem ſtatutum reſtringit illam generalitatem verbi cuicunque, ſubdens cui de iure competierit, quæ verba fuerunt appoſita ad limitandam illam generalitatem, videlicet vt cuicunque de prædictis nominatis concedi debeat reſtitutio, quibus de iure competat, & concedi debeat, vt inquit & bene domin. Roſſius poſt Abbatem *conſ. 75. colum. fin. lib. 2.* & Dec. *conſ. 348.* quibus accedit doctrina Bart. *in l. ſed ſi adjecatur. ff. pro ſoc.* dicentis, quod † quando verbis generalibus 111
adjicitur aliud verbum ſpeciale, reſtringitur eorum ſignificatus, ſequitur Gozad. *conſ. 60. colum. fin.* Rob. *conſi. 50. colum. penult.* Pariſ. *conſil. 102. num. 12. volum. 1.* & ego *conſilio 204. num.*

Digitized by Google

112 *num.107.* verba † namque ſequentia magis ſpecialia ſunt, ve-
lut magis generalium expoſitiua. Bartol. *in l. 1. ff. ad leg. Aqui.*
quem ſequor *conſ.166. num.11.* Oportet igitur videre, nun-
quid huic dominæ competere deberet in integrum reſtitu-
tio, prout prætendunt domini de Rota, veluti læſæ ex iniu-
ſtitia duarum ſententiarum conformium, aduerſus eam la-
tarum; meritoque reſtitutionem in integrum ei de iure
competijſſe, & per eos illi conceſſam fuiſſe. Sed ego totum
contrariũ verius eſſe conſtanter dico, quoniam fundamen-
tũ eorum totum conſiſtit in læſione dictæ dominæ, cauſata
ex dictis ſententijs, ſi quidem in ea conſiſtit fundamentum
reſtitutionis. *l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de minoriuran. l. ve-
rum. §. ſciendum.* vbi Bart. *ff. de minor. & in l. fina. C. de in integ.
reſtit.* Abb. *conſ.77. colum 3. volum.2.* Ioan. de. Anna. *conſ.48.*
ſed aduerti debet, vt notat Abbas *in cap.1. de reſt. in integ. not.*
113 *ſecundo*, quod † duo requiruntur, ad hoc vt reſtitutio impe-
trari poſſit. Primo quod probetur læſio. ſecundo quod ta-
lis probatio ſit euidens, & manifeſta, vt etiam tenet Dec. *conſ.
474. num.12 & conſ.564. num.18.* Guid. Pap. *q. 41.* & Crau. *conſ.
175. num.8.* quos allegat, & ſequitur Deci. *reſpon.18. numer.241.
volum.1.* at ego non video, quam læſionem paſſa fuerit hæc D.
Agnes ex illis duabus ſententijs conformibus, quibus iudi-
carunt illi iudices, eam non feciſſe fructus ſuos ante præſti-
tam cautionem Mutianam, cum enim eſſet inſtituta in vſu-
fructu ſub illis conditionibus ſuſpenſiuis, videlicet ea in ſta-
tu viduali caſte, & honeſte viuente, ablatiuis abſolutis, & in
participio prolatis, tenebatur omnino cautionem Mutia-
nam præſtare, nec ante fructus ſibi debebantur, vt ſupra late
diſcuſſum fuit, & concluſum. merito dictæ ſententiæ iuſtiſſi-
mæ fuerunt, & iuri conſonæ. ergo reſtitutio in integrum ad-
uerſus eas nullo modo concedi debuit. Comprobatur, quia
114 quando † agitur de retractione ſententiæ per viam reſti-
tutionis in integrum, probationes debent eſſe luce ipſa cla-
riores pro eo, qui reſtitutionem petit, *vt habetur in l. fi. ver. luce
clarior.* vbi Bald. *C. ſi min. ſe maio. dixe.* & tradit Soc. *conſ.194.
colum. penult. verſ. ſed ambo. volum.2.* Deci. *loco citato num. 243.*
quæ probationes hic ceſſant pro dicta domina, ſed contra-
riæ tam in iure, quam in facto ex confeſſione ſua. ergo non
potuerunt dom. Rotæ retractare dictas ſententias per viam
d. reſtitutionis.

115 Tertio confirmatur, quia † reſtitutio non datur tractanti
de lucro cum iactura alterius, vt per Alex. *conſ.71. colu.2. verſ.
& ſi opponatur. volum.1. gloſſ. in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex qui-*
116 *bus cauſ. mai. & in l. 1. C. de anna. exce.* & eſt † communis, vt te-
ſtatur Cæph. *conſ. 605. num.47.* ſed in hoc vſufructu relicto
dom. Agnes dicitur tractare de lucro. *l. 3. & ibi gloſſ.* Caſtren.
& omnes. *C. de iur. & fact. ignor.* de iactura vero hæredum
proprietariorũ videlicet in reſtituendo fructus ſupra quæ-
ſitos, & † radicatos: nam amiſſio lucri radicati eſt pati da-
117 mnum. vt not. Bald. Ang. Caſtren. Alexan. & Iaſon *in l. non
amplius. §. 1. ff. de leg. 1.* & idem *conſ.69. & conſ.164. volum.5.* quos
ego ſequor *conſ.72. num.16.* Vnde bene verificatur quod di-
citur, reſtitutionem in integrum non dari ad præiudicium
eius, cui ius hæreditatis ſuit perfecte quæſitum, vt abunde
plura congerit Tiraquel. *in tractat. de retra. lignag. §. 1. gloſſ.10.
num. 68.* Ruin. *conſ. 45. num. 19. prope finem. verſ. nec prædictu.* &
118 præclare *conſ.72. num.13. volum.3.* quem refert Cæph. *conſ.351.
num.34.* Bald. & alij *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſ.*
Curt. Sen. *conſ.49. colum. fin. verſ. reſponderi poteſt.* Et hæc ad-
119 dēda ſint primis allegationibus do. Roſſij, † cuius ingenium,
& doctrinam mirifice cõmendo, qui in hoc artic. reſtitutio-
nis in integrum luculenter, & docte ſcripſit, adeo quod nul-
lo ſupplemento indigent eius ſcripta.

Sed aliud non omitto, quod vltimo dicunt ipſi domini
de Rota tanto magis dictæ dominę concedi debuiſſe reſtitu-
tionem, velut ſeni, & pauperi, nec habenti in dotē, niſi ſcu-
tos octuaginta, vnde ſibi prouiſum fuit de alimentis pen-
dente iudicio, quare miſerabilis omni reſpectu fuit illis re-
putata, & dicta reſtitutione digna. Quoniam non pro ali-
mentis quicquam datum fuit, ſed per modum prouiſionis,
ſine præiudicio iurium dictorum hæredum, ac in cauſam de-
clarandam. quibus ex verbis non fuit intentionis iudicum,
nec hæredum illis præiudicare *iux. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à
principe. ff. ne quid in loco publ. l. quoties. C. de precib. imper. offe-
cum ſimil.* & poſito, quod dicta domina fuiſſet vidua, pauper,
& miſerabilis, quem articulum miſſum facio cum dominis
Rotæ, vt prolixum nimis, & intricatum, mihi ſatis eſt, quod
requiſita ad reſtitutionem in integrum concedendam non
concurrunt, vt euidens, & manifeſta probatio læſionis, &
luce clarior, & quod de damno non tractet, ſed de lucro cum
iactura hæredum, vt ſupra ſigillatim deduxi, demumq; (vt
dixit etiam dom. Roſſius in ſuis primis allegationibus) quia
non probauit hæc domina, quod † ſui facilitate, vel imbecil- 120
litate circumuenta fuerit, aut decepta, & læſa. vt per Ioan. de
Anna *conſ.48. in prin.* & ibidem Bolognin. *cum ſimil. adductis,*
quibus addo tex. *in l. verum. §. ſciendum.* & ibi Bart. *ff. de minor.
& in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de minor.* vnde dicit notab.
Bart. *in l. fi. C. de in integ. reſt. min.* quod † petens reſtitutionem, 121
debet narrare quod ſit minor, & quod fuit læſus ſui facilita-
te, nec ſufficit dicere, quod fuit minor, & læſus, quia non
concluderet, vt dicit etiam Bar. *in d. §. ſciendum.* ſequitur Dec.
in l. nihil conſenſui. §. non capitur. num.2. & 3. ff. de reg. iur. Alex. &
Iaſ. *in d. §. ſi minor.* & Dec. *in d. reſpon.18. num.242. volum.1.* & ex
prædictis, ne ſim prolixior, patet, male per dominos Rotæ
fuiſſe iudicatum, remq; deducendam fore ad terminos dua-
rum ſententiarum conformium. Verum quia rurſus audio,
quod hæc domina petit committi executionem dictæ ſen-
tentiæ dominorum Rotæ, dico præter rationes ſupra dedu-
ctas quod reſtitui non debuit per dictos dominos. nec etiam
coram eis peti potuit dicta reſtitutio. Cum † enim ſe læſam 122
prætenderet a iudice, qui contra eam iudicauit, & à quo
ipſa appellauit, coram eo debuit reſtitutionem in integrum
petere, qui tulerat ſententiam contra illam, non autem de-
buit eam petere coram dictis dominis, qui erant iudices ap-
pellationis, prout eam petijt coram illis, quia læſio ſua præ-
tenſa non contingit coram eis poſt appellationem interpo-
ſitam, ſed prius coram iudice à quo, ideo ab illo debuit peti
d. reſtitutio. *l. in cauſæ. §. fin. ff. de minor.* & pulchre declarat Rui.
conſ.119. num.17. volum.5. vbi conſiderat, quod licet quis appel-
lauerit, quia tamen non ſuperuenit ei læſio poſt appellatio-
nem, ſed prius, ad iudicem, ad quem non pertinet reſtituere,
ſed ad illum, qui tulit ſententiam, quia coram eo læſio con-
tingit, non autem coram iudice, ad quem. Et idē tenet Oddo
in tract. de reſt. in integ. q. 32. art. 16. vbi diſtinguit duos † caſus, 123
quorum primus eſt noſter, vel illi ſimilis. quando petitur re-
ſtitutio aduerſus, & propter aliquid male actitatum in primo
iudicio. nam peti debet reſtitutio coram iudice à quo ſecun-
dum Bart. Cyn. & Bald. *in l præſes. C. de app.* citatq; Ruin. *in d.
conſ.119. licet dicat 120. nu. 17.* hæc enim mulier excluſa à fructi-
bus perceptis ante præſtitam cautionem Mutianam ſe læſam
prætendit ab illo iudice, non autem læſio ſua poſt appellatio-
nem ſuā ſibi ſuperuenit, ergo corã illo debuit reſtitutionem
petere, non autem coram dominis de Rota. & hinc infertur
quod eorum ſententia reſtitutoria nulla fuit, velut ex defe-
ctu iuriſdictionis eorum, quia non habuerunt iuriſdictio-
nem circa concedendam reſtitutionem dictæ dom. Agnetis
ab eis non læſæ, & talis † defectus nullitatis ex defectu iuriſ- 124
dictionis eſt maximus, velut ab ipſa cauſa efficiente proue-
niens; nam † iudex potiſſima pars, & baſis, ac fundamentum, 125
duxque & Imperator iudicij vocatur, vt per Bald. *in rubr. C. ſi
à non compet. iud.* vnde † iudicatum dici non poteſt ab eo, qui 126
ius dicendi non habuit. *l. 1. §. fin. ff. ad Tertul. l. 1. §. hæc autem
verba. ff. quod quiſ. iur. cum ſimil.* per Vantium *in tract. de null.
ſenten. ex defectu iuriſdictionis. colu.4.* vbi talem † defectum re- 127
putat irreparabilem, & inſanabilem, nec immerito, quia de-
ſtinatus † ad vnum officium, non debet in alterius officio 128
ſe intromittere. *l. quecunque. C. de execut. & exacto. l. in pro-
uinciam. C. de nume. lib.12.* quia † alterius iura vſurpare quis non 129
debet. *c. cum ad verum. 96. diſt.* ponit Bald. *in l. repetita. C. de
epiſ. & cler.* & Vantius *loco memorato num.44.* Mihi quoque
placet admodum conſideratio, quam facit Excellen. dom.
Roſſius, quod cum † articulus reſtitutionis in integrũ con- 130
cedendæ, vel non, eſſet præiudicialis ad totam cauſam, non
potuerunt prædicti domini ingredi ad merita cauſæ cogno-
ſcenda, & decidenda, niſi prius cauſa reſtitutionis terminata,
vt per gloſſ. Bart. & Doct. *in l. fin. C. quorum app.* Caſtr. *conſ.281.*

num. 5.

num.5.volum.1. Crau.*conſ.103.num.5.* quos allegat, quibus addo,
131 quod quando † duo proponuntur in iudicio, alterum per
actorem, alterum per reum, quæ ſunt præiudicialia, id eſt,
quorum alterum dependet ab altero, debet prius ille arti-
culus tractari à quo omnia dependent. ita Bald. *conſ.275.pre-
miſſo ſtatuto communis Veronæ. volum. 5.* Caſtrenſ. *conſ. 282. in*
132 *cauſa iſta quamque. colum. 3. volum. 1.* tuncque † dicuntur præiu-
dicialia, quando ſi ad actum deducantur, vnum tollit aliud,
vt pulchre declarat Bald. *in l. per minorem. ff. de iudi.* ſequitur
Decian. *reſpon.16.num.17.volu.1.* ſed reſtitutio petita per hanc
dominam coram dom. Rotæ ſi concederetur, tollebat ſen-
tentias latas ad fauorem dom. Antonij. Ergo ſi videbatur eis
eam reſtituere, debebant ſe continere, nec vltra progredi ſu-
per meritis, reuocando dictas ſententias, vnde de illis co-
gnoſci debet nunc coram Reuerendiſſimo dom. Vicelega-
to in appellatione dicti domini Antonij, meritò pendente
hoc articulo tam præiudiciali ad totam cauſam debet in ex-
ecutione petita ſuperſederi. Quinimo ſi de executione tra-
ctari debet executio duarum ſententiarum conformium la-
tarum pro domin. Antonio quæ in rem iudicatam tranſiue-
runt, ex quo per ſtatutum Bononiæ non poterat ab eis ap-
pellari, vt ſupra dixi, cõmitti debet & ita inſtari poteſt. & ſic
appellatio dom. Antonij à ſententia Rotæ debet vtrunque
effectum ſortiri, videlicet ſuſpenſiuum executionis petitæ
pro parte dom. Agnetis & deuolutiuum pro parte dom. An-
tonij. Poſtremo cum ſententia prædicta Rotæ nulla fuerit,
velut lata contra prædictas duas conformes inappellabiles
ex ſtatuto memorato, ſed in iudicatum trãſactas, vt ſuperius
133 dixi. Certe dicta † nullitas oppoſita, vel opponenda debet
executionem illius ſententiæ impedire, vt not. Bart. Iaſon &
Ripa poſt alios *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* & ita quoque
iudicandum eſt, velut humanius, minuſque partibus præiu-
diciale, vt & bene concludit dom. Roſſius & ita pertranſeo.
Hippol. Rimin. Ferrar.

*Pro Magnifico domino Baccio Orlandino
de Florentia.*

ARG. Teſtamentum peſte ægrotantis, quas ſo-
lemnitates, & quot teſtes requirat. Et quid re-
quiratur, ſi quis noctu teſtetur. Item an teſta-
mentum inualidum, per tranſactionem filio-
rum teſtatoris in vim pacti validari, & per ta-
lem tranſactionem fideicommiſſum induci
poſſit. Item an conceſſa poteſtate alienandi, &
ad libitum diſponendi, fideicommiſſo cenſea-
tur renunciatum. Et quando in ſucceſſionibus,
& fideicommiſſis filius ſubintret locum patris
defuncti. Item an, & quando tranſmittatur fi-
deicommiſſum.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura loco teſtamenti facta ab ægrotante peſte, an, & quando va-
leat ſine interuentu ſeptem teſtium, & an minor numerus ſufficiat.
& nu. 2 3 4 & 5.*
6 *Filius non eſt habilis teſtis in teſtamento patris.*
7 *Teſtes à teſtatore ſunt rogandi, non exiſtente tamen in articulo mortis.
Et debent eſſe ſeptem. num. 9.*
8 *Rogatus teſtium eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur.*
10 *Teſtamentum factum nocte non valet ſine tribus luminaribus. Et quan-
do non poſſit de nocte fieri. ibi. & num 13.*
11 *Et carens inſtitutione hæredum non poteſt dici teſtamentum.*
12 *Inſtitutio non inducitur per verbum,* relinquit.
14 *Teſtamentum inter liberos, factum coram duobus teſtibus, valet ſi non
concurrat vitium præteritionis.*
15 *Approbatio ſcripturæ vel teſtamenti paterni nulli, facta per filios, per pa-
ctum, vel tranſactionem. an & quando valeat, & proſit num. 16.
ac 17.*
18 *Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non
iure fecit.*
19 *Fideicommiſſum non poteſt introduci per fratres, per contractum tranſ-
actionis.*
20 *An conceſſa poteſtate alienandi. & pro libitu diſponendi, de re fideicom
miſſo ſubiecta cenſeatur renunciatum fideicommiſſo & num. 21. 22.
23 24 & 25.*
26 *Verbum,* deſcendentibus, *in infinitum porrigitur.*
27 *Idem in verbo* hæredibus, & ſucceſſoribus *& 28.*
29 *Dictio,* deinceps, *ſignificat futurum tempus indeterminate poſitum.*
30 *Dictio,* perpetuo, *denotat tempus infinitum.*
31 *Interpretatio ita fieri debet, vt fideicommiſſum euitetur.*
32 *Ratificatio confirmat actum, vt ex nunc, & idem operatur quod nouus
contractus.*
33 *Filius ſubintrat locum patris in ſucceſſione aui, & ſuccedit cum patruo
& quod in ſucceſſione tranſuerſalium. & num. 37. & patrui ma-
gni. nu. 38.*
34 *Fideicommiſſum debitum ex vltima voluntate, an pendente conditione,
tranſmittatur: Et quid ſit in fideicommiſſo, per contractum inducto.
& nu. 36 & 46 & 47.*
35 *An per laudum induci poſſit renunciatio fideicommiſſi.*
39 *Dictio,* tantum, *eſt excluſiua omnium aliorum caſuum, & perſona-
rum.*
40 *Superfluum nihil eſſe debet, nec intelligi.*
41 *Fideicommiſſi dies cedit, extantibus filio, & nepote, cum poteſt verificari
in filio, non verificatur in nepote.*
42 *Et quando nepotes appellatione filiorum non veniant.*
43 *Fideicommiſſum an, & quando tranſmittatur & num 44. & ſeqq.*
48 *Verbum,* hæredes, *late patet.*

CONSIL. DCCXLVIII.

IN hac cauſa mihi tranſmiſſa ex inclyta ciuitate Florentiæ,
quæ vertitur coram clariſſimis dominis Rotæ dictæ ciui-
tatis, inter magnificum dom. Baccium Orlandinum, & ne-
potes ſuos, ex olim dom. Ioanne fratre ſuo, licet onus meum
non leue ſit futurum, cum in caduo ſummi legum vertices
ſcripſerunt loculenter, & docte, videlicet dom. Ioannes Bon-
ſius ibidem aduocatus, ſingulari ſua iuris ſcientia nemini
ſecundus, & dom. Iacobus Menochius in ſtudio Patauino
primarius matutinus interpres, & ambo veluti mihi fratres
maiores obſeruandi, nihilominus, vt honeſto deſiderio dicti
magnifici dom. Baccij ſatisfaciam, dicam, quid ad eius fauo-
rem de iure ſentio. Igitur in primis dico præter prædictos
excellentiſſimos Iureconſultos, quod illa † ſcriptura (vt in ea 1
dicitur) facta per Dominicum Montis Marciani pro teſta-
mento, & vltima voluntate quondam dom. Ioannis Orlan-
dini Senioris ſic committentis, viribus non ſubſiſtit: cum
enim dictus D. Ioannes morbo peſtis ægrotaret in Caſtro
Collegarli, in camera domus ſuæ ſitę ſuper via, vt in dicta
ſcriptura teſtatur dictus Dominicus, ſeptem teſtes interue-
nire debuerunt, non autem quinque, tres, vel duo ſatis fue-
runt, ſecundum opinionem, quam tenuerunt Fulgoſius
Caſtren. Aret. Alexan. Corne. & dom. meus Riminaldus, *in
l. fin. C. de teſtam.* vbi quidam alij mod. Peruſini idem tenue-
runt, quos refert Soc. *conſ.83. colum. 3. volu. 4.* vbi teſtatur, hanc
eſſe † communem, ſicut & Alexan. *conſ.69. viſo conſ. colum. pen.* 2
& conſ. 176. viſo themate. colum. 3. volum. 2. magiſque commu-
nem Bauerius *in §. fin. Inſtit. de teſtam.* vbi pariter ego hanc
opin. firmaui *num. 95.* cæteris relictis alios citans, ibique *num.
103.* ſubiunxit, † teſtatorem excuſatione dignum non eſſe, 3
quod ſeptem teſtes adhibere non potuerit, ſi † quidem exem- 4
plo vti potuit dominæ Aquiliæ, vxoris Signoroli de Homo-
deis, quæ peſte percuſſa, non valens habere teſtes, ſe portari
fecit in viam publicam, vt haberet teſtes, audientes volunta-
tem ſuam, quod refert Fulgoſ. & Iaſ. *in d. l. fin.* vel vt refert
Andr. Sicul. *conſ. 58. volum. 1.* potuit dictus teſtator † morem 5
Bononiæ ſeruare: nam teſtatores ibi ſe ponunt in aliqua fe-
neſtra, & teſtes ſtant inferius, vt audiant eius voluntatem,
refertque Boerius *deciſ. 228. colum. 7.* ſe vidiſſe quoddam teſta-
mentum cuiuſdam Ioannis de la Carige, qui in via publi-
ca in præſentia Notarij, & ſeptem teſtium, parum ab eo lon-
ge diſtantium, ordinauit teſtamentum: Cum ergo neu-
trum fecerit dictus dom. Ioannes, minime debet excuſa-
ri, ſi ſeptem teſtes non adhibuit, quos habere potuiſſet, qui
eum non fugiſſent, faciendo vt ſupra, citra periculum: Sed
allegatę ſcripturæ teſtamenti non interuenerunt ſeptem te-
ſtes, nec quinque, nec tres, cum dicatur in ea fuiſſe Franci-
ſcum, † filium dicti dom. Ioannis, inhabilem teſtamento pa- 6
tris, *§. pater. Inſt. de teſtam.* vbi clare dicitur, quod in teſtibus
eſſe non debeat is, qui in poteſtate teſtatoris eſt: ſed nec et-
iam duo teſtes legitimo modo interuenerunt, ſcilicet Do-
minicus ſcriptor, & Petrus Ant. à Campis: Cum enim † non 7
appareat, quod dictus dom. Ioannes eſſet in periculo mor-
tis, rogari debuerunt ab eo, vt voluit Chriſtophor. *in §. 1. n. 9.
Inſt.*

Digitized by Google

Inſt. de mil. teſtam. Alex. *in l. ſeruiarios. col. fin. verſ. in gl. fin. Inſt. de*
milit. teſt. Mantua. *conſ. 25. col. 3.* & alij relati per Boer. *deciſ.*
228. col. 5. quod nec fecit dictus dom. Ioannes, nec feciſſe
8 præſumitur: cum enim † rogitus ſit ſolemnitas extrinſeca,
non præſumitur, *l. quicunque. §. fin. ff. de Publ. in rem act.* tra-
dunt Bart. & cæteri *in l. ſciendum. ff. de verb. obl.* Alex. *conſ. 152.*
col. 2. vol. 2. qui dicit eſſe commun. ſicut & Abb. Imola, Felin.
& Dec. *in c. 1. de fid. inſtr.* late Boer. *deciſ. 35. col. fin.* & Cur. iun.
conſ. 201. num. 7. quos adduxi *conſ. 209. num. 56.* Vnde poſito,
quod Dominicus ſcriptor potuiſſet eſſe teſtis per *l. Domi-*
tium. ff. de teſtam. cum dicto Petro non fuiſſet ſatis, deficiente
9 rogitu, tantoque minus attenta magis † communi recepta-
que ſententia ſeptem teſtium requirente, à qua temere non
eſt in iudicando recedendum, iuxta loca vulgaria. Secun-
10 do deficit etiam dicta † ſcriptura facta de nocte (vt in ea di-
citur) ſine tribus luminaribus; ergo non valuit, *vt per gl. & o-*
mnes. in l. non minore. C. de tranſ. cum potiſſime non conſtet,
quod tanta neceſſitas vrgeret dictum dom. Ioannem ad te-
ſtandum de nocte, quo ſtante fieri non potuit de nocte, vt
tradit Bald. *in c. 1. col. pen. de fid. inſtr.* ſequitur Iaſ. *in l. more. in vl-*
timis verbis. ff. de feriis. & Dec. *in c. conſuluit. not. 4. de offic. deleg.*
11 Tertio quoque dicta † ſcriptura caret inſtitutione here-
dum, quo caſu dici non poteſt, fuiſſe teſtamentum, *l. proxi-*
me. ff. de his quæ in teſt. del. Et licet in ea dicatur, *laſcia alli ſuoi*
heredi. id eſt, *relinquit ſuis heredibus*, tamen cum relicta ſint
particularia, vt filijs dom. Bat. bona ab Arno citra, & alijs
12 poſſeſſio Collegarli, † titulum inſtitutionis non importat
verbum *reliquit*, vt not. Alex. *in l. nam quod. §. nos omnes. colum.*
1. in fin. ff. ad Treb. ideo ſcriptor male eos heredes appellauit.
13 Quarto poſito, quod alias † duo teſtes ſatis fuiſſent, tamen
concurrentibus alijs ſupradictis defectibus, dictæ ſcriptu-
ræ nocturnæ ſine luminaribus requiſitis, & ſine heredum
inſtitutione, ſecus eſſe debet, vt in ſimili tradunt gloſ. Bat.
Bald. & communiter Doctores, *in l. ſi filius qui in poteſtate. ff.*
de lib. & poſth. Bald. Ang. Caſtrenſ. & alij *in l. hac conſultiſſima.*
§. ex imperfecto. C. de teſtam. Ang. & Imol. *in l. filio præterito. ff.*
14 *de iniuſt. teſtam.* & Dec. *conſ. 105. col. pen. ad fin.* † de teſtamento
inter liberos, quod alias valet, coram duobus teſtibus fa-
cto, ſi alij defectus non concurrant, ſecus ſi concurrat vi-
tium præteritionis, vt per eos, quos ego ſequor *in d. §. fin.*
Inſt. de teſt. num. 39. & 40. quia plures defectus magis nocent,
vt ibi probo: ſic enim quoque dici debet in caſu noſtri te-
ſtamenti, vt dicitur, facti tempore peſtis, quod duo teſtes
non ſufficiant propter alios defectus, & impedimenta con-
currentia. Nec meo iudicio quicquam prodeſſe poteſt ap-
15 probatio † facta per filios dicti dom. Ioannis dictæ ſcriptu-
ræ, & voluntatis paternæ per tranſactionem factam inter
16 eos, quia tunc † actus nullus valere poteſt in vim pacti vel
tranſactionis, iuxta gloſſ. *in l. 2. C. commun. vtr. iud.* not. Bat. *in*
l. 1. C. qui pro ſua iurisd. Roman. *conſ. 173. in fin. & conſil. 175. ver-*
ſic. nec promiſſe. quando eſſemus in materia, in qua partes
habuiſſent poteſtatem diſponendi, ſecus ſi partes non poſ-
ſent diſponere, quia tunc non poſſet valere virtute pacti,
nec in vim tranſactionis, vt notab. declarat Abbas *in c. exa-*
minata. de confir. vtil. vel inutil. in ſecundo notab. & in conſ. 92. con-
tra ſententiam. col. 1. verſ. item quia. vol. 1. ſequitur Dec. *conſ. 475.*
17 *num. 34.* ſed dicti † fratres non potuiſſent remittere ſole-
mnitates legum requiſitas in teſtamentis, vt teſtium, inſti-
tutionis, & id genus, *l. 3. & ibi gloſſ.* & Doctores, *ff. de teſtam.*
ergo approbatio eorum in vim pacti vel tranſactionis nihil
valuit. Quare ſequitur ex hoc diſcurſu, quod dictus D.
Ioannes dicatur inteſtatus deceſſiſſe, *vt eſt text. Inſt. de hered.*
18 *quæ ab inteſt. in prin.* vbi clare dicitur, quod † inteſtatus dece-
dit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure
fecit, quia caruit ſolemnitate teſtium, vt exponit ibid. gloſſ.
Quinto mihi quoque non placet, ſicut nec excell. dom.
19 Bonſio & Menochio, † fideicommiſſum per dictos fratres
introductum in contractu dictæ tranſactionis: id enim de
iure facere non potuerunt, vt voluerunt Cum. Caſtr. Ale-
xan. Soc. & Iaſ. *in l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verb. oblig.* Ruin.
conſ. 214. num. 16. vol. 1. & conſ. 7. nu. 14. vol. 3. Dec. *conſ. 488. nu. 16.*
& conſ. 613. nu. 2. Alciat. *reſponſ. 517. & ſeq.* Menoch. *conſ. 85. nu.*
88. quos alias ego ſecutus fui *conſ. 492. nu. 55.* quibus bene de-
ſeruit tex. *in l. verba contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad te-*
ſtandi. ff. de ver. ſig. Et licet aliquos in oppoſitum citet Mar-
zarus *in epitome de fideicommiſ. q. 2.* de quo mentionem fe-
cit D. Galuanus, iudex à quo, in ſuis motiuis, tamen magis
Marzarus primam quam ſecundam firmat opinionem; &
vlterius, dato, quod induci potuiſſet inter dictos fratres fi-
deicommiſſum, per eorum contractum, tamen renuntia-
tum fuit illi in laudo diuiſorio, vt inquit dom. Bonſius, in
quo poſita fuit illa † clauſula prægnans & ampla, *ad haben-* 20
dum, tenendum, & poſſidendum, vtendum, & fruendum ſemper, &
omni tempore, & quicquid dictis fratribus, & cuilibet ipſorum, &
eorum heredibus, & ſucceſſoribus deinceps perpetuo placuerit, fa-
ciendum, quo ſtante, data ſcientia d. fratrum, & alienatione
ſecuta, per dominum Angelum teſtatorem, dicto fidei-
commiſſo renuntiatum videtur per infinitos, quos cumu-
lat ipſe D. Bonſius, & inter eos me quoque *conſil. 80. num. 39.*
quod & admittit Alba. *conſil. 29. num. 16.* & optime probat
Gratus *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 133. ff. de verbor. obligat.*
& Ruin. *conſil. 133. num. 11. volum. 2.* quos eleganter citat D.
Bonſius, & præter eum rationes eorum deduco, quæ bene
deſeruiunt: dicit enim Crot. quod † ſi data fuit poteſtas, 21
non ſolum ipſis diuidentibus, ſed eorum heredibus alie-
nandi dicta bona, & faciendi quicquid eis placuerit; de ne-
ceſſitate infertur, fideicommiſſo fuiſſe renuntiatum; ſi e-
nim illud adhuc extare diceretur, non poſſent dicta bona,
velut fideicommiſſo ſubiecta, deuolui ad eorum heredes,
cum alienari prohibeantur in contractu, & in vltima vo-
luntate, *l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2.* qui ergo vult † conſe- 22
quens, velle cenſetur omne neceſſarium antecedens, *l. ad*
rem mobilem. ff. de procur. l. illud. ff. de acquirend. heredit. Ita ſi-
gnanter Crot. quem ſequitur Socin. iun. *conſil. 116. num. 54.*
volum. 1. dicens, quod niſi fideicommiſſum eſſet remiſſum,
non liceret ipſis fratribus alienare, & ita de poteſtate ſua
non liceret facere quod placuerit; & ſic verba prædicta ſu-
perflua & vana redderentur, quod non eſt dicendum, *l. ſi*
quando. ff. de legat. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6. Imo dixit Bald. *in ru-*
bric. C. de contrahen. empt. q. 9. quod † quodlibet verbum de- 23
beat intelligi poſitum, vt aliquid operetur. Quod vero per-
tinet ad Ruinum *in d. conſ. 133. num. 11. vol. 2.* mihi placet ratio-
nem ſuam deducere, quæ bene deſeruit: dicit enim, quod
cum non ſolum fuerit actum licere dictis fratribus diui-
dentibus, ſed etiam cuilibet heredum ſuorum, & ſucceſſo-
ribus eorum, habere, tenere, vti & frui dictis bonis in per-
petuum, & altero ex ipſis decedente ante diuiſionem bona
cum effectu non fuiſſent apud alium heredem permanſu-
ra, ſed fuiſſet obligatus ſuperſtitibus illa reſtituere; vtiq; ex
hoc, quod conceſſa fuit † facultas heredibus cuilibet præ- 24
dictorum fratrum faciendi quicquid placuerit de dictis
bonis, & habendi, tenendi, ac vtendi, & fruendi in perpe-
tuum, ſequitur, quod inuicem remiſerint ius fideicommiſ-
ſi, quia illo durante non habuiſſent heredes eius dictam li-
centiam diſponendi quicquid placuerit eis de dictis bonis,
neque vtendi & fruendi illis in perpetuum; ita Ruinus ibi
confirmans, vt per eum, deinde concludens, quod cum
prouiderint dicti fratres, non tantum ſibi in bonis diuiſis,
ſed etiam heredibus ſuis, ad quos non erant irreuocabiliter
tranſitura, ex hac prouiſione colligitur, intentionis eorum
fuiſſe remittere fideicommiſſum reciprocum, alias illa pro-
uiſio facta pro heredibus nihil operaretur, quod non eſt di-
cendum. Sed vlterius, vt aliquid addam, Crot. Socin. iunio-
ri, & Ruino, non omitto, quod dictum fuit, *ad habendum, te-*
nendum, &c. † *ſemper, & omni tempore,* quæ verba omnes ca- 25
ſus & omnia tempora complectuntur, vt per Aret. *in l. 1. ff.*
ſol. mat. & poſt eum Soc. iun. *nu. 70.* & potiſſime adiectis illis
verbis ſequentibus, *& quicquid dictis fratribus, & cuiuslibet i-*
pſorum heredibus & ſucceſſoribus deinceps placuerit perpetuo fa-
ciendum. ſicut enim † verbum, *deſcendentibus*, in infinitum 26
porrigitur, Bal. *in c. 1. quæ ſit inueſt.* Alex. *conſ. 159. vol. 2.* Dom. *in*
c. ſtatutum 2. de hæret. in 6. Dec. *conſ. 364.* Bero. *conſ. 84. nu. 14. vol.*
2. & ego *conſ. 23. num. 227.* Ita † verbum *heredibus, & ſucceſſori-* 27
bus. l. heredis appellatio. & l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. vbi dici-
tur, quod heredis appellatio non ſolum ad proximum he-
redem, ſed etiam ad vlteriores heredes refertur: nam † he- 28

redis heres, & deinceps, heredis appellatione cootinetur,
& *in l. ſciendum.* dicitur, heredes etiam per multas ſucceſſio-
nes accipi.
29 Confirmatur ex dictione, † *deinceps.* quæ ſignificauit fu-
turum tempus indeterminate poſitum, quo ſtante, quo-
cunque tempore verificatur diſpoſitio, *l. in venditione. §. de
tempore. ff. de bon. auct. iud. poſsid.* Bal. *conſ. 256. vol. 4.* Gra. citans
alios *conſ. 84. nu. 13.* & ego *conſ. 109. nu. 6.* Poſtremoque ponde-
30 randum eſt verbum † *perpetuo.* quod denotat tempus infi-
nitum, & vt vtar verbis Bart. *in l. annua. §. Titia. ff. de ann. leg.* in
ſecula ſeculorum, ſine vlla limitatiooe, aut præfinitione
tempoiis, & per Alex. *conſ. 53. n. 13. vol. 6.* Soc. *conſ. 12. col. pen. &
conſ. 37. col. 1. vol. 3.* Dec. *conſ. 38. col. 2.* & Decian. *reſp. 34. n. 57. vol.
3.* qui loquitur in fortioribus terminis, ponderans illam di-
ctionem, *perpetuo.* in prohibitione alienationis, ad indu-
cendum fideicommiſſum, quo fit, vt tanto magis pondera-
31 ri poſſit ad tollendum fideicommiſſum, † cum fieri debeat
interpretatio, vt euitetur fideicommiſſum, vt tradit Cra.
conſ. 180. Ceph. *conſ. 45. nu. 12.* Nat. *conſ. 200. ad fin.* Alba. *conſ. 29.
nu. 7. conſ. 31. num. 9.* & ego poſt alios *conſ. 117. nu. 65.* cum ſem-
per amplectenda ſit illa pars, per quam pronuntiatur pro
libertate bonorum, vt non ſubſit alicui fideic. ſubiecta,
quia eſt onus, & eius datio odioſa, & vt ibi dixi poſt Alcia-
tum *reſpon. 492. n. 31.*

Præterea cum ſecuta fuerit ratificatio & emologatio di-
ctorum fratrum, dicta clauſula poſita per arbitrum dici po-
teſt per dictas partes agitata, vt notab. inquit Signor. *conſ.
251. n. 2.* poſt enim dictam clauſulam in Laudo poſitam ſub-
ijcitur eius ratificatio & emologatio dictorum fratrum, vt
32 in copia mihi tranſmiſſa legitur. † Ratificatio namq; con-
firmat actum, vt ex nunc, & idem operatur, quod bonus
contractus, vt declarat Caſtr. *in l. 1. C. ſi maior. fact.* Alex. *conſ.
117. vol. 2.* Are. *conſ. 127. eximie doct. col. 1. & 2.* Rom. *conſ. 54. viſis.*
Andr. Sicul. *conſ. 42. illud. col. 7. verſ. & ſi dicatur. vol. 1.* Soc. *conſ.
15. col. 16. verſ. & per prædicta. vol. 1.* Dec. *in l. quod in initio. nu. 11. ff.
de reg. iur.* & Dec. *reſp. 16 nu. 12. vol. 1.*

Sexto, poſtquam ſopitum remanet ex prædictis allega-
tum fideicommiſſum, videndum eſt, quid de iure dicen-
dum ſit ſuper teſtamento dom. Angeli Orlandini: inſtituit
enim Luigium nepotem ſuum, filium quondam Bernardi
fratris ſui, & ſi decederet ſine filijs, (vt deceſſit) inſtituit
Franciſcum & Berlingerium, fratres, & filios olim Michae-
lis fratris ſui, nepotes ſuos æquis portionibus, & eorum fi-
lios maſculos legitimos, & naturales tantum, & ſi dicti
Francſ. & Berlingerius, ſiue eorum filij decederent ſine fi-
lijs maſculis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo caſu, inſti-
tuit Orlandinum & Petrum fratres, & olim filios Bartho-
lomæi Orlandini, æquis portionibus, & eorum filios ma-
ſculos legitimos, & naturales tantum. Et ſi non extarent fi-
lij maſculi legitimi, & naturales de prænominatis & deſcri-
ptis, tunc, & eo caſu inſtituit hoſpitale Innocentum Ciui-
tatis Florentiæ; iſta ſunt verba teſtamenti prædicti do. Aug.
ſuper quibus diligenter eſt inſpiciendum. Nam ex Fran. na-
tus eſt Andreas, qui deceſſit ſine filijs, ex Petro vero natus
eſt dom. Baccius & Ioannes, & ex Ioanne nati ſunt Orlan-
dinus, Ioannes & Fabius nepotes Baccij ſui patrui, qui con-
currere volunt cum eo in boois dicti Angeli, quæ pertine-
runt ad Petrum: at do. Baccius prætendit, ſe ſolum admitti
ad dicta bona, dictis nepotibus excluſis in totum.

In hoc igitur articulo video, quod do. Galuanus, Iudex à
quo, fuit in opinione, motiuando, quod dicti nepotes con-
currere debeant cum patruo: cum enim Petrus eſſet pater
33 do. Baccij, & auus do. Orlandini, & fratrum, † in ſucceſſio-
ne bonorum aui nepotes ſuccedunt ſimul cum patruo;
cum filius in hac ſucceſſione ſubintret locum patris, *§. cum
filius. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* ſecundo, quia licet Petrus de-
ceſſerit ante Andream, poſt quem vocatus erat, tamen
34 ſtante † fideicommiſſo, inter contrahentes inito, potuit
ſpem illius tranſmittere: licet enim fideicommiſſum debi-
tum ex vltima voluntate, pendente conditione, non trans-
mittatur, *l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. tol.* tamen
ſecus eſt in inducto per contractum, vt per Oldra. *conſ. 224.
n. 28.* Nec ſopitum fuit ex facultate alienandi data, cum tan-
tum conceſſa fuerit poſſe fieri inter ipſos filios Ioannis ſe-
nioris, vnde porrigi non debet ad eorum heredes, vltra
quod allegata renuntiatio † fideicom. facta fuit per lau- 35
dum, ex quo ſequi non poteſt renuntiatio fideicom. Soc.
iun. *conſ. 151. n. 18. vol. 2.* ex quibus promptus fuit, vt inquit do.
Galuan. ad reuocandam priorem ſententiam dominorum
arbitrorum, qua fuit ſolus do. Baccius admiſſus, excluſis ne-
potibus. Sed certe tutius illi fuiſſet, dictorum arbitrorum
numero quatuor ſententiam ſequi, potiſſime trium ex eis
Rotæ auditorum, quoniam firmius reputatur iudicium
plurium, quam vnius, quia facilius inuenitur, quod à pluri-
bus quæritur, *c. 2. 20. diſt. c. per hoc. §. verum de hæret. in 6.* & no-
tat per illum textum Dec. *in c. prudentiam. not. 3. de offic. deleg.*
Tot igitur priorum dominorum iudicum ſententiam ſe-
quens dico, quod agitur hic de fideicommiſſo dom. Ange-
li, diſpoſito in teſtamento ſuo claro, quod negari non po-
teſt: vnde tractatur de hereditate dicti Angeli, non autem
Petri, ab eo grauati reſtituere Hoſpitali Innocentium, ſi
noo extarent eius filij, quia per † fideicommiſſum ſuccedi- 36
tur teſtatori, non autem grauato, *l. coheredi. §. cum filio. ff. de
vulg. & pup. l. ſancimus. §. cum autem. C. ad Trebel. l. vnum ex fa-
milia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2.* & notat Bar. *in l. Marcellus. §.
quidam liberis. ff. ad Treb.* Roman. *conſ. 366. circa prin.* Iaſ. *conſ.
215. in 1. dubio. vol. 2. & conſ. 159. in prin. vol. 4.* Ruin. *conſ. 142. col. 9.
vol. 3.* Rube. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff de lib. & poſth.* & Nat.
conſ. 675. num. 24. qui reſpondent Socin. contrarium teneo-
ti, vt ego retuli ſecutus eos, *conſ. 250. nu. 19.* Idemque tradit
Crau. *conſ. 361. nu. 9. & conſ. 776. num. 3. per dictum §. cum filio.*
Purpur. *conſil. 395. num. 3.* & alibi ſæpe Doctores, quo ſtante,
domin. Orlandinus & fratres fuiſſe dicuntur abnepotes di-
cti Angeli, & ex † tranſuerſo ſecum coniuncti in ſexto gra- 37
du, & ille ſint eorum abpatruus, ſi arbor deſcriptus in in-
formatione videatur, *§. ſexto gradu. Inſtit. de gradib.* propterea
non poſſunt ſubintrare in locum Ioannis patris ſui, fratris
dom. Baccij, vt determinat Dec. *conſ. 1. col. 2.* vbi per rationem
prædictam, quod per fideicommiſſum ſuccedittur teſtatori,
dicit, quod vbi † agitur de ſucceſſione patrui magni, filius 38
non intrat in locum patris: nam tantum in duobus caſibus
filius ſuccedendo in locum patris ſubrogatur. Primus eſt,
quando agitur de hereditate aui, prout loquitur tex. *in §. fi-
lius. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* Secundus, quando agitur de
hereditate patrui carnalis tantum, vt eſt caſus *in §. reliquum.
in auth. de hered. quæ ab inteſt.* vbi Ang. *in tertio not.* formaliter
dicit, quod filius obtinet locum patris, quando tractatur
de ſucceſſione patrui carnalis tantum, ſecus ſi agitur de ſuc-
cedendo alijs tranſuerſalibus in vlteriori gradu poſitis,
quia tunc filius non intrat in locum patris, per illum tex.
quod dicit eſſe notabile, quia pridie fuit conſultum con-
trarium, & male. Et idem Bar. *in auth. poſt fratres.* per illum
tex. *C. de ſuis & legit.* expreſſe dicit, quod ſolum filius intrat
locum patris, quando agitur de hereditate aui vel patrui, i-
deinque Salyc. ibi. Alexan. *conſ. 44. col. 6. vol. 5.* & pulchre
Natta *conſ. 424. col. 1. & 2.* plures alios citans, & præcipue
motus per tex. clarum *in d. § reliquum.* vbi dicitur, *huiuſmodi
priuilegium, quod in ſuorum parentum iura ſuccedant, ſolum filijs
fratrum præbemus, & nulli alij perſonæ hoc ius largimur, quando
cum proprijs patruis ſuccedunt*; ſubditque aliam rationem, de
qua per eum, quæ fuit Decij *in d. conſ. 1. col. 2.* licet de illo men-
tionem non faciat: at hic noo agitur de ſucceſſione Petri, a-
ui dicti Orlandini, & fratrum, ſed agitur de ſucceſſione
Angeli teſtatoris, qui fuit eorum abpatruus, & illi abnepo-
tes fuerunt, vt dixi. Ergo non poſſunt intrare in locum do-
mini Ioannis eorum patris, ſed remanent in vlteriori gradu
domino Baccio, proximiore dicto Angelo, nec cum eo
concurrere poſſunt, vt vltra prædictos quoque tenuit Me-
noch. *conſ. 124. numer. 79. & conſ. 200. num. 74.* ad quæ ſe temit-
tit in hac cauſa. Idemque firmat Clar. dom. Bonſius in 4. &
vltimo fundamento poſt allegatos per eum, qui videri
poſſunt.

Secundo confirmatur, quia teſtator vocauit Orlandi-
num & Petrum fratres æquis portionibus, & eorum filios,
vbi pariter intelligi debet, æquis portionibus, vt æqualiter,
& eodem tempore cum patribus eorum ſuccederent, dum
eſſent

Digitized by Google

eſſent tranſuerſales à teſtatore, vt tradunt Bald. & omnes in *l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & poſth.* vbi Soc. *num. 8. verſ. tertium caſu.* Iaſ. & Rub. *num. 128.* & Picus *conſ. 74. num. 11.* quos D. Menochius citat: ergo non intellexit de filijs Ioannis, nepotibus Petri, qui cum D. Baccio non ſuccederent æqualiter, & ſic in capita, ſed in ſtirpes, *d. §. cum filiis.* Igitur datur intelligi, quod ſentire voluerit de filijs Orlandini & Petri, qui bene cum patribus ſuis æqualiter potuiſſent ſuccedere; & ſic de D. Baccio & Ioanne tantum, non autem de fratribus iſtis filijs Ioannis.

Tertio comprobatur, quia teſtator vocauit Orlandinum & Petrum fratres, & eorum filios maſculos legitimos
39 & naturales † tantum, quæ dictio eſt excluſiua omnium aliorum caſuum & perſonarum, vt not. Bar. in ſimili de hac dictione *tantum, in l. ſi quidem, C. de tranſ. & in l. rationes, C. de prob.* cum plurib. quos cumulat Dec. *reſp. 86. nu. 48. vol. 3.* Itaque dicuntur excluſi dicti nepotes aduerſarij, ſolusq; Baccius cenſetur admiſſus iure accreſcendi, ex quo Petrus & Ioan. deceſſit pendente conditione, parsque ſua fuit facta caduca, *l. vnica, §. pro ſecundo, C. de cad. tol.* Picus *in d. conſ. 74.* & Menoch. *hic.* Nec dicatur, illam taxatiuam, *tantum*, fuiſſe adiectam per teſtatorem ad qualificandum præcedentia verba, legitimos, & naturales, vt excluderet naturales ſimpliciter, adulterinos, inceſtuoſos, ſpurios, & id genus; quia ſine taxatiua, *tantum*, ſatis illi remanebant excluſi, cum non eſſent legitimi; imo nec adulterini, & ſimiles nomen filiorum merebantur, *auth. ex complexu, C. de inceſt. nup.* vnde pro-
40 pter tales illa taxatiua fuiſſet † ſuperflua, quod nequaquam dicendum, *l. ſi quando, in prin. ff. de leg. 1. c. ſi Papa, de priuil. in 6.* Quinimo multa conceduntur, ne diſpoſitio ſit ſuperflua, quæ alias non concederentur, vt per Iaſ. *in l. 1. n. 50. ff. de offic. eius* cum pluribus concordantib. per Dec. *conſ. 47. n. 2. conſ. 48. n. 2. & conſ. 69. nu. 4.* fuit igitur appoſita dictio, *tantum*, ad denotandum gradum primum filiorum Orlandini & Petri, non autem vlteriores, quales ſunt iſti filij Ioannis, quibus taxatiua *tantum* conuenit, cum ſi voluiſſet vlteriores comprehendi, debuiſſet dicere, *& eorum, & prædefunctorum filios*, quod nequaquam dixit in caſu noſtro teſtator.

Quarto comprobatur adhuc hæc concluſio: nam teſtator ſubiunxit, *& ſi non extarent filij maſculi legitimi & naturales de prænominatis & deſcriptis.* Sed prænominati & deſcripti fuerunt Orlandinus & Petrus, reſpectu cuius Petri, miſſo Orlandino, qui non habuit filios, extiterunt filij D. Baccius & Ioannes, qui bene fuerũt filij dicti Petri prænominati, & deſcripti, at dicti filij Ioannis aduerſarij non ſunt filij ex Petro prænominato & deſcripto, ſed nepotes illius; ergo non veniunt appellatione nepotum, vt voluit Bar. *in l. liberorum, col. 3. ff. de verb. ſig. & in l. Gallus, §. inſtituens, col. 2.* & poſt eum Alex. Iaſ. & alij, *ff. de liber. & poſth.* Anch. *in clem. 1. de baptiſ.* Cur. iun. *conſ. 121.* alijque numeroſi, quos citat Ant. Gabr. *lib. 6. de verb. ſign. concl. 1. n. 70.* & ego *conſ. 173. nu. 9.* ſicut & *conſ. 457. n. 33.* poſt Goz. *conſ. 4.*

41 Quinto non prætereo, quod † quando tempore, quo cedit dies fideicommiſſi, extat filius & nepos, vtique cum verificari poſſit in filio, non verificatur in nepote; ita tradit Angel. Aret. *in §. fin. Inſt. qui teſt. tutor. dari poſſ.* Corn. *conſ. 192. col. 1. vol. 3. & conſ. 307. col. 2. vol. 1.* Goz. *conſil. 36. col. 2.* Pariſ. *conſ. 31. col. 3. conſ. 86. col. 7. vol. 2.* & in alijs locis, cumulatis per d. Gabrielem *num. 73.* ſed tempore quo ceſſit dies fideicommiſſi per mortem Andreæ ſine filijs, & ſubinde Petri, repertus fuit D. Baccius eius filius, & nepotes iſti, dicti Petri, præmortuo Ioanne; ergo non veniunt appellatione filiorum dicti Petri, ſed ſolus D. Baccius filius eius admitti debet:
42 tunc enim † nepotes appellatione filiorum non veniunt, niſi quando diſpoſitio non poteſt in filijs verificari, etiamſi conferatur in futurum euentum, vt not. Bar. *in d. l. liberorum, col. pen.* Bal. poſt Iac. de Rauen. & Cyn. *in d. §. inſtituens.* & ibi Soc. *in fin.* ſicut & Cland. Aquenſ. *col. pen.* Alex. *conſ. 9. col. 3. & conſ. 105. col. 2. vol. 1.* pluresque cumulati per dom. meum Marcum Brun. Anguil. *conſ. 61. n. 83. penes eam.* Et hanc partem tenendo pro D. Baccio non obſtant motiua D. Galuani: nam primum fundatur in erroneo, quod agat hic de ſuccedendo D. Petro auo, quo caſu nepos intrat in locum patris, & cum patruo ſuccedit; negatur enim tale præſuppoſitum; quia tractatur hic de ſuccedendo Ang. per fideicommiſſum per iſtos aduerſarios abnepotes ſuos, quo caſu non intrant in locum patris, vt dixi ſup. poſt Dec. *conſ. 1. cum alijs ci-*
tatis. Nec potuit eſſe locus † tranſmiſſioni: cum enim Pe- 43
trus deceſſerit pendente conditione fideicommiſſi, vt fatetur ipſe dom. Galuanus, ſpem illius tranſmittere non potuit, *l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de cad. toll.* gl. communiter recepta *in l. vnica, §. de his qui ante aper. tab.* Ioan. Duran. *de arte teſtan. tit. 5. caut. 23.* Rub. *conſ. 8. n. 5. conſ. 25. col. 2.* D. meus Rimin. *conſ. 283. nu. 12.* & idem gl. *in l. heredes mei, §. cum ita, in verb. ſuſcepiſſet, ff. ad Treb.* vbi pariter Alex. Ripa, Soc. iun. & o-
mnes teſtantur eſſe † commun. & Rom. *conſ. 27.* dicit hoc eſ- 44
ſe indubitatiſſimum. Sed & aliud accedit: nam vt † trans- 45
miſſioni ſit locus, oportet vt hereditas ſit aſcendentis, & quod ille, in quem tranſmittitur, ſit de deſcendentibus transmittentis, & quod transmittens ſit de liberis, vt hæc habentur per gl. Caſtr. & alios *in d. l. vnica, C. de his, qui ante aper. tab.* Sed hæc hereditas non erat aſcendentis Petri, ſed tranſuerſalis, videlicet Ang. teſtatoris, nec transmittens, videlicet Petrus, erat de liberis aut deſcendentibus dicti Angeli, ſed tranſuerſalis, vt nepos ex fratre ſuo: quare ceſſant fundamenta do. Galuani, velut extra caſum noſtrum: & in
quantum dicebat, † fideicommiſſum conditionale non 46
tranſmitti, ſi diſpoſitũ fuerit ex teſtamento, ſecus ſi ex contractu, vt per Oldr. *conſ. 224. nu. 28.* Primo aduerti debet, aſſumptũ non eſſe verum, quia per cõtractum fideicommiſſum induci nõ poteſt, & vbi poſſet, fuit ei renunciatũ, vt ſupra dixi. Secũdo retorquet Oldrad. *in d. conſ. 224. paulo ſup. n. 26.* vbi loquens de iure primogenituræ, illud æquiparat iuri accreſcendi, q tranſmittitur, nec obſtat, quod ius nõ delatum, nec quæſitum non tranſmittitur, *l. vnica, §. pro 2. C. de cad. toll.* quia loquit in his, quę non erãt debita, nec quaſi, & poterant ſimplici volũtate eius, de cuius hereditate agit, tolli; cum ambulatoria ſit vlt. voluntas vſq; ad extremũ vitæ exitũ. Hactenus Oldra. loquitur de fideicõ. inducto ex vlt. voluntate, q pendente conditione non tranſmittitur, dũ vero ſubdit de iure primogenituræ, & dicit, quod debeatur ex beneficio cõſtitutionis, & ideo tranſmittit, & per hoc non
obſtat *l. vnica, C. de his qui ante aper. tab.* nam eſt † differentia, 47
an aliquid debeatur conditionaliter in ſpe alicui, ex vltima voluntate, an ex contractu, ſeu prouiſione Principis: nam vbi debetur ex vltima voluntate ante cõditionis euentum, moriente eo, cui debetur, non tranſmittitur, ſecus, vbi aliquid debetur ex contractu ſub conditione, quia moriens ante conditionis euentum bene tranſmittit, *§. ex conditionali, Inſt. de verb. obl.* Ita Oldradus ibi, qui nõ dicit, fideicommiſſum deberi ex contractu ſub conditione, & tranſmitti, ſed de illo ſupra dixit inducto ex vlt. voluntate, quod non tranſmittatur, poſtea vero loquitur de iure primogenituræ, quod debetur ex conſtitutionis benefic. bene tranſmiſſibili, ſicut alia iura conditionalia debita ex contractu, non autem loquitur de fideic. debito ex contractu tranſmiſſibili, vel non; ſed de alio iure debito ex contractu tranſmiſſibili, ad differentiam debiti ex vlt. voluntate non tranſmiſſibili: & propterea non debet aſſeribi Oldrado, quod vere non dixit. Et in quantum dicebat dom. Galuanus, fideicommiſſum non fuiſſe ſopitum ex facultate alienandi conceſſa, quia reſtricta fuit inter ipſos, bene reſpondet D. Bonſius. Imo vero talis exceptio, *niſi inter ipſos*, dedit facultatem Ang. diſponendi, vt fecit in teſtamento, nec illa verba, *inter ſe ipſos*, reſtringi debent ad primos, imo latius capi debent, vt relata ad præcedentia, ibi, *eſſe debeant & permanere inter here-*
des dicti quondam Ioannis, quod † verbum, *heredes*, late patet. *l.* 48
heredis appell. & l. ſciendum, ff. de verb. ſign. nec quicquam facit, quod renuntiatio fideicommiſſi non potuerit per laudum induci, cum fuerit ſecuta ratificatio partium, vt ſupra dixi.

Præterea vanum eſt inſiſtere ſuper alleg. fideic. per contractum, quod induci non potuit. Sed vis tota verſatur in inducto per Angel. ex teſtamento ſuo, quod bene deſeruit D. Baccio, & eius nepotes excludit, vt ſup. dixi poſt excellen. D. Bonſium & Menochium, in quorum ſententiam, vt à iuri conſonam, deſcendo. Hippol. Rimin. Ferrar.

Pro dominis Bernardino, Matthæo, & Franc. de Corteſiis de Bagnacaballo.

ARG. Statuto diſponente, quod filiæ non ſuccedant cum fratribus & fratrum filiis, an admittantur, non exiſtentibus fratribus, nec fratrum filiis, ſed ſolum patruis, ſi in ſtatuto dicatur, quod debeat intelligi, vel obſeruari, prout verba ſonant. Et quod ſtatutum locum habere debeat vſque ad quartum gradum. Item an per non vſum, ſeu contrarium vſum ſtatuta tollantur.

SVMMARIVM.

1 *Filia à ſtatuto excluſa, extantibus filiis, an admittantur filiis non extantibus, ſed collateralibus tantum, videlicet patruis. nu. 2. & 29*

3 *Filia propter agnatum à ſucceſſione excluſa an ab agnato in pari gradu exiſtente ſaltem excludatur, vel etiam à remotiori. & nu. 4.*

5 *Si in ſtatuto dicatur, quod debeat ſaltem intelligi prout eius verba ſonant, an tum nulla admittatur interpretatio & n. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

12 *De ſtatuto Ferrariæ in aliis locis ſeruandis. & nu. 13.*

13 *Expreſſio fit tribus modis*

14 *Cum ſtatutis habetur determinatio, non eſt vlterius inueſtigandum.*

16 *An ſtatutum tollatur per non vſum, ſiue contrarium vſum & nu. 17. Licet non fuerit ei contradictorie obtentum quicquid nonnulli ſenſerint nu. 18.*

19 *Ratio ſtatuti fœminas excludentis attendenda, & quænam ea ſit. num. 20. & ſeqq.*

20 *Ea que ratio habetur pro expreſſa, & ex ea potest argui. tanquam ex cauſa finali*

23 *Succeſſio imprimis conceditur liberis, quorum eſt prima cauſa.*

24 *Cauſa propria quæ dicatur, de que eius efficacia. nu. 25. & ſeqq.*

31 *Ratio conſeruandæ agnationis habetur pro expreſſa in ſtatuto excludente fœminas. nu. 32.*

33 *Et cum talis ratio ſit generalis conſeruandæ agnationis, debet omnes caſus includere, licet in vno ſit maior ratio, quam in alio.*

CONSIL. DCCXLIX.

CVm deceſſerit inteſtatus dom. Hippolytus Corteſius de Bagnacaballo, relicta ſuperſtite dom. Deianira filia ſua, & dom. Bernardino, Matthæo, & Franciſco, fratribus defuncti, & patruis dictæ dominæ, prætendit illa ſola patri ſuccedere, per ſtatutum Bagnacaballi *de ſucceſſ. ab inteſt.* dicti vero fratres aſſerunt, ea remota, ſe admitti per ſtatutum Ferrariæ, *de ſucceſſ. ab inteſt.* quare quæritur, quid iuris? Super quo puncto prima conſideratione videretur dicendum, pro dicta filia reſponderi debere; nam ſtatutum Bagnacaballi dicit, quod filiæ fœminæ non ſuccedant cum fratribus maſculis, nec cum filiis fratrum, igitur à contrario ſenſu diſponit, quod illis non extantibus ſuccedant, prout hic non extant aliqui fratres, nec filii fratrum dom. Deianiræ, ſed patrui tantum, ſicq; in ſimili ſtatuto Gozadinus arguit
1 *conſ. 37. nu. 7.* vbi dicit, quod cum per † ſtatuta plebis in ſenſu directo diſponatur, quod ſtantibus liberis maſculis non admittantur fœminæ, igitur à contrario ſenſu, eis non extantibus, admittuntur, idq; confirmat Gozadinus *inferius*
2 *nu. 12.* dicens, quod ſi per † ſtatutum excluduntur fœminæ à paterna ſucceſſione propter liberos, non debet interpretatio fieri, quod excludantur à collateralibus maſculis, cum collateralibus non ſit debita ſucceſſio, ſicut deſcendentibus, vt not. *in l. fratres. C. de inoffic. teſtam. & in auth. de hered. ab inteſt. ven. in prin.* Etſi igitur dom. Deianira excluderetur à fratribus ſuis, vel eorum filiis maſculis, ſi extarent, non tamen inde ſatis bene infertur, quod eis non extantibus excludi debeat à patruis ſuis extantibus, ratione prædicta.

Secundo, pro d. domina deſeruire videbatur doctrina Cornei *conſ. 125. incip. alias. col. 2. vol. 4.* quem refert Brun. *in*
3 *tract. quod ſtant. maſcul. art. 12. n. 248.* vbi dicit, quod † ſi ſtatutum excludat fœminam propter agnatum, vel maſculum, qui de iure communi ſuccedere poteſt, non excluderetur propter omnem agnatum, ſeu maſculum, ſed propter eum tantum, qui ſit in pari gradu, & concurrat in ſucceſſione de iure communi, cum fœmina excluſa à ſtatuto, non autem
4 per remotiorem; quia in dubio † ſtatutum debet intelligi taliter, quod non contingat, fœminam per maſculum vel agnatum remotiorem excludi; at in caſu noſtro filia, quæ per ſtatutum prædictum excluditur per fratres, vel filios fratrum, qui ſecum concurrerent de iure communi, *in auth. vt fratrum filii.* non debet excludi per patruos ſuos, qui ſunt in gradu remotiores, cum fratres ſui ſint in ſecundo gradu, *Inſt. de grad. §. ſecundo gradu.* & illis ſublatis filii eorum intrant in locum ſuum, *§. reliquum. in auth. de hered. ab inteſtat.* & ibi not. Angel. *cum ſimil.* per Dec. *conſ. 1. col. 2.* Ergo per eos fœmina deberet excludi, † licet id ſtatutum non diceret, vt late 5
ponit Brun. *in d. art. 12. n. 202.* patrui vero dictæ dominæ ſunt in tertio gradu, *§. tertio gradu. Inſt. de grad.* ergo per eos excludi non debet.

Licet tamen hæc aliqualiter facere videantur pro dicta dom. Deianira, nihilominus in ſententiam contrariam pro patruis ego deſcendo; moueor: nam mihi præſupponitur in allegationibus excellentiſſimi domini Hannibalis Corteſii extare Bagnacaballi ſtatutum † generale, quo cauetur, 6
quod omnia & ſingula ſtatuta Bagnacaballi in omnibus eorum partibus obſeruentur, prout litera iacet & ſonat, & ſine aliqua interpretatione, ſubauditione, & gloſſatione; quo ſtante, vt ille dicit, ſtatutum *de ſucceſſion. ab inteſtat.* dicti loci non debet extendi, nec interpretari, niſi prout iacet ad literam, quia de litera dicitur, quod † corporeis oculis videtur, & legi poteſt, non quod ſolo intellectu percipitur, *l. 1. ff. de his, quæ in teſtament. delen.* ita Bald. *in l. 2. Cod. de patr. qui fil. diſtr. column. 3. verſicul. ſi autem deſiderat verba. in authent. ſi qua mulier. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* & Angel. *in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum.* dicens, quod † tali caſu ſtatuta non trahentur etiam ad benignum ſenſum vel intellectum, niſi prout litera ſonat, ſequitur Iaſon *conſil. 50. volumin. 1.* Socin. iun. *conſil. 16. numer. 6. volumin. 1.* Roland. à Valle *conſil. 62. numer. 36. volumin. 3.* & idem Iaſ. *in authent. quas actiones. Cod. de ſacroſan. eccleſ.* ſicut & Brun. *in tractat. quod ſtant. maſcul. in 12. articul. numer. 205.* at † argumentum à contrario ſenſu, quod ex dicto ſtatuto *de ſucceſſion. ab inteſtat.* vellemus colligere, oculate legi non poteſt, ſed tantum prouenit ex mente diſponentis, vt tradit Alciat. *in l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum ſignificat.* dominus meus Riminald. *in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd.* & ibi dixi *nu. 291. in lectura imprimenda,* ergo ſtante dicto ſtatuto generali, volente, quod ſtatuta obſeruentur prout litera iacet, dici non poteſt, nec argui, ſi filiæ non ſuccedunt cum fratribus, & filiis fratrum; ergo remotis illis, & extantibus patruis, à contrario ſenſu, ſuccedunt, quia tale argumentum & exiſtentia patruorum, & admiſſio tali caſu filiarum non legitur, nec oculis corporeis perſpici poteſt.

Secundo confirmatur ex eo, quod inquit Brun. *in dict. tractat. quod ſtant. maſcul. in 7. articul. ſub numer. 20.* vbi declarando Caſtrenſem *in l. lege duodecim tabularum. Cod. de leg. hered.* de ſtatuto loquente † de vitrico & priuigno, quod in vno diſponentis debeat habere locum in alio, ratione correlatiuorum: nam dicit Butrius, quod vbi † adeſſet in volumine ſtatutorum vnum ſtatutum diſponens, verba ſtatutorum debere intelligi ad literam, vel præciſe, tunc ſtatutum non traheretur ad aliud correlatiuorum, in quo non eſſet expreſſe prouiſum, ſecundum Baptiſtam de San. Blaſio *in tractat. correlatiuor. in 5. part. 24. & 25. fallent.* propterea, quia talis extenſio fit ex tacito & ſubaudito intellectu, quamuis intrinſeco, & tacitus intellectus reiicitur, ſtante tali ſtatuto. Sic igitur dici debet in caſu noſtro de argumento à contrario ſenſu, quod habere locum non poſſit, ſtante dicto ſtatuto generali, quod ſtatuta debeant obſeruari, prout iacent ad literam, & ſonant; videlicet, quod filiæ, quæ non ſuccedunt, ſtantibus fratribus & filiis fratrum, per hoc, illis remotis, & extantibus patruis à contrario ſenſu, debeant admitti: repugnat enim dictum ſtatutum generale de verbis ad literam, vt ſonant, capiendis, quod remouet id argumentum. 10 11

Tertio me quoque mouet aduerſus hanc dominam finis dicti ſtatuti, dicentis, & hoc ſtatutum locum habeat vſque ad quartum gradum: præter enim fratres & filios fratrum, qui ſunt in ſecundo & tertio gradu, adiunt patrui pariter in tertio, & fratres patrueles, qui ſunt in 4. *Inſtit. de gradib. §. 3. & §. 4. gradu.* igitur illis extantibus filiæ non debent ſuccedere, ſi debet habere locum vſque ad quartum gradum,

dum, alias illa verba nihil operarentur, contra doctrinam
Baldi *in rubr. C. de contrah. emp. q. 9.* & hoc fundamentum be-
ne notandum eſt.

Quarto, poſito, quod ſtatutum prædictum in fine non
deſeruiret dictis patruis, cuius contrarium tamen eſt ve-
12 rius, eis potiſſime fauet † ſtatutum Ferr. *de ſucceſſionib. ab*
inteſtat. volens, quod ſi quis decedat, nullis relictis filijs ma-
ſculis, fratres perſonæ defunctæ excludant filias dotandas,
&c. ad quod ſtatutum literæ ducales ante ſtatuta Ferrariæ
volunt habere recurſum in omnibus caſibus, qui in poſte-
rum in quacunque ciuitate vel caſtro Sereniſſimi dom. Du-
cis contigerint, de quibus per ipſorum locorum ſtatuta ex-
preſſa & ſingularis mentio facta non fuerit: nam clarum
eſt, quod in dicto ſtatuto Bagnacaballi *de ſucceſſionib. ab in-*
teſtat. non eſt facta expreſſa, minuſque ſingularis mentio
13 de occurrenti caſu, probatur, ſi conſideramus † expreſſio-
nem, quæ fieri poteſt altero de tribus modis, vel verbis ge-
neralibus, vel ſpecialibus, vel ſingularibus, vt per Bartol. *in*
l. final. C. ſi contra ius. & per omnes *in l. 2. ff. de vulgar. & pupill.*
Alexand. *conſil. 155. volumin. 6.* generalibus, ſi diceret ſtatu-
tum, quod filiæ non ſuccedant, ſtantibus fratribus, ſecus a-
lijs agnatis; ſpecialibus, ſi diceretur, ſtantibus patruis; ſingu-
laribus, ſi nomina perſonarum requireret: at neutrum in
dicto ſtatuto verificatur, tantoque minus ſingularis men-
tio verificatur, quam Doctores in dictis locis appellant in-
diuiduam; ergo bene locus eſt ſtatuto noſtro Ferrariæ, di-
14 ctam filiam excludenti, † cuius determinationem cum nos
habeamus, non eſt vlterius inueſtigandum, Bald. *in l. Gallus,*
§. ſi eius. 2. not. ff. de lib. & poſth. Dec. *conſil. 418. col. 1. cum ſimil.* per
me *conſ. 178. n. 36.*

15 Quinto & vltimo tanto magis hoc † ſtatutum Ferrariæ
debet habere locum, non autem illud Bagnacaballi, quod
illud nunquam fuit vſu receptum ad fauorem filiarum, ſed
fratrum, & in iudicio, & extra iudicium, vt per varios teſtes
16 examinatos conſtat; ex quibus apparet, † per non vſum, ſi-
ue contrarium vſum, dictum ſtatutum ſublatum eſſe, nec
attendi debere, vt per Cyn. *in l. rem non nouam, Cod. de iudic. in*
l. final. Cod. de iure domin. impetrand. & in l. 2. numer. 8. Cod. quæ ſit
long. conſuetud. Abb. Alberic. & Iaſ. *in l. de quibus, numer. 32. ff. de*
17 *legib.* qui † communem teſtatur; & ego plenius *inſtit. de te-*
18 *ſtam. in princip. numer. 147.* & poſito, quod † aliqui voluerint,
hunc caſum contrarium fuiſſe determinatum in contradi-
ctorio iudicio, vt ibi per Tolent. *numer. 148.* & Alexand. *con-*
ſil. 132. column. penultim. volum. 1. & Pariſ. *conſil. 31. numer. 44. vo-*
lum. 4. tamen, vt ego dixi *numer. 179.* veritas eſt, & opinio
communis in contrarium, poſt multos, quos ibidem cu-
mulaui. Quare patet ex prædictis, rem claram reddi pro di-
ctis patruis, nec ita tenendo repugnat argumentum Goza-
dini *in dict. conſil. 37. numer. 12.* quod filiæ non debeant à col-
lateralibus excludi, ſicut à filijs, quia non ita debetur eis
19 ſucceſſio, ſicut deſcendentibus, quia debet † attendi ratio,
qua ſtatutum excluſiuum fœminarum fuit inductum, vi-
delicet fauor agnationis, vt in ea bona conſeruentur: hac e-
nim ſola ratione factum fuit tale ſtatutum, & communem
teſtatur Brun. *in dict. tractat. quod ſtantib. maſcul. articul. 3. nu-*
mer. 12. & prior eo Caſtrenſ. *conſil. 418. quod iſta mater, colum. 3.*
20 vbi dicit, quod † communis eſt opinio, quod cenſeatur fa-
ctum tale ſtatutum gratia domus conſeruandæ, atque ſub-
dit Brun. *num. 14.* hæc ratio veriſimilis eſt, & omnino conie-
21 cturanda, tanquam vnica & ſola: vbi † enim in ſtatuto non
exprimitur ratio, illa coniecturari debet, quæ potuit iuſtos
& ſapientes conditores mouere, *l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de*
excuſ. tutor. vnde Bal. *in l. maximum vitium, C. de lib. præter.* in-
22 quit, quod † habetur pro expreſſa, & ex ea poteſt argui tan-
quam ex cauſa finali, quod ex multis confirmat Brun. *num.*
15. quare cum dicta ratio agnationis conſeruandæ ſic mili-
tet in collateralibus agnatis, & maſculis, vt ſunt iſti patrui,
ad excluſionem dom. Deianiræ, ſicut in filijs, fratribus ſuis,
debet vtroque caſu ſtatutum locum habere. Nec obſtat ra-
tio Gozadini, quod ſucceſſio non ſit collateralibus debita,
ſicut deſcendentibus, quia certum eſt ſimul & eodem tem-
23 pore, † cum prima cauſa ſucceſſionis ſit liberorum, *§. ſed ſui,*
Inſt. de her. qual. & differ. ſed illis ſublatis debetur collaterali-
bus, *Inſtit. de agnat. ſucceſ. in prin.* & ſic ordine ſucceſſiuo.
Confirmatur: nam illa proprie dicitur † cauſa, cui ratio in- 24
eſt, ſi vero ratio non ineſt, non dicitur proprie cauſa, ſed ab-
uſiue; ita declarat Bald. *in c. monaſterium, de vit. & hon. cleric.*
per l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti, §. poſſum, in fin. nec probabilis eſt
cauſa, ff. de verb. obl. ſequitur Dec. *in c. cum ceſſante, de app. poſt*
prin. Pariſ. *conſ. 32. num. 53. volum. 1.* & Tiraq. *in tract. ceſſan. cau-*
ſa, 1. part. num. 1. at poteſt alicui deberi ſucceſſio, qui non ſit a-
gnatus, ſed extraneus inſtitutus, *l. extraneum, C. de hered. inſt.*
Vnde quia illi non ineſt ratio agnationis, ſed ſuccedit, quia
inſtitutus eſt, propterea illa inſtitutio non dicitur proprie
cauſa illius ſucceſſionis: ſed in collateralibus ineſt ratio ſuc-
ceſſionis eorum, quia ſunt agnati, igitur ratio agnationis
dicitur eſſe proprie cauſa ſucceſſionis eorum. Propterea,
poſito, quod non ita deberetur eis ſucceſſio ſicut filijs, ta-
men debent excludere filias propter cauſam, ſiue rationem
agnationis, quæ verificatur in eis, ſicut in filijs; † ratio nam- 25
que naturalis eſt tantæ vis atque potentiæ, vt ſola ſufficiat
ad deciſionem caſus occurrentis, *l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de*
excuſ. tut. & ad cuncta recte reſpondit Bald. *conſ. 38. Dom. Tho-*
mas, col. 2. vol. 1. & habetur pro titulo. Bal. *conſ. 401. caſus talis eſt,*
vol. 5. & ſeruanda eſt, etiamſi lex deficeret, *c. 2. requiris, in fin.*
de app. Abb. *in c. eccleſia ſancta Maria, col. 5. de conſtitut.* † & eſt 26
potiſſima in ſtatutorum interpretatione. Iaſ. *in l. ſi is qui pro*
emptore, num. 302. ff. de vſucap. Senat. Pedemon. *deciſ. 59. num.*
10. quæ latius poſui quoque *conſ. 67. num. 13. cum ſequen.* & vt
hic accommodata recenſere volui, quoniam poſito, quod
in ſtatuto Bagnacaballi de collateralibus non diceretur,
quod tamen falſum puto ex finalibus verbis ſup. 4. loco
ponderatis; tamen ſtante ratione agnationis vniformi eis,
ſicut filijs, debet habere locum filiarum excluſio, † quia vbi 27
militat eadem ratio, debet habere locum eadem iuris diſ-
poſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obl. l. fin. C. ad l.*
Fal. † non enim curandum eſt de caſuum diuerſitate, dum- 28
modo ſit in omnibus caſibus eadem ratio, gloſſ. *in l. ſed & ſi*
lege, §. item ſi rem, ff. de pet. hered. † illa namque debet attendi 29
tanquam lex communis ad omnes caſus, *can. conſuetudo, 1.*
diſtin. Crau. *conſ. 192. num. 2.* non enim dicitur lex extendi, ſed
enucleari, quando ſubeſt eadem ratio, *l. ſi poſtulauerit, §. ſed ſi*
negauit, ff. de adult. quam ad hoc propoſitum citat Oldrad.
conſil. 185. in fin. vnde Bald. *in l. de quibus, ff. de legibus.* inquit,
quod † vbi viget eadem ratio in pluribus caſibus, illa deci- 30
dit eos non per extenſionem, ſed ſicut genus comprehen-
dit ſpecies. Ita generalis ratio diuerſas ſpecies ſiue caſus in-
cludit, ergo vno expreſſo veniunt omnes, in quibus par ra-
tio viget, ſequitur Caſtr. *conſ. 441. col. penul. vol. 1.* & Bal. *in rubr.*
C. de naut. fæn. per tex. meliorem de corpore iuris *in l. his ſolu,*
verſ. ſatis etiam tacite cautum putamm, ſupra de reuoc. donat. & a-
lij per me *in dict. conſil. 67. num. 18.* citati, ſicut & Decian. *re-*
ſponſ. 46. num. 110. Et hæc quoque deſeruiunt in reſponden-
do *conſ.* Cornei *123. column. 2. volum. 4. ſupra citato*, quod filia
non intelligatur excluſa per agnatum remotiorem in gra-
du, prout ſunt patrui, reſpectu fratrum filiæ: nam dicta ra-
tio agnationis ſuadet contrarium, & ita conſuluit Fulgoſ.
conſ. 34. tenor conſuetudinis, in ſecundo dubio, num. 5. inter conſ.
Curtij, cui ſe ſubſcripſerunt Signorol. & Cumanus; & licet
Brun. *in d. art. 12. num. 226.* pugnet in contrarium, quia, vt ille
dicit, non eſt par vel tanta ratio in remotiore, vt excludat
fœminam, quæ eſt in proximiore: tamen ei conſentire non
poſſum, ex eiuſdemmet dictis *eod. loc. nu. 221.* dicentis, quod
ſecundum † veriorem & magis communem ſententiam 31
ratio præſeruandæ agnationis habeatur pro expreſſa in ſta-
tuto. Et bene eſt licita extenſio, imo, vt inquit Bal. non dici-
tus fieri extenſio, ſed ſubeſſe interpretatio intellectiua, ſeu
declaratiua, vt dixit Bal. *in l. maximum vitium, col. 4. C. de lib.*
præter. & † hæc dicitur eſſe vnica ratio conſeruandæ agna- 32
tionis, quando ſtatutum præfert maſculos fœminis, & eas
excludit à ſucceſſione maſculorum, (vt in caſu noſtro) vt
tradit Caſtr. *conſ. 339. præſuppoſito, quod d. ſtatutum, in antiq. a-*
lias conſ. 91. vol. 2. in nouiſ. quem ſequitur Decian. *reſp. 46. num.*
107. volum. 2. taliſque præſumitur fuiſſe ratio ſtatuentium, li-
cet non fuerit expreſſa, ſecundum Bal. de quo ſupra cum
ſimil. per Alex. *conſ. 20. viſo proceſſu, col. 2. & conſ. 80. viſo, & opor-*

3 *rune.vol.1.* vnde † cum talis ratio agnationis conſeruandæ ſit generalis, deber omnes caſus includere, licet in vno ſit maior ratio, quam in alio, vt prætendit Brun. in filijs, quam in collateralibus, *L.1. §. quod autem, ff. de aleat.* Dec. *conſ.5. col.1.* & ita remotis contrarijs ſtat firma concluſio pro dictis pactuis, ſiue conſideremus ſtatutum Bagnacaballi, vt ſuperius ego feci, ſiue eo remoto noſtrum Ferrariæ.

Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.

Pro quibusdam ſubſtitutis de Domo de Saxollo.

ARG. Filio inſtituto, eique ſine filiis deeedenti patruo ſubſtituto, eique pariter, ſi ſine filiis decedat, proximioribus agnatis maſculis ſubſtitutis, ſi patruum ſine filiis, teſtatoris autem filium relicta filia, decedere contingat, an ad ipſam vel proximiores agnatos hereditas pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator loquens ſimpliciter & geminate de filiis, an filias etiam comprehendere cenſeatur. & nu.2 3.4.10 & 17.*

5 *Teſtator in ſubſtitutione ſolos filios non maſculos vocans, cenſetur bona velle conſeruare in familia, & filias ac neptes excludere & nu 6.*

7 *Cum ſubſtitutus eſt filius, vel agnatus, tunc verba, ſine filiis, intelliguntur de maſculis tantum. & nu.8. & 9.*

10 *Teſtator cenſetur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti.*

11 *Fideicommiſſum ſubuerteretur ſi ſtante prohibitione alienationis per filium, & heredem ſuum, fœmina admitteretur quoquo modo.*

12 *Res ſubiecta reſtitutioni dicuntur tacite prohibita alienari. & nu 13.*

14 *Argumentum ſumitur de rebus ad perſonas.*

15 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

17 *Geminatio nil operatur, vbi ſecundus actus continet idem vitium, quod inest primo. & nu 18.*

CONSIL. DCCL.

EXcellens Phyſicus dom. Daniel Caula de Saxollo teſtamentum condidit, in quo dom. Genebræ filiæ ſuæ certam dotem reliquit, D. vero Laurentium filium ſuum heredem inſtituit, & ſi deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit D. Scipionem ipſius teſtatoris fratrem, & ſi dictus Scipio deceſſerit ſine filijs, voluit omnia bona ſua deuenire ad proximiores agnatos maſculos domus de Caulis; deceſſit teſtator, item dom. Scipio ſine filijs, demumque dom. Laurentius, relicta dom. Ludouica filia ſua, & proximioribus agnatis maſculis de Caulis ſubſtitutis, qui dicunt eueniſſe caſum fideicommiſſi, & ad bona ſibi relaxanda dictam dom. Ludouicam conueniunt, quæritur ergo, quid de iure dicendum ſit in prædicto caſu?

Ea vidi, libenterque legi, quæ duo celeberrimi Iureconſulti, dom. Petrus Paulus Caula, & dom. Alpheus Pampolinus eleganter & docte ſcripſerunt contra neptem teſtatoris pro ſubſtitutis, inprimis tamen mihi viſa fuit dubitabilis
1 eorum concluſio, quoniam cum teſtator † in ſubſtitutione facta Laurentio, & ſubinde Scipioni, de filijs ſimpliciter dixerit, id verificari videtur etiam in filiabus ad excluſionem ſubſtitutorum, vt in terminis voluit Io. Andreæ, Butr. & alij *in c. Raynaldus, de teſtam.* Anch. *conſ.110.* Alex. *conſ.55. in fin. vol.3.* Dec. *conſ.15. in prin.* Pariſ. *conſ.18. col.1. vol.2. & conſ.41. col.2. vol.3.* Calcan. *conſ. 47. col. 3.* cum ſimil. ne ſim prolixior, quos cumulat Gabriel *lib.6. de verb. ſig. concl.6. n.8.*

Secundo confirmari videtur hæc opinio: nam teſtator in ſubſtitutione tam facta dom. Laurentio, quam dom. Sci-
2 pioni, † bis dixit, *ſi deceſſerit ſine filijs*, quæ geminatio filiorum ſic ſimpliciter facta videtur operari debere, quod fœminæ veniant ad excluſionem ſubſtitutorum, ſenſusque teſtatoris eſſe debeat, ſi Laurentius deceſſerit ſine filijs maſculis, vel fœminis, veniat Scipio: ſi vero Scipio deceſſerit ſine filijs maſculis, vel fœminis, veniant proximiores agnati maſculi, alias ſecus, probatur eo ſimili, quod dicunt Do-
3 ctores, † de filijs maſculis mentionem ſæpius factam, quæ virtute geminationis operatur, vt illi poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitiue vocati ad excluſionem ſubſtitutorum, talique caſu procedit deciſio Guid. Papæ *184.* quam refert Dec. *in l.1. C. de pact. num.16. conſ.270. nu.6.* & alibi ſæpe, vt refert Cra. *conſ.62. nu. 15.* cum multis à me cumulatis *conſ.21. num. 43.* potiſſime Cephal. *conſil. 251. num. 77.* qui dicit † eſſe 4
magis communem; & idem tradit Curt. iun. *conſ.43. num.7. conſ.48. nu.6.* Rub. *conſ.28. nu.6. conſ.31. nu.2. conſ.120. nu.3. conſ. 143. num.7.* Alciat. *reſp.476. num.6.* Alban. *conſ.86. num.11. conſil. 87. num.11.* Mantua. *conſ.22. num.69.* Gribald. *inter conſil. Portij conſ.40.* Decian. *ibidem conſ.46.* Fortun. *in l. Gallus, in prin. col. 32. ff. de lib. & poſth.* Galli. *in l. centurio. ff. de vulgar. & pup.* Burſat. *conſ.13. num.52.* Tobias Non. *conſ.23. nu.14.* & Gerar. Mazolla. *conſ.108. n.88.*

Licet tamen hæc aliqualiter pro dom. Ludouica facere viderentur, in ſententiam dominorum conſulentium pro ſubſtitutis deſcendo, moueor ex deciſione Rubei *conſ. 150. colum. 2.* vbi dicit, quod † cum teſtator in ſubſtitutione vo- 5
cauit ſolum maſculos, non autem fœminas, aperte deprehenditur, quod mens ſua fuerit, velle eius bona conſeruare in familia, & ſic excludere neptem ex filio, quia † vbi filia 6
excluditur fauore agnationis, eodem modo neptis cenſetur excluſa, vt tradit Bal. *in l. quod vero, in prin. verſic. quæro dicit ſtatutum, ff. de legib.* Caſtren. *conſil. 336. præſens caſus, col.2. in antiq.* Fulg. *in l. venia, C. de in ius voc.* Guil. Bened. *in c. Raynutius, in ver. duas habens filias, num. 176. de teſt.* & ego *conſil. 47. num.19.* poſt Gabriel. *lib.4. de ſubſtit. concluſ. 2.* at hic teſtator in inſtitutione vocauit Laurentium, & in ſubſtitutione Scipionem, non autem fœminas; imo propriam filiam excluſit, relicta tantum dote, ergo pari modo Ludouica neptis cenſetur excluſa, dum teſtator Scipioni ſubſtituit proximiores agnatos maſculos domus de Caulis, & ita Rol. à Val. arguit *conſ.82. n.28. vol.3.*

Secundo confirmatur hæc concluſio pro ſubſtitutis contra neptem per doctrinam Caſtrenſis *conſil. 79. in antiquis, alias 410. in nouiſ.* Caſus iſte frequentes, vbi determinat, quod † quando ſubſtitutus eſt filius, vel agnatus, tunc illa 7
verba, ſine filijs, intelliguntur de maſculis tantum ex coniecturata mente teſtatoris, quæ cenſetur fuiſſe, quod bona conſeruentur in agnatione: ſi vero ſubſtitutus eſt extraneus, & tunc illa verba comprehendunt etiam fœminas, & illam diſtinctionem plurimi ſequuntur, quos ego retuli *conſilio 47. num. 17.* & infinitos aggregat Rolan. à Valle *in d. conſil.82. num.33.* qui ponderandus eſt cum myſterio: nam licet † Caſtrenſis loquatur, quando ſubſtitutus erat de de- 8
ſcendentibus teſtatoris, vt alter filius, tamen ampliat cum Rol. quando vel erat agnatus, quod etiam clare dicit Dec. quem non citat *in conſ.370. col. 2.* dum conſiderat † duos ca- 9
ſus; primus eſt, quando ſubſtitutus eſſet filius teſtatoris, vel alius, qui eſſet de agnatione & familia teſtatoris; ſecundus, quando ſubſtitutus eſſet extraneus, vel eſſent filiæ ſubſtitutæ, in quibus agnatio teſtatoris non conſeruatur; & primo caſu dicit, quod procedit deciſio Caſtren. *in d. conſil.79.* qui fundatur in ea ratione, quia teſtator cenſetur habuiſſe reſpectum ad agnationem ſuam, & voluiſſe, bona ſua remanere in familiam ſuam: hæc enim ratio militat etiam in agnatis maſculis ſubſtitutis, ſicut in filijs deſcendentibus, & nos clare verſamur in iſto caſu, quia Laurentio decedenti ſine filijs ſubſtitutus fuit Scipio frater teſtatoris agnatus, Scipionique decedenti ſine filijs ſubſtituti fuerunt proximiores agnati maſculi domus de Caulis; igitur illa verba, ſine filijs, debent intelligi de maſculis, non autem etiam de fœminis ad excluſionem ſubſtitutorum.

Tertio prædictis accedit ſtatutum Saxolli fœminas excludens, vt dicunt domini, quod operatur, vt illa conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, vel expreſſa, vt hic vel ſubintellecta, vt in caſu *l. cum auus, ff. de cond.* & intelligatur de maſculis, quia † teſtator cenſetur, ſe voluiſſe conformare cum diſpo- 10
ſitione ſtatuti; ita Caſtren. *in d. conſ.79. in d. l. cum auus, & alij per me cumulati, in d. conſ.47. num. 20.* ad quos Lectores delego breuitatis cauſa, cum videri poſſint in eo.

Quarto nouiter ego conſidero, quod † teſtator iuſſit & 11
mandauit, nihil de bonis & hereditate prædicta poſſe vel debere per dictum filium & heredem ſuum alienari, vel aliqualiter diſtrahi, ergo per dictam prohibitionem alienationis filia d. Laurentij neptiſque teſtatoris non cenſetur comprehenſa ſub illis verbis, ſed excluſa, cum alias fideicommiſſum ſubuerteretur, vt ſignanter arguit & tenet Iaſ.

conſil.

conſil.130.col.5.vol.2. & Albanus *conſil.21.ad fin.* quos ego ſequor *in d.conſil.47.num.24.*

Quinto quoque conſidero, quod in hoc fideicommiſſo reſultat duplex prohibitio alienationis, legalis tacita,
12 quia † res ſubiectæ reſtitutioni dicuntur tacite prohibitæ alienari *auth. res quæ, C.commun.de legat.* Item concurrit expreſſa prohibitio alienationis, quam ſubiunxit teſtator: ſicut ergo tali caſu res nec ex cauſa dotis, nec ex alia cauſa per-
13 miſſa poſſent alienari, propter concurſum † duplicis prohibitionis alienationis, quæ potentius operatur. *§. ſanctiſſimus, in auth. de non alien.* Corn. Alex. & Imol. *in l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1.* Ruin. *conſil.123.num.12. & conſil.147.num.14. volum.2.* Cephal. *conſil.136.num.39.* pari modo ſub illis verbis, ſi deceſſerit ſine filiis, comprehendi non debent fœminæ forſan alias permiſſæ comprehendi propter duplicem prohibitio-
14 nem alienationis, † argumento ſumpto de rebus ad perſonas valido, *l. qui furere,* & ibi Bald. & Alber. *ff. de ſtat. hom. & in l. ſi quis inquilinos, §. ſi ita legatum, ff. de leg. 1.* cum ſimil. per Euerard. *in loco à re ad perſonas, & econtra.*

Sexto non prætereo, dato quod ſub illis verbis, ſine filiis,
15 alias poſſent contineri filiæ, tamen quia illud eſſet † tacitus intellectus tantum, ceſſare deberet, nec admitti propter expreſſionem factam de maſculis ſubſtituendo Laurentio Scipionem, & Scipioni proximiores agnatos maſculos domus Caulæ; quia expreſſum facit ceſſare tacitum, *l. cum ex filio, §. filio, ff. de vulg. & pup. l. 2. §. ſi duo, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Alexand. *conſil.14.num.4.vol.7.* Soc. *conſil.47.col.2.volum.1.* & Crauet. *conſil.480.num.4.* multis ergo reſpectibus hæc dom. Ludouica debet ab his bonis excludi, quæ petunt ſibi relaxari proximiores agnati maſculi de Caulis ſubſtituti. Et hanc partem tenendo non obſtant contraria: nam quo ad primum, quod mentio de filiis facta ſimpliciter intelligi de-
16 beat, etiam de fœminis recipit vnam † limitationem, ſi ſecus de mente teſtatoris appareat, tunc enim conditio, ſi deceſſerit ſine filiis, intelligitur de maſculis tantum, vt notant Angel. & Sal. *in l. quicunque, C. de ſeru. fugit.* Andr. Sicul. *conſil.48.num.41.volum.4. conſiliatum Alexand.* Soc. *in l. cum acceſ. num.80. ff. de cond. & demonſt.* Pariſ. *conſil.41.num.14.volum.3.* Socin. iun. *conſil.90.num.14.volum.1.* Gabriel. *lib.6. de verb. ſign. concluſ.6.num.13.* & ego *conſil.250 num.29.* Sed hic conſtat de mente teſtatoris, quod ex quo propriam filiam excluſit ab hereditate, noluerit contineri fœminas ſub illis verbis ſine filiis ad excluſionem maſculorum ſubſtitutorum, ex fundamentis ſupra deductis: ergo contineri non debent. Ad ſecundum vero de geminatione dictorum verborum ſine filiis, quæ debet operari, quod filiæ comprehendantur, ſeu
17 neptes, aduerti debet, quod † vbi ſecundus actus continet idem vitium, quod ineſt primo, tunc geminatio nihil operatur, Bald. *in l. error, num.14. C. de iur. & fact. ignor. & in l.1.n.2. verſ. Iacob. Butrig. C. de iur. om. iud.* Alexand. *conſil.123.colum.4. verſ. ergo bene, volum.1. & conſil.125. tres fuerunt contractus, eod. vol. num.2.* Crauet. *conſil.815.num.20.* ſed primus actus ſubſtitutionis, factæ Laurentio ſi deceſſerit ſine filiis de Scipione, continet vitium, ne ſub illa conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, comprehendantur fœminæ propter filiam excluſam ab hereditate: ergo pariter ſecunda ſubſtitutio facta Scipioni de proximioribus agnatis maſculis, idem vitium continens, quod prima, nihil operari debet ex eius geminatione, & ita bene ſoluitur obiectum. Sed & aliter reſpondetur, quod ge-
18 minatio † nihil operatur, cum in actu geminato ineſt illa eadem ratio, quæ erat in ſimplici, *l. ſi mulier ſecunda, C. ad Velleia.* quam citat ad hoc Iacob. Nigrin. *in rubric. ff. de verb. obl. n.47.* ſequitur Tobias Nonius *conſil.7.num.9.* ſed in ſubſtitutione facta Laurentio ſi deceſſerit ſine filiis de Scipione, nõ continentur filiæ, ſeu neptes teſtatoris, tum propter filiam excluſam cum ex aliis ſupra deductis. Ergo nec in ſubſtitutione facta Scipioni ſub eadem conditione geminata, ſi deceſſerit ſine filiis, contineri debent filiæ, vel neptes propter eaſdem rationes, & ita in ſententiam dom. Conſulentium reſideo, veluti iuri conſentaneam: his paucis poſt eos cõtentus de ſubſcriptione requiſitus eorum dictis diligenter excogitatis.

Hippolyt. Rimin. Ferrariæ.

Pro dominis Franciſco & Hyſidoro de Ceſariis de Ceſena.

ARG. Tertio de re emphyteutica ab Epiſcopo inueſtito, an priores emphyteutæ, eorumve heredes in prima inueſtitura comprehenſi renouationem inueſtituræ ab Epiſcopo petere, & rei emphyteuticæ poſſeſſionem repetere poſſint, & an Epiſcopus ad talem renouationem, vel ad intereſſe teneatur. Item an locatione longi temporis ius in re quæratur, ita vt dominus eam, inuito primo conductore, alteri locare non poſſit. Et quid, ſi renouatio in prima inueſtitura promiſſa ſit. An pater vni ex filiis in inueſtitura comprehenſis, emphyteuſin aſſignare poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus, qui tertium de domo alias in emphyteuſin conceſſa, inueſtiuit, an prioribus emphyteutis, eorumve heredibus in prima inueſtitura comprehenſis, ad renouationem inueſtituræ, vel ad intereſſe teneatur, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Locatione longi temporis an quæratur ius in re, ita vt finito illo tempore ea res alteri locari nequeat.*

10 *Et quid ſi dominus in prima inueſtitura in ſcriptis promiſerit renouationem inueſtituræ finito tempore. num. 11. 12.*

13 *An valeat ſecunda inueſtitura noua contra ius primi conductoris, ſi ſit facta a ſolo iure tertij. & num. 14.*

15 *Princeps & ſucceſſores eius non poſſunt per nouam inueſtituram præiudicare iis, quibus ius eſt quæſitum ex prima inueſtitura.*

16 *Conceſſione rei emphyteuticæ facta de 29 annis in 29 annos, an teneatur dominus renouare finito tempore.*

17 *Contra dominum quæ actio detur.*

18 *Ad renouandam alienationem factam in extraneum ius competit descendentibus, comprehenſis in inueſtitura, vſque ad 30. annos. & num. 19. & ſeqq.*

19 *Alciati reſponſum, hanc materiam declarans. num. 20. & ſeqq.*

25 *Pater primus acquiſitor poteſt conſignare vni ex filiis comprehenſis in inueſtitura rem emphyteuticam, non attento aliorum præiudicio. n. 26 ſeq. maxime procedit in emphyteuſi noua quæſita pro ſe, & filiis, & nepotibus, ſine verbo heredibus. num. 27. 36. & 37.*

28 *Idem obtinet in feudo nouo acquiſito pro ſe, & filiis, quod pater poſſit de illo adhibitum diſponere in præiudicium filiorum, accedente domini tamen conſenſu.*

29 *Emphyteuſis facilius poteſt alienari, quam feudum.*

30 *Verba enunciatiua quando probent num 31.*

31 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio Inſtrumento, non probat, niſi illud exhibeatur: etiam ſi Notarius atteſtetur de eo ſe fuiſſe rogatum.*

32 *Mandatum procuratorium non probatur, Notario dicente in inſtrumento, talem eſſe procuratorem, vt conſtat ex tali inſtrumento, manu talis notarij, ab eo viſo, & lecto.*

33 *Inſtrumentum primum, tanquam origo, debet attendi, & non ſecundum factum in executionem primi allegati.*

34 *Contractus factus in executione vltimæ voluntatis non iudicatur, vt contractus, ſed vt vltima voluntas.*

38 *Res emphyteutica conceſſa alicui pro ſe, & filiis, ac nepotibus, non poteſt in extraneos transferri & num. 39. & 43.*

40 *Permiſſio alienandi, ex clauſula, ad habendum, alienandum, &c. intelligitur de alienationibus hominis, non legis; ſicut econtra prohibita alienatione hominis, non legis, alienatio prohibita cenſetur. & num 42.*

41 *Prohibitio alienationis extra familiam, non impedit quin ſuccedere poſſit ab inteſtato in tali re prohibita alienari, qui non eſt de familia.*

44 *Clauſula,* ad habendum, vendendum, *de ſtylo notariorum apponi ſolet in omnibus contractibus, & non alterat naturam contractus. num 45. nec operatur in præiudicium non nominatorum in contractu num. 47. & 48 49.*

46 *Vltima reſeruatio debet attendi.*

47 *Perſona extrinſeca non ſubaudit ur in contractibus.*

50 *Inueſtitura facta, pro ſe, filiis & nepotibus, ſine verbo, heredibus, filij & nepotes, non vt heredes, ſed vt filij & nepotes vocati cenſentur. num 51.*

52 *Argumentum valet regulariter de feudo, ad emphyteuſin, cum militat eadem ratio.*

53 *Feudum conceſſum pro ſe, filiis, & nepotibus, ſine deſcendentibus, non habetur à patre, nec ab alio inteſtato, ſed à domino directo.*

54 Lex cum à matre, C. de rei vend. *quando procedat.*

55 *Venditio præſumitur libera, nulla facta mentione de emphyteuſi, vel feudo.*

56 *Identitas rei probatur, cum confines, & bona allegata in inſtrumento conueniunt cum expreſſis in inueſtitura.*

57 *Venditio, aut rem conculcans alieni, videtur vendita eo iure quo erat.*
58 *Eoque magis, cum res tranſeat ad ſucceſſorem pro ſuo onere.*
59 *Donatio dicitur, remiſſio iuris competentis.*
Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, non comprehendun-tur fœmenæ.
61 *Exceptio, tua non intereſt, excludit à limine iudicij.*

CONSIL. DCCLII.

PRoponitur, quod Reuerendiſſimus Epiſcopus Ceſe-
næ inueſtiuit de quadam domo Franciſcum Caſarium
de Ceſena, pro ſe, filiis, & nepotibus, ad renouandum in
60. annis: qui Franciſcus quatuor habebat filios, Theſeum,
Bartholomæum, Antonium, & Iulium; in diuiſione bono-
rum facienda, dicta domus aſſignata fuit per patrem dicto
Iulio, qui eam alienauit in extraneum; poſtmodum de illa
inueſtitum, à dicto Reuerendiſſimo Epiſcopo. Cum vero
ex Antonio exiſtant duo filii, Franciſcus, & Hiſydorus, in
inueſtitura aui ta comprehenſi, qui renouari petunt de di-
cta domo, tertiumque poſſeſſorem cogi ad eius poſſeſſio-
1 nem ſibi relaxandã. Dubitatur nunc aduerſus eos, an † Epi-
ſcopus teneatur ad renouationem, vel ad intereſſe tantum
eorum, ſtante conceſſione facta. Tertio, vt declarat Ang.
conſil. 184. ex forma & ſerie, colum. 3. verſ. & illa verba. vbi lo-
quens de quadam fœmina iure liuelli inueſtita, pro 29. an-
2 nis ad renouandum, dicit, quod illa † verba, *ad renouandum*;
operantur, vt ſolum dicta fœmina poſſit agere cõtra ipſum
Abbatem ad ſuum intereſſe, non enim ius aliquod et quæ-
ſitum fuit ad renouationem petendam, nec in re, ſed ius
perſonale tantum. contra Abbatem & Angelum refert A-
lex. *conſil. 164. viſis duobus, colum. fin. verſ. per prædicta, volum. 2.*
eumque ſequitur, & confirmat Ruin. *conſil. 167. num. 13. & 14.*
vol. 1. & Hieronym. Gabriel. *conſil. 58. colum. 2.* Ego vero con-
trarium ſentio, & verius eſſe dico: nam Angelum damnat
3 in ſpecie Socin. *conſil. 99. colum. pen. volum. 1.* vbi loquens † de
datione ad liuellum de nouennio in nouennium, ſeu pro-
ut erat in caſu ſuo, de 29. annis ad 29. ann. dicit quod non
differat à contractu emphyteutico, vt per Bart. & Dd. *in l.*
4 *ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.* & † finito tempo-
re emphyteuſis, dominus teneatur renouare etiam nul-
lo pacto appoſito, quia alias diceretur iniuriam face-
re, vt per Bartol. Angel. & alios *in l. 1. §. permittitur, ff. de a-*
qua quotid. & in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. Roman. *conſil.*
22. & Horatius Mandoſius *in addit. ad eum*, copioſe, vtique ſi
5 renouatio † fieri debet etiam ex diſpoſitione legis, domi-
nus directus præciſe compelli debet, & poteſt, ad factum,
vt per regulam communiter receptam, tradit Bart. *in l. ſtipu-*
lationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. verſ. Celſus, num. 37. vbi
Iaſ. *num. 31.* dicit, quod cæteri tranſeunt, nihil addendo. Et
6 licet † illud, quod debetur, ex diſpoſitione legis, reducatur
in pactum, tamen adhuc quis præciſe tenetur ad factum,
vt ſubdit Socin. poſt Bartol. & alios *in d. l. ſtipulationes*, ergo
7 male † dicit Angel. quod emphyteuta agat ad intereſſe cõ-
tra prælatum, quaſi præciſe non ſit obligatus ad factum, &
ſic ad renouandum; quia imo compellitur, vt per Bart. & o-
mnes *in d. §. permittitur.* contra cuius & aliorum mentem
dixit Angel. *in d. conſil. 184.* vt ſubdit Socin. Sed & aliter re-
8 ſpondet Angelo, quod ex quo † dominus de facili extra iu-
dicium poteſt talem renouationem facere, ad tale factum
præciſe cogitur, vt voluit notabiliter Angel. met *in d. §. Cel-*
ſus, allegans Ioan. Andr. ita tenere *in addit. ad Speculat. in tit.*
de empt. & vendit. §. ſciendum addit. incip. de emptore loquitur. Et
hanc opin. quoque tenet Cuman. *in d. §. Celſus.* & Angel. *in*
l. ex ſtipulationibus, §. operarum, ff. de verb. oblig. omitto tres alias
reſponſiones, quas affert Socin. Angelo, quia inſtrumen-
tum inueſtituræ factæ Caſario non vidi, nec ſcio, an extet
Ceſenæ ſimile ſtatutum, quod extabat Ferrariæ in caſu So-
cini. quæ poterit dom. Aduocatus dictorum fratrum conſi-
derare. Sed bene non prætereo Ruinum *conſil. 168. col. pen.*
ſub num. 23. volum. 1. qui pariter reprehendit Angelum in di-
9 cto *conſil. 184.* quia † non eſt verum, quod finito tempore
29. annorum valuerit locatio alteri facta: quia vbi ex prima
locatione alicui eſt ius quæſitum in re, ſicut fit ex locatione
lõgi temporis, ex qua transfertur vtile dominium, vt not. *in*
l. 1. §. quod autem, ff. de ſuperfic. & in clem. 1. de reb. eccl. non alien. &
in c. nulli. eo. tit. finito tempore debet eidem relocari, & loca-
tio facta alteri, non valet propter ius quæſitum in re, vt eſt
text. & ibi not. Bald. *in l. nec cui, C. locat.* contra quem textum
dixit Angel. de quo mentionem non fecit, & pulchre qui-
dem loquitur ibi Bald. ſumens illum text. quod † non tene- 10
tur dominus eidem relocare, ſi non vult, niſi per pactum in
ſcriptis factum, ſe deſtrinxerit ad reformandum: nam tunc
compellitur, qui relocare non poteſt. Et eſt valde notabi-
lis lex pro contractibus emphyteuticis, in quibus promit-
titur renouatio, alteri enim concedi non poteſt, quod re-
nouandum eſt priori, vel eius ſucceſſoribus, ſubditque Bal-
dus, tene valde cordi, quia quotidianum, & verum, maxi-
me in emphyteuticis, & feudalibus propter ius reale, *l. 2. C.*
de iure emphyt. nam † ius reale ſic pacta præciſe tuetur, vt nõ 11
valeat, quod fit contra pactum, ecce quam repugnet ille
textus, & deciſio Baldi conſilio prædicto Angeli, quinimo
ipſemet Angel. *in d. l. nec cui.* breuiter hoc idem ſentit, qua-
tenus ſumens illam dicit, quod † finito tempore locationis, 12
poteſt dominus inuito conductore alteri rem locare, niſi
pactum in ſcriptis factum, repugnet: ſtãte igitur pacto vult
Angel. dominum non poſſe alteri locare, & idem quoque
tenet Fulgoſ. *ibi.* Sed vlterius reprehendit Angelum Ruin.
in d. conſil. 168. ſub num. 24. dicens, quod eius deciſio locum
non habet in caſu ſuo, cum facta fuerit † noua inueſtitura, 13
ſaluo iure tertii; vt ergo ius primi conductoris ſit ſaluum in
totum, & ſecundum intentionẽ proteſtantis, quod & com-
petit ad renouandum, eſt neceſſe, quod noua inueſtitura
non poſſit effectum habere, quia facilius renouabitur pri-
mus, & agere poterit rei vendicatione contra alium, ſaltem
facta dicta renouatione. quia in illum ſecundum ex inue-
ſtitura, quæ ſit nulla, mediante dicta proteſtatione, nõ po-
tuit dominium transferri, nec tranſire, quia inueſtitum nõ
valuit; quia deficit conſenſus, & ſic eſt contra legem. Sic e-
nim dici debet in caſu noſtro, ſiue in inueſtitura facta ter-
tio, fuerit † expreſſa clauſula, ſaluo iure tertii, vel alterius, 14
ſiue non; quia ſubintelligitur; & ideo conſeruatum fuit il-
læſum quod competebat dictis fratribus ex prima inueſti-
tura aui ſui, *l. ſi debitor, §. ſi in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hyp.*
ſolu. Signor. *conſ. 60. col. 2.* Brun. *conſ. 13. in prin. & conſ. 23.* Dec.
conſ. 445. n. 6. nam & videmus, quod † Princeps & ſucceſſo- 15
res ſui non poſſunt per nouam inueſtituram præiudicare
iis, quibus ius eſt quæſitum ex priori inueſtitura *c. 1. qui ſuc-*
ceſſ. tene. c. 1. §. ſi quis fecerit quo temp. mil. Soc. *conſ. 38. num. 2. vol.*
4. Dec. *conſil. 185. n. 15. conſil. 208. conſil. 263. n. 3. & conſil. 390. n. 3.*

Præterea in hanc ſententiam me quoq; trahit Bero. *conſ.*
119. num. 10. vol. 1. vbi dicit, quod † ſi ſimpliciter facta fuit con- 16
ceſſio de re emphyteutica ad renouandum de 29. annis, in
29. annos, & ſic ad effectum, vt dominus de 29. annis in 29.
annos renouare teneatur; tunc procedit, quod inquit Dec.
conſil. 329. quoniam hęc obligatio reſpicit ipſum dominum,
vt is renouare teneatur, & emphyteutæ ad petendum re-
nouationem, & ad cogendum dominum, vt illam faciat,
datur † actio ex conducto, ſeu condictio ex lege, oriens ex 17
contractu emphyteutico, quæ durat ſpacio 30. annorum
finito tempore 29. ad petendum renouationem, quæ cum
vera ſint, dicitur eſſe ius quæſitum dictis fratribus in peten-
da renouatione; nec inueſtituram, alteri factam, quicquam
de iure valuiſſe † & ad reuocandam alienationem, factam 18
in extraneum, ius competit actoribus comprehenſis in in-
ueſtitura vſq; ad 30. annos, vt per Alex. *conſ. 15. n. 10.* & ibi ad-
dentes *in litera G. lib. 5.* Dec. *conſ. 328. n. 4. & conſil. 395. n. 8. verſ.*
poſtremo non videtur. Bero. *conſ. 116. num. 42. vol. 1.* Gabr. *de iure*
emphyt. concl. 1. num. 12. Quod tempus annorum 30. non in-
cepit currere dictis actoribus, niſi poſt mortem d. Iulii, cum
ante eius mortem non poſſent agere, *l. 1. in fin. C. de anna. ex-*
ce. & tradit Pinel. *in auth. niſi triecennale, n. 12. C. de bon. mater.*
Nec Alexand. *conſil. 164. col. fin. vol. 2.* citatus in dubiis, vt ad
eum redeam, ſequitur Angelum *in d. conſil. 184.* Imo vero
contradicit, & et reſpondet impugnans Angelum, paret,
quod eo relato dicit, quod circa reſponſionem huius obie-
cti inſudauit ſecundus conſultor forte plusquam oporte-
ret; nam vera reſpõſio eſt, quod caſus, de quo apud Alexan-
drum dubitabatur, erat, quando conceſſio facta fuit de
nouennio

Digitized by Google

nouennio in nouennium cum pacto de renouando, ſed in
caſu, quo conſuluit Ang. fuit facta ab initio cõceſſio de 29.
annis cum promiſſione de renouando, & ſic à principio nõ
19 fuit finita, niſi pro vno tempore: pro quo adduco † *reſpon-*
ſum Alciati, *146.* hanc materiam pulcherrime declarantis,
20 diſtinguendo tres caſus. † Aut enim dictum fuit, loco em-
phyteuſim perpetuam, renouandam de quinquennio in
quinquennium, & eſt vnus contractus, & renouans non
dicitur nouus contractus, vt per Butr. *in c. 2. de preca.* propter
21 verbum, *perpetuo*; † vt dictum fuit, loco in emphyteuſim ad
nouennium, & deinde in aliud nouennium: Et ſic ſucceſſi-
ue de nouennio in nouennium, & tot ſunt contractus, quot
ſunt nouennia, ſecundum Dyn. Old. & Alber *in l. plurib. §.*
de hac. ff. de verb. oblig. & ibi Bald. *& in l. voluntat. C. de fideicom-*
miſ. & Alex. *in d. q. 164.* quem citat Alciat. ſentiẽs igitur Alciat.
in caſu Alexand. non induci alienationem propter plurali-
tatem contractuum quolibet nouennio, at ſecus in caſu
Angeli, cum ſit vnus tantum contractus ab initio pro toto
22 tempore. † Aut tertio dictum fuit, loco in emphyteuſim de
nouennio in nouennium, ad renouandum vſq; ad tertiam
generationem, & tunc pariter dicũtur tot locationes, quot
nouennia: quia ſi eſſet vna locatio in tertiam generatio-
nem, fruſtra renouaretur in nouennium, & hic erat caſus
Alciat, quem confirmat, vt per eum: latiuſque refert, & ſe-
quitur Aurelius Corbulus Vrbinas *in tractat. ſuo de cauſis ex*
quibus emphyt. iure ſuo priuatur in tit. de cauſa priuationis ob tem-
pus finitum. ſub num. 12. ſubdens, quod in eodem caſu Alciati
conſuluit Bero. *q. 116. num. 17. vſque in finem. volum. 1.* dicens,
num. 1. quod plures clariſſimi Iuriſconſulti vna cum Alcia-
23 to idem reſponderunt, dum vero † Corbulus putat confir-
mari deciſionem Alciati per ſupradictum Angeli *in d. con-*
ſil. 184. fallitur. Nam loquitur Alciatus in caſu plurium lo-
cationum, Angelus vero in caſu vnius tantum pro toto
tempore, vt ſupra dixi poſt Alciatum; Dumq; ſubdit Cor-
bulus, quod licet Ruin. *in conſil. 168. num. 23. volum. 1.* Socin.
conſil. 99. num. 7. volum. 1. & ego *conſil. 94. num. 29.* damnarunt,
vt & ego damno dictum Angeli *in d. conſil. 184.* tenendo,
quod eccleſia finito curſu 29. annorum non poſſit extra-
neum inueſtire ad præiudicium illius, qui tam ex diſpoſi-
tione iuris, iuxta doctrinam Bar. *in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua*
quot. quam ex forma pacti debebat renouari, tamen cõclu-
dit Corbulus, ſatis eſſe, quod noſtræ rationes non eo ten-
dant, vt emphyteuſis curſu temporis 29. annorum non ſit
finita: nam & hoc nos præſupponimus, ſed eo militatur, vt
eccleſia teneatur præciſe ad factum, & ſic ad eum renouan-
24 dum: dico ex hoc, quod vera eſt † concluſio noſtra contra
Angelum, ſiue finitum ſit tempus, ſiue non, emphyteuſis
29. annorum, vel vt in caſu noſtro 60. annorum, quod du-
rat obligatio, & actio vigore pacti, quibus cogi poteſt do-
minus ad renouãdum primum emphyteutam, vel eius he-
redes deſcendentes, & inueſtitura comprehenſos, & quod
inueſtitura alteri facta non valeat, neque de iure ſubſiſtat:
& ad conſilium Ruin. *567. vol. 1.* contrarium ſuo ſequenti vi-
deatur reſponſio mea *in d. conſil. 94. num. 32.* quia caſus no-
ſter eſt ab eo diuerſus, ſicut erat ibi. Poſtremo nec huic
concluſioni repugnat Gabrielius *in alleg. conſil. 88. colum. 2.* ſe-
quutus Angelum *in d. conſil. 184.* vel dici poteſt ex tot con-
trariis Angelo, periculoſum pariter eſſe conſilium ſuum, vel
in diuerſis terminis loqui, quod expreſſe conuentum fue-
rat in illo caſu, quod renouatione in tertiam generationem
durante, teneretur Epiſcopus emphyteutas ab omni per-
ſona defendere; & quod ea tertia generatione finita, ad ec-
cleſiam res reuerteretur, & tunc poſſet Epiſcopus accipere
poſſeſſionem, & cui maluerit renouare, quibus ex verbis
pactorum conatur Gabrielius demonſtrare, quod duran-
te tertia generatione, nullum ius quartæ competebat, nec
tertia finita, quartam competere, quæ pacta hic non ad-
ſunt, & ideo de diuerſis ad diuerſa non infertur. *l. Papinia-*
nus exuli. ff. de minor. & hæc de primo articulo ſupra relato,
dicta ſufficiant.

Nunc de iuribus tertii acquiſitoris, & inueſtiti tractan-
dum ſequitur, an potiora ſint iuribus dictorum fratrum, &
prima conſideratione dicendum videtur, dictum Tertium
habere meliora iura mediante perſona dicti Iulii, ſui aucto-
ris: nam proponitur, magiſtrum Frãciſcum Caſarium † pri- 25
mum acquiſitorem dictæ domus eam conſignaſſe d. Iulio
in diuiſione bonorum communium facienda cum fratri-
bus ſuis, idque dicitur in inſtrumento diuiſionis, poſtea fa-
cto. Vnde ſequitur, quod ex quo dictam domum d. Fran-
ciſcus acquiſiuit, ita potuit in vnum ex filiis ſuis eam aliena-
re de comprehenſis in inueſtitura, ſibi per epiſcopum con-
ceſſa, non attento cæterorum filiorum præiudicio ſecun-
dum magis communem opin. quam firmat Alex. *conſil. 164.*
num. 8. vol. 5. Gozad. *conſil. 25. num. 16.* Socin. *conſil. 127. num. 10.*
vol. 3. cum ſimilib. adductis per Clarum *in §. emphyteuſis. q. 16.*
col. 3. vbi in † emphyteuſi noua quæſita pro ſe, filiis, & ne- 26
potibus ſine verbo heredibus, vt in caſu noſtro dicit Cla-
rus, quod pater ſtipulando pro ſe, & filiis, cenſetur ſtipula-
tus ordine ſucceſſiuo, ſcilicet primo ſibi, deinde poſt mor-
tem ſuam filiis: Cum ergo non videatur filiis ius aliquod
quæſitum, niſi poſt mortem ipſius patris, merito poſſe de-
bet pater de ipſa emphyteuſi ad libitum ſuum diſponere,
citatq; Clar. prædictos & alios, hanc opin. tenentes, ſubdẽs,
quod † reuera, hæc opin. ſibi ſemper magis placuit, vt ſcili- 27
cet illud, quod ego acquiro, poſſim etiam meo iure aliena-
re, quam & ratione confirmat: † Nam ſi in feudo nouo ac- 28
quiſito pro ſe, & filiis poteſt pater de illo ad libitum diſpo-
nere in præiudicium filiorum (modo domini conſenſus ac-
cedat) prout inquit, ſe dixiſſe *in § feudum. q. 41. verſ. & hac qui-*
dem. multo magis idem dicendum eſt † in emphyteuſi, quę 29
procul dubio facilius poteſt alienari, quam feudum, prout
concludit ibidem Clarus. Et licet de dicta aſſignatione nõ
appareat, niſi enunciatiue in inſtrumento diuiſionis bono-
rum, poſtea facta inter dictos fratres, attamen in hoc caſu
dicitur † verba enunciatiua ſatis probare, tum quia per mo- 30
dum cauſæ prolata fuerunt: Item cum iuramento, & ex na-
tura cauſæ, qua proceditur ſola facti veritate inſpecta, &
iuncto adminiculo inueſtituræ, factæ Iulio, quibus à me
ſummatim relatis ſine allegationibus iuris, dicitur, dicta
verba enunciatiua ſatis probare d. aſſignationem. Sed ſuper
hoc diligentius aduerti debet, quia in inſtrumento diuiſio-
nis, in quo fit mentio de aſſignatione dictæ domus, facta
Iulio, notarius ſcribit, prout latius dicitur cõſtare in inſtru-
mento ſcripto, & rogato manu mei notarii infraſcripti, quo
ſtante ſuccedit in terminis deciſio notab. Angel. *in l. ſi dona-*
tio. in verb. & ideo. C. de donat. vbi dicit, quod ſi † vnum inſtru- 31
mentum facit mentionem de alio, nõ probat, niſi illud ex-
hibeatur, etiam ſi notarius atteſtetur, illud inſtrumentum
fuiſſe ab eo confectum. Nam illud debet exhiberi, vt not.
Bald. *in l. inciuile. circa fin. verſ. item nota. ff. de legib.* Et idem di-
xi *conſilio ducenteſimo trigeſimo ſecundo. numero quadrageſimo.*
poſt Socinum *conſilio ducenteſimo ſexageſimo ſexto. columna*
prima. & Gratum *reſponſo vigeſimo octauo. columna ſecunda.*
volum. 1. Simile videmus, quod notat Cardin. Florentinus
in c. fin. de fid. inſtr. quod ſi † notarius diceret in inſtrumento, 32
Titius procurator talis, vt conſtat tali inſtrumento, manu
talis notarii à me viſo, & lecto, per dicta verba non dicitur
probatum de mandato illius procuratoris, quia eſſet teſti-
monium reddere, non autem mandatum authenticare. cũ
igitur inſtrumentum prędictum, vt ſupra relatum in inſtru-
mento diuiſionis, non exhibeatur, & non probetur, ſequi-
tur enunciatiua verba, poſita in dicta diuiſione, & eius in-
ſtrumento nihil probare, quia cum ſecundum inſtrumen-
tum diuiſionis factum fuerit in executione allegati primi
inſtrumenti allegatæ conſignationis, ad quod ſe refert,
hoc ſecundum † primum debet attendi, tanquam ori- 33
go. *argument. l. ſi heres. ff. de action. empt.* & in pulchro caſu
Baldus *in l. final. Cod. de contrahen. emptione. in tertia oppoſit.*
verſic. ſed hic occurrit. & Alexand. *in l. ſi quis arbitratu. ff. de*
verbor. obligat. vbi, quod ſi fiat † contractus in executio- 34
ne vltimæ voluntatis, non iudicabitur vt contractus,
ſed vt vltima voluntas, quia origo ſpectanda eſt. ſequi-
tur Decianus *reſponſo tertio. numero ſexto. volumine primo.*
Corruunt ergo ſingula conſiderata in contrarium ſuper
verbis enunciatiuis aſſignationis allegatæ in inſtrumento
diuiſionis; ex quo nil probat, habẽdo relationẽ ad aliud in-
ſtrumen-

Digitized by Google

ſtrumentum prius, vt dicitur factum, quod non videtur, &
ob id ſecundum non eſt habendum in conſideratione.
Secundo quoque corruunt dictæ conſiderationes ad-
ductæ ſuper dictis verbis enunciatiuis, quod probent; nam
licet inſtrumentum dictæ diuiſionis nõ ſe referret ad aliud,
35 & † ob id in illis verbis enunciatiuis, probaret inter partes,
videlicet inter ipſos fratres filios Franciſci, non tamen pro-
bant dicta verba enunciatiua in fauorem tertii, qualis eſt,
hic, qui emit dictam domum à Iulio, doctrina eſt Bart. cla-
ra *in l. admonendi, colum. 18. verſ. Item quarto, ſub n. 32. ff. de iureiur.* Late ſequitur Alexand. *conſil. 4. num. 8. volum. 2.* Dec. *conſ. 407. num. 4.* Guid. Pap. *quæſt. 24. quiſpiam vendidit*, quos refert,
& ſequitur Dec. id ratione confirmans, vt per eum *reſponſ. 52. num. 45. vol. 3.*
Tertio conſiderandum eſt circa primum fundamẽtum,
quo dicitur ex aduerſo, quod cum D. Franc. fuerit primus
acquiſitor huius domus ex inueſtitura ſibi facta, potuit illã
aſſignare in vnũ ex filiis, vt Iulium, in præiudicium aliorum
filiorum per Doctores allegatos, qui communem teſtãtur:
36 nam reſpondetur, quod † nõ deſunt contradicentes, volen-
tes, ꝙ pater aliis filiis præiudicare nõ poſſit, vt late voluit I-
mol. *in c. potuit, de locat.* & commun. opin. eſt in cõtrarium, vt
inquit Ruin. *conſil. 48. colum. pen. vol. 1.* Dec. *conſil. 239. n. 6.* & de
magis communi teſtatur Alciat. *reſp. 88. lib. 8.* Sed vtcunque
37 ſit verior opin. datoque, quod † pater id facere poſſit, &
conceſſionem ſibi, & filiis factam reuocare vni eorum aſſi-
gnando, aliis tamen id nequaquam facere poteſt in alio-
rum præiudicium, ita dicit in terminis Ruin. *ibi.* de mente
Alexan. *conſ. 105. vol. 4.* Quare ſequitur, quod Iulius, qui non
fuit primus acquiſitor, non potuit dictam domum in alium
tertium alienare; Et hinc multa corruunt ex aduerſo, quæ
præſupponunt hanc domum potuiſſe alienari per aſſigna-
tionem Franc. factam Iulio, quia de ea non conſtat, niſi e-
nuntiatiue, & à Iulio nec potuiſſet fieri, cum ſit emphyteu-
ſis eccleſiaſtica, vt in ſequenti fundamento ſubiicio. Tan-
38 toque magis hoc dici debet, quia cum iſta † domus rece-
pta fuerit, & acquiſita in emphyteuſim ab eccleſia pro ſe, fi-
liis, & nepotibus, non potuit in extraneos tranſire, vt eſt hic
39 Tertius, quia † ſecundum opin. magis communem emphy-
teuſis eccleſiæ in extraneos ſui natura nõ eſt tranſitoria, ſe-
cundum gloſſ. Bart. & alios *in l. etiam, ff. ſol. matr.* cum con-
cordantibus, de quibus ibi per Alex. *& in l. quod dicitur, ff. de verb. obl. & in l. quadam, §. nihil, ff. de eden.* vbi dicit, hanc opin.
eſſe communem, & quamuis pleriq; teneant contrarium,
tamen ibi loquuntur, quando emphyteuſis eſſet ſimplici-
ter conceſſa pro heredibus: ſed vbi eſt conceſſa pro filiis, vt
in caſu noſtro licet filii dicerentur tanquam heredes voca-
ri, quia tamen oportet etiam, quod ſint filii, non eſt dubiũ,
quod tunc nõ vocantur extranei, *l. cum prætor, ff. de iudic.* nec
aliquis in hoc caſu contradicit: ita ſubtiliter, & pulchre de-
clarat Ruin. *conſil. 117. col. 2. vol. 1.* Ex cuius dictis clare corruit
acquiſitio ſua facta à Iulio, qui alienare non potuit, veluti
non primus acquiſitor, nec in extraneum, cum emphyteu-
ſis ſit eccleſiaſtica.
Hinc etiam facili negotio reſponderi poteſt ad clauſu-
lam ad habendum, & tenendum, allegatam ex aduerſo, &
in qua ſit maximum fundamẽtum; quia præter id, quod in
copia inſtrumenti diuiſionis mihi exhibita, eam nõ video,
niſi reſpectu alterius domus conſignatæ Anton. tamen da-
to, quod adeſſet etiã reſpectu huius domus, de qua agitur,
nihil operaretur in caſu noſtro, in quo tractatur de hac do-
mo conceſſa in emphyteuſim ab eccleſia, quæ à lege cenſe-
tur prohibita alienari in extraneum, vt ſupra dixi: doctrina
ſingularis eſt, & pulcherrima Ruin. *conſ. 93. n. 27. vol. 3.* dicit e-
nim, quod † permiſſio alienandi, quæ conceditur per illam,
40 clauſulam, intelligitur de alienatione hominis, & nõ legis:
ſicut in caſu econuerſo, prohibita alienatione cenſetur
prohibita alienatio hominis, & non legis. *l. cum pater, §. cum inter. ff. de leg. 2.* vbi probatur ſecundum communem intel-
lectum, de quo ibi per Bart. *in l. pete, §. fratre, eod. tit. & in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* quod † prohibita alienatio-
41 ne extra familiam, non prohibetur, qui non eſt de familia
ſuccedere ab inteſtato in re prohibita alienari. Et hoc, quia
in illum non dicitur facta alienatio à prohibito, ſed à lege.
l. 3. §. de illo. & ibi Bart. *ff. pro ſoc.* & ita declarat Aret. *in l. Pamnonius, §. res perduellionis, ff. de acquir. hered.* & ante eum voluit idẽ
Bart. *conſil. 33.* vbi dicit, quod † prohibitio alienationis, fa- 42
cta à ſtatuto, vel à teſtatore, comprehendit ſolum aliena-
tionem hominis, & non legis. Idq; confirmat etiam Ruin.
ſi verba concepta ſunt in perſonam, dum dicitur; & quic-
quid ſibi, & ſuis heredibus placuerit, de eis perpetuo faciẽ-
dum; prout ex aduerſo ſupponitur, ſic dictũ in inſtrumen-
to diuiſionis: licet vt dixi hoc in eo non legerim; nam tali
caſu dicta alienatio legis non continetur in diſpoſitione fa-
ciente mentionem de alienatione: quia illi non poſſunt
verba conuenire, ex quo perſona, cui conceditur, vel pro-
hibetur, non alienat, ſed lex. *l. 4. §. totiens, ff. de dam. infect.* ita
pulchre Ruin. *in d. conſ. 92.* quo nihil melius in propoſito no-
ſtro: nam cum res † emphyteuſis eccleſiæ prohibeatur per 43
legem alienari in extraneum, permiſſio alienandi per di-
ctam clauſulam ad habendum & alienandum, velut homi-
nis, non comprehendit alienationem, quę prohibetur à le-
ge, vt in caſu noſtro: & propterea dicta clauſula nihil opera-
tur in hoc caſu.
Secundo ad excluſionem dictæ clauſulæ moueor *ex reſponſ. 4.* Deciani *vol. 1. num. 151.* qui loquens in terminis inſtru-
menti diuiſionis, vt eſt caſus noſter, dicit, quod dictę † clau- 44
ſulæ, ad habendum, vendendum, &c. ſunt clauſulæ de ſty-
lo notariorum ſolitæ apponi in omnibus contractibus, &
non ſunt appoſitæ in principali diſpoſitione contractus di-
uiſionis, quo caſu ſecus eſſet, per me dicta *conſ. 80. col. fin.* ſed
in executione ideo parum operantur, neq; alterant ea, quæ
ex certa mente contrahentium, non ex ſtylo, & conſuetudi-
ne notariorum poſita, & ſcripta ſunt. *clem. 1. in fin. de præbend.*
ſicq; tradit in terminis d. clauſulæ Dec. *conſil. 500. num. 8. verſ. & ideo videtur.* Et in terminis diuiſionum tradit idem Dec.
conſil. 493. num. 18. in fin. & poſt eum *in d. conſil. 500.* dom. Au-
relius Corbulus Vrbinas *in tractat. ſuo, ex quibus cauſis emphyteuta iure ſuo priuetur, ſub tit. de cauſis priuationis ob alienationem, limitat. 3. colum. 2.* vbi dicit, quod quando † talis clau- 45
ſula, ad habendum, & alienandum eſſet appoſita, non in
corpore inſtrumenti, ſed veniret in verbis ad executionem
diſpoſitionis contractus appoſitis, & acceſſorie, & nõ prin-
cipaliter; tunc talis clauſula, reſpiciens executionem con-
tractus, & veniens acceſſorie, nõ debet principalem diſpo-
ſitionem alterare. citat Decium *in d. conſil. 500.* & inter alios
me quoque *in §. 1. num. 138. Inſtit. quib. alien. licet vel non*: hanc
autem clauſulam ſi eſſe pato in verbis executiuis poſitam
in d. inſtrumento diuiſionis: ſi reperitur in eo, quod in co-
pia nullatenus video reſpectu huius domus; merito duplici
reſpectu non operatur, vt ſupra nunc dixi. Et hanc ſecundã
reſponſionem quoque poſui *conſil. 569. 142.* Et quatenus ad
fideicommiſſum auitum reſpectu actorum pertinet, ſiue
paternum quo ad fratres, cui dicitur ex aduerſo renuncia-
tum per d. clauſulam, ad habendum, &c. vt per Menoch.
conſil. 87. quod defendit in conſ. 289. num. 33. cum ſeqq. ego dico,
quod cum in calce inſtrumenti prędicti diuiſionis dicti fra-
tres dixerint, & quoniam bona dicti magiſtri Franciſci ſunt
ſubiecta fideicom. Ideo proteſtati fuerunt, &c. ſequitur,
quod cum poſtea reſeruata ſint per eos omnia iura, cenſea-
tur derogatum dictæ renunciationi, & hæc † vltima reſer- 46
uatio debeat attendi. Ita reſpondet in terminis Decian. *in d. reſp. 4. num. 150.* Vnde ceſſat d. clauſula.
Tertio non prętereo quoque, probabiliter dici poſſe, di-
ctam † clauſulam, ad habendum, in caſu noſtro nihil ope- 47
rari, cum enim in contractibus perſona extrinſeca non ſub-
audiatur, *l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus,* & ibi Bartol. & Iaſ.
poſt alios, *ff. de verb. oblig.* & inſtrumentum diuiſionis cele-
bratum fuerit, inter fratres tantum, nec in eo fuerint nomi-
nati iſti actores, ſequitur, quod ſubaudiri non debent, nec
in eorum præiudicium d. clauſula debet operari toto tit. C.
res inter alios acta. & hinc ceſſant exempla, ſiue ſimilia, de d.
clauſula, quæ † operatur in diuiſionibus inter fratres circa 48
renunciationem fideicommiſſi, vel prohibitionem alie-
nandi, *de quibus in l. qui Romæ, §. duo fratres.* poſt Bart. *in 8. q. ff. de verb. oblig.* nam loquuntur quo ad præiudicium ipſorum
fratrum

fratrum contrahentium,non autem in præiudicium filiorũ vel aliorum vocatorum, vt ſunt iſti actores nepotes Franc: aui ſui: & ita formaliter ego reſpondi *ind. conſ.599. num. 137.* vbi quoque comprobaui, prout videri poteſt.

Nec me retrahit, quod dicti fratres per ſe,&c. ſcilicet per ſe,& ſuos heredes fecerint dictam diuiſionem. Vnde di-
49 cuntur iſti † actores filii Antonii ſtare dictæ clauſulæ, ad habẽdum,&c. velut heredes patris, per regulam vulgatam
50 *l. cum à matre.C. de rei vendicat.* Quoniam † cum inueſtitura facta eorum auo, fuerit per eum recepta pro ſe, filiis, & nepotibus, ſine verbo, *heredibus*, dicti filii, & nepotes vocati dicantur vt filii,& nepotes, non autem vt heredes, vt per Bart. *in l.3.§.cum qui.ff. de interd. & releg. & in l iurauit.undi.§. ſi liberi.ff. de oper. liber.* Alexand. *conſil.8.num.1.vol.3.* vbi dicit, hanc eſſe communem. Riuin *conſil.48.num.4.vol.1.& conſil. 117.col.1.eod. vol.* & idem Corbulus *in d.tractat.ſub tit. de cauſa*
51 *priuationis ob mortem.c.7.ex cauſa.num.29.* Propterea † promiſſio facta per Antonium pro ſe, & heredibus ſuis, non comprehendit eos, qui non veniunt vt heredes illius:& ſic non tenentur ſtare promiſſioni paternæ, pro heredibus fa-
52 ctæ. Confirmatur ex ſimili † de feudo, à quo ad emphyteuſim,& econtra regulariter valet argumentum, quando militat eadem ratio,vt not.Speculat. *de feud. §.quoniam.verſ. 40.in fin.gloſ.in cap.1.verſ.vtrumque an agna.vel fil.defunct.* Alex. *conſil.5.volum.5.* Dec. *conſil.131. colum.fin.* Grammat. *deciſ. 49. num.1.* & ego *conſil.38.num.37.* quibus nunc addo Pariſ. *conſ. 12.num. 42. volum.1.* & *conſil.1 num.147.volum.1.* Socin.iun. *conſil.71.num.7.& 27.vol.1. & conſil.109.num.4.volum.2.* Mantuan. *conſil.21.num.5.volum.2.* & Simonem de Prætis *conſil.9.num.7.*
53 at † feudum conceſſum pro ſe, filiis, & nepotibus, ſiue deſcendentibus, non habet à patre, nec ab alio inueſtito, ſed à domino directo; vt ab eccleſia in caſu noſtro, quia dicitur ex pacto, & prouidentia concedentis emanatum, non autem recipientis, vt ex aduerſo dicitur, ita declarat Andr. de Iſern. *in c.1.§.hoc quoque.col.2.de ſucceſ.feud.& in c.1.in princ an agnat.* Alexand. *conſil.26. ponderatu.col.2.vol.5.* Dec. *conſil.185. num.2. conſil.208. num. 7. conſil. 395. colum. 2.* & alios congerit Pariſ. *conſil.5.num.2. vol.1.* Socin. iun. *conſil.72.num.24.vol.1.& conſil.112.num.26. volum.2.* quos ego ſequor *conſil.5.num. 42.* igitur & in hac emphyteuſi ſic accepta dici debet ad vnguẽ: Quinimo plus dici poteſt dato ſine veri præiudicio, quod iſti actores filii Antonii poſſent heredes dici, adhuc nõ ob-
54 ſtaret eis regula dictæ † legis, cum à matre, quia procedit in alienatione valida, in qua tunc heres obligatur obſeruare geſta per defunctum; ſecus autem in inualida, vt inquit Andre. de Iſern. *in c.Imperialem.de pro.feud.alien.per Feder. & in c. 1.§.alienare.qualiter olim feud.* Socin. *conſ 79.vol.4.* Compoſtella. *in c.cauſam quæ.de reſcrip.* Grammat. *deciſ.93.col.2.* & copioſe Grat. *reſp. 91. vol.1.* at alienatio Iulii in extraneum fuit inualida, velut de re emphyteutica eccleſiæ, vt ſuperius oſtendi; Propterea lex, cum à matre, ceſſare debet. Et quæ dicantur ex aduerſo, vel procedunt in fideicommiſſo, vt Menochius *conſil.87.num.98.verſ.non obſtat.* quod in caſu noſtro fuit reſeruatum. Vel in emphyteuſi recepta à priuato, quo caſu poteſt intelligi Cephalus *conſil.393.num.51.& 38.* non autem in recepta ab eccleſia prohibita alienari in extraneum, vt
55 ſuperius dixi. Minus etiam mihi placet, quod dicitur † intentionem fratrum præſumi, fuiſſe vendidiſſe dictam domum Iulio pro libera, cum mentionem non fecerint, quod eſſet emphyteutica, vt per Bald. *in l.de prædiis.C.de euict.* Dec. *conſil.483.num.14.* & Natt. *conſ.330.* & hinc ſequitur alia præſumptio, quod dicti fratres voluerint remittere ius accreſcendi, ſine quo domus libera non eſſet, vt inquit Caualca. *deciſ.36. num.23.*

56 Quoniam cum † confines, & locus allegati in inſtrumento diuiſionis conueniant cum expreſſis in inueſtitura, probatur identitas, vt per Bart. *in l.demonſtratio,q.7.ff.de cond. & demonſtr.* dom. meus Rimin. *conſil.92.& conſ.252.* cum ſimil. per me *conſ.59.num.38.* & ſic quod conceſſa fuerit Iulio vel-
57 ut emphyteutica, quia dicti † fratres eam conceſſiſſe videntur eo iure, quo erat. *l.ſi domus.cum ibi.not.ff.de leg.1.* cum po-
58 tiſſime † res cum ſuo onere transſeat ad ſucceſſorem, vt tradit Bald. *in auth.ſi quas ruinas.col.4.verſ.6.probatur.C. de ſacroſ. eccl.* Abb. *conſ.74.col.3.vol.1. in l.quod dicitur.col.9.ff.de verb.obl.* & alii per me *conſil.40.num. 10.* & dicti fratres vt filii Franciſci, & vna cum eo habitantes dicantur ſciuiſſe, qualiter eam domum pater acquiſiuerit ab eccleſia in emphyteuſin, prout in terminis acquiſitionis declarat Bald. *conſil.392. anno. col.2. vol.1.& conſ.296. vol.3.* Abb. *conſ. 19.colum.3.num.2.* & Crauet. *conſ.123.colum.1.* Nec † præſumi debet, dictos fratres 59
voluiſſe remittere ius ſibi quæſitum ex inueſtitura, cum remiſſio iuris competentis dicatur donatio. *l. hoc iure. §.1. ff. de don. l.ſi quis delegauerit. ff.de noua. l.ſi quis obligatione. ff. de reg. iur.* Bartol. & Dd. *in l.Modeſtinus.ff.de don.* Natta *conſil.12.num. 2.* ſed donatio non præſumitur. *l.cum de indebito. §.final.ff. de probation. l.eleganter. §.qui reprobos ff. de pignor. actio. cum ſimil.* per me *conſil. 1. num. 32.* Poſtremo ne ſim prolixior, cum præſens controuerſia ſit inter iſtos actores, & dominam Octauiam filiam do. Iulii defuncti, neſcio videre, quid intereſſit ſua, quia cum † hæc emphyteuſis conceſſa fuerit pro 60
ſe, filiis, & nepotibus: quo caſu non comprehenduntur fœminæ. Imol. *in cap.potuit.colum.final.de locat.* Roman. *conſ.35. num.3.* & ibidem Mandoſ. Alexand. *conſil.61 num. 1. volum. 1. & conſil.204. num 9.volum.2.* Dec. *conſil.223.num.3.* Iaſ. *in l.maritus, colum.2.C.de procur.* & Roland. à Vall. *conſil.58. num.62. volum.2.* Dici poteſt, quod audiri non debeat dicta domina, quæ nullum ius habet in dicta domo, ſtantibus his acto-
ribus maſculis comprehenſis in inueſtitura, quia † excep- 61
tio, iua non intereſt, excludit à limine iudicii, *l.ille à quo. §. tempeſtiuum.* vbi Alexand. *ff.ad Trebell.* & ſemper opponi poteſt ante ſententiam, vt ibi per Angel. Cagnol. *in l. 1. num. 19. ff. de inoffic.teſtam.* & me *conſil.562.num.59.* quare in omnem euentum vincere debent iſti actores. *Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

Pro quibuſdam mulieribus, heredibus domini Auguſtini de Vecchiis.

ARG. De teſte non deponente veriſimilia, & de falſo ſuſpecto. Item de allegante paupertatem alicuius, an eam probare teneatur. Et quando probationes imperfectæ coniungantur.

SVMMARIVM.

1 *Veriſimilitudo à iudice imprimis eſt attendenda. & num.2.*
3 *Paupertas an debeat probari ab eo, qui ſe fundat in ella. num.4.*
5 *Veriſimilitudo valde longa dicitur quadam falſitatis imago.*
6 *Quando credatur teſti deponenti non veriſimile.*
7 *Probatio, vt ampliatur per plura adminicula, ita destruitur per plures defectus.*
8 *Apocham non habens ſuper magna ſumma, quam ſe numeraſſe dicit, numeraſſe non præſumitur. num 9.*
10 *Teſtis negans aliquid, cuius contrarium poſtea probatur, non debet admitti, licet veritas aliter haberi non poſſit.*
11 *Fides Banchi probat.*
12 *Depoſitum factum ad numerum, & non ſpecie, habet naturam mutui, quo caſu dominium fit accipientis.*
13 *Promittens reſtituere pecunias præſumatur, ad quid teneatur.*
14 *Amicitia magna, vel propius teſtem repellit, vel ſaltem fidem minuit.*
15 *Et non dicitur talis teſtis omni exceptione maior.*
16 *Teſtis qui negat ſe familiarem aut amicum producentis, cuius tamen contrarium poſtea probatur, qua pœna puniri poſſit.*
17 *Commenſalis quis dicatur.*
18 *Continuo quid fieri dicitur, etiam ſi aliquod interuallum habeat.*
19 *Diuinationes in iure noſtro non conceduntur.*
20 *Interuſuria non poſſunt peti, pendente dilatione ad ſoluendum.*
21 *Fidem fallere graue eſt.*
22 *Argumentum à ſimili, vt procedat, quid requiratur num.23.*
24 *Recordatio debiti vel alicuius facti, an in moriente præſumatur. & num 28 29.*
25 *Reſponſio debet interpretari ſecundum interrogationem præcedentem.*
28 *Priuilegium, vt intelligatur, recurrendum eſt ad formam petitionis.*
29 *Anima cæteris rebus anteferenda eſt.*
30 *Creditor præſens teſtatori grauato infirmitate aſſerenti ſe nihil debere, an ſibi præiudicet tacendo.*
31 *Res inter alios acta, aliis non prodeſt, neque nocet, eiusq; regula limitatio. num.32.*
33 *Probationes imperfectæ teſtium an coniungantur, cum teſtes deponunt non veriſimilia. num 34.35.& ſeqq.*

37 *Teſtes*

37 *Teſtes debent eſſe vacui ab omni ſuſpicione.*
38 *Et vnus deponens de veritate mutui, & alius de confeſſione, non coniunguntur ad plenam probationem mutui.*
39 *Probationes imperfectæ quando coniungantur.*
40 *Validæ & vrgentes debent eſſe probationes, in probando aliquid aduerſus id, quod non eſt veriſimile. num. 41.*
42 *Et plura non veriſimilia tollunt vnum veriſimile, quod illis opponitur.*
43 *Scriptura mortui propter mortem eius, maiorem fidem facit.*
44 *Et ex morte ſcribentis augetur fides ſcripturæ.*

CONSIL. DCCLII.

POſtquam in hac cauſa mulierum heredum, dom. Au-
guſtinu de Vechus rurſus impellor ad ſcribendum, pro-
pter dubia, quæ proponuntur aduerſus eas, per excellen.
dom. meum Cocapanum, in mea ſententia priore perſiſto,
quod illi teſti de Baſſis, nullatenus ſit deferendum, velut
non veriſimilia deponenti, & de falſo ſuſpecto, vt dixi.
Quod enim deponit de ſcutis centum auri, datis per Dom.
1 Bartholomæum dom. Auguſtino, repugnat † veriſimili,
quod iudex in primis debet attendere. Crauet. *conſ. 61. num.
9.* Roland. à Valle *conſil. 61. volum. 3.* & ego *conſil. 217. num. 35.*
non enim eſt veriſimile, quod dictus clericus, non habens
aliquod exercitium, vel artem, præter alimenta, cõductio-
nem domus, & alia neceſſaria, potuerit tot pecunias lucra-
ri, vt declarat optime dom. meus Riminald. *conſil. 300. num.
14.* poſt Specul. Alexand. & Angel. quos alias etiam, ſic li-
2 mitantes † *l. ſi defunctus. C. arbit. tut.* & licet in dubiis dicatur,
3 quod † qui ſe fundat in paupertate, debeat eam probare, vt
per multos, quos adduxi *conſil. 171. num. 120.* tamen reſpon-
detur, quod id procedat, ſi non probetur quid in contra-
4 rium. Cum enim † quilibet ab initio naſcatur nudus, &
pauper, vt tradit Alc. *de præſumpt. reg. 2. præſump. 27.* & ibi apo-
ſtillans, qui dicit adeſſe textum moralem, & elegantem *in c.
ſicut hi. 97. diſtinct.* & vltra citat Lucam de Penna *in l. 2. C.
quando & quibus quarta pars. lib. 10.* & Aret. *conſil. 86. col. 6.* ſequi-
tur, quod iſtæ mulieres, negantes dictum clericum, vt pau-
perem, tot pecunias habere potuiſſe, ex quo præſumptio-
nem iuris pro ſe habent; quia nudus & pauper natus fuit:
non teneantur probare paupertatem illius. *l. cum pater. §. ro-
go. ibi: non offenderit. ff. de leg. 2. l. quicunque. C. de apochl. pub. lib. 10.*
Alexand. *conſil. 190. col. 6. & conſil. 220. volum. 6.* & alibi, vt per
Herculan. *in tract. de negatiua. num. 44.* idemque Ripa *in l. in
illa. ff. de verb. oblig. num. 16.* dicens, quod tali caſu transfertur
onus probandi contrarium in aduerſarium. Et doctrina
5 Bald. *in l. 1. C. de ſeru. fugit. colum. mihi 3.* quod † id, quod eſt
valde longe à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago, deſer-
uit his mulieribus; ſtante præſumptione prædicta, quod iſte
clericus natus nudus, & pauper, vltra victum & veſtitũ, do-
musque conductionem, potuerit tot pecunias cumulare:
hoc enim tam longe diſtat à veriſimili, ſicut nox à die. Nec
Socin. *in allegato conſil. 244. in fin. vol. 2.* nobis obeſt, ſed etiam
6 prodeſt, dum dicit, † teſti deponenti non veriſimile, credi,
quando multa veriſimilia laborant in contrarium: quia v-
num tollit aliud. *l. fin. cum ibi not. ff. de in integr. reſtit.* hic enim
non adeſt aliquod veriſimile, quod ſuſtineat fidem illius
teſtis: imo concurrunt alia multa non veriſimilia, quæ prius
retuli: quæ quidem prorſus annihilant dictum illius teſtis:
7 ſicut enim † plura adminicula ampliant probationem, ita
plures defectus eam annihilant, & deſtruunt; quia quod o-
peratur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in
oppoſito. *l. ſi vt proponis. C. de nupt.* Ita Socin. *conſil. 118. colum. 5.
vol. 1.* concludens ſuper tali probatione, quem ſe fundare
non poſſe, quem ſequitur Grammat. *conſil. 45. num. 22.* Grat.
reſp. 59. num. 51. volum. 2. late Roland. à Val. *conſil. 57. num. 41. vo-
lum. 4.* Marſ. *conſil. 102. num. 13.* & ego *conſil. 524. num. 9.* Circa
vero ſecundum non veriſimile, quod clericus numeraſſet
pecunias D. Auguſtino ſine receptione apochæ, dum dici-
tur, quod procedere poſſet inter extraneos, ſecus inter fra-
tres: aduerti debet, quod cum à communiter accidentibus
ſatis ſit, probationes concludere, vt ex multis tenet Iaſ. *in l.
non hoc. C. vnde legi. num. 18.* Dec. *conſil. 184. colum. 2. & conſil. 596.
in fin.* Alexand. *conſil. 36. in fin. vol. 5.* Soc. *conſ. 42. col. 2. vol. 1. conſ.
166. ver. ſecunda concluſio. & conſ. 187. col. 4. vol. 2.* Fel. & Dec. *in c.
præſentia. de prob.* & D. meus Rimin. *conſ. 345. num. 11.* ſequitur,
quod ea quo † à communiter accidentib. fiunt apochæ ſal- 8
tem, ſi non inſtrumenta ſemper, ſi dantur alicui pecuniæ,
maxime bonę ſummę, vt dicitur iſtam fuiſſe aureorum cen-
tum; regulariter, & ſine diſtinctione perſonarum, propter
occurrentiã mortis, & defectum probationis, ſatis eſt, hanc
non veriſimilitudinem verificari ſecundum communiter
accidentia; nec attendi debere, quod quandoq; poſſint nu-
merari pecuniæ, non receptis apochis, ab eis, quibus ſolutæ
fuerunt, quia † ad ea, quæ frequentius accidunt, debet at- 9
tendi, non ad ea, quæ raro. *l. non ad ea. ff. de legib. cum vulgarib.*
& quod dictus Baſſus deponat de præſentia ſua, me nihil
mouet, ob plures eius defectus † domeſticitatis, & cõmen- 10
ſalitatis, quas ſuper generalib. interrogatus, ſub iuramento
ſibi dato, negauit, & tamen contrarium fuit probatum, in
cauſa appellationis, quo caſu non debet admitti, licet veri-
tas aliter haberi non poſſit, vt per Socin. *in d. conſil. 118.* Barb.
conſil. 75. vol. 4. Marſ. *conſ. 102. num. 12.* Grammat. *conſ. 45. n. 23.*
& me, *conſil. 183. num. 26.* Nunc ad aliam non veriſimilitudi-
nem dicti teſtis me transfero, de ſcutis auri in auro, & ce-
chinis, vt ille dicit, numeratis D. Auguſtino non inuentis,
ſed pecuniis argenteis tantum, vt patet ex † fide Banchi, 11
Campſoris Zerbinati, quæ probat: vt per Bart. & alios *in l.
quædam. §. nummularios. ff. de edend.* nam dum dicitur, quod
cum † depoſitum factum fuerit ad numerum, & non in 12
ſpecie, cenſetur habuiſſe naturam mutui, quo caſu domi-
nium fit accipientis. *l. Lucius. ff. depoſ.* vnde potuit D. Auguſt.
vti d. pecuniis, & per conſequens nihil refert, quod inuen-
tæ non fuerint: Diligentius aduerti debet ad vnum, quod
dicit ille teſtis, D. Auguſtinum dixiſſe, quod eos reſtitue-
ret ad omne placitum dicti fratris, & profumati; ex quibus
verbis, ſi vera fuiſſet dicta numeratio, ſequeretur eum con-
ueniſſe de reſtituendis eiſdem ſcutis, & cechinis, & non a-
liter, vt cauetur in ſtatuto, *modus faciendi ſolutiones. lib. 2. cap.
132.* vbi dicitur, quod ſi inter partes fuerit conuentum ex-
preſſe, ac ſpecificatum de qualitate, bonitate, vel forma
monetæ ſoluendæ, illud omnino obſeruari debeat. Nam
promiſſio † reſtituendi pecunias profumatas, nihil ad aliud 13
tendit, quam in eadem qualitate, bonitate, vel forma, qui-
bus datæ fuerant. *l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* & propterea non
potuiſſent, nec debuiſſent alterari: ſi ergo nec illæ met, nec
aliæ eiuſdem qualitatis, bonitatis, & formæ fuerunt inuen-
tæ, ſed argenteæ tantum, manifeſte colligitur, commenti-
tiam, & falſam fuiſſe, nec vere factam dictam numeratio-
nem dom. Auguſtin. Et tanto magis, quia ſi (vt dicitur)
eis vſus fuiſſet, opus ei fuiſſet alias inuenire, & emere, vel
à campſoribus, vel ab aliis mercatoribus, ſub interuſuriis,
plus quam valerent ſcuti, & cechini, quod nequaquam præ-
ſumi debet, eum voluiſſe facere, & tale damnum incurre-
re, ſuumque ſic abiicere. *l. cum de indebito. ff. de probationib.*
In quantum vero ſubiicit, non eſſe conuictum de menda-
cio Baſſum teſtem, circa amicitiam, cum dicto clerico, quia
de illa non fuit interrogatus in ſpecie, & ob id dici non
poteſt, illam negaſſe: ſatis mihi videtur eſſe, quod de illa
deponant teſtes harum mulierum, deponentes de conuer-
ſatione ſimultanea domi, & foris per ciuitatem, & inter a-
lios teſtes, dom. Cæſar de Accenarinbus, inquit, quod vi-
dit dictum clericum practicare, & conuerſari cum dicto
Baſſo, fere continuo, prout faciunt amici intrinſeci, & fa-
miliares, & vlterius audiuit, ipſum dom. Bartholomæum
pluries in diuerſis vicibus vocare dictum Baſſum pro ſuo a-
mico charo. Vnde patet, eum fuiſſe valde amicum ſuum,
quæ † magna amicitia, vel prorſus teſtem repellit, vel ſal- 14
tem fidem minuit, vt per Nellum *in tractat. de teſt. in princ.
num. 5.* & latius Maſcard. *de probat. concluſ. 86. volum. 1.* citans
inter alios Nattam *conſil. 95. ſub n. 13.* qui ponderat Bartolum
in l. admonendi. colum. 8. verſic. veniamus ad tertium, ff. de iureiur.
dicentem, teſtem † multum amicum, non dici omni exce- 15
ptione maiorem, & ob id non eſſe deferendum iuramen-
tum parti inducenti, in defectum ſemiplenæ probationis:
Cum vero fuerit † interrogatus dictus Baſſus, an ſit dome- 16
ſticus partis, idque negauerit cum iuramento, licet ob id
de falſo forte non eſſet puniendus, ſecundum Burrigar. &
Angel.

Angel. *in l.Lucius. §. quare. ff. de his, qui not. infam.* puniri ta-
men poſſe de crimine ſtellionatus, ex quo incurrit periu-
rium, *l.fin. ff. de crimin. ſtellion.* cum iurauerit dicere verum
ſuper tota cauſa, vel ſuper his, de quibus interrogabitur, vt
declarat Alberic. de Maletis, *in tract. de cryſt. cap. 2. colum. fin.*
Sed ad has pœnas iſtæ mulieres non intendunt inferendas
huic teſti; ſed earum defenſionem, eius teſtimonio non at-
tento, fide indigno, nec eis quoquomodo nociuo. Et In-
quantum defenditur hic Baſſus, quod ſe commẽſalem ne-
17 gauerit, cum is dicatur † commenſalis, qui continue, non
aliquando cum aliquo comedit *c.fin.* & ibi Domin. *de verb.
ſignif. in 6.* & Gomez. *in regul. de impetr. benefic. per obitum.
quaſt. 13.* aduerti debet, quod Auenantius dicit, dictum Baſ-
ſum frequentaſſe, & multoties comediſſe cum dicto cle-
rico, & Ferracanus, per duos annos vidiſſe d. Baſſum come-
diſſe cum d. clerico: quo fit, vt continuus commenſalis dici
poſſit, licet aliquando fuerit abſens, & ſecum non comede-
rit, vt probatur *in d.c.final.* & ibi gloſſ. & pulchre Peruſ. *num.*
18 *5.* vbi dicit, quod † aliquid dicitur continuo fieri, etiamſi
aliquod interuallum habeat: vnde ſi teſtes dicant, aliquem
continuò poſſediſſe, eorum dicta non vitiantur: licet pro-
betur talem, qui dicitur ſemper poſſediſſe, aliquo tempo-
re abfuiſſe, & ita tenet ibidem Ancharan. & Bald. *in princ.
Cod. in proæm.* quod igitur aliquando Baſſus comederet ali-
bi, non facit, quominus dici poſſit continuus commenſalis
clerici, cum frequentius, & vt plurimum cum eo comede-
rit, tantoque magis, quia in interrogatorio ſuper generali-
bus ſibi facto, dictum fuit, an fuerit commenſalis, non au-
tem continuus.

Abſolutis omnibus circa primum teſtem de Baſſis, nunc
ad ſecundum de Minetis tranſeo, qui deponit dom. Au-
guſtinum dixiſſe fratri, quod acciperet terminũ longiorem
conſignandi reſiduum dotis ſorori, quia ad feſtum S. Mi-
chaelis futuri, ſcutos centum ſibi datos ei reſtitueret, *profu-
matamente, & da buomo da bene,* id eſt, *in eadem qualitate & bo-
nitate, & vt vir probus.* circa quem dicitur, conſiderari nõ poſ-
ſe aliquid non veriſimile, actorem ſuis pecuniis indigen-
tem, pro dote ſororis diſtuliſſe illas petere, cum & ſibi po-
tuerit ſororius ſolutionem dotis differre. ego vero præter
dicta prius à me primo, dico, quod quæ dicuntur, diuinant,
quod actor diſtulerit petere pecunias, & ſororius illas ſol-
19 uere; quæ † diuinationes in iure noſtro non conceduntur.
l.ſi putator. ff. ad l. Aquil. c. vt noſtrum. vt eccl. benefic. Corn. *conſil.
191. vol. 3.* & ego *conſil. 194. num. 97.*

Secundo nec eſt veriſimile, quod ſi D. Bartolus indige-
bat pecuniis, pro reſiduo dotis ſorori ſoluẽdæ, voluiſſet fa-
cere dilationem fere annalem D. Auguſt. ſoluẽdi allegatos
ſcutos centum, cum premeretur à ſororio, cui tenebatur ad
interuſuria, iuxta doctrinam Bart. & cæterorum *in l. in inſu-
lam. §. vſuras. ff. ſolut. matrimon. cum ſimilib.* per Alexand. *conſil.
147. volum. 5.*

Tertio minus eſt veriſimile, quod ſororius voluiſſet fa-
20 cere dilationem ſoluendi dom. Bartolo: † qua pendente,
non potuiſſet dicta interuſuria petere: vt per Imol. *in d. §. v-
ſuras.* & Soc. *conſ. 130. col. 2. vol. 4.* & quod interim ſororius vo-
luiſſet onera matrimonii ſuſtinere *l. pro onerib. C. de iure dot.*

Quarto non eſt etiam veriſimile, ſi dom. Auguſtinus ve-
re fuiſſet debitor dictorum duc. 100. quod voluiſſet differ-
re ſolutionem, nedum ad feſtum S. Michaelis tunc futurũ,
ſed etiam poſt, donec vixit; cum eorum reſtitutionem dicat
teſtis, eum promiſiſſe, *profumatamente, & da buomo da bene;*
21 nam † graue ſibi fuiſſet fidem fallere. *l. 1. ff. de conſtit. pec.* Vn-
de patet, quam multiplici non veriſimili laboret teſtis præ-
dictus: & in quantum ſubiicitur, ſicut ob dilationem pe-
tendi creditum non præſumitur contra creditorem, niſi la-
pſo tempore præſcribendi. Afflict. *deciſ. 13. num. 23.* Menoch.
de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 135. in fin. pariter nec ex hoc
reſultare videtur aliqua non veriſimilitudo in ipſo teſte: re-
ſpondeo, hoc argumentum non procedere de vero credi-
tore, ad hoc teſtis non verum teſtimonium, ſtante multi-
22 plici non veriſimilitudine, de qua ſupra: vt † enim proce-
dat argumentum à ſimili, oportet, quod ſimilitudo ſit in
diuerſis rebus eadem, vel ſimilis qualitas: vt per Bald. *in l. 1.
colum. pen. C. de furt.* & idem Bald. *in c. 1. in princ. de cognit. feud.
& in l. de quibus. colum. 13. ver. reſtant videre. ff. de legib.* vbi dicit,
quod † ſimilitudo eſt in diuerſis perſonis, cauſis, vel rebus, 23
vna, vel quaſi eadem ratio: ſequitur Dec. *in c. tranſlato. lect.
1. col. 3. de conſt.* quod dici non poteſt, arguendo de vero cre-
ditore, de quo loquuntur Afflict. & Menoch. ad non verũ,
de quo teſtis prædictus eſt intelligendus, ſtantibus per me
dictis contra eum.

Poſtremo circa vtrumque teſtem dicitur, nihil procul à
veriſimili depoſuiſſe, eo quod dom. Auguſtin. in extremis
laborans circa debita, & credita, interrogatus reſponderit,
ſibi nihil eſſe dicendum, præſente, audiente, ac tacente D.
Barto. quoniam quo ad D. Auguſt. dici poteſt, eum † cogi- 24
tatione mortis perturbatũ, de huiuſmodi debito non fuiſſe
recordatum, ſicut à Inſtin. proditum eſt de teſtatorib. qui
aliquando metu mortis perterriti, non reminiſcuntur iuxta
tex. *in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſtam. fac. poſſ.*
ſed aduerti debet, iſtud ſtare non poſſe: cum enim Nanus
paulo ante, quam moreretur dom. Aug. & eadem die, qua
deceſſit, præſente fratre ſuo, illum interrogauerit, ſi quid
habebat dicere, vel ordinare, & in ſpecie cauſa alicuius ſui
debiti, vel crediti, & ille reſponderit, *che non hauea da dire al-
tro,* id eſt, *ſe non habere aliud, quod diceret,* dici debet, quod ita
deliberate reſponderit, ex quo ad interrogationem ſic re-
ſpondit, & ad maiorem conſenſus expreſſionem, vt per Ca-
ſtren. *in rubr. ff. de verb. oblig. q. 5.* & poſt eum cæteri, vnde de-
bet intelligi reſponſio D. Auguſt. quod non habebat aliud
dicendum, videlicet quod non eſſet debitor, vel creditor
alicuius, quoniam reſpõſio † debet interpretari ſecundum 25
interrogationem præcedentem. *§ præterea. Inſtit. de inut. ſtip.
l. ſi defenſor. § qui interrogatus. ff. de inter. actio.* & eſt text. pul-
cherrimus, *in c. inter dilectos. ver. cæterum.* ibi *ex forma petitio-
nis. de fid. inſtrum.* & ibi Bald. *colum. pen.* notans ex eo, quod
pro intellectu priuilegii † recurrendum eſt ad formam peti- 26
tionis, ſequitur in alio caſu Natta *conſil. 274. num. 6.* Quare
non poteſt in caſu noſtro memoriæ defectus D. Auguſt. al-
legari; tantoque magis, quod ipſe dom. Auguſt. ſubiunxit,
quod nihil aliud habebat dicere, niſi commendare ſuas
creaturas, & quod relinquebat curam ſuarum ſcripturarum
ipſi Nano, & quod contentabatur de ſuo teſtamento iam
per eum facto, rogato per ipſum Nanum: vnde ſi de tot a-
liis memor erat, & recordatus fuit, de quibus non fuerat
interrogatus, multo fortius ſi fuiſſet debitor fratris de ſcu-
tis centum, interrogatus de debitu ſuis, reſpondiſſet, quod
ſic: ſed quia non erat de illis debitor, reſpondit ſe nihil a-
liud habere dicere, quia nihil debebat, alias † animæ ſuæ 27
præiudicaſſet, cæteris anteferendæ. *l. ſancimus. C. de ſacroſan.
eccleſ.* quam multis exornat Cotta *libro ſuo memorial. in verb.
anima.* & ad text. *in d. l. hac conſultiſſima. in §. at cum humana.*
reſpondet egregie Ruin. *conſil. 73. num. 11. volum. 2.* quod ibi
non dicitur, quod in actu teſtandi præſumatur teſtator im-
memor facti proprii præteriti, ſed intendit ille tex. & vult,
quod in teſtando, ſeu circa modum & formam teſtandi,
contingere poteſt, quod aliquid omittatur ex obliuione, &
per inaduertentiam, quæ tunc de facili cauſatur propter
cogitationem mortis, & † propterea ſi aliter diſponat, 28
quam debuit teſtator, per errorem, & per obliuionem, id
contigiſſe creditur. *l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & pup.* & hoc,
quia eſt veriſimile, quod aliter diſpoſuiſſet, ſi non errasſet,
vel memor fuiſſet; Quæ † ratio ceſſat in facto proprio de 29
præterito, quia circa illud nihil reperitur actum, quod in-
ducat, vel indocere poſſit præſumptionem obliuionis: &
hæc abunde ſufficiant circa perſonam dom. Auguſt. Quo
vero ad † taciturnitatem fratris, qui dictis verbis fuit præ- 30
ſens, reſpectu cuius dicitur, quod non ſequitur ex ea, i-
pſum fuiſſe falſum, ſibi nihil deberi, ſecundum Bartolum
*in l. ſi cum dos. ff. rerum amot. & in l. ſi quidem. & poſt eum
cæteri. Cod. de tranſact.* reſpondeo, poſito, quod ille non
fuerit confeſſus, nihil ſibi deberi, quia non videtur illis
verbis domin. Auguſtin. conſenſiſſe; (vt inquit ibi Caſtren.)
tamen negari non poteſt, quin indemata fuerit magna
præſumptio, quod nihil ei deberet dom. Auguſtin. per
textum valde notabilem *in l. ſi duo patroni. in princip. ff. de in-*

 reiur.

venur. vbi ſi duo dicebant, ſe patronos eſſe cuiuſdã liberti, &
altero deferẽte, libert⁹ iurauerit, ſe libertũ eius nõ eſſe, ſub-
dit Vlp. multũ fidei, & auctoritatis apud iudicẽ alterũ patro
nũ habiturũ, quo magis ſolũ ſe patronũ ꝓbaret, cũ libertus
iuraſſet alterũ patronũ non eſſe: ex quo tex. not. *ibi* Iaſ. limi-
31 tationẽ ad omnia iura, q̃ † dicunt, ꝙ res inter alios acta, alijs
non ꝓdeſt, neq; noceat, *tot. tit. C. res inter alios l. ſæpe. in prin. ff.*
de re iud. nam intelliguntur quo ad plenũ præiudiciũ, tamen
faciunt aliqualẽ p̃ſumptionẽ, & talis p̃ſumptio eſt magni ef-
fectus: quia ſi ꝓbationes eſſent hincinde pares, præferretur
illa, quæ habet illud plus, ſcil. qualem qualem p̃ſumptioẽ,
& ſic pro eo deberet ferri ſententia, & ad hoc multũ notat
illã gl. Bart. & Dd. & (vt addit Ang.) eſt melior, q̃ aliqua, quæ
ſit in iure, adhoc, eamq; ſingularẽ reputat idemmet Ang. *in*
repet. legis ſciendum. col. 13. ff. de verb. obl. & pro ea Bal. addit ex-
emplum naturale, qñ poodera ſunt in æquilibrio hinc inde
paria, ſi ex vna parte aliquid modicũ ſuperadditur, facit eã
32 p̃ponderare: Et iſtud † quale quale p̃iudiciũ facit ius aliorũ
vacillare, vt inquit Tiraq. *in tract. res inter alios. limit. 19.* poſt
gl. Guid. de Cun. Fulg. & alios *in d. l. ſi duo patroni.* ſic etiã dici
debet in caſu noſtro, ꝙ cum teſtes presbyteri nõ ꝓbent eius
intentionẽ, quia carent omni veriſimili, vt ſupra dixi; & iſtę
mulieres ex hoc ſolo deberent abſolui *per l. qui accuſare. C. de*
eden. addita p̃dicta qualiquali p̃ſumptione taciturnitatis ſe-
cutæ verbis D. Aug. tanto magis p̃ponderare debet, vt pro
eis abſolutoria ferenda ſit: & ita remanẽt in tuto portu lo-
catæ; & hinc ſequitur, obiectiones nõ veriſimilitudinis, fa-
ctas teſtib. actoris, nõ eſſe ſublatas, & ob id eos cõiungi oon
33 poſſe; † nam Dd. ſententia, de ꝓbationib. imperfectis teſtiũ
cõiungendis, de qua per Iaſ. poſt alios *in l. admonendi. ff. de iu-*
reiur. oon ꝓcedit, qñ teſtes deponunt non veriſimilia, ꝓut
in term. tradit Crau. *conſ. 665. n. 16 iuncto n. 3. ſupra poſito.* cũ
34 n. prius dixiſſet, ꝙ † probatiooes dimidiatæ, aut ſemiplenæ
coniunguntur, ad ꝓbationẽ plenam faciendã. gl. *in c. dudum.*
2. verſ. veritate. de elect. & in c. veniens. 1. de teſti. quas Gem. alle-
gat *conſ. 117. col. 2.* Bart. & Dd. *in d. l. admonendi.* ſubdit *in d. n. 16.*
35 fidẽ † teſtib. adductis adhibendã noo eſſe, vt pote de falſo
ſuſpectis, cũ rem loquantur à veriſimilitudine ꝓrſus remo-
36 tam. Et hoc eſt inquit Crau. ꝙ dici ſolet, † teſtib. alioquin
plene teſtificantibus, fidẽ ex cauſa non haberi. Bart. Bald. &
37 Ang. *in l. Lucius. in fin. ff. de infa. cum ſimil.* quos citat; † vacuos
n. teſtes oportet eſſe ab omni ſuſpicione. *c. in literis. de teſt.*
Corſ. *ſing. 299. ſcholaris.* Secundo poſito, ſine veri p̃iudicio, ꝙ
veriſimilia dipoſuiſſent, attamẽ nec eorũ coniunctioni lo-
cus dari deberet; moueor aſſumendo, ꝙ in dubiis dicitur,
38 ſolutionẽ † allegatam ſapere naturã mutui, velut facto de-
poſito ad numerũ, & non in ſpecie: nam vnus teſtis de veri-
tate mutui, vt eſſet Baſſus, & alius de cõfeſſione, vt eſſet Mi-
nettus, noo coniunguntur, ad plenã probationem facien-
dam, vt poſt Abbat. & alios tradit Dec. *in c. cum cauſam n. 16.*
de prob. & idem Iaſ. *in d. l. admonendi. n. 260. in fine column.* ra-
tionem adducens, de qua per eum, prout videri poteſt.

39 Tertio tunc demum † probatiooes imperfectæ coniun-
guntur, quando perfectæ ſunt in ſua ſpecie, alioquin con-
iungi non poſſunt *l. 2. l. Spadonẽ. §. qui iura. ff. de excuſ. tut.* Bart.
in d. l. admonendi. col. antep. verſ. his præmiſſis. Bal. *in l. ſi quis ex ar-*
gentariis. §. cogentur. ff. de eden. cum ſimil. per Ceph. *conſil. 225.*
n. 47. at ꝓbatio confeſſionis, de qua loquitur Minettus, im-
perfecta fuit in ſuo eſſe, velut incidenter, & enunciatiue fa-
cta, nec acceptata, vt ego prius ſigillatim dixi, q̃ non repeto.
Ergo coniungi non poteſt cũ alia de numeratione, allegata
per Baſſum: & certe præter alia, ꝙ Baſſus, & Minettus depo-
ſuerint de numeratione, & cõfeſſione, modis, vt primo di-
xi, ſatis inſolitis, & alienis à veriſimili, Baſſusq; tot patiatur
40 defectus, ſupra memoratos, reiiciendi ſunt: namq; † validæ
& vrgentes ꝓbationes requiruntur, quando probandũ eſt
aliquid aduerſus id, quod non eſt veriſimile, vt tradit Bart.
in l. final. n. 2. ff. quod met. cauſ. Alex. *conſ. 99. in fi. vol. 3.* Curt. iun.
conſ. 52. n. 7. Lud. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 4. n. 35.* quos
allegat Menoch. *conſ. 466. n. 3.* qualeſ dici nõ poſſunt d. duo
41 teſtes: & vt p̃dictis addã † contra id, ꝙ eſt veriſimile, requi-
rantur clariores & fortiores probationes, vt not. Abb. *in c.*
quia veriſimile. de præſumpt. not. ſecundo. Speculat. *in tit. de pro-*
bat. §. final. colum. final. Bald. *in l. tranſactionem. C. de tranſact.*
Alexand. *conſil. 109. in fine volum. 3.* Decian. *reſponſ. 67. num. 18.*
vol. 3. quales (vt repetam) dici nõ poſſunt, tales teſtes, re, &
numero imperfecti. Poſtremo omniũ, dum dicitur proba-
tiones dictorum teſtium non debere inanes reputari; quia
& ipſi ſecum habent aliquam præſumptionem; quia depo-
nunt pro clerico in ſacris conſtituto, quem non eſt creden-
dum adeo immemorem ſalutis æternæ fuiſſe, quod vellet
à nepotibus debitum cooſequi, niſi vere creditor eſſet; ſuper
hoc quoq; conſiderãdum eſt; nam cum plura deducta fue-
rint, non veriſimilia aduerſus allegatũ debitum, vtiq; tolle-
re deberet iſtud veriſimile clericatus; quia † plura non veri- 42
ſimilia tollunt vnũ veriſimile, quod illis opponitur. vt con-
cludit Soc. *in alleg. conſ. 244. in fin. vol. 2.*

Secundo, ſi præſumptio videtur adeſſe ꝓ clerico, quem
non eſt credendũ, ſic immemorem fuiſſe ſalutis æternæ, ꝙ
vellet à nepotib. debitum conſequi, niſi vere creditor eſſet,
& alia præſumptio ſtat pro D. Aug. reo, ſi viueret, qui reſpõ-
dens Nano interroganti de aliquo ſuo debito, dicendo, &
ordinando, reſpoodit, ꝙ oon habebat aliud dicere; & ſic, ꝙ
nihil alicui debebat: nam nõ eſt credendũ, ꝙ ille moriturus
tũc adeo fuerit immemor ſalutis æternæ, & animæ ſuę præ-
iudicare voluerit, dicendo ſe nõ debere quid, ſi vere debuiſ
ſet fratri ſuo d. pecunias, eas fratri auferendo, & eas ſibi, vel
heredib. ſuis lucrando, contra Saluatoris Euangelium, di-
centis: quid ꝓdeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur, a-
nima vero ſua detrimentũ patiatur: Imo vero, cũ huic præ-
ſumptioni pro D. Aug. concurrat, & accedat eius mors ſub-
ſecuta, debet augeri d. p̃ſumptio, ꝙ fratri ſuo nihil debeat,
vt interrogatus reſpondit, vt in ſimili videmus, ꝙ † ſcripturę 43
mortui, ꝓpter eius mortẽ, maior fides præſtetur, iuxta not.
per Iaſ. *in d. l. admonendi, col. 49. & fin.* Alc. *in tract. de præſ. reg. 3.*
præſ. 4. n. 6. Afflict. *deciſ. 40. n. 19. in fi.* Dec. *in d. l. 1. n. 4. C. de eden.*
Crau. *conſ. 274. n. 4. & conſ. 275. n. 6. & 7.* Ceph. *conſ. 92. n. 56.* &
Decia. *reſp. 20. nu. 8. vol. 2.* dicens, ꝙ ex † morte ſcribẽtis augeť 44
fides ſcripturæ, vt per Bald. *in l. cõparationes. col. 7. verſ. cõfirma-*
tur. C. de fide inſtr. & in l. inter chartulas. C. de conue. fiſci debitor.
lib. 10. Soc. *conſ. 161. col. 6. verſ. nec obſtat ſi dicatur. vol. 2.* Remanẽt
igitur omnes dubitationes ſolutę cõtra mulieres iſtas ſic, vt
à petitis, per patruũ & ſororium, reſpectiue ſint abſoluendę,
ꝙ pro iuſtitia faciendum ſperatur. *Hippolyt. Rimin. Ferraria.*

Pro Reuerend. & Illuſtriſſ. Archiepiſcopo Rauennæ.

ARG. An omnia bona præſumantur eſſe allodialia, ita vt is
qui dicit ea eſſe feudalia, id ꝓbare debeat. Et an ob nõ pe-
titã inueſtiturã per patrẽ & auum, contra filios, & nepotes
ignorãtes vel negligẽtes, bona eſſe emphyteutica, vel feu-
dalia, poſſit caducitas opponi. Itẽ qui ſucceſſores, ad quos
bona emphyteutica vel feudalia perueniunt, debeãt inue-
ſtiturã petere, & cur. Et quid pro ea ſoluere teneantur. Et
ſi pater ſingulorum ſucceſſorũ inueſtiturã petere neglexe-
rit, an filii ſeu heredes, tam pro patre q̃ ſe laudemiũ ſolue-
re teneantur. Item an ſtatuta laicorum ligent clericos.

SVMMARIVM.

1 *Bona de iure præſumuntur allodialia, niſi probentur feudalia, vel em-*
2 *Allodium quid.* *(phyteutica. n. 2. 4. 9.*
3 *Ius pendet a ſeruo facti.*
6 *Statuta laicorum, an ligent clericos.*
7 *Superfluata quæcunq; materia ſunt reſecanda.* *(ad eundem finem.*
8 *Probationes imperfectæ coniunguntur ad plenã probandum, cum tẽdunt*
10 *Sententia ſe referens ad aliquid, debet intelligi prout in relato continea-*
tur, cum ſuis qualitatibus.
11 *Priuatus iuris competentis alicui, non inducitur, niſi expreſſe dicatur.*
12 *Delegatus non poteſt excedere fines mandati, & ſi excedit, factum eius*
13 *Sententia eſt ſtr. de iure.* *(eſt emendandum n. 15.*
14 *Contractus intelliguntur rebus ſic ſtantibus.*
16 *Verba debent deſeruire intentioni, non econtra.*
17 *Et in contractibus debent ſtrictiſſime intelligi.* *(eſt minus.*
18 *Argumentũ non valet in exceptionib. de eo, quod eſt plus, ad id, quod*
19 *Priuilegium continens derogationem requiſitionis filiorum non cenſetur*
derogare requiſitioni agnatorum, qui ſunt requirendi.
20 *Argumentum ſumptum ab accidentalib. non neceſſario concludit.*
21 *Nec valet de certo ad incertum.*
22 *Eccleſiam vtilitatem conſequi in contractib. ſolis, nouum non eſt.*
23 *Caducitas propter inueſtituram per patrem vel auum non petitam, an*
contra filios aut nepotes opponi poſſit, præſertim ſi ignorauerint bona
eſſe feudalia. n. 24.
25 *Diuerſitas caſuum ius diuerſum conſtituit. & n. 26.*
27 *Socius negans ſocietatem, perdit priuilegium, ne conueniatur, niſi quate-*
nus facere poſſit.
28 *Pœnitentia & reuocatio negationis ante litem conteſtatam locum ha-*
bet, poſt non item.
29 Igno-

29 Ignorantia quando heredibus non proſit.
30 Sciens reputatur ille, qui inueſtigando potuit ſcire. & n. 31.
32 Emphyteuta nouus, qui ſub priore inueſtitura non eſt comprehenſus, vt eſt ſucceſſor ſingularis, tenetur recipere inueſtituram, & ſoluere Laudemium. & num. 34 & cur. num. 36.
33 Laudemium in bonis emphyteuticis & feudis, quod ſit.
35 Dominus tenetur ad nouam inueſtituram nouo emphyteutæ.
37 Actio caducitatis datur etiam contra heredes.
38 Quando heredes tam pro ſe, quam parentibus Laudemium ſoluere teneantur.
39 Non entis nulla ſunt qualitates.

CONSIL. DCCLIII.

DE tribus agendum eſt in præſenti cauſa Illuſtr. & Reueren. Archiepiſcopi Rauennæ, cum magnific. Pineis. Primo, an bona, de quib. diſputatur, ſint iuris eccleſiæ ſuæ. Secundo poſito, quod ſic, an deuoluta ſint ad eius eccleſiã. Tertio, poſito, quod non, an dicti Pinei teneantur accipere inueſtituram, & ſoluere debita Laudemia d. Reuerendiſſimo Archiepiſcopo. Circa primum dicunt dom. Pinei,
1 quod dicta † bona fuerunt, & ſunt allodialia, ſi non, quod probari debeat, ea eſſe feudalia, cum de iure præſumantur allodialia, vt ſcribit Bald. *in c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lot. & in c. 1. §. 1. contra inueſt. cum ſimilib.* copioſe deductis per Brun. *conſil. 1. col. 1.* & alijs per Ioan. Gallicum *conſil. 2. num. 20.*
2 *primo Tomo feudal. diuerſor.* dicentem, quod † omnis res præſumitur allodialis, niſi probetur feudalis ea ratione, quia
3 feudum eſt ſpecies ſeruitutis, † allodium vero quędam proprietas, quæ non recognoſcitur niſi à Deo; Et cum prædictis alij quamplures concordant, quos cumulaui *conſil. 90. num. 21.* ſicut & alios adducit Decian. *reſponſ. 33. num. 50. vol. 1.*
4 concludentes, † eum qui dicit bona eſſe allodialia, fundatam habere intentionem, qui vero dicit eſſe feudalia, illi incumbit onus probãdi, quod ſint feudalia: quare videtur, quod iſta bona dominorum de Pineis non ſubijciantur eccleſiæ Rauennæ; hocq; firmat D. Aduocatus eorum, quibuſdam ſuis rationibus, hodie ſaltem, vigore ſententiæ Reuerendiſſimi Cardinalis Paleotti, per quam videntur effecta prorſus libera, & reſpectu directi dominij, & ad prædictos pleno iure pertinere, qui cauſam habuerunt à dominis Bonificatoribus: Ego vero contrarium de iure verius eſſe
5 dico, conſiderando ſeriem † facti, à quo ius pendet, vulgata *l. ſi ex plagis. §. in Cliuo ff. ad leg. Aquil.* nam in primo inſtrumento capitulationis bonificationis Pollicinij, Ferrariæ celebrato, de ann. 1564. 26. Iul. & in alio eiuſdem anni 30. Nouemb. nulla facta fuit mentio bonorum ſuppoſitorum eccleſijs, in circundario dictæ bonificationis exiſtẽtium, quo ſtante non cenſebantur comprehenſa, nec dictæ capitula-
6 tioni ſubiecta: quia ſtatuta † laicorum, licet honeſta ſint, nec ſint contra libertatem eccleſiæ, quę generaliter loquuntur, non ligant clericos, vt aduerſus Bart. qui ſecus tenuit *in l. 1. verſ. quinto quæritur. C. de ſumma Trinit.* tenent communiter Canoniſtæ, prout teſtatur Dominic. *in c. 1. de treuga, & pace* Butr. *in c. eccleſia S. Mariæ.* & ibi Dec. *num. 73. de conſtit.* alios citans. Propterea deuentum fuit ad aliud inſtrumentum, celebratum de anno 1565. 22. Decemb. cum dom. Paulo Sanuiniato, ſucceſſore dom. Hiſydori primi, bonificatoris, in quo conuentum fuit, quod omnes eccleſiaſtici ſubijcerẽtur capitulis prædictę bonificationis, & ad omnem difficultatem tollendam, ſecuta fuit ſententia Reuerendiſſimi Paleotti Commiſſarij Apoſtolici, de ann. 1573. 13. Auguſt. in qua declarauit, capitulationem prædictam ceſſiſſe, & cedere in euidentem vtilitatem d. Archiepiſcopatus Rauennæ, & aliarum eccleſiarum, & inuiolabiliter eſſe obſeruandam. Quibus ita ſtantibus, ſi dicta bona fuiſſent allodialia, nõ fuiſſet opus ſupplicare Summo Pontif. quod ſubijcerentur d. capitulationi, nec quod Reuerend. Paleottus auctoritate Apoſtolica id declararet, nominando eccleſiam Rauennatẽſem, Adrienſem, & alias; vt Epiſcopatus Ferrariæ, ſiue Re-
7 uerendiſſimos Cardinales Eſteoſes: † nam ſuperflua reſecanda ſunt in quacunque materia. *l. ſi quando. in prin. ff. de leg. 1. & in c. ſi Papa. de priuil. in 6.* Dec. *conſ. 10. num. 14. & conſ. 18. n. 4.* & alibi ſæpe Dd. in varijs locis.

Secundo concurrunt duo teſtes examinati, dicentes, has terras poſſeſſas per dominos Pineos, fuiſſe comprehenſas, & incorporatas in maiori quantitate terrarum, quæ in feudum, vel iure emphyteutico, vel alio iure ab eccleſia Rauennæ conſecutæ fuerunt D. Iſabetta, & ſubinde D. Lucia illius filia, de Calligis, & de illis fuerunt inueſtitæ à dicta eccleſia, & earum inueſtituram viderunt teſtes, & quod cenſus etiam ſoluerunt de dictis rebus, quæ poſtmodum peruenerunt ad dominos de Pineis, &, vt inquit primus teſtis, dom. Pacificus Curionus conſignauit Illuſtr. D. Ioanni Baptiſtæ Pineo de illis modia centum, quæ poſtea bona fecerunt dom. Bonificatores alijs intereſſatis bonificationis in diuiſionibus factis inter dictos intereſſatos, & bonificatores: vnde veritas ex dictis teſtibus apparet, quod iſta bona fuerint de iuribus eccleſiæ Rauennatenſis, ſi cenſus illi ſoluti fuerunt, vltra quod etiam dicti teſtes deponunt, de publica voce, & fama in locis dictarum terrarum, quod fuerint de iuribus Archiepiſcopatus prædicti, & recognitæ per dictas mulieres ex inueſtituris earum, viſis, & lectis per ipſos teſtes: ex quibus omnibus ſimul iunctis, etiam † ſi fuiſ- 8
ſent imperfectæ probationes, reſultat plena probatio, cum tendant ad eundem finem, *vt per gloſſ. in l. 2. in princ. in verb. legitimis. ff. de excuſ. tut.* Bald. *in l. Spadonem. §. qui iura. ff. eod.* rationem adducendo, quia eſt fauor publicus, ne facultas probandi reſtringatur, & ad idem plures concordantes allegat Dec. *in c. cum cauſam. num. 12. de probationib.* de quibus ibi per eum.

Tertio, vt à remotis ad proximiora tranſeamus, nedum inſtrumentum dictarum mulierum inueſtitarum ab eccleſia Rauennæ, productum fuit, ſed etiam liber Diacetti dicti Archiepiſcopatus, vt dom. Tortanus in ſua inſtructione teſtatur; vnde ſuccedit interpretatio ſexta nouarum, & vltima antiquarum, ad Bullam Bonifacianam, qua declaratur in fauorem eccleſiarum, quod ſi in aliquo cõtractu, vel inſtrumento expreſſe per contrahentes, etiam enunciatiuè dicatur aut enuncietur, res, de qua, vel quibus fit cõtractus, vel inſtrumentum, eſſe iuris, vel de iure alicuius eccleſię, intelligatur eſſe fundata intentio cuiuslibet eorum, vigore dictorum verborum, quod res ipſa ſpectet, & pertineat iure directi dominij ad ipſam eccleſiam, in præiudicium ipſorum contrahentium, & cuiuslibet eorum, & habentiũ cauſam ab ipſis: niſi per eos, vel alterum eorum probetur contrarium: eſt igitur ibi clara deciſio pro eccleſia Rauennæ, contra dictas mulieres, ſi negarent, vel cõtra Bonificatores, & Pineos, qui viciſſim habuerant cauſam ab eis, vt Bonificatores à mulierib. & à Bonificatoribus Pinei. Ex tot igitur fundamentis ceſſat allegatio pro Pineis facta, quod d. bona ſint † allodialia; id enim ꝓcedere poſſet in dubio, quo bona 9
talia præſumuntur; ſed præſumptio admittit probationem in contrariũ, & illi cedit *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſa.* Cravet. *conſ. 53. n. 5. & conſil. 147. n. 7.* & ego *conſ. 170. in fin.* Nec verum eſt, quod per ſententiam Reuerendiſſimi Cardinalis Paleotti, d. bona liberata fuerint à iure directi dominij d. Rauennatenſis Eccleſiæ: Nam dicta † ſententia ſe refert ad ca- 10
pitulationes bonificationis, de quibus in primo, & ſecũdo inſtrumento ſupra relato. Vnde intelligitur tantum continere, quæ in dictis capitulationibus continentur, cum qualitatibus ſuis. Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff. de leg. 2. & in l. ſanctio legum. ff. de pœn.* Aret. *in l. ſi pluribus. in princip. ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſil. 150. num. 17. vol. 3.* & ego *conſil. 181. num. 42.* ſed in capitulis dictæ bonificationis immunitas tantum conceditur per annos 15. realis, & perſonalis, venientibus ad habitandum, ſicut & extrahendi fructus pro tertia parte, poſtea ad dimidiam dilatata: Et pro beſtiamine conducendo: ſed de iure directi dominij pertinentis ad eccleſias ab eis remouendo, nec verbum, nec ſuſpitium quidem, nec dici debet, aut imaginari; quia † priuatio iuris, alicui com- 11
petentis, non inducitur, niſi expreſſe dicatur. *§. cum igitur. in auth. de non elig. ſecund. nuben.* per quem ſic not. Bal. *in auth. ex teſtamento. colum. pen. verſic. modo circa. C. de ſecund. nupt.* & eſt text. *in l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſumpt. fun.* gloſſ. notab. & Abb. *in c. fin. de iure patron.* Ripa *in l. quod te. num. 51. ff. ſi cert. petat. & in rubric. de iudic. num. 15.* Alciat. *in l. etiam. num. 7. ff. ſolut. matr.* & alij, quos adduxi *conſil. 257. num. 14. conſ. 285. num. 151. & conſil. 295. num. 14. ſicut & conſil. 497. num. 41.* Quin-

imo cum Reuerendiſſimus Paleottus fuerit delegatus, ad
videndum, ſi bonificatio ceſſura foret in euidentem vtili-
tatem eccleſiarum, dandi bonificatoribus dimidiam terra-
rum ſuarum, cum facultate recuperãdi dimidiam illius di-
midiæ, pro ſcutis decem quolibet modio, non autem data
ſibi fuit facultas aſſignandi pleno iure dicta bona bonifica-
toribus, vt in literis Apoſtolicis continetur, vtique poſito,
quod dictus Reuerendiſſimus id expreſſe determinaſſet,
quod pars bonificatorum eſſet eorum pleno iure, etiam
12 reſpectu directi dominii, nihil egiſſet; quia † delegatus non
poteſt excedere fines mandati. *c. cum dilecta.* & ibi Dd. *de re-
ſcript. c. 2. & 8. de offic. deleg.* Menoch. *conſil. 263. num. 15.* ſed vere
hoc nõ fecit, nec per eius ſententiam id feciſſe præſumitur;
13 quia † ſententia eſt ſtricti iuris, *l. 1. C. ſi plu. vna ſentent.* & eius
verba potius interpretari debent, vt contineant iuſtitiam,
quam iniuſtitiam, argument. *l. merito. ff. pro ſoc.* & ad intel-
lectum iuris ſunt referenda. *l. miles. §. 10. ff. de re iud.* Anchar.
conſil. 6. viſo themate. Soc. *conſil. 134. colum. pen. in princ.* & certe
fuiſſet iniuſtum, & contra ius, eccleſias priuari iure directi
dominii. *l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.* Quinimo d. Reue-
rendiſſimus Paleottus iudicaſſet contra Bullam Bonifacia-
nam, quæ concedit alienationem bonorum ſubiectorum
eccleſiis, quo ad vtile dominium duntaxat, iure directi do-
minii prælatis, rectoribus, & eccleſiis ſemper ſaluo; cui ſa-
ne Bullæ Pontificiæ præſumi debet, ipſum Paleottum ſe
voluiſſe conformare. *l. heredes mei. §. cum ita. & ibi not. ff. ad
Trebell.* remanet igitur clara concluſio, quod dicta bona
poſſeſſa per Pineos, ſint de iure eccleſiæ Rauennæ, nec fue-
rint per Reuerendiſſim. Paleottum à iure directi dominii,
d. eccleſiæ liberata.

Nec obſtant allegatę quædam rationes Aduocati; & pri-
ma, quod ſententia prædicta generalis comprehendat tam
bona de menſa, quam recognita iure directi dominii ab ec-
cleſiis, quorum maior vtilitas erit eccleſiæ, reſpectu partis
bonificatæ, quam totius corporis aquoſi; & eadem ratio
ſubeſt, vt plenius deducitur. Nam reſpondetur, ſententiam
prædictam complecti bene dicta bona de menſa, & reco-
gnita, quæ danda ſint pro dimidia bonificatoribus, & eate-
nus euidens vtilitas conſiderata fuit à Reuerendiſſimo Pa-
leotto: quia plus erat vtile futurum eccleſiis habere partem
terrarum bonificatarum, & ab aquis purgatarum, quam to-
tum corpus aquoſum, ex quo nihil, aut forte modicũ perci-
perent: ſed non inde conſiderata fuit vtilitas eccleſiarum,
translato iure directi dominii in bonificatores, reſpectu di-
midiæ illis aſſignandæ; quia dicta dimidia veniebat illis aſ-
ſignanda in eiſdem terminis, quibus fuerat apud eccleſias,
& ſic rebus ſic ſtantibus, ſaluo iure directi dominii ipſis ec-
14 cleſiis, in d. dimidia bonificatoribus aſſignanda: † quia con-
tractus intelliguntur, rebus ſic ſtantibus. *l. quod Seruius. ff. de
cond. ob cauſam.* Dec. *conſil. 335.* Anchar. *conſil. 28.* Corn. *conſ. 89.
col. 3. vol. 2.* Natta *conſil. 148. num. 22.* & ego *conſil. 263. num. 25.
& conſil. 499. num. 46.* Imo probabiliter dici poteſt, quod ſi
Reuerendiſſimus Paleottus expreſſe conceſſiſſet bonifica-
toribus dimidiam bonorum, vigore capitulationis, exem-
15 ptam à iure directi dominii eccleſiarum, cum † de eo com-
miſſionem non haberet, non valuiſſet ſua diſpoſitio: *d. c.
cum dilecta. cum ſimil. ſupra deductis.* Ergo nec ſub generalita-
te verborum id eum conceſſiſſe dicendum eſt. Bart. *in l. ſi
ſub conditione. ff. de condit. inſtit.* Bald. *in l. fin. §. in computatio-
nes.* & Andr. Sicul. *in addit. ad eum. C. de iure delib.* Luc. de Pen.
in l. fin. C. de exactio. trib. lib. 10. Dec. *conſil. 504. colum. 2. & in c.
1. lect. 2. gloſſ. ab omnibus approbata. de conſtit.* Crauet. *conſil. 106.
num. 6.* vnde ceſſat vndique prima ratio ſupra deducta. Mi-
nus me mouet ſecunda ratio, quam ſubiungit dom. Aduo-
catus, dicens, quod cum ſit æquum, neminem ſumptibus
& laboribus ſuis fraudari, & conuentum fuerit, mercedem
dignam laboribus & ſumptibus Bonificatorum, eſſe dimi-
diam pleno iure bonorum ad culturam reductorum, pro-
ut cenſuit Sereniſs. Princeps, & in ſententia confirmauit
Reuerendiſſimus Paleottus, vtique ſi diceremus bona em-
phyteutica recognita ab eccleſia ſub capitulis, & ſententia
non comprehendi, niſi quo ad vtile dominium, bonifi-
catores remanerent fraudati, ſaltem pro parte, ſuis labo-
ribus & ſumptibus, quod eſſet inconueniens, & quod eſt
euitandum.

Quoniam reſpondetur imprimis, nec in capitulis, nec in
ſententia reperiri dictam dimidiam bonorum, dãdam bo-
nificatorib. fuiſſe conuentam illis dari pleno iure; ſed tan-
tum dixit D. Hiſydorus, quod de dimidia ſibi danda, illius
dimidia recuperari poſſet pro 10. ſcutis, pro quolibet mo-
dio, altera vero dimidia ad ipſum libere ſpectaret. quod
eſt intelligendum à nexu redemptionis, de qua agebatur;
non autem de iure directi dominii: quia † verba deſeruire 16
debent intentioni, non autem intentio verbis. *c. humanæ
aures. 22. q. 5. cap. ſedulo. 38. diſt.* Abb. *conſil. 1. & conſil. 75. in prima
part.* Crot. *conſ. 36.* Pariſ. *conſil. 73. num. 15. vol. 2.* & ego *conſil. 52.
num. 68. & conſil. 382. num. 96.*

Secundo, quia verba contractus initi Hiſydori, de dan-
da ſibi dimidia dictorum bonorum, ſtricte debẽt intelligi,
prout erant apud eccleſias ab aliis recognita, & ſic reſerua-
to iure directi dominii eccleſiis: quia † verba cõtractus ſtri- 17
ctiſſime debent intelligi. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obl.
l. in vendendo. ff. de contrah. empt.* Roll. à Vall. *conſ. 59. num. 32. vol.
3.* Bald. *conſil. 145. caſus talis eſt. col. pen. vol. 3.* quem ſequitur i-
dem Rol. *conſ. 58. n. 64. vol. 3.* & ego *conſ. 289. col. pen.* ideoq; po-
tiſſime ſic ſtricte veniunt intelligenda, quando veniunt in-
telligenda contra ius commune, vt not. Abb. *in c. cum dile-
ctos. de conſuet.* & à iure communi recipiunt interpretationẽ
paſſiuam. *l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.* & ego dixi *conſ.
282. num. 66. & 67.*

Tertio cum nõ appareat de conſenſu, vel licentia ſum-
mi Pontif. eccleſiis conceſſis, abdicandi à ſe directum do-
minium, vtique non eſt dicendum, quod in conſentiendo
capitulis voluerint tacite, vel ſub inuolucro verborũ, talem
alienationem directi dominii facere, quam nec expreſſe
facere potuiſſent. *c. 2. de reb. eccl. non alien.* ibi, *abſque Apoſtolicæ
ſedis licentia ſpeciali, & in Extra. Pauli II. quæ incipit: Ambitioſæ.
eod tit.* ibi, *inconſulto Roman. Pontifice.* vbi variæ pœnæ impo-
nuntur vltra nullitatem contractus, vt excõmunicationis,
priuationis dignitatis, & officii, & id genus. Quare multis
reſpectibus dicta ſecunda ratio non procedit.

Nunc ad tertiam deſcendo, qua dicitur, quod naturali
rationi congruit, vt qui bonificationis commodum ſentit,
aliquod incommodum patiatur pro expenſis, & ſudoribus;
ſed eccleſia pro bonis retentis ad culturam reductis ꝓpter
bonificationem longe antiquis maiora laudemia cõſeque-
retur, & in caſu deuolutionis eorum, maiorem vtilitatem;
vt igitur aliquod incommodum patiatur eccleſia, dici de-
bet, translatum directum dominium in bonificatores: Sed
nec iſta ratio mihi placet vllo modo, quoniã non eſt verũ,
maiorem vtilitatem conſecuturam eccleſiam ex parte re-
tenta propter maiora laudemia, vel deuolutionem obuen-
turam; Imo vero minor eſſet vtilitas, q̃ perdere dominium
pleno iure dimidiæ dandæ bonificatoribus, vt ad ſenſum
paret; Et poſito, quod eſſet plus, ex parte retenta conſequi
quæ dicuntur, quam ex relaxanda; dico quod † in iſtis exor- 18
bitantibus non valet argumentum de eo, quod eſt plus, ad
id, quod eſt minus: vt eleganter, & philoſophice tradit Bal.
conſil. 14. & 15. col. 3. vol. 2. vbi dicit, quod † ſi in priuilegio Co- 19
mitis derogatur requiſitioni filiorum, nõ intelligitur dero-
gatum requiſitioni agnatorũ, qui eſſent requirendi ratione
prædicta, ſequitur dom. meus Marc. Brun. ab Anguill. *conſ.
1. n. 112. & conſ. 13. n. 112.* Propterea quod in futurum cõtingere
poſſet eccleſiis maiora laudemia, vel deuolutiones, ex par-
te retenta, quæ ſunt † accidentalia, à quibus argumentatio 20
non arguit de neceſſitate, vt poſt Barbat. *conſ. 21. col. pen. vol. 2.*
tradit Purpur. *conſil. 357. num. 25.* pars enim dimiſſa certa eſt,
laudemia vero, & deuolutiones incertæ. Poſtremo dimidia
bonorum, relaxata bonificatoribus, fuit, & eſt certa, reten-
ta vero, reſpectu laudemiorum, & deuolutionum, dicitur
quid incertum: quia pendent à futuro euentu, qui forte nõ
eueniet, vnde † non valet argumentum de certo, quod ca- 21
ret omni dubitatione. *c. ſi beneficia. de præb. in 6.* Calcan. *conſ.
121. colum. 4. circa med.* & certum dicitur, quod fallaciam ha-
bere non poteſt. Bald. *in l. hac conſultiſſima. col. 2. num. 5. C. qui
teſtam. fac. poſſ.* Crauet. *conſ. 415. num. 7.* ad incertum, dubium,
& fal-

Digitized by Google

& fallax. Et quod ſubiicitur, nihil referre eccleſiæ, totum
Corpus ab antiquis emphyteutis recognoſci, vel partem
dimiſſam à Bonificatoribus, concedo; & hoc pro Archie-
piſcopatu facit, quod bonificatores partem dimidiam non
habuerint pleno iure, nec Pinei, vnam ab eis habentes, ſed
bene intereſt eccleſiæ, quod pars dimiſſa non fuerit dimiſſa
pleno iure, ſed ſaluo iure ſuo directi dominii, & aliter eſſet
in damno: Ad vltimum, quo concluditur, quod eccleſia lo-
cupletaretur cum damno bonificatorum, ſi dimidiam ha-
berēt quo ad vtile dominium, ipſa vero alteram dimidiam,
longe pretioſiorem, & vlterius in alia dimidia directum
22 dominium; reſpondeo, † non eſſe nouum, quod in contra-
ctibus ſuis eccleſia conſequatur vtilitatem. *c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6 & clem. 1. eod. tit. in verb. vtilitas.* Nec etiam dici po-
teſt, bonificatores damnum pati, cum in dimidia ſibi rela-
xata, conſecuti fuerint vtile dominium in recompenſatio-
nem laborum, & expenſarum ſuarum, qui, & quæ tempo-
rales fuerunt; illud vero perpetuum. *§. adeo. Inſtit. locati.* ma-
ximum eſt enim commodum fructuum ſingulis annis per-
cipiendorum, interim vero proprietas inutilis. *§. 1. Inſtit. de vſufruct.* vnde concludo, rationes prædictas non obſtare,
quominus dicamus, dimidiam datam bonificatorib. fuiſſe,
quo ad vtile dominium tantum, retento directo penes ec-
cleſiam; & propterea d. bona fuiſſe, & eſſe iuris eccleſiæ
Rauennæ.

Abſoluto primo quæſito, venio ad ſecundum; An iſta
bona ſint ad eccleſiam Rauennę deuoluta, ob non petitam
inueſtituram infra annum, & menſem à die acquiſitionis
eorum per magnificum, & excellen. dominum Pineum pa-
trem, & auum iſtorum Reorum? in qua re D. Aduocatus
23 eos defendit; nam cum † vita functus fuerit dictus eorum
pater, & auus reſpectiue, non poteſt nunc aduerſus eum ca-
ducitas allegari, nec ex eius defectu teneri debent, aut pœ-
nam caducitatis pati iſti eius ſucceſſores, vt voluit notab.
Cuman. *conſil. 164. colum. 3.* quem ſequitur Ruin. *conſil. 10. col. 2. conſil. 159. num. 12. & conſil. 168. num. 20. volum. 1.* qui dicit Imo-
lam, & Andream Siculum *in c. fin. de donat.* concordare cum
Cumano; idemque late proſequitur Caſſado *de loca. deciſ. 2.*
cum duobus ſequentibus, & Beniuendus *deciſ. 37.* demum-
que Bero. *conſil. 98. num. 31. volum. 1.* quos ego ſequor, *conſ. 22. num. 26.* Sed nec ex eorum perſona iſti Pinei in caducita-
tem incurrerunt, vt ſubiungit D. Aduocatus, cum fuerint
heredes, & ignorantes, quod iſta bona eſſent de directo
24 dominio eccleſiæ: nam Bulla † Bonifaciana, quæ dicit, ſin-
guli negligentes, ſi recipere inueſtituram non curauerint,
infra annum, & menſem, ipſo facto cadant ab omni iure
ſuo, & ipſa bona ad ipſos dominos directos libere deuol-
uantur, ceſſare debet in ignorantibus iſtis Pineis, qui non
dicuntur fuiſſe negligentes, nec curaſſe, vel contempſiſſe
inueſtituram accipere, vt in terminis tradit Felyn. *conſil. 31. num. 16.* Idemque late tenet Alex. *conſil. 13. vol. 2.* & ego quo-
que ſecutus fui iam multis annis *in conſil. 17. num. 6. cum ſeqq.*
in alia cauſa huius Archiepiſcopatus, pro quibuſdam meis
cognatis de Cumanis, vnde videntur iſti Pinei ius fouere in
hoc ſecundo quæſito.

Sed quoniam caſus hic noſter, vt mox oſtendam, diuer-
ſus eſt ab illo Felyn. Alexan. in ſuis conſiliis, ſicut & à meo
25 *in d. conſil. 17.* Propterea † diuerſum ius conſtitui debet. *l. interpoſitas. C. de tranſact.* Alber. *in l. ſi ex plagis. § in Cliuo. ff. ad l. Aquil.* Senat. Pedemont. *deciſ. 99. num. 34.* & ego dixi *conſil.*
26 *252. num. 80.* Imo vero ſecundum † diuerſitatem pūctorum,
diuerſum redditus conſilium, vt dixit Bald. *conſil. 12. quidam nomine Angelutius. volum. 2. alias 178. in antiquis.* ſequitur Dec.
in l. precibus num. 2. C. de impub. & al. ſub. & ego dixi *conſil. 246. num. 115. & conſil. 540. num. 65.* quæ dixiſſe volui, ne nunc
mihi contrarius eſſe videar, ſi ex diuerſitate facti contra-
rium dicam pro Archiepiſcopatu contra dictos Pineos; I-
gitur pro narratione facti conſidero, quod interpellati fue-
runt ad accipiendam inueſtituram, & ſoluendum capoſol-
dos debitos in 4. dies dictorum bonorum, quæ ſunt iuris
Sanctæ Rauennatenſis eccleſiæ, & hoc, quatenus non ſint
deuoluta ad eam, & vbi ſint deuoluta, præſens interpella-
tio habeatur pro non facta, ſed elapſo dicto termino, &
non petentibus dictis Pineis inueſtituram, ex nunc, prout
ex tunc proteſtatio facta fuit pro eccleſia Rauennæ, dicta
bona fuiſſe deuoluta, & decaduta, & facta de menſa; lapſo-
que dicto termino non comparentibus dictis Pineis, Ma-
gnificus D. Attus Commiſſarius Reuerend. D. Archiepi-
ſcopi pronunciauit, & declarauit, dicta bona fuiſſe deuolu-
ta, & decaduta dictæ eccleſiæ, & petitum fuit dictam pro-
nuntiam confirmari. At D. Bertazolus nominibus dicto-
rum de Pineis, occaſione notificationis de prædictis illis fa-
ctæ, comparuit, & dixit, dicta bona fuiſſe & eſſe libera, &
allodialia ab omni onere eccleſiæ Rauennæ, vnde negauit
ea eſſe iuris eccleſiæ prædictæ, quare dicuntur principales
ſui perdidiſſe priuilegium retinendi dicta bona, quod ha-
buiſſent, ſi confeſſi fuiſſent, ea eſſe iuris dictæ eccleſiæ, pro-
ut in ſimili videmus in † ſocio, negante ſocietatem, qui per- 27
dit priuilegium, ne conueniatur, niſi quatenus facere poſ-
ſit, quod habuiſſet, ſi confeſſus eam fuiſſet. *l. ſicut autem. § 1. ff. de re iud.* Tantoq; magis, quia perſeuerarunt in d. negatio-
ne, vſque ad litis conteſtationem incluſiue, & vſque in præ-
ſens perſeuerant, vt declarat ibi Iaſon, poſt Iacob. de Aret.
Alberic. Angel. Imol. & Caſtrenſ. † nam ante litem conte- 28
ſtatam licet per pœnitentiam negationem reuocare, poſt-
ea vero non, ſecundum prædictos, & ex hoc medio cadu-
citati locus eſſe debet, & pronuncia ſuper hoc facta, debet
confirmari, prout petitum fuit per D. Procuratorem Tor-
tacenm Reuerend. D. Archiepiſcopi Rauennæ. Nec à præ-
dicta caducitate ſe excuſare poſſunt, prætextu capitulatio-
nis, & ſententiæ Reuerendiſſimi Paleotti, & contentorum
in eis, quia non tangunt ius directum eccleſiarum, nec ad-
uerſus illud quicquā ſtatuunt, vt abundē ſupra demonſtra-
ui, & ex abundanti quoq; noviter confirmatur ex capitulis
10. 11. & 12. in quibus petiit Hiſydorus immunitatē realem,
& perſonalem pro perſonis venturis ad habitandum à la-
boreriis, exceptis quibuſdam, per annos 15. & extractionis
fructuum pro certa parte; cum enim non petierit, nec mi-
nus ſibi conceſſum fuerit, quod bona ſibi conſignanda pro
dimidia eſſent libera à iure directi dominii eccleſiarum, v-
tique talia eſſe non debent. *l. vnic. § fin autem ad deficientiū. C. de cad. tollen.* & cum fuerit immunitas prædicta temporalis
per annos 15. non eſt dicendum, quod per illud tempus di-
rectum dominium translatum fuerit in bonificatores, &
habituros cauſam ab eis, & quod deinde rediret ad eccle-
ſias, quod ſatis abſurdum eſt dicere, & ſic interpretari. *l. nam abſurdum. ff. de bon. lib. l. obſeruare. § fin ff. de offic. procon. l. 1. § vnde queritur. ff. de public. cum ſimil.* per Decium *in cap. cum inter. not. 7. de except.* Nec † ignorantia pro eis, vt heredibus, al- 29
legata, eis prodeſſe debet; cum enim in interpellatione ſi-
bi facta, & in capitulis ſecutis dictum fuerit eis, quod de
his bonis in aliis maioris ſummæ comprehenſis, fuerint in-
ueſtitæ ab Archiepiſcopatu Rauennæ, de anno 1531. mu-
lieres illæ de Caligis, in inſtrumento quod productum fuit,
& illæ dictam eccleſiam recognouerint, vtique dictis Pi-
neis, qui de facili certiorari potuerunt, & non quęſiuerunt,
imputandum eſt. *l. 3. § quid ergo. ff. de contra. tut. l. 1. § pen. ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & in pulchro caſu conſuluit Bald. *conſil. 395. colum. 2. volum. 2.* Caſtr. *conſil. 433. volum. 1.* & eſt tex. not.
in l. ſi ancia. in fin. C. de ingen. & manu. ibi: *ſi perquiſiuiſſes, facile cognouiſſes.* per quem text. dicit Bald. *conſil. 463. in princ. vol. 3.*
quod † qui inueſtigando potuit ſcire, pro ſciente habetur, 30
quia eſt in culpa cur non inueſtigauerit, ſequitur Decian.
reſp. 10 num. 38. vol. 1. Imo vero † talis ignorantia dicitur affe- 31
ctata, vel in lata culpa, vt tradit Caſtren. *conſ. 295. colum. 2. verſ. ignorantia enim.* per quam reſtitutio in integrum peti non
poſſet, vt idem Caſtrenſ. dicit *conſ. 168. in fin. vol. 2.* ſequitur i-
dem Decian. *reſp. 18. num. 257. & 259. vol. 1.*

Nunc ſuccedit tertium quæſitum; poſito, quod d. bona
non eſſent deuoluta (cuius tamen oppoſitum probaui,) ſed
quod Reuerendiſſimus dom. Archiepiſcopus compati vel-
let, & ex humanitate ſua D. Pineis caducitatem remittere,
nemini dubium eſſe debēt, quod inueſtituram teneantur
accipere, prout in Bulla Bonifaciana clare diſponitur, *col. pen.* vbi dicitur, quod inueſtiri, & in dictis bonis ſuccedētes,
inueſtituram recipere ſint aſtricti: tales enim ſunt iſti Pinei,

qui non deſcendunt ab illis mulieribus de Calligis, alias inueſtitis, ſicut nec bonificatores, à quibus cauſam habuerũt:
32 nouus † enim dicitur emphyteuta, qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehenſus, vt tradit Salic. *in l. fin. col. pen. C. de iure emphyt.* & Iaſ. poſt eum *num. 41. verſ. 2. iuxta.* Bertrand. *conſ. 221. col. 1. vol. 1. nouiſſimorum.* & ego *conſil. 17. num. 4.* quibus addo Crauet. *conſil. 215. & conſil. 251.* indeque tenentur dom.
33 Pinei ſoluere † vigeſimam partem iuſti pretii bonorum, de quibus noua inueſtitura eis fiet, ſi ſint emphyteutica, ſi vero nomine feudi, ſextam partem veri precii, vt in d. Bulla dicitur. Et in hoc aduerti debet, quod quando bonificatores donarunt, aut aliter conceſſerunt Magnifico Pineo eorum patri, & auo reſpectiue, modia centum, de quibus
34 agitur, ipſe † tanquam nouus emphyteuta, & ſucceſſor ſingularis fuit obligatus accipere inueſtituram ab eccleſia Rauennæ, & eius Reuerendiſſimo dom. Archiepiſcopo domino directo, & ſoluere illi Laudemium, tum ex forma Bullæ, tum etiam de iure communi. *l. fin. C. de iure emphyt.* &
35 ibi not. Iaſ. *num. 31. in verb. neceſſitatem.* quod † dominus tenenit recipere nouum emphyteutam, in quem fuit translatum ius emphyteuticum; & ſic dominus tenetur, ſeu compellitur huic nouo emphyteutæ facere nouam inueſtituram, & tradere corporalem poſſeſſionem, vtque declarat Bald. *in auth. ſi quas ruinas. colum. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ.* mul-
36 tum notab. vt refert Iaſ. mox citatus, *num. 33.* fit iſta † renouatio inueſtituræ ratione mutatæ ſucceſſionis in ſingularem ſucceſſorem, quando emphyteuta transfert ius ſuum in alium, propter multa, primoque propter commoditaté, quam ſentit dominus, quia habet laudemium ſeu quinquageſimam ex tali renouatione; ſecundo propter obligationem canonis emphyteutici, ad quem nouus emphyteuta alias non tenebatur ex obligatione auctoris ſui, *iux. gloſ. in l. ſi vſuſfructus nomine. §. 1. ff. vſufruct. quemad. cau.* mitto alias cauſas, quas ibi commemorat Iaſ. velut non neceſſarias: ſatis eſt igitur in caſu noſtro, quod magnificus dom. Ioan. Baptiſta Pineus, qui fuit ſucceſſor ſingularis bonificatorum in d. bonis, obligatus fuit accipere inueſtituram à Reuerendiſs. Archiepiſc. vel agentibus ſuis, & ſoluere laudemium;
37 & hæc † actio competens dicto Archiepiſcopo contra dictum Pineum, pariter eidem competit contra iſtos Pineos illius heredes. *l. 1. C. vt actio. ab hered. & contra heredes.* incip. & ibi notant Dd. Quinimo probabiliter dici poteſt, quod
38 & † ipſi ex eorum perſona teneantur aliud laudemium ſoluere: Licet enim dicat Baldus *in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. verſ. extra quæro num. 36.* quod quando fit renouatio in perſona filiorum, non debeat ſolui laudemium, ſeu caposoldum: nam hęc non eſt noua acquiſitio, ſed dominii continuatio; ſequitur Iaſ. *in d. l. fin. C. de iure emphyt. num. 42.* Alexand. *conſil. 5. colum. 2. volum. 5.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in prin. num. 19. C. de reuoc. don.* & Sylua. *in tractat. de feud. cognit. q. 20.* Tamen non loquuntur dicti Doctores in caſu noſtro, quãdo pater non fuit inueſtitus, & nullam recepit inueſtituram, prout euenit in magnifico domino Ioan. Baptiſta; non enim cõtinuatio dominii in filiis ſuis dari poteſt, quæ nun-
39 quam fuit in eorum patre, vel auo, quia † non entis nullæ ſunt qualitates. *l. cum quis in prouincia. ff. ſi cert. petat.* propterea tanquam noui emphyteutæ, vel vaſalli, ſi bona ſunt feudalia, debent inueſtituram recipere, & ſoluere laudemium ex perſona ſua, ſicut & aliud ex perſona patris, & aui reſpectiue: & ita de iure concludo. *Hippolytus Riminald. Ferrarie.*

Pro eodemmet Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Rauennæ Archiepiſcopo.

ARG. Redditum eſt hoc reſponſum, in eadem cauſa, qua proxime præcedens, & agit de intellectu cõſtitutionis Principis Ferrariæ; quod videlicet eccleſiaſtici ratione bonorum ſuorum concurrere debeant cum laicis, quomodo id intelligendum, & an ea conſtitutio importet vt directum dominium bonorum eccleſiaſticorum, æque transferri poſſit ſicut laicorum, inconſulto Papa. Item an minor contra Eccleſiam & ſic priuilegiatus cõtra priuilegiatum petere poſſit reſtit. in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatio latiſſima eſt.*
2 *Conſtitutio Principis Ferrarienſis, quod eccleſiaſtici ratione bonorum ſuorum, concurrere debeant cum laicis, quomodo intelligenda.*
3 *Bona eccleſiæ non poſſunt transferre quo ad directum dominium, inconſulto Pontifice.*
4 *Bonorum appellatio diuerſimode capitur.*
5 *Princeps ſecularis, an bonis eccleſiaſticis derogare poſſit ob publicam vtilitatem.*
6 *Dictio, cum, eſt copulatiua.*
7 *Dictio, ſicut, denotat ſimilitudinem.*
8 *Argumentum à ſimili vt procedat quid requiratur.*
9 *Nemo dat, quod non habet.*
10 *Argumentum non valet de bonis laicorũ ad bona eccleſiaſtica in translatione eorum, & quare. ibid.*
11 *Eccleſiaſtici in bonis eccleſiæ ſunt procuratores eorum, & non domini.*
12 *Venditio requirit rei translationem liberam.*
13 *Et vt emptor nummos venditoris faciat.*
14 *Conſilium Do. Romani quando procedat.*
15 *Sententiam allegans interueniſſe, claro, & ſpecifice probari debet.*
16 *Verbum, libere, importat ſine alterius contradictione, & impedimento: dic vt num. 21*
17 *Gabella & laboreria dicuntur onera, perſonalia, quia imponuntur perſonis pro rebus.*
18 *Laudemium eſt vigeſima pars iuſti pretij.*
19 *Bona vbi libera dicuntur relaxata, debet intelligi ad fauorem eccleſiarum.*
20 *Et in dubio ea pars eligitur, quæ religioni, & piæ cauſæ fauet.*
22 *Liberatio generalis, licet ſit fauorabilis, non tamen comprehendit cauſam non cogitatam.*
23 *Partes non videntur cogitaſſe de caſu, in quo eſt magnus exceſſus.*
24 *In contractibus onerosis, an res intelligatur transferri iure proprio, & libero. & num. 25.*
26 *Profitente reputatur qui de facili ſcire potuit.*
27 *Sibi imputet, qui apertius non conuenit.*
28 *Bona demenſa quæ dicantur.*
29 *Res tranſit cum ſuo onere.*
30 *Ius petendi annuum cenſum competit contra quemlibet poſſeſſorem bonorum.*
31 *Et poſſeſſor rei emphyteuticæ poteſt ad canonem conueniri, etiam præteritorum annorum.*
32 *Inueſtitura non renouatur, vbi conſenſus adeſt.*
33 *Conſenſus verus & expreſſus eccleſiaſticorum requiritur in dominio directo transferendo.*
34 *Nec intelligitur per taciturnitatem interueniſſe, ſtante magno præiudicio eccleſiarum.*
35 *Et tunc per conſenſum res liberatur ab onere, quando valuit contractus, alias ſecus.*
36 *Item inutilis conſenſus redditur, quando nõdum non fuit cognitus in ſpecie, ad quem conſenſus accommodatur.*
37 *Verba intelligenda ſunt quatenus proprietas eorum ſe extendit.*
38 *Verba & ſi generalia, & pregnantia, non comprehendunt niſi habilia.*
39 *Et nullum verbum adeo eſt generale, quin ex conſideratione debitarũ circumſtantiarum debeat cludi et intelligi, & limitari.*
40 *Emphyteuta tenetur ad totum canonem ſoluendum, quamdiu tota res perempta non eſt.*
41 *Argumentum de certo ad incertum non valet.*
42 *Certum quod dicatur.*
43 *Accidentale non arguit neceſſitatem, quo fit vt non attendatur.*
44 *Probatio debet concludere per neceſſe, vel probabile, non autem per poſſibile.*
45 *Conditio nil ponit in eſſe.*
46 *Eccleſia & minor æquiparantur circa priuilegia in materia reſtitutionis in integrum.*
47 *Priuilegiatus non auditur contra æque priuilegiatum in materia reſtitutionis.*

CONSIL. DCCLIV.

CVM ſuperioribus diebus ſcripſerim pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo domino Archiepiſcopo Eccleſiæ Rauennæ, contra Magnificos Pineos, exhibitæ mihi fuerunt allegationes ad eorum fauorem, quod non teneantur ad accipiendum inueſtituram, nec ad aliquod Laudemium ſoluendum dictæ eccleſiæ pro bonis, quæ poſſident in bonificatione Policion Ferrariæ, quare rurſus impellor ad ſcribendum ſuper eis, quid de iure ſentio.

ſentio. Dicitur ergo, quod in capitulis dictæ bonificatio-
nis, confirmatis per ſententiam Illuſtriſſimi & Reueren-
diſſimi Cardinalis Paleotti, promiſerit Sereniſſimus Prin-
ceps, Dux noſter colendiſſimus, quod omnes eccleſiaſtici
intereſſati in dicta bonificatione concurrent cum laicis, &
ſubijcientur eius capitulis pro bonis ſuis; ſequitur itaque,
quod iſta bona do. Pineis conceſſa dicantur in eos transla-
ta, tam iure directi, quam vtilis dominij, & ob id nec ad re-
cipiendam inueſtituram, nec ad ſolutionem capoſoldi te-
1 neantur. Nam † bonorum appellatio latiſſima eſt, *l. bono-
rum. prima. in fin. ff. de verb. ſig.* & late Pinellus *in rubr. C. de bon.
mat. in prin.* vnde ſi eccleſiaſtici concurrere debent pro bo-
nis ſuis in eorum translatione cum laicis, ſicut laici transfe-
runt ſua, tam ratione directi, quam vtilis dominij, idem di-
ci debet de eccleſijs. Sed ſuper hoc diligentius aduerti de-
2 bet, quod † verba Principis, quod eccleſiaſtici concurrent
pro bonis eorum eccleſiaſticis, intelligenda ſunt de bonis,
penes eos retentis, nec alteri conceſſis in feudum, vel em-
phyteuſim, vel aliter: nam quoad bona eccleſiaſtica alijs
conceſſa, non pertinebat ad eccleſiaſticos concurrere, &
ſubijci capitulis bonificationis, reſpectu vtilis dominij,
quia ſuum non erat, ſed laicorum, vt per Anch. *conſ. 433.
poſtque iſta.* & Ruin. *conſ. 4. col. 2. vol. 1.* Sed ad laicos poſſeſſo-
res eorum, qui poterant illud transferre in alios, ſaluo iure
directi, vigore Bullæ Bonifacianæ. Nec eſt dicendum, quod
Reuerendiſſimus Paleottus, aut Sereniſſimus Princeps ſub
generalitate verborum voluerint eccleſiaſticis concedere
3 translationem bonorum eccleſiæ, quoad † directum do-
minium, de quo diſponere non poterant inconſulto Pon-
tifice, *c. 2. de reb. eccl. non alien. & in extra. Pauli II. ambitioſæ. eod.
4 tit.* Nec obſtat *lex, bonorum.* allegata, † quia appellatio bo-
norum diuerſimode capitur ſecundum diuerſitatem bo-
norum, vt ſubdit: in bonis enim noſtris computantur non
ſolum, quæ dominij noſtri ſunt, ſcilicet directi, in potenti o-
ri ſignificatu, *l. 1. in fin. ff. ſi ag. vectig.* ſed etiam quæ ſuperficia-
ria ſunt, & ſic vtilis dominij, *l. ſuperficiario. ff. de rei vend. l. tu-
tor. in fin. ff. de pig. act.* vel feudalia, in quibus vaſallus habet v-
tile dominium, gl. *in cap. 2. §. præterea. de cap. Corra.* Brun. *conſ.
1. n. 22.* vel emphyteutica, in quibus pariter emphyteuta ha-
bet vtile dominium, gloſ. *in §. adeo. in verbo, propriam. Inſtit. de
locat.* Propterea quando dictum fuit, quod eccleſiaſtici
concurrere debeant pro bonis eccleſiaſticis eorum, debet
intelligi reſpectu vtilis dominij, de quibus diſponere poſ-
ſunt ex Bulla, non autem reſpectu directi, de quo non poſ-
ſunt diſponere inconſulto Papa.

Secundo dicitur, quod ſi eccleſiaſtici concurrere debent
cum laicis, ſicut laici in dimidia, quam relaxant bonificato-
ribus, omne ius ſuum perdunt, tam directi, quã vtilis domi-
5 nij; quoniam † Princeps in his derogare voluit & potuit ob
publicam vtilitatem, *l. item ſi verberatum. ff. de rei vend.* idem
etiam debet in eccleſiaſticis reſpectu bonorum eccleſiæ,
cum & ob negotiationem vtilem poſſint alienari. Decian.
reſpon. 14. num. 12. vol. 2. Sed & hæc indigent animaduerſione,
quia verba Sereniſſimi Principis in inſtrumento non di-
6 cunt, quod eccleſiaſtici concurrere debeant † cum laicis,
quæ dictio eſt copulatiua, ſed quod concurrant modo &
7 forma, ſicut tenentur laici pro ſuis bonis; quæ dictio, † *ſicut*,
denotat ſimilitudinem, *l. mortuo. ff. de fideiuſſ.* & Alberic. *in
dictionario ſuo, verbo ſicut*, vnde cum proceſſerit Princeps per
viam ſimilitudinis à bonis laicorum ad bona eccleſiaſtico-
8 rum, oportet, quod argumentum † ſumamus in eiſdem ter-
minis, & identitate rationis: nam, vt inquit Anch. *conſ. 351. in
quæſtione.* ſimilia ſunt illa, quæ regulantur per eandem ratio-
nem, & ſimilitudo eſt in diuerſis rebus eadem, vel ſimilis
qualitas, ſecundum Bal. *in l. 1. col. pen. C. de furt.* & alibi, vt re-
fert Dec. *in c. translato. lect. 1. numer. 7. de conſtit.* Si igitur argua-
mus de bonis eccleſiaſticis eccleſiarum ad bona laicorum
eccleſiaſtica, vt ſunt emphyteutica, feudalia, & id genus,
quæ laici ſæpe recognoſcunt ab eccleſia. & procedat argu-
mentum, vt ſicut per capitula bonificationis laici ea tan-
tum transferunt, quoad dominium vtile tantum, quod ha-
bent, non autem reſpectu directi, quod non habent in di-
9 ctis bonis recognitis, quia † nemo transfert, nec dat quod
non habet, *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. ſiluus. C. de donat. tam
ſimul.* pari modo eccleſiaſtici bona eccleſiæ non transferunt,
niſi vtile dominium ſibi conceſſum per Bullam, non au-
tem directum, ſibi denegatum transferre inconſulto Papa,
vt dixi: at ſi velimus † argumentari de bonis laicorum pro- 10
prijs, vt ſunt allodialia, ad bona eccleſiarum eccleſiaſtica, vt
fit ex aduerſo, non ſequitur; laici ea transferunt tam reſpe-
ctu directi, quam vtilis dominij. Ergo & eccleſia; nec valet
argumentum, quia ſubeſt inter dictos caſus aperta diffe-
rentia, cum laici ſint pleno iure domini bonorum proprio-
rum, & ob id in re ſua ſunt moderatores & arbitri, *l. in re
mandata. C. mand. l. etiam. ff. ſol. matr.* at † non idem eccleſia- 11
ſtici in rebus eccleſiæ, in quibus procuratores ſunt, & non
domini, *c. 2. & ibi not. de donat.* igitur ſtante diuerſitate ratio-
nis, de vno caſu ad alium non procedit argumentum, *l. na-
turaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. l. fin. ff. de calum. l. in-
ter ſtipulantem. §. ſacram. verſ. ſed hæc diſſimilia. ff. de verb. oblig.*
dom. Socin. iun. *conſil. 155. num. 9. volumin. 2.* & ego *conſil. 360.
numer. 71.* Nec apparet, quod Princeps derogare voluerit
dominio, tam directo, quam vtili bonorum eccleſiæ, & in
eccleſiaſticis præiudicare, ſed tantum de ſuo teneri voluit,
ſi illi nollent concurrere, vt dicitur in inſtrumento, & in di-
uerſo ſatis caſu loquitur Decianus allegatus, vt in eius fonte
videri poteſt.

Tertio conſideratur, quod iſte fuit in effectu contractus
venditionis, † quia bonificatores dederunt pecuniam & 12
impenſam, pro dimidia bonorum conſequenda, quo caſu
translatio bonorum fieri debuit libera ab omni nexu &
obligatione, *l. 1. in fin. & l. Iulianus. in prin.* & ibi Caſtren. An-
gel. Sal. & alij, *ff. de act. emp.* Crau. *conſil. 412. num. 10.* & Cur.
iun. *conſ. 177. num. 5.* ſicque reſpectu eccleſiarum libera dari
debuerunt, quoad directum dominium, & cum capitulis
conſenſerint, ius agendi vel excipiendi perdiderunt eccle-
ſiaſtici, Roman. *conſ. 87. in prin.* Sed & huic fundamento re-
ſpondetur, quod de venditione hic agi non poteſt, tum
quia nullam pecuniam receperunt eccleſiaſtici, vel laici,
prout † in venditione requiritur, quod emptor nummos 13
venditoris facere cogatur, *l. ex empto. in fin. prin. ff. de act. emp.*
tum etiam, quod pretium certum eſſe debet, vt emptio &
venditio contrahatur, *§. pretium. Inſt. de empt. & vend.* quod
in dicto contractu bonificationis interueniſſe dici non po-
teſt, quæ quantave pecunia fuerit erogata. Et poſito, quod
fuiſſet venditio, non obſtat conſilium Romani † 87. loqui- 14
tur enim, quando quis ſciens conſenſit circa rem ſuam al-
teri de illo diſponendi ſeu vendendi ius non habenti, quod
hic dici non poteſt, quia res eccleſiæ non ſunt eccleſiaſtico-
rum, cum non ſint earum domini, *d. cap. 2. de donat.* neque
probatur, eos ſciuiſſe translationem bonorum ſuorum fu-
turam eſſe cum directo dominio bonorum translatorum
in bonificatores vel alios, cum de illo directo dominio ni-
hil dictum ſit nec expreſſum in ſententia Reuerendiſſimi
Paleotti, nec in inſtrumento prædicto Sereniſſimi Princi-
pis, nec alibi. Ergo pro ſcientibus eccleſiaſtici dici non poſ-
ſunt, † quia ſcientia clara & ſpecifica probari debet, vt in- 15
terueniſſe dicatur, Natta *conſil. 172. num. 32. conſil. 636. numer.
192.* Senat. Pedemontan. *deciſ. 176.* quos allegat Cephal. *conſ.
316. num. 26.* & ego dixi *conſil. 462. in fine. & conſil. 550. numer. 3.*
Quinimo plus dici poſſet, dato quod fuiſſet actum cum
bonificatoribus de transferendis bonis eccleſiaſticis in eos
cum directo dominio, nihilominus eccleſiaſtici ſimpliciter
aſſentientes, ſibi non præiudicaſſent per doctrinam Baldi
& Salyceti *in l. 2. C. ſi aduerſ. don.* vbi loquuntur in ſtatuto
prohibente minorem alienare, nam etiam alienanti non
poterit conſentire, quia de facili fraus fieri poſſet, ſicque
notat Andr. Sicul. *conſ. 41. col. 7. vol. 1. & in c. ſi quis presbyterum.
per illum text. iuncto c. præcedent. de rebus eccleſ.* ſequitur Dec. *in
l. aliud. ff. de regulis iur.* igitur cum non poſſent eccleſiaſtici a-
lienare directum dominium eccleſiæ ſine conſenſu, ſiue li-
centia Summi Pont. vt ſupra dixi, nec aſſentiendo alijs, qui
ſic conueniſſent, (quod negatur) ſibi præiudicaſſent vt pro-
hibiti.

Quarto ſubijcitur, quod dom. Hiſydorus à Portello bo-
nificator in capitulo 6. voluit dimidiam bonorum obue-

mentum ad ſe libere ſpectare, ergo nec ecclesiaſtici, nec a-
lij, ratione directi dominij, quicquam prætendere poſſunt,
16 quia hoc verbum, † *libere*, importat, vt ſine alterius contra-
dictione & impedimento, gloſſ. *in clem. dudum. de ſepul.* De-
cian. *reſp. 41. n. 14. vol. 2.* & quod nulla fiat diminutio. Alexan.
conſil. 12. in prin. vol. 2. & vt ſubijciatur magis in terminis, quod
nulla ſit facienda renouatio, neque Laudemium ſoluen-
dum, Goz. *conſ. 65. n. 9.*

Sed & in hoc aduerti debet: nam quod dicta bona de-
berent ad Hiſydorum libere ſpectare, ſane debet intelligi
ab onere, ſeu obligatione perſonali, vt à laborerijs, quæ mi-
17 niſterium perſonæ requirunt, vel † à gabellis, quæ dicuntur
munus perſonale, cum imponantur perſonis pro rebus, vt
per Bart. *in l. 1. ff. de publica.* & tradit Iol. Ferret. *in tract. de ga-
bell. num. 192.* non autem debent intelligi de onere reali, vt
declarat dom. Achilles Pedroccha Brixienſis *conſ. 9. nu. 240.*
qualis dicitur inueſtitura, quæ capitur pro rebus recognitis
18 ab eccleſia, & † Laudemium, quod eſt 20. pars iuſti pretij,
vt in d. Bulla. col. pen. quæ cum fiant reſpectu directi dominij,
non intelligitur illud remiſſum, nec in translatione bono-
rum comprehenſum: & pro hac ſententia ſtat pulchra deci-
ſio Salyceti *in l. fin. num. 2. C. de iure emphyt.* loquentis de em-
phyteuſi conceſſa cum pacto, quod poſſit emphyteuta a-
lienare cuicunque voluerit; nam licet alienare poſſit irre-
quiſito domino, vt verba pacti aliquid operentur, non ta-
men intelligitur facta remiſſio Laudemij ſoluendi domino
pro inueſtitura, ſicq; non intelligitur translatum directum
dominium, ſequitur Iaſ. *ibi. num. 4.* Imol. *in c. potuit. de locat.
num. 64.* & Corbulus *in tract. de iure emphyt. sub. de cauſa, priua-
ti. ob alienationem irrequiſito, nu. 7.* quæ deciſio caſum noſtrum
determinat, præter alia.

Secundo, licet Portellus voluerit dictam dimidiam, ſibi
19 relaxandam libere, ad eum ſpectare, † cum tamen non ex-
preſſerint, quibus modis libere ſpectare deberent dicta bo-
na, debent interpretari ad fauorem monaſteriorum & ec-
cleſiarum, vt per Ceph. *conſ. 345. nu. 32.* & eſt præter eum tex.
in l. ſunt perſonæ. in fin. ff. de relig. & ſumpt. fun. qui, vt notat Ali-
20 ciatus *ibi*, ſemper allegatur ad hoc, † in dubio ſemper eligen-
dam eſſe eam partem, quæ religioni & piæ cauſæ fauet, vt
tradit Alexan. *conſ. 180. & conſ. 204. num. 17. vol. 6.* Cur. iun. *conſ.
21 35. col. 3. in fine.* Quod ergo dicitur, † verbum *libere* importa-
re ſine alicuius contradictione vel impedimento, concedo,
quantum ad hoc, vt bonificatores in dimidia ſibi relaxata
bonorum potuerint intrare, & propria auctoritate eam ca-
pere ſine licentia, vt ex multis tradit Borgnin. Caualcan. *in
tractat. de vſufr. mulier. relict. numer. 10. & ſequent.* ſed non idem
quoad directi dominij relaxationem, & quatenus pertinet
ad eccleſiam, Alexand. *conſ. 12. vol. 2. in prin.* vbi per illud ver-
bum *libere* intelligit, quod nulla fiat diminutio in rebus re-
ſeruatis, de quibus per eum, & ſe ipſum declarat, & reſtrin-
git inferius *col. 4. verſ. 2. reſpond.* vt procedat quantum ad
hoc, quod bona reſeruata non intelligantur eſſe obligata
& hypothecata: ſed tamen non ſequitur, quin actio perſo-
nalis poſſit competere parti pro credito ſuo; quare monet
Alexand. quod non agatur hypothecaria, ſed actione per-
ſonali. Minus quoque premit *conſilium* Gozadini *65. nu. 9.* in
quo fit maius fundamentum, quoniam in illo caſu quidam
de Gozadinis vendiderant iura ſua feudalia de conſenſu Il-
luſtr. Ducis, vt ex eius literis conſtabat, in quibus dabatur
plena & libera licentia, & poteſtas alienandi Anto. de Ma-
gnis, cum quo aſſerebat ipſe Dux, eſſe in bona compoſitio-
ne & concordia, quia Nobiles de Arcoſtis promiſerant fa-
cere, quod Illuſtriſſ. Dux liberaret à feudo dicta bona infra
certum tempus. Propterea bene dicit Goza. quod Anto.
non tenebatur requirere inueſtituram à domino, nec ali-
quod Laudemium illi ſoluere, cum feudum non eſſet apud
eum manſurum, ſed res à feudo liberata: at caſus noſter ab
eo longe diuerſus eſt; nam licet dictum fuerit in capitulis,
quod bona illis relaxanda libere ad eos ſpectarent, non ta-
men dictum fuit, nec etiam cogitatum, quod abdicaretur
ab eccleſiaſticis directum dominium, quod habebant in d.
22 bonis, & illud in bonificatores transiret, quia † liberatio
generalis, licet fauorabilis ſit, *l. tale pactum. in prin. & ibi Bart.
ff. de pact.* non comprehendit cauſam non cogitatam, *l. cum
Aquiliana. l. qui cum tutoribus. §. fin. ff. de tranſact.* Ceph. *conſil.
427. col. 1. in fine.* qui *col. 2. num. 13.* ſubiungit, quod † de caſu, in 23
quo eſt magnus exceſſus, partes non videntur cogitaſſe.
Rube. *conſ. 135. prope fin.* ſed hic eſſet magnus exceſſus, quod
bona transferenda in bonificatores pleno iure tranſirent
in eos, non reſeruato directo dominio eccleſijs, propter
cenſus annuos, quos perderent, & inueſtituras, & Laude-
mia, quando bona tranſirent in non comprehenſos, & de-
uolutiones ob lineam finitam, vel ob non petitas inueſti-
turas infra tempus in Bulla præfixum; nec certe video,
quod auctoritas Summi Pontificis in hac translatione bo-
norum cum directo dominio interuenerit, & vt quid facti,
non præſumitur, *l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſt. reuer.* & vt
prius verba do. Hiſydori de dimidia penes eum libere re-
manenda, prolata fuerunt reſpectu alterius dimidiæ recu-
perabilis, pro ſcut. 10. quolibet modio, non autem reſpectu
directi dominij, ſicque ſane debent intelligi, vt dixi, quare
ceſſant omnia, quæ dicuntur quarto loco.

Nunc ad quintum venio, quod habetur in contractibus
oneroſis, † qualis iſte fuit: non videtur tantum translatum 24
ius, quod quis habet in re, ſed intelligitur res transferri iure
proprio & libero, *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* not. Bal. *in
rubr. C. de contrah. emp. q. 6.* Iaſ. *in l. ſi domus. §. fin. nu. 24. ff. de leg. 1.*
Alexan. *conſ. 63. num. 8. vol. 6.* Sed ſi diceremus, adhuc bona
remanere obnoxia eccleſijs, poſt aſſenſum earum, bonifi-
catores remanerent decepti, qui non tam magnas impen-
ſas erogaſſent, vel ſaltem maiorem partem bonorum habe-
re voluiſſent, quam dimidiam. Sed hoc motiuum ſane ve-
nit † intelligendum, quando emptor & acquiſitor ignora- 25
bat ius alterius ſecum contrahentis, & qualitatem loci, ſe-
cus autem, quando ſciebat, vt declarat Iaſ. & Alex. *in locis al-
legatis, poſt alios, quos citant*, quo ſecundo caſu procedit *dicta
lex, qui tabernas.* quia locus erat publicus, vt inquit Bald. *in l.
in teſtamento, C. ad l. Fal.* & Hiſydorus, & ſucceſſores in boni-
ficatione ſciuerunt, quod bona poſita in bonificatione, &
eius circundatio, erant iuris eccleſiarum Rauennæ, A-
drienſis, & Cathedralis Ferrariæ, & † poſito, quod ignoraſ- 26
ſent, de facili ſcire potuiſſent; vnde pro ſcientibus reputari
debuiſſent, *l. quod te.* vbi notant omnes, maxime Iaſ. Dec. &
dom. meus Rimin. *ff. ſi cert. pet. l. ſi duo. ff. de acquir. hered. l. ſi Ti-
tius & Seia. in prin. ff. de fideiuſſ. cum ſimil.* per Decian. *reſp. 18. nu.
154. vol. 1.* Ceph. *conſ. 390. num. 75.* & ego *conſ. 640. num. 101. lib. 6.
nuper edito.* Ergo eccleſiaſtici cenſentur conſenſiſſe transla-
tioni bonorum pro iure ſuo, reſpectu vtilis dominij iam
conceſſi, vel concedendi; non autem reſpectu quoque di-
recti, quod transferre non poterant, nec à ſe abdicare, vt ſu-
pra ſæpius dixi, nec allegata deceptio bonificatorum quic-
quam facit, quod non tam magnas impenſas feciſſent,
quoniam fuerunt omnino neceſſariæ, cum ſine eis, vel mi-
noribus, bonificatio perfecta non fuiſſet ſecuta, *iuxta tex. in
l. 1. vbi not. ff. de impenſ. in reb.* Doct. *in l. domum. in fin. C. de rei
vend.* Caſtr. *conſ. 17. in cauſa, quæ. colum. fin. cum ſimil.* per me *conſ.
42. n. 36.* nec dicere poſſent bonificatores, quod ſaltem ma-
iorem partem, quam dimidiam voluiſſent habere, quia im-
putandum † eis eſſet, ſi apertius non conueniſſent, & de 27
maiori parte ſtipulati fuiſſent, *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb.
obl. l. veteribus. ff. de pact. cum ſimil.*

Præterea do. Pinci in hoc allegant ius tertij, quod non li-
cet Bartol. *in l. 2. ff. de excep. rei iudic.* ſicque corruit quintum
fundamentum.

Sexto, & poſtremo loco dicitur, quod ſi diceremus, ec-
cleſias non debere conferre ad has expenſas pro directo
dominio, ſequeretur, quod ſentirent vtilitatem cum damno
bonificatorum, quod ſatis iniquum eſt in eccleſia, cultrice
iuſtitiæ. Quod obiectum facile tollitur: nam ſi bona fue-
runt per eccleſiaſticos alijs conceſſa, poſſeſſores eorum
dant dimidiam bonificatoribus, ſi vero dicti eccleſiaſtici
bona habuerunt alijs non conceſſa, & ſic † demenſa pari- 28
ter dant dimidiam eorum bonificatoribus, quoad vtile do-
minium, quia directum dare non poſſunt, *d. c. 2. de don.* ſic-
que bonificatores damnum non patiuntur, & nos verſa-
mur in primo caſu de bonis iam conceſſis ab eccleſia mu-
lieri-

fieribus de Caligis, poſtea peruentis ad Pineos; vnde ſicut
erant apud illas, quoad vtile dominium, retento directo
penes eccleſiam, ſic pariter eſſe debent penes eos in earum
locum ſurrogatos, *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* & i-
ta ceſſant ſingula, quæ dicuntur ex aduerſo, & intentio Ar-
chiepiſcopatus firma & inconcuſſa remanet. Et quoniam
data fuerunt dubia dom. Pineis, quibus reſponſum video
placet etiam diſcutere, nunquid ſint bene reſoluta vel
29 non. Dicebatur enim pro eccleſijs, quod cum † res tranſeat
cum onere ſuo, *l. alienatio. ff. de contrah. emp.* Cephal. *conſ. 281.*
num. 7. & ample Cran. *conſ. 217. num. 5.* bona, quæ ad eccleſias
iure directi dominij tantum pertinebant, translata fuerunt
in bonificatores, & per eos in Pineos, cum onere ſuo reco-
gnoſcendi eccleſias, ratione directi dominij, ſicut prius ab
emphyteutis recognoſcebantur, & hoc pluribus modis ex-
emplificat Crau. *in d. conſ. 217. col. 3.* potiſſime poſt Dec. *conſ.*
30 *164. colum. 3.* vbi dicit, † ius petendi annuum cenſum com-
petere contra quemlibet poſſeſſorem bonorum, tanquam
bona ſint obligata pro tali annuo cenſu, *l. hactenus. ff. de vſu-*
31 *fruct.* hinc & Abbas *conſil. 30. col. 2. lib. 2.* dicit, † quod poſſeſ-
ſor rei emphyteuticæ poteſt ad canonem conueniri, *per*
tex. in §. ſcire. in auct. de non alien. & Anch. *conſ. 386. in fine. col. 1.*
dicit, quod agi poteſt contra poſſeſſorem rerum, ex quibus
penſiones debentur, tam pro præteritis, quam futuris, *l. Im-*
peratores. ff. de publica. & l. 2. C. ſine cenſu vel reliquis. huic dubio
reſpondetur, quod cum dicta bona tranſiuerint de conſen-
ſu eccleſiaſticorum, ſublata fuit omnis obligatio, *l. ſi credi-*
tor. de diſtract. pig. l. ſi debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu.
32 *cum ſim.* & vbi conſenſus adeſt, † nulla requiritur renouatio
inueſtituræ. Anch. *conſ. 63. num. 3.* Anan. *conſil. 90.* Sed ab hac
33 reſponſione cauendum eſt: nam † cum in dominio directo
transferendo requireretur conſenſus eccleſiaſticorum, re-
quirebatur verus & expreſſus, vt inquit Socin. *in l. 2. §. volun-*
tatem. in princip. verſic. ex quo infertur. ff. ſolut. matrimon. de ſta-
tuto loquens requirente conſenſu, tradit Alexand. *conſ. 218.*
num. 2. volum. 6. vbi citat Bald. Imol. & Caſtr. *in d. §. volunta-*
tem. ſequitur Ceph. *conſ. 601. num. 56.* & nullibi video, con-
ſenſum eorum expreſſum interueniſſe, quod bona eccle-
ſiaſtica tranſirent in bonificatores cum directo dominio; i-
gitur onus recognitionis eorum non fuit ſublatum, nec ab
eo dicta bona fuerant liberata quoquo modo. Quod ſi di-
34 ceremus, tacitum conſenſum interueniſſe per † taciturni-
tatem, nec iſtud eſſet præſumendum, ſtante magno præiu-
dicio eccleſiarum, vt per Soc. *conſ. 61. ſuper quæſtione. n. 6. vol. 3.*
Crot. *in l. non ſolum. §. morte. n. 93. ff. de noui oper. nun.* Ceph. *conſ.*
133. num. 126. & Maſcar. *in tractat. de probat. volum. 1. concluſ. 417.*
num. 18.

35 Secundo reſpondeo, quod † tunc demum per conſen-
ſum res liberatur ab onere, quando contractus valuit, alias
ſecus; ita proprie ſemetipſum limitat tex. *in d. l. ſi debitor. §. 1.*
& ibi Bal. Salyc. & alij, at ſi conuentio facta cum bonifica-
toribus de bonorum dimidia transferenda in eos etiam de
dominio directo loqueretur, (quod eſt falſum) non valuiſ-
ſet quoad eccleſiaſticos, *d. c. 2. de dom.* ergo conſenſus eorum
ſibi non fuiſſet nociuus.

36 Tertio † conſenſus inutilis redditur, quando non fuit
cognitus actus in ſpecie, ad quem conſenſus accommoda-
tur, vt inquit Bal. & Imol. *in l. 2. §. fin. ff. ſol. mat.* Bal. *in l. 1. num.*
31. in fin. C. qui admit. Iaſ. *conſ. 159. col. pen. vol. 2. per gl. celebrem &*
ordinariam. & ibi Doctor. *in c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. a-*
mittit. Crau. *conſ. 737. num. 17.* at in translatione dimidiæ bo-
norum peragenda in bonificatores non fuit in ſpecie co-
gnitum, nec cogitatum, nec vſquam dictum de dominio
directo eccleſiarum, ſimul cum bonis transferendo; ergo
quoad hunc effectum conſenſus eccleſiaſticorum non eſt
attendendus, nec conſiderandus, & quod dicitur de nulla
renouatione neceſſaria, nec de laudemio ſoluendo, ſupra
reſponſum fuit *in verſ. 4. ſubijcitur.* ad conſ. Goza. qui Anch.
& Ananiam citat.

Secundo dubitabatur aduerſus Pineos, ſententiam Re-
uerendiſſimi Paleotti, pronuntiantem conuentiones & ca-
pitula cedere in euidentem vtilitatem eccleſiarum, debere
intelligi de bonis, quæ ſunt de menſa, in quibus æquum
fuit, vt eccleſia vtilitatem ſentiens ex bonis earum, rema-
nentibus bonificatis, damnum quoq; pateretur in translatio-
tis, *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* non autem debet intelli-
gi de bonis iam abdicatis, in quibus dominium tantum di-
rectum remanſerat penes eccleſiam inutile, remoto vſu-
fructu. Cui dubio videtur poſſe reſponderi pluribus mo-
dis, de quorum veritate ſigillatim diſpiciendum eſt; dicitur
igitur inprimis, quod verba ſententiæ Paleotti ſunt clara, in
quibus explicat, conuentiones & capitula cedere in eui-
dentem vtilitatem, imo † quatenus proprietas verborum 37
ſe extendit, eatenus intelligenda ſunt & amplianda, *l. cum*
lege. vbi Aret. *ff. de teſt.* vnde cum in capitulis non diſtingua-
tur inter infeudata, vel de menſa, nec nos diſtinguere debe-
mus, *vulgat. a l. de pretio. ff. de Publ. in rem act.* Sed iſta reſponſio
mihi non ſatisfacit, quia † verba quantumcunq; generalia 38
& prægnantia non comprehendunt niſi habilia, vnde ſtan-
te ſtatuto, quod omnis cauſa inter coniunctos debeat com-
promitti, includit cauſam & quæſtionem facti, non autem
iuris, cum iſtud ſit de iure communi. Peruſ. *in c. ſæpe. not. 6. de*
app. Confirmat Ceph. *conſ. 371. n. 39.* & ego dixi *conſ. 481. nu. 62.*
Vnde bene dicebat Oldr. *conſ. 148. n. 6.* † nullum verbum eſ- 39
ſe adeo generale ſeu vniuerſale, quin ex conſideratione de-
bitarum circumſtantiarum debeat ciuiliter intelligi, & li-
mitationem recipere, & idem ponit *conſ. 268. nu. 1.* quem re-
fert Neuiz. *conſ. 60. n. 12.* poſt Felin. Iaſ. Purpurat. & Zaſ. quos
allegat. & ego dixi *conſ. 328. n. 34.* at bona eccleſiaſtica, quæ e-
rant alijs infeudata, & ſic iuris dominij tantum directi ec-
cleſiarum, non erant habilia, vt illud cum eis transferri poſ-
ſet inconſulto Papa, vt ſæpius ſupra dixi: ergo quoad hoc
non fuerunt comprehenſa ſub ſententia Reuerendiſſimi
Paleotti, propter repugnantiam Bullæ Bonifacianæ, quæ
eorum translationem admittit, quoad vtile tantum, domi-
nio directo retento eccleſiæ.

Secundo reſpondetur, quod cum non potuiſſent bona
de menſa ad fertilitatem reduci abſque eo, quod & laicis
conceſſa redigerentur, ſententia prædicta debet extendi ad
huiuſmodi antecedentia & conſequentia neceſſaria, ſe-
cundum Aret. *conſ. 155. nu. 5. & 6.* & Crau. *conſ. 866. in prin.* ſed
nec iſta reſponſio ſubſiſtit, quia dato, quod bona de menſa
redigi non poſſent ad fertilitatem, niſi & laicis conceſſa re-
digerentur, tamen hoc nihil confert, reſpectu directi do-
minij, quia nec in illis, nec in iſtis conuentum dicitur, nec
cogitatum illud transferri debere, & do. Pinei, qui hoc di-
cunt, probare debuerunt, *l. 2. ff. de prob. cum vulgat.*

Tertio dubitabatur, eccleſias damnum ſentire ex hac di-
midiæ bonorum translatione libera in bonificatores, quo-
niam illi canonem ſoluere recuſabant, & antiqui emphy-
teutæ dimidiam tantum ſoluent. Cui dubio reſpondetur,
quod cum † emphyteuta teneatur ad totum canonem ſol- 40
uendum, niſi tota re perempta, *l. 1.* & ibi Iaſ. poſt alios *n. 13. C.*
de iure emphyt. ex d. translatione dimidiæ in bonificatores
nulla reſultat læſio eccleſiarum, ſed vtilitas maxima, quo-
niam plus erit laudemium dimidiæ fertilis aliquando ven-
dendæ, poſtquam pretioſior erit effecta, quam totius & in-
tegræ infructuoſæ, vel ſterilis. Sed nec iſta reſponſio tenen-
da eſt, quia non licet aſſumere pro vero & claro id, de quo
diſputatur, videlicet quod translatio dimidiæ libere in bo-
nificatores ſit etiam reſpectu directi dominij, & ſic pleno
iure, quod aperto Marte negant eccleſiaſtici, & ſupra ſatis
eſt comprobatum. Secundo dico, quod imo minor eſſet v-
tilitas eccleſiæ relaxare dimidiam pleno iure, quam poſſe
conſequi in futurum maiora laudemia, ſi pars retenta ven-
deretur, quia † hoc eſt argumentum de certo ad incertum, 41
quod non licet. Calca. *conſ. 121. col. 4. circa medium*, & † cer- 42
tum eſt, quod fallaciam habere non poteſt. Bal. *in l. hac con-*
ſultiſſima. col. 2. n. 5. C. qui teſt. fac. poſſ. Crau. *conſ. 415. n. 7.* vt eſſet
relaxatio dimidiæ liberæ, non retento dominio directo; in-
certum vero ius laudemiorum in futurum contingentium,
quæ forte non contingent, aut quando neſcitur. Et eſt vul-
gatum carmen: *Ad præſens oua, cras pullis ſunt meliora.* quod di-
xi *conſ. 244. n. 84.*

Præterea quod in futurum contingere poſſent maio-
ra laudemia eccleſijs partis retentæ, ſi venderetur, aut
aliter,

Digitized by Google

aliter, vt in extraneos ſuccedentes non comprehenſos eſſet
43 accidentale. † quod non arguit de neceſſitate, & ob id non
debet attendi, vt per And. Sicul. *conſ. 21. col. pen. vol. 2.* & Pur-
44 pur. *conſ. 537. num. 25.* quia non ſufficit, quod † probatio con-
cludat per poſſibile, ſed per neceſſe, vel probabile, vt per
Bal. *in l. ad probationem. C. de prob. gl. in l. matrem. eod. tit.* Æmil.
conſ. 76. n. 2. & ego *conſ. 59. nu. 30.* Et quod dicitur ſpem laude-
miorum eſſe in conſideratione, cum quotidie locentur,
vendantur, & alij contractus ſuper illis ineantur, vt per Al-
ciat. *reſp. 154. lib. 5.* procedit, quando venit caſus, & non ante,
45 ſed pendet, quia † conditio nihil ponit in eſſe, *l. quæ ſub con-
ditione. ff. de cond. inſt. l. cedere diem. ff. de verb. ſign.* & quod pro-
prietas eccleſiæ de præſenti æſtimetur vſque ad valorem
ſextæ partis, & in tantundem minuatur penſio, tam de iure
communi, *auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccleſ.* Alex. *conſ. 79. nu. 6.
vol. 1.* Iaſ. *conſ. 54. vol. 1.* Brun. *conſ. 42. nu. 31.* quam per ſtatutum,
de non. det. ra. de reb. cond. nihil infert, quod translatio facta in
bonificatores, facta dicatur etiam reſpectu directi domi-
nij, vnde non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſ-
ſe, *l. neque natales. C. de prob.* Poſtremo, quatenus prius ego di-
cebam, res iſtas eſſe deuolutas ad eccleſiam Rauennæ, nec
etiam prætextu minoris ætatis Pineos debere reſtitui, cuius
contrarium pro eis dicitur ſecundum communem, quam
late ponit Sfortia Oddo *in tract. de reſtit. in integ. q. 89. n. 46. &
98.* Breuiter aduerti debet, præter à me dicta, quod cum ſi-
46 mus † in eccleſia in materia reſtitutionis in integrum æque
priuilegiata, ſicut minor, *c. 1. de reſt. in integ. c. 1. & 2. eod. tit. in 6.
& in clem. 1. eod. tit.* Dec. *conſ. 36. n. 9.* & eſt communis opinio,
vt per Alex. *conſ. 81. n. 8. vol. 5.* Soc. iun. *conſ. 115. nu. 7. vol. 2.* & Od-
do *in d. tract. q. 3. nu. 16.* vtique dicti Pinei, licet minores, reſti-
47 tui non debent, quia † quando priuilegiatus in reſtitutio-
ne petit eam contra æque priuilegiatum, non auditur, *l. ve-
rum. §. fin. & l. ſi minor 25. annis. ff. de minor.* & eſt ratio, quia pri-
uilegiatus contra æque priuilegiatum non vtitur priuile-
gio ſuo, vt notant omnes *in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct.
eccl.* ſicque tenet Dec *reſp. 18. nu. 245. vol. 1.* Nec recurrendum
eſt ad diſtinctionem lucri & damni, de qua per Doctores i-
bi, cum ſi Pinei tractant de damno amiſſionis bonorum
deuolutorum ad eccleſiam, & illa tractat de damno amiſ-
ſionis eorum, reſpectu directi dominij, vnde verſamur in
regula prędicta denegante reſtitutionem priuilegiato con-
tra pariter priuilegiatum; & ita tandem reſolutis ſingulis ex
aduerſo dictis remanent firma, quæ prius dixi, & ſecundum
ea iudicandum fore iuſtitia mediante, quod ſperatur. *Hip-
polytus Riminaldus Ferrariæ.*

*Pro d. Petro Paulo Bellata pupillo de Caſtro
nouo Carſignanæ.*

ARG. De confeſſione in ſcriptis facta, quod non noceat, ſi non ſit veriſimilis, vel ex falſa cauſa facta. Item de donatione per ſtatutum ſimpliciter prohibita, an iuramento firmetur. De nobilitate generis & virtutis, vtra præferenda. Et an mercator nobilis dici, vel nobilis mercaturam exercere poſſit. An donatio præſumpta, quę ex confeſſione mariti confitentis ſe dotem recepiſſe oritur, iuramento firmetur, ſi ex cauſa falſa facta ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Veriſimile non eſt, quem ſoluiſſe magnam ſummam pecuniæ ſine aliquo ſcripto aut inſtrumento maxime pro matrimonio futuro. nu. 4.*
2 *Maxime tempore contractus matrimonij.*
3 *Confeſſio non veriſimilis attendi non debet.*
5 *Confeſſio ex falſa cauſa emanata confitenti nocere non debet.*
6 *Donatio & conſtitutio dotis facta à marito ignobili & plebeio mulieri nobili an vt remuneratoria nobilitatis ſine inſinuatione valeat.*
7 *Vir prudens & virtuoſus non dicitur plebeius, ſed nobilis vere dicitur. Et cur. nu. 8. & 9.*
10 *Virtutem nobilitati præferendum.*
11 *Quo fit, vt teſtimonium honeſtarum perſonarum & bene meritarum anteponi debeat et nobilium.*
12 *Scriptum aut inſtrumentum productum à parte probat contra eam.*
13 *Mercator an cenſeri debeat inter ignobiles & inhonoratos & nu. 14. 15.*
16 *Statutum Lucenſe circa donat. propter nupt. an in iurata locum habeat. nu. 24.*
17 *Verba,* ipſo iure, *ſunt latæ ſententiæ.*
18 *Lege aut ſtatuto actum annullante impeditur naturalis & ciuilis obligatio.*
19 *Vxor augmentum dotis non lucratur, niſi dote ſoluta. Et cur. nu. 20. & 21.*
22 *Verba,* in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ, *præſupponunt dotem datam ſecundum proprium ſignificationem.*
23 *Statutum, quod ſoluto matrimonio morte mulieris lucratur maritus tertiam partem, non procedit in dote nondum data, quæ reſtitui non poteſt.*
25 *Statutum ſimpliciter loquens an habeat locum in caſu iurato.*
26 *Donatio prohibita per ſtatutum an iuramento firmetur. & nu. 27. 28.*
29 *An ſimulata aut tacita donatio orta ex confeſſione mariti confitentis, cum iuramento, ſe recepiſſe dotem, iuramento confirmetur. & nu. 30. 31. 32 & ſeqq. vſque ad nu. 39.*
39 *Iudex in fauorem impugnantis inſtrumentum poteſt in illo ſe fundare ex officio ſuo, licet impugnans non, & de ratione. nu. 40.*
41 *Exceptio ſimulationis à quibus & quando opponi poſſit.*
42 *In contractu ſimulato iuramentum aſſertorium & promiſſorium non operatur, cum deficiat conſenſus.*
43 *Promittens cum iuramento facere, & curare, quod minor habebit ratam quietationem, non obligatur, etiam ex iuramento, & de ratione. ibi.*
44 *Iuramentum an & quando obliget minorem.*
45 *Deſiderium eſt libido eius, qui nondum adſit videndi.*
46 *Confeſſio etiam cum iuramento, ex falſa cauſa facta, nihil operatur, & cur nu 47.*
48 *Ex falſa cauſa omnis actus vitiatur & nu 49. Etiam tranſactio. nu. 50.*
51 *Iuramentum non ſupplet conſenſum.*
52 *Nec obligat, quando cauſa deficit, propter quam quis iurauit, non contrauenire.*
53 *Tuncque non eſt neceſſaria abſolutio iuramenti.*
54 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
55 *Et reddunt actum conditionalem.*
56 *Contractus indiuiduus non poteſt pro parte approbari, & pro parte reprobari.*

CONSIL. DCCLV.

QVoniam in hac cauſa dom. Petri Pauli Bellatæ de Ca-
ſtro nouo Carſignanæ, cum dom. Ant. Bernardi, & D.
Leonora eius filia, Lucenſibus, locupletiſſime ſcripſit ad fa-
uorem pupilli Rei conuenti, Clar. do. Ioannes Turrius; at-
tingam breuiter, quæ neceſſaria mihi videbuntur. Et inpri-
mis circa confeſſionem do. Vincentij Bellatæ, patris pupil-
li, de ſcutis duobus millibus receptis à do. Anto. prout in
ſcripto dicitur: cum enim contineatur in eo de matrimo-
nio contrahendo inter ipſum dom. Vincentium, & prædi-
ctam do. Leonoram, infra ſex menſes, † non eſt veriſimile, 1
quod ante dictum ſcriptum do. Ant. ſoluerit dicto Vinc.
tot pecunias ſine aliquo inſtrumento, vel ſcriptura, vel te-
ſtibus fide dignis adhibitis, vt in terminis matrimonij dicit
Crau. *conſ. 175. num. 5.* dicens, quod ſi † promiſſio facta fuiſſet 2
tempore contractus matrimonij, plus quam veriſimile eſt,
quod de illa fuiſſet aliquid ſcriptum in ipſo contractu ma-
trimonij, *arg. leg. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll.*
vnde cum id non appareat, † confeſſio D. Vincentij tan- 3
quam non veriſimilis attendi non debet. Bal. *in l. ſi quis in
hoc genus. C. de epiſ. & cler.* Dec. *in l. cum te. col. 2. C. de tranſ.* &
Cra. *conſ. 134. n. 38.* ſicut & idem tradit Pariſ. *conſ. 131. n. 23. vol. 1.*
& ego *conſ. 242. nu. 75.* Secundo confirmatur, quia cum tem-
pore ſcripti, & ante illud, do. Ant. nihil deberet do. Vinc. ex
cauſa matrimonij, tantum tractati, & celebrandi poſt ſex
menſes, † non eſt veriſimile, quod ipſe do. Ant. tantum 4
ſummam ſoluiſſet ſub ſpe futuri matrimonij, quod euenire
poterat, ne contingeret, cum nemo præſumatur velle iacta-
re ſuum, *l. cum de indebito. ff. de probat. cum ſimil.* quibus in re-
probanda ſolutione indebiti, velut non veriſimili, arguit
Ceph. *conſ. 631. nu. 31. cum ſeq.* Tertio ſuadetur, quia do. Vin-
centius in ſcripto confeſſus fuit, habuiſſe, & recepiſſe in ve-
ritate à dom. Anto. ſcutos bis mille pro dote dictæ do. Leo-
noræ: & tamen in inſtrumento ſequenti anno celebrato
dicit, quod conuenit de donando dictæ dominæ Leonoræ
ſcutos 2000. Ergo falſa eſt cauſa receptionis dictarum pe-
cuniarum, ſi eas donauit, cum inter dantem & recipientem
ſit longum diſcrimen; ergo talis confeſſio † ex falſa cauſa e- 5
manata ipſi dom. Vincentio nocere non debet, *c. ſi cautio. in
fin. de fid. inſtr.* dom. meus patruus Riminal. *conſ. 699. num. 12.*
Cum res igitur tota redigatur ad donationem, quam feciſ-
ſe di-

& dicitur dom. Vincentius dom. Leonoræ, eam dotando,
perſcrutandum eſt, nunquid de iure valuerit, prout in du-
6 bijs eleganter propoſitis dicitur. Primo, quia † ſtante inæ-
qualitate matrimonij, ob nobilitatem mulieris, dicitur va-
luiſſe: quando enim maritus plebeius vel ignobilis contra-
xit matrimonium cum muliere nobili, & facit ei aliquam
donationem, eam dotando, cum iſta donatio ſit remune-
ratoria nobilitatis ipſius mulieris, valet talis donatio, &
conſtitutio dotis; ita eſt gloſſ. ſingularis *in l. ſi voluntate.* & ibi
Bar. Sal. & alij, *C. de dot. pro.* Bart. Ang. & Alex. *in l. ſi diuortio. ff.
de verb. obl.* cum ſimil. ample cumulatis à Ioanne Lupo Pala-
tios Rubios nuncupato, *in rubr. cap. per veſtras. de don. int. vir.
& vxor. §. 31.* quibus accedit Afflict. *deciſ. 61. num. 3.* ſed huic
obiecto reſpondet D. Turrius, & recte quidem, quod cum
7 dom. Vincentius in ſcripto præallegato † prudens & vir-
tuoſus iuuenis appelletur, ſequitur vt vere nobilis dici poſ-
8 ſit, non autem plebeius, nec ignobilis, cum † vera nobilitas
à virtute deſcendat, vt per Bart. *in l. iudices. C. de dignit. lib. 12.
& gloſſ. in l. ſocietas. ff. pro ſoc.* hinc, vt refert Tiraq. *in tractat. de
9 nobilitate. cap. 4. num. 3.* ſcriptum reliquit, quod † Phalaris
primus Agrigentinorum Tyrannus ille quidem, ſed do-
ctus, Apircho interroganti, quid de nobilitate ſentiret, re-
ſpondit: Ego autem vnam nobilitatem virtutem noui, cæ-
tera fortunam. Nam humili genere natus, vt bonus & vir-
tute præcellens, ita Regum & omnium hominum nobiliſ-
ſimus fieri poteſt: igitur licet gloriari de nobilitate, vt de a-
lio quouis bono, non ſit indecens, de laudibus tamen ani-
mæ gloriari debemus, non de maiorum nobilitate in ob-
ſcuriori poſteritate iam extincta; quinimo conſentiunt o-
10 mnes, † bonos mores ſiue virtutem eſſe nobilitati præpo-
nendam, vt voluit expreſſe Bal. *in c. pen. in fin. de prob.* per tex.
quem ad hoc reputat ſingularem *in l. pronuntiatio. §. matrem-
11 fam. in fin. ff. de verb. ſign.* & ex eo dicit † anteponi teſtimo-
nium honeſtarum & bene meritarum perſonarum teſti-
monio nobilium, ſequitur Fel. *ibi & in c. ſuper eo 2. col. 3. de teſt.*
& alij quamplures cumulati per eundem Tiraq. *in d. c. 4. nu.
16.* Hinc & Codrus Poeta cecinit eleganter, & feſtiue mul-
tum:

Sint tibi Gallorum Rex & Regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo,
Non pluris faciam te, quam tibi ruſtica mater
Si ſit, & ignarus ruſticus ipſe pater.

Et Ouidius *lib. Triſtium 4. elegia 3.* pulchre dixit:

O qui nominibus cum ſis generoſus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

Quare cum D. Vincentius prudens & virtuoſus appellatus
12 fuerit in dicto ſcriptu, quo † pars aduerſa nititur, & illud
produxit, & ideo ei ſtare tenetur, vt per Bart. *in l. poſt lega-
tum. ff. de his, quib. vt ind.* Bal. *in l. ſcriptura. in prin. C. de fid. inſtr.*
Dec. *in c. cum venerabilis. n. 2. de excep.* & ego *conſ. 31. nu. 21.* ſequi-
tur quod nobilis dici debuerit, ſicq; cum eſſet præſuppoſi-
tum, quod ſit in dubijs, ignobilitans, dubium quoq; ceſſare
debeat in ea fundatum, vt poſt gl. tradunt Burr. Fulg. & alij
in l. mancipia. C. de ſer. fug. Soc. *conſ. 55. col. 2. vol. 1. & in §. ſi quis
400. legis primæ. ff. ad Treb.* Fel. *in c. nonnulli. in prin. pe. car. de reſcr.*
Alc. *in c. cum non ab homine. num. 9. de iud.* & ego *conſ. 20. num. 36.*
Quinimo retorquendo dubium contra aduerſarios, ſine
tamen iniuria, dici poteſt, in eis prætenſam nobilitatem
ceſſare. Nam in d. ſcripto dom. Ant. pater D. Leonoræ mer-
13 cator appellatur, ſed an † mercatores inter perſonas inho-
noratas & ignobiles cenſeri debeant, diſtinguitur per ali-
quos mercatura magna & copioſa, à parua & tenui, vel ex
loci conſuetudine, & hominum opinione, nobiles vel viles
reputantur mercatores, vt per Alc. *in tract. de præſum. in 3. par.
reg. 1. præſum. 48. in fin.* & latius Strac. *in tract. de mercat. 2. par. n.
17.* tamen (vt ille dicit) eſt tex. *in l. nobiliores. C. de commer. &
mercat.* qui expreſſis verbis inter ignobiles mercatores con-
numerat, cuius verba poſt eum refero: *Nobiliores natalibus &
honorum loco conſpicuos, & patrimonio ditiores, perniicioſum vrbi-
bus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & nego-
tiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.* ex quo tex.
4 cum dicat Bal. ibi, quod † qui facit artes mechanicas, non
poteſt eſſe nobilis, ſequitur, vt concludit Strac. quod ſi no-
biles prohibentur exercere mercaturam; ſi eam exerceant,
inter nobiles cenſeri atque connumerari non poſſint, licet
per alios eam exerceant, ſi tamen aſſiſtant, vt ibi ſubiungit
poſt Alber. *in l. humilem. C. de ſecun. nup.* & vt inquit Alc. *de quo
ſup. n. 6.* † omnes tam mercatores, quam artifices tenentes a- 15
pothecam, etiamſi campſores & argentarij de iure com-
muni non ſunt nobiles, ſed viles, *l. æutepen. C. de cohortal. lib.
12.* & idem in facientibus cambia ficta, quamuis non te-
neant apothecam, ſecundum Bal. *in c. tranſmiſſa. de elect.* quæ
qualitates cum facile verificentur in D. Ant. non ita nobilis
appellari poterit, ſed æquales erunt ipſe & dom. Vincen-
tius, & vtriuſque familiæ.

Secundo conſidero, quod D. Vincentius in dicto ſcri-
pto confeſſus fuit, recepiſſe à dom. Anton. ſcutos mille pro
dote dominæ Leonoræ, quos promiſit reſtituere in o-
mnem caſum in forma ſolita, quod eſt dicere, dotis reſti-
tuendæ, vt dici conſueuit; & in inſtrumento poſtea ſecuto,
dicitur in prin. quod conuenit de donando eidem domin.
Leonoræ ſummam ſcutorum bis mille. Quare † fuit iſta 16
donatio propter nuptias, quam ſtatutum Lucenſe *ſub rubr.
de probib. donation. propter nup. cap. 31.* prorſus annullat, dicens:
*Verum ſi expreſſe donatio propter nupt. conſtituta ſit à viro, tunc
diſponimus, quod conſtitutio dictæ donationis, & pactum inſerunt,
quod in aliquo quocunque caſu vxor lucretur donationem propter
nuptias, in totum (vt fuit hic) ipſo iure ſint nulla, nec ex tali pacto
vel conſtitutione mulieri ius aliquod acquiratur.* Quæ † verba, *i- 17
pſo iure ſint nulla*, per ſe ſunt euidentiſſima, quod ſunt latæ
ſententiæ, vt inquit Tiraq. *in l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur.
num. 120. C. de reuoc. donat.* & ad hoc citat gloſ. *in l. in criminali.*
& ibi Ang. *C. de iur. om. iud.* & alios infinitos, vt per eum, tan-
toque magis, quod ſtatutum ſubiungit; *nec ex tali pacto mu-
lieri ius aliquod acquiratur: reſiſtimus enim tali pacto & conſtitu-
tioni, ita quod nullo modo valeant.* Quando † enim lex aut ſta- 18
tutum reſiſtit, vel ab initio dicit, quod actus non valeat, im-
peditur naturalis & ciuilis obligatio, & eius ortus, vt decla-
rat Bar. *in l. cum lex. col. 3. ff. de fideiuſſ.* quare repelli debent a-
gentes ſine iure aliquo, vel actione aliqua, *l. vbi pactum.* cum
ibi notatis per Bartol. Caſtrenſ. Alexand. Iaſon. & omnes, *C.
de pactis.*

Tertio me quoq; multum mouet, quod in dicto ſcripto
dom. Camilla, & D. Marcus Antonius, de quibus in eo,
promiſerunt pro reſiduo dictæ dotis ſoluere realiter d. D.
Vincentio alios ſcutos bis mille infra tempus annorum o-
cto, videlicet ſcutos 250. quolibet anno, & (vt inquit D.
Turrius) non fuit dicta dos promiſſa ſoluta, quo ſtante, d.
D. Leonora lucrari † non debet augmentum dictæ dotis ſi- 19
bi factum per D. Vincentium, niſi dote ſoluta, *§. illud quoq;
in auth. de non elig. ſecun. nuben.* qui tex. loquitur non ſolum in
muliere, ſed in patre quoque & quolibet extraneo conſti-
tuente dotem, vt hic fuerunt dicta D. Camilla, auia pater-
na, & vir ſuus; facit tex. *in auth. dos data donationem propter nu-
ptias meretur. C. de don. ante nupt.* nam à contrario ſenſu vult
dotem non datam donationem propter nuptias non me-
reri, redditq; rationem Bal. *ibi col. 2. ver. item in iſta.* quod mu-
lier † nihil lucratur, quia non ſuſtinet onus dotis; & de 20
hoc eſt etiam gl. *in §. 1. in auth. de æqua. dot. in verb. verum.* Idem-
que tenet Ang. Aret. *in §. fuerat. col. 13. verſ. in ea. gl. Inſt. de act.*
vbi dicit † hoc procedere, ſiue mulier promiſerit pro ſe do- 21
tem, ſiue alius pro ea, ſiue pater, ſiue extraneus. Idemq; te-
net Guid. Pap. *q. 274.* & Afflict. *deciſ. 242.* quos ſequitur Nat-
ta *conſ. 258. col. 1. & 2.* vbi pulchre conſiderat vnum, quod fuit
de intentione partium in caſu ſuo: nam D. Aymon maritus
in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ adiecit v-
xori ſuæ ſcutos tercentum, ex quibus verbis colligitur, no-
luiſſe partes, quod procederet augmentum dotis, niſi dote
ſoluta, ſicut indicant illa † verba, *in omnem caſum & euentum 22
dotis reſtituendæ*, quæ præſupponunt dotem datam ſecun-
dum propriam & strictam ſignificationem, *l. 1. §. eleganter. in
fin. ff. depoſ. l. cum pater. ff. de lib. & poſth. & l. verbum reddendi. &
ibi gl. declarat. ff. de verb. ſign.* hinc † ſtatutum diſponens quod 23
ſoluto matrimonio morte mulieris, ita vt dos ſit in caſu
reſtitutionis, maritus lucretur tertiam partem, non proce-
dit in dote nondum data, quæ reſtitui non poteſt, vt con-
cludit

cludit Angel. *conſ. 58. quidam nomine P.* ſequitur Iaſ. *in l. ſi dona-
turus. §. fin. col. pen. ff. de cond. ob cauſam.* vnde ſic eſſe debet in
caſu noſtro, ſicut erat in caſu Natæ, quod cum dom. Vin-
centius promiſerit reſtituere dotem confeſſatam in o-
mnem caſum in forma ſolita, & ſic in omnem caſum dotis
reſtituendæ, ſequitur, quod non ſoluta dote promiſſa per
dictas iugales, videlicet alijs ſcutis 2000. non teneatur re-
ſtituere illos per eum confeſſatos habuiſſe; & hoc eſt clariſ-
ſimum fundamentum à D. Turrio deductum, plenius à me
relatum & locupletatum, ad abſolutionem do. Vincentij,
ſeu filij ſui. Nunc ad ſecundum dubium tranſitum facio,
24 quod verſatur circa ſtatutum præallegatum *c. 31.* † annul-
lans donationem; nam dicitur illud non habere locum in
donatione iurata, vt per Io. Lupum *in d. rubr. de don. inter vir.
& vxor. §. 51.* Roma. *conſ. 44.* Goza. *conſ. 32.* & Gabr. *lib. 3. tit. de
donat. concluſ. 3. nu. 1.* & inprimis dico, quod prædicti de ſta-
tuto non loquuntur, an locum habeant vel non in caſu iu-
rato, ſed an donatio inter virum & vxorem firmetur iura-
mento, quæ eſt diuerſa qu[illegible], quia tamen concluſio in
25 dubio propoſita regulariter eſt vera, quod † ſtatutum ſim-
pliciter loquens locum non habeat in caſu iurato, vt ponit
Curt. iun. *conſ. 67.* allegatus in dubio, quæ fuit ſententia
Raynerij, & Bar. *in l. omnes populi in 4. q. princip. ff. de iuſt. & iur.*
Hoſtienſis *in c. quemadmodum de iureiur.* late Alex. *conſ. 27. col.
fin. vol. 1.* & alij plures idem remittunt, quos ego cumulaui,
conſ. 16. num. 44. quos non tranſcribo, cum ibi facile videri
poſſint. Propterea reſpondeo cum D. Turrio, quod cum
extet aliud ſtatutum *ſub rubr. de donat. c. 73.* diſponens, dona-
tionem vltra valorem florenorum quinquaginta eſſe nul-
lam, niſi per præconem fuerit denuntiata, publiceque in conſi-
lio generali, intra vnum menſem à die donationis proxime
computandum, quo ſtante, ſtatutum prædictum *cap. 31.* pro-
cedere debet, & habere locum in dicta donatione quan-
tumcunque iurata, prout voluit eleganter Feder. de Sen.
26 *conſ. 281. caſus talis eſt, ſtatuto.* vbi conſuluit, quod † donatio
iuramento firmata, niſi regiſtretur infra terminum à ſtatu-
to præfixum, (prout hæc non fuit) non valet, niſi tali ſole-
mnitati regiſtrationis cum iuramento fuerit ſpecialiter re-
nuntiatum, quod hic factum non fuit: fundatur Federicus
in hoc, quia licet donatio facta cum iuramento à principio
fuerit valida, tamen ex defectu regiſtrationis poſtea non fa-
ctæ intra terminum à ſtatuto præfixum annullatur, & ſic ex
ſuperueniente iure vel cauſa cenſetur remiſſum vinculum
iuramenti, de quo ſuperuenienti iure non fuit actum vel
cogitatum in illo iuramento; & eandem diſtinctionem te-
nent Butr. & Imola *in c. cum contingat. de iureiur. in 7. membro.*
27 vbi refert, Butrium tenere, quod † donatio iurata excludat
nullitatem ſubſiſtentem ſecundum tempus iuramenti,
quia ad illud tempus refertur iuramentum, ſecus ſi nullitas
ſurgeret ex cauſa ſuperuenienti, puta propter gabellam
non ſolutam ex forma ſtatuti, annullantis contractum ex
poſtfacto, vel vt in caſu noſtro, ex defectu regiſtrationis
poſtea non factæ, intra tempus ſtatuti, & hanc quoque di-
ſtinctionem ſequitur Aret. *conſ. 77. col. fin.* Soc. *conſ. 77. col. fi-
nal. & conſ. 81. col. pen. vol. 1.* Cur. iun. *conſ. 141. colum. final.* & Ga-
briel. *lib. 3. de donat. concluſ. 1. num. 67.* quibus allegatis per do.
Turrium, addo Baldum Nouell. *conſ. 78. inter conſilia Socin.
vol. 1.* Aret. *conſ. 2.* Corneum *conſ. 186. vol. 2.* Barb. *conſil. 43. nu. 33.
vol. 1.* & ego dixi *conſ. 72. nu. 140.*
28 Secundo quoque reſpondeo, quod licet † donatio inter
virum & vxorem ſoleat iuramento confirmari, vt ex multis
copioſe dixit Gabriel. Roman. *lib. 3. de donat. concluſ. 3.* id pro-
cedit in vera & expreſſa donatione, non autem in confeſ-
ſione dotis receptæ, de qua agitur, quia talis confeſſio non
firmatur iuramento; ita probat ex multis ipſe Gabr. *num. 9.*
& procedit, vt ſubiungit *num. 8.* etiamſi iuramentum aſſer-
torium, & promiſſorium, ſiue confirmatorium interuenit,
vt tradit Ruinus in varijs conſilijs per eum citatis, potiſſime
29 vero *in conſ. 190. numer. 8. volum. 4.* vbi dicit, quod † ſi iura-
mentum mariti confitentis eſt confirmatorium, ſiue aſſer-
torium, vt quia iurauit, ſe habuiſſe, & recepiſſe, vel ſi con-
feſſus eſt cum iuramento, habuiſſe, & recepiſſe, tamen non
confirmatur tacita & ſimulata donatio, quæ oritur ex dicta
confeſſione ſecundum Cyn. *in l. 1. C. de ſacroſan. eccl.* Bar. *in l.
cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3. & in l. Aurelius. §. final. ff. de lib.
leg.* Bald. *in l. 1. C. de inoff. donat.* & Salyc. *in l. hac edictali. in prin.
C. de ſecund. nupt. q. 7.* quia quando † tale iuramentum fuit 30
præſtitum ſuper eo, quod eſt de præterito, non eſt ſeruan-
dum, & idem tradit Ruin. *conſ. 135. num. 9. vol. 1.* poſt Bar. *in d.
§. Titia.* dum concludit, quod ſi † maritus confitetur con- 31
ſtante matrimonio recepiſſe ab vxore, non præiudicat ſibi
talis confeſſio, quia cum inter coniuges ſit prohibita dona-
tio, confeſſio eſt ſuſpecta, † quia facta fuit inter perſonas 32
ſuſpectas, *l. qui teſtamentum. cum ibi not. ff. de probat.* & † præ- 33
ſumitur maritus confeſſus animo donandi (prout hic dixit
dom. Vincentius) in inſtrumento tranſactionis infra, & ſic,
quod facta fuerit confeſſio in fraudem legis prohibentis
donationem, † quod eſt etiam verum, ſecundum Bar. & 34
Ruinum, quamuis confeſſio fuerit iurata. Iuramentum e-
tiam † non operatur, quando confeſſio præſumitur ſimula- 35
ta, prout in caſu noſtro diſponit aliud ſtatutum *lib. 2. c. 44.*
quod improbat iuramentum præſtitum à minore, vel ab e-
ius tutoribus, aut curatoribus, etiamſi ſit præſtitum cum
auctoritate & decreto iudicis, ſubdens quod tale iuramen-
tum intelligatur factum & ſimulatum, & dolo, & fraude,
vi & metu extortum, & contra bonos mores præſtitum,
& extortum: & ſequitur ſtatutum, volens eſſe præſumptio-
nem iuris, & de iure, quod dictum iuramentum non va-
leat; & idem ponit Ruin. *conſ. 154. nu. 7. vol. 5.* poſt Soc. *in l. 1. ff.
ſol. mat. pen. car. verſ. 2. concluſ.* vbi confirmat, quia cum † talis 36
præſumpta donatio ſit ſimulata, non debet iuramento fir-
mari, ſicut nec alius ſimulatus contractus; ſecundum gl. *in l.
4. C. plus vale. quod agi.* & † quamuis etiam iurauerit, omnia 37
& ſingula fuiſſe & eſſe vera, quo caſu non ſolet exceptio ſi-
mulationis admitti, quia excipiens ſuam turpitudinem de-
tegeret, ſecundum Imol. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & in d. c.
cum contingat. in ſeptimo membro.* nihilominus in iſto caſu hu-
iuſmodi iuramentum non obſtat, vt in terminis noſtris
concludit Socin. *in d. l. 1. ff. ſol. mat. col. pen.* per multa, de qui-
bus ibi per eum, & præſertim, quia ex productione inſtru-
menti, in quo continetur dicta confeſſio, conſtat de ſimu-
latione, iuris præſumptione, & per conſequens conſtat, a-
ctionem † non competere, ideo iudex ex officio poteſt & 38
debet actorem repellere, & pro reo ſupplere, vt not. per gl.
Bar. & alios, *in l. vbi pactum. C. de tranſ.* pro quibus etiam facit,
quod notat Innoc. *in c. cum olim. de cenſib.* & Bar. *in l. poſt lega-
tum. in prin. ff. de his quib. vt indig.* vbi dicunt, quod † licet quis 39
non poſſit ſe fundare ex inſtrumento, quod impugnauit, *l.
Pap. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt. & in regula ex eo, de reg. iur. in 6.*
tamen iudex in fauorem impugnantis poterit in illo ſe ex
officio ſuo fundare, & idem tenet Abb. & Aret. *in c. preſen-
tium. de teſt.* & Caſtren. *in l. Publia. §. Titius. ad fin. ff. depoſ.* ſic-
que conſuluit Soc. *conſ. 16. inter conſ.* Mariani ſui patris, & vt
ſubiungit Ruin. *in d. conſ. 154. vol. 5. col. 2. nu. 8.* quia † iuris præ- 40
ſcriptione conſtat de periurio confitentis, prout declarat
Alex. poſt alios *in l. ſi donatione. C. de collat.* & ſic mediante tali
præſumptione dicitur detecta turpitudo mariti, ideo po-
teſt eam allegare maritus, & quilibet eius ſucceſſor, tam v-
niuerſalis, quam particularis: & ſic contractum ſimulatum
dicere, ſicut quilibet alius, cuius turpitudo ſit detecta, ſe-
cundum Bar. *in l. & per iuſiurandum. §. fin. ff. de iureiur.* Bald. &
Salyc. *in l. final. C. de non num. pec.* & Alex. *in l. nemo poteſt. ff. de
legat. 1.* ita Ruin. eleganter *in d. conſ. 154.* quem confirmo per
id, quod inquit Gabr. *in d. concl. 3. num. 9.* dicens, quod † ex- 41
ceptio ſimulationis opponi poteſt, non obſtante ſtatuto il-
lam prohibente, quando adiuuatur iuris præſumptione, vt
tradit Socin. *conſil. 27. num. 30. volum. 4.* & † propterea in con- 42
tractu ſimulato iuramentum aſſertorium & promiſſorium
non operatur, ex quo deficit conſenſus, prout declarat Pa-
riſ. *conſ. 53. num. 30. conſ. 54. nu. 38. & conſ. 55. num. 64. vol. 1. & conſ.
80. num. 49. vol. 3.* Ruin. *conſ. 130. num. 4. vol. 1. conſ. 167. num. 23. vo-
lum. 2. conſ. 132. num. 14. & conſ. 137. num. 8. volum. 4.* Et hoc bene
verificatur in caſu noſtro, ſtante d. ſtatuto *cap. 44.* quod in-
ducit præſumptionem ſimulationis confeſſionis dotis re-
ceptæ. Idque comprobatur ex notatis per Ruin. *in d. conſ. 135.
num. 12. volum. 1.* poſt Anchar. *conſil. 331. viſis falſis narrationibus, in*

ſecun-

Digitized by Google

43 *ſecundo dubio*, vbi concludit, quod † ille, qui promiſit cum iu-
ramento facere, & curare, quod minor habebit ratam quie-
tationem, non obligatur etiam ex iuramento, quia cum pri-
ma conuentio minoris, à qua hæc vltima dependet, ſit nulla
ratione doli, & iniquitatis, alia remanet ſine cauſa, & cum ſit
dependens à prima, vel connexa, non poteſt ſtare ſine pri-
ma. *l. non dubium. C. de legib.* ſic enim dici debet in caſu noſtro,
quod cum confeſſio dotis ſcutorum 2 0 0. receptorum facta
in ſcripto per dom. Vincentium minorem, & ſubinde iurata
per eum in inſtrumento ſecuto fuerit nulla ratione doli, &
ſimulationis præſumpti, & præſumptæ per dictum ſtatu-
tum, ſequitur quod iuramentum ſecutum, velut dependens
ab ea remaneat ſine ea, nec ſtare poſſit ſine ea: & ideo non
obliget: rationemque reddit idem Ruin. *in fine d. conſ. 135.* poſt
Abb. *in diſputatione ſtante ſtatuto, in primo dubio*, dicentem,
44 quod † vbi ſtatutum præſumit contractum factum per do-
lum, ex cauſa rationabili, vt in caſu noſtro, à filio minore, qui
nihil proprium habebat, tunc iuramentum non obligat
minorem; quia qua facilitate fuit minor inductus ad con-
trahendum, eadem facilitate fuit inductus ad iurandum,
tantoq; magis hoc dici debet, quod deſiderabat D. Vincen-
tius contrahere matrimonium cum dicta Leonora, vt legi-
tur in inſtrumento, de anno 1575. ex quo deſiderio colligi-
tur, quod amore captus erat dictæ puellæ, vt inſtrumento
45 prædicto nominatur, vt enim Cicero *4. Tuſcul.* dicit, † deſide-
rium eſt libido eius, qui nondum adſit, videndi, vel (vt in
D. Vincen.) fruendi dicta puella, quam nondum habebat;
propterea ductus eius amore, facilis fuit ad confitendum, &
deinde iurandum, ſe recepiſſe ab eius patre pro illius dote,
ſcutos bis mille, quos in veritate non receperat, vt enim di-
uinus Arioſtus noſter inquit *cantu primo Furioſi*.

Quel che l'huom vede, Amor li fa inuiſibile.

E L'inuiſibil fa vedere Amore. id eſt, *Id quod homo videt,
amor ei efficit inuiſibile. Et quod inuiſibile eſt, amor reddit viſibile.*
Licet enim pecunias prædictas non videret, vt non extan-
tes, nec numeratas, intenſus amor eius fecit, vt eas, tanquam
videret, confeſſus fuerit, & iurauerit ſe eas recepiſſe, & ha-
46 buiſſe, & † cum dicta confeſſio proceſſerit ex falſa cauſa, iu-
ramentum non debet operari contra minorem, quia etiam
47 de iure communi † falſa cauſa vitiat actum inter viuos, ſi ſit
expreſſa ab errante, per notata *in l. 1. C. de fal. cauſa adiect. leg.*
& vult Alexand. *in d. l. ſi diuortio. ff. de verbor. obligat.* & Ruin.
48 *in d. conſ. 135. num. 13.* & † in vniuerſum certum eſt, ex falſa
cauſa omnem actum vitiari. *l. ſi per errorem. ff. de iur. omn. iud.
l. 1. C. de cond. inde. l. 2. §. 1. ff. de iud. l. cum quis. C. de iur. & fac.
igno.* Bart. *in l. demonſtratio falſa. §. quod autem. colum. fin. verſ.
ſexto quæro. ff. de cond. & demonſt.* Bald. *in l. nec apud. C. de hær.
inſtit. & in rubr. C. de conſtit. pec. colum. 1.* Caſtren *in l. ſi. §. idem
quæſitum. ff. de cond. indeb.* quos refert Decian. *reſpon. 19. num. 74.*
49 *volum. 3.* & † quæ fundantur in falſa cauſa, reuocari debent.
*l. qui teſtamento. ff. de excuſ. tutorum. l. 1. §. contra. ff. quæ ſent. ſine
app. l. 2. C. quando prouoc.* Bart. *in l. ſi is ad quem. verſ. ſecundo caſu.
ff. de acquir. hær.* Dec. *in l. 1. C. de erro. cal. & conſ. 475. nu. 14.* quos
allegat Ceph. *conſ. 583. colum. ſi. num. 57.*

Supereſt, abſoluto ſecundo dubio, ad tertium venire, quo
dicitur, videri ſublatum omne dubium, eo quod ſimus in
tranſactione iurata inter partes poſt lites ſecutas, in qua eſt
conuentum, quod dictæ pecuniæ ſint pro fundo dotali do.
Leonoræ & ad eam ſpectent ad inſtar fundi dotalis, vnde
non agitur amplius ad præſens, ſimpliciter vigore d. dona-
tionis, ſed tranſactionis, vt ſupra ſeruandæ inter partes. Cui
50 dubio bene reſpondet D. Turrius † falſam cauſam (de qua
ſatis ſupra dixi) vitiare tranſactionem, vt voluit Barb. *conſ. 16.
colum. pen. & fina. volum. 3.* Menoch. *conſ. 91. num. 47.* nec ei iu-
ramentum obſtare quo minus retractari poſſit, & debeat, vt
51 ego dixi *conſ. 77. colum. pen.* iuramentum † namque non ſup-
plet conſenſum, vt ponit Iaſ. *in l. ſi conuenerit. colum. 3. ff. de iur.
omni. iud. & in l. ſancimus. C. de teſtam.* & ex defectu conſenſus
nihil operatur. *l. fin. C. de non num. pec.* Roman. *conſ. 517. colu. 6.
verſ. ſed certe reſpondeo*; vbi Horatius Mandoſius ſe remittit ad
eundem Romanum *conſ. 520.* licet corrupte dicatur *522.* quo
loco multis confirmat & idem Dec. *conſ. 493. num. 25.* Pariſius
conſ. 12. num. 68. volum. 2. Ruin. *conſ. 127. num. 16. volu. 2. & conſ. 67.
volum. fin. volum. 4.* Socin. iun. *conſ. 44. num. 43. volum. 2.* Rolan.
à Valle *conſ. 7. num. 61. volum. 3.* Senat. Pedemon. *deciſ. 172. nu. 19.*
& † quotiens cauſa deficit, propter quam quis iurauit non 52
contrauenire, iuramentum non obligat, vt concludit dom.
meus Riminaldus *conſ. 583. ad fin.* & cum prædictis etiam con-
cordat Crau. *conſ. 144. num. 16.* per me deductus *in d. conſ. 77.
num. 35.* & idem ſcribit *conſ. 192. num. 6. & conſ. 805. num. 9.* ſub-
dens † abſolutionem iuramenti tali caſu non eſſe neceſſa- 53
riam ſecundum Bald. *in l. fina. C. de non num. pec.* Butr. *in c. cum
contingat. num. 13. in quarto caſu. de iureiurando* Caſtren. *conſ. 122.
viſo puncto. colum. 3. quarto dubio. conſ. 189. viſo inſtrumento. colum.
fin. verſ. tertium. & conſ. 377. ad primum videtur. num. 2. lib. 2.*
Corn. *conſ. 11. colum. 7. verſ. in caſu.* Dec. *conſ. 330. circa fin.* Ruin.
conſ. 134. num. 10. volum. 1. Poſtremo quod dicitur, de non ad-
implemento dom. Antonij, quod immo pro parte ſua vi-
dentur adimpleta per eum implenda, certe ſibi repugnat in-
ſtrumentum tranſactionis in verſ. *qua aſſignatione vt ſupra per
dictum dom. Antonium facta, &c.* cum enim † dicti abſolutui ab- 54
ſoluti faciant conditionem. *l. à teſtatore. cum ibi not. ff. de cond.
& demon.* Doctores *in Rub. ff. ſolut. matr.* Corn. *conſ. 156. nu. 9.
volum. 1.* dom. meus Riminald. *conſ. 65. num. 18. conſ. 83. num. 17.*
Pariſ. *conſ. 81. num. 7.* & † actum reddant conditionalem. Cor. 55
conſ. 216. num. 7. volum. 1. & ego *conſ. 37. num. 10.* ſequitur, quod
debuerit D. Anton. adimplere dictam conditionem, aſſi-
gnando tot bona immobilia pro ſumma ſcutorum 2000. vt
promiſerat in d. inſtrumento, quod non fecit. Nec video
quid D. Vincentius teneretur adimplere, imo liberatus fuit
ab obligatione tenendi domum apertam in ciuitate Lucæ;
quia D. Antonius fuit contentus, quod ibi ſtaret in domo
ſua cum famulis ſuis, & ancillis, dum ipſe erit in ciuitate,
quæ verba ipſum non obligant, vt de ſe patet, & in quan-
tum concluditur in dubijs, ex defectu implementi domini.
Antonij non potuiſſe præiudicari dom. Leonoræ filiæ, re-
ſpondetur, cum do. Turnio, quod cum vterque ſit ex vna
parte, & ex altera do. Vinc. † Contractus vero ſit indiuiduus, 56
pro parte approbari non poteſt, & pro parte reprobari. *l. cum
fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cer. pet.* Iaſ. *in l. Pomponius. §. cum quis.
n. 12. ff. de acq. poſſ.* Cor. *conſ. 210. num. 14. volum. 1.* & ego dixi *conſ.
400. n. 116.* Vnde debuit pater, & filia implere pro parte ſua, ſi
niti volebant aduerſus dom. Vincentium, quod nec etiam
ſibi profeciſſet, ſtantibus ſupra deductis per me poſt D. Tur-
rium, cuius dictis ſi quæ ſunt vlterius ab ea deducta, libenter
acquieſco, & cum eo pertranſeo, ne ſim prolixior, cum etiam
de ſola ſubſcriptione requiſitus eſſem, ſed quia non conſue-
ui ſimpliciter aliorum ſcripta ſubſcribere, volui, quæ ſupra
ſcripſi, addere, ne illotis manibus, aut ieiune tantum tranſi-
rem, & vt clienti meo pupillo ſatisfacerem. *Hippolyt. Rimi-
nal. Ferrariæ.*

*Pro quibuſdam de Ferrarinis conſortibus
de Saxollo.*

ARG. Statutum prohibens appellationem, an lo-
cum habeat in tertio. Et quis proprie dicatur
tertius. Item de appellatione ob non porre-
ctam ſupplicationem, vel procuratam expedi-
tionem, intra tempora ſtatuta, deſerta. Et de di-
ligentia in eo adhibenda.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens appellationem, locum non habet in tertio. Et quis
dicatur tertius. num. 2.*
3 *Et quando ad appellandum non admittatur & num. 4.*
5 *Cauſa amittitur teſte à parte producto de falſo condemnato.*
6 *Tempus præciſe eſt probandum ſi ſit fundamentum alicuius. & n. 8.*
7 *Appellaſſe ſe dicens, probare debet, quod intra 10. dies appellarit.*
9 *Et an prosit quatenus ſint in auditorio impediant tempus currere.
Diligentia qualis requiratur in appellante, pro expeditione ſuppli-
cationis, ne appellatio efficiatur deſerta. & n. 10. & ſeqq.*
13 *An debeat probari talis diligentia.*
14 *Item & culpa, cum alicui imputatur.*
15 *An diligentia potius præſumatur in dubio, an vero negligentia.*
16 *Et quando negligentia probanda ſit. & n. 17. & ſeqq.*
20 *Et qui negligit iura ſua, perdit.*
21 *Statutum eſt tenaciter obſeruandum, & eius verbis inhærendum.*

22 *Commiſſio facta aliſui de aliquo, omnia intelliguntur commiſſa, ſine quibus illud expleri non poſſet.*
23 *Dictio denuo, idem valet, quod de nouo, vel iterum.*
24 *Connexorum idem eſt iudicium.*
25 *Relatum intelligitur eſſe in referente cum ſuis qualitatibus.*
26 *Ablatiuus abſolutus facimus conditionem.*

CONSIL. DCCLVI.

PRo reſolutione dubiorum, quæ proponuntur eleganter per Excellen. D. Prampolinum, velut mihi fratrem honorandum, contra Ferrarinos, quatenus primo prætendit
1 Scapinellos eſſe tertios, & ideo potuiſſe appellare, quia † ſtatutum prohibens appellationem, locum non habet in tertio, vt per Contardum *in l. vnica. C. ſi de momen. poſſ. lim. 23. numer. 3.* aduerti debet, quod in proceſſu mihi exhibito dicitur in prin. quod D. Commiſſarius Saxoli mandauit carcerari Margaritam Scazzoriam alias examinatam ad inſtantiã conſortum de Scapinellis, in cauſa ciuili, vertente inter eos ex vna parte, & conſortes de Ferrarinis: ſi ergo mulier illa fuit examinata in dicta cauſa ad inſtantiam dictorum de Scapi-
2 nellis, dici non poſſunt fuiſſe tertij, ſed principales. quia † tertius eſt ille, qui citatus, vel nõ, comparet ad cauſam agitatam inter alios pro ſuo intereſſe. *l. ſi ſuſpecta.* & ibi Bald. Ang. & alij *ff. de inoff. teſtam.* Imol. *in l. à ſententia. ff. de app.* Bart. *in l. ſi perluſorio. ff. tit.* Abb. Felin. & alij *in c. cum ſuper. de re iud.* ergo ſi fuerunt principales, obſtat eis ſtatutum. *Rub. 3. lib. 3. col. 4. verſ. perche, dicens, diſponiamo, che quando ſi procede per via d' inquiſitione; id eſt, diſponimus, quod cum proceditur per viam inquiſitionis.* (vt fuit contra dictam Margaritam) *nei maleficij, non ſi poſſa appellare, ne querelarſi da alcuna pronuntia, ò interlocutoria, ò diffinitiua: mas' habbino ad eſequire*, id eſt, *in maleficijs, non poſſit appellari, nec querelari ab vlla ſententia, ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua, ſed ea debeant exequi.* & ita ceſſat motiuum de tertio, quales non ſunt Scapinelli, ſed principales. Sed vlterius
3 dato, ſine veri præiudicio, quod eſſent Tertij, tamen † adhuc ad appellandum non poſſunt admitti, cum ſciuerint cauſam de falſo tractari inter dictam Margaritam, & fiſcum, quod apparet ex copia actorum, & conſtitutorum dictæ mulieri factorum, petita per eorum procuratorem, nominibus eorum, & vlterius, antequam lata eſſet ſententia contra eam,
4 comparuerunt in dicta cauſa, *vt in proc. 26.* nec † eorum ſcientia ſpecifica, & certa, neceſſaria fuit, vt dicitur in dubijs. ſed ſatis fuit in genere, ea namq; nocet, ne tertius poſſit appellare, quando ex qualitate negotij ſententia lata contra vnum, nocet tertio: puta lata contra hæredem, quæ nocet legatario, vt poſt Did. *pract. q. c. 15.* declarat Dec. Peruſ. *26. num. 18.* Sed qualitas negotij cauſæ ciuilis inter Scapinellos, & Ferrarinos
5 verſabatur ſuper teſtificatu dictæ Margaritæ † quæ ſi de falſo condemnaretur (vt fuit condemnata) Scapinelli veniebant puniendi in amiſſione cauſæ, tam de iure communi. *l. Polla.* & ibi Caſtren. Alexan. & alij *C. de his, quib. vt indig.* quam ex forma ſtatuti Saxoli. *Rub. 33. lib. 3. verſ. quacunq; perſona.* igitur appellare non potuerunt à ſententia lata contra d. Margaritã: Nunc poſito, quod appellare potuiſſent, ad deſertionem ſuæ appellationis deſcendo, quæ negatur in dubijs, non enim fundari poteſt in ſtatuto, *Rub. 33. lib. 2. verſ. declarando*, quo cauetur quod infra terminum quinque dierum continuorum, à die interpoſitæ appellationis, porrigatur in auditorio Illuſt. do. Marci ſupplicatio pro obtinendo iudice: nam dicitur in dubijs, quod preces porrectæ fuerunt infra tempus præfixum.
6 Ego vero ſecus puto, nam † quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, id præciſe probari debet, & concludenter, vt eſt gloſſ. & doctrina Barto. *in l. cum actum. ff. de neg. geſt.* Alex. *conſ. 15. colum. 2. vol. 1.* Dec. *conſ. 210. colum. penul.* Ruin. *conſ. 14. colum. 2. volum. 5.* Crau. *conſ. 6. num. 106.* Gramma. *conſ. 31. num. 72. criminal.* cum ſimil. per me *conſ. 71. num. 17.* potiſſime Rolan. *conſ. 41. num. 25. volum. 1.* vbi poſt Alex. *conſ. 87. in prin.*
7 *volum. 7.* dat exemplum, quod ex † quo tempus 10. dierum quod datur ad appellandum, currit de momento ad momentum. *l. 1. §. dies. cum gloſſ. in verbo ſubtraxiſſe. ff. quando app. ſit.* ille, qui dicit ſe appellaſſe, probare debet ſe appellaſſe inf. 10. dies à die latæ ſententiæ, alias appellatio non deuoluitur.
8 *c. Romana. §. ſi vero. de app.* quia † fundanti ſe in tempore, incumbit onus probandi limitate de illo tempore. At in caſu noſtro dictum ſtatutum dicit, quod inf. terminum 5. dierum continuorum à die interpoſitæ appellationis, porrigatur ſupplicatio in auditorio, pro obtinendo iudice, alias, vt ſubijcitur, appellatio ſit deſerta; quod à Scapinellis factum non video, neq; probatum. Ergo eorum appellatio dicitur deſerta: licet enim à lata ſententia contra Margaritam 9. Maij 1587. appellauerint 16. Maij, & ſic inf. 10. dies, vt diſponit dictum ſtatutum. *de appella. Rubr. 33. verſ. o vegha.* ſi ſententia fuerit diffinitiua, non tamen probarunt Scapinelli ſe porrexiſſe ſupplicationem inf. 5. dies, immediate ſequentes, propterea eorũ appellatio remanſit deſerta: Sed vlterius eis vehementer obſtat idem ſtatutum, poſito quod ſupplicatio fuiſſet inf. dictos 5. dies in auditorio porrecta; dicit enim; *Et accio, che per laſciare le ſupplicationi nella ſignatura, le cauſe non vengano longamente ſoſpeſe, ordiniamo, che il ſupplicante debba diligentemente curare d' hauere frà il termine de otto di continoui, iſpedita la ſupplicatione, altramente s' intenda hauere renontiato all' appellatione, paſſati otto di, & non fatta la detta diligentia; le quali coſe ſe non ſeranno ſtate oſſeruate, annullità, & appellatione ſiano deſerte, & la ſententia reſti ferma, paſſando in coſa giudicata.* id eſt, *Et ne relinquendo ſupplicationes in ſignatura, cauſæ diu ſuſpendantur, ordinamus, vt ſupplicans diligenter curet intra terminum octo dierum continuorum ſupplicationem expediri, alias cenſeatur renunciaſſe appellationi, elapſis octo diebus, & non adhibita dicta diligentia. ſiq; res prædictæ non fuerint obſeruatæ, nullitas, & appellatio erunt deſertæ, & ſententia erit firma, tranſiens in rem iudicat.* Ita dicit ſtatutum prædictum, Modo videndum eſt, quo die lata fuerit ſententia contra Margaritam, id enim fuit 9. Maij 1587. appellatio vero 16. eiuſdem menſis, & anni, porrectio vero appellationis non apparet facta inf. 5. dies, & ſic inf. 21. dicm; ſed eſto, quod id appareret, ſupplicatio non fuit expedita infra octo dies ſequentes, nec dudum poſtea, niſi 25. Ianuar. præſentis anni, 1588. & ſic poſt octo menſes, ſequentes porrectionem ſupplicationis in auditorio. Nec
prodeſt eis dicere, quod † donec eorum preces fuerunt in 9
auditorio, non cucurrit eis aliquod tempus. *auth. ſed cum lis. C. de temp. appellat.* quia debuerunt, (vt inquit ſtatutum) curare diligenter, habere dictam ſupplicationem expeditam infra dictos octo dies, faciendo diligentiam ſuam, petendo inſtanter, & inſtantiſſime dictam ſupplicationem expediri. *l. fin. §. illud. in ver. ſumma ope. C. de temp. appella. & in d. authen.*
ſed lis. dicit gloſſ. quod † ſpectat ad appellantem notificare 10
Principi, ad quem appellatum eſt, vt cauſam committat proceribus dirimendam, quam gloſſ. approbant ibi Bal. Angel. Rayn. & Salic. dicentes, quod ita Doctores communiter tenent. Vnde dicit Ang. quod dum textus ille dicit, cauſam intactam remanere, quando deuoluit appellatio ad conſiſtorium Principis, donec cauſam dirimendam commiſerit, etiam debet intelligi, ſi appellans fuit ſolicitus, introducendo cauſam, ſed non potuit, quia non habuit aditum ad Prin-
cipem; & ideo eſt † introductum, quod appellantes vadant 11
ad Cameram Principis, & ſolicitent portarium, & pulſent ad Cameram, pro introducenda appellationis cauſa, & faciunt rogari notarium coram teſtibus, quod non poſſunt habere aditum, vt dicit Imol. *in cap. cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. in 6.* vt ibi refert Domin. quod ſemel obtinuit cauſam appellationis, in qua appellans non potuerat habere copiam iudicis, & tranſiuit ſibi tempus ſine proteſtatione, quod per illam negligentiam in non proteſtando, ſuccubuit & in propoſito noſtro conſuluit Ang. *conſ. 140. quidam Mattheus*, vbi dicit, quod quidam appellauit ad dom. priores, qui debent committere appellationem D. Iudici Ciuitatis, neutri partium ſuſpecto inf. tres dies ex formã ſtatuti ciuitatis Caſtelli, & quod iudex terminare debeat cauſam infra decem dies commiſſionis: alias ſit deſerta, ſi contingat, quod dicti priores non ſolicitaſſi non commiſerint dictam appellationem, eam eſſe deſertam, quia debuerunt requiri per appellantem cum importunitate; & cum prædictis idem tenet Alexand. *conſ. 19. colum. 2. volum. 1. & conſ. 163. colum. pen. volum. 2.* Peruſ. *in c. ex ratione. num. 39. de appel.* Speculum aureum *in ſecundo vers. in princip. num. 408.* Dec. *conſ. 677.* & Gramma. *deciſ. 43.* poſt Ioan. de Aurea. *conſ. 4.* vbi etiam Bologniñ. *in addit. ad eum.* & Guid. Papæ *q. 135.* & præter eos Crauet. *conſ. 331. num. 4.* dicens, quod diligentiam

12 diligentiam † in appellante accipimus, ſi pro viribus ſtudet
cauſam iudici demandari quam primum poteſt, aliter indili-
gentiæ damnatur, deſeriturque appellatio per Bald. & Alex.
in locis citatis, & Alexan. *conſ. 200. in fin. volum. 7.* Nec aſſentire
poſſum, quod in dubio præſumatur diligẽtia, quia repugnat
13 aperte Crau. *num. 12.* dicens, † probationem diligentiæ quæ
ſicut in facto eſt, ita probari debere. *l. quacunque. ff. de Publicia.*
l. in bello. §. facta. ff. de capti. Nec dicat aliquis, vt ſubdit Craoet.
14 negligentiam † non præſumi, quod ad culpam pertineat;
nam reſpondet, ſi in culpa ſua quis fundatur, culpæ fidem
faciendam, ſi in diligentia quæ promiſſa ſit, diligentiæ pro-
bationem implendam, aut ſi potius dicere velimus; cum
15 negligentia † non præſumatur in dubio, ſed potius diligen-
tiæ præſumptio ſit habenda, ſecundum Alex. *conſ. 45. volum. 1.*
Crau. *conſ. 77. num. 11. cum ſimul* per Maſcardum *de prob. volum. 2.*
concluſ. 1088. qui ſubdit, quod illam, ſcilicet, negligentiam al-
legantı, incumbit onus probandi, vt tenuit Bologniũ. poſt
Barbat. *in l. 4. §. Cato. poſt num. 144. verſ. & ſubdit idem Ang. ff. de*
16 *verb. oblig.* reſponderi poteſt vna cum ipſo Maſcardo, † pro-
bari negligentiam, quando quis facere potuit aliquid, & ob-
ligatus non fecit, vt concludit Ruin. *conſ. 52. num. 8. volum. 5.*
& prius eo Bart. *conſ. 102. Clariſſ. domine* Ioan. And. *in cap. ſtatu-*
tum. de reſcript. in 6. Bald. *in l. iuris ignorantia. C. qui admit.* Crau.
conſ. 132. num. 4. at Scapinelli tenebantur habere ſupplicatio-
nem expeditam infra octo dies poſt eius porrectionem in
auditorio, vt ordinat dictum ſtatutum, idque potuerunt fa-
17 cere, & obtinere: quia † qui non poteſt habere copiam do-
mini hodie, habebit forte cras, vt poſt Alex. *in d. conſ. 19.* inquit
Felin. *in c. ex transmiſſa. colum. 3. de preſcript.* de iudice loquen-
tes, quod & de Illuſtr. dom. Marco dici poteſt, benigniſſimo,
& illuſtriſſimo, qui requiſitus ſemel, & ſæpius in illo termino
8. dierum, dediſſet eis ſupplicationem expeditam: at quod illi
non eam habuerint, niſi poſt octo menſes, non aliud dici
poteſt, niſi quod ipſi fuerint in maxima negligentia, quæ ſic
eis nocere debuit, vt corroſerit primum terminum quinque
dierum, etiam ſi in eo dictam ſupplicationem porrexiſſent,
vt not. Abb. *in cap. ex ratione. q. 3. de app.* cuius opin. communis
eſt, vt ibi per Imol. & poſteriores, quam tenet Ang. *conſ. 309.*
18 *in propoſita q.* & Purp. *conſ. 440. num. 9.* & † operatur, vt æqui-
tas, nedum rigor, non debeat eis ſuffragari. *l. ſi pupillus. in fi. ff.*
quæ in fraud. cred. & tradit Sal. *in l. ſi ea. C. qui acc. uſ. non poſſ.* ſequi-
tur idem Purpur. *conſ. 531. num. 12.* vnde dicit eleganter Bart. *in*
19 *l. item illa. ff. de conſtit. pec. colum. 2. verſ. quæro pone.* quod † actor,
qui fuit negligens in termino, remiſiſſe videtur inſtantiam
petendi, & remanet retro, ac ſi debitor eſſet ſine appoſitione
termini, idemque tenet Alex. *conſ. 92. col. 7. verſ. nec obſtat. vol. 1.*
& conſ. 171. alias *177. volum. 2. colum. 1. & 2.* hinc & Bald. *in c. fin. de*
20 *elect. colum. 4.* dicit, quod † qui negligit iura ſua, perdit, quia
negligentia omnia lædit, & negligentibus iura non ſubue-
niunt. *l. non enim. ff. ex quib. cauſ. maior.* & idem Bal. *in c. ex parte.*
de reſti. colu. 2. dicit, quod ex negligentia quis perdit gratiam,
& poſſeſſionem. & *in l. licet. C. de iure delib. colum. 1.* dicit, quod
negligentia non eſt animus volendi, ſed nolendi, ſequitur
Paul. de monte Pico. *conſ. 27. num. 12.* Quæ referre volui, veluti
magis pulchra, quam neceſſaria, cum habeamus dictum ſta-
tutum *verſ. & accið, cum ſequenti*, diſponens, quod appellans
curare debeat diligenter habere ſupplicationem expeditam
inf. terminum 8. dierum continuorum, alias intelligatur re-
nuntiaſſe appellationi lapſis dictis octo diebus, & non facta
diligentia, quibus non obſeruatis, nullitas & appellatio ſint
deſertæ, & ſententia firma maneat, & tranſeat in iudicatum:
nam ſtante dicto ſtatuto ſic determinato, non eſt vlterius in-
neſtigandum. Bal. *in l. Gallus. §. ſi tam. ſecundo not. ff. de lib. & poſt.*
Dec. *conſ. 488. colum. 1. & conſ. 503. num. 7.* Marſ. *conſ. 131. num. 20.*
Mod. *in repet. leg. quid ergo. §. pœna grauet. colum. 5. ff. de his qui*
21 *not. inf.* vbi dicunt, † tenaciter eſſe obſeruandum ſtatutum,
& eius verbis inhærendum, inanis eſt enim diſputatio, vbi
eſt ſtatuti deciſio. Corn. *conſ. 109. in fin. vol. 1.* Cæph. *conſ. 138. n. 20.*
Rolan. à Valle *conſ. 72. num. 6. volum. 3.* & ego *conſ. 178. num. 37.*
In quantum vero ſubijcitur in dubijs, Scapinellos fundari
non poſſe in dicto ſtatuto, *verſ. ottenuto*, cum ſequatur de iu-
dice appellationis, qui nunquam fuit datus ante diem 25. Ia-
nuar. & licet in precibus eorum dicatur, Illuſtriſſ. dominum
commiſiſſe, vt partes accederent, deducturæ iura ſua coram
D. Prampolino, non tamẽ hinc elici poteſt, quod eſſet iudex
appellationis, aduerti debet, quod non per hoc ceſſat proui-
ſio dicti ſtatuti de porrigenda ſupplicatione inf. 5. dies, & cu-
rando diligenter de illa habenda expedita inf. 8. dies, ſub pœ-
na deſertionis appellationis, quæ prouiſio fit à ſtatuto ante
obtentum iudicem appellationis. Sed vlterius ego dico,
quod ante diem 25. Ianuar. Clariſſ. dom. Prampolinus datus
fuerat iudex, vt colligitur ex reſcripto Illuſtriſſimi domini
Marci, dicentis, Magnificus & Excellen. dom. Alfcus Pram-
polinus referat, an cauſa appellationis, de qua in precibus,
committenda ſit, & deuoluerit iuxta commiſſionem alias à
nobis datam. ſi enim Illuſtriſſ. dominus dedit illam com-
miſſionem verbalem circa prædicta, neceſſarium eſt fateri,
quod ſuper eis referendis, fecerit, & dederit dom. Prampoli-
num: nam remota dicta commiſſione dom. Prampolinus, vt
priuatus, & iuriſdictione carens, nihil facere potuiſſet, nec
quod ſtatuiſſet rei iudicatæ auctoritatem continuiſſet, *vt eſt*
tex. clarus & ibi Doctores *in l. priuatorum. C. de iur. om. iudicum.*
confirmatur, nam † quando quid alicui committitur, intel- 22
liguntur omnia commiſſa, ſine quibus illud explicari non
poſſet. *l. 2. ff. de iur. om. iud.* & facta commiſſione verbali dom.
Prampolino referendi ſuper prædictis, intelligitur ad eã iu-
dex datus, cum ſine tali datione non potuiſſet illam relatio-
nem facere: Corroboratur, nam ſubijcit Illuſtr. dominus in
reſcripto, *& nunc denuo damus.* quæ dictio † *denuo*, exponitur, 23
id eſt, de nouo, vel iterum. *l. cum prior. ff. de diſtra. pignor. §. ſuper*
hu. in authen. de nupt. cum ſimil. per Albet. *in verbo denuo.* at ſi per
commiſſionem verbalem præcedentem non eſſet datus iu-
dex, ſequens in ſcriptis data, dans iudicem, non eſſet iterum,
ſed ſola, & prima datio iudicis. Sed & iſta magis, atque magis
comprobantur ex ſecundo reſcripto ſecundæ appellationis
dictorum de Scapinellis annotato; in quo dicit Illuſtriſſ. do-
minus, idem Magnificus, & Excellens dom. Alfcus nobis re-
ferat, iuxta commiſſa, oretenus, & in ſcriptis, ſicut enim re-
ſpectu commiſſionis in ſcriptis negari non poteſt, eum fuiſ-
ſe datum iudicem appellationis, pariter etiam reſpectu com-
miſſionis oretenus idem dici debet, quia illud verbum *com-*
miſſa, determinans illud, *oretenus, & in ſcriptis*, & ſic plura de-
terminabilia, debent æqualiter ea determinare *vulgata l.*
iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. cum ſimilibus. & quia ſimul con-
iunxit illa verba iuxta *commiſſa, oretenus & in ſcriptis*, nam
quæ rationis nexus connexuit, diſpoſitio iuris non ſeparat,
vt inquit Bald. *in c. quia 5. paulo ante fin. de iudic.* Anch. *conſ. 96.*
volum. 1. & Caſtren. *conſ. 83. colum. 2. vol. 2.* quos ſequitur Decia.
reſp. 43. num. 54. volum. 2. & † connexorum idem eſt iudicium. 24
c. quanto. de iud. c. præterea de tranſ. & l. quæ religioſis. ff. de relig. &
ſumpt. fun. Poſtremo quoque iuſtificatur, quod dom. Pram-
polinus, fuerit iudex appellationis datus ex eodem reſcripto,
in quo dicitur, *quod referat iuxta commiſſa, oretenus, & in ſcri-*
ptis, aliqua deſertione oppoſita non obſtante, quæ verba relata
ad ſupplicationem, in qua dicitur, quod Scapinelli ſe oppo-
nunt, allegando prædictam cauſam appellationis eſſe deſer-
tam. nam † relatum intelligitur eſſe in referente cum quali- 25
tatibus ſuis. *l. aſſe toto.* & ibi Bald. Angel. & alij *ff. de hered. inſtit.*
Ergo patet, quod dom. Prampolinus datus erat iudex appel-
lationis, cum deſertio non cadat in cauſa principali, ſed per-
emptio, vt notum eſt, nec in formula verborum vis eſt agen-
da, quod commiſſio non fuerit facta, quatenus appellatio
deuoluat, ſed an deuoluerit, huiuſmodi namque formulæ
verborum ſublatæ ſunt. *l. 1. C. de formul. & impe.* & an appel-
latio deuoluat, vel an deuoluerit, in idem verba ſonant, & in
præteritum bene dictum fuit, *an deuoluerit*, quia ante ſup-
plicationem præceſſerat appellatio. Vnde fuit opus in præ-
teritum loqui. Vlterius in quantum ſubijcitur, quod cum
ſtatutum loquatur in parte appellata, cui notificatio fieri
debeat, verba non ſatis adaptantur parti Ferrarinorum, quæ
non poteſt dici appellata in hoc caſu, poſtquam nihil ipſa
obtinuit, ſed fiſcus, qui ex officio procedebat. igitur nec diſ-
poſitio ſtatuti. *l. 4. §. toties. ff. de dam. infect.* conſiderandum
eſt, quod imo Ferrarini condemnata de falſo Margarita, in
cauſa, quæ vertebatur inter Scapinellos, ad inſtantiam quo-
rum illa depoſuerat, ſatis fuerant conſecuti dicti Ferrarini,

quia Scapinelli perdebant cauſam, & litem, ex ſtatuto *Rub. 33. lib. 5.* quod totum cedebat commodo Ferrarinorum: igitur, ſi Scapinelli appellarunt ab illa ſententia, Ferrarini dicuntur appellati, ſicque bene verificantur, & adaptantur verba ſtatuti, de quo quæritur. Poſtremo dicitur non cucurriſſe aliqua tempora, cum cauſa commiſſa fuerit ad referendum, vt not Ruin. *conſ. 77. in prin. volum. 5.* nihil enim poteſt imputari partibus, ſi libellum non produxerint, & alia non fecerint, cum non fuerit adhuc relatum Principi, an cauſa ſit committenda, vel non. Sed hoc dubium clare reſoluitur, diſtinguendo tempora, de quibus loquitur ſtatutum prædictum, nam *in verſ. ottenuto il Iudice.* id eſt, ſi vel poſtquam fuerit ob-
26 tentus iudex. quia † ablatiui abſoluti faciunt conditionem. Doct. *in Rub. ff. ſol. mat. l. à teſtatore. ff. de cond. & dem.* vult ſtatutum libellum exhibendũ, & appellato citato notificandum eſſe. Sed in verſ. *declarando perhò,* vult, quod porrigatur ſupplicatio pro obtinendo vno iudice, ergo priuſquam fuerit obtentus, illa porrectio ſupplicationis fieri debet, & vt ſubdit, adhiberi diligentia per appellantem de habenda ſupplicatione expedita inſ. octo dies continuos, alias appellatio ſit deſerta, quæ cum non fuerint obſeruata, non debent hæc tempora confundi: quod ſi dicamus, imo datum fuiſſe Iudicem Clar dom. Prampolinum per commiſſionem oretenus factam, adhuc Scapinelli defuerunt in exhibendo libello inſ. 5. dies. & eo notificando Ferrarinis citatis, vt dicitur in verſ. *ottenuto,* vnde quocunq; ſe vertant Scapinelli, deſerta reperitur appellatio ſua, referrique debet admittendam non eſſe, neque deuoluiſſe contra prædictos. *Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

Pro quodam Agnella.

ARG. An, & quando ſocius ſocio rationem adminiſtrationis reddere teneatur. De promiſſore indemnitatis, an conueniri poſſit, ſi is cui promiſſa eſt, aliunde indemnitati ſuæ conſulere. Et an, & quãdo fideiuſſor indemnitatis, ante reum principalem conueniri poſſit. Contrahentes an, & quando rei de qua contrahunt qualitatem, ſcire præſumantur. Cum proceditur ſola facti veritate inſpecta, quæ exceptiones admittantur.

S V M M A R I V M.

1 *Agens vigore contractus initi, contra ſocium, debet prius ex parte ſua adimplere ea ad quæ tenebatur.*
2 *Socius debet libros rationum conficere, & rationem adminiſtrationis conſocio reddere.*
3 *Quando non poſſit ſocius à ſocio petere, rationem ſibi reddi. & num. 5.*
4 *Omnes qui adminiſtrant res communes tenetur rationes reddere, & reliqua reſtituere.*
6 *In contractu ſocietatis exuberat bona fides.*
7 *Bona fides non patitur, vt damnum proueniens occaſione ſocietatis vnus ſolus ſentiat, exiſtens ſine culpa.*
8 *Si ſocius incidat in latrones, & perdat pecuniam ſuam, damnum debet eſſe commune.*
9 *Duæ negationes affirmant apud grammaticos.*
10 *Cauſa proxima, & immediata debet attendi.*
11 *Altem plures quando concurrunt plurior debet attendi.*
12 *Quia ius ſuum ſemel remiſit non poteſt eo amplius vti.*
13 *Nemo auditur contra id, quod ſua voce approbauit.*
14 *Libri officialis publici ſtandum.*
15 *Sententia generalis & incerta ſtante petitione certa ſed non probata eſt nulla.*
16 *Relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*
17 *Promiſſor indemnitatis non tenetur, ſi is cui promiſſa eſt, aliunde poſſit ſe indemnem conſeruare.*
18 *Deficiente fundamento falſo præſuppoſito ceſſat eo ceſſante.*
19 *Contractus diuerſi ſi ſint, non infertur de vno ad alium.*
20 *In contractibus magis pondere præſumitur contrahens qualitatis rei de qua contrahit habuiſſe ſcientiam.*
21 *Scientia præſumitur ex his, quæ communiter ſciri ſolent.*
22 *Et pro ſciente reputatur qui facile ſcire potuit.*
23 *Scientia probatur ex coniecturis.*
24 *Reus in exceptionibus eſt actor, eoq; eas probare debet.*
25 *Exceptio incerta, & nimis generalis admitti non debet, parte opponente.*
26 *Fideiuſſor indemnitatis, etiam renunciaret beneficio fideiuſſorum, non poteſt conueniri ante principalem excuſſum.*
Fallit vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta à num. 28.
27 *Reus & fideiuſſor ad impetio non debent iudicari.*
29 *Exceptio excuſſionis non competit mercatoribus, campſoribus, ...*
larijs & ſimilibus, & cur.
30 *Et an, & quando ea in curia mercatorum non attendatur & n. 31. & 38.*
32 *Pacta habentia relationem ad reditum annorum quinq; dicuntur certa.*
33 *Contractus ſubſtantialia an & quando conferri poſſint in arbitrium alterius contrahentium.*
34 *Executio ſententiæ non impeditur per exceptionem, nullitatis, requirentem altiorem indaginem.*
35 *Except. altiorem indaginem requirentes, non admittuntur, cum proceditur ſola facti veritate attenta. & num. 36.*
37 *De vi verborum vniuerſalium, & geminationis & num. 38 & 39*
40 *Ius excipiendi pertinet ad ſucceſſores ſingulares.*

CONSIL. DCCLVII.

COnuenerunt ſimul Zanibellus, & Agnella quod omne lucrum, quod perciperetur ex rebus conductis per Agnellam à conductoribus Gabellarum, diuideretur inter eos, ſicut & damnum, & Zanibellus promiſit Agnellæ ſoluere dimidiam dicti damni, eumque indemnem conſeruare, vt plenius continetur in inſtrumento dom. Lancelloti Godij: nunc vero cum damnum contigit in affictu prædicto, recuſat Zanibellus conſeruare indemnem Agnellam, contra
quem pro Zanibello mouetur D. Iudex; nam † agens Agnel- 1
la vigore contractus initi cum Zanibello, debuit prius ex parte ſua adimplere ea, ad quæ tenebatur, *l. Iulianus. §. offerri. ff.*
de act. empt. velut † cum ſocius fuerit, liberos rationum confi- 2
cere, & rationem adminiſtrationis Zanibello conſocio reddere, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. diſtra.* Soc. *conſ. 73. col. 1. & 2. volum. 1.* ſed tantum abeſt, quod Agnella impleuerit adimplenda per eum, quod confeſſus fuit, ſe nullos libros confeciſſe. Sed ſuper hoc dubio diligentius eſt conſiderandum; nam cum Zanibellus inſtaret Agnellæ, quod datium, de quo agitur, conduceret, & Agnella diceret, ſe non eſſe inſtructum de rebus dicti datij, nec ſcire quid eſſent pellionæ, columbinæ, & aliæ ſimiles merces, reſpondit Zanibellus, quod omnino dictum datium conduceret ſecure, & ei dimitteret onus expeditionis rerum, velut multum bene inſtructo: Ita dicunt teſtes Agnellæ, quo ſtante, aut volumus dicere, quod Zanibellus adminiſtrauerit membra Graſſinarum, de quibus curã promiſit, & etiam partim executus fuit, intereſſendo bis, & ter æſtimationi nauium columbinarum, & deinde curam proeo dimittendo D. Hieronymo Perutto, officiali Gabellarum, vt ipſe deponit, Agnella vero adminiſtrauerit membra cæterorum, & aliorum (licet in proceſſu non conſtet) vtiq; dici debet, quod Zanibellus non poſſit petere ab Agnella, vt ſibi reddat rationem adminiſtrationis, quia
cum † quilibet ſuo proprio nomine, & pro parte, quam ha- 3
bebat in ſocietate pro indiuiſo gesſerit, & adminiſtrauerit, non nomine conſocij, vel parte illius, non poteſt ab alio petere dictam rationem ſibi reddi: nam qua ratione vnus poſſet ab altero petere, ſimiliter & alter ab illo iure cuiuſdam compenſationis liber eſſe debet, vt pulchre declarat Caſtren. *conſ. 126. non ſequendo ordinem. vol. 2.* quẽ ſequitur Crau. *conſ. 159.*
num. 6. aut volumus dicere quod † Agnella teneatur reddere 4
rationem ſuæ adminiſtrationis Zanibello, quatenus adminiſtrauit iux. not. per Bart. *in d. §. officio,* quod eſt generale, quod omnis, qui adminiſtrat res communes, vel alienas, tenetur actione ex illo contractu, vel quaſi, reſpectiue rationes reddere, & reliqua reſtituere, vt in terminis duorum ſociorum
declarat Ber. *q. 32.* & tunc vt ille ſubdit *col. 2.* ſi † alter ab altero 5
ſocio petat, vt ſibi rationem reddat, ille non eſt audiendus, niſi ſe ipſum offerat velle rationem reddere, & aliqua reſtituere, neq; ſufficerent verbis id ſimpliciter offerre, niſi realiter, & actualiter ſe offerat, per ea, quæ voluit Anch. *conſ. 332. viſis diligenter actis. col. 1.* quod niſi factum fuerit, nulla ab altero ſocio ratio adminiſtrationis eſt reddenda. Ita notabiliter inquit Bero. ibi, qui caſum noſtrum decidit contra Zanibellum, qui rationem adminiſtrationis petit ab Agnella, nec ipſe ſe offert actualiter, nec etiam verbis ad eam reddendam, merito non poteſt eam petere, nec ad id inſtare, ſed audiri non debet: Sed econtra bene iuridica reperitur, & æquitati conſona petitio Agnellæ, quod Zanibellus teneatur eam conſeruare indemnem à damno, quod contigit in dicto affictu Datij, pro dimidia, quod eſſe declarauit, librarũ 1760. 12. 11. nam
præter id, q; ita promiſit in inſtrumento, † cum in contractu 6
ſocietatis exuberet bona fides. *l. cum duobus. §. venit autem. & l.*

cum

7 *rem in ſocietatis. ff. pro ſoci.* bona † fides non patitur, quod damnum non culpa Agnellæ proueniens, occaſione ſocietatis, ſolus ipſe ſentiat, vt in terminis ſocietatis determinat Natta *conſ. 248. num. 2.* & Paulus à monte Pico *conſ. 26. num. 6. per text.*
8 *in d. l. cum duobus. §. quidam ſagariam.* vbi † ſi ſocius incidens in latrones perdiderit pecuniam ſuam, damnum debet eſſe commune, ideo alter ſocius debet partem dimidiam damni agnoſcere, & tenetur actione pro ſocio, ex quo ſocius ibat pro negocio communi. Sic dici etiam debet in caſu noſtro, quod cum Agnella conduxerit datum prędictum in effectu, communi nomine cum Zanibello, quia dictum fuit in inſtrumento inter eos celebrato, per Gadium rogatum, quod perinde habeatur, ac ſi ambo prædictum dattum conduxerint, ſi propter damnum contingens Agnella perdit pecuniam ſuam, quam petunt ab eo conductores gabellarum, debet Zanibellus dimidiam partem dicti damni agnoſcere, & ab ea conſeruare indemnem Agnellam, vt promiſit; tantoque magis, quod cum, vt deponit ſecundus teſtis, cum eo loqueretur, ne daret cauſam Agnellæ litigandi cum ipſo Zanibello, reſpondit, quod non negabat ſe teneri pro dimidia ſubleuare Agnellam à damno occurſo in dicto affictu: ſi enim non
9 negabat, ergo affirmabat ſe ad id teneri; quia † duæ negationes affirmant apud Grammaticos, vt ſi dicam, non ſum neſcius, ſignifico quod ſcio, & ſic affirmo me ſcire. & licet Zanibellus ſubijceret, quod procurari debebat, quod conductor gabellarum faceret reſtaurum damni contingentis in dicto affictu propter defectum aquarum Padi, non inde ſequitur, quin Zanibellus teneatur conſeruare Agnellam in-
10 demnem, quia ſic immediate promiſit; cauſa † namq; proxima, & immediata debet attendi. *l. ſocius qui in eo. ff. pro ſoc. l. ſi mulier. ff. rer. amo. cum ſimil.* per Pariſ. *conſ. 73. num. 15. vol. 1.* Crau. *conſ 205. num. 30.* & Decia. *reſpon. 26. num. 101. volum. 1.* nec cauſa reſtauri ſubleuaret in totum Agnellam, prout conſeruatio indemnitatis. Propterea prudenter egit ad eam contra Zanibellum, miſſa actione reſtauri contra conductorem gabel-
11 larum: nam † quando plures actus concurrunt, competentes alicui, plenior attendi debet. *l. non ſolũ. §. fin. ff. de vſuc.* Bart. *in l. ſi quis ante. colum. fin. ff. de acq. poſſ.* & Cæpb. *conſ. 548. nu. 9.* & ita res de plano procedit. Sed vlterius vnum aliud non omitto reſpectu dictæ redditionis rationis adminiſtrationis, quã petit Zanibellus ab Agnella, quod vana fuit, aut ſuperuacanea, vt enim dicit dom. Hieronymus Perutius officialis gabellarum primus teſtis, cum Zanibellus præſens fuiſſet bis, aut ter æſtimationi nauium columbinarum, noluit vlterius venire, licet ab ipſo teſte fuerit requiſitus, ſed dicebat, *andate pur voi miſier Hieronymo perche hora non vi poſſo attendere*, id eſt, *eas modo tu Domine Hieronyme, quia iam non poſſum vobis atten-*
12 *dere*, cum † enim ſemel, & ſæpius ius ſuum remiſerit, non poteſt amplius eo vti. *l. 1. §. qui ſemel. de ſucc. edi. l. quæritur. §. ſi ven-*
13 *ditor. ff. de adil. edi.* & † nemo audiendus eſt contra id, quod viua voce approbauit. *l. generaliter. C. de non num. pec. l. ſicut. C. de act. & obl.* cum multis cumulatis per Decia. *reſpon. 2. num. 151. vol. 1.* nunc igitur Zanibellus moleſtare non poteſt nec debet ſuper videndis computis dicti Datij, quos ſcire non curauit; tantoque minus iam ſubiungit idem Perutius, quod continuauit ſine præſentia Zanibelli, in faciendis æſtimationibus dictarum columbinarum, quæ ſucceſſiuis temporibus præſentabãtur, de quibus notam faciebat ſuper ſuis libris, & quę videri poteſt: quomodo enim certius deſiderari potuit Zanibellus ſcire computum dicti Datij, an damnoſum fuerit, vel
14 vtile, quam † ex libris officialis ad id publice deputati? quibus erat ſtandum *iux. not.* per Bart. & cæteros *in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden.* Ruin. *conſ. 62. num. 10. volum. 5.* certe nihil. Vnde cum potuerit, & poſſit aliunde certiorari Zanibellus per dictos libros, qui nec fallunt, neq; falluntur, non poteſt hoc onus reddendi rationem adminiſtrationis imponi Agnellæ, velut ſuperuacaneum. *argumento l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. ca.*

Expedito ſatis abunde primo dubio, venio ad ſecundum,
15 in quo dicitur, ſententiã † generalem, & incertam latam pro Agnella, ſtante petitione ſua certa, ſed non probata, fuiſſe nullam *iux. not. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quan.* cui reſpondendo dico, quod imo dicta ſententia fuit particularis, & certa. probatur enim inſtante maſſario gabellę groſſæ, citatus fuit Agnella ad contradicendum, ne grauetur per vim, pro libris 2849. 6. 9. m. quæ ſunt pro reſiduo maioris ſummæ, quę reperta eſt eſſe pro damno ſecuto in appaltu, ſeu affictu caparum, alei, ac columbinarum per eum collictarum ad affictum, ab ipſa gabella groſſa ex inſtrumento rogato, de anno 1581. 19. Iulij producto. ipſe vero Agnella ſtatim notificari fecit Zanibello dictum actum, & citationem ſibi factam per maſſarium gabellę, & inſtetit eum citari ad contradicendum, ne grauentur pro dimidia dicti debiti, pro conſeruatione indemnitatis ipſius Agnellæ, iuxta tenorem inſtrumenti indemnitatis inter eos confecti, ſubiunxitq;, debitum Zanibelli, pro quo tenetur ipſum Agnellam conſeruare indemnem, fuiſſe, & eſſe, in, & de libris 1760. 12. 2. vnde patet, inſtantiam Gabellæ contra Agnellam, & Agnellæ contra Zanibellum fuiſſe particularem, & certam, de tot pecunijs, & de tali cauſa. *l. certum. ff. ſi cert. pet.* dum ergo Magnificus dom. Conſultor gabellarum condemnauit Zanibellum, ad præſtandam indemnitatẽ Agnellæ, aut domino Bertazollò, dicto nomine, iuxta petita, & inſtita per eum, quæ verba ſe referunt ad petitionem, & inſtantiam dicti do. Procuratoris, quæ certam cauſam, & ſummam continet, patet aperte, quod dicta ſententia dicitur particularis, & certa, per relationem prædictã. *l. 4. §. ſi iudex. ff. de re iud. l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. obl. l. pen. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profe.* quia † relatio facta cenſetur 16
cum omnibus ſuis qualitatibus. *l. aſſe toto. ff. de her. inſtit.* Dec. *cõſ. 414. n. 5. & 6.* & pulchre Butr. in terminis fere noſtris *conſ. 2. in fin* vbi dicit, quod alibi ſcriptum, ad quod fit relatio, perinde cenſetur, ac ſi expreſſum fuiſſet ſpecifice in ſcriptura, quæ ad aliam refertur, quem ſecutus fui *conſ. 582. vol. fin.* Quod autem Agnella probet debitum, quod petit à Zanibello, iuſtificatur ex inſtrumento conductionis, inter eum, & maſſarium gabellæ, ad quod ſe refert d. Maſſarius, & illud produxit, vbi continetur affictus, in hæc verba. *Sotto annuo pagamento, per affitto di eſſi membri, di quel tanto, che ſi trouarà eſſerſi cauato, in anni cinqi proſſimi pracedenti, della ſopra nominate roba.* id eſt, *Sub annua ſolutione, pro locatione illorum membrorum tanta ſumma, quanta reperietur percepta, annis quinq; proximis præcedentibus, ex ſupradictis mercibus*, &c. quę ſequuntur. quid n. & quantum fuerit perceptum, patet in dictis libris gabellarum, de quibus etiã Perutius depoſuit; vnde totum iuſtificari poteſt ex dictis libris, ad quos Maſſarius, & Agnella ſe retulerunt, & ita quoque dubium ſecundum bene reſoluitur ex prædictis.

Nunc ſuccedit tertium dubium reſoluendum, in quo præmittitur, quod † qui poteſt ſe conſeruare indemnem ali- 17
unde, quam à promiſſore indemnitatis, nihil debet ab illo conſequi, vt tradit Alex. *conſ. 114. vol. 3.* ſed Agnellæ plures exceptiones competebant aduerſus conductores gabellarum, qui dictum Datium ſibi ſublocarunt, de quibus in ſcriptura oppoſitiua Zanibelli: ergo cum dictas exceptiones dictus Agnella prætermiſerit opponere contra ſuos ſublocatores, ſibi imputandum eſt, nec iſto caſu ad indemnitatem agere poteſt, ad tradita per Soc. *conſ. 70. vol. 3. cum ſimilib.* Sed hoc dubium me nihil angit, fundatur enim in † falſo præſuppoſito, 18
quo ceſſante, ceſſabit & ipſum dubium, iux. not. per gl. Fulg. & alios *in l. mancipia. C. de ſer. fug.* Soc. *conſ. 55. col. 2. & in l. 1. §. ſi quis 400. ff. ad Treb.* Fel. *in c. nonnulli. in prin. char. pen. de reſc.* Alc. *in c. cum non ab homine. num. 9. de iudic.* & ego *conſ. 20. num 36. & conſ. 510. num. 76.* & alibi ſæpe Doctores: ſi enim ſingulas exceptiones adductas per do. procuratorem Zanibelli, diligentius intueri velimus, nulla earum eſt, qua ſe tutum, vel conſeruatum à dictis ſublocatoribus Agnella dicere poſſet. Prima eſt, de ignorantia Zanibelli capitulorum contentorum in inſtrumento conductionis inter eos, & Agnellam; cui reſpondetur, quod ſiue Zanibellus ſciuerit, ſiue ignorauerit dicta capitula, nihil nocere potuit dictis ſublocatoribus, nec Agnellæ prodeſſe, cum ſublocatores non contraxerint cum Zanibello. *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* Item cum † dicti 19
contractus diuerſi ſint, & inter diuerſas perſonas celebrati, videlicet vnus inter ſublocatores, & Agnellam, alter inter eum, & Zanibellum, de vno ad alium, velut de diuerſis ad diuerſa, inferri non poteſt. *l. Papinianus exule. ff. de minor.* Nec excuſari poteſt Zanibellus ex ignorantia dictorũ capitulorum

Hhhhhhh 3 contra-

contractus,& inſtrumenti conductionis,cum eorum ſeriem
narrauerit ei Agnella, & totum Zanibellus approbauerit,vt
tertius teſtis abunde deponit, ſe fuiſſe præſentem ſermoni-
bus habitis per Agnellam cum Zanibello, ex quibus dicit
ipſe teſtis, Zanibellum ſcientiam habuiſſe dicti contractus
ante illius concluſionem factam cum ſublocatoribus. & vl-
20 terius, ex † qualitatibus talis contractus magni ponderis,
& memorabilis,præſumitur Zanibellum habuiſſe ſcientiam.
c.non eſt nobis de ſponſ.c.cum illorum in fin.de ſent.excom. Roman.
conſ.481.colum.1. Corn.conſ.268.colum.3.vol.4.& Crau.conſ.825.
21 num.4.rurſus vt ille dicit conſ.750. num. 11. ſcientia † præſumi-
tur ex his,quæ communiter fieri ſolent, vt ſcribit Caſtrenſ.
conſ.94.num.2.volum 2.Dec.conſ.303.num.3.& 4. ſed qui cum
alio contrahit,præſumitur ſcire conditionem,& omnes qua-
litates,tam eius, cum quo contrahit, quam rei, de qua con-
trahit. l.pen.ff.ad Maced.l.ſi Titius.vbi gloſſ.in ver.ætatis.ff.de fide-
iuſſ.notat Bald.per illum text.in l.inciuile. C. de furt. & pulchre
Caſtren.in l.1.§.non autem.verſ. item alius conſulus.ff.de exercit.
act.& in l.1.§.conditio.ff.de har.inſt. Anch.conſ.333. Cuman.conſ.
26.colum.1. Alex.conſ.119.col.pen.vol.2.& Decia.reſp.124.num.19.
vol.3.ergo præſumi debet omnino, quod Zanibellus habue-
rit ſcientiam contractus & conditionis factæ per Agnellam,
priuſquam ipſum concluderet Agnella.

Præterea dato, ſed non conceſſo,quod Zanibellus igno-
raſſet qualitates dictæ conductionis ineundæ per Agnellam,
22 tamen † cum de facili eas ſcire potuerit, loquendo cum Pe-
ratio,Gentina,& alijs officialibus gabellæ,quid,& quantum
annuatim percipi poterat de allijs, cepis, columbinis,& alijs
graſſinis,pro ſciente reputari debet: poſtea contrahendo ſi-
mul cum Agnella.l.quod te.vbi not. omnes,ff.ſi cer.pet. & in l.
ſi duo.ff.de acquir.hæred.l.pen.vbi qui ſciret, aut ſcire potuiſſet.
ff.ad Maced.l.idem. ibi,intelligit,vel intelligere debet. ff.ad l.Aquil.
cum ſimil.per Decian.reſp.18.num.154.volu.1.& Cæph.conſ.558.
num.60. Poſtremo cum Zanibellus anxius admodum fuerit,
& ſummopere concupiuerit, quod Agnella datium prædi-
ctum conduceret, nec permitteret Paulum Perdonum id
conſequi,ad quod & ille aſpirabat, ideoque ſæpius Zanibel-
lus dixit Agnellæ,quod illud conduceret,quia conſocius eſ-
ſet,& illum inſtrueret,& vt latius deponit ille tertius teſtis,
vtique ſunt iſtæ coniecturæ ſatis probabiles, & veriſimiles,
quod Zanibellus habuerit ſcientiam qualitatum dicti con-
23 tractus Datij: nam † ſcientia probatur ex coniecturis. Bart.&
alij in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig. Ruin.conſ.42.vo-
lum.1.Dec.in l. eius qui in prouincia.§.quod ſi ſtipulatus. num.9.ff.
ſi cer.pet.conſ.586.num.4.& conſ.613.num.3.Crau.conſ.26.123. &
271. quos omnes allegat Cæphal. conſ.492.num.34. Vnde red-
ditur in omnem euentum vana ſatis ignorantia prætenſa
Zanibelli d.contractus.

Sublata prima exceptione,quæ nihil valet,vt ex prædictis
apparet,tranſeo ad ſecundam quoque peiorem, in qua pro-
ponit Zanibellus,nullibi ſeruata fuiſſe ſeruanda per Agnel-
lam,iuxta contenta in dictis capitulis, & ſic patientiam pro-
miſſam minime præſtitam fuiſſe;non enim video, quod Za-
nibellus probauerit hanc ſuam exceptionem,prout probare
24 debebat, cum † reus in exceptionibus ſit actor.l.2.ff.de excep.
25 Præterea nimis † generalis, & incerta fuit talis exceptio,quæ
non debet admitti parte opponente, prout oppoſuit dom.
Procurator Agnellæ,dicens in fi. ſcripturæ replicatiuæ,quod
cæteris exceptionibus nulla ſit danda reſponſio,quæ nullam
merentur:ita tenent Bart.Caſtren.Alea.& Iaſ.in l.Titia texto-
res.ff.de leg.1.& alij quos citat Pariſ.conſ.67.col.1.volum.4. quare
corruit hæc exceptio.

Venio nunc ad tertium,in qua dicit Zanibellus,non con-
ſtare de aliquo damno Agnellæ, quia adhuc nihil ſoluit;quæ
exceptio tendit ad hoc,quod Agnella prius excuti debeat à
gabellarijs, & eis ſoluere, quam poſſit agere contra ipſum
Zanibellum;& iſta ſua exceptio bene fundata videtur in re-
26 gula iuris, quod † fideiuſſor indemnitatis, qui promittit in
defectum alterius,ſcilicet alterum ſeruare indemnem, vt fe-
cit hic Zanibellus, qui etiam ſi renunciet beneficio fide-
iuſſorum,non poteſt conueniri ante principalem excuſſum,
vt determinat Bar.in l.1.C.de conue.fiſc.deb.lib.10.Bar.in l.quero.
& poſt eum Fulg.ff.loca.cum ſimil.per Iaſ.in l.fin.in prin.col.2.ff.
ſi cer.pet.& ibi Dec.& alij.Sed aduerti debet,quod in hac cau-
ſa proceditur ſola facti veritate inſpecta,vt colligitur ex in-
ſtantia Gabellæ,facta contra Agnellam citatum ad contra-
dicendum, ne grauetur per vim, pro ſumma expreſſa; alias
contra eum procedetur,tam in bonis,quam in perſona,pro-
ut ſibi videbitur pro faciliori executione Cameræ ducalis,o-
mni meliori modo:nam melior eſt modus,quod procedatur
ſola facti veritate inſpecta,vnde ſicut † Agnella conuenitur, 27
pariter Zanibellum conſocium debet conuenire poſſe,ne ad
imparia iudicentur, argumento l.fina.C.de fruct.& lit. expen.
ſed † quando proceditur in cauſa,ſola facti veritate inſpecta, 28
fideiuſſor conueniri poteſt ante principalem debitorem ex-
cuſſum,vt concludit Alexan.conſ.114.viſo proceſſu.col.fin. nu. 9.
volum.6.Rom.conſ.430.duæ rationes.Dec. in d.l.fina. num.22. &
Claudi. Aquen. num.11. demumque Neguſan. in tract. de pi-
gnor.in 1. memb.2. part. num. 28.& 29. qui ſubdit Doctores in-
ferre,quod † exceptio excuſſionis non competat mercatori- 29
bus,campſoribus, nomularijs & ſimilibus, propter vtilita-
tem publicam,vt eſt gloſſ. ſingularis in auct. de fideiuſſ. §. pen.
Bald.& Sal.in l.fruſtra.C.de non num.pec.Bal.in l.fin. C. de falſ. &
firmat Ang.Aret.in §.item ſi quis in fraudem.colum.6.inſt.de act.
dicens, quod iſtud nunquam exeat mentem ſuam. Vnde
concludit Neguſ.quod † in Curia mercatorum, in qua pro- 30
ceditur de bono,& æquo,talis exceptio non attendatur,cum
moderamine,tamen,ſi fuerit oppoſita, reſpectu ordinis iu-
diciarij,videlicet, quod prius excutiantur bona principalis
debitoris, quam contra tertium poſſeſſorem agatur: Secus
autem ſi conſideretur,& proponatur exceptio excuſſionis,
non habito reſpectu ad dictũ ordinem,& præpoſterationem
iudicij,ſed cõſiderato ſolo † intereſſe tertij poſſeſſoris,quod 31
conſiſtit in hoc,vt ſi debitor principalis ſit ſoluendo,ipſe ca-
igatur, antequam moleſtetur tertius poſſeſſor: hoc enim
caſu ſe bene tueri poteſt, vt notab. declarat Cor.conſ.55.vol.3.
quem citat Neguſ.& vtrumque ſequitur Crauet.conſ.263.di-
ctamq; limitationem de campſoribus,& mercatoribus,pro-
bat Vaſquius lib.1.controu.illuſt.cap.33. in 11.limit. Sed attenta
quoq; diſtinctione Neguſantij,Cornei,& Crauettæ,Agnella
reperitur in caſu tuto, quod Zanibellus fideiuſſor ſuus in-
demnitatis non poſſit excipere de excuſſione non facta, &
quæ fieri debuerit per conductores gabellarum contra A-
gnellam, quia reſpectu ordinis iudicij, non autem reſpectu
intereſſe ſui Zanibellus oppoſuit exceptionem,dicens,quod
non conſtet de aliquo damno Agnellæ,quia adhuc nihil ſol-
uit: & ita Zanibellus non tetigit intereſſe ſuum, nec de ſe lo-
cutus fuit, ſed ipſius Agnellæ tantum, vnde vis eſt in modo
excipiendi,vt concludit Neguſantius in loco prærallegato, &
inquantum ſubijcitur,quod Agnella cogi non potuit ad ali-
quid ſoluendum occaſione dictorum pactorum incertorũ,
Zanibellus hallucinatur; quia † pacta quæ relationem ha- 32
bent ad introitum annorum quinq; d.Datij dicuntur certa,
ex quo in libellis dicti datij videri poteſt, quid, & quantum
perceptum fuerit. l. certum.cum ibi not. ff. ſi cer.per.quod vero
dicitur, dicta pacta fuiſſe contra iuris diſpoſitionem, quia
mutata fuit conuentio,ſublataq; per aliud capitulum,in quo
ſubſtantia contractus collata fuit in arbitrium alterius ex
contrahentibus,quod fieri non potuit,repugnante iuris de-
ciſione; reſpondetur dictam oppoſitionem requirere altio-
rem indaginem, † an,& quando ſubſtantialia cõtractus con- 33
ferri poſſint in arbitrium alterius contrahentium: nam de
hac re magiſtralem doctrinam tradit Bar.in l.ſi quis arbitratu.
quam reaſſumit ibi Iaſ.ſub num.4.ff.de verb.oblig. quæ non de-
bet in hac cauſa executiua admitti, ſicut dicitur in † execu- 34
tione ſententiæ,quæ non impeditur per exceptionem nulli-
tatis,quæ requirit altiorem indaginem, vt declarat Alea.in l.
4.§.condemnatum.ſub num.4.ff.de re iud. vbi quoq; Iaſ. & Ripa
& do.meus Ruin.conſ.379.in prin.cum ſimil. quod & in ſum-
marijs cauſis deciditur,vt in eis non admittantur exceptio-
nes,requirentes altiorem indaginem. vt not.in l.2.C.de edi. di-
ui. Adria.toll.cum vulgaribus.Idemque dicitur ad quartam ex-
ceptionem pacti,de parte lucri per locatores conſequenda,
damni vero nihil, & integra penſione conſequenda; quod
enim tale † pactum fuerit, vel non improbatum,requirit al- 35
tiorem indaginem, minime in hoc iudicio admittendam.

Præterea,

Digitized by Google

Præterea, cum in inſtrumento conuentionis inter Agnellã, & Zanibellum, promiſerit ipſe Zanibellus Agnellæ ſoluere dimidiam affictus prædicti Datij, & dictum Agnellam ſine damno conſeruare, ab omni eo, & toto, quod pati poſſet, ex cauſa contentorum in inſtrumento conductionis, rogato per Gentinam, quantum ſit reſpectu dimidiæ dicti affictus, & omnes moleſtias, &c. quod eſt, ab eis Agnellam ſubleuare,
36 vtique nihil aliud Agnella quærere debet, quam † indemnis conſeruari vniuerſaliter, ſiue pactum fuerit legitimum, ſiue improbatum, ſtantibus illis verbis vniuerſalibus geminatis, *ab omni eo, & toto*, ibi, *& omnes moleſtias*, quæ nullam reſtrictionem patiuntur, vt abunde per Crau. *conſ. 294. & conſ. 308.*
37 qui ſatis abunde, de † vi, & importantia verborum vniuerſalium, & geminatorum tractat. Quibus per eum dictis addi
38 poteſt, quod dictæ † clauſulæ tollunt, & remouent, omnes, & quaſcunque exceptiones, & oppoſitiones, tam per Zanibellum obiectas, quam quæ aliæ excogitari poſſent, etiam ſi ex diſpoſitione legis expreſſæ reſultarent, vt inquit Anchar.
39 *conſ. 337. viſo diligenter. volum. 1.* dicens, quod † idem operantur iſtæ clauſulæ generales, quo ad omnia ſub genere comprehenſa, quod operantur ſpeciales, quo ad ſpeciem, & quod per tales clauſulas inducitur quoddam priuilegium, priuans, & corrigens leges, ſequitur Alex. *conſ. 187. num. 19. volum. 5.* Iaſ. *conſ. 110. col. 3. verſ. 3. mouetur. volum. 4.* & Dec. *conſ. 55. num. 5.* quos & alios adducit Decian. *reſp. 5. num. 57. volum. 1.* Poſtremo nec aliud omittendum puto, quod cum virtute promiſſionis Zanibelli, de conſeruando indemnem Agnellam, factus fuerit, velut ſucceſſor ſingularis ipſius Agnellæ circa defenſionem illius, debuit dictas exceptiones, & alias, ſi quæ aderant, op-
40 ponere contra conductores gabellarum; quia † ius excipiendi pertinet ad ſucceſſores ſingulares. *l. in hoc iudicio. §. pen. ff. commu. diu. l. etiam ſi in rem. ff. de exceptionibus l. ſi poſt. ff. de conſtit. pec.* Bartol. *in l. ſi tertim. §. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arcen.* Iaſ. *in l. 2. num. 151. C. de iur. emphyt.* Crau. *conſ. 148. circa prin. & conſ. 866. num. 18.* cum potiſſime lis mota, & inſtantia Gabellæ contra Agnellam, notificata fuerit Zanibello, citatuſque ad eum conſeruandum indemnem, iuxta conuenta in inſtrumento inter eos conuento, quod ſi feciſſet Zanibellus, & exceptiones eius fuiſſent admittendæ, ſe, & Agnellam ſubleuaſſet, & liberaſſet à petitione gabellæ, vt in ſimili dicit Imperator *in auct. de conſang. & vter. fra. colum. 2.* Vnde imputandum eſt Zanibello, ſi dictas exceptiones, omiſſo Agnella, non oppoſuit contra gabellarios, nec curauit petere, ſe, & Agnellam liberari, vt per Roman. *in l. 2. in fin. ff. de re iud. per l. qui cum maior. § 1. verſ. neque enim. ff. de bon. lib. & in l. 2. §. tractare. ff. ad Tertul. cum ſimilibus.* Super quinta vero, & vltima exceptione, de redditione rationis adminiſtrationis petita, & exhibitione librorum, non immorabor, cum ſuperius primo loco ſatis abunde dixerim, quare ſublatis dubijs aduerſus Agnellam propoſitis, confirmanda venit ſententia dom. Iudicis à quo, ad fauorem Agnellæ, Zanibelluſq; in omnibus expenſis condemnandus. *Hippol. Rimin. Ferraria.*

Pro domino Horatio de Caſena.

ARG. De crimine adulterij attentato, an ſit capitale. Et de conuerſante cum bannito ob tale crimen, an incidat in pœnam bullæ Gregorij 7. cõtra bannitos de crimine capitali editæ. Item an ſupplicans pro venia, & contumax, cenſeatur delictum confiteri. Et an confeſſio ficta vel vera alicuius noceat tertio.

SVMMARIVM.

1 *Fundans ſe in adulterio attentato per aliquem, debet probare qualitatem attentationis commiſſæ per eum, vt alias, vt auxiliator, moleſtari poſſit & num. 2.*
3 *Non ſemper locus eſt quæſtioni ſeruorum, cum liquet dominum eſſe defunctum, ſed conſtare debet, cum ſcelere eſſe defunctum.*
4 *Iudices de cæde alicuius inquirentes, debent diligenter conſiderare vulnera.*
5 *Si villa ex ſtatuto teneatur emendare damnum per ignem, an combuſta domo, ſtatim contra eam procedi poſſit.*
6 *Qualitates actus vel delicti conſummate debent probari. & nu. 7. & in inquiſitione pone num. 8. & 11.*
9 *Et an non probata abſolutoria ſequi debet.*
10 *Accuſans aliquem quod interfecerit Titium, ſi ſaltem probet, quod id per interpoſitam perſonam fecerit, ſuccumbet.*
12 *Iudex abſoluit reum qualitate deducta in libello, non legitime probata.*
13 *Preces & contumacia alicuius, non probant principale delictum*
14 *Verba rei, vt prætor faciat miſericordiam, non inducunt tacitam confeſſionem.*
15 *Teſtes deponentes de aliquo quod crediderit, ſe bannitum & viſus ſit habere grataum, non concludit ad delictum*
16 *Confeſſio alicuius banniti, vel contumacia non nocet tertio. num. 17.*
18 *Delicta tantum attentata non puniuntur, niſi ſecuto effectu, & hoc de generali conſuetudine, totius mundi num 19.*
20 *Auxilium præſtans alicui, poſt delictum conſummatum, de tali auxilio non punitur.*
21 *Receptans adulteratum in domo ſua ne rurſus rem haberet cum adultero non dicitur delinquere.*
22 *Adulterium non dicitur crimen capitale, nec talis pœna venit puniendum. num. 23.*
24 *Iudex in condemnando debet ſequi pœnam ſtatuto non iuris communis.*
25 *Vbi pœna conſuetudinis eſt minor, & maior in crimine adulterij, illa derogat maiori impoſitæ à iure communi.*
26 *Cur magis attendatur conſuetudo, quam lex, & de vi conſuetudinis. num 27 28 29 & 30.*
31 *Cumanus fuit iureconſultus eruditus, & eloquentiſſimus.*
32 *Adulterium conſummatum, non eſt capitale, ergo multo minus erit attentatum tantum*
33 *Oſculans cum amplexu mulierem inuitam acclamantem in ſtrata publica quomodo puniatur.*
34 *Pœnæ potius ſunt molliendæ quam exaſperandæ, ex legum interpretatione.*
35 *Pro delicto leui non infligitur pœna corporalis.*
36 *Conſtitutum locum non habet, niſi probata illa qualitate, de qua ſtatutum loquitur & num 37*
38 *Cum quid ad plura trahi poteſt relatio ſit ad id quod ſimiles conditiones habet & num 39.*
40 *Item debet fieri relatio ad id in quo maior ratio dubitandi, non ad id, in quo minor vel nulla verſatur.*
41 *D. ſtro, rel, quid operatur in caſu de quo hic.*
42 *Alternatiua pars vna dubia, ſecundum aliam claram declaratur.*
43 *Tempus eſt præciſe probandum, cum eſt fundamentum intentionis alicuius.*

CONSIL. DCCLVIII.

VIdi libentiſſime, quæ pro defenſione dom. Horatij ſcripſit Clariſſ. D. Cæſar Angelinus luculenter, & doctiſſime, qui cum proceſſum viderit, mihi non tranſmiſſum, relatione ſua contentus, eius ordinem ſequar, & quæ iuri conſona mihi videbuntur proponam. Primum eſt igitur, quod prætendit Curia contra D. Horatium, quod crimen adulterij attentatum contra dom. Pet. per equitem Fattibonum, ſit capitale. Secundum inde deſcendens, quod D. Horat. velut is, qui cum dicto equite conuerſatus eſt, eidemq; nonnullas pecunias attulit Ferrariam, inciderit in pœnam Bullæ Gregor. VI. contra capitali crimine bannitos, vel diffamatos editæ. Sed vtraque prætenſio curiæ negatur, & quod domin. Horat. de iure ſit abſoluendus comprobatur. Nam † cum curia ſe fundet in adulterio attentato per dictum equitem, probare debuit qualitatem attentationis commiſſæ per equitem, alioquin D. Horatius moleſtari non debet, nec contra eum procedi poteſt, vt de morte domini dicitur, *in l. 1. §. item illud. ff. ad Syll.* ni quod † niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem: igitur liquere debet ſcelere interemptum, vt Senatusconſulto locus ſit, & vt inquit ibidem gloſſ. † non ſemper eſt locus quæſtioni ſeruorũ, cum liquet dominum eſſe defunctum, ſed liquere debet, cum ſcelere defunctum eſſe. & vt pulchre ponderat illum textum Clarus *in pract. crimin. §. fin. quæſt. 4. num. 5.* quando apparet in re ipſa delictum interueniſſe; puta quando in corpore conſpiciuntur vulnera vel ſigna vulnerationis, vel ſimilia: & hoc eſt quod innuit ille tex. ibi *ſcelere interemptũ*, videl. quod qualitas mortis inſpiciatur, quod priores Claro dixerunt Bar. & Ang. quos refert, & ſequitur Igneus ibid. *num. 10.* dicentes Iudices † in exquirendo genere mortis debere diligenter con- 4
ſiderare vulnera; pluſq; ſubdit Igneus, iudices ea debere in inquiſitione ſingulariter deſcribere, & qualitatem vulnerũ, an lethalia ſint, & an fuſte, vel gladio, aut quo alio telo illata fuerint. hoc Bal. & Fulg. ib. dicunt, ſi † ſtatutũ eſt, quod villa 5
teneatur emendare damnũ per ignem, & cõbuſta ſit domus, an ſtatim procedi poteſt contra villam: certe non, ſed debet prius cõſtare quomodo ignis fuerit immiſſus quia potuiſſet

caſu ſortuito cōburi, quo caſu villa non tenetur: ſicut igitur,
6 vbi † agitur de actu conſummato, vt in caſo dicti §. item illud,
& caſu Doctorũ, qualitates illius actus, vel delicti probari de-
bent, pariter in caſu noſtro, in quo agit curia de adulterio at-
tentato per equitem, probari debuit, qualiter illud attenta-
7 uerit, † qualitas enim quæ arguit delictum, probanda eſt, vt
tradit Mar. in prac. crі. §. quaſtio. n. 54. & ſeq. in l. ſi quis, ne quaſtio.
n. 13. cum ſequen. ff. de quaſt. & conſ. 57. n. 15. quem ſequitur Bert.
8 nuper defunctus. conſ. 197. n. 2. qui dicit, † qualitatem, quæ eſt
fundamentum condemnationis, neceſſario ponendam eſſe
in inquiſitione, & ſubinde probandam, vt tradit Aret. in trac.
de maleſic. in verſ. Angelum de Bono. col. 2. ver. quod autem. Marſ. in
d. conſ. 57. n. 17. & 18. & conſ. 96. nu. 1. & 2. Sed (vt in facto ſuppo-
nitur) ex proceſſu non conſtat, aſſertum adulterium, modo
quo narratur in inquiſitione, attentatum fuiſſe per equitem
prædictum; propterea ſequitur, quod indebite do. Horatius
9 moleſtatur, ſed abſoluendus venit; quia † notum eſt omnib.
quod qualitas in inquiſitione poſita probari debet, alias ea
non probata, ſequi debet abſolutoria, vt tenet Iac. de Aret. &
Cyn. in l. 2. C. de prob. Io. And. in addi. Spec. in tit. de accuſ. & inqui.
in Rub. Anch. conſ. 33. in hac cauſa. col. 1. Rom. conſ. 110. quibus ac-
cedit Io. Mona. in regula, qui alium. de reg. iur. in 6. dicens, quod
10 ſi † quis accuſat, ꝙ interfecit Titium, ſi poſtea probat, quod
hoc fecit per alium, & ſic per interpoſitam perſonam, accu-
ſans ſuccumbet, & proceſſus erit nullus; quod dictum refert,
& ſequitur, & de eo facit feſtum Bal. in c. 1. §. iniuria col. fin. verſ.
pone accuſo. de pac. iur. firman. & Fel. in c. mulieres. col. pen. de ſent.
excom. Marſ. conſ. 7. n. 62. & conſ. 96. n. 5. ſicut & ego dixi conſ. 310.
11 n. 33. & generalius loquendo, qui † ſe fundat in aliqua quali-
tate, tenetur illam verificare. Bart. in l. denunciaſſe. & in l. qui
vxori. §. quod tamen. ff. de adult. vbi Bald. & Ang. notant, quod ſi
12 qualitas † deducta in libello non eſt legitime probata, iudex
debet reum abſoluere, idemq; Porti. Imol. conſ. 19. num. 60. 134.
num. 9. & conſ. 147. n. 31. vbi dicit, quod omnes qualitates con-
ſiſtentes in facto probari debent, quos & ego ſecutus fui conſ.
260. num. 36. & in terminis inquiſitionis. conſ. 359. num. 13. Nec
13 preces, † & contumacia dicti equitis probant principale de-
lictum, duntaxat enim narrauit imputationem, & inquiſi-
tionem, demumq; petiit à moleſtationibus curiæ ſe liberari,
item remiſſionem, & gratiam, quod non inducit confeſſio-
nem, ſed veniam, quatenus conſtaret de aliquo delicto; vt
pulchre ponit Veron. conſ. 21. col. 5. verſ. ſed plus dico. vbi dicit, ꝙ
14 verba † Rei, dicentis, vt Prætor faciat miſericordiam, non
probant tacitam confeſſionẽ, ſed intelliguntur, vt faciat mi-
ſericordiã, quatenus ipſe deliquiſſet, vt ibi plenius per eum,
quem ſequitur Cra. conſ. 976. n. 5. quibus addo Berta. conſ. 234.
15 n. 7. qui loquens † de teſte deponente de quodam, qui credi-
dit, ſe bannitum, & pro tali habitum fuiſſe, & quod niſus fue-
rit habere gratiam, dicit, quod non concludit ad delictum.
cum multi banniti in contumaciam, quærant magis habere
gratiam, quam comparere ad docendum de innocentia, &
ſubijcere ſe periculo; poſtea non habentes probationes in
promptu probandi contrariũ; nec etiam ficta confeſſio dicti
equitis ob eius contumaciam nocere debuit, nec potuit do.
Horatio per ea, quæ deducunt ex Crau. conſ. 966. n. 16. & conſ.
976. n. 3. Rol. à Val. conſ. 29. n. 31. vol. 4. Tob. Noni. conſ. 95. nu. 14.
16 Quoniam † reſpectu tertij, qualis eſt D. Horatius, confeſſio
dicti equitis, vel banniti, vel contumacis, ei non nocet. vt per
Bart. in l. cum filiusfamilias. in prin. ff. de verb. oblig. Bertaz. conſ. 82.
17 num. 19. & † hoc generaliter procedit, quod confeſſio nocet
quidem confitenti, ſed non tertio. l. duob. §. 1. vbi Iaſ. ff. de iureiur.
Afflict. deciſ. 245. num. 11. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6.
num. 9. in fin. Notta conſ. 438. nu. 9. Alc. reſp. 178. num. 2. Rol. à Vol.
conſ. 58. num. 14. conſ. 85. num. 34. vol. 2. Cæph. conſ. 101. nu. 8. & 28.
Surdus conſ. 82. n. 22. cum ſimul. Sed vlterius, poſito, quod curia
probaſſet attentationem adulterij, de. uctam in inquiſitio-
nem, vera tamen eſt concluſio, quæ proponitur in allegatio-
18 nibus D. Angelini, quod † delicta attentata tantum non pu-
niuntur, niſi ſequatur effectus, de generali conſuetudine, vt
atteſtatur Gand. de maleſic. in tit. de reb. non portan. circa fin. &
Speculator in tit. de accuſatore. §. 1. nu. 7. in fin. Ang. in l. 1. §. fin. ff.
19 quod quis. iur. & conſ. 14. nu. 3. dicens, quod iſta † conſuetudo
ſeruatur per totum mundum; & de crimine venereo ponit

deciſ. Neapo. 276. Mantua. conſ. 31. lib. 2. quos & alios còpioſe cu-
mulat Iulius Clarus in d. §. fin. q. 91. per totam.

Præterea, cum poſt aſſertum delictũ adulterij attentatum
per dictum equitem, diſceſſumq; ſuum à Ciuitate Ceſenæ,
cum ſe Ferrariam contuliſſet, do. Horatius illuc iuerit, pecu-
nias afferendo, vel ſecum conuerſando, neſcio videre, quo-
modo, vel qualiter puniri poſſit, quia † de auxilio præſtito 20
poſt delictum conſummatum quis non punitur, vt tradit D.
meus Rimin. conſ. 80. n. 5. Pariſ. conſ. 152. n. 40. & 41. vol 4. & maxi-
me cum nullum commodum, vel vtilitatem receperit ex tali
auxilio, ſi ſic dici poteſt, vt tradit Rol. à Val. conſ. 45. n. 28. & ſe-
quen. vol. 1. & Hor. Lucius conſ. 168. nu. 25. 1. tomo crimin. & in ter-
minis fortioribus adulterij actualiter commiſſi declarat Ber-
taz. conſ. 167. colum. 3. loquens de quodam, qui † poſt adulte- 21
rium commiſſum retinuit in domo ſua per multos dies adul-
teram, ne rurſus cum adultero rem haberet, quod dici non
poſſit ipſum deliquiſſe, eam receptando: ſic etiam dici poteſt
in caſu noſtro, quod D. Horatius dans pecunias Equiti Fer-
rariæ, vt ibi maneret, ne Ceſenam rediret, captus amore illius
dominæ, ad attentandum rurſus, & ſi fieri poſſet, conſum-
mandum adulteriũ cum ea, nihil deliquiſſe dicatur, nec ali-
quod auxilium d. Equiti præſtitiſſe ad delinquendum, ſed ve-
rius ad illud euitandum; & ſic de bono opere lapidatur.

Nec certe † crimen adulterij capitale dicitur, nec pœna 22
capitali venit puniendum, prout inquit D. Angelinus ex
e conſtitutionibus prouinciæ. lib. 4. c. 41. tit. de raptu. quæ ſerua-
ri debent, vt per Rol. à Vall. conſ. 35. num. 27. & 37. volum. 2. nec
ex † conſuetudine notoria, vt per Crau. conſ. 137. colum. 2. nam 23
& illam iudex ſequi debet, non autem iuris diſpoſitionem,
ſecundum gloſſ. & Bart. in l. quod ergo. §. pœna grauior. col. 3. ff. de
his, qui not. inf. & Bart. in l. ſeruum quoq; §. publice. col. 2. ff. de proc.
cum ſimil. per Deci. in c. ex litteris. col. fin. verſ 6. gloſſ. de conſtit. &
in c. inter cæteras. col. pen. de reſcript. ſimile videmus † in ſtatuto 24
imponente pœnam diuerſam à iure communi, quod iudex
in condemnando ſequi debet pœnam ſtatuti, nõ iuris com-
munis, vt habetur per Cyn. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio. A-
lex. in l. ſanctio. ff. de pœn. Bald. conſ. 250. in quaſtione. colum. pen. vo-
lum. 1. Marſ. in pract. crim. § quæritur. num. 1. & † vbi pœna con- 25
ſuetudinis eſt minor, & mitior in crimine adulterij, illa dero-
gat maiori, impoſitæ à iure communi. l. quod ſenatus. ff. de iniur.
l. ſenatus cenſuit. ff. de accuſ. Cyn. in l. nullum. C. de teſt. Bal. conſ. 115.
quod prece. lib. 4. Crau. in d. conſ. 137. num. 7. & communem te-
ſtatur Dec. in c. de cauſis col. pen. & ibi dixi de off. delegati.

Nec id ſane mirum videri debet, ſi † magis attendi debeat 26
conſuetudo, quam lex, cum potentius operetur, quam ſtatu-
tum, vt ſcribit Felin. in cap. 1. num. 4. & 5. de ſponſ. quia trahitur
ad caſus ſimiles, quod non eſt in ſtatuto. Ang. conſ. 52. & Ale-
xand. conſ. 119. num. 14. volum. 6. ideoque facit licitum, quod
alioquin foret illicitum. §. quia vero etiam. in authen. de defenſ.
ciui. tradit Archid. in cap. quia ſancta. 63. diſtin. & plenius plura
ponit de præſtantia conſuetudinis Albanus, Cardinalis ſapi-
entiſſimus in ſuis Lucubrationibus ad Bartolum in repert. l.
de quibus. ff. de leg. & elegantius illam deſcribit Connan. in com-
men. iuris ciuilis. li. 1. c. 10. poſtquam enim dixit, quod † conſue- 27
tudo pars eſt iuris ciuilis in ijs rebus poſita, quæ priuſquã ve-
nirent in conſuetudinem, poterant ſine ſcelere, vel præter-
mitti, vel violari; poſtquam vero longo omniũ vſu compro-
batæ ſunt, parem legibus habent poteſtatẽ, ſubdit, quin ſan-
ctiora quodammodo videntur eſſe ea, quę moribus afferun-
tur, quam quæ legibus imperantur; propterea quod leges
dantur vt plurimũ inuitis, & recuſantibus, ab eo, qui plus po-
teſt, & idcirco ingratiores, quia coacta: vnde ille, per vim ſunt
leges, & plebiſcita coacta, & quod eſt conſuetudinis ſua vi per
ſe inſiuit in mores hominum ſic, vt vel à natura putetur eſſe,
aut ab antiquis bono publico inſtitutũ: Quare † nihil aptius, 28
neq; vero potentius quicquam eſt, hominib. regendis con-
ſuetudine; præſertim quæ ſua vetuſtate naturę vim obtineat;
vt merito Pindarus † morem omniũ Regem appellet, quod 29
ſolus regnet, ſolus imperet, & vnus omnibus mortalibus iu-
beat, vetet, præſcribat quod videatur, vnde † Darius (vt eſt 30
apud Herodotum) Græcos aliquando rogauit, quanta pecu-
nia adduci poſſent, vt veſcerentur defunctorum parentum
corporibus, quemadmodum Indi; at illi meliora cũ ominari
iuſſerunt;

iuſſerunt;rurſus Indos cum multis precibus, & pręmijs ten-
taſſet,vt mortuos Græcorũ more cremarent,reſponderunt,
ſe prius extrema paſſuros,tantum valet in vtramq; partem,
ſeu recta, ſeu praua opinio, & conſuetudo, vt vix, ac ne vix
31 quidem ſemel confirmata tolli queat,hæc ille † Conanus,iu-
reconſultus,& eruditus,& eloquentiſſimus, quæ pariter po-
ſui *conſ.55.num.9.& 10.* ſed vt dici ſolet, decies repetita place-
32 bunt,ſecundũ quæ concludo, † ſi crimen adulterij conſum-
matum non eſt capitale, nec ſecundum prædictam conſue-
tudinem capitali pœna plecti debet,multo minus attentatũ
tantũ.*l.ſi quis non dicam rapere,* ſed *attentare*, quod eſt minus,
inquit gloſſ.*C.de epiſc.& cler.* prout in ſacro conſil.Neapolit.
33 domino Sereniſſimo Regi Federico reſcripſerunt, † de oſcu-
lante cum amplexu,contra voluntatem mulieris,acclaman-
tis,in ſtrata publica,quod capitaliter non puniretur, ſed pœ-
na relegationis, à loco delicti, per 30. milliaria,& in pecunia
moderanda ſecundum diuitias, & paupertatem plecteretur;
34 quæ dicilio iuri, & æquitati fuit conſona; cum † interpreta-
tione legum pœnæ molliendæ ſint potius, quam exaſperan-
dæ.*l.ſi præſes in fine. & l.pen.ff.de pœn.* & tradit Bal.*in l.quicumq;*
num.6.verſ.item facit ad quæſtionem. C.de ſer. fugit. dicens, pro
35 delicto † leui non eſſe coercendum corpus, nec fuſtibus,ſed
pœna pecuniaria leui tantum.*l.ed ictũ.& ibi not.ff.de quæſtion.*
Brun.*in tract.de indic.& torm.par.2.q.3.num.2.cum ſeq.* Marſ.*in*
pract.crimin.§.expedita.nu.57.& in l.diuus.col.2.ff.de quæſt. Alba.
conſ.56 n.36. Cra.*cõſ.137.* de adulterio loquens. *& conſ.806.n.6.*

Nunc abſoluta prima prætenſione curiæ,deſcendo ad ſe-
cundam,quæ circa conſtitutionem Gregorij 13. verſatur,eaſ-
dẽ pœnas imponentis aſſociantibus ſe capitali crimine ban-
nitis, vel diffamatis. ſed certe non comprehendit do. Hora-
36 tium:nam cum dicta † conſtitutio loquatur de aſſociantibus
bannitos cum illa qualitate de crimine capitali, probari de-
buit dicta qualitas,vt dicta conſtitutio locum haberet. Bart.
in l.1.ff.ne quid in flum.pub. Ioan. And.*in c.1.de hom. in 6.* Alexan.
conſ.161.in prin.vol.5. Dec.*conſ.13.col.3.conſ.18.col.2.* & in alijs lo-
cis à me cumulatis *conſ.10.num.44.* præter do. meum Rimin.
conſ.58.in fi.& conſ.114.num.8. & tantum abeſt,quod curia pro-
bauerit,equitem prædictum fuiſſe bannitum crimine capi-
tali,dato quod adulteriũ conſummaſſet,nedum quod atten-
tauerit tantum,vt ſupra ſatis oſtendi ſecundum inueteratam
conſuetudinem;merito cum verba dictę conſtitutionis non
conueniant neq; repugnent defenſioni do Horatij,nec eius
deciſio debet illi repugnare, nec quicquam prorſus illi no-
cere poteſt.

37 Quo vero ad alia † verba, *vel diffamatis*, bene reſpondit D.
Angelinus, quod intelligi debeant de diffamatis aſſocianti-
bus ſe bannito de crimine capitali, faciendo relationem ad
proximiora,iux.not.*in l.talis ſcriptura.in fin.* per Bart. & alios,
maxime Iaſ.*ff.de leg.1.* Dec.*in c.2.requiris. de appell.* & ego dixi
conſ.263.num.38. cum potiſſime reſultaret inconueniens, &
abſurdũ,quod ipſe refert,quo caſu relatio fieri debet ad pro-
ximiora tantum, vt notant Abbas, & alij, quos refert Dec.
in d.c.2.requiris.num.6. & ego dixi *conſ.31.n.98.* Confirmatur,&
38 nouiter:nam † quotiens ad plura trahi quid poteſt,ad id rela-
tio fit,cuius ſimiles magis conditiones habet.*l.2.§.fina.ff. ad l.*
Aqui.l.naturalis.§.pen.ff.de præſcrip.verb.l.quicquid.§.cum partes.
ff.de acquir.rer.do. Signor.*conſ.119.nu.13.verſ.præterea quando.*
Iaſ.*in l.naturalis.§.ſed ſi facio.ff.de præſcr.ver.* Crau.*conſ.701.nu.8.*
39 at † aſſocians ſe bannito de crimine capitali,nedum ſimiles
conditiones habet, ſed eaſdem quas aſſocians ſe bannito de
crimine capitali, ergo relatio fieri debet ad aſſociantem ſe
bannito de crimine capitali,qui aſſocians de hoc fuerit dif-
famatus.

40 Præterea † relatio potius fieri debet ad id, in quo maior ra-
tio dubitãdi verſatur, quãad id,in quo minor,vel nulla ver-
ſatur.*c.cum in iure,* & ibi not.Abb.*de offic.deleg.* Dec.*in l.quoties*
idem ſermo.circa finem. ff.de reg. iur. & in l.illam.col.prima.C.de
colla. Dyn.*conſ.32. verſ.quod prædictm.* & Bellam.*conſ.26.col.5.*
verſ.de prima. quos citat Crau.*conſ.701.num.42.* at maior pote-
rat eſſe dubitatio,an diffamatus ſe aſſociaſſe bannito de cri-
mine capitali, puniendus eſſet eadem pœna, qua bannitus
talis; minor vero ſuberat dubitatio in diffamato ſe aſſociaſſe
cuilibet alij bannito de crimine leui,& non capitali,propter-
ea relatio verbi *diffamato* fieri debet ad bannitum criminis
capitalis, vt tunc demum pœnis dictæ conſtitutionis ſubij-
ciatur, ſi diffamatus fuerit,quod aſſociauerit ſe diffamatis de
crimine capitali,& non aliter nec alio modo.

Nec aliter ſane poteſt intelligi verbum, *diffamatis*, ob in-
terpoſitam alternatiuam, † *vel*,quę operatur,vt illud verbum 41
diffamatis, ambiguum, declarandum veniat ex præcedenti
parte,de capitali crimine bannitis, vt ſic verbum, *diffamatis*,
de tali crimine ſit intelligendum,quia † vna pars alternatiuæ 42
dubia declaratur ſecundum aliam claram. *vulg.l.1.& ibi not.*
Bart.& Soc. poſt alios *ff.de reb.dub.cum ſimil.* Quinimo plus
dici poteſt etiam, quod dicta conſtitutio poſſet intelligi de
diffamatis aſſociandi ad quoſcunq; bannitos, (quod tamen
ex prædictis negatur) attamen cum grano ſalis veniret in-
telligendũ, quando quis aſſociando præſtitiſſet talem operam
immediatam maleficio,ex qua illud fuerit ſecutum, vt not.
declarat Sal.*in l.vni.C.de rap. vir.col.8.n.31.in fin.* ſequitur Vero-
nen.*conſ.23.num.9.* Marſ.*in l.eiuſdem.num.4.ff.de ſicar.in l.ut qui*
cum telo.n.8.C ro.ſingula.15.conſ.24.n.15.conſ.39.n.49. & conſ.43.
n.45. Carrer.*in pract.crim.§.4.num.69.* & Gram.*conſ.45.nu.41.*
at ſi quod auxilium tulit dom.Horatius equiti prędicto,fuit
(vt ſupponitur) poſt attentatum adulterium, & diſceſſum
Ceſena, Ferrariæ manenti: ergo non fuit immediatum, nec
ex eo ſecuta fuit attentatio:ergo ceſſat conſtitutio.poſtremo
ſi ſic nimis effrenatam quis intelligere vellet dictam conſti-
tutionem, (quod abſit) illa, velut nimis rigoroſa,poſſet im-
pugnari,ex quo pœna non eſſet commenſurata delicto,cum
quis pro leui facto poſſet teneri pœna mortis, iuxta tradita
per Dec.*in c.at ſi clerici.n.6.de iud.* Crau.*conſ.45.n.15.* Marſ.*conſ.*
11.n.13. Berta.*conſ.62.n.19.* Mihi quoq; mirum in modum pla-
cet,quod dicta diffamatio, de qua loquitur dicta cõſtitutio,
non poſſit in caſu noſtro conſiderari, prout ſcribit elegan-
ter dictus D. Angelinus, cum non conſtet de diffamatione
prædicti equitis alicuius criminis capitalis,quando ſe contu-
lit ad eum do.Horatius;& clarum eſt,quod † qui ſe fundat in 43
tempore præciſe,debet illud probare. Bart. *in l.cum actum.ff.*
de neg.geſt.l.de pup.§.ſed vt probari, & ibi cæter.ff.de nou.oper.
nunc. nec appareat a quibus id diceretur, quod eſſet neceſſa-
rium, vt poſſet cognoſci, an à fide dignis, vel à maleuolis id
diceretur.*c.qualiter & quando.de accuſ.* Spec.*in tit.de inquiſit.§.*
nunc tractemus. Bat.*in l.de minore.§.tormẽta.ver.quæro quid ſi te-*
ſtis.ff.de quæſt. cum multis concordantibus,quæ ponit Surdus
conſ.135.n.90. Poſtremo conſideranda venit diligenter dicta
conſtitutio emanata ad puniendam præſumptionem, & au-
daciam delinquentium,qui vel in ſuis domibus,vel alijs locis
receptauerint homicidas, latrones,vel alios quoſcunq; cri-
mine capitali bannitos, vel diffamatos, aut alias conſilium,
fauorem,vel auxilium eis præſtiterint,ſed iſtę qualitates non
verificantur in D. Horatio,qui ſimpliciter contrauenit ſine
dolo, vel præſumptione, igitur dicta conſtitutio eum ligare
non debet,quia ceſſat reſpectus, quam ipſa conſiderauit,ita
pulchre declarat Card.*in cle.1.q.39 de priuil.* quod dictum re-
fert,& ſequitur Felyn.*in c.quoniam contra.colum.5.de prob.* vbi
dicit, quod non legit alibi tam notabile dictum in materia
ſua;ſubdens tamen, quod ante eum conſuluit Cald.*conſ.4.*
Sacerdos parochialis, & confirmat idem tenens Decia.*reſp.125.*
nu.17.& ſeq.vol.3. & ita tandem concludo cum Clariſſ.D.An-
gelino,qui tam copioſe locutus fuit,vt mihi parum reman-
ſerit,quid eſſet dicendum.Itaq; D.Horatius venit abſoluen-
dus. *Hippol.Rimin.Ferraria.*

Pro tribus filiis cuiuſdam fratris teſtatricis defunctæ.

ARG. An ſtatutum, Quod mulier non poſſit te-
ſtari,ſine præſentia mariti, fratris, vel filiorum,
valeat. Et an ſuffi.ciat ſi mulier teſtari volens,
marito,aut fratri,id denuntiauerit,& quod ma-
ritus, vel frater initio præſentes fuerint, licet
poſtea,antequam legeretur teſtamentum, diſ-
ceſſerint. Item de reuocatione teſtamenti pri-
mi per ſecundum, ſi in primo dictum ſit,ſecun-
dum non cenſeri reuocatum, niſi appoſita ſint
verba: *Confitemini Domino, &c.*

Google

SVMMARIVM.

1 Statutum diſponens, quod mulier non poſſit facere teſtamentum ſine conſenſu mariti, vel fratris, an valeat & num. 2.
3 Item an valeat ſtatutum, requirens ſaltem præſentiam fratris, in teſtamento ſororis, ita vt frater ſciat, & intelligat voluntatem ſororis. nu. 4. num. 30 34
5 Certus vlterius certiorari non debet.
6 Et ſi frater à ſorore interpellatus, non venit, an ipſa tum ſine eius præſentia teſtari poſſit, an vero ſpecialis citatio requiratur num. 7.
8 Conditiones an impleri debeant in forma ſpecifica, an vero per æquipollens implere ſufficiat.
9 Solemnitas huiuſmodi, puta citationis fratris, requiſiti ad teſtamentum ſororis, an omiſſa vitiet teſtamentum & n. 10. & 11.
12 Et quid ſi ſoror ſit in periculo mortis. num. 13.
14 Verbum, debeat, denotat neceſſitatem.
15 Dictio, cum, æqualiter determinatur.
16 Inanis eſt diſputatio cum adeſt ſtatuti diſpoſitio.
17 Clauſula annullatiua dicitur inducere ſolemnitatem ſubſtantialem, & dat form. m.
18 Forma non ſeruata, licet in modica parte tantum, actum omnino deſtruit, & nullum facit ipſo iure. num. 23.
20 Clauſula annullatiua annullat ipſo iure, quod in contrarium geſtũ fuit.
20 De ſigno formæ.
21 Et quando id quod in ſtatuto dicitur reputandum ſit pro forma.
22 Forma data à ſtatuto eſt ſubſtantialis.
24 Statutum dans formam, quid operetur.
25 Inſtitutio quem Titius voluerit, non valet, & quare.
27 Papa licet poſſit ſolus ſine Cardinalibus ardua explicare, tamen neceſſe eſt, vt petat conſilium ab eis, licet illud non teneatur ſequi.
28 Statutum valet, quod requiratur conſilium in matrimonio.
29 Conſilium differt à conſenſu in requiſitione eorum, cum primum non impediat libertatem ſecus vero ſic.
31 Teſtamentorum forma & facultas fuit inducta de iure ciuili.
32 Ius ciuile vnum poteſt aliud alterare, & tollere.
34 Teſtamentum debet fieri vno contextu.
35 Et præſentia alicuius requiſita in teſtamento non ſufficit, ſi poſt illud abſolutum, vel ante inceptum interuenerit.
36 Teſtes debent adeſſe tempore, quo fit teſtamentum.
37 Statuto requirente citationem alicuius in ſcalis palatij, non ſufficit ad ſcalas ſeu iuxta aquas
38 Et requirente citationem pro forma, non ſufficit in præſentem interpellare. & num. 39.
39 Paria ſunt quod non eſſe factum, vel non legitime fuiſſe factum
40 Teſtamentum ſcriptum per notarium, non publicatum, & lectum coram teſtibus, & approbatum per teſtantem eſt nullum. Fallit inter liberos num. 41.
42 Citatus ad vnum actum & contumax in eo, debet denuo citari ad alios actus ſequentes.
43 Interpellatio quælibet debet habere congruum tempus ad actum explicandum.
44 Verbo requiſitus comparere neglexerit, præſupponunt præciſam ſcientiam.
45 Ignorans non poteſt dici negligens & num. 46.
47 Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis
48 Tempus vno modo determinatum, non recipit alterius temporis functionem.
49 Ordo ſcripturæ attenditur, vt primus nominatus præcedat.
50 Nepos ex fratre, non dicitur proprie nepos, ſed filius fratris.
51 Statutum loquens de fratre, an poſſit intelligi de filio fratris. & numer. 52
53 Statutum inducens quid pro forma, an poſſit impleri per æquipollens. & num. 54. 55 56 57 & 58.
59 An valeat teſtamentum, notario, vel alio in præſentia teſtatoris, exprimente, vel legente nomina hæredum, & teſtatore expreſſe confirmante. & num. 60.
61 In fideicommiſſo ſuccedit teſtatori, non grauato. & num. 62.
63 Teſtamentum exacte requirit, vt nomen hæredis, dignitas, & alia indicia ſpecificari debeant.
64 An valeat teſtamentum, dicente teſtatore, inſtituo illum hæredem, qui eſt deſcriptus in ſchedula à me depoſita penes Priorem vel Guardianum S. Franc. & num. 65.
65 Relatum cenſetur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.
66 Filius debet à patre nominatim inſtitui, vel exhæredari, alias erit nullũ teſtamentum, niſi filius eſſet vnicus.
67 Solemnitas omiſſa in teſtamento, requiſita, & ſi leuis, cum ſit pro forma data, vitiat teſtamentum. & n. 68.
69 Affectio maior, & dilectio præſumitur in proximiore, quam in remotiore.
70 Et ex ordine ſcripturæ præſumitur maior dilectio.
71 Teſtamentum primum quando cenſeatur reuocatum per ſecundum: & quid ſi in primo dicatur, id per ſecundum non cenſeri reuocatum, niſi in ſecundo ſint appoſita verba: confitemini domino.
72 An credatur de periculo mortis alicuius, ſi de eo in teſtamento dicatur.
73 Donatio cauſa mortis facta, imminente periculo mortis, reuocatur, per ſuperuenientiam donatoris.
74 Neceſſitas facit illicita licita.
75 Actus neceſſarij reſtringi debent ad limites neceſſitatis.
76 Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi.
77 Verbum, ſi quis, comprehendit maſculos, & fœminas.
78 Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur.
79 Et ad literam, & præciſe ſunt intelligenda.
80 Dictio aduerſatiua autem, præcedentibus aduerſatur.
81 Dictio, tantum, eſt excluſiua omnium aliorum caſuum.
82 Præcedentia intelliguntur ſecundum ſequentia.
83 Dictio, deinde, ordinem, ſiue tempus importat, & idem eſt quod poſteà.
84 Statutum excludens dotatam à patre, matre, vel fratre à ſucceſſione patris, matris, vel fratris, quomodo intelligi debeat & nu. 85.
86 Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te.
87 Excluſo aliquo à ſucceſſione, citra eius delictum, etiam deſcendentes eius excluduntur.
88 Prælegatum factum mulieri ex cauſa dotis, an, & quando æquiparetur legato pio. & num. 90.
89 Facultates patris dotantis filiam, attenduntur tempore dotationis exiſtentes, non quæ ſuperuenerunt poſt dotationem.
91 Diſpoſitio generalis comprehendit etiam cauſam dotis, ſeu piam quando non reperitur in ſpecie priuilegiata, in illo caſu, de quo loquitur talis diſpoſitio.
92 Statutum diſponens, inſtrumentum debere inſinuari, non comprehendit cauſam dotis, in eo caſu ſpecialiter priuilegiatam.
93 Teſtamentum dicitur quid indiuiduum.
94 Et in indiuiduis vtile per inutile vitiatur.

CONSIL. DCCLIX.

EXTAT ſtatutum Exij 42. lib. 2. quod mulier nec patrem, nec filios habens, ſed fratrem, teſtamentum, vel quamcunque vltimam voluntatem condere non poſſit, ſine præſentia fratris, alioquin teſtamentum, ſeu alia vltima voluntas mulieris non valeat, nec teneat ipſo iure. Contigit, quod D. Pera, nec patrem, nec filios habens, ſed dom. Dionyſium fratrem, Franciſcam, & Theodoram ſorores, item Ioannem, Mariam, & Zenobiam nepotes ex d. Franciſca, teſtamentum fecit cum præſentia, & conſenſu dicti do. Ioan. Mariæ, & mariti ſui, in quo dimidiam bonorum ſuorum reliquit D. Zenobiæ, partim iure prælegati, & partim iure inſtitutionis, & in alia dimidia fecit hæredem vſufructuarium maritum, dum vixerit, nec ſecundo nupſerit, & poſt eius mortem vel tranſitum ad ſecunda vota, reliquit hæredes æqualiter dictũ Ioan. Mariam nepotem, Franciſcam, & Theodorã ſorores: Facto deinde teſtamento do. Pera ſuperuixit per annos 17. & menſes 10. intra quod tempus deceſſerunt, maritus, & Dionyſius frater, relictis tribus filijs ſuis, videlicet Reuerendo domin. Philippo, D. Benedicto, & Adriano, inter quos, mortua poſtea D. Pera, & domina Franciſca, Zenobia, & do. Ioan. Maria ſuborta fuit contentio, circa ſucceſſionem bonorum do. Peræ, quia prædicti tres filij prætendunt, dictum teſtamentum ab ea factum, non valere ex defectu præſentiæ D. Dionyſij fratris ſui, vigore dicti ſtatuti, & ſucceſſiue ipſos ſolos eſſe vocatos, vigore alterius ſtatuti *de ſucceſſ. ab inteſt. Rub. ex lib. 2.*

Super quo caſu luculenter, & docte pro illis conſuluit Excellen. Iureconſ. Exins, do. Matthias Roſſinus, tanquam mihi frater honorandus, mihiq; tranſmiſſum fuit conſilium ſuum, cum dictis ſtatutis, & alijs quibuſdam, vt ſuper eis ſententiam quoq; meam proferrem, quæ mihi iuri conſona videretur; quod onus, licet non leue, ſubire volui libenter, vt dictis filijs ſatisfacerem. Et quoniam tota hæc controuerſia dependet à duobus ſtatutis ſupra relatis, ordinem ſequar do. Conſulentis in perſcrutando, nunquid teſtamentũ do. Peræ valuerit, non obſtante primo ſtatuto 42. quod eſt ſub Rub. *de contractibus mulierum*, deinde de ſecundo ſtatuto ſub Rub. *de ſucceſ. ab inte.* tractabo. Quod igitur attinet ad primum, videbatur prima conſideratione, fore reſpondendũ pro do. Ioan. Maria Franciſca, & Theodora qui nituntur teſtamento do.
Peræ: ſicut enim † ſtatutum, diſponens quod mulier nõ poſ- 1
ſit facere teſtamentum ſine conſenſu mariti, non valet, tan-
quam iniquum, velut auferens liberã teſtamenti factionem,
vt decidit Caſtr. *in l. ex facto. n. 6. ff. de vulg. & pup.* quem ſequi-
tur Alex. *ibi. & conſ. 154. viſis, & accurate. col. 2. n. 15. vol. 2.* Idemq;
tenet Cur. *in apoſtil. ad Caſtrenſ.* & ibi Iaſ. dicit eſſe † commu- 2
nem, ſicut & Ioã. de Arn. *Epitomate 16.* & idem ſequitur Cro. *in*
l. ſtipulatio hoc modo. col. 2. ff. de ver. ob. & conſ. 52. n. 14. pari quoq;
modo videtur † idem dicendũ, quando ſtatutum diſponit, ꝙ 3
mulier teſtari non poſſit, ſine præſentia fratris, vt iſtud Exij;
quia timor, & reuerentia, quam ſoror fratri debet, remouere
poterit mulierem à teſtando ſuo modo, vt de marito, & vxore
dicit Ripa *in d. l. ex facto. num. 23.* & cum prædictis etiam late
tenet

Digitized by Google

tenet Afflict. *deciſ.160. in prin.* Iaſ. *in l. non idcirco. C. de contrah.*
& in d. l. ſtipulatio hoc modo. not. 1. & Ioan. de Arno. *Epito. 16.*
prææallegato, dicens, noo eſſe recedendum à Caſtrenſ. poſt-
quam cum eo magis communiter ſcribentes concordant, &
propterea oemo ſibi ſuccenſeat, ſi ſententiam contrariam
Doctorum in Regno non ſequatur, vt ibi concludit.

Secundo, poſito quoque, quod dictum ſtatutum valeret,
attamen cum requirat præſentiam fratris, vt ſciat, & intelli-
gat voluntatem ſororis teſtantis, cui vel conſentiat, vel ei cō-
tradicat, vel conſulat aliter eam diſponere, ſequitur, quod ſi
4 fuit † præſens frater dom. Peræ, dum ootarius ſcriberet te-
ſtamentum, & aſſiſteret ſorori, quod ſciuiſſe præſumatur
quid illa diſponere vellet, gloſſ. Bald. & alij *in l. ſi tutor petitus.*
C. de peri. tut. ſequitur Alc. *in l. 1. in prin. ff. de verb. obl.* & Cæph.
conſ. 481. num. 16. loquens in terminis teſtamenti: Vnde ſi nihil
aliud dixit, ſed acquieuit, & diſceſſit, noo fuit opus amplius
eum certiorari, neque citari, ad iotereſſendum publicationi
teſtamenti per notarium explicandæ, vt per Ang. *in l. de vno-*
quoque. circa medium, & Imol. *circa fin. de re iud.* cum ſimil. am-
ple cumulatis per Gabriel. *lib. 2. de citat. concluſ. 1. num. 396.*
5 quia † certus vlterius non debet certiorari, *l. 1. in fin. ff. de act.*
empt. l. 1. in fin. ff. de dot. prælег. l. 1. §. aiunt & §. intelligat. ff. de ædil.
edict. Bart. *in l. edita. num. 27. & 29. C. de eden.* Iaſon *in l. 1. ff. de in*
ius voc. Pariſ. *conſ. 93. num. 60. volum. 1.* & Decia. *reſpon. 18. num. 151.*
vol. 1. quare videtur ſatisfactum d. ſtatuto loquenti de præ-
ſentia fratris.

6 Tertio, plus addi poteſt, vt audio, quod † frater fuit inter-
pellatus, ad intereſſendum teſtamento D. Peræ, quæ inter-
pellatio, ſi facta fuit per nuntium, cum ſchedula, continente
quid eſſet factura dicta Pera, qua die, loco, & hora, & ille non
venerit, potuit illa facere teſtamentum, abſentia non ob-
ſtante dicti fratris requiſiti, prout in dicto ſtatuto contine-
tur ad vnguem: ſi vero dicta interpellatio fuit verbalis, & ex-
tra iudicium, & adhuc idem ſufficere debet, quia eum in mo-
ra conſtituit. *l. ſi ea legate cauſa. ff. de verb. oblig.* & ibi Doctores,
7 maxime Iaſon, licet enim † ſtatutum de citatione per nun-
tium cum ſchedula, loquatur, videtur tamen quod per æqui-
pollens fieri potuerit per doctrinam Bartoli poſt Petrum *in*
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ſub num. 2. ff. de lib. & poſt. vbi dicit,
8 quod licet † conditiones impleri debeant in forma ſpecifi-
ca, & non per ſimile. *l. qui heredi. & l. Mæuius. ff. de cond. & de-*
monſt. ſi tamen eſt conditio neceſſaria ad actum, vel ad effe-
ctum actus, ſufficit eam per ſimile vel æquipollens implere,
l. mulier. in prin. ff. ad Treb. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſub. at citatio
ſtatuti neceſſaria dicitur ad actum teſtamenti faciendi, vel ad
eius effectum, vt valeat & ſortiatur effectum, ergo per æqui-
pollens impleri potuit, per interpellationem verbalem, licet
extraiudicialiter factam, & ob id teſtamentum poſtea factum
per dom. Peram valere debuit, & effectum ſortiri, cum po-
tiſſime loco fratris D. Ioannes Maria nepos fuerit præſens
dicto teſtamento.

9 Quarto videtur, quod dicta † ſolennitas citatioois fra-
tris, ſi fuerit omiſſa, velut leuis, vitiare non debeat teſtamen-
10 tum. *l. 1. in fin. ff. de ven. inſpi. cum vulgaribus*, quia † etſi præſens
fuiſſet frater, non impedita fuiſſet D. Pera teſtari pro libito,
dato quod abſque rationabili cauſa noluiſſet frater conſen-
tire; vt de marito dicitur, cuius conſenſus ſi requiratur ex ſta-
tuto, & ille abſque rationabili cauſa nolit conſentire, mulier
ſola teſtari poteſt, vt ſignanter determinat Bart. *in l. ſi cum do-*
tem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr. & Alex. *ibi* Abb. *in c. nul-*
lus. de præſump. & Iaſ. *in l. 1. col. 7. C. qui admit.* quos refert Rip. *in*
dicta l. ex facto. num. 22.

11 Quinto † ſtatutum prædictum ſolemnitatem prædictam
requirit, ſi in ipſo actu dicta mulier aliquo modo appareat
obligata, & læſa, at in actu teſtamenti nulla cadit obligatio,
neq; læſio, cum pro libitu poſſit reuocari. *l. 4. ff. de adi. leg.* ergo
ceſſante conditione d. ſtatuti, ceſſare debet eius diſpoſitio. *l.*
pecuniam quam. ff. ſi cer. pet. l. filiuſfam. §. cum qui. ff. de lega. 1. Si-
gnor. *conſ. 65. num. 3.* Dec. *conſ. 288. conſ. 378.* Cæph. *conſ. 197. n. 28.*
& ego *conſ. 215. num. 69.*

Poſtremo accedit, quod in ipſo teſtamento dom. Peræ di-
citur, quod ipſa conſtituta erat in periculo mortis, quo caſu,
12 dictum † ſtatutum *in verſ. & quod.* de teſtamento clare dicit,
illud non habere locum, ſi immineat periculum mortis, nec
immerito, quia † neceſſitas non ſubiacet legi communi. *c. 2.* 13
de obſer. ieiun. c. ſicut. de conſecra. diſt. 1. Imo licitum facit, quod
erat alias illicitum. Natta *conſ. 63. num. 6.* & Rolan. à Valle
conſ. 80. volum. 3. plura dans exempla, de quibus per eum,
quorum vnum retuli *in §. 1. Inſtit. de donat. num. 959.* Et hæc
ſunt, quæ retulit dom. Conſulens pro validitate teſtamenti
dom. Peræ, quæ retuli libenter, vt reſponſiones eius coadiu-
uare clarius poſſim: Iſtis ergo non obſtantibus, in eius ſen-
tentiam deſcendo pro filijs fratris do. Peræ, quod teſtamen-
tum D. Peræ non valeat, veluti non factum cum præſentia
fratris ſui, prout dictum ſtatutum requirit, dicens, *ſi aliqua*
mulier teſtamentum, ſeu quamcunque aliam vltimam voluntatem
facere voluerit, illam iure, ſeu facere debeat, cum præſentia fratris,
&c. Pondero præter dom. Conſulentem verbum, † *debeat*, 14
quod denotat neceſſitatem, *vt per gloſſ. in cle. attendentes. verſ.*
debet. de ſtat. monac. & probatur *in l. 1. ff. quod quiſq. iur. & in l. præ-*
tor. ff. de eden. per Bart. *in l. 3. C. de pign.* & per Felin. *in c. exceptio-*
nem. colum. 3. de except. quos allegat Decian. *reſpon. 19. num. 147.*
volum. 3. & hoc ſecundum propriam ſignificationem, vt tra-
dit Dec. *conſ. 340. in prin.* concludens in caſu ſuo, per tale ver-
bum probari neceſſitatem patendi, non facultatem conſen-
di. Secundo pondero, quod dictum ſtatutum dicit; *quod mu-*
lier teſtamentum facere debeat cum præſentia fratris; factura
namque teſtamenti per D. Peram, & præſentia fratris copu-
lata, per illam † dictionem, *cum*, æqualiter debent determi- 15
nari. *l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. ff. de lega. 1. l. ſi quis Titio.*
ff. de vſufruct. accre. l. illa. ff. de vſufr. leg. & l. triplici. ff. de verb. ſignif.
quas adducit Decian. *reſp. 12. num. 5. vol. 2.* ſicque pariformiter,
& eodem modo copulare debet, & coniungere factionem
teſtamenti dom. Peræ, & præſentiam fratris eodemmet tem-
pore, cum poſita ſit illa dictio, *cum*, inter perſonas dom. Pe-
ræ, & fratris ſui, vt tradit Bartol. *in l. Titia textores. §. nihil. ff. de*
leg. 1. & in l. ſi vni fundum. verſ. ſed quantum ad modum. ff. de fund.
inſtr. Corn. *conſ. 312. num. 2. volum. 3. cum ſimil.* quæ citat Cæ-
phal. *conſ. 220. num. 19.* Vnde quod æqualiter, & vniformiter,
factum teſtamenti do. Peræ, & præſentia fratris concurrere
debeant, nihil aliud important, quam quod ſimul, & eodem
tempore concurrant, & verificentur; quia qualitas præſentię
fratris adiecta verbo factionis teſtamenti dom. Peræ, regula-
ri debet ſecundum illud tempus. *l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de*
noxal. Dec. *conſ. 5. num. 4.* Decian. *reſpon. 32. num. 4. volu. 1.* & ego
conſ. 563. num. 5. Cum ergo determinationem ſtatuti tam cla-
ram habeamus, non eſt vlterius inueſtigandum, vt vltra de-
ducta per dom. Conſulentem ſcribit Bald. *in l. Gallus. §. ſi eius,*
ſecundo not. 2. ff. de lib. & poſt. Dec. *conſ. 488. column. 1. conſ. 563. nu-*
mer. 7. Marſ. *conſ. 121. num. 20.* & ego *conſ. 165. num. 37.* Inanis † eſt 16
enim diſputatio, vbi eſt ſtatuti diſpoſitio. Corn. *conſ. 109. in fin.*
volum. 1. Cæphal. *conſ. 138. num. 20.* & Rolan. à Vall. *conſ. 72. nu. 7.*
volum. 3. & cum ſtatutum prædictum ſubiungat, *& aliter fa-*
ctum teſtamentum (videlicet ſine præſentia fratris) à muliere, non
valeat, nec teneat ipſo iure, vtiq; talis † clauſula annullatiua, di- 17
citur inducere ſolemnitatem ſubſtantialem, vt per Bald. Ca-
ſtren. Alexan. Iaſ. & alios *in l. 1. ff. de lib. & poſt.* D. meus Rimin.
conſ. 438. num. 18. clauſula namque decreti annullatiua poſita
in dicto ſtatuto, dat ipſo iure formam præciſam actui, vt ſcri-
bit Oldrad. *conſ. 319.* Caſſad. *deciſ. 12.* latiſſime Brun. *in tract. de*
forma, in parte quid, & quando cenſeatur. Dec. *conſ. 531. & 532.*
quæ † forma, licet in modica parte non ſeruata ſit, totum 18
actum omnino deſtruit, & nullum ipſo iure conſtituit. *l. ſi*
vnus. C. de teſt. vbi datur exemplum de teſtamento cum omni
ſolemnitate facto, vnico tantum teſte prætermiſſo, refert
Brun. *in d. tractat. de poteſt. & effect. forma. verſ. 2. ampliatur.*
Bart. late *deciſ. 1. num. 44.* Ruin. *conſ. 70. volum. 5.* Burſat. *conſ. 58.*
num. 10. 11. & † quod clauſula annullatiua annullet ipſo iure, 19
quod in contrarium geſtum fuit, præter quod dictum ſta-
tutum hoc dicit, ibi, *non valeat, nec teneat ipſo iure*; probatur
in cap. penult. de præben. in 6. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent. num. 7.*
de conſtit. Gomeſ. *ad regulas Cancellariæ de arma. poſſ. quæſt. 4.*
colum. 2. verſ. nam & decretum. Petr. Rebuſ. *ſuper concord. ſtabil.*
verſ. 3. notanda. Menoch. *conſ. 83. num. 7.* & hæc omnia dixi
quoque *conſ. 336. num. 17. cum ſequen.* quæ hic, vt neceſſaria, re-
petenda duxi. Nec dubitari debet, dictum ſtatutum eſſe de
forma,

Digitized by Google

... na, cum hoc in eo dicatur in verſ. *hoc inſuper intellecto;* ... n loquitur de requiſitione perſonaliter eorum, quorum præſentia tantum requiritur per formam huius ſtatuti: nam inter † cætera ſigna formæ Felynus *in cap. cum dilecta de reſcr.* poſtremo loco dicit, quod decimum, & vltimum ſignum eſt, quando in ſtatuto, vel in alia diſpoſitione eſſet rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ; quia tunc diſpoſita ſub rubrica erunt de forma. Brun. *in tractat. de forma. tit. quando aliquid. concluſ. 5. in prin.* Ruin. *in rubr. de no. oper. nun.* & Beccius *conſ. 12. num. 27.* ergo tanto magis, quod in nigro dictum ſtatutum dicit in duobus locis, de præſentia illius, quæ requiritur per formam huius ſtatuti, vel quæ adhibetur per formam præſentis ſtatuti, vt in verſ. *hoc ſane,* & prout arguit quoque Beccius in ſtatuto de quo loquitur; & poſito, quod
21 dictum † ſtatutum de forma nihil diceret, cum tamen diſponat, quod mulier teſtari non poſſit, niſi cum præſentia fratris, quod non erat de iure communi diſpoſitum, ſed libere poterat, non requiſito fratre, teſtari. *l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. l. verbu legis. ff. de verbor. ſignif. §. diſponat. in auct. de nupt.* & cum certis modificationibus loquatur, de citando fratrem per nuntium cum ſchedula, latius exprimendo, quid in ea contineri debeat; ſequitur quod quicquid in eo exprimitur, reputandum eſt pro forma, vt tradit Anchar. *conſ. 241. ex tenore priuilegij. in fine.* & poſt eum Dec. *conſil. 434. colum. 1.* qui ſub-
22 dit, quod † forma data à ſtatuto videtur ſubſtantialis, vt not. Bald. *in l. comparationes. in 3. q. in fin. C. de fid. inſtrum.* & idem tradit Decia. *reſpon. 72. num. 24. volum. 2.* His ergo ſtantibus, præter adducta per dom. Conſulentem, dici debet, hoc teſtamentum dom. Peræ, factum per eam ſine præſentia ſui fratris, non valuiſſe, nec tenere ipſo iure, vt in eo clare dici-
23 tur: quia † forma ſtatuti non ſeruata, actus eſt nullus, vt inquit Fulgoſ. *conſ. 107. colum. 4.* & in terminis ſimilis ſtatuti huic noſtro, ponit Dec. *conſ. 455. verſ. vltimo,* & huius concluſionis veritas clarior apparebit, ſolutis contrarijs, quibus me torum accingo. Quod igitur attinet ad primum, quo dicebatur, dictum ſtatutum non valere per doctrinam Caſtrenſis *in d. l. ex facto.* & eum ſequentium, quos ſupra retuli, dico,
24 quod procedit, † quando ſtatutum diceret, quod mulier non poſſit facere teſtamentum ſine conſenſu mariti, fratris, vel propinquorum, tunc enim tale ſtatutum non valet, tanquam iniquum, velut auferens teſtamenti factionem. Nam
25 ſicut illa † inſtitutio, *quos Titius voluerit,* non valet, & ideo vitioſa eſt, quod alieno permiſſa eſt arbitrio: nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt teſtamentorum iura per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere. *l. illa inſtitutio. ff. de hær. inſt.* pari modo nec ſtatutum valet, quod mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu alterius, quia inducit, quod teſtamentum pendere poſſit ab alieno arbitrio, quod eſt de iure reprobatū, vt ibi dicitur: licet enim quando frater, vel alius, cuius conſenſus requiritur, abſque rationabili cauſa nollet conſentire, poſſet mulier teſtari, vt ſupra dixi, in quarto fundamento; tamen quotiens rationabiliter contradiceret mulier, impediretur libere teſtari: at ſecus eſt in terminis huius ſtatuti, diſponentis de præſentia tantum: dicit enim quod de conſenſu dicitur, locum habeat in omnibus alijs contractibus, præterquam in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, in quibus ſufficiat præſentia ſine conſenſu: nam frater, cuius præſentia tantum requiritur, ſiue conſentiat, ſiue
26 diſſentiat, mulier poteſt libere teſtari, ſicut † ſi ſtatutum diceret, quod mulier teſtari non poſſit, niſi cum conſilio mariti; nam tali caſu valeret ſtatutum, quia quando conſenſus alicuius requiritur in aliquo actu celebrando per modum conſilij, ſatis eſt petere illud conſilium; quia ſi poſtea fieret actus ſpreto conſilio, valeret actus. *c. cum olim. de arbit. c. 2. ne ſed. vac. lib. 6.* declarat Bart. *in l. 1. §. ſi plures, colum. 4. verſ. vt ergo liqueat. ff. de exerc. act.* & in terminis ſtatuti ſic loquentis, quod mulier teſtari non poſſit, niſi cum conſ. mariti, declarat Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo. colum. 2. ff. de verbor. oblig.* dicens ſe ita conſuluiſſe de facto, & allegat Præpoſit. Alexandrin. *in c. 2. Epiſco-*
27 *pum vel Abba.* dicentem, quod licet † Papa ſolus ſine Cardinalibus poſſit ardua explicare. tamen neceſſe eſt, quod petat ab
28 eis conſilium, licet illud non teneatur ſequi. hinc & † valet ſtatutum, quod conſilium requiratur in matrimonio, quia conſilium non impedit libertatem matrimonij, ex quo quis
illud non tenetur ſequi. *d. c. cum olim.* Vnde, licet † reprobata 29
ſit conditio, quæ aſtringit mulierem ad contrahendum matrimonium cum conſenſu alterius, ſecus tamen eſt, ſi conſilium requiratur: quia conſilium non impedit libertatem matrimonij, ex quo illud ſequi non tenetur: vt notat Caſtr. *conſil. 16. videtur dicendum.* quem refert & ſequitur Dec. *in c. 2. num. 16. de offic. deleg.* Sic igitur ex prædictis dici debet, quod dictum ſtatutū Exij, diſponens, quod mulier teſtari volens, debeat id facere cum præſentia fratris, valeat, & ſine ea teſtamentum ſit nullum; quia licet debeat illa dicere, quid factura ſit, & ab eo petere conſilium, non tamen impedit liberam facultatem mulieris teſtantis; cum non teneatur ſequi conſilium fratris: & ne deſit in terminis auctoritas, tenentium, valere tale ſtatutum, quod nulla mulier poſſit condere teſtamentum, vel aliam vltimam voluntatem ſine præſentia filij, aut fratris, prout hoc de quo agitur decidit Bald. *in conſ. 70. ſtatuto ciuitatis Aſiſij* ſecundum numerum, & impreſſionem penes Decium, vt ille refert *in conſ. 455. ſed eſt in meo libro 139.*
volum. 5. in nouiſ. vbi pro conſtanti præſupponit Baldus † va- 30
lere ſtatutum, quod nulla mulier poſſit teſtari, ſeu aliam vltimam voluntatem condere ſine præſentia filij, vel filiorum, & ſi aliter factum fuerit, teſtamentum ſit ipſo iure nullum; & quia forma ſtatuti non fuit ſeruata, concludit teſtamentum fuiſſe nullum; idque latius confirmat Decius, ſequens d. conſilium Baldi, & vltra Baldum & Decium confirmat hoc idem Soc. iun. *conſ. 41. colum. 1. & 2. volum. 1.* loquens de ſtatuto ciuitatis Burgenſis, quo cauebatur, teſtamentum mulieris non valere, & ipſo iure eſſe nullum, in quo non interuenerit præſentia viri, aut filij, aut patris, aut fratris, aut nepotis, dicit Soc. iun. tale ſtatutum in loco ſeruandum eſſe, & habere vim iuris communis. *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* Nec dicatur, quod per tale ſtatutum auferatur libera teſtandi factio, vt in alio ſtatuto tradit Caſtren. *in d. l. ex facto* de conſenſu viri, in teſtamento mulieris neceſſario; quia quicquid ſit circa dictum ſtatutum Caſtrenſis, hoc ſtatutum Exij, ſicut & illud Burgenſe debet omnino valere, velut liberam teſtamenti factionem non auferens; nō enim requirit, quod in teſtamento mulierū requiratur alicuius conſenſus, vt ſic videatur collata facultas teſtandi in alienum arbitrium, & non in liberam voluntatē mulieris, prout in caſu Caſtrenſis: ſed p hoc ſtatutum ſola præſentia fratris requiritur, facultas autem teſtandi eſt in libera voluntate mulieris, quæ poteſt quemcunque voluerit hæredem facere, & alias particulares diſpoſitiones facere eius arbitrio, nullius conſenſu requiſito. Et licet ſine præſentia requiſiti fratris à ſtatuto, teſtari non poſſit, non tamen in aliquo ei aufertur libera teſtamenti factio, ſed ſolum per ſtatutum inducitur quædam noua forma, ſeu ſolemnitas
teſtandi: quia † cum teſtamentorum forma, & facultas fuerit 31
inducta de iure ciuili, vt per Dyn. & alios *in c. indultum de reg. iur. in 6.* & tradit Ang. *in auct. vt fac. noua conſtit. col. 5.* & Decia.
reſpon 3. num. 102. volum. 1. vnum † ius ciuile poteſt aliud alte- 32
rare, & tollere. *§. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. & gen.* Ita Soc. iun. in illo ſtatuto Burgenſi, & in terminis huius ſtatuti Exij tenet idem Hieron. Gabri. *conſ. 1.* concludens tale ſtatutum valere, velut factum ad proſpiciendum fragilitati mulieris, vt in proœmio narratur, & conſequenter præſentiā requirit ad ſolemnitatem, & ad perſonam integrandam, vt declarat Dec. *in d. conſ. 455.* demumq; concludit Gabrielius, teſtamentum ſine præſentia requiſitorum factum eſſe nullum ipſo iure; quare ſic & in caſu noſtro vniformi dici debet ad vnguem, primumq; contrarium ceſſat.

Nunc ad ſecundum accedo, in quo ſupponitur, fratrem fuiſſe præſentem, & aſtitiſſe do. Peræ, dum notarius ſcriberet
voluntatem illius, & ideo id ſufficere: † negatur enim, quod 33
hoc ſufficiat, iuxta doctrinam Socin. iun. *in alleg. conſ. 41. colum. 2. volu. 1.* vbi dicit, quod illud teſtamentum erat nullum, quia non apparebat, quod interueniſſet præſentia alicuius de nominatis in ſtatuto, nec obſtabat, quod in fine teſtamenti reperiretur ſcriptum, quod omnia prædicta geſta fuerunt in præſentia Braccij nepotis teſtatricis; quoniam reſpondet Socinus iunior, quod illa verba ſcripta fuerunt ex poſt, & alio tempore, quam fuerit factum teſtamentum,

ergo

34 ergo non ſufficit, † cum teſtamentum fieri debeat vno
contextu, *l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. l. heredes palam. in fin.*
35 *ff. eod.* Sicut ergo Socin. iun. † negat, præſentiam ſufficere
poſt teſtamentum abſolutum; pariter idem dici debet,
36 quando interuenit ante illud inceptum: ſicut enim † teſtes
rogati adeſſe debent, vt fiat teſtamentum, id eſt, tempore,
quo fit teſtamentum, *d. l. heredes palam. §. in teſtamentis.* ita
perſona fratris, cuius præſentia requiritur in dicto ſtatuto,
debuit adeſſe tempore quo dom. Pera fecit teſtamentum,
nec ſufficit quod ante interuenerit.

Tertio bene facit, quod inquit dominus Conſulens
poſt Alexandrum *conſil. 136. in cauſa & lite. column. 3. volumin.*
37 *2.* de † ſtatuto requirente citationem in ſcalis palatij, quæ
non ſufficiat ad ſcalas, ſeu iuxta ſcalas, & quod inquit Iaſ. *in l.*
38 *1. numer. 13. ff. de in ius vocand.* de † ſtatuto requirente citatio-
nem pro forma, quod non ſufficiat in præſentia interpella-
re; ſequitur Gabriel. *libr. 2. titul. de citatione. concluſion. 1. nu-
mer. 40.* ſic etiam dici debet de præſentia fratris requiſita in
factione teſtamenti, quæ ſatis non fuit ante illius factio-
nem.

Quarto non prætereo, quod mihi ſupponitur in facto,
quod licet frater dom. Peræ, dum Notarius ſcribebat illius
voluntatem, aſſiſteret ſorori, tamen finita ſcriptura diſceſ-
ſit, nec quando fuerunt vocati teſtes, & lectum teſtamen-
tum, fuit præſens frater, nec vocatus, nec citatus; vnde ſe-
quitur, quod dictum teſtamentum ſine præſentia ſua poſt-
ea publicatum, lectum & recitatum, fuit nullum, quia pa-
39 ria † ſunt, quid non eſſe factum, vel minus legitime fuiſſe
factum, *l. 1. §. & quidem. ff. quod cuiuſ. vniuer. nom. deciſ. Neap. 366. n. 10.*
40 Sicut ergo ſi † teſtamentum dom. Peræ, licet ſcriptum per
Notarium, ſi non fuiſſet publicatum, & lectum coram te-
ſtibus, & approbatum per dom. Peram, fuiſſet nullum, quia
ad validitatem teſtamenti requiruntur hæc omnia, vt not.
Bar. & alij *in l. ſi vnus. ex* & ibi clare Caſtr. *ff. de teſt.* Alex. *in l. hac*
41 *conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eod.* † modo non ſtantes libe-
ros, vt omnes dicunt, & abunde Rum. *conſ. 1. num. 7. cum ſeqq.
vol. 3.* pariter idem eſſe debet, ſi ſine præſentia fratris neceſ-
ſaria ex ſtatuto fuerit lectum, velut minus legitime facta
publicatione & lectura.

Quinto addo, quod cum frater diſceſſerit ante lecturam
teſtamenti, nec amplius ei fuerit præſens, ſed contumax
fuerit, non potuit illud teſtamentum publicari, & fieri ſine
42 citatione, & illius noua requiſitione, quia † citato aliquo
ad vnum actum, ſi fuerit in illa citatione contumax, non
poteſt ad alios actus procedi ſine noua citatione, *c. cum olim.
in fin.* & ibi Doct. *de teſtib.* gloſſ. *in c. 2. de dol. & contum. in 6.* &
not. Bart. *in l. ſtatuliberos. §. Stichus. ff. de ſtatulib. cum ſimil.* per
Alex. *in d. conſ. 136. col. 3. verſ. & quæcunque.*

Venio ad tertium contrarium de interpellatione facta
per nuntium, vel verbali, cuius modum vel qualitatem
43 non vidi, & vtcunque proceſſerit, dico, quod quilibet † in-
terpellatus debet habere congruum tempus ad actum ex-
plicandum, *l. ſi quis filium. §. ſtipulatio.* ibi, *interpellatus cum ali-
quo ſpatio. ff. de collat. bon. l. diuortio.* ibi, *non enim e veſtigio. ff. de
negot. geſt.* Bar. *in l. ſi penum. ff. quando dies legat. ced. & in l. & ſi
poſt tres. colum. 3. ff. ſi quis caut.* poſt gl. *in l. Æmilius. ff. de minor.* ſe-
quitur Alex. *in l. 1. § item ſi ita. col. 2. ff. ad l. Falcid.* Iaſ. *in d. l. ſi ex
legati cauſa ff. de verb. obl.* & Natta *conſ. 50. num. 29.* at non ap-
paret, quod aliquod ſpacium temporis interceſſerit inter
diſceſſum fratris & lecturam teſtamenti, ſed ſtatim vocans
teſtibus Notarius illud publicauit. Igitur quæcunque præ-
ceſſerit interpellatio per nuntium, vel verbalis, ſatis non
fuit: & hoc etiam fuit de mente dicti ſtatuti, dicentis *colum.
final. Et ſi talis ſic requiſitus comparere neglexerit, ex tunc mulier
prædictum actum, quem facere intendebat, faciat, prædicti requiſiti
44 abſentia non obſtante.* Nam dicta † verba, *requiſitus comparere
neglexerit*, præſupponunt, illum ſciuiſſe tempus præciſe,
quo mulier voluerit facere teſtamentum, & tamen nolue-
45 rit comparere ad illi intereſſendum, † ſed ſi ignorauit, vt in
dubio præſumitur, *l. verius. ff. de prob.* negligens frater domi-
næ Peræ dici non potuit, quia negligentia non cadit in i-
gnorantem, *l. 1. in fin. Cod. de anna. exce. l. annus. ff. de calumn. l. 2. ff.
quis ord. in bon. poſſeſſ. ſerue. l. fin. ff. de decret. ab ordin. facien.* Igno-
rans † enim non poteſt dici negligens, vt inquit tex. *in c.* 46
quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. quem ad hoc ponderat
Abb. *in c. 1. in fin. de præſcrip.* & Caſtr. *conſil. 85. column. 2. volum.
2.* ſequitur Decian. *reſponſ. 43. numer. 37. volumin. 3.* Confirma-
tur; nam ſubdit ſtatutum, *ſi requiſitus comparere neglexerit, ex
tunc mulier faciat, &c.* illa namque dictio, † *tunc*, denotat ex- 47
tremitatem temporis, cui adijcitur, & eius eſt declarat. *ua*,
vt tradit Caſſad. *deciſ. 1. de teſtam. numer. 4.* vnde ſenſus ſtatuti
fuit, quod mulier poſt negligentiam requiſiti non compa-
rentis poſſit facere teſtamentum; ergo non ante, quam
conſtet de negligentia, quia † tempus vno modo determi- 48
natum non recipit alterius temporis functionem, vt poſt
16 *eſt.* ſed † fictio locum non habet, vbi non ſubeſt æquitas, &
in ſpecie, quod non retrotrahatur, quando non ſubeſt æ-
quitas, tradit Bart. *in d. l. per fundum. & in d. l. ſi n qui pro empto-*
re. col. 3. verſic. ad ſolutionem. per l. poſtliminy. in princ. ff. de capti.
& poſtlim. reuer. & per l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior. Sed
17 æquitas † non ſuadet, vt alteri fiat præiudicium, ſicq; Pal-
merio in caſu noſtro; quinimo ſemper intelligitur exceptũ,
etiamſi cum Principe contraheretur. *l. 2. §. merito. & §. ſi quis*
à Principe. ff. ne quid in loco public. c. ſuper eo. de offic. deleg. & cap.
quamuis. de reſcript. in 6.

Quarto conſidero, quod † vxor actionem non habet ad 18
dotem petendam, conſtante matrimonio *l. 2. in princ.* & ibi
omnes. *ff. ſol. mat.* Bald. Nouell. *in tract. de dote. in 7. part. priuil.*
24. niſi in caſu inopiæ, & aliis, de quibus *in l. ſi conſtante. ff. eo.*
tit. † maritus autem bene conſtante matrimonio habet a- 19
ctionem ꝑ interuſuriis ſibi promiſſis, ſi ſuſtinet onera ma-
trimonii *l. in inſulam. § vſuras.* & ibi Bart. & alii. *ff. ſol. mat. l. pro*
onerib. C. de iure dot. vnde ſequitur, quod maritus habet hy-
pothecã expreſſam pro interuſuriis anteriorem, quam ha-
beat vxor hypothecam expreſſam, pro dote conſequenda:
& ideo † maritus Palmerius præferri debet per ſuam hypo- 20
thecam expreſſam anteriorem D. Conſtantiæ venienti per
ſuam hypothecam expreſſam poſteriorem ad dotem, vt eſt
gloſſ. communiter recepta *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor.* & i-
bi Iacobus Butrig. Bald. Angel. Sal. & alii, maxime Bart. qui
dicit, quod ita † de cõſuetudine ſeruetur, à qua non eſt rece- 21
dendum. *l. minime. ff. de legib.* & hanc opin. tenent alii à Ne-
guſ. relati. *de pignor. & hypoth. in 4. membr. 2. part. num. 100.* qui
poſt Corn. *conſil. 182. colum. pen. vol. 1.* mouetur per regulam,
quod † prior in tempore, potior eſt in iure. *d. l. potior. & d. l.*
qui balneum. à qua regula non reperitur expreſſe exceptua-
tus iſte caſus, ſcil. quod expreſſa hypotheca pro dote præfe-
ratur expreſſæ anteriori aliorum creditorũ; quia d. † *lex aſ-* 23
ſiduis, quæ introduxit priuilegium antelationis in dote, lo-
quitur in hypotheca tacita; & cum dicta deciſio ſit contra
regulam iuris, non debet extendi ad expreſſam hypothe-
cam. *l. præcipimus. C. de app. l. ſancimus. C. de teſtam. cum ſimilibus:*
pluribus ergo modis ſublatum remanet, & reſolutum du-
bium, de quo ſupra: Nec meo iudicio tractandum eſt de il-
lio, quod ſubiicitur: † cauſam dotis eſſe magis priuilegiatã, 24
cauſa alimentorum, de quibus agit Palmerius, vt per Abb.
in c. peruenit. col. 1. de arbit. Bald. Nouel. *in tract. dot. part. 6. pri-*
uil. 4. Conſtan. Roger. *q. 2. num. 5. cum ſimil.* per Beccium *con-*
ſil. 8. num. 8. quia ſuper hoc vis non pendet, ſed ſuper tempo-
re, in quo cauſa Palmerii potior eſt, quam Conſtantiæ, vt
ſupra: Sed vlterius aduerti debet, quod cum Palmerius a-
gat de alimentis erogatis in vtilitatem dictæ Conſtantiæ,
dum vixit in domo ſua, eam, & filios alendo, non poteſt
hæc domina nunc habere dotem, prius habitis alimentis in
eam conuerſis; quia † iure naturæ æquum eſt, neminem 25
cum alterius detrimento fieri locupletiorem. *l. iure naturæ.*
ff. de cond. indeb. c. locupletari. de regul. iur. in 6. Imo vero dolo
malo facit, qui ex aliena iactura lucrum quærit. *l. ſi quis mancipiis. §. fin. ff. de inſtit.* ſi ergo dom. Conſtantia non habuiſſet
alimenta à Palmerio, quæ ipſe ſibi reſarciri petit, in bonis,
quia ei promiſit interuſuria, & in illis quoque dotem ſibi
promiſſam D. Conſtantia peteret, aliquid forſan eſſet, licet
vere nec obtinere poſſet contra Palmerium, vt ex prædictis
patet, ſed ſtante, quod ipſa conſecuta ſit alimenta, inhuma-
num eſt, quod prętextu dotis, ab alimentis eam velit exclu-
dere, & vtrumque conſequi, cum illius graui iactura, quod
nequaquam dicẽdum: Nec heres mariti dicitur extraneus,
cum ſit pater; & quæ ſubiiciuntur de Io. Baptiſt. de S. Blaſ.
in tract. de dote. priuil. 158. & Bald. Nouel. *part. 9. pri. 2. & 10. pri-*
uil. 1. non faciunt contra, ſed ex prædictis ceſſant. *Hippo-*
lytus Riminald. Ferraria.

Pro domina Laura Guarina Mutinenſi.

ARG. An, & quando in inueſtitura facta, pro ſe, ſuiſque filiis, & heredibus, & deſcendentibus, contineatur filia, inſtituta in re particulari, herede inſtituto agnato vniuerſali. Et an emphyteuta poſſit in vnum ex comprehenſis in inueſtitura rem emphyteuticam alienare, in præiudicium aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba, filiis & heredibus, in inueſtitura, an vtrumq; requirant, vt ſint filii, & heredes. Et an verbum* heres, *debeat intelligi de vniuerſali herede. n. 3.*
2 *Filia inſtituta in certis rebus, & iuſſa his eſſe contenta, habetur loco legatariæ fratre inſtituto vniuerſali herede.*
4 *Verba* filiis & deſcendentibus, *in inueſtitura poſita an verificentur in ſolis maſculis. & n. 7. 8. & 10.*

6 Copula

hereditatis corpore, ſed eſt quid extrinſecum & ſeparatum,
quod non tranſit ad quoſcunq; heredes, etiam extraneos,
verificatur in quocunque, etiam particulari, Bald. & cæteri,
vt ſupra poſt Spec. *de teſt. §. 1. circa col. fin. verſic. pone. ad idem*
Angel. *in l. quadam. §. nihil.* & ibidem Caſtr. *num. 6. in fin. & in*
l. quotiens. in fin. C. de hered. inſt. vbi dicit, eſſe menti tenẽdum,
quia iſta eſt veritas; & idem concludit Alex. *conſil. 128. col. fin.*
verſ. nec prædictis obſtat. vol. 1. & Iaſon *conſil. 8. viſis ſubtiliſſimis.*
col. 1. vol. 3. Dec. *conſil. 78. n. 3.* cum aliis, quos allegat Cephal.
36 *conſ. 303. col. pen. n. 124.* vt ibi per eum: & licet † Bald. *in l. liber-*
ti, libertæq; C. de oper. liber. col. 7. ver. attende tamen. ſecus ſentiat
37 in filia inſtituta, in re certa; † tamen Andr. Sicul. *ibi. in Apo-*
ſtill. contrarium tenet, ex multis, & potiſſime Bald. *in l. ex fa-*
cto. ff. de hered. inſt. vbi loquitur de filio inſtituto in legitima,
& melius idem Bald. *in d. tit. de ſucceſſ. feud. in princ. n. 7. verſic.*
quæro, vtrum. de filio inſtituto in re certa, quem vult ſucce-
dere in feudo ſimul cum alio filio herede vniuerſaliter in-
ſtituto: quia ſufficit titulus nominis, & ex alia ratione ſupra
relata per Cephalum.

Nono, non prætereo, quod idem Bero. ponit *in d. conſil.*
38 *93. num. 26.* † dicens, quod donec ſupereſt aliquis de linea
illius, ad quem peruenit feudũ in totum, vel pro parte, puta
ex diuiſione legitime facta, tũc ille, etiamſi ſit fœmina, præ-
fertur omnibus, etiam maſculis, qui eſſent de alia linea, ci-
tat Bald. & Corn. de quibus per eum; & hic eſt caſus noſter,
ſicut & Cornei; quia ex Iulio exeũs linea nullus extat niſi
D. Laura illius filia, quia D. Ant. non deſcendit à D. Iulio, &
ſic non eſt de linea ipſius Iulii.

39 Decimo, ne † ſim prolixior, cum extet (vt audio) con-
ſuetudo Eccleſiæ Nonantulæ, quod omnes fœminę quoti-
die ad iſta bona emphyteutica admittantur, & de illis inue-
ſtiantur, debet hæc D. Laura indubitanter admitti, quia
40 verba † ſtipulationis, quibus concepta fuit hæc emphyteu-
ſis, *pro ſe, filiis, & heredibus,* à conſuetudine declarationem re-
cipiunt, & ſecundum eandem conſuetudinem intelligun-
tur, vt inquit Iruol. *in d. c. potuit. num. 69. de locato.* Fel. *in c. cum*
Mar. Ferrarienſis. ſub num. 6. verſ. & hinc eſt. de conſt. Bero. *conſil.*
95. num. 1. & conſ. 97. in princ. vol. 1. cum ſimil. quæ ſic tenet Cor-
bulus *in tract. ſuo emphyt. in tit. de cauſa priuat. ob lineam finit.*
41 *verſ. 3. declaratur. num. 30.* qui licet ſubdat, † probandam eſſe
talem cõſuetudinem, tamen facile puto eam probari poſſe
ex inſtrumentis, & teſtibus infinitis.

Reliquum eſt, vt hac parte pro D. Laura ſic bene funda-
ta, vt contraria tollantur, vt ſolidior & tutior illa remaneat.
Non obſtat igitur primum, quo dicebatur, hanc dominam
non comprehendi ſub illis verbis, *pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredib.*
cum requiratur vtrumq; concurrere, per doctrinam Bart. *in*
d. §. ſi liberi, qualis non eſt ipſa, vt dixi ſupra; quia contrariũ
42 probaui ſuperius in octauo fundamento, & negatur † ver-
bum, *heredibus,* annexum per copulam verbo, *filiis,* venire
ad illud qualificatiue, ſed dico illud ſtare augmentatiue;
43 quia in dubio † copula poſita inter duo, quorum vnum-
quodq; poteſt ſtare de per ſe, quia vnum de neceſſitate non
comprehendit alium; tunc copula, &, non requirit con-
curſum vtriuſque, ſed ſtat augmentatiue, & ampliatiue; &
vnumquodque ſtat de per ſe, & ſic ſufficit alterum; ita de-
clarat Bart. *in l. Gallus. §. etiamſi partem. colum. fin. verſ. ex hoc ap-*
44 *paret. ff. de lib. & poſth.* vbi, ſi † teſtator dicat, *ſubſtituo Titium,*
& eius filios, & heredes, ſecundum rigorem verborum debe-
mus intelligere filios tantum, & heredes tantum, quia hæc
copula ponitur inter duo adiectiua, nec habet reſpectum
vnius ſubſtantiæ, & ob id ſtat augmentatiue *l. ea tamen ad-*
iectio. ff. de leg. 3. vnde per illam doctrinam Bart. quam dicit
eſſe communem Alex. *ibi.* Franciſcus Vegius *conſil. 73. num.*
45 *12.* dat † exemplum, de quo per eum, videlicet quoſdam
eſſe filios Marioti ex primo matrimonio, licet non ſint eius
heredes, & ſimiliter ſufficere, quod ſint heredes Marioti,
licet non ſint filii: Sic igitur in caſu noſtro poteſt intelligi
conceſſio, de qua hic, *pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus,* videlicet
pro filiis, licet non heredibus, & heredibus non filiis, cum
vnumquodque poſſit ſtare per ſe, ita quod veniat amplia-
tiue: Vel & tertio, notabiliter reſpõderi poteſt, dato, quod
dicta verba ita deberent intelligi, vt requiratur vtrumque,
ſecundum Bart. *in d. §. ſi liberi.* adhuc tamen non obſtare, quod
ſub illo verbo, *heredibus,* comprehendantur fœminæ, cum
enim illud † verbum, *heredibus,* ſit commune ad maſculos, 46
& fœminas, facit, vt verbum *filiis,* cui eſt adiectum, ſecũ tra-
hat, vt ex proprio ſignificatu comprehendat vtrumq;, ma-
ſculos, & fœminas; ſicut † quando in aliqua diſpoſitione di- 47
ceretur, quicunq; homo: nam licet terminus iſte, *quicunq;*
conueniat tantum maſculino ſexui in natura ſtricti iuris; ta-
men quia iungitur termino communi, ſcil. homini, com-
prehendit vtrumque, videlicet maſculum & fœminam, vt
dicit Bart. *in l. 1. ff. de pecul. in prin. & in l. 1. ff. de verb. ſign. & in l. ſi*
quis in tantam. C. vnde vi. Bal. *in l. Gallus in princ. in vlt. col. ff. de lib.*
& poſt. & in terminis quæſt. noſtræ declarat Alex. *conſ. 80. col.*
pen. ver. fortificatur. vol. 1. ſequitur item Corbul. *in tit. de cauſa*
priuat. ob lin. finit. n. 37. qui citat etiam Rubeum *in c. Gallus. §.*
quidam recte. num. 168. ff. de lib. & poſthum.

Quarto, ponderari quoque poteſt Alex. *conſil. 129. vol. 5.*
vbi dicit, quod † quando quis recepit emphyteuſim pro ſe, 48
filiis, & nepotibus, ſiue deſcendentib. talis res tranſit ad di-
ctos deſcendentes, licet non ſint heredes ſuſcipientis, niſi
dictũ ſit, *pro ſe, & deſcendentibus heredibus,* citatq; multos per
eum: hinc etiã dici poteſt, quod in caſu noſtro, cum recepta
fuerit emphyteuſis pro ſe, ſuiſque filiis, & heredibus ſub-
ſecuturiſque fuerit, *& deſcendentibus,* non addito verbo, *he-*
redibus. intelligi debet, pro deſcendentibus, licet non here-
dib. quia facile fuiſſet inueſtienti id dicere, ſi voluiſſet. *l. vni-*
ca. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. nec qualitas heredib.
præcedens, repeti debet in verbo, *deſcendentib.* per proxime
dicta in tertia reſpõſione. Explicato & reſoluto primo con-
trario, venio ad ſecundum, quod verſatur ſuper illis verbis,
ſuiſque † *filiis;* in inueſtitura poſitis, quæ de maſculis intelli- 49
genda ſunt, vt per Archidiaconum *in c. ſi quis ſuadente. 17. q.*
4. ad quod realiter ego reſpondeo, quod illud procederet,
quando ſimpliciter de filiis eſſet dictum, quod verbum ſo-
nat in genere maſculino, & ſic quando fieret mentio de fi-
liis abſque alia qualitate, quæ fœminas comprehenderet:
ſecus, ſi dictum fuerit, *pro filiis, & heredibus,* quia appellatio-
ne † heredum, omnes tam maſculi, quam fœminæ conti- 50
nentur. *l. ex facto. in fin. ff. ad Treb. l. ſi ita ſcriptum. in princ.* & ibi
Bart. & alii *ff. de leg. 2.* Alex. *in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius voc.*
& natura quoque emphyteuſis eccleſiæ eſt, vt etiam ad fœ-
minas filias porrigatur, & tranſeat. *d. §. emphyteuſim. ſuperius*
inducto. propterea in tali debent comprehendi fœminæ: ita
declarat Bero. *conſil. 152. n. 32. & ſeq. vol. 2.* per ea quæ voluit
Bald. *in l. 2. C. de iure emphyt. col. 2.* & poſt eum Sal. *q. 20.* ſequi-
tur Corn. *conſil. 263. in fin.* & Alexand. *conſil. 61. in fin. volum. 1.*
& hoc dicit Berous eſſe maxime notandum pro limitatio-
ne d. Archidiaconi *in d. c. ſi quis ſuadente.* & idem ſequitur il-
le Corbulus *loc. citat. num. 34.* nec obſtat conſequentia D.
mei Riminald. *in d. conſil. 179.* & Curt. iun. *in alio 321.* quod
ſicut illa † verba, *filiis, & heredib.* eſſent intelligenda de ma- 51
ſculis, ſic & aliud, *& deſcendentib.* vigore qualitatis eiuſdem
repetitæ per copulam: quoniam retorquetur iſta conſe-
quentia contra prædictos, quod ex quo dicta † verba, *pro fi-* 52
liis, & heredib. comprehendunt etiam fœminas propter ver-
bum, *heredibus,* adiunctum verbo, *filiis,* pari modo verbum,
deſcendentibus, adiectum, per copulam, de fœminis etiã de-
bet intelligi: ſicque replicabitur eadem qualitas, nedum
maſculina, ſed etiam fœminea, ſimilis præcedenti verbo,
heredib. & cum eadem fallentia procedit, quod dicebat idem D.
meus Rimin. quod melioris eſſent conditionis filiæ inueſti-
ti, quam vlteriores, quia admitterentur, filiæ vero inueſtiti
excluderentur, quod eſt ſatis abſurdum: quoniam verum
eſſet obiectum, † mentione filiorum ſimpliciter facta; ſecus 53
adiecta verbo, *heredibus,* nec imputandum eſt emphyteutæ,
qui legem apertius non dixit: nam procederet, vbi vis ver-
borum expreſſorum fœminis non conueniret, nec eas
comprehenderet, alias ſecus: quia † expreſſio eorum, quæ 54
tacite continentur, nihil ſolet operari. *l. 3. ff. de leg. 1.* niſi di-
camus eam non nocere, ad tollendam dubitationem. *l.*
quæ dubitationis. ff. de regul. iuris. Hinc ad aliud obiectum de-
ſcendo. de ſtatuto Mutinæ. *de ſucceſſione deſcendentium. lib.*
2. rubric. 137. fundamentum ſane cæteris debilius, velut

caſus

55 caſui noſtro non deſeruiens: † diſponit enim quod filiæ dotatæ, vel non dotatæ non ſuccedant alicui aſcendenti maſculo, ab inteſtato decedenti, exiſtentib. prædicti aſcendentis cuiuſcunq; gradus deſcendentibus maſculis, & per lineam maſculinam legitimis; ſed dom. Iulius qui fuit aſcendens D. Lauræ, velut eius pater, deceſſit teſtatus, quæ longe inter ſe differunt, vt inquit Bero. *in d. conſil. 93. ſub num. 83. ad fin.* poſt Bald. *in d. l. liberti. colum. 6.* & hoc vltimo caſu,
56 quando † deceſſit emphyteuta cum teſtamento, dicit Bero. quod ſi emphyteuſis recepta fuit pro heredibus, filia quæ eſſet heres ex teſtamento, maſculo præferretur, quod ſatis verificatur in D. Laura, quæ fuit inſtituta, licet particulariter, vt dixi ſuperius in octauo fundamento: vnde ſumus extra regulam dicti ſtatuti, loquentis ab inteſtato, non autem facto teſtamento: quinimo, quando nos eſſemus in aſcendente, decedente ab inteſtato, faceret adhuc illud ſta-
57 tutum pro dom. Laura, à contrario ſenſu, † quod argumentum procedit in ſtatutis, vt per omnes, & ibi dixi. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* dicit enim, quod filiæ non ſuccedant alicui aſcendenti maſculo ab inteſtato decedenti, exiſtentibus prædicti aſcendentis deſcendentibus maſculis: illis ergo non exiſtentibus vult ſtatutum filias ſuccedere, quod euenit in caſu noſtro, poſtquam D. Iulius nullos deſcendentes maſculos reliquit: Nec tantum à contrario ſenſu dicti ſtatuti colligitur iſta concluſio fauorabilis dom. Lauræ, ſed & in ſenſu directo clariſſime eam determinat in-
58 ferius, *in verſ. vbi vero.* dicit enim; quod † vbi non extarent deſcendentes maſculi, tunc deſcendentes fœminæ ſuccedant ipſis aſcendentibus, vt de iure Imperiali diſponitur, quod habetur *in §. 1. in auth. de hered. ab inteſtato.* vbi dicitur; *quod ſi quis deſcendentium fuerit ei, qui inteſtatus moritur cuiuslibet naturæ, omnibus aſcendentibus, & ex latere cognatis præponatur.* ergo D. Laura deſcendens ex Iulio, præferri debet Antonio collaterali patruo ſuo: & ſic eodem met ſtatuto proſternitur intentio Antonii, qui ſe fundat in eo, poſito, quod eſſemus in cauſa inteſtati, licet vere ſimus in cauſa teſtamenti facti per dom. Iulium: Nec recurri debet ad aliud ſtatutum *de ſucceſſ. agnator. tranſuerſal. rubric. 151.* quia præter id, quod ſe remittit ad ſupra relatum, *de ſucceſſione deſcendent.* vult, quod ipſi decedenti ſuccedant eius agnati maſculi, excluſis ſorore, vel ſororibus, matre, auia, & proauia, & filiabus fratrum præmortuæ: de filia vero propria ipſius præmortui nil diſponit ſtatutum, qualis eſt dom. Laura: ergo cenſetur eam ad-
59 mittere; quia † quotiẽſcumque excluſio, ſiue prohibitio, eſt aliorum conceſſio vel admiſſio. *vulg. l. cum prætor. ff. de iud.* ſic igitur, vt concludam, ſtatuta Mutinæ non obſtant domin. Lauræ, ſed verius proſunt, ſi eſſemus in cauſa inteſtati; vnde ſuper eis latius non loquar: Poſtremo tamen vnum non
60 omittam, quod attingit teſtamentum dom. Iulii, quod † licet emphyteuta primus inueſtitus, poſſit vni ex comprehenſis in inueſtitura rem alienare, in præiudicium aliorum, ſecundum magis communem, quam firmat Alexand. *conſ. 124. num. 8. volum. 5.* Gozad. *conſil. 25. num. 18.* Socin. *conſil. 127. num. 10. volum. 3. cum ſimil.* per Clarum *in §. emphyteuſ. quæſt. 16.* Quæ tamen opinio non caret contradicentibus; qui de communi teſtantur, vt per Rui. *conſil. 48. colum. pen. volum. 1.* & magis communi, vt per Dec. *conſil. 329. num. 6.* & Alciat. *reſp. 98. lib. 8.* nihilominus vtcunque ſit, quæ ſit illarũ verior, nos non ſumus in primo acquiſitore, qui fuit Antonius ſenior, ſed in Iulio, qui fuit ſecundus acquiſitor: Vnde ſicut ille non admitteretur ad reuocãdam alienationem factam per alium, vt per Alexan. *conſil. 115. vol. 4.* & Ruin. *in d. conſ. 48. num. 11.* pari modo dici debet, quod nec poſſit alienare emphyteuſim eccleſiæ, prout fecit Iulius, ſecundus auctor, inſtituendo Antonium vniuerſalem, in præiudicium D. Lauræ, filiæ propriæ ipſius Iulii, ſatis comprehenſæ in inueſtitura prima: Quare multis rationibus, & fundamentis intentio ſua probabilis eſt, quod hæc bona ſibi veniant relaxãda, ſicque in eius fauorem reſideo. *Hippolyt. Riminal. Ferrarie.*

Pro dom. Federico, & Scipione de Facchinis.

ARG. An pater bona emphyteutica, de quibus ab Eccleſia inueſtitus fuit, pro ſe, & heredibus ſuis, ex ipſo legitime deſcendentibus, filiabus ſuis relinquere poſſit, extantibus fratribus patruelibus, maxime, ſi in poſteriori inueſtitura, addita fuit hæc verba, quæ in prioribus inueſtituris non erant; *pro heredibus vtriuſq; ſexus.* Et ſi pater patruelibus iſtis alia bona magni valoris reliquerit in eodem teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *In conceſſione facta alicui, pro ſe, & heredibus, an fœminæ etiam comprehendantur. & num. 3. 4. 5. 7. 13. 14. 15. 27.*
2 *Verbum, heredibus, vti commune continet & maſculos & fœminas.*
5 *Emphyteuſis eccleſiæ tranſit ad maſculos, & fœminas.*
6 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
8 *Bona eccleſiæ poſſunt relinqui fœminis, habita licentia ſic relinquendi.*
9 *Emphyteuſis regulariter non continet fœminas, vti prohibitas in ea ſuccedere. & num. 11. & 12.*
10 *Mulier detinere non poteſt pro debito, eo caſu, quo maſculus poſſet.*
16 *Per verbum, legitime deſcendentibus, excluduntur naturales, qui non ſuccedunt in emphyteuſi eccleſiæ. Item legitimati per reſcriptum. num. 17.*
Per verbum, deſcendentibus, tranſuerſales excluduntur. n. 18.
19 *Indulta ad reſtrictionem, & diminutionem non debent augmentum operari.*
20 *Verbum, heredibus, poteſt ampliare emphyteuſim, vt nepotes comprehendat, & ſic heredes ſanguinis, non ſiliam.*
22 *Interpretatio debet vitari per quam duplex impropriatio, & ſpecialitas inducitur.*
22 *Verba in dubio interpretanda contra proferentem.*
23 *Perſona non expreſſa in ſtipulationibus non ſubintelligitur.*
24 *Maſculinum non concipit fœmininum in inueſtituris, factis, nominibus propriis maſculorum expreſſis.*
25 *Pars vna copulatiua declarat aliam.*
26 *Inueſtitura prior eſt attendenda.*
27 *Inueſtitura fœminarum mentionem faciente, an, & quatenus fœminæ admittantur, ſi adſit ſtatutum fœminas excludens.*
28 *Tacitum plus expreſſo operari non debet.*
30 *Diſpoſitio non porrigitur ad perſonas prohibitas.*
31 *Verbum generale reſtringitur, cum ſpeciale verbum adiicitur.*
32 *Intellectus §. emphyteuſim in auth. de non alien.*
33 *Aſſertioni alicuius, qui licentiam vel authoritatem ſe habere aſſerit, facultatem aliquam concedendi, an, & quatenus credatur. n. 34. 35. 36.*
37 *Caſus non comprehenditur in diſpoſitione, cum de eo teſtator nihil prouidit, dato quod maior eſſet ratio in vno caſu, quam in alio.*
38 *Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticam in dotem dare filiæ ſine conſenſu domini. num. 39. 52.*
40 *Emphyteuticaria non poteſt perſonis incapacibus legari.*
41 *Caducum quid dicatur.*
44 *Verbum, pro heredibus ſuis, in inueſtitura, intelligitur de deſcendentibus. num. 43. 44.*
45 *Lex ſuadet patri æqualitatem inter filios ſeruare.*
46 *Filius adiens hereditatem paternam cum beneficio inuentarij, poteſt retinere bona emphyteutica; etiamſi filiabus relicta ſint, libera, ſicuti & fructum liberum, dato quod nil remaneret in hereditate. num. 47. 48. 49.*
50 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim, an valeat n. 51.*
52 *Pater an poſſit emphyteuſim dare in dotem filiæ.*

CONSIL. DCCLXIV.

MOrtuo D. Hippolyto Facchino teſtatore, relictis viuis D. Laura, & Caſſandra filiabus ſuis, quibus plura bona reliquit, iuris Abbatiæ Fellonicæ, & relictis viuis D. Federico, & Scipione ſuis fratrib. patruelibus, inſtitutis ab eo, naſcitur controuerſia inter dictas filias, & prædictos, quinam præferri debeant in bonis iſtis, filiabus relictis, an illæ, vel dicti fratres, ſtantibus inueſtituris ſuis prædeceſſorib. factis. Et prima conſideratione dicendum videtur, dictas mulieres præferendas eſſe, ſiue veteres inueſtituras, ſiue iuniores intueamur: nam de anno 1504. 4. Septembr. D. Ioan. Bartholomæus Facchinus † inueſtitus fuit, pro ſe, & heredibus 1
ſuis, ex eo legitime deſcendentib. & de anno 1521. 28. Nouem. alii de Facchinis inueſtiti fuerunt ſub eiſdem verbis, quod verbũ, † *heredibus*, cum ſit cõmune, tam ad fœminas, quam 2
ad maſculos, *l. in annalib. cum ibi not. C. de leg. l. ſciendum. l. heredis appellatione. ff. de verb. ſig.* & ſubiecta † materia emphyteu- 3
ſis eccleſiæ ſit, vt tranſeat non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas. *§. emphyteuſim. in auth. de non alien.* ſequitur dictas mulieres, licet fœminas eſſe comprehenſas, prout

tradit Alexand. *conſil. 80. colum. pen. vol. 1.* Brun. *in c. in præſentia.*
4 *num. 404. de prob.* & Dec. *conſil. 32. col. 1.* vbi dicit, quod † in
conceſſione emphyteuſis facta pro ſe, ſuiſque legitimis he-
redibus, quia intelligitur de venientibus ab inteſtato, ve-
5 niunt fœminæ, † quæ ſimul cum maſculis ab inteſtato pari-
ter admittuntur. *l. maximum vitium. C. de lib. præter.* & ita ſu-
perioribus annis ego quoq; conſului *conſil. 44. num. 20.* &
poſtea *conſil. 90. n. 238. col. pen.* idemq; tenet, & dicit eſſe com-
munem Ber. *q. 18. in prin.* quem ſequitur Clar. *in § emphyteu-
ſis q. 32.* Vnde dictæ mulieres in teſtamento vocatæ, ſolę de-
6 bent admitti, remotis patruis, cum † cauſa teſtati faciat ceſ-
ſare cauſam inteſtati. *l. quam diu. 2. ff. de acq. hered.* Secundo
tanto magis videtur hęc concluſio pro dictis mulierib. pro-
7 cedere, † ſtante poſteriore inueſtitura, quæ dicit, pro ſe, &
heredibus ſuis vtriuſque ſexus, & ſic clare comprehendit
fœminas.

Tertio, poſito quod dictæ mulieres non eſſent compre-
8 henſæ in verbis inueſtiturarum, † cum tamen data fuerit li-
centia D. Hippolyto teſtandi de dictis bonis, & ea relin-
quendi dictis mulierib. eis remanere debent, vt per Gozad.
conſil. 25. ſub num. 20. verſ. præterea & ſecundo. cum alijs per Me-
noch. *conſil. 111. col. fin.*

Quarto, ſi quoque reſpiciamus proximitatem, non re-
ſpectu D. Io. Bartholomæi primi inueſtiti, ſed D. Hippolyti
teſtatoris, vt debet, ſecundum Ruin. *conſil. 47. num. 6. vol. 3.*
quem notat Gabr. *lib. 3. de iure emphyt. concl. 1. num. 26.* illæ, ve-
lut filiæ in primo gradu ſibi coniunctæ, præferri debent di-
ctis fratribus patruelibus eidem D. Hippolyto coniunctis
in quarto gradu.

In contrarium vero pro dictis fratrib. & aduerſus dictas
9 mulieres, bene facit; quia in † materia emphyteuſis mulie-
res dicuntur eſſe de perſonis prohibitis, ad ſuccedendum
in ea, vt voluit Ioan. Andr. poſt Vincent. quos refert, & ſe-
quitur Imola *in c. potuit. num. 25. in gloſſ. prohibentur. de locato.*
10 addeos rationem, † quia mulier detineri non poteſt pro de-
bito, etiam eo caſu, quo maſculus poſſet, *auth. ſed nouo iure.
C. de offic. diuer. iud.* ſequitur Iaſ. *in l. 3. n. 93. C. de iure emphyt.* in-
11 ferens, quod † conditio domini deterior efficeretur, caſu
quo mulier ei quid, ratione emphyteuſis, vel alia de cauſa
deberet, ſi detineri non poſſet; propterea non debet in ea
comprehendi; & cum prædictis quoque tenet dom. meus
Mateus Brun. ab Anguill. *conſil. 100. num. 19.* reddens ratio-
12 nem, quia † conceſſio non debet extendi ad perſonas pro-
hibitas. *l. vt gradatim. § ſed ſi lege. ff. de mun. & hon. l. 1. § nuncia-
tio ff. de oper. non. nunc.*

Secundo monent; nam dominus inueſtiens non dixit
13 ſimpliciter, *pro ſe, &* † *heredib. ſuis*; quo caſu dicũt Dd. ſuperius
allegati, fœminas cõtineri, propter verbum, *heredibus*, com-
mune ad maſculos & fœminas, præter quos, alios quoq; ci-
14 tat D. meus Anguill. *in d. conſil. 100. num. 40.* † item & ad ex-
traneos porrigitur verbum, *heredibus*, vt idem dicit *num. 80.*
de quo tamen latiſſime ſcribit Clarus *in § emphyteuſis. q. 28.*
15 tenens † contrarium, niſi dictum ſit, *de heredibus quibuſcun-
que*, vt concludit *num. 7. in fin.* ſed ſubiunxit inueſtiens in ca-
16 ſu noſtro, ex eis † legitime deſcendentibus, per quod ver-
bum, *legitime*, voluit excludere naturales, qui non ſuccedũt
in emphyteuſi eccleſiæ. Bal. *in l. generaliter. § cum autem. C. de
inſtit. & ſubſtit.* & alii per Clarum *in d. § emphyteuſis. q. 30.* &
17 etiam † legitimatos per reſcriptum, qui ſecundum com-
munem vſum loquendi, dicuntur naturales, ſed legitimati,
vt per Caſtr. *in l. fin. C. de his qui veniam ætat. impet.* quem ſe-
quitur Dec. *conſil. 275. col. 4.* & ita tenet Clar. *q. 31.* poſt Bald.
18 Iaſ. & Gratum, quos allegat, & per † verbum, *deſcendentibus*,
voluit excludere tranſuerſales inueſtiti, multoque magis
penitus extraneos; vnde cum ſic illud verbum, *heredibus*, re-
ſtrinxerit, non debemus illud ampliare, vt fœminas com-
19 plectatur; quia † inducta ad reſtrictionem, & diminutio-
nem non debent augmentum operari. *l. legata inutiliter. ff.
de leg. 1.*

Tertio, ſuccedit ratio notabilis domini mei Anguillei
20 *in d. conſ. 100. num. 106.* dicentis, quod illa dictio, † *heredib.* po-
teſt ampliare emphyteuſim, vt nepotes comprehẽdat; quia
non contingit aliqua improprietas, niſi quod verbum, *here-
dibus*, reſtringitur ad heredes ſanguinis, ſed non debet am-
pliare, vt veniant filiæ, quia reſultaret eadem improprietas,
& vna alia, videlicet, quod in emphyteuſi comprehende-
rétur perſonæ prohibitæ, vt ſunt fœminæ, ideo debet † eui- 21
tari interpretatio, per quam duplex impropriatio, & ſpe-
cialitas inducatur. *l. 1. C. de dot. pro.* & habetur *in l. ſciendum. ff.
de verb. oblig. cum ſimil.*

Quarto, me quoque mouet alia ratio Socin. *in l. cum vir.
col. fin. ff. de cond. & demonſtr.* Felin. *in c. per tuas. de prob.* & Dec.
in l. 2. C. de ſucceſſ. edict. quos refert idem domin. meus An-
guill. *in d. conſil. 100. num. 123.* quod † verba in dubio debent 22
interpretari contra proferentem. *l. veteribus. ff. de pact.* & ma-
xime in emphyteuſi eccleſiæ; quia talis interpretatio tendit
in fauorem eccleſiæ, vt emphyteuſis citius finiatur. *argum.
l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun.* & cum prædictis et-
iam concordat Menoch. *conſil. 111. ſub num. 42.* ideo fœminę
comprehendi non debent ſub verbo, *heredibus*, cum potiſ-
ſime (vt ille dicit) læderetur regula *l. ſi ſtipulatus. § Chryſo-
gonus. ff. de verb. oblig.* quia dicimus, in † ſtipulationibus per- 23
ſonam non expreſſam non ſubintelligi, & etiam alia regu-
la deſtrueretur, de qua *in l. vnica. § ſin autem ad deficientis. C.
de caduc. tollen.* quia ſolemus dicere, quod facile fuiſſet diſ-
ponenti dicere, ſi ita ei fuiſſet viſum diſponere, de fi-
liabus.

Quinto poteſt inſuper adiungi ratio ſatis pulchra,
quod inueſtitura facta fuit † nominib. proprijs, Bonhomi- 24
no, Ioanni, Petro, & aliis, de Facchinis, recipientibus pro ſe,
& heredib. ſuis; & ita genus maſculinũ fuit expreſſum pro-
prijs nominibus, quo caſu maſculinum nõ concipit fœmi-
ninum. *gl. in l. ſi quis ita. § 1. ff. de teſtam. tut.* Imol. *in l. ſi ita ſcri-
ptum. n. 5. ff. de leg. 2.* Crau. *conſil. 964. n. 21.* Ergo dum ſubiun-
xit inueſtiens, *& heredibus ſuis*; debet intelligi de maſculis,
quia † vna pars copulatiuæ declarat aliam. Roman. *conſ. 231.* 25
Soc. *in l. 1. ff. de reb. dub.* Ruin. *conſil. 61. num. 8. vol. 2.* & ego *conſil.
6. num. 122.* Vnde per dictas rationes dictæ mulieres nõ con-
tinentur; nec eis ſuffragatur alia poſterior inueſtitura, di-
cens, *pro ſe, & ſuis heredibus vtriuſq. ſexus*: quia pro regula fir-
ma conſtitutum fuit apud Doctores, quod † in his conceſ- 26
ſionibus, & inueſtituris prior inueſtitura ſit attendenda.
Bald. *in l. vnica. col. pen. C. quando non pet. part. in c. 1. § ſi vero. in
fin. de ſucc. frat. vel de grad. ſucceſſ. & conſ. 82. proponitur quod. vol. 1.
& conſil. 398. ad euidentiam. eod. lib.* Neuizan *conſil. 11. nu. 6.* Me-
noch. *conſil. 1. num. 124. & conſil. 191. colum. 1.* Dec. *conſil. 188.
num. 3. conſil. 193. num. 4. conſil. 390. colum. 3. & conſil. 445. num.
23.* Caſtr. *conſ. 61. videtur dicendum. col. fin.* & Cur. *conſ. 92. in prin.*
Quare d. poſterior inueſtitura nihil opitulatur dictis mu-
lierib. vt per eam comprehenſæ dici debeant, velut inuali-
dam, quoniam tenor priorum inueſtiturarum debet atten-
di; ſed admitti debent, & renouari D. Federicus & Scipio,
deſcendentes D. Ioan. Bartholomæi inueſtiti, ſiue inueſtiri,
velut tranſuerſales D. Hippolyti, iuxta doctrinam Bart. *in l.
1. ff. de priuil. cred.* late Alex. *conſ. 80. ſecundo dub. vol. 1.* Cur. *conſ.
47. col. fin.* Dec. *conſ. 131. col. 2.* Rol. à Vall. *conſ. 3. ad fin. vol. 1. cum
ſimil.* per Gabr. Roman. *de iure emph. concl. 1. n. 16.* qui dicit hoc
eſſe verum, & magis communiter teneri; Ideinq; tenet Ho-
rat. Mandol. *in addit. Roman. conſil. 22.* & ego *conſil. 444. n. 52.*
quinimo plus dici poſſet, dato, non tamen conceſſo, quod
ſub verbo, † *heredibus*, etiam fœminæ continerentur; ſi tamẽ 27
Mantuæ, & in eius ditione eſſet ſtatutum fœminarum ex-
cluſiuum (vt puto) & inueſtitura facta fuiſſet expreſſe pro
maſculis, & fœminis, ſicut intelligi deberet ordine ſucceſſi-
uo primo pro maſculis donec extarent, & in eorum defe-
ctum, pro fœminis, vt per Bart. *in l. vt iuriſiurandi. § ſi liberi. ff.
de oper. lib. & conſ. 60. 1. dub.* Decia. *reſp. 30. n. 40. vol. 3.* pariter vbi
tacite fœminæ includerentur; vt quando de heredib. ſim-
pliciter fuit dictum: quia † tacitum non debet operari plus 28
expreſſo. *l. cum quid. vbi not. ff. ſi cert. petat.* imo vero minus
ſolet operari, Bar. *in l. fin. ff. de leg. 2.* Bald. *in l. hum. num. col. pen.
C. de leg. cum ſimil.* per Dec. *reſponſ. 73. nu. 25. vol. 2.* quare in o-
mnem eaſum ſuccumbere debent dictæ mulieres.

Et hanc partem tenendo ceſſant contraria; nam quo ad
primum, de verbo, *heredibus*, communi ad mares, & fœ-
minas reſpondetur † in hac materia emphyteuſis eccle- 29
ſiaſticæ,

ſiaſticæ, repugnare, quod mulieres ſint de perſonis prohi-
30 bitis ad ſuccedendum in ea, vnde † diſpoſitio porrigi non
debet ad perſonas prohibitas. *d. l. vt gradatim. §. ſed ſi. ff. de
mun. & hon.* Item, quod reſtrictum fuit dictum verbum, *he-
redibus*, per ſequentia, vt ſecundo loco dixi: nam quando
31 verbo † generali aduciuntur aliqua verba ſpecialia, reſtrin-
gitur ſignificatio d. verbi generalis, vt docet Bar. *in l. ſed ſi ad-
ucatur. ff. pro ſoc.* Goz. *conſ. 60. col. fin.* Rube. *conſil. 50. colum. pen.*
32 Pariſ. *conſil. 102. num. 12. vol. 1. cum ſimil.* & *ad §. † emphyteuſim.
ſuperius allegatum.* reſpondetur, quod loquitur, quando de
vtriſq; facta fuit mentio, ſcil. maſculis & fœminis, vt tradit
Imol. *c. potius in fin. de loc.* & Alex. *in l. adoptiuum. §. liberos. ff. de
in ius voc.* alias ſecus; vltra quod obſtant aliæ rationes ſupe-
rius adductæ, quominus ſub illo verbo, *heredibus*, venire de-
beant mulieres, quas non repeto breuitatis cauſa, ſecundũ
quoque contrarium ceſſat ex dictis ſupra, quod poſteriores
inueſtituræ non debent attendi, quæ alterant cõceſſionem;
ſed priores, & earum tenores. Quo vero ad tertium, dili-
gentius eſt conſiderandum; nam cum D. Iul. Palmerius, qui
ſuo nomine, & Capitanei Andreæ Soragni dedit licentiam
D. Hippolyto relinquendi de dictis bonis Abbatiæ dictis
mulieribus, & inſtituendi dominos Scipionem, & Federi-
cum, dixerit ſe eam licentiam dare vigore auctoritatis, ſibi
33 conceſſæ, tam in ſcriptis, quam oretenus; & † tamen neu-
trum probatur: non eſt credendum eius aſſertioni de tali
auctoritate & poteſtate, vt per Cyn. & Bald. *in l. fin. C. de ex-
hib. reo. & in l. 1 §. cura carum. ff. de offic. præfect. vrbis.* per omnes
in l. ſciendum. ff. de verb. obl. cum ſimil. per Curt. *conſil. 16. col. 3. &*
34 *per* Dec. *conſ. 288. in fin.* idque comprobatur: nam † quando
quis non poteſt libere actum facere, nõ ſtatur eius aſſertio-
ni, vt ex plurib. cumulatis ponit Dec. *in l. ſi donatione. num. 18.*
35 *C. de collat.* & † quando quis ſe idoneum facit ad aliquid, ad
quod non erat, non ſtatur eius dicto. Bart. *in l. decem. col. 2. ff.
de verb. obl.* Alex. *conſil. 64. col. fin. vol. 1.* Aret. *conſil. 50. in fin.* Cur.
conſil. 55. num. 9. & Marſ. *in pract. crimin. §. diligenter num. 84. in
fin.* ſecundo dixit ille Palmerius ſe dediſſe licentiam ſuo no-
mine, & Soragni; nec tamen apparet, habuiſſe vices, nec
36 mandatum ab eo, ad peragendum, nec † mandatum præſu-
mitur, de quo opponitur, vt per Roman. & Alex. *in l. ſciendũ.
ff. de verb. obl.* Fel. *in c. ſicut. num. 33. de re iud.* & Decian. *reſp. 121.
n. 11. vol. 3.* quod peius eſt, poſito quod habuiſſet auctorita-
tem prædictam relinquendi dictis mulieribus, & inſtituen-
di dictos fratres, tamen D. Hippolytus non fuit vſus licen-
tia ſibi data, niſi reſpectu inſtitutionis dictorum fratrum,
reſpectu vero relictorum dictis mulieribus, nihil de dicta
licentia locutus fuit; ergo ſequitur quod eo reſpectu non
37 fuit vſus dicta licentia; † caſus enim, de quo teſtator nihil
prouidit, & qui præter ordinationem teſtatoris contigit,
vt iſte, de licentia prætermiſſa, non comprehenditur in diſ-
poſitione, dato quod maior eſſet ratio in vno caſu, quam in
alio, Auch. *conſil. 356.* Dec. *conſil. 218. num. 11. conſil. 291. num. 7.*
Bello. *conſil. 41. num. 4. & 5.* poſt Cyn. *in l. quod fauore. C. de leg.*
& ego *conſil. 291. num. 59.* & licet in hoc parua cura ſit adhi-
38 benda, quia † poteſt emphyteuta rem emphyteuticam in
dotem dare filiæ ſine conſenſu domini, vt voluit Speculat.
in tit. de locato. verſ. 109. §. tamen aliqua. & idem tenet Hoſtien.
in ſumma. de locato. §. fin. verſ. numquid ergo. Alberic. Faber, &
Salyc. *in l. 3. C. de iure emph.* quos refert, & ſequitur Iaſ. *num.*
39 *107. & 108.* Tamen † aut dici debet, quod id procedat in
emphyteuſi laicali, vel ſi quoque eccleſiæ, quod referat, il-
lud in ea re conſtitutum eſſe, quod filiæ quidem relinqui
poſſit, dummodo emphyteuſis eodẽ iure ſit penes filiam,
quo erat penes patrem, vt quibus caſibus fuiſſet finita pe-
nes patrem, finiatur etiã penes filiam. Quare cum D. Hip-
polytus in teſtamento moriturus breui, reliquerit filiabus
dictas res Abbatiæ pro dote, eo quam primum poſtea mor-
tuo, ſopita fuit emphyteuſis penes dictas filias, ſicut penes
ipſum D. Hippolytum morientem fuiſſet finita; & ideo
nihil eis proficere debent. *arg. l. qui ſic. ff. de ſolut. cum vulgarib.*
Præterea dato millies, quod dicti conductores habuiſſent
licentiam à domino directo, & auctoritatem, concedendi
licentiam d. D. Hippolyt. teſtandi de bonis Abbatiæ; non
tamen potuiſſet præiudicari dom. Scipioni, & Feder. qui ex

forma inueſtituræ debebant ſuccedere. *c. 1. de alien. feud. pa.
& c. 1. de ſucceſſ. feud.* Iaſ. *conſil. 64. colum. 2. verſ. nec obſtat. vol. 3.*
Circa vero quartum & vltimum contrarium, ſtante, quod
dictæ mulieres fuerint inhabiles, & perſonę prohibitæ con-
ſequi dictas res emphyteuticas, fruſtra de proximitate tra-
ctandum venit, quia † perſonis incapacib. legari non po- 40
teſt. *§. legari. Inſtit. de leg.* & ita ceſſant ſingula fundamenta,
quare dicendum eſt, dictas res dictis mulieribus relictas, v-
ti caducas, ad heredes pertinere. *l. vnica. §. & cum triplici. C.
de caduc. tollen.* vbi † caducum appellat Imperator, quando 41
quod relictum eſt, mortuo teſtatore, deficiebat; puta quia
legatarius repudiabat, vel moriebatur, dicit Glo. vel (vt ad-
di poteſt) erat inhabilis & incapax rei legatæ, vt in caſu no-
ſtro: heredes autem, ad quos pertinere debent dictæ res ec-
cleſiaſticæ, ſunt D. Scipio, & Federicus fratres inſtituti à D.
Hippolyt. quia deſcendunt à dom. Io. Bartholomæo, inue-
ſtito pro ſe, & † heredibus ſuis: nam huiuſmodi verba in- 42
telliguntur, pro deſcendentib. vt per Cuman, *conſil. 57. num.
1. & ſeq.* qui dicit † eſſe communem opin. ſicut & Goz. *conſ.* 43
39. num. 6. Alex. *conſil. 56. num. 3. vol. 2. & conſil. 83. num. 1. volum. 7.*
Soc. iun. *conſil. 11. num. 1. vol. 3.* Bologn. *conſ. 84. in 1. dub. cum ſim.*
ample relatis per Clarum *in § emphyteuſis. q. 28. verſ. tertius eſt
caſus.* & in ſpecie Bero. *q. 117. ſuarum familiarium.* qui pari-
ter inquit, ita ſe habere † commun. opin. loquens in em- 44
phyteuſi eccleſiæ; & cum prædictis etiam concordat, & te-
net Ceph. *conſ. 400. col. 3 ſub num. 5.* vnde patet, quod ipſi D.
Scipio, & Feder. non indiguerunt aliqua licentia danda D.
Hippolyt. teſtandi de dictis bonis ad eorum fauorem, cum
id facere poſſet, velut eis comprehenſis in inueſtituris anti-
quis, & ſic iam data fuiſſet licentia id peragendi per conceſ-
ſores eorum; tantoque magis, quia cum proximiores eſſent
D. Hippol. potuit in eos alienare per teſtamẽtum d. res em-
phyteuticas ſucceſſuras in eos ab inteſtato; cum iſta fuerit
potius refutatio quam alienatio, vt in feudo eſt text. *in c. 1. in
ver. inter agnatos.* & ibi Bald. *de alien. feud. pa.* Bald. & Alberic.
in l. voluntas. C. de fideic. Bar. & alii *in l. cum hi. §. ſi vnus. ff. de tranſ.
& conſil. 58. ex themate. cum ſimil.* per Iaſ. *conſil. 64. num. 3. vol. 3.*
quod ſi dicatur, hinc inæqualitatem ſequi inter dictas mu-
lieres: nam D. Lauræ relicta fuerunt bona libera territorii
Ferrarienſis, vt poſſeſſio Verraticæ, pro maiori parte dotis
ſuæ: D. vero Caſſandræ tantum bona iuris d. Abbatiæ, cum
lex † patri ſuadeat æqualitatem inter filios ſeruari. *l. vt libe-* 45
ris. C. de collat. reſponderim hoc imputandum eſſe teſtato-
ri, qui ſciuit, aut ſcire debuit, ſe ſic diſponere non poſſe. *l.
cum te. ff. ſi cert. pet.* nec † per hoc heredes ſui tenentur eius 46
voluntatem adimplere iux. *l. cum à matre. C. de rei ven.* plurib.
rationib. prima, † ſi hereditatem adiuerunt cum beneficio 47
legis, & inuentarii: poſſunt enim retinere d. bona Abbatiæ
d. mulierib. relicta, licet nihil de bonis liberis in hereditate
remaneat; vt per Andr. Iſern. & Aluar. *in c. 1. col. pen. verſ. item
Abb. an agna. vel fil.* ſequitur Dec. *conſil. 185. num. 5.* vbi dicunt,
quod † ſi filius adiuit hereditatem cum benefic. legis, & 48
inuentarii, retinebit feudum liberum, dato quod nihil re-
maneat in hereditate, releuantur enim † heredes cõficien- 49
do inuentarium: quia tunc vltra vires hereditarias non ob-
ligantur. *l. fin. §. in computatione. C. de iure delib.* & cum prædi-
ctis etiam concordat Pariſ. *conſil. 33. vol. 1.* & Gram. *deciſ. 93. n.
10.* quod ſi procedit in feudo, procedere quoque debet in
emphyteuſi; quia † valet argumẽtum de feudo ad emphy- 50
teuſim, vbi non reperitur contrarium deciſum. Bart. *in l. ſi
mihi, & Titio. ff. de verb. obl. cum ſim.* per Alex. *conſ. 5. vol. 5. & in l.
diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. mat.* Curt. *conſ. 28.* Iaſ. *in l. 1. col. 10. C. de
iure emphyt.* & Dnicus Mar. Brun. ab Anguill. *conſ. 100. n. 24.*
Sicque communiter † teneri dicit Soc. iun. *conſ. 72. n. 57. vol. 2.* 51
Secunda ratione non procedit in caſu noſtro *lex, cum à ma-
tre.* quia duntaxat illa procedit in alienatione valida, in qua
tenetur heres obſeruare geſta per defunctum, at ſecus in a-
lienatione inualida, prout in caſu noſtro, † patet non po- 52
teſt dare emphyteuſim in dotem filiæ, niſi quatenus dura-
tura ſit penes eum, & ſic in vita ſua, & non vltra, *vt dixi ſupr.*
poſt Specul. *in §. nunc aliqua. ver. 109. de locato. cum cæteris alleg.*
nam tali caſu non procedit *d. lex. cum à matre.* vt inquit And.
Iſern. *in c. Imper. de prohib. feud. alien. per Fed. & in c. 1. §. alienare.*

Digitized by Google

qual. olim fund. pot. alien. Soc. *conſil. 79. vol. 3.* Compoſt. *in c. cauſam quæ. de reſcr.* & Grat. *in d. deciſ. 93. n. 8.* Tertia quoq; ratione non procedit *d. lex cum à matre.* quando heres non habet à defuncto illud, q à defuncto ſibi relinqui neceſſe erat, vt declarat, & limitat Bart. *in l. 2. circa fin. C. de inoff. don.* ſequitur Iaſ. *conſil. 168. col. fin. vol. 4.* & idem Abb. quem ſequitur D. Saluſtius inter conſ. Caſtr. *conſil. 197. vol. 2.* Gramm. *in d. deciſ. 93. n. 11.* & Natta *conſil. 490. n. 17.* Vnde pluribus modis ſe tueri poſſunt heredes prædicti pro conſequendis dictis bonis Abbatiæ. *Hippolyt. Riminaldus Ferrariæ.*

Pro Magnifica D. Lucretia de Abbatibus.

ARG. De filia agente Saluiano interdicto, ratione dotis maternæ contra bona patris pro dote materna hypothecatis, ab alio poſſeſſis, & ſitis in loco, in quo ſtatuto prohibentur bona immobilia ibi ſita, in perſonas extraneas alienari, an per tale ſtatutũ ab actione repelli poſſit. Et an prohibita alienatione, etiam oppignoratio prohibita cenſeatur. Item an tale ſtatutum valeat, & ad teſtamenta, & heredum inſtitutiones etiam porrigatur. Item an matri, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, debeatur legitima, ex bonis filii primi matrimonii.

SVMMARIVM.

1 *Nemo dat, quod non habet.*
2 *Statuta prohibentia alienationem fieri in forenſem, valent. nu. 3.*
4 *Interdictum Saluianum cui competat, & contra quem. n. 5.*
6 *Inſtrumentum pro veritate habetur, nec indiget diſceptatione fori.*
7 *Dominium probatur ex poſſeſſione, & quando.*
8 *Aſſerenti pro ſe quid, vel ſcribenti, regulariter non creditur.*
9 *Obligatio generalis omnium bonorum in inſtrumento facta, operatur hypothecam quorumcunq; bonorum, vbique ſitorum.*
10 *Et perſonalis obligatio contracta reſpectu rerum, competit contra quemcunque poſſeſſorem.*
11 *Proclama factum in loco, non ligat forenſes & alibi habitantes.*
12 *Natura legis, vel ſtatuti eſt, dare formam futuris. n. 13.*
14 *Obligatio bonorum, an prohibita cenſeatur, prohibita alienatione.*
15 *Intellectus l. fin. C. de reb. alien. non alien.*
16 *Sponſalia intelliguntur prohibita, nuptiis prohibitis.*
17 *Statuta, Decreta, aut proclamata prohibentia alienationem in forenſes, locum non habent, quando fieret alienatio à non ſubdito in non ſubditum.*
18 *Item non habent locum aduerſus filios, aut filias in hereditate parentum.*
19 *Et procedit tale ſtatutum, quando inſtituitur heres extraneus, non quando legitimus, & maxime filius. n. 20. 21.*
22 *Statutum prohibens alienationem in forenſem, non habet locum in alienatione conditionali.*
23 *Conditio proprie dicitur, quæ pendet à futuro.*
24 *In dubio contra fiſcum iudicandum.*
25 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, an poſſit petere ſupplementum legitimæ in bonis filii. n. 26. 27. 35. 36. 37. 38.*
27 *Filii ſecundi matrimonii nihil petere poſſunt ex perſona matris, ſuper bonis primi viri.*
28 *Legitima æque debetur matri in bonis filii vel eius ſupplementum, ſicut filio debetur in bonis patris, aut matris & n. 29. 31.*
30 *In parentibus requiritur tot. ẽnſideratione, ſicut in liberis.*
32 *Et eſt hodie aucta legitima parentum, ſicut legitima liberorum. num. 33.*
34 *Ius petendi legitimam, vel ſupplementum, eſt tranſmiſſibile ad filiam.*
40 *Prouiſio legis non facit ceſſare prouiſionem hominis ordinariam.*
41 *Animus ex effectu & verbis cognoſcitur.*
42 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
43 *Teſtatores ſolent ſæpe ex variis cauſis vlteriores præferre proximioribus.*
44 *Intellectus § hoc nos. in auth. de nupt.*
45 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſibi non præiudicat in legitima filiorum, ſed ſecus ex conſenſu eorum.*
46 *Et ſufficit conſenſus etiam tacitus.*
47 *Dominium non poteſt opponere exceptionem aduerſus ſucceſſores eius, qui cecidit à iure ſuo, ſi eo viuente non fuerit deducta contra eum. num. 48.*
49 *Iniuria perſonalis non tranſmittitur ad heredem, niſi lite conteſtata.*
50 *Filiis primi matrimonii defunctis, pœna ſecundarum nuptiarum contra matrem ceſſant. n. 51. 52. & 53.*

CONSIL. DCCLXV.

MAgnifica D. Lucretia de Abbatibus, nunc nurus Illuſtris, & multum magnifici dom. Hieronymi Giraldi, Factoris Generalis Sereniſſimi domini Alphonſi II. Eſtenſis Ducis Ferrariæ, petit ab Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo dom. Alphonſo Eſtenſe, Marchione Monticuli, vel ab eius camera fiſcali ſibi relaxari poſſeſſionem quarundam terrarum, ſitarum in territorio Monticuli, quæ fuerunt olim D. Cæſaris Salardi, mariti dom. Hippolytæ de Cignis, matris ipſius dom. Lucretiæ, & pro dotibus ſuis ſcutorum bis mille hypothecatæ, detineodam, donec ei dictæ matris heredi fuerit ſatisfactũ de d. dotibus, damnis, intereſſe, & expenſis: cui petitioni, cum quædam per Agentes dictæ Cameræ fiſcalis, opponantur, ea prius referam, deinde, fundata intentione dictæ dominæ, ea ſigillatim, prout iuris erit, refellam: In primis igitur opponitur, quod dom. Cæſar Salardus dictas dotes non habuit, vt ex eius teſtamento colligitur, in quo mandat dom. Hippolytæ eius vxori, vt exigat integras dotes ſuas à dom. Giberto Cigno eius fratre; propterea non conuenit, vt ſatisfiat dom. Lucretiæ filiæ dictæ Hippolytæ ex bonis dicti Cæſaris, pro dote, quam ille non habuit: † nemo namque dat, quod non habet. *l. filius. C. de donat. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* Secundo, quatenus in eius bonis dicta dos eſſet exigenda, dicitur exigi debere in bonis eius alibi ſitis, non autem in territorio Monticuli, de quibus agitur; quoniam cum pro reſtitutione dotis dictorum ſcutorum bis mille, dictus Cæſar obligauerit omnia bona ſua, dicitur eorum alienationem feciſſe, cum de primo veniatur ad ſecundum. *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* vnde factus fuit locus ꝓclamati dicti D. Marchionis; quod tertio loco vehementer opponunt Agentes Excellentiæ ſuæ; id enim prohibet alienari bona immobilia, ſita in territorio Monticuli, etiam ex cauſa dotis, in aliquam perſonam non ſubiectã immediate ſuæ Excellentię, vel † forenſem, ibi nõ habitantem, aut in ſuo territorio, & non ſuſtinentem onera realia, & perſonalia in Communitate d. Monticuli, talesq; perſonas penitus incapaces, & inhabiles reddit dictorum bonorum, eaque vult confiſcari, & incorporari Cameræ prędicti D. Marchionis, de cuius proclamatis validitate, ſicut ſimilis ſtatuti, non videtur dubitãdum: valent enim huiuſmodi ſtatuta, prohibentia alienationem fieri in forenſem, vt tradit Bart. *in l. dudum. C. de contrah. empt. & in l. ſi in emptione. § omnium. ff. eo. cum ſimil.* per Alex. *conſil. 103. viſis ſcripturis. col. 2. vol. 2.* Dec. *conſ. 661. col. 1.* Barb. *in rubr. de reb. eccleſ. non alien. col. 2.* dom. meus Rimin. *conſil. 499. num. 2.* quæ † ſententia communis eſt, vt poſt Bar. teſtatur Iaſ. *in l. filiusfam. § diui. n. 106. lect. 2.* Ripa *num. 79.* Ferdinand. Loaz. & Crot. *num. 75. ff. de leg. 1.* 2 3

Licet hæc adducantur aduerſus dictam D. Lucretiam; probabilior tamen eſt intentio eius, ſic vt obtinere debeat in præſenti remedio vtilis † Saluiani Interdicti quod intentatum fuit ad eius fauorem, per Clarum Iuriſpentum, cuicunq; famulum dom. Ioan. Franciſcum Gratum; id enim competit cuicunque creditori, habenti bona ſui debitoris ex quauis cauſa obligata, vel expreſſe, vel tacite, vt tradit Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de Saluia. inter. in illis verb. &* etiam cuilibet *creditori. & in l. 1. q. 1. C. eo. ibi, & creditori.* Angel. Aret. *in § item Seruiana n. 9. Inſt. de act.* & Alex. *conſ. 185. num. 4. vol. 6.* quos plenius deducit Menoch. *in 3. remed. adipiſcend. poſſeſſ. num. 18.* competitque † contra tertium poſſeſſorem, qualis eſt Camera fiſcalis Illuſtriſſimi dom. Marchionis Monticuli, vt tradunt gloſſ. & cæteri, *in d. l. 1. ff. & C. de Saluian. interdict.* Neguſ. *in tractat. de pignor. part. 2. memb. 4. num. 133.* Balduin. *in § interdum. Inſt. de interd. & in Commentariis de pignor. c. 14. col. 2. cum ſimil.* per eundem Menoch. *loco citato. q. 7.* De conſtitutione vero dotis ſcutorum bis mille, facta dom. Cæſari Salardo, de anno 1558. & de obligatione omnium bonorum ſuorum pro eius reſtitutione, conſtat ex inſtrumento tunc confecto, † cui ſtandum eſt; quia pro veritate habetur, nec indiget diſceptatione fori. Bart. *in l. Imperator. col. 1. ff. de ſtat. hom. lect. 1.* Iaſ. *in l. iurigen. § quod fere. ſecundo notab. ff. de pact.* & ego *conſil. 32. num. 109.* latius inſiſtens circa vim, 4 5 6

& pro-

& probationem inſtrumenti. Quod vero dictus Cæſar habuerit vnam poſſeſſionem in territorio Monticuli, eamque poſſederit, ſubindeque dom. Alfonſus eius filius, & in eorum hereditate remanſerit, deponunt plures teſtes in proceſſu, ad quos me remitto, vltra confeſſionem partis. Et
7 cum hic † principaliter tantum agatur de poſſeſſione, dominium, quod venit incidenter, probatur ex ea l. 1. ff. famil. hercis. gloſſ. & Doct. in l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit. cum ſimilib. per Iaſ. in l. ſi prius num. 19. ff. de oper. nou. nunciat. demum quod dom. Hippolyta fuerit vxor dicti Cæſaris, & ex ea nata fuerit dom. Lucretia, licet ex ſecundo matrimonio, pariter conſtat ex proceſſu, vbi videndum eſt. Sola ſupereſt ergo difficultas in tollendis obiectis ſupra relatis: quod igitur pertinet ad primum, quo dicitur, Cæſarem dotes promiſſas non habuiſſe, conſtat inprimis ex inſtrumento conſtitutionis dotis, dom. Petrum de Cignis ei, ſeu matri ſuæ curatrici, numeraſſe duc. 500. auri in auro, & de reſiduo computatos fuiſſe affictus quarundam poſſeſſionum locatarum dicto Cæſari per dom. Gibertum Cignum, de quibus in inſtrumento rogato per dom. Auguſtinum Florenum de Arecto, de anno 1561. 21. Iul. & de patientia ſibi præſtita vtendi per tempus locationis ſex annorum deponunt plures teſtes, & ex confeſſione dom. procuratoris Muſchæ, pro d. Camera reſpondendo capitulis, ſiue, vt vocant, interrogatorijs, apparet curſum nummorum aſcendiſſe ad ſummam reſidui dotis, vnde conuincitur, quod mandauit Cæſar in teſtamento dom. Hippolytæ, vt exigeret integras dotes,
8 quaſi ille eas non habuiſſet, vltra † quod alicui pro ſe quid aſſerenti vel ſcribenti regulariter non creditur, vt tradunt ſcribentes in l. 1. Cod. de edend. & latius in l. admonendi. ff. de iureiurand. Ad ſecundum, quod dos exigi debeat in bonis dicti Cæſaris alibi ſitis, non in iſtis Monticuli, breuiter reſpon-
9 detur, quod † cum ille generaliter & indifferenter obligauerit omnia bona ſua, vt in clauſula inſtrumenti cæterata, ſi extendatur: ſequitur, quod hypotheca complecti debeat quæcunque bona vbique ſita dicti Cæſaris, cum omnia, quæ in bonis noſtris ſunt, obligari poſſint, l. qua prædium. ſi alien. res pignor. l. qui filios. C. quæ res pignor. oblig. ar. poſſ. l. ſi quis. §. vſusfructus. ff. de pignor. quas ad hoc citat Surdus conſil. 4. num.
10 19. amplians, vt per eum. Et † obligatio, licet perſonalis, contracta reſpectu rerum, competit contra quemcunque poſſeſſorem, l. ſi ipſa. & l. metum. §. fin. ff. quod metus cauſa. c. cum contra. de pignor. & voluit Bald. in l. 2. q. 1. Cod. de reſc. vend. Decian. reſponſ. 91. numer. 166. volumin. 1. Circa tertium, de proclamate Monticuli, diligentius eſt aduertendum, quia ſuper eo plura dicam pro dom. Lucretia, quibus apparebit illud
11 ei non obſtare: igitur inprimis dico, quod illud fuit † publicatum Monticuli, vbi dom. Cæſar non habitabat, ſed Regij, vbi natus fuerat, vt aliqui teſtes dicunt; & inſuper ex inſtrumento ſponſaliorum colligitur, facto in ciuitate Regij, cum eo & matre ſua ibidem habitante, ideo non ligat dictum Cæſarem, nec dom. Hippolytam eius vxorem, nec iſtam dom. Lucretiam, vel Regij, vel Carpi habitantes, vt tradit Alexand. conſil. 73. numer. 8. & conſil. 181. numer. 12. volumin. 6. Plotus abunde in leg. ſi quando. numer. 858. Cod. vnde vi. quos adducit Bertazolius noſter conſilio 134. numero 7. libr. 1. criminalium. quibus addo Pariſium conſilio 171. numero quinto, volumine quarto. quæ concluſio bene fundatur in ignorantia alibi habitantium, qua ſtante, ligari non debent, vt per eos.

Secundo dico, quod dictum proclama publicatum fuit de anno 1567. at conſtitutio dotis, & obligatio bonorum pro ea reſtituenda fuit de anno 1558. & ſic ante per annos 9.
12 Vnde quia † natura legum, vel ſtatutorum, ſeu proclamatum eſt dare formam futuris, l. leges. & ibi Doctores. C. de legib. cap. 2. & cap. fin. de conſtit. dici non debet, hoc proclama in præteritum operari poſſe, vel debere: imo clare conſtat, quod dictum proclama de futuris alienationibus voluit prouidere, dicens: Et ſe ſerà alcuno, che contrafacia alla preſente determinatione. Id eſt: Et ſi quis erit, qui contrauenerit præſenti
13 determinationi. id enim † arguit verbum ſerà, id eſt, erit, futuri temporis, quod regulariter præſens non comprehendit, l. verbum erit. ff. de verb. ſign. & ibi Alciat. & Rebuff. Menoch. conſ. 97. n. 68. & ego conſ. 51. nu. 10. multò minus debet præteritum complecti, futuro contrarium.

Tertio ſubtilius quoque conſidero, quod in conſtitutione dotis nullam video fuiſſe factam alienationem bonorum per dictum Cæſarem, vel alios eius nomine, ſed obligata fuiſſe tantum bona in caſu reſtitutionis dotis, † & li- 14
cet per obligationem bonorum deueniri poſſit ad alienationem, vnde prohibita alienatione deberet etiam prohiberi obligatio, velut eius præambulum, † d. l. fin. C. de reb. alien. non 15
alien. tamen illa lex locum non habet in ſtatuto pœnali, prout ſignanter notat ibi. Bal. & poſt eum Cor. conſ. 193. n. 4. vol. 1. prout etiam videmus in l. Horatio ff. de ſponſ. † vbi prohi- 16
bitis nuptijs intelliguntur prohibita ſponſalia, per quæ deuenitur ad nuptias: nam & ea regula locum non habet in materia pœnali, ſecundum Alex. conſ. 194. in fin. vol. 2. & Cor. conſ. 147. nu. 23. vol. 1. at iſtud proclama ſine dubio pœnale eſt, cum bona alienata confiſcari velit, & incorporari Cameræ D. Marchionis. Ergo non debet verificari, nec habere locum in obligatione bonorum, de qua tantum hic agitur.

Quarto poſito ſine præiudicio veritatis, quod hic ageretur de alienatione bonorum; quod tamen negatur; cum tamen facta diceretur per D. Cæſarem D. Hippolytæ, qui ambo erant Regienſes, & ſic non ſubditi Illuſtriſſimo domin. Marchioni, ſequitur, quod fieri potuiſſet allegata alienatio, non obſtante dicto proclamate, quia † huiuſmodi 17
ſtatuta, decreta vel proclamata locum non habent in alienatione bonorum facta à non ſubdito in non ſubditum, vt per Ceph conſ. 161. col. 2. Rip. lib. 1. reſpon. c. 2. num. 2. Plot. conſil. 108. num. 17. lib. 1. crimin. Burſat. conſ. 8. num. 27. & ego conſil. 50. num. 56.

Quinto quoque pulchre conſidero, quod dom. Lucretia eſt filia dom. Hippolytæ, quæ intendit matri ſuæ ſuccedere in dote ſua: at † huiuſcemodi ſtatuta, decreta vel pro- 18
clamata prohibentia alienationem in forenſes, locum non habent aduerſus filios aut filias in hereditate parentum, vt in decretis Parmæ voluit Cephal. conſil. 13. numer. 27. in ſtatuto Piſauri Corn. conſil. 111. ad fin. volum. 3. in ſtatuto Ferrariæ, patriæ meæ, Socin. iun. conſil. 18. numer. 35. volum. 3 in ſtatuto Laudæ Alciat. reſp. 53. num. 7. Bertachin. in verbo. forenſis etiam filia. & in decreto Mediolani Plot. in alleg. conſil. 108. num. 75. ſicut & Cephal. conſil. 161. numer. 16. quos omnes ego ſecutus fui conſil. 15. per plures col. vbi præ cæteris motus fui ratione ſatis efficaci Cornei, in dict. conſil. 111. ad fin. dicentis, quod † ſtatutum prohibens alienationem in forenſem 19
procedit, quando inſtituitur heres extraneus, non autem quando legitimus, & potiſſime filius, cui hereditas matris videtur quaſi debita, l. ſi emancipata. iunct. gloſ. C. de iur. & fact. ignor. † & ſi non ſuccederet, cenſeretur quodammodo de- 20
bitum perdere, & damnum pati, non lucrum amittere, l. fin. C. de codic. Et hanc deciſionem à tot præclaris Doctoribus confirmatam ſæpius ego quoque conſulendo ſecutus fui, nedum in d. conſil. 15. ſed etiam conſil. 256. num. 34. & conſil. 359. col. 1. licet † reſpectu matris in ſuccedendo filio ſecus ibi di- 21
xerim nu. 74. quod non proſequor, quia non attingit caſum noſtrum, in quo tractamus, quod filia ſuccedat matri, in quo Dd. prædicti loquuntur.

Sexto non prætereo, quod † dictum proclama, ſicut nec 22
ſimile ſtatutum prohibens alienationem fieri in forenſem, locum non habet in alienatione conditionali, quia forenſis pendente conditione poteſt fieri ciuis, l. cætera. in prin. & ibi not. Iaſ. notab. 7. ff. de legat. 1. Ita declarat Rip. in cap. 2. de legib. & long. conſuet. nu. 24. quem ſequitur Plot. in d. conſ. 108. nu. 26. & ego conſ. 56. nu. 41. ſed obligatio bonorum facta per do. Cæſarem vxori ſuæ, per quam prætenditur inducta alienatio, licet male, vt tertio loco dixi, fuit conditionalis, videlicet in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ, quod à futuro pendebat, & euenire poterat, quod dos non veniret reſtituenda, ſi prædecederet vxor cum filio, † quo caſu pro- 23
prie dicitur conditio, quæ pendet à futuro, & ad eſſe, vel non eſſe, l. cum ad præſens. cum ibi not. ff. ſi cer. pet. & ea pẽdente do. Hippolyta poterat fieri ciuis Monticuli; propterea dictum proclama non debet in ea locum habere, ſicque illi du. Lucretia potuit ſuccedere.

Septimo quoque poteſt adiungi eiuſdem proclamatis
exceptio facta de ciuibus Regij, poſſidentibus bona in ter-
ritorio Monticuli, in quos concedit bona transferri poſſe,
etiam ex cauſa dotis in quoſcunque, licet non ſubditos iu-
riſdictioni Monticuli: at D. Cæſar Salardus erat ciuis origi-
narius Regij, vt teſtes dicunt examinati, & ex alijs ſcripturis
aucteuticis apparet in proceſſu productis; ergo præter tot
reſponſiones, quibus euitatur dictum proclama, illud inſu-
per deſeruit dom. Lucretiæ, ſtante quod dom. Cæſar erat
ciuis Regij, & inſuper dom. Hippolyta mater eius: nec
quod ſubdit de licentia dom. Marchionis requiſita, caſum
noſtrum dotis offendit, cum non de illa, ſed de venditione
loquatur, vel alio ſimili, qualis non eſt dos. Vnde tandem
remanet concluſio fauorabilis dom. Lucretiæ in hoc caſu
24 tam claro, † qui quando etiam eſſet dubius, contra fiſcum
deberet iudicari, per regulam *l. non puto. ff. de iure fiſci.* Super-
eſt nunc alius articulus diſcutiendus, quem proponit ipſa
domina Lucretia: nam ex dom. Cæſare Scalardo & D. Hip-
polyta natus eſt D. Alfonſus, qui mortuo patre pariter de-
ceſſit, inſtituta herede matre ſua, in ſcutis decem, herede
vero vniuerſali auia paterna; vnde dom. Lucretia petit ſup-
plementum legitimæ debitæ dom. Hippolytæ matri ſuæ in
bonis dicti Alfonſi illius filij. Quare quæritur, quid in hoc
caſu de iure ſit dicendum, circa quem articulum, licet ego
non videam quicquam dici, quod releuet, tamen vt rem
deguſtaſſe videar, cum hæc dom. Lucretia petat ex perſona
matris, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, ſupplementum legi-
timæ, in bonis dom. Alfonſi filij ſui prædefuncti, periculo-
ſa videtur intentio ſua per conſilium Beroi *38. vol. 2.* & So-
cin. iun. *conſil. 97. vol. 4.* qui caſum noſtrum fere proponunt
de filio, qui nullis extantibus filijs atque fratribus in teſta-
mento matri iure inſtitutionis reliquit octo ſcutos pro le-
gitima, cum expreſſione, quod nihil vltra petere poſſet, pa-
truumque ſuum, vel alium extraneum heredem vniuerſa-
25 lem inſtituit, concluduntque, quod † illi matri denegari
poſſit ſupplementum legitimæ, nec illud ei debeatur, cum
viuente filio tranſiuerit ad ſecundas nuptias; ſed illud tan-
tum petere poſſit, quod ſibi relictum fuit, & non aliter: &
ante ipſos idem tenet Bal. *conſil. 5. & conſ. 314. vol. 4. in nouiſ.*
Io. de Garro. *in auth. ex teſtamento. num. 19. & 22. C. de ſecund.
nup.* demumque Decian. *reſpon. 19. num. 7. vol. 2.* & in eodem
caſu poſt eum Cephal. *conſil. 504. col. 1. & 2.* moti omnes per
tex. *in §. hinc nos. verſ. ſi autem inteſtatm. in auth. de nupt.* Qui-
bus accedit idem Bal. *conſil. 49. volum. 5.* vbi dicit, quod ſi fi-
26 lius † deceſſit teſtatus, & matri reliquit decem iure inſtitu-
tionis, & vetuit, quod non poſſit plus petere, non poteſt illa
agere ad ſupplementum legitimæ; mouetur, quia ea non
ſuccedit ab inteſtato, propter tranſitum ad ſecunda vota, &
ſi aliquid ei relinquitur in teſtamento, ſuccedit vt quilibet
extraneus, vt dicitur *in d. auth. ex teſtamento.* & ſic non tan-
quam mater, igitur ei non debetur legitima. Sed & alia ra-
27 tione Baldus vtitur *in d. conſilio 5.* nam cum † ſecundo nu-
pſerit mater, nullo modo ſuccedit in proprietate, ſed in v-
ſufructu, qui morte matris fuit extinctus, & ideo ſuper bo-
nis, quæ fuerint primi viri, filij ſecundi matrimonij nihil
petere poſſunt ex perſona matris, *d. auth. ex teſtamento. C. de
ſecun. nupt.* Vnde ſic dicendum videtur aduerſus hanc dom.
Lucretiam, filiam dom. Hippolytæ ex ſecundo matrimo-
nio, quod in bonis olim dom. Cæſaris Salardi poſtea per-
uentis ad Alfonſum nihil ipſa petere poſſit.

Iſtis tamen non obſtantibus in eius fauorem deſcendi,
ſicut alias in caſu ſimili conſului pro dom. Magdalena de
Cuſinis *in conſil. 305.* poſt duos Clariſſ. Iuriſconſultos, dom.
Iulium Cæſarem Codeboem, & dom. Bartholomæum
Bertazollum, & prius quam ſententiam fauorabilem dedit Ex-
cellentiſſ. dom. Benedictus Raynaldus, tunc Prætor Muti-
næ, nunc vero Ferrariæ meritiſſimus, quorum ſemitas ſe-
quens libentius hanc opinionem defendi, velut æquiorem,
pietatiq; maternæ magis conſentaneam, motus fui tunc, &
28 nunc quoque moueor, † quoniam legitima ſic matri debe-
tur in bonis filij, vel eius ſupplementum, ſi minus ea fuerit
à filio matri relictum, ſicut filio debetur in bonis patris aut
matris, *l. omnimodo. C. de inoff. teſt.* ibi, *liberis eorum vel alijs per-
ſonis.* iuncta gl. quæ exponit parentibus. Et ibi notat in ſpe-
cie Iaſ. vbi poſtquam dixit, † quod ille, cui minus legitima 29
relictum fuit, debet agere ad ſupplementum, extendit hoc
habere locum non ſolum in liberis, ſed etiam in parenti-
bus, per illam gloſſ. & hoc etiam fuit de mente Baldi *ibidem,*
poſt Iacobum de Belu. *in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt
cum de app. cogn.* dicentis, quod † in parentibus ita requiritur 30
titulus inſtitutionis, ſicut in liberis, vnde ſi parentibus non
eſt relictum iure inſtitutionis, poſſunt dicere teſtamentum
nullum, & etiam venire per contra tabulas, quia *in §. & hæc
quidem. eod. tit.* dicitur idem in liberorum teſtamentis, & in
teſtamentis parentum, & *in §. cæterum.* dicitur: Sola enim eſt
noſtræ Serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam
præteritionis auferre; ex hac igitur æquiparatione mutua
legisque præcepto patet, Baldum ſentire, quod & matri le-
gitima debeatur in bonis filij, & eius ſupplementum minus
ea ſibi relictum, ſicut econtra filio debetur in bonis matris.
Et illam deciſionem Baldi contra Bartolum, qui ſecus vo-
luit in *auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt.* tenent indifferenter Do-
ctores ibi, vt refert Fabius de Chiocis *num. 166.* & † commu- 31
nem teſtatur Salyc. *col. 2. in fin.* Iaſ. *num. 37.* Coraſ. *in l. filium
quem habentem num. 82. C. fam. her.* Gomez Arias *in l. 4. Tauri-
no. num. 9.* quos refert, & late comprobat Vaſquius *in tract. de
ſucceſſ. creation. lib. 2. §. 20. num. 282. ſuper auth. nouiſſima.* addens
inſuper Caſtrenſem *in auth. ex cauſa. num. 11. C. de liber. præt.* &
Suarez *in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt.* & ex dicta æ-
quiparatione ſuccedit alia, quod † legitima parentum eſt 32
hodie aucta, ſicut legitima liberorum, gloſſ. *in l. omnium. ff.
de vſufr. in l. quoniam in prioribus, nunc allegata. & in d. auth. nouiſ-
ſima.* quas ſequuntur Petr. de Bella Pet. Odofred. & Ioan.
Fabr. Cyn. Alber. & Iacob. Butrig. Idemque Iacob. de Are.
Bar. Bal. Salyc. Caſtr. Fulgoſ. & Iaſ. ibi, qui † communem te- 33
ſtatur, ſicut & Vaſquius *num. 283.* ponderans textum *in d. §.
cæterum.* qui dicit: Sola enim eſt noſtræ Serenitatis intentio
iniuriam præteritionis & exheredationis à parentibus & li-
beris amouere. Sicque parentibus non aliter atque liberis
ſuccurſum voluit, vt inquit Vaſquius, & cum prædictis et-
iam concordat dom. meus Marcus Brun. Anguill. *conſ. 19.
num. 117.* Quare dici debet ex prædictis, quod ſicut filij, qui-
bus relictum reperitur minus legitima, poſſunt petere ſup-
plementum legitimæ in bonis parentum, ita & è conuerſo
potuerit dom. Hippolyta illud petere in bonis Alfonſi filij
ſui, † & cum illud non petierit, potuit illud ius petendi ad 34
hanc dom. Lucretiam filiam ſuam tranſmittere, vt per Sa-
lyc. *in l. ſcimus. in prin. C. de inoff. teſt. verſ. quæro. tum gloſſ. 1. cum
ſimil.* per Alex. *conſ. 5. viſo tit. quæſtionis. volum. 2.* Dec. *conſil. 218.*
& Purpur. *conſ. 72. num. 10.* idemque tradit Bal. *in l. 2. q. fin. C. de
lib. præter.* Alexan. *conſ. 54. col. 3. vol. 2.* Iaſ. *in d. l. ſcimus. in prin.*
Soc. *conſil. 92. verſ. circa ſecundam. vol. 1.* & Boer. *deciſ. 250. col. 3.
ſub num. 4.* ſicut & Purpur. *conſil. 396. num. 77.* quare ſatis ex
prædictis iuſtificatur intentio d. dominæ, quæ clarior appa-
rebit, ſublatis contrarijs.

Non obſtat igitur, quod dixi ſuperius, † de tranſitu ad 35
ſecunda vota dom. Hippolytæ, propter quem videtur ex-
cluſa à iure conſequendi ſupplementum prædictum: nam
primo dico, quod Bal. *conſ. 314. Ioanna & Iacoba, vol. 4. in nouis.*
vbi loquens de quadam Angelina filia, quæ fecerat teſta-
mentum, dicit, quod eius ſucceſſio vadit ſecundum teſta-
mentum ſuum, ſalua legitima matri debita, quæ tranſiue-
rat ad ſecundas nuptias. Verum quia ſuperius in contra-
rium citaui eundem Bald. *conſil. 5. vol. 4.* forſan attentari poſ-
ſet, quod aliquando dicebat † Alciat. magni nominis ſui 36
temporis Iuriſconſultus, Baldum nullis in locis ſibi contra-
rium fuiſſe, ſi peritius conſideretur, quod etſi magnum Pa-
radoxum videatur, tamen in dictis duobus conſilijs verifi-
catur: nam *in dicto conſ. 5.* caſum ponit Baldus de quadam
Beneuenuta, quæ ex primo viro tres filios habuit, Ange-
lum, Colam & Iacobutium, deinde ſecundo nupſit, & ex
ſecundo viro habuit duos filios, Iunctam & Orſinam, poſt-
ea mortui ſunt Cola & Iacobutius teſtati, inſtituto Ange-
lo, demum deceſſit dicta Beneuenuta, ſuperſtite Angelo fi-
lio primi matrimonij, & dictis Iuncta & Orſina filijs ſecun-
di matrimonij, poſtea vero deceſſit dictus Angelus, inſtitu-

tis

Digitized by Google

tis quibusdam coniunctis, quo facto ſic ſtante inſurgebant
Iuncta & Orſina petentes legitimam, quam dicebant ma-
tri fuiſſe debitam in bonis Colæ & Iacobutij prædefuncto-
rum; concludit Bal. eos non poſſe eam conſequi: nam cum
37 Beneuenuta † ſecundo nupſerit, nullo modo ſucceſſit in
proprietate, ſed in vſufructu, qui morte matris fuit extin-
ctus; ideo dicta Iuncta & Orſina nihil petere poſſunt, *auth.
ex teſtamento. C. de ſecun. nup.* Ita Baldus ibi, & bene: quia Be-
neuenutæ matri ſuperuixit Angelus filius ſuus ex primo
matrimonio, qui impediebat eam ſuccedere Colæ & Iaco-
butio filijs prædefunctis in proprietate, ſed vſumfructum
tantum habebat, morte ſua poſtmodum extinctum; ſed *in
conſil. 314.* Baldus caſum poſuit in Angelina ſola filia primi
matrimonij, quæ matri prædeceſſit ſine filijs, vnde dicit
Bald. quod mater, quæ ſecundo nupſit, proprietatem per-
diderat in bonis mariti ſui, præmoriente vero dicta Ange-
lina filia recuperat illam proprietatem, *per l. fœmina. in fin. C.
de ſecun. nup.* qui text. de iſta recuperatione non eſt alibi,
eamque recuperat, vt hanc ſuæ infelicitatis conſolationem
conſequatur: patet ergo, quam in diuerſis terminis Baldus
loquatur in dictis duobus conſilijs. Propterea bene con-
cludit Bald. *in d. conſil. 304.* quod ſucceſſio Angelinæ vadit
ſecundum teſtamentum ſuum, ſalua legitima matri debi-
ta, ſicque pariter dici debet in caſu noſtro, illi conformi;
cum do. Alfonſus, filius primi matrimonij dom. Hippoly-
tæ, illi prædeceſſerit, inſtituta auia paterna: teſtamentum
namque ſuum debet procedere, ſalua legitima, vel eius
ſupplemento matri ſuæ debito, licet ſecundo nuptæ. Quo
vero ad aliud conſilium Baldi *49. vol. 5.* per me ſuperius alle-
gatum debet etiam diligenter aduerti: nam loquitur in ter-
minis ſtatuti, quo mater tranſiens ad ſecunda vota caueba-
tur, quod ab inteſtato filio prioris matrimonij non ſucce-
deret; & ob id arguit, quod ſublata cauſa inteſtati non eſt
tractandum de legitima, volens dicere, quod ei non de-
beatur legitima, qui non ſuccedit ab inteſtato, vt not. *in d.
auth. nouiſſima.* & tradit Purpur. *conſ. 100. num. 13.* ſed hoc de
do. Hippolyta Regienſe dici non poteſt, quæ per ſtatutum
Regij, *Qui ſuccedere debeant ab inteſtato, lib. 2. cap. 75.* non ex-
cludebatur, niſi per aſcendentes maſculos, vel per agnatos,
de quorum exiſtentia nihil apparet: ergo ceſſat argumen-
tum Baldi.

Sed vlterius loquitur Bal. in filio, qui matri decem reli-
quit iure inſtitutionis, & voluit, quod non poſſet plus pete-
re, vel habere; quo caſu declarans eum Io. de Garronibus *in*
38 *d. auth. ex teſtamento. ſub nu. 15.* dicit, quod † quando filius ma-
tri reliquit decem, vetando, quod plus petere non poſſit,
per illam prohibitionem dicitur declaraſſe voluntatem
ſuam, quod nolebat matrem ſuam ſuccedere, niſi in illis
decem, & quod non remittebat ei iniuriam ſibi factam per
tranſitum ad ſecunda vota: vnde non mirum, ſi illo caſu in
reſiduo præter decem mater remanet tanquam extranea,
quia omnino excluditur ex expreſſa voluntate filij; ſed ca-
39 ſus † noſter longe differt ab illo Baldi, quoniam do. Alfon-
ſus, filius dom. Hippolytæ, iure inſtitutionis ei reliquit ſcu-
tos 10. auri, in quibus eam inſtituit ſibi heredem, nec adie-
cit clauſulam prædictam: ergo videtur ſe voluiſſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris communis, iuxt. not. per Bart.
& omnes, *in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* quo cauetur, a-
gi poſſe ad ſupplementum legitimæ, *l. omnino. C. de inoff. teſt.*
nec dicatur, quod vocando D. Hippolytam, nunc vxorem
dom. Franciſci de Abbatis, videtur ſcutos 10. reliquiſſe pro-
pter iniuriam conceptam ex ſecundis nuptijs: nam ſcutos
10. reliquit iure inſtitutionis, ne nihil relinquendo dicere-
tur matrem præteriſſe, & illa teſtamentum nullum redde-
ret, *l. filio præterito. & l. inter cætera. ff. de liber. & poſth. & Inſt. de
exher. lib. in prin. cum vulgar.* ſed non inde priuata cenſeri de-
bet do. Hippolyta prouiſione legis ordinaria conſequendi
40 ſupplementum legitimæ, † quia prouiſio hominis non fa-
cit ceſſare prouiſionem legis ordinariam, vt tradit Alex. *in
addit. Bart. in l. prætor. ff. de oper. non. nunt. conſil. 130. col. 2. vol. 4.* &
do. meus Rimin. *conſ. 308. n. 14.* nec quod dixerit, matrem eſ-
ſe nunc vxorem dicti Abbatis, præſumi debet, ipſum fuiſſe
memorem dictæ iniuriæ conceptæ, imo potius contrarium
præſumi debet, honorando matrem & maritum titulo ma-
gnificæ & magnifici; † qualis enim fuerit animus, ex effectu 41
cognoſcitur, vt not. Bar. *in l. ſi concubina. §. res amotæ. ff. rer. a-
mot.* Decian. *reſponſ. 88. numer. 13. volum. 3.* & animus ex loque-
la hominis iudicatur, vt per Dec. *conſil. 305. & in l. ſemper in
ſtipulationibus. ff. de regul. iur.* Cephal. *conſil. 585. numer. 48.* vnde
non honoraſſet eos, ſi iniuriam ad animum ſuum reuocaſ-
ſet. Præterea conſiderandum eſt, quod Alfonſus in actu te-
ſtandi, & corpore languens, protulit illa verba honorifica
circa matrem, & eius maritum; ſignum quod iniuriam de-
poſuerat, ſi quam prius concepiſſet, † cum immemor ſalu- 42
tis æternæ non fuiſſe præſumatur, per mendacium eos ho-
norando, quos latenter odio proſequeretur, quod nequa-
quam dicendum, *l. fin. C. ad l. Iul. repet. c. ſancimus 1. q. 1.* Bal. *con-
ſil. 162. nu. 5. vol. 2. gloſſ. fin. in l. 1. C. de falſ. cauſa adiec. leg.* quam ibi
commendat Bal. & alibi Alex. *conſ. 45. col. 4. vol. 1.* Ang. *conſ. 9.*
& Iaſ. *in l. ſi pecuniam. col. 2. ff. ſi cer. pet.* voluit autem dom. Al-
fonſus forſan præferre do. Lucretiam auiam paternam ſe-
cum in ſecundo gradu, D. Hippolytæ matri ſuæ, ſibi in pri-
mo gradu coniunctæ, in ſucceſſione vniuerſali, cum auia
paterna fuerit de familia Salarda, vt eam appellat, mater
autem nequaquam, ſed de Cignis: ſolent † enim ſæpe te- 43
ſtatores vlteriores præferre proximioribus ex varijs cauſis;
vt tradit Fulg. *conſil. 86. col. 2. in fin. verſic. cæterum.* Crau. *conſ.
98. num. 15.* & Decian. *reſpon. 1. num. 198. vol. 2.* vel quod auia ma-
gis indigeret matre, nupta diuiti & nobili viro Carpenſi.
Poſſem nunc verſari circa † intellectum §. *hinc nos. in auth.* 44
de nupt. de quo latius inſiſtunt Bero. *in dict. conſil. 38. volum. 2.*
& Socin. iun. *conſil. 97. volum. 4.* Sed quoniam ego latiſſime
de hoc dixi *in d. conſil. 305.* eorum dicta confutando ad ibi
per me dicta lectorem delego breuitatis cauſa: ſed vlterius
repetam, quæ ibidem dixi *num. 24. cum ſequentib.* tranſitum
ad ſecundas † nuptias matri non obeſſe in ſucceſſione fi- 45
liorum, quando de conſenſu filiorum ſecundo nupſit, vt
eſt gloſſ. notab. *in §. cum igitur. in ver. ſiue vir. in auth. de nupt.
vel, vt alij dicunt, in auth. de non elig. ſecundo nubentes. §. 1. in ver.
copulantur.* & ibi Ang. *col. 2. ver. & prædicta vera. & in conſ. 396.*
alijque, quos allegaui; longeque plures cumulat Menoch.
conſil. 155. num. 13. qui ſubiungit, vt ego dixi *in allegat. meo con-
ſil.* † ſufficere conſenſum tacitum, velut quod dum vixit fi- 46
lius nil dixit, nec conqueſtus eſt de ſecundis nuptijs matris,
vt voluit Bald. *in auth. ex teſtamento. col. pen. C. de ſecund. nupt.*
Dec. *in rubr. C. eod. col. fin. conſil. 206. col. 2.* Pariſ. *conſ. 20. num. 82.
vol. 4.* Grat. *reſpon. 83. in fin. volum. 2.* Boer. *deciſ. 185. nu. 20.* Rol. à
Vall. *conſil. 81. numer. 8. & 9. volum. 3. cum ſimilib.* per me & Me-
noch. cumulatis. Vnde cum D. Alfonſus, dum vixit, non
fuit conqueſtus de ſecundis nuptijs, imo forte fuit illis præ-
ſens, & illas ſciuit, vt manifeſtas, merito dicitur illis conſen-
ſiſſe, & iniuriam remiſiſſe, ſicq; pœnis ſecundo nubentium
locus eſſe non poteſt: vt enim declarat Io. de Garro. *in d. au-
then. ex teſtamento. num. 49.* in puncto quo defertur hereditas
matri, ſcilicet immediate poſt mortem filij, matrem non
inuenit obicem vel obſtaculum; vnde ſuccedit, excluſis a-
lijs remotioribus in totum, ſi filius inteſtatus deceſſit, vel in
legitima; vel eius ſupplemento, ſi fuit teſtatus, vt in caſu no-
ſtro, & de quo dixi *in d. conſil. num. 34.* vbi concluſi hoc etiam
ſolidiſſimum fundamentum, cui non bene reſpondet Soc.
iun. *conſ. 71. col. fin. volum. 1.* vt ibidem deduxi *numer. 35. cum ſe-
quentibus.* quæ cum videri poſſint, omitto: addo tamen a-
liud, quod cum dom. Alfonſus non fuerit in vita conque-
ſtus de ſecundis nuptijs, nec etiam dum vixit do. Hippoly-
ta, ſucceſſores dictorum bonorum, velut illa auia paterna
ab eo inſtituta, vel Camera D. Marchionis, in caſu noſtro,
nihil dicere poſſunt, vt in emphyteuta † videmus, qui ceci- 47
dit iure ſuo, contra quem, dum vixit, ſi dominus caducita-
tem & priuationem non deduxit, nec oppoſuit, eo mor-
tuo, non poteſt aduerſus eius ſucceſſores illam opponere,
vt voluit Cum. *conſ. 164. col. 3.* quem ſequitur Ruin. *conſ. 10. col.
2. conſ. 159. num. 12. & conſil. 168. num. 20. vol. 1. cum ſimilibus à me
cumulatis conſ. 22. nu. 25.* Quibus addo Natium *conſ. 2. num.
49.* † ſicut enim ſucceſſor emphyteutæ moleſtari non poteſt 48
ob caducitatem defuncti, pariter in caſu noſtro do. Hippo-
lyta, vel eius filia moleſtari non debent de iniuria prædi-
cta ſe-

Digitized by Google

6 *Copula natura quæ.*
9 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*
11 *Emphyteuſis eccleſiæ eſt tranſitoria ad extraneos.*
12 *Bonis emphyteuticis inter fratres diuiſis, inueſtiturā quilibet pro parte ſua cepiſſe intelligitur, nec alterius, ſine filiis defuncti, ſed filia ſoluta relicta pars ad alterum deuoluitur. num. 13.*
14 *Verba,* in perpetuum, *quam late pateant, & quid operentur, in priuilegiis, conceſſionibus & teſtamentis & num. 15.16.17.18 & 19. uſque ad num. 24.*
24 *Emphyteuſis eccleſiæ hodie in perpetuum concedi poteſt, & tranſit ad heredes extraneos.*
25 *An filiæ contineantur in conceſſione, facta alicui pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus, & deſcendentibus. & num. 27.28.29.30.31.32.33.34. 49.50.51.52.*
26 *Appellatione heredum, regulariter veniunt maſculi & fœminæ. & num. 30.*
34 *Etiam ſi filia eſſet heres particularis inſtituta.*
35 *Nomen heredis an etiam in particulari herede verificetur. & num. 36.37.*
38 *Is qui eſt de linea eius, ad quem feudum per diuiſionem peruenit, etſi ſit fœmina, præfertur maſculo qui ſunt de alia linea.*
39 *Conſuetudo eccleſiæ Nonantulæ fœminas admittit ad bona emphyteutica.*
40 *Verba conceſſionis, pro ſe, filiis, & heredibus ſecundum conſuetudinem loci ſunt interpretanda. Et talis conſuetudo probari debet. n. 41.*
42 *Verbum,* heredibus, *annexum per copulam verbo, filiis, non venit ad illud qualificatiue, ſed augmentatiue num. 43.*
43 *Copula, &, poſita inter duo, an requirat concurſum vtriuſque. & n. 44.45.*
45 *Verbum, heredibus & filiis, an maſculos & fœminas comprehendat.*
47 *Vox, quicunq; an complectatur maſculum & fœminam.*
48 *Emphyteuſis pro ſe, filiis, & nepotibus, ſiue deſcendentibus, tranſit ad deſcendentes, licet non ſint heredes. Fallit, ſi adiectum ſit verbum heredibus. ibid.*
54 *Expreſſio eorum, quæ tacite continentur, nihil ſolet operari.*
55 *Intellectus ſtatuti Mutinæ de ſucceſſione deſcendentium. & num. 57. ac 58.*
56 *Emphyteuſi recepta pro heredibus, filia heres ex teſtamento, præfertur maſculo.*
57 *Argumentum à contrario ſenſu procedit in ſtatutis.*
59 *Excluſio aliquorum eſt aliorum admiſſio.*
60 *Emphyteuta primus inueſtitus an poſſit vnus ex comprehenſis in inueſtitura rem alienare in præiudicium aliorum.*

CONSIL. DCCLXIII.

DOM. Antonius Guarinus emit quædam bona iuris eccleſiæ Nonantulæ, à qua fuit inueſtitus iure liuelli, pro ſe, ſuiſque filiis, & heredibus, & deſcendentibus in perpetuum, quo mortuo, dom. Iulius, & Antonius fratres, eius pronepotes, dicta bona diuiſerunt, & renouationes ſeparatas receperunt modo prædicto, deinumq; Iulius moriens inſtituit Antonium fratrem heredem vniuerſalem, particularemque dom. Lauram ipſius Iulii filiam vnicam, quæ petit ab Antonio patruo ſuo d. bona, iuris dictæ eccleſiæ, per Iulium patrem ſuum poſſeſſa ſibi relaxari, ad quod negat Antonius ſe teneri: Queritur ergo quid iuris. Caſus iſte Mutinenſis prima cōſideratione mihi dubitabilis viſus fuit aduerſus dom. Lauram per conſilium dom. mei Riminal. *179.* qui in huiuſmodi terminis eum proponit: Conceſſio namque facta fuit in emphyteuſim per eccleſiam cuiuſdam petiæ terræ Ioanni, recipienti pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus, & deſcendentibus, in perpetuum, ſicut ad vnguem facta fuit Antonio Guarino, deinde deceſſit ille Ioannes ſine filiis maſculis, filiabus heredibus tantum ſuperſtitibus, ſicut & in caſu D. Iulius, relicta tantum D. Laura filia ſua; vnde quærit dom. meus Riminaldus, an prædictæ filiæ debeant ad emphyteuſim prædictam admitti, reſponditque, quod nequaquam, ſicut & in caſu noſtro reſpondendum videtur aduerſus dom. Lauram; moueor ex præmiſſo, quod ille
1 facit; quia † verbum, *heredibus*, in inueſtitura poſitum, venit qualificatiue ad verbum, *filiis*, ita vt vtrumque requiratur, videlicet quod filii ſint & heredes, iuxta notata per Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberti. ff. de oper. lib. c.* per Imol. & Modern. *in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig.* Roman. *conſil. 35.* & alii, quos refert Pariſ. *conſil. 48. col. 2. vol. 4.* Quæ qualitas heredum, licet in caſu dom. mei Rimin. concurreret, quia proponit, quod ille Ioannes deceſſit, relictis ſuperſtitibus filiabus heredib. ipſius inueſtiti, & ſic vniuerſalibus, ex quo nullus alius aderat coheres. *l. filius a patre. §. fin. ff. de lib. & poſthum.* tamen in caſu noſtro non videtur ita verificari d. qualitas heredis, in D. Laura, cum fuerit heres particularis † inſtituta in certis 2
rebus, & eis eſſe contenta iuſſa fuerit; Antonius vero fuerit vniuerſaliter inſtitutus. Vnde loco legatarii illa fuit. *l. quotiens. C. de hered. inſt.* & † verbum, *heredibus*, in inueſtitura po- 3
ſitum, debet intelligi de vniuerſalibus. Bald. *in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & in l. liberti, libertæq;. C. de oper. liber.* Iaſ. *in l. Lucius. ff. de vulg. & pup.* Alex. *conſ. 124. n. 6. vol. 5.* & Decia. *reſp. 106. n. 21. vol. 3.* & non de particularibus, vt per eos: ergo D. Laura non videtur dici poſſe comprehenſa in inueſtitura de filiis, & heredibus loquente.

Secundo confirmat hanc opin. dom. meus Rimin. nam verbum, *filiis*, in † inueſtitura poſitum, verificatur in filiis 4
maſculis: vt per Arch. *in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* Imol. *in d. l. quod dicitur. & in c. potuit. ad fin. de loca.* pariq; modo verba quæ ſequuntur, *& † deſcendentib. in perpetuum.* ſunt intelligenda de 5
maſculis heredib. ſicut verbum, *filii*, præcedens, quia † na- 6
tura copulæ repetit qualitates appoſitas in præcedentibus in eadem oratione. *l. Seia. §. Gaio. ff. de fun. inſtr.* & quia ſolet copulare ſimilia præcedentib. *l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. tritic. & oleo leg.* & quia, ſi aliter diceremus, meliores eſſent conditionis deſcendentes, quam filiæ propriæ inueſtiti; quia neptes, & aliæ vlteriores fœminæ admitterentur, filiæ vero nequaquam, propter verbum, *filiis*, eas excludens, ſecundum Archidiac. & ſequaces.

Tertio præter dom. meum Riminald. tenet idem Curt. iun. *conſ. 321.* licet neuter alterius mentionem faciat; nam & ibi conceſſa fuerat emphyteuſis eccleſiaſtica, pro ſe, & filiis, & deſcendentibus: Vnde dicit Curt. iun. quod ſicut † verbū, 7
filiis, intelligitur in emphyteuſi de maſculis, quia imputandum eſt emphyteutæ, quod legem apertius non dixerit per regulam, *legis, veterib. ff. de pact.* & ibi Guid. de Suza. Archi. *in d. c. ſi quis ſuadente. cum ſimil.* quos allegat. Ita † d. qualitas ma- 8
ſculinitatis repetita cenſetur in verbo, *deſcendentibus*, propter copulam, *&*, *d. l. Seia. §. Gaio.*

Quarto, præter dom. meum Rimin. & Curt. iun. in caſu noſtro repugnare videtur D. Lauræ ſtatutum Mutinæ, fœminarum excluſiuum *ſub rubr. 137. de ſucceſſione deſcendentium in bonis aſcendentium maſculorum:* Licet tamen hæc ſubtilia videantur, quæ Gentilis meus clariſſimus dixit, *in alleg. conſil. 179.* & Curt. iun. *in alio 321.* cogor tamen pro veritate cum eis congredi; quia, amicus Socrates, amicus Plato, ſed magis amica veritas: Moueor ex trita regula iuris, quod † verba nō 9
debent eſſe ſuperflua, ſed operari aliquid. *l. ſi quando. in prin. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6.* gl. *in l. 1. ff. quod met. cauſ.* Dec. *conſil. 10. num. 14. & conſil. 18. num. 4.* at inueſtitura conceſſa fuit Anto. & ſubinde pronepotib. ſuis, pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus, & deſcendentibus in perpetuum, quod † verbum, 10
deſcendentibus, ſi vigore præcedentium reſtringeremus ad maſculos tantum, verbum illud, *in perpetuum*, verificari nō poſſet, & de vento ſeruiret, vbicunque contingeret deſcendentes maſculos nōn extare, ſed fœminas tantum, quia maſculi non poſſunt eſſe perpetui: igitur illa verba debent etiā fœminas comprehendere, ratione prædicta: quia vbi deſcendentes maſculi non extarent, ſed extarent fœminæ, cōceſſio non diceretur pro deſcendentibus in perpetuum, fœminis excluſis: vt igitur illa verba, *in perpetuum*, aliquid operentur iuxta doctrinam Bald. *in rubric. C. de contrah. empt. q. 9. cum ſimil.* ſub illis comprehendi debent extantes fœminæ.

Secundo confirmatur iſta mea conſideratio per doctrinam Alexand. *conſil. 189. viſo, & mature diſcuſſo. num. 16. volum. 2.* vbi probat, quod † emphyteuſis eccleſiæ ſit tranſitoria ad 11
extraneos, per tex. *in §. licentiam. in auth. de alien. & emphyt.* vbi dicit, quod etiam concedere poteſt emphyteuſim in perpetuum, & per conſequens vltra deſcendentes, qui interdū non ſunt in perpetuum heredes: ſic etiam dici debet in caſu noſtro, quod iſta conceſſio facta, pro deſcendentibus in perpetuum, debeat intelligi vltra deſcendentes maſculos, pro fœminis: quia maſculi interdum non poſſunt eſſe in perpetuum, vel non ſemper extare: Nec dicatur, quod extat Anton. deſcendens maſculus; quoniam † cum conceſ- 12
ſiones factæ proponantur ſeparatim, poſt diuiſionem bonorum

norum emphyteuticorum, vtrique eorum, videlicet Anto.
de parte ſua, & Iulio de parte ſua, pro ſe, ſuiſque filiis, &c.
intelligitur quilibet pro parte ſua recepiſſe, vt declarat Bar.
in l.ſi mihi & Titio ſub num.6. verſ.ſed quando. ff. de verbor.oblig.
13 Ergo † deficiente Iulio ſine filiis maſculis, ceſſare debet ius
accreſcendi in perſona Antonii, nec conceſſio inter eccle-
ſiam, & Iulium de bonis ſeparatis à bonis Antonii debet ad
ipſum Antonium porrigi *l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.cum
ſimilib.*

Tertio, primum quoque fundamentum confirmatur ex
14 alia doctrina Socin. *conſil. 84. col. 2. vol.3.* loquentis † de pri-
uilegio quibuſdam conceſſo, quod intelligantur exempti,
ſicut habentes 12. filios, & in perpetuum: nam ſine dictis
verbis, *in perpetuum*, ſine dubio duraſſet illud priuilegium
vſque ad eorum vitam: igitur, niſi diceremus, quod tranſi-
15 ret ad ſucceſſores, illa † verba, *in perpetuum*, eſſent appoſita
ſine effectu aliquid operandi, quod nullo modo eſt dicen-
dum *d.c.ſi Papa.* Item reſtringeretur verbum, *in perpetuum*,
cõtra propriam ſignificationem. *l.ſordidorũ.C. de excuſ.mun.*
16 *lib.10.* & ibid. Ioan. Plat. dicens, quod † illud non dicitur eſ-
ſe perpetuum, quod cum vita finitur, ſed quod continue
durat ſine præfinitione temporis, & ad heredes tranſit, vt i-
bi eſt text. ſic igitur in caſu noſtro dici debet de hac emphy-
teuſi conceſſa Antoo. pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus, & de-
ſcendentibus in perpetuum, dato, quod non appoſitis illis
verbis, *in perpetuum*, conceſſio durare deberet in vita ma-
ſculorum tantum, & ad eos reſtringi; adiectis tamen illis
verbis, *in perpetuum*, debent ad fœminas tranſire, ne d. verba
ſint appoſita ſine effectu operandi, vtque ſubdit Socin. *in*
17 *d.conſil.84.col.2.* poſt Plateam, licet † dicatur perpetuum ad
vitam hominis. *l.1.ff.pro ſoc.iunct.gl.* tamen illud eſt impro-
prie: Igitur non recedendo à proprietate verborum, in pro-
pria materia, ex quo eſt in perpetuum conceſſum, debet ad
ſucceſſores tranſire. *l.non aliter.ff.de leg.3.l.1.§.n qui naucm.ff.*
18 *de except.act.* vnde dicit Bald. *in l.fin.ff.de conſtit.prin.* quod † ſi
priuilegium conceditur perſonæ quæ non moritur, eſt rea-
le, quia perſonale eſſe non poteſt, cum ſit perpetuum. *l.for-
ma.§.quamquam ff.de cenſib.*

Quarto quoque corroboratur ex doctrina Iacobi de
19 Belui. *in auct.de reſtit.fideic.in fin.* qui dicit, quod † ſi teſtator
prohibuit filius, vel heredes alienare, volẽs ad deſcenden-
tes ſuos perpetuo peruenire, prohibitio extenditur in infi-
nitum; quia appellatione deſcendentium non ſolũ maſcu-
li & deſcendentes ex maſculis, ſed etiam fœminæ, & deſcẽ-
dentes ex fœminis continentur. *l. 1. C.de ſuis & legit. l.ſi quis
inceſt.C.de inceſt.nup.in auct.de reſt.fidei.§.1.& in auct.de here. ab*
20 *int.§.1.cum ſeq.* quibus ita Socin. tenet *conſil.51.vol.4.* † quod
prohibitio facta deſcendentibus, etiam fœminas compre-
hendat; vnde tanto magis adiectis verbis, *in perpetuum*, non
conſideratis à domino meo Riminaldo.

Quinto moueor ex Anch. *conſil.333. diſcurrit materia.* qui
21 dicit, quod † ſi ab eccleſia conceſſa fuit emphyteuſis alicui
pro ſe, & heredibus in perpetuum, virtute illius verbi, *in
perpetuum*, hæc emphyteuſis tranſibit ad quoſcunque here-
des, etiam extraneos, idemq; tenet Bald. *in c.fin.de feud.dato
in vic.leg. commiſſ.& in l.2.C.de iure emphyt.* Aret. *in c. in præſen-
tia.de prob.* Soc. *conſ.266. col.14. verſ.2. præmiſſa.* & Crot. *conſil.
318.num.5.* ſi tranſit ad extraneos heredes, multo magis ad fi-
liam propriam inueſtiti, prout ſignanter in terminis em-
22 phyteuſis arguit Bero. *conſ.93.num.30.vol.1.* † dicens, quod ſi
extranei comprehenduntur, igitur à fortiori filiæ, & de-
ſcendentes fœminæ *arg.l.cum auus.ff.de cond. & demonſt. & l.
cum acutiſſimi.C.de fideicom.* & cum prædictis etiam concor-
dat Hieronym. Gabriel. *conſil.76.num.12.vol.2.* dicens, quod
23 ſi † per verbum, *quibuſcunque*, emphyteuſis tranſit ad extra-
neos, ſecundum magis communem opin. multo magis id
efficere debet dictio, *perpetuo*, quę aliter eſſet prorſus ſuper-
flua; & idem tradit Soc.iun. *conſ.124.n.75.vol.1.* dicens, quod
24 hodie † emphyteuſis eccleſiæ poteſt in perpetuum cõcedi,
& tranſit ad heredes extraneos: & hoc communiter tene-
ri vult etiam Cephal. *conſil.9. num.9.* quos refert Beccius.
conſil.3.num.27.

Sexto, poſtquam ſatis vagati ſumus ſuper illis verbis, *&
deſcendentibus, in perpetuum*, ad comprehenſionem fœmina-
rum, & ſic D. Lauræ, placet inſuper aliqua dicere ſuper illis
præcedentibus; † *pro ſe, ſuiſque filiis, & heredibus, & deſcen-* 25
dentibus; quod pariter filias continere debeant, vt in termi-
nis caſus noſtri decidit Bero. *conſil 93.num.15.volum.1.* vbi Lu-
douicus in diuiſione aſſignauerat Fabronio fratri ſuo par-
tem emphyteuſis eccleſiæ, patri ſuo conceſſæ, pro ſe, & he-
redibus, & ſucceſſoribus; ad quam partem dicit Bero. ad-
mittendam eſſe Camillam, Fabronii filiam; mouetur, nam
appellatione † heredum regulariter veniunt maſculi, & fœ- 26
minæ. *l. in annalib.* & ibi Dd. *C. de lega.* Ioan. Andr. Abb. &
Dec. *in c.in præſentia.de prob.* Caſtr. Alex. & reliqui *in l.ſed ſi
hac.§.liberos.ff.de in ius voc.* & † emphyteuſis eccleſiaſtica ſui 27
natura regulariter non ſolum tranſit ad filios, & deſcen-
dentes maſculos, ſed & ad fœminas, abſque eo, quod de
fœminis, ſeu de maſculis exprimatur, vt eſt textus clarus *in
§.emphyteuſim.in auct.de non alien.* vbi per modum regulæ di-
cit, emphyteuſim † eccleſię fieri poſſe pro accipiente, & pro 28
duobus illius heredibus, videlicet filiis maſculis, aut fœmi-
nis, aut nepotibus vtriuſque naturæ, videlicet maſculis, &
fœminis: Igitur hic heredum mentione facta, fœminæ ve-
nire debent, & ſic D. Laura: Nec meo iudicio bene reſpon-
det ad illum tex. Iaſ. *in l.2.num.19. C.de iure emphyt.* vbi vocari
videntur filiæ: dicit † n. hoc eſſe verum, quando fuit expreſ- 29
ſum, pro filiabus, ſecus, quando fuit ſimpliciter recepta pro
ſe, & filiis, vt inquit tenere Romanum *conſil.35.* quem ſe-
quitur Cephal. *conſil.11.num.10.* dicens, quod oportet, vt ex-
preſſa mentio fœmininarum fiat: melior eſt enim ſenſus Be-
roi, & de intentione Imperatoris, dicentis: *Emphyteuſim
autem fieri finimus in accipientis perſona, & in duobus eiuſdem
perſonæ heredibus deinceps, filiis tamen ſolis maſculis aut fœminis,
aut nepotibus vtriuſque natura, aut vxore; aut viro, ſi hoc, videli-
cet, de vxore, aut viro, expreſſim nominetur:* ex hoc enim vlti-
mo, de viro, aut vxore expreſſim nominandis, colligitur,
non idem de filiis maſculis, aut fœminis eſſe neceſſarium;
vt bene perpendit Bero. *in d.conſil.93. num. 18.* nec de verbo,
heredibus, loquitur Romanus, ſed de verbo, *filii*, ſimplici-
ter poſito in inueſtitura, de quo dicemus ſuper ſecundo
contrario.

Septimo confirmat hanc opin. pro filia Bero. *in d.conſ.93.
num.19.* & ſecundo ex doctrina Bald. Roman. & Alexand.
in l.ſed ſi hac.§ liberos ff.de in ius voc. qui dicunt, etiam in for-
tioribus terminis, quod † emphyteuſis conceſſa, pro ſe, & 30
liberis, non ſolum tranſit ad maſculos, ſed etiam ad fœmi-
nas; quia liberorum appellatione, & deſcendentium etiam
fœminæ comprehenduntur. *l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff.de
grad. l.liberorum.ff.de verb.ſign.l.1.C.de cond.inſer.* multo magis
ergo quando pro heredibus conceſſa fuit emphyteuſis, vt
hic etiam in caſu Beroi: nam verbum, † *heredibus*, eſt ma- 31
gis commune, quam ſit verbum, *liberi*, vt per Alexand. *in d.
§.liberos.& in l.quod dicitur circa fin.princ.ff.de verb.oblig.* & in-
ferius. Idemque Caſtr. *in l.1.column.2.C.de cond.inſer.* Alexand.
*in l.Gallus.§.quidam recte ff.de lib.& poſthu. cum ſimil.cumulatis
per Beronum.*

Octauo corroboratur: nam hæc † emphyteuſis conceſſa 32
fuit, pro ſe, & heredibus; vnde dicitur hereditaria; & perti-
nere debet ad dom. Lauram filiam, & heredem inſtitutam
à dom. Iulio patre ſuo; ita Corn. *conſil. 263. vol.3.* & pulchre
conſil.190. vbi dicit, quod ex quo res emphyteutica de iure,
ex diuiſione legitime facta, ad filium maſculũ deuenit, ex
hoc reſultat, q̃ ſicut filia eius patri ſuo ſuccedit in heredi-
tatem, ita & in emphyteuſim ſuccedat; hoc † enim ſuadet 33
æquitas, quod bona ad patrem deuoluta, ad filios, ſeu filias
tranſeant, vt plenius proſequitur Bero. *in d.conſil.93.num.22.
cum ſeq.* qui filiam admittit, excluſo patruo: & licet loqua-
tur in caſu ſuo, de filia herede, vniuerſaliter inſtituta; † tamẽ 34
ſufficit etiam, quod ſit heres particularis, vt hic proponitur,
vt tradit Bart. *per illum text. in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.col.fin.
verſ.præterea ſufficit inſtitutum.ff.de oper.lib.* Bald. *de ſucceſ.feud.
col.fin.verſ. quaro verum.* Caſtr. *in auth.en. poſt fratres. §. vlti.ſub
num.2.C.de leg.hered.& in l.ſi quis filium.2.not.verſic.ſed dubium.
C.de inoffic.teſtam.* Imol. *conſil.69.in fin.* Nomen † enim *heredis*, 35
in re ab hereditate ſeiuncta, & quæ non continetur ſub

Kkkkkkk heredi-

hereditatis corpore, ſed eſt quid extrinſecum & ſeparatum,
quod non tranſit ad quoſcunq; heredes, etiam extraneos,
verificatur in quocunque, etiam particulari, Bald. & cæteri,
vt ſupra poſt Spec. *de teſt. §. 1. circa col. fin. verſic. pone. ad idem*
Angel. *in l. quadam. § nihil.* & ibidem Caſtr. *num. 6. in fin. & in*
l. quotiens. in fin. C. de hered. inſt. vbi dicit, eſſe menti tenẽdum,
quia iſta eſt verior; & idem concludit Alex. *conſil. 128. col. fin.*
verſ. nec prædictu obſtat. vol. 1. & latius *conſil. 8. viſis ſubtiliſſimis.*
col. 1. vol 3. Dec. *conſil. 78. n. 3.* cum aliis, quos allegat Cephal.
36 *conſ. 303. col. pen. n. 124.* vt ibi per eum: & licet † Bald. *in l. liber-*
ti, libertaq; C. de oper. liber. col. 7. ver. attende tamen. ſecus ſentiat
37 in filia inſtituta, in re certa; † tamen Andr. Sicul. *ibi. in Apo-*
ſtill. contrarium tenet, ex multis, & potiſſime Bald. *in l. ex fa-*
cto ff. de hered. inſt. vbi loquitur de filio inſtituto in legitima,
& melius idem Bald. *in d. tit. de ſucceſſ. feud. in princ. n. 7. verſic.*
quæro, vtrum. de filio inſtituto in re certa, quem vult ſucce-
dere in feudo ſimul cum alio filio herede vniuerſaliter in-
ſtituto: quia ſufficit titulus nominis, & ex alia ratione ſupra
relata per Cephalum.

Nono, non prætereo, quod idem Bero. ponit *in d. conſil.*
38 *93. num. 26.* † dicens, quod donec ſupereſt aliquis de linea
illius, ad quem peruenit feudũ in totum, vel pro parte, puta
ex diuiſione legitime facta, tũc ille, etiamſi ſit fœmina, præ-
fertur omnibus, etiam maſculis, qui eſſent de alia linea, ci-
tat Bald. & Corn. de quibus per eum; & hic eſt caſus noſter,
ſicut & Corner; quia ex Iulio ex eius linea nullus extat niſi
D. Laura illius filia, quia D. Ant. non deſcendit à D. Iulio, &
ſic non eſt de linea ipſius Iulii.

39 Decimo, ne † ſim prolixior, cum extet (vt audio) con-
ſuetudo Eccleſiæ Nunantulæ, quod omnes fœminę quoti-
die ad iſta bona emphyteutica admittantur, & de illis inue-
ſtiantur, debet hæc D. Laura indubitanter admitti, quia
40 verba † ſtipulationis, quibus concepta fuit hæc emphyteu-
ſis, *pro ſe, filiis, & heredibus*, à conſuetudine declarationem re-
cipiunt, & ſecundum eandem conſuetudinem intelligun-
tur, vt inquit Imol. *in d. c. potuit. num. 69. de locato.* Fel. *in c. cum*
Mar. Ferrarienſis. ſub num. 6. verſ. & hinc eſt. de conſt. Bero. *conſil.*
95. num. 1. & conſ. 97. in princ. vol. 1. cum ſimil. quæ ſic tenet Cor-
bulus *in tract. ſuo emphyt. in tit. de cauſa priuat. ob lineam fініt.*
41 *verſ. 3. declaratur. num. 30.* qui licet ſubdat, † probandam eſſe
talem cõſuetudinem, tamen facile puto eam probari poſſe
ex inſtrumentis, & teſtibus infinitis.

Reliquum eſt, vt hac parte pro D. Laura ſic bene funda-
ta, vt contraria tollantur, vt ſolidior & tutior illa remaneat.
Non obſtat igitur primum, quo dicebatur, hanc dominam
non comprehendi ſub illis verbis, *pro ſe, ſuisq; filiis, & heredib.*
cum requiratur vtrumq; concurrere, per doctrinam Bart. *in*
d. §. ſi liberi, qualis non eſt ipſa, vt dixi ſupra; quia contrariũ
42 probaui ſuperius in octauo fundamento, & negatur † ver-
bum; *heredibus*, annexum per copulam verbo, *filiis*, venire
ad illud qualificatiue, ſed dico illud ſtare augmentatiue;
43 quia in dubio † copula poſita inter duo, quorum vnum-
quodq; poteſt ſtare de per ſe, quia vnum de neceſſitate non
comprehendit alium; tunc copula, *&*, non requirit con-
curſum vtriuſque, ſed ſtat augmentatiue, & ampliatiue; &
vnumquodque ſtat de per ſe, & ſic ſufficit alterum; ita de-
clarat Bart. *in l. Gallus. § etiamſi partem. colum. fin. verſ. ex hoc ap-*
44 *paret. ff. de lib. & poſth.* vbi, ſi † teſtator dicat, *ſubſtituo Titium,*
& eius filios, & heredes, ſecundum rigorem verborum debe-
mus intelligere filios tantum, & heredes tantum, quia hæc
copula ponitur inter duo adiectiua, nec habet reſpectum
vnius ſubſtantiæ, & ob id ſtat augmentatiue *l. ea tamen ad-*
iectio. ff. de leg. 3. vnde per illam doctrinam Bart. quam dicit
eſſe communem Alex. *ibi.* Franciſcus Vegius *conſil. 73. num.*
45 *12.* dat † exemplum, de quo per eum, videlicet quoſdam
eſſe filios Marori ex primo matrimonio, licet non ſint eius
heredes, & ſimiliter ſufficere, quod ſint heredes Marori,
licet non ſint filii: Sic igitur in caſu noſtro poteſt intelligi
conceſſio, de qua hic, *pro ſe, ſuisq. filiis, & heredibus*, videlicet
pro filiis, licet non heredibus, & heredibus non filiis, cum
vnumquodque poſſit ſtare per ſe, ita quod veniat amplia-
tiue. Vel & tertio, notabiliter reſpõderi poteſt, dato, quod
dicta verba ita deberent intelligi, vt requiratur vtrumque,
ſecundum Bart. *in d. §. ſi liberi.* adhuc tamen non obſtare, ꝙ
ſub illo verbo, *heredibus*, comprehendantur fœminæ, cum
enim illud † verbum, *heredibus*, ſit commune ad maſculos, 46
& fœminas, facit, vt verbum *filiis*, cui eſt adiectum, ſecũ tra-
hat, vt ex proprio ſignificatu comprehendat vtrumq;, ma-
ſculos, & fœminas; ſicut † quando in aliqua diſpoſitione di- 47
ceretur, quicunq; homo: nam licet terminus iſte, *quicunq.*
conueniat tantum maſculino ſexui in natura ſtrictiuus; ta-
men quia iungitur termino communi, ſcil. homini, com-
prehendit vtrumque, videlicet maſculum & fœminam, vt
dicit Bart. *in l. 1. ff. de pecul. in prin. & in l. 1. ff. de verb. ſign. & in l. ſi*
quis in tantam. C. vnde vi. Bal. *in l. Gallus. in princ. in vlt. col. ff. de lib.*
& poſt. & in terminis quæſt. noſtræ declarat Alex. *conſ 80. col.*
pen. ver. fortificatur. vol. 1. ſequitur item Corbul. *in tit. de cauſa*
priuat. ob lin. finit. n. 37. qui citat etiam Rubeum *in c. Gallus. §.*
quidam recte. num. 162. ff. de lib. & poſthum.

Quarto, ponderari quoque poteſt Alex. *conſil 129. vol. 5.*
vbi dicit, quod † quando quis recepit emphyteuſim pro ſe, 48
filiis, & nepotibus, ſiue deſcendentib. talis res tranſit ad di-
ctos deſcendentes, licet non ſint heredes ſuſcipientis, niſi
dictũ ſit, *pro ſe, & deſcendentibus heredibus*, citatq; multos per
eum: hinc etiã dici poteſt, quod in caſu noſtro, cum recepta
fuerit emphyteuſis pro ſe, ſuisque filiis, & heredibus ſub-
ſecutumque fuerit, *& deſcendentibus*, non addito verbo, *he-*
redibus, intelligi debet, pro deſcendentibus, licet non here-
dib. quia facile fuiſſet inueſtienti id dicere, ſi voluiſſet *l. vni-*
ca. § ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. nec qualitas heredib.
præcedens, repeti debet in verbo, *deſcendentib.* per proxime
dicta in tertia reſpõſione. Explicato & reſoluto primo con-
trario, venio ad ſecundum, quod verſatur ſuper illis verbis,
ſuisque † *filiis*, in inueſtitura poſitis, quæ de maſculis intelli- 49
genda ſunt, vt per Archidiaconum *in c. ſi quis ſuadente. 17. q.*
4. ad quod realiter ego reſpondeo, quod illud procederet,
quando ſimpliciter de filiis eſſet dictum, quod verbum ſo-
nat in genere maſculino, & ſic quando fieret mentio de fi-
liis abſque alia qualitate, quæ fœminas comprehenderet:
ſecus, ſi dictum fuerit, *pro filiis, & heredibus*, quia appellatio-
ne † heredum, omnes tam maſculi, quam fœminæ conti- 50
nentur *l. ex facto. in fin. ff. ad Treb. l ſi ita ſcriptum. in princ.* & ibi
Bart. & alii *ff. de leg. 2.* Alex. *in l. ſed ſi hac. § liberos. ff. de in ius voc.*
& natura quoque emphyteuſis eccleſiæ eſt, vt etiam ad fœ-
minas filias porrigatur, & tranſeat. *d. § emphyteuſim. ſuperius*
inducto. propterea in tali debent comprehendi fœminæ: ita
declarat Bero. *conſil. 152. n. 32. & ſeq. vol. 2.* per ea quæ voluit
Bald. *in l. 2. C. de iure emphyt. col. 2.* & poſt eum Sal. *q. 20.* ſequi-
tur Corn. *conſil. 263 in fin* & Alexand. *conſil. 61. in fin. volum. 1.*
& hoc dicit Berous eſſe maxime notandum pro limitatio-
ne d. Archidiaconi *in d. c. ſi quis ſuadente.* & idem ſequitur il-
le Corbulus *loc. citat. num. 34.* nec obſtat conſequentia D.
mei Riminald. *in d. conſil. 179.* & Curt. iun. *in alio 321.* quod
ſicut illa † verba, *filiis, & heredib.* eſſent intelligenda de ma- 51
ſculis, ſic & aliud, *& deſcendentib.* vigore qualitatis eiuſdem
repetitæ per copulam: quoniam retorquetur iſta conſe-
quentia contra prædictos, quod ex quo dicta † verba, *pro fi-* 52
liis, & heredib. comprehendunt etiam fœminas propter ver-
bum, *heredibus*, adiunctum verbo, *filiis*, pari modo verbum,
deſcendentibus, adiectum, per copulam, de fœminis etiã de-
bet intelligi: ſicque replicabitur eadem qualitas, non dum
maſculina, ſed etiam fœminea, ſimilis præcedenti verbo,
heredib. & cum eadem fallentia procedit, ꝙ dicebat idem D.
meus Rimin. quod melioris eſſent conditionis filiæ inueſti-
ti, quam vlteriores, quia admitterentur, filiæ vero inueſtiti
excluderentur, quod eſt ſatis abſurdum: quoniam verum
eſſet obiectum, † mentione filiorum ſimpliciter facta; ſecus 53
adiecta verbo, *heredibus*, nec imputandum eſt emphyteutæ,
qui legem apertius non dixit: nam procederet, vbi vis ver-
borum expreſſorum fœminis non conueniret, nec eas
comprehenderet, alias ſecus: quia † expreſſio eorum, quæ 54
tacite continentur, nihil ſolet operari. *l. 3. ff. de leg. 1.* niſi di-
camus eam non nocere, ad tollendam dubitationem. *l.*
quæ dubitationis. ff. de regul. iuris. Hinc ad aliud obiectum de-
ſcendo. de ſtatuto Mutinæ. *de ſucceſſione deſcendentium. lib.*
2. rubric. 137. fundamentum ſane cæteris debilius, velut
caſus

55 caſui noſtro non deſeruiens; † diſponit enim quod filiæ dotatæ, vel non dotatæ non ſuccedant alicui aſcendenti maſculo, ab inteſtato decedenti, exiſtentib. prædicti aſcendentis cuiuſcunq; gradus deſcendentibus maſculis, & per lineam maſculinam legitimis; ſed dom. Iulius qui fuit aſcendens D. Lauræ, velut eius pater, deceſſit teſtatus, quæ longe inter ſe differunt, vt inquit Bero. *in d. conſil. 93. ſub num. 23. ad fin.* poſt Bald. *in d. l. libertis. colum. 6.* & hoc vltimo caſu,
56 quando † deceſſit emphyteuta cum teſtamento, dicit Bero. quod ſi emphyteuſis recepta fuit pro heredibus, filia quæ eſſet heres ex teſtamento, maſculo præferretur, quod ſatis verificatur in D. Laura, quæ fuit inſtituta, licet particulariter, vt dixi ſuperius in octauo fundamento: vnde ſumus extra regulam dicti ſtatuti, loquentis ab inteſtato, non autem facto teſtamento: quinimo, quando nos eſſemus in aſcendente, decedente ab inteſtato, faceret adhuc illud ſta-
57 tutum pro dom. Laura, à contrario ſenſu, † quod argumentum procedit in ſtatutis, vt per omnes, & ibi dixi. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* dicit enim, quod filiæ non ſuccedant alicui aſcendenti maſculo ab inteſtato decedenti, exiſtentibus prædicti aſcendentis deſcendentibus maſculis: illis ergo non exiſtentibus vult ſtatutum filias ſuccedere, quod euenit in caſu noſtro, poſtquam D. Iulius nullos deſcendentes maſculos reliquit: Nec tantùm à contrario ſenſu dicti ſtatuti colligitur iſta concluſio fauorabilis dom. Lauræ, ſed & in ſenſu directo clariſſime eam determinat in-
58 ferius, *in verſ. vbi vero.* dicit enim; quod † vbi non extarent deſcendentes maſculi, tunc deſcendentes fœminæ ſuccedant ipſis aſcendentibus, vt de iure Imperiali diſponitur, quod habetur *in § 1. in auct. de hered. ab inteſtato.* vbi dicitur; *quod ſi quis deſcendentium fuerit ei, qui inteſtatus moritur cuiuslibet naturæ, omnibus aſcendentibus, & ex latere cognatis præponatur.* ergo D. Laura deſcendens ex Iulio, præferri debet Antonio collaterali patruo ſuo: & ſic eodem met ſtatuto proſternitur intentio Antonii, qui ſe fundat in eo, poſito, quod eſſemus in cauſa inteſtati, licet vere ſimus in cauſa teſtamenti facti per dom. Iulium: Nec recurri debet ad aliud ſtatutum *de ſucceſſ. agnator. tranſuerſal. rubric. 151.* quia præter id, quod ſe remittit ad ſupra relatum, *de ſucceſſione deſcendent.* vult, quod ipſi decedenti ſuccedant eius agnati maſculi, excluſis ſorore, vel ſororibus, matre, auia, & proauia, & filiabus fratrum præmortui: de filia vero propria ipſius præmortui nil diſponit ſtatutum, qualis eſt dom. Laura: ergo cenſetur eam ad-
59 mittere; quia † quorundam excluſio, ſiue prohibitio, eſt aliorum conceſſio vel admiſſio. *vulg. l. cum prætor. ff. de iud.* ſic igitur, vt concludam, ſtatuta Mutinæ non obſtant dominæ Lauræ, ſed verius proſunt, ſi eſſemus in cauſa inteſtati; vnde ſuper eis latius non loquar: Poſtremo tamen vnum non
60 omittam, quod attingit teſtamentum dom. Iulii, quod † licet emphyteuta primus inueſtitus, poſſit vni ex comprehenſis in inueſtitura rem alienare, in præiudicium aliorum, ſecundum magis communem, quam firmat Alexand. *conſ. 124. num. 8. volum. 5.* Gozad. *conſil. 25. num. 18.* Socin. *conſil. 127. num. 10 volum. 3. cum ſimil.* per Clarum *in § emphyteuſ. quæſt. 16.* Quæ tamen opinio non caret contradicentibus; qui de communi teſtantur, vt per Rvin. *conſil. 48. colum. pen. volum. 1.* & magis communi, vt per Dec. *conſil. 329. num. 6.* & Alciat. *reſp. 98. lib. 8.* nihilominus vtcunque ſit, quæ ſit illarũ verior, nos non ſumus in primo acquiſitore, qui fuit Antonius ſenior, ſed in Iulio, qui fuit ſecundus acquiſitor: Vnde ſicut ille non admitteretur ad reuocãdam alienationem factam per alium, vt per Alexan. *conſil. 105. vol. 4.* & Ruin. *in d. conſ. 48. num. 11.* pari modo dici debet, quod nec poſſit alienare emphyteuſim eccleſiæ, prout fecit Iulius, ſecundus auctor, inſtituendo Antonium vniuerſalem, in præiudicium D. Lauræ, filiæ propriæ ipſius Iulii, ſatis comprehenſæ in inueſtitura prima: Quare multis rationibus, & fundamentis intentio ſua probabilis eſt, quod hæc bona ſibi veniant relaxãda, ſicque in eius fauorem reſideo. *Hippolyt. Rimin. Ferrarie.*

Pro dom. Federico, & Scipione de Facchinis.

ARG. An pater bona emphyteutica, de quibus ab Eccleſia inueſtitus fuit, pro ſe, & heredibus ſuis, ex ipſo legitime deſcendentibus, filiabus ſuis relinquere poſſit, extantibus fratribus patruelibus, maxime, ſi in poſteriori inueſtitura, addita ſunt hæc verba, quæ in prioribus inueſtituris non erant; *pro heredibus vtriuſq; ſexus.* Et ſi pater patruelibus iſtis alia bona magni valoris reliquerit in eodem teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *In conceſſione facta alicui, pro ſe, & heredibus, an fœminæ etiam comprehendantur. & num. 3. 4. 5. 7. 13. 14. 25. 27.*
2 *Verbum,* heredibus, *vt commune continet & maſculos & fœminas.*
3 *Emphyteuſis eccleſiæ tranſit ad maſculos, & fœminas.*
6 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
8 *Bona eccleſiæ poſſunt relinqui fœminis, habita licentia ſic relinquendi.*
9 *Emphyteuſis regulariter non continet fœminas, vti prohibitas in ea ſuccedere & n. 10. 11. & 12.*
10 *Mulier detinere non poteſt pro debito, eo caſu, quo maſculus poſſet.*
16 *Per verbum,* legitime deſcendentibus, *excluduntur naturales, qui non ſuccedunt in emphyteuſi eccleſiæ. Item legitimati per reſcriptum. num. 17.*
Per verbum, deſcendentibus, *tranſuerſales excluduntur. n. 18.*
19 *Indulta ad reſtrictionem, & diminutionem non debent augmentum operari*
20 *Verbum,* heredibus, *poteſt ampliare emphyteuſim, vt nepotes comprehendat, & ſic heredes ſanguinis, non filiam.*
21 *Interpretatio debet vitari per quam duplex impropriatio, & ſpecialitas inducitur.*
22 *Verba in dubio interpretanda contra proferentem.*
23 *Perſona non expreſſa in ſtipulationibus non ſubintelligitur.*
24 *Maſculinum non concipit fœmininum in inueſtituris, factis, nominibus propriis maſculorum expreſſis.*
25 *Pars vna copulatiuæ declarat aliam.*
26 *Inueſtitura prior eſt attendenda.*
27 *Inueſtitura fœminarum mentionem faciens, an, & quatenus fœminas admittantur, ſi adſit ſtatutum fœminas excludens.*
28 *Tacitum plus expreſſo operari non debet.*
30 *Diſpoſitio non porrigitur ad perſonas prohibitas.*
31 *Verbum generale reſtringitur, cum ſpeciale verbum adiicitur.*
32 *Intellectus § emphyteuſim in auth. de non alien.*
33 *Aſſertioni alicuius, qui licentiam vel authoritatem ſe habere aſſerit, facultatem aliquam concedendi, an, & quatenus credatur. n. 34. 35. 36.*
37 *Caſus non comprehenditur in diſpoſitione, cum de eo teſtator nihil providit, dato quod maior eſſet ratio in vno caſu, quam in alio.*
38 *Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticam in dotem dare filiæ ſine conſenſu domini. num. 39. 52.*
40 *Emphyteutica res non poteſt perſonis incapacibus legari.*
41 *Caducum quid dicatur.*
42 *Verbum,* pro heredibus ſuis, *in inueſtitura, intelligitur de deſcendentibus. num. 43. 44.*
45 *Lex ſuadet patri æqualitatem inter filios ſeruare.*
46 *Filius adiens hereditatem paternam cum beneficio inuentarij, poteſt retinere bona emphyteutica, etiamſi filiabus relicta ſint, libera, ſicut & feudum liberum, dato quod nil remaneret in hereditate. num. 47. 48. 49.*
50 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim, an valeat. n. 51.*
52 *Pater an poſſit emphyteuſim dare in dotem filiæ.*

CONSIL. DCCLXIV.

MOrtuo D. Hippolyto Facchino teſtatorẽ, relictis viuis D. Laura, & Caſſandra filiabus ſuis, quibus plura bona reliquit, iuris Abbatiæ Fellonicæ, & relictis viuis D. Federico, & Scipione ſuis fratrib. patruelibus, inſtitutis ab eo, naſcitur controuerſia inter dictas filias, & prædictos, quinã præferri debeant in bonis iſtis, filiabus relictis, an illæ, vel dicti fratres, ſtantibus inueſtituris ſuis prædeceſſorib. factis. Et prima conſideratione dicendum videtur, dictas mulieres præferendas eſſe, ſiue veteres inueſtituras, ſiue iuniores intueamur: nam de anno 1504. 4. Septembr. D. Ioan. Bartholomæus Facchinus † inueſtitus fuit, pro ſe, & heredibus 1
ſuis, ex eo legitime deſcendentib. & de anno 1521. 28. Nouem. alii de Facchinis inueſtiti fuerunt ſub eiſdem verbis; quod verbũ, † *heredibus,* cum ſit cõmune, tam ad fœminas, quam 2
ad maſculos, *l. in annalib. cum ibi not. C. de leg. l. ſciendum. l. heredis appellatione. ff. de verb. ſig.* & ſubiecta † materia emphyteu- 3
ſis eccleſiæ ſit, vt tranſeat non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas. *§ emphyteuſim. in auth. de non alien.* ſequitur dictas mulieres, licet fœminas eſſe comprehenſas, prout

gradu Alexand. *conſil. 80. colum. pen. vol. 1.* Bruo *in c. in præſentia.*
4 *num. 4. de prob.* & Dec. *conſil. 32. col. 1.* vbi dicit, quod † in
conceſſione emphyteuſis facta pro ſe, ſuiſque legitimis he-
redibus; quia intelligitur de venientibus ab inteſtato, ve-
5 niunt fœminæ, † quæ ſimul cum maſculis ab inteſtato pari-
ter admittuntur. *l. maximum vitium. C. de lib. præter.* & ita ſu-
perioribus annis ego quoq; conſului *conſil. 44. num. 20.* &
poſtea *conſil. 90. n. 238. col. pen.* idemq; tenet, & dicit eſſe com-
munem Ber. *q. 18. in prin.* quem ſequitur Clar. *in §. emphyteu-*
ſis q. 32. Vnde dictæ mulieres in teſtamento vocatæ, ſolę de-
6 bent admitti, remotis patruis, cum † cauſa teſtati faciat ceſ-
ſare cauſam inteſtati. *l. quam diu. 2. ff. de acq. hered.* Secundo
tanto magis videtur hęc concluſio pro dictis mulierib. pro-
7 cedere, † ſtante poſteriore inueſtitura, quæ dicit, pro ſe, &
heredibus ſuis vtriuſque ſexus, & ſic clare comprehendit
fœminas.

Tertio, poſito quod dictæ mulieres non eſſent compre-
8 henſæ in verbis inueſtiturarum, † cum tamen data fuerit li-
centia D. Hippolyto teſtandi de dictis bonis, & ea relin-
quendi dictis mulierib. eis remanere debent, vt per Gozad.
conſil. 25. ſub num. 20. verſ. præterea & ſecundo. cum aliis per Me-
noch. *conſil. 111. col. fin.*

Quarto, ſi quoque reſpiciamus proximitatem, non re-
ſpectu D. Io. Bartholomæi primi inueſtiti, ſed D. Hippolyti
teſtatoris, vt debet, ſecundum Ruin. *conſil. 47. num. 6. vol. 3.*
quem notat Gabr. *lib. 3. de iure emphyt. concl. 1. num. 26.* illæ, ve-
lut filiæ in primo gradu ſibi coniunctæ, præferri debent di-
ctis fratribus patruelibus eidem D. Hippolyto coniunctis
in quarto gradu.

In contrarium vero pro dictis fratrib. & aduerſus dictas
9 mulieres, bene facit, quia in † materia emphyteuſis mulie-
res dicuntur eſſe de perſonis prohibitis, ad ſuccedendum
in ea, vt voluit Ioan. Andr. poſt Vincent. quos refert, & ſe-
quitur Imola *in c. potuit. num. 25. in gloſſ. prohibentur. de locato.*
10 addens rationem, † quia mulier deinceps non poteſt pro de-
bito, etiam eo caſu, quo maſculus poſſet, *auth. ſed nouo iure.*
C. de offic. diuer. iud. ſequitur Iaſ. *in l. 3. n. 93. C. de iure emphyt.* in-
11 ferens, quod † conditio domini deterior efficeretur, caſu
quo mulier ei quid, ratione emphyteuſis, vel alia de cauſa
deberet, ſi deinceps non poſſet; propterea non debet in ea
comprehendi, & cum prædictis quoque tenet dom. meus
Marcus Brun. ab Anguill. *conſil. 100. num. 79.* reddens ratio-
12 nem, quia † conceſſio non debet extendi ad perſonas pro-
hibitas. *l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mun. & hon. l. 1. §. nuncia-*
tio ff. de oper. non. nunc.

Secundo moueor, nam dominus inueſtiens non dixit
13 ſimpliciter, *pro ſe, & † heredib. ſuis*, quo caſu dicũt Dd. ſuperius
allegati, fœminas cõtineri, propter verbum, *heredibus*, com
mune ad maſculos & fœminas, præter quos, alios quoq; ci-
14 tat D. meus Anguill. *in d. conſil. 100. num. 40.* † item & ad ex-
traneos porrigitur verbum, *heredibus*, vt idem dicit *num. 80.*
de quo tamen latiſſime ſcribit Clarus *in §. emphyteuſis. q. 28.*
15 tenens † contrarium, niſi dictum ſit, *de heredibus quibuſcun-*
que, vt concludit *num. 7. in fin.* ſed ſubiunxit inueſtiens in ca-
16 ſu noſtro, ex eis † legitime deſcendentibus, per quod ver-
bum, *legitime*, voluit excludere naturales, qui non ſuccedũt
in emphyteuſi eccleſiæ. Bal. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de*
inſtit. & ſubſtit. & alii per Clarum *in d. §. emphyteuſis. q. 30.* &
17 etiam † legitimatos per reſcriptum, qui ſecundum com-
munem vſum loquendi, dicuntur naturales, ſed legitimati,
vt per Caſtr. *in l. fin. C. de his qui veniam ætat. impet.* quem ſe-
quitur Dec. *conſil. 275. col. 4.* & ita tenet Clar. *q. 31.* poſt Bald.
18 Iaſ. & Gratum, quos allegat, & per † verbum, *deſcendentibus*,
voluit excludere tranſuerſales inueſtiti, multoque magis
penitus extraneos; vnde cum ſic illud verbum, *heredibus*, re-
ſtrinxerit, non debemus illud ampliare, vt fœminas com-
19 plectatur; quia † inducta ad reſtrictionem, & diminutio-
nem non debent augmentum operari. *l. legata inutiliter. ff.*
de leg. 1.

Tertio, ſuccedit ratio notabilis domini mei Anguillei
20 *in d. conſ. 100. num. 106.* dicentis, quod illa dictio, † *heredib.* po-
teſt ampliare emphyteuſim, vt nepotes comprehẽdat; quia
non contingit aliqua improprietas, niſi quod verbum, *here-*
dibus, reſtringitur ad heredes ſanguinis, ſed non debet am-
pliare, vt veniant filiæ, quia reſultaret eadem improprietas,
& vna alia, videlicet, quod in emphyteuſi comprehende-
rentur perſonæ prohibitæ, vt ſunt fœminæ, ideo debet † eui- 21
tari interpretatio, per quam duplex impropriatio, & ſpe-
cialitas induceretur. *l. 1. C. de dot. pro.* & habetur *in l. ſciendum ff.*
de verb. oblig. cum ſimil.

Quarto, me quoque mouet alia ratio Socin. *in l. cum vir.*
col. fin. ff. de cond. & demonſtr. Felin. *in c. per tuas. de prob.* & Dec.
in l. 2. C. de ſucceſſ. edict. quos refert idem domin. meus An-
guill. *in d. conſil. 100. num. 123.* quod † verba in dubio debeãt 22
interpretari contra proferentem. *l. veteribus. ff. de pact.* & ma-
xime in emphyteuſi eccleſiæ; quia talis interpretatio tendit
in fauorem eccleſiæ, vt emphyteuſis citius finiatur. *argum.*
l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. & cum prædictis et-
iam concordat Menoch. *conſil. 111. ſub num. 42.* ideo fœminę
comprehendi non debent ſub verbo, *heredibus*, cum poſſi-
ſime (vt ille dicit) læderetur regula *l. ſi ſtipulatus. §. Chryſo-*
gonus. ff. de verb. oblig. qua dicimus, in † ſtipulationibus per- 23
ſonam non expreſſam non ſubintelligi, & etiam alia regu-
la deſtrueretur, de qua *in l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C.*
de caduc. tollen. qua ſolemus dicere, quod facile fuiſſet diſ-
ponenti dicere, ſi ita ei fuiſſet viſum diſponere, de fi-
liabus.

Quinto poteſt inſuper adiungi ratio ſatis pulchra,
quod inueſtitura facta fuit † nominib. propriis, Bonhomi- 24
no, Ioanni, Petro, & aliis, de Facchinis, recipientibus pro ſe,
& heredib. ſuis; & ita genus maſculinũ fuit expreſſum pro-
priis nominibus, quo caſu maſculinum nõ concipit fœmi-
ninum. *gl. in l. ſi quis ita. §. 1. ff. de teſtam. tut.* Imol. *in l. ſi ita ſcri-*
ptum. n. 5. ff. de leg. 2. Crau. *conſil. 964. n. 21.* Ergo dum ſubiun-
xit inueſtiens; *& heredibus ſuis*, debet intelligi de maſculis,
quia † vna pars copulatiua declarat aliam. Roman. *conſ. 231.* 25
Soc. *in l. 1. ff. de reb. dub.* Ruin. *conſil. 61. num. 8. vol. 2.* & ego *conſil.*
6. num. 122. Vnde per dictas rationes dictæ mulieres nõ con-
tinentur; nec eis ſuffragatur alia poſterior inueſtitura, di-
cens, *pro ſe, & ſuis heredibus vtriuſq; ſexus*: quia pro regula fir-
ma conſtitutum fuit apud Doctores, quod † in his conceſ- 26
ſionibus, & inueſtituris prior inueſtitura ſit attendenda.
Bald. *in l. vnica. col. pen. C. quando non pet. part. in c. 1. §. ſi vero. in*
fin. de ſucc. ſi at. vel de grad. ſucceſſ. & conſ. 82. proponitur quod. vol. 1.
& conſil. 398. ad euidentiam. eod. lib. Neuizan. *conſil. 11. nu. 6.* Me-
noch. *conſil. 1. num. 124. & conſil. 191. colum. 1.* Dec. *conſil. 188.*
num. 3. conſil. 193. num. 4. conſil. 390. colum. 3. & conſil. 445. num.
23. Caſtr. *conſ. 61. videtur dicendum. col. fin.* & Cur. *conſ. 92. in prin.*
Quare d. poſterior inueſtitura nihil opitulatur dictis mu-
lierib. vt per eam comprehenſæ dici debeant, velut inuali-
dam, quoniam tenor priorum inueſtiturarum debet atten-
di; ſed admitti debent, & renouari D. Federicus & Scipio,
deſcendentes D. Ioan. Bartholomæi inueſtiti, ſiue inueſtiri,
velut tranſuerſales D. Hippolyti, iuxta doctrinam Bart. *in l.*
1. ff. de priuil. cred. late Alex. *conſ. 80. ſecundo dub. vol. 1.* Cur. *conſ.*
47. col. fin. Dec. *conſ. 131. col. 2.* Rol. à Vall. *conſ. 3. ad fin. vol. 1. cum*
ſimil. per Gabr. Roman. *de iure emph. concl. 1. n. 16.* qui dicit hoc
eſſe verum, & magis communiter teneri; Idemq; tenet Ho-
rat. Mandol. *in addit. Roman. conſil. 22.* & ego *conſil. 444. n. 52.*
quinimo plus dici poſſet, dato, non tamen conceſſo, quod
ſub verbo, † *heredibus*, etiam fœminæ continerentur, ſi tamẽ 27
Mantuæ, & in eius ditione eſſet ſtatutum fœminarum ex-
cluſiuum (vt puto) & inueſtitura facta fuiſſet expreſſe pro
maſculis, & fœminis, ſicut intelligi deberet ordine ſucceſſi-
uo primo pro maſculis donec extarent, & in eorum defe-
ctum, pro fœminis, vt per Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff.*
de oper. lib. & conſ. 60. 1. dub. Decia. *reſp. 30. n. 40. vol. 3.* pariter vbi
tacite fœminæ includerentur; vt quando de heredib. ſim-
pliciter fuit dictum: quia † tacitum non debet operari plus 28
expreſſo. *l. cum quid. vbi not. ff. ſi cert. petat.* imo vero minus
ſolet operari, Bar. *in l. fin. ff. de leg. 2.* Bald. *in l. humanum. col. pen.*
C. de leg. cum ſimil. per Dec. *reſponſ. 73. num. 35. vol. 2.* quare in o-
mnem caſum ſuccumbere debent dictæ mulieres.

Et hanc partem tenendo ceſſant contraria; nam quoad
primum, de verbo, *heredibus*, communi ad mares, & fœ-
minas reſpondetur † in hac materia emphyteuſis eccle- 29
ſiaſticæ,

Digitized by Google

ſiaſticæ, repugnare, quod mulieres ſint de perſonis prohi-
30 bitis ad ſuccedendum in ea, vnde † diſpoſitio porrigi non
debet ad perſonas prohibitas. *d. l. vt gradatim. §. ſed ſi. ff. de
mun. & hon.* Item, quod reſtrictum fuit dictum verbum, *he-
redibus*, per ſequentia, vt ſecundo loco dixi: nam quando
31 verbo † generali adiiciuntur aliqua verba ſpecialia, reſtrin-
gitur ſignificatio d. verbi generalis, vt docet Bar. *in l. ſed ſi ad-
uciatur. ff. pro ſoc.* Goz. *conſ. 60. col. fin.* Rube. *conſil. 50. colum. pen.*
32 Pariſ. *conſil. 102. num. 12. vol. 1. cum ſimil.* & ad §. † *emphyteuſim.
ſuperius allegatum.* reſpondetur, quod loquitur, quando de
vtriſq; facta fuit mentio, ſcil. maſculis & fœminis, vt tradit
Imol. *c. potuit. in fin. de loc.* & Alex. *in l. adoptiuum. §. liberos. ff. de
in ius voc.* alias ſecus; vltra quod obſtant aliæ rationes ſupe-
rius adductæ, quominus ſub illo verbo, *heredibus*, venire de-
beant mulieres, quas non repeto breuitatis cauſa, ſecundũ
quoque contrarium ceſſat ex dictis ſupra, quod poſteriores
inueſtituræ non debent attendi, quæ alterant cõceſſionem;
ſed priores, & earum tenores. Quo vero ad tertium, dili-
gentius eſt conſiderandum; nam cum D. Iul. Palmerius, qui
ſuo nomine, & Capitanei Andreæ Soragni dedit licentiam
D. Hippolyto relinquendi de dictis bonis Abbatiæ dictis
mulieribus, & inſtituendi dominos Scipionem, & Federi-
cum, dixerit ſe eam licentiam dare vigore auctoritatis, ſibi
33 conceſſæ, tam in ſcriptis, quam oretenus, & † tamen neu-
trum probatur: non eſt credendum eius aſſertioni de tali
auctoritate & poteſtate, vt per Cyn. & Bald. *in l. fin. C. de ex-
hib. reis. & in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrbis.* per omnes
in l. ſciendum. ff. de verb. obl. cum ſimil. per Curt. *conſil. 16. col. 3. &
34 per* Dec. *conſ. 288. in fin.* idque comprobatur: nam † quando
quis non poteſt libere actum facere, nõ ſtatur eius aſſertio-
ni, vt ex plurib. cumulatis ponit Dec. *in l. ſi donatione. num. 18.
35 C. de collat.* & † quando quis ſe idoneum facit ad aliquid, ad
quod non erat, non ſtatur eius dicto. Bart. *in l. decem. col. 2. ff.
de verb. obl.* Alex. *conſil. 64. col. fin. vol. 1.* Aret. *conſil. 50. in fin.* Cur.
conſil. 55. num. 9. & Marſ. *in pract. crimin. §. diligenter num. 84. in
fin.* ſecundo dixit ille Palmerius ſe dediſſe licentiam ſuo no-
mine, & Soragni; nec tamen apparet, habuiſſe vices, nec
36 mandatum ab eo, ad peragendum, nec † mandatum præſu-
mitur, de quo opponitur, vt per Roman. & Alex. *in l. ſciendũ.
ff. de verb. obl.* Fel. *in c. ſicut. num. 33. de re iud.* & Decian. *reſp. 121.
n. 11. vol. 3.* quod peius eſt, poſito quod habuiſſet auctorita-
tem prædictam relinquendi dictis mulieribus, & inſtituen-
di dictos fratres, tamen D. Hippolytus non fuit vſus licen-
tia ſibi data, niſi reſpectu inſtitutionis dictorum fratrum,
reſpectu vero relictorum dictis mulieribus, nihil de dicta
licentia locutus fuit; ergo ſequitur quod eo reſpectu non
37 fuit vſus dicta licentia; † caſus enim, de quo teſtator nihil
prouidit, & qui præter ordinationem teſtatoris contigit,
vt iſte, de licentia prætermiſſa, non comprehenditur in diſ-
poſitione, dato quod maior eſſet ratio in vno caſu, quam in
alio, Anch. *conſil. 356.* Dec. *conſil. 218. num. 11. conſil. 291. num. 7.*
Bello. *conſil. 41. num. 4. & 5.* poſt Cyn. *in l. quod fauore. C. de leg.*
& ego *conſil. 291. num. 59.* & licet in hoc parua cura ſit adhi-
38 benda, quia † poteſt emphyteuta rem emphyteuticam in
dotem dare filiæ ſine conſenſu domini, vt voluit Speculat.
in tit. de locato. verſ. 109. §. tamen aliqua. & idem tenet Hoſtien.
in ſumma. de locato. §. fin. verſ. nunquid ergo. Alberic. Faber, &
Salyc. *in l. 3. C. de iure emph.* quos refert, & ſequitur Iaſ. *num.
39 107. & 108.* Tamen † aut dici debet, quod id procedat in
emphyteuſi laicali, vel ſi quoque eccleſiæ, quod referat, il-
lud in ea re conſtitutum eſſe, quod filiæ quidem relinqui
poſſit, dummodo emphyteuſis eodẽ iure ſit penes filiam,
quo erat penes patrem, vt quibus caſibus fuiſſet finita pe-
nes patrem, finiatur etiã penes filiam. Quare cum D. Hip-
polytus in teſtamento moriturus breui, reliquerit filiabus
dictas res Abbatiæ pro dote, eo quam primum poſtea mor-
tuo, ſopita fuit emphyteuſis penes dictas filias, ſicut penes
ipſum D. Hippolytum morientem fuiſſet finitura; & ideo
nihil eis proficere debent. *arg. l. qui ſic. ff. de ſolut. cum vulgarib.*
Præterea dato millies, quod dicti conductores habuiſſent
licentiam à domino directo, & auctoritatem, concedendi
licentiam d. D. Hippolyt. teſtandi de bonis Abbatiæ; non
tamen potuiſſet præiudicari dom. Scipioni, & Feder. qui ex
forma inueſtituræ debebant ſuccedere. *c. 1. de alien. feud. pa.
& c. 1. de ſucceſſ. feud.* Iaſ. *conſil. 64. colum. 2. verſ. nec obſtat. vol. 3.*
Circa vero quartum & vltimum contrarium, ſtante, quod
dictæ mulieres fuerint inhabiles, & perſonę prohibitæ con-
ſequi dictas res emphyteuticas, fruſtra de proximitate tra-
ctandum venit, quia † perſonis incapacib. legari non po- 40
teſt. *§. legari. Inſtit. de leg.* & ita ceſſant ſingula fundamenta,
quare dicendum eſt, dictas res dictis mulieribus relictas, v-
ti caducas, ad heredes pertinere. *l. vnica. §. & cum triplici. C.
de caduc. tollen.* vbi † caducum appellat Imperator, quando 41
quod relictum eſt, mortuo teſtatore, deficiebat; puta quia
legatarius repudiabat, vel moriebatur, dicit Glo. vel (vt ad-
di poteſt) erat inhabilis & incapax rei legatæ, vt in caſu no-
ſtro: heredes autem, ad quos pertinere debent dictæ res ec-
cleſiaſticæ, ſunt D. Scipio, & Federicus fratres inſtituti à D.
Hippolyt. quia deſcendunt à dom. Io. Bartholomæo, inue-
ſtito pro ſe, & † heredibus ſuis; nam huiuſmodi verba in- 42
telliguntur, pro deſcendentib. vt per Cuman. *conſil. 57. num.
1. & ſeq.* qui dicit † eſſe communem opin. ſicut & Goz. *conſ.* 43
39. num. 6. Alex. *conſil. 56. num. 3. vol. 2. & conſil. 83. num. 1. volum. 7.*
Soc. iun. *conſil. 11. num 1 vol. 3.* Bologn. *conſ. 84. in 1. dub. cum ſim.*
ample relatis per Clarum *in § emphyteuſis. q. 28. verſ. tertius eſt
caſus.* & in ſpecie Bero. *q. 117. ſuarum familiarium.* qui pari-
ter inquit, ita ſe habere † commun. opin. loquens in em- 44
phyteuſi eccleſiæ; & cum prædictis etiam concordat, & te-
net Ceph. *conſ. 400. col. 3. ſub num. 5.* vnde patet, quod ipſi D.
Scipio, & Feder. non indiguerunt aliqua licentia danda D.
Hippolyt. teſtandi de dictis bonis ad eorum fauorem, cum
id facere poſſet, velut eis comprehenſis in inueſtituris anti-
quis, & ſic iam data fuiſſet licentia id peragendi per conceſ-
ſores eorum; tantoque magis, quia cum proximiores eſſent
D. Hippol. potuit in eos alienare per teſtamẽtum d. res em-
phyteuticas ſucceſſuras in eos ab inteſtato; cum iſta fuerit
potius refutatio quam alienatio, vt in feudo eſt text. *in c. 1. in
ver. inter agnatos.* & ibi Bald. *de alien. feud. pa.* Bald. & Alberic.
in l. voluntas. C. de fideic. Bar. & alii in *l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſ.
& conſil. 58. ex themate. cum ſimil.* per Iaſ. *conſil. 64. num. 3. vol. 3.*
quod ſi dicatur, hinc inæqualitatem ſequi inter dictas mu-
lieres: nam D. Lauræ relicta fuerunt bona libera territorii
Ferrarienſis, vt poſſeſſio Vetraticæ, pro maiori parte dotis
ſuæ: D. vero Caſſandræ tantum bona iuris d. Abbatiæ, cum
lex † patri ſuadeat æqualitatem inter filios ſeruari. *l. vt libe-* 45
ris. C. de collat. reſpondetur hoc imputandum eſſe teſtato-
ri, qui ſciuit, aut ſcire debuit, ſe ſic diſponere non poſſe. *l.
cum te. ff. ſi cert. pet.* nec † per hoc heredes ſui tenentur eius 46
voluntatem adimplere. *iux. l. cum à matre. C. de rei ven.* plurib.
rationib. prima, † ſi hereditatem adiuerunt cum beneficio 47
legis, & inuentarii: poſſunt rerum retinere d. bona Abbatiæ
d. mulierib. relicta, licet nihil de bonis liberis in hereditate
remaneat; vt per Andr. Iſern. & Aluar. *in c. 1. col. pen. verſ. item
Abb. an agna. vel fil.* ſequitur Dec. *conſil. 185. num. 5.* vbi dicunt,
quod † ſi filius adiuit hereditatem cum benefic. legis, & 48
inuentarii, retinebit feudum liberum, dato quod nihil re-
maneat in hereditate, releuantur enim † heredes cõficien- 49
do inuentarium: quia tunc vltra vires hereditarias non ob-
ligantur. *l. fin. §. in computatione. C. de iure delib* & cum prædi-
ctis etiam concordat Pariſ. *conſil. 33. vol. 1.* & Gram. *deciſ. 93. n.
10.* quod ſi procedit in feudo, procedere quoque debet in
emphyteuſi; quia † valet argumẽtum de feudo ad emphy- 50
teuſim, vbi non reperitur contrarium deciſum. Bart. *in l. ſi
mihi. & Titio. ff. de verb. obl. cum ſim.* per Alex. *conſ. 5. vol. 5. & in l.
diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. mat.* Curt. *conſ. 28.* Iaſ. *in l. 1. col. 10. C. de
iure emphyt.* & D. meus Mar. Brun. ab Anguill. *conſ. 100. n. 24.*
Sicque communiter † teneri dicit Soc. iun. *conſ. 72. n. 57. vol. 2.* 51
Secunda ratione non procedit in caſu noſtro *lex, cum à ma-
tre.* quia duntaxat illa procedit in alienatione valida, in qua
tenetur heres obſeruare geſta per defunctum, at ſecus in a-
lienatione inualida, prout in caſu noſtro, † patet non po- 52
teſt dare emphyteuſim in dotem filiæ, niſi quatenus dura-
tura ſit penes eum, & ſic in vita ſua, & non vltra, *vt dixi ſupr.*
poſt Specul. *in §. nunc aliqua. ver. 109. de locato. cum cæteris alleg.*
nam tali caſu non procedit *d. lex. cum à matre.* vt inquit And.
Iſern. *in c. Imper. de prohib. feud. alien. per Fed. & in c. 1. §. alienare.*

Digitized by Google

qual.olim feud.pot.alien. Soc.*conſil.79.vol.3.* Compoſt.*in c.cauſam quæ.de reſcr.* & Grat.*in d.deciſ.93.n.8.* Tertia quoq; ratione non procedit *d.lex cum à matre.* quando heres non habet à defuncto illud, q̃ à defuncto ſibi relinqui neceſſe erat, vt declarat, & limitat Bart.*in l.2.circa fin.C.de inoff.don.* ſequitur Iaſ.*conſil.168.col fin.vol.4.* & idem Abb.quem ſequitur D.Saluſtius inter conſ.Caſtr.*conſil.197.vol.2.* Gramm.*in d.deciſ.93.n.11.* & Natta *conſil.490.n.17.* Vnde pluribus modis ſe tueri poſſunt heredes prædicti pro conſequendis dictis bonis Abbatiæ. *Hippolyt.Riminaldus Ferrarie.*

Pro Magnifica D.Lucretia de Abbatibus.

ARG. De filia agente Saluiano interdicto, ratione dotis maternæ contra bona patris pro dote materna hypothecatis, ab alio poſſeſſis, & ſitis in loco, in quo ſtatuto prohibentur bona immobilia ibi ſita, in perſonas extraneas alienari; an per tale ſtatutũ ab actione repelli poſſit. Et an prohibita alienatione, etiam oppignoratio prohibita cenſeatur. Item an tale ſtatutum valeat, & ad teſtamenta, & heredum inſtitutiones etiam porrigatur. Item an matri, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, debeatur legitima, ex bonis filii primi matrimonii.

SVMMARIVM.

1 *Nemo dat, quod non habet.*
2 *Statuta prohibentia alienationem fieri in forenſem, valent. nu. 9.*
4 *Interdictum Saluianum cui competat, & contra quem. n. 5.*
6 *Inſtrumentum pro veritate habetur, nec indiget diſceptatione fori.*
7 *Dominium probatur ex poſſeſſione, & quando.*
8 *Aſſerenti pro ſe quid, vel ſcribenti, regulariter non creditur.*
9 *Obligatio generalis omnium bonorum in inſtrumento facta, operatur hypothecam quorumcunq; bonorum, vbique ſitorum.*
10 *Et perſonalis obligatio contracta reſpectu rerum, competit contra quemcunque poſſeſſorem.*
11 *Proclama factum in loco, non ligat forenſes & alibi habitantes.*
12 *Natura legis, vel ſtatuti eſt, dare formam futuris. n.13.*
14 *Obligatio bonorum, an prohibita cenſeatur, prohibita alienatione.*
15 *Intellectus l.fin.C de reb alien.non alien.*
18 *Sponſalia intelliguntur prohibita, nuptiis prohibitis.*
17 *Statuta, Decreta, aut proclamata prohibentia alienationem in forenſes, locum non habent, quando fieret alienatio à non ſubdito in non ſubditum.*
18 *Item non habent locum aduerſus filios, aut filias in hereditate parentum.*
19 *Et procedit tale ſtatutum, quando inſtituitur heres extraneus, non quando legitimus, & maxime filius. n 20.21*
22 *Statutum prohibens alienationem in forenſem, non habet locum in alienatione conditionali.*
23 *Conditio proprie dicitur, quæ pendet à futuro.*
24 *In dubio contra fiſcum iudicandum.*
25 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, an poſſit petere ſupplementum legitimæ in bonis filij. n 26.27 35 36.37.38*
27 *Filij ſecundi matrimonij nihil petere poſſunt ex perſona matris, ſuper bonis primi viri.*
28 *Legitima aquæ debetur matri in bonis filij. vel eius ſupplementum, ſicut filio debetur in bonis patrimonii matris & n.29 31.*
30 *In parentibus requiritur tit.inſtitutionis, ſicut in liberis*
32 *Et eſt hodie aucta legitima parentum, ſicut legitima liberorum. num 33.*
34 *Ius petendi legitimam, vel ſupplementum, eſt tranſmiſſibile ad filiam*
40 *Prouiſio legis non facit ceſſare prouiſionem hominis ordinariam.*
41 *Animus ex effectu & verbis cognoſcitur.*
42 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
43 *Teſtatores ſolent ſæpe ex variis cauſis ulteriores præferre proximioribus.*
44 *Intellectus §.hinc nos. in auth. de nupt.*
45 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſibi non præiudicat in legitima filiorum, ſed ſecerit ex conſenſu eorum.*
46 *Et ſufficit conſenſus etiam tacitus*
47 *Dominus non poteſt opponere in iuccitatem aduerſus ſucceſſores eius, qui ceſſit in iure ſuo, ſi eo viuente non fuerit deductum contra eum. num 48.*
49 *Iniuria perſonalis non tranſmittitur ad heredem, niſi lite conteſtata.*
50 *Filiis primi matrimonii deficientibus, pœna ſecundarum nuptiarum contra matrem ceſſant n.51.52.& 53.*

CONSIL. DCCLXV.

MAgnifica D.Lucretia de Abbatibus, nunc nurus Illuſtris, & multum magnifici dom. Hieronymi Giraldi, Factoris Generalis Sereniſſimi domini Alphonſi II.Eſtenſis Ducis Ferrariæ, petit ab Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo dom. Alphonſo Eſtenſe, Marchione Monticuli, vel ab eius camera fiſcali ſibi relaxari poſſeſſionem quarundam terrarum, ſitarum in territorio Monticuli, quæ fuerunt olim D. Cæſaris Salardi, mariti dom. Hippolytæ de Cignis, matris ipſius dom. Lucretiæ, & pro dotibus ſuis ſcutorum bis mille hypothecatæ, detinendam, donec ei dictæ matris heredi fuerit ſatisfactũ de d.dotibus, damnis, intereſſe, & expenſis: cui petitioni, cum quædam per Agentes dictæ Cameræ fiſcalis, opponantur, ea prius referam, deinde, fundata intentione dictæ dominæ, ea ſigillatim, prout iuris erit, refellam: In primis igitur opponitur, quod dom. Cæſar Salardus dictas dotes non habuit, vt ex eius teſtamento colligitur, in quo mandat dom. Hippolytæ eius vxori, vt exigat integras dotes ſuas à dom. Giberto Cigno eius fratre; propterea non conuenit, vt ſatisfiat dom. Lucretiæ filiæ dictæ Hippolytæ ex bonis dicti Cæſaris, pro dote, quam ille non
habuit: † nemo namque dat, quod non habet. *l. filius. C. de* 1
donat. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Secundo, quatenus in eius bonis dicta dos eſſet exigenda, dicitur exigi debere in bonis eius alibi ſitis, non autem in territorio Monticuli, de quibus agitur; quoniam cum pro reſtitutione dotis dictorum ſcutorum bis mille, dictus Cæſar obligauerit omnia bona ſua, dicitur eorum alienationem feciſſe, cum de primo veniatur ad ſecundum. *l fin. C. de reb. alien. non alien.* vnde factus fuit locus ꝓclamati dicti D. Marchionis; quod tertio loco vehementer opponunt Agentes Excellentiæ ſuæ; id enim prohibet alienari bona immobilia, ſita in territorio Monticuli, etiam ex cauſa dotis, in aliquam perſonam non
ſubiectã immediate ſuæ Excellentię, vel † forenſem, ibi nõ 2
habitantem, aut in ſuo territorio, & non ſuſtinentem onera realia, & perſonalia in Communitate d. Monticuli, talesq; perſonas penitus incapaces, & inhabiles reddit dictorum bonorum, eaque vult confiſcari, & incorporari Cameræ prędicti D. Marchionis, de cuius proclamatis validitate, ſicut ſimilis ſtatuti, non videtur dubitãdum: valent enim huiuſmodi ſtatuta, prohibentia alienationem fieri in forenſem, vt tradit Bart. *in l.dudum. C.de contrah. empt. & in l.ſi nemo petente. §. omnium. ff. eo. cum ſimil.* per Alex. *conſil. 103. viſis ſcripturis col. 2. vol. 2.* Dec. *conſ. 661. col. 1.* Barb. *in rubr. de reb. eccleſ. non*
alien. col. 2. dom. meus Rimin. *conſil. 499. num. 2.* quæ † ſenten- 3
tia communis eſt, vt poſt Bar. teſtatur Iaſ. *in l. filiusfam. § diui. n. 106. lect. 2.* Ripa *num. 79.* Ferdinand. Loaz. & Crot. *num. 75. ff. de leg. 1.*

Licet hæc adducantur aduerſus dictam D. Lucretiam; probabilior tamen eſt intentio eius, ſic vt obtinere debeat
in præſenti remedio vtilis † Saluiani Interdicti quod inten- 4
tatum fuit ad eius fauorem, per Clarum Iuriſperitum, cuicunq; famoſum dom. Ioan. Franciſcum Gratum; id enim competit cuicunque creditori, habenti bona ſui debitoris ex quauis cauſa obligata, vel expreſſe, vel tacite, vt tradit Bart. *in l.1. num. 2. ff. de Saluian. inter. in illo verſ. & etiam cuilibet creditori. & in l. 1. q. 1. C. eo. ibi, & creditori.* Angel. Aret. *in §. item Seruiana n. 9. Inſt. de act.* & Alex. *conſ. 185. num. 4. vol. 6.* quos plenius deducit Menoch. *in 3. remed. adipiſcend. poſſeſſ. num. 18.*
competitque † contra tertium poſſeſſorem, qualis eſt Ca- 5
mera fiſcalis Illuſtriſſimi dom. Marchionis Monticuli, vt tradunt gloſſ. & cæteri, *in d. l. 1. ff. & C. de Saluian. interdict.* Neguſ. *in tractat. de pignor. part. 2. memb. 4. num. 133.* Balduin. *in § interdum. Inſt. de interd. & in Commentariis de pignor. c. 14. col. 2. cum ſimil.* per eundem Menoch. *loco citato q. 7.* De conſtitutione vero dotis ſcutorum bis mille, facta dom. Cæſari Salardo, de anno 1558. & de obligatione omnium bonorum ſuorum pro eius reſtitutione, conſtat ex inſtrumento
tunc confecto, † cui ſtandum eſt; quia pro veritate habe- 6
tur, nec indiget diſceptatione fori. Bart. *in l. imperator. col. 1. ff. de ſtat. hom. lect. 1.* Iaſ. *in l. iurugen. § quod fere. ſecundo notab. ff. de pact.* & ego *conſil. 52. num. 109.* latius inſiſtens circa vim, & pro-

Digitized by Google

& probationem inſtrumenti. Quod vero dictus Cæſar ha-
buerit vnam poſſeſſionem in territorio Monticuli, eam-
que poſſederit, ſubindeque dom. Alfonſus eius filius, & in
eorum hereditate remanſerit, deponunt plures teſtes in
proceſſu, ad quos me remitto, vltra confeſſionem partis. Et
7 cum hic † principaliter tantum agatur de poſſeſſione, do-
minium, quod venit incidenter, probatur ex ea *l. 1. ff. famil.
hercif.* gloſſ. & Doct. *in l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit. cum ſi-
milib.* per Iaſ. *in l. ſi prius. num. 19. ff. de oper. nou. nuntiat.* denuum
quod dom. Hippolyta fuerit vxor dicti Cæſaris, & ex ea na-
ta fuerit dom. Lucretia, licet ex ſecundo matrimonio, pari-
ter conſtat ex proceſſu, vbi videndum eſt. Sola ſupereſt er-
go difficultas in tollendis obiectis ſupra relatis: quod igitur
pertinet ad primum, quo dicitur, Cæſarem dotes promiſſas
non habuiſſe, conſtat inprimis ex inſtrumento conſtitu-
tionis dotis, dom. Petrum de Cignis ei, ſeu matri ſuæ cura-
trici, numeraſſe duc. 500. auri in auro, & de reſiduo com-
putatos fuiſſe affictus quarundam poſſeſſionum locata-
rum dicto Cæſari per dom. Gibertum Cignum, de quibus
in inſtrumento rogato per dom. Auguſtinum Florenum de
Arecto, de anno 1561. 21. Iul. & de patientia ſibi præſtita v-
rendi per tempus locationis ſex anniorum deponunt plures
teſtes, & ex confeſſione dom. procuratoris Muſchæ, pro d.
Camera reſpondendo capitulis, ſiue, vt vocant, interroga-
torijs, apparet curſum nummorum aſcendiſſe ad ſummam
reſidui dotis, vnde conuincitur, quod mandauit Cæſar in
teſtamento dom. Hippolytæ, vt exigeret integras dotes,
8 quaſi ille eas non habuiſſet, vltra † quod alicui pro ſe quid
aſſerenti vel ſcribenti regulariter non creditur, vt tradunt
ſcribentes *in l. 1. Cod. de edend.* & latius *in l. admonendi. ff. de iure-
iurand.* Ad ſecundum, quod dos exigi debeat in bonis dicti
Cæſaris alibi ſitis, non in iſtis Monticuli, breuiter reſpon-
9 detur, quod † cum ille generaliter & indifferenter obliga-
uerit omnia bona ſua, vt in clauſula inſtrumenti cæterata, ſi
extendatur: ſequitur, quod hypotheca complecti debeat
quæcunque bona vbique ſita dicti Cæſaris, cum omnia,
quæ in bonis noſtris ſunt, obligari poſſint, *l. qua pradium. ſi æ-
lien. res pignor. l. qui filios. C. qua res pignor. obligar. poſſ. l. ſi quis. §.
vſusfructus. ff. de pignor.* quas ad hoc citat Surdus *conſil. 4. num.
10 19* amplians, vt per eum. Et † obligatio, licet perſonalis,
contracta reſpectu rerum, competit contra quemcunque
poſſeſſorem, *l. ſi ipſa. & l. metum. §. fin. ff. quod metus cauſa. c. cum
contra. de pignor.* & voluit Bald. *in l. 2. q. 1. Cod. de reſc. vend.* De-
cian. *reſponſ. 31. numer 166. volumin. 1.* Circa tertium, de procla-
mate Monticuli, diligentius eſt aduertendum, quia ſuper
eo plura dicam pro dom. Lucretia, quibus apparebit illud
11 ei non obſtare: igitur inprimis dico, quod illud fuit † publi-
catum Monticuli, vbi dom. Cæſar non habitabat, ſed Re-
gij, vbi namque fuerat, vt aliqui teſtes dicunt; & inſuper ex in-
ſtrumento ſponſaliorum colligitur, facto in ciuitate Regij,
cum eo & matre ſua ibidem habitante, ideo non ligat di-
ctum Cæſarem, nec dom. Hippolytam eius vxorem, nec i-
ſtam dom. Lucretiam, vel Regij, vel Carpi habitantes, vt
tradit Alexand. *conſil. 73. numer. 8. & conſil. 181. numer. 12. volu-
min. 6.* Plotus abunde *in leg. ſi quando. numer. 858. Cod. vnde vi.*
quos adducit Bertazolius noſter *conſilio 134. numero 7. libr. 1.
criminalium.* quibus addo Pariſium *conſilio 171. numero quin-
to, volumine quarto.* quæ concluſio bene fundatur in igno-
rantia alibi habitantium, qua ſtante, ligari non debent, vt
per eos.

Secundo dico, quod dictum proclama publicatum fuit
de anno 1567. at conſtitutio dotis, & obligatio bonorum
pro ea reſtituenda fuit de anno 1558. & ſic ante per annos 9.
12 Vnde quia † natura legum, vel ſtatutorum, ſeu proclama-
tum eſt dare formam futuris, *l. leges. & ibi Doctores. C. de legib.
cap. 2. & cap. fin. de conſtit.* dici non debet, hoc proclama in
præteritum operari poſſe, vel debere: imo clare conſtat,
quod dictum proclama de futuris alienationibus voluit
prouidere, dicens: *Et ſe ſerà alcuno, che contrafacia alla preſente
determinatione.* Id eſt: *Et ſi quis erit, qui contrauenerit præſenti
13 determinationi.* id enim † arguit verbum *ſerà*, id eſt, *erit*, futu-
ri temporis, quod regulariter præſens non comprehendit,
l. verbum erit. ff. de verb. ſign. & ibi Alciat. & Robuff. Menoch.
conſ. 97. n. 68. & ego *conſ. 51. nu. 10.* multò minus debet præteri-
tum complecti, futuro contrarium.

Tertio ſubtilius quoque conſidero, quod in conſtitu-
tione dotis nullam video fuiſſe factam alienationem bo-
norum per dictum Cæſarem, vel alios eius nomine, ſed ob-
ligata fuiſſe tantum bona in caſu reſtitutionis dotis, † & li- 14
cet per obligationem bonorum deueniri poſſit ad aliena-
tionem, vnde prohibita alienatione debet etiam prohiberi
obligatio, velut eius præambulum, † *d. l. fin. C. de reb. alien. non 15
alien.* tamen illa lex locum non habet in ſtatuto pœnali,
prout ſignanter notat ibi. Bal. & poſt eum Cor *conſ. 193. n. 4.
vol. 1.* prout etiam videmus *in l. Horatio ff. de ſponſ.* † vbi prohi- 16
bitis nuptijs intelliguntur prohibita ſponſalia, per quæ de-
uenitur ad nuptias: nam & ea regula locum non habet in
materia pœnali, ſecundum Alex. *conſ. 194. in fin. vol. 2.* & Cor.
conſ. 147. nu. 23. vol. 1. at iſtud proclama ſine dubio pœnale eſt,
cum bona alienata confiſcari velit, & incorporari Cameræ
D. Marchionis. Ergo non debet verificari, nec habere lo-
cum in obligatione bonorum, de qua tantum hic agitur.

Quarto poſito ſine præiudicio veritatis, quod hic age-
retur de alienatione bonorum; quod tamen negatur; cum
tamen facta diceretur per D. Cæſarem D. Hippolytæ, qui
ambo erant Regienſes, & ſic non ſubditi Illuſtriſſimo do-
mini Marchioni, ſequitur, quod fieri potuiſſet allegata alie-
natio, non obſtante dicto proclamate, quia † huiuſmodi 17
ſtatuta, decreta vel proclamata locum non habent in alie-
natione bonorum facta à non ſubdito in non ſubditum, vt
per Ceph *conſ. 161. col. 2.* Rip. *lib. 1. reſpon. c. 2. num. 2.* Plot. *conſil.
108. num. 17. lib. 1. crimin.* Burſat. *conſ. 8. num. 27.* & ego *conſil. 501.
num. 56.*

Quinto quoque pulchre conſidero, quod dom. Lucre-
tia eſt filia dom. Hippolytæ, quæ intendit matri ſuæ ſucce-
dere in dote ſua: at † huiuſcemodi ſtatuta, decreta vel pro- 18
clamata prohibentia alienationem in forenſes, locum non
habent aduerſus filios aut filias in hereditate parentum, vt
in decretis Parmæ voluit Cephal. *conſil. 13. numer. 27.* in ſtatu-
to Piſauri Corn. *conſil. 111. ad fin. volum. 3.* in ſtatuto Ferrariæ,
patriæ meæ, Socin. iun. *conſil. 18. numer. 35. volum. 3* in ſtatuto
Laudæ Alciat. *reſp. 53. num. 7.* Bertachin. *in verbo. forenſis etiam
filius.* & in decreto Mediolani Plot. *in alleg. conſil. 108. num. 75.*
ſicut & Cephal. *conſil. 161. numer. 16.* quos omnes ego ſe-
cutus fui *conſil. 15. per plures col.* vbi præ cæteris motus fui ra-
tione ſatis efficaci Comer, *in dict. conſil. 111. ad fin.* dicentis,
quod † ſtatutum prohibens alienationem in forenſem 19
procedit, quando inſtituitur heres extraneus, non autem
quando legitimus, & potiſſime filius, cui hereditas matris
videtur quaſi debita, *l. ſi emancipata. iunct. gloſ. C. de iur. & fact.
ignor.* † & ſi non ſuccederet, cenſeretur quodammodo de- 20
bitum perdere, & damnum pati, non lucrum amittere, *l. fin.
C. de codic.* Et hanc deciſionem à tot præclaris Doctoribus
confirmatam ſæpius ego quoque conſulendo ſecutus fui,
nedum *in d. conſil. 15.* ſed etiam *conſil. 256. num. 34. & conſil. 353.
col. 1.* licet † reſpectu matris in ſuccedendo filio ſecus ibi di- 21
xerim *nu. 74.* quod non proſequor, quia non attingit caſum
noſtrum, in quo tractamus, quod filia ſuccedat matri, in
quo Dd. prædicti loquuntur.

Sexto non prætereo, quod † dictum proclama, ſicut nec 22
ſimile ſtatutum prohibens alienationem fieri in forenſem,
locum non habet in alienatione conditionali, quia foren-
ſis pendente conditione poteſt fieri ciuis, *l. cætera. in prin.* &
ibi not. Iaſ. *notab. 7. ff. de legat. 1.* Ita declarat Rip. *in cap. 2. de le-
gib. & long. conſuet. nu. 24.* quem ſequitur Plot. *in d. conſ. 108. nu.
26.* & ego *conſ. 56. nu. 41.* ſed obligatio bonorum facta per do.
Cæſarem vxori ſuæ, per quam prætenditur inducta aliena-
tio, licet male, vt tertio loco dixi, fuit conditionalis, videli-
cet in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ, quod à
futuro pendebat, & euenire poterat, quod dos non veniret
reſtituenda, ſi prędecederet vxor cum filio, † quo caſu pro- 23
prie dicitur conditio, quæ pendet à futuro, & ad eſſe, vel
non eſſe, *l. cum ad præſent. cum ibi not. ff. ſi cer. pet.* & ea pẽdente
dn. Hippolyta poterat fieri ciuis Monticuli; propterea di-
ctum proclama non debet in ea locum habere, ſicque illi
do. Lucretia potuit ſuccedere.

Septimo quoque poteſt adiungi eiuſdem proclamatis
exceptio facta de ciuibus Regij, poſſidentibus bona in ter-
ritorio Monticuli, in quos concedit bona transferri poſſe,
etiam ex cauſa dotis in quoſcunque, licet non ſubditos iu-
riſdictioni Monticuli: at D. Cæſar Salardus erat ciuis origi-
narius Regij, vt teſtes dicunt examinati, & ex alijs ſcripturis
auctenticis apparet in proceſſu productis; ergo præter tot
reſponſiones, quibus euitatur dictum proclama, illud inſu-
per deſeruit dom. Lucretiæ, ſtante quod dom. Cæſar erat
ciuis Regij, & inſuper dom. Hippolyta mater eius: nec
quod ſubdit de licentia dom. Marchionis requiſita, caſum
noſtrum dotis offendit, cum non de illa, ſed de venditione
loquatur, vel alio ſimili, qualis non eſt dos. Vnde tandem
remanet concluſio fauorabilis dom. Lucretiæ in hoc caſu
24 tam claro, † qui quando etiam eſſet dubius, contra fiſcum
deberet iudicari, per regulam *l. non puto. ff. de iure fiſci*. Super-
eſt nunc alius articulus diſcutiendus, quem proponit ipſa
domina Lucretia: nam ex dom. Cæſare Scalardo & D. Hip-
polyta natus eſt D. Alfonſus, qui mortuo patre pariter de-
ceſſit, inſtituta herede matre ſua, in ſcutis decem, herede
vero vniuerſali auia paterna; vnde dom. Lucretia petit ſup-
plementum legitimæ debitæ dom. Hippolytæ matri ſuæ in
bonis dicti Alfonſi illius filij. Quare quæritur, quid in hoc
caſu de iure ſit dicendum, circa quem articulum, licet ego
non videam quicquam dici, quod releuet, tamen vetem
deguſtaſſe videar, cum hæc dom. Lucretia petat ex perſona
matris, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, ſupplementum legi-
timæ, in bonis dom. Alfonſi filij ſui prædefuncti, periculo-
ſa videtur intentio ſua per conſilium Beroi *38. vol. 2.* & So-
cin. iun. *conſil. 97. vol. 4.* qui caſum noſtrum fere proponunt
de filio, qui nullis extantibus filijs atque fratribus in teſta-
mento matri iure inſtitutionis reliquit octo ſcutos pro le-
gitima, cum expreſſione, quod nihil vltra petere poſſet, pa-
trimumque ſuum, vel alium extraneum heredem vniuerſa-
25 lem inſtituit, concluduntque, quod † illi matri denegari
poſſit ſupplementum legitimæ, nec illud ei debeatur, cum
viuente filio tranſiuerit ad ſecundas nuptias; ſed illud tan-
tum petere poſſit, quod ſibi relictum fuit, & non aliter: &
ante ipſos idem tenet Bal. *conſil. 5. & conſ. 314. vol. 4. in nouiſ.*
Io. de Garro. *in auth. ex teſtamento. num. 19. & 22. C. de ſecund.
nup.* demumque Decian *reſpon. 19. num. 7. vol. 2.* & in eodem
caſu poſt eum Cephal. *conſil. 304. col. 1. & 2.* moti omnes per
tex. *in §. hinc nos. verſ. ſi autem inteſtatus. in auth. de nupt.* Qui-
bus accedit idem Bal. *conſil. 49. volum. 5.* vbi dicit, quod ſi fi-
26 lius † deceſſit teſtatus, & matri reliquit decem iure inſtitu-
tionis, & vetuit, quod non poſſit plus petere, non poteſt illa
agere ad ſupplementum legitimæ; mouetur, quia ea non
ſuccedit ab inteſtato, propter tranſitum ad ſecunda vota, &
ſi aliquid ei relinquitur in teſtamento, ſuccedit vt quilibet
extraneus, vt dicitur *in d. auth. ex teſtamento.* & ſic non tan-
quam mater, igitur ei non debetur legitima. Sed & alia ra-
27 tione Baldus vtitur *in d. conſilio 5.* nam cum † ſecundo nu-
pſerit mater, nullo modo ſuccedit in proprietate, ſed in v-
ſufructu, qui morte matris fuit extinctus, & ideo ſuper bo-
nis, quæ fuerunt primi viri, filij ſecundi matrimonij nihil
petere poſſunt ex perſona matris, *d. auth. ex teſtamento. C. de
ſecun. nupt.* Vnde ſic dicendum videtur aduerſus hanc dom.
Lucretiam, filiam dom. Hippolytæ ex ſecundo matrimo-
nio, quod in bonis olim dom. Cæſaris Salardi poſtea per-
uentis ad Alfonſum nihil ipſa petere poſſit.

Iſtis tamen non obſtantibus in eius fauorem deſcendo,
ſicut alias in caſu ſimili conſului pro dom. Magdalena de
Cuſinis *in conſil. 305.* poſt duos Clariſſ. Iuriſconſultos, dom.
Iulium Cæſarem Codebouem, & dom. Bartholomæum
Bertazollum; & pro qua ſententiam fauorabilem dedit Ex-
cellentiſſ. dom. Benedictus Raynaldus, tunc Prætor Muti-
næ, nunc vero Ferrariæ meritiſſimus, quorum ſemitas ſe-
quens libentius hanc opinionem defendi, velut æquiorem,
pietatiq; maternæ magis conſentaneam, motus fui tunc, &
28 nunc quoque moueor, † quoniam legitima ſic matri debe-
tur in bonis filij, vel eius ſupplementum, ſi minus ea fuerit
à filio matri relictum, ſicut filio debetur in bonis patris aut
matris, *l. omnimodo. C. de inoff. teſt.* ibi, *liberis eorum vel alijs per-
ſonis.* iuncta gl. quæ exponit parentibus. Et ibi notat in ſpe-
cie Iaſ. vbi poſtquam dixit, † quod ille, cui minus legitima 29
relictum fuit, debet agere ad ſupplementum, extendit hoc
habere locum non ſolum in liberis, ſed etiam in parenti-
bus, per illam gloſſ. & hoc etiam fuit de mente Baldi *ibidem*,
poſt Iacobum de Belu. *in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt
cum de app. cogn.* dicentis, quod † in parentibus ita requiritur 30
titulus inſtitutionis, ſicut in liberis, vnde ſi parentibus non
eſt relictum iure inſtitutionis, poſſunt dicere teſtamentum
nullum, & etiam venire per contra tabulas, quia *in §. & hæc
quidem. eod. tit.* dicitur idem in liberorum teſtamentis, & in
teſtamentis parentum, & *in §. cæterum.* dicitur: Sola enim eſt
noſtræ Serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam
præteritionis auferre; ex hac igitur æquiparatione mutua
legisque præcepto patet, Baldum ſentire, quod & matri le-
gitima debeatur in bonis filij, & eius ſupplementum minus
ea ſibi relictum, ſicut econtra filio debetur in bonis matris.
Et illam deciſionem Baldi contra Bartolum, qui ſecus vo-
luit *in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt.* tenent indifferenter Do-
ctores ibi, vt refert Fabius de Chiocis *num. 166.* & † commu- 31
nem teſtatur Salyc. *col. 2. in fin.* Iaſ. *num. 37.* Coraſ. *in l. filium
quem habentem num. 82. C. fam. her.* Gomez. Arias *in l. 4. Tauri-
no. num. 9.* quos refert, & late comprobat Vaſquius *in tract. de
ſucceſſ. creation. lib. 2. § 20. num. 282. ſuper auth. nouiſſima.* addens
inſuper Caſtrenſem *in auth. ex cauſa. num. 11. C. de liber. præt.* &
Suarez *in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt.* & ex dicta æ-
quiparatione ſuccedit alia, quod † legitima parentum eſt 32
hodie aucta, ſicut legitima liberorum, gloſſ. *in l. omnium. ff.
de vſufr. in l. quoniam in prioribus, mox allegata. & in d. auth. nouiſ-
ſima.* quas ſequuntur Petr. de Bella Per. Odofred. & Ioan.
Fabr. Cyn. Alber. & Iacob. Burrig. Idemque Iacob. de Are.
Bar. Bal. Salyc. Caſtr. Fulgoſ. & Iaſ. ibi, qui † communem te- 33
ſtatur, ſicut & Vaſquius *num. 283.* ponderans textum *in d. §.
cæterum.* qui dicit: Sola enim eſt noſtræ Serenitatis intentio
iniuriam præteritionis & exheredationis à parentibus & li-
beris amouere. Sicque parentibus non aliter atque liberis
ſuccurſum voluit, vt inquit Vaſquius, & cum prædictis et-
iam concordat dom. meus Marcus Brun. Anguiſſ. *conſ. 19.
num. 117.* Quare dici debet ex prædictis, quod ſicut filij, qui-
bus relictum reperitur minus legitima, poſſunt petere ſup-
plementum legitimæ in bonis parentum, ita & è conuerſo
potuerit dom. Hippolyta illud petere in bonis Alfonſi filij
ſui, † & cum illud non petierit, potuit illud ius petendi ad 34
hanc dom. Lucretiam filiam ſuam tranſmittere, vt per Sa-
lyc. *in l. ſcimus. in prin. C. de inoff. teſt. verſ. quæro. tum gloſſ. 1. cum
ſimil.* per Alex. *conſ. 5. viſo tit. quæſtionis. volum. 2.* Dec. *conſil. 218.*
& Purpur. *conſ. 72. num. 10.* idemque tradit Bal. *in l. 2. q. fin. C. de
lib. præter.* Alexan. *conſ. 54. col. 3. vol. 2.* Iaſ. *in d. l. ſcimus. in prin.*
Soc. *conſil. 92. verſ. circa ſecundum. vol. 1.* & Boer. *deciſ. 250. col. 3.
ſub num. 4.* ſicut & Purpur. *conſil. 396. num. 77.* quare ſatis ex
prædictis iuſtificatur intentio d. dominæ, quæ clarior appa-
rebit, ſublatis contrarijs.

Non obſtat igitur, quod dixi ſuperius, † de tranſitu ad 35
ſecunda vota dom. Hippolytæ, propter quem videtur ex-
cluſa à iure conſequendi ſupplementum prædictum: nam
primo dico, quod Bal. *conſ. 314. Ioannis & Iacoba, vol. 4. in nouis.*
vbi loquens de quadam Angelina filia, quæ fecerat teſta-
mentum, dicit, quod eius ſucceſſio vadit ſecundum teſta-
mentum ſuum, ſalua legitima matri debita, quæ tranſiue-
rat ad ſecundas nuptias. Verum quia ſuperius in contra-
rium citaui eundem Bald. *conſil. 5. vol. 4.* forſan attentari poſ-
ſet, quod aliquando dicebat † Alciat. magni nominis ſui 36
temporis Iuriſconſultus, Baldum nullis in locis ſibi contra-
rium fuiſſe, ſi penitus conſideretur, quod etſi magnum Pa-
radoxum videatur, tamen in dictis duobus conſilijs verifi-
catur: nam *in dicto conſ. 5.* caſum ponit Baldus de quadam
Beneuenuta, quæ ex primo viro tres filios habuit, Ange-
lum, Colam & Iacobutium, deinde ſecundo nupſit, & ex
ſecundo viro habuit duos filios, Iunctam & Orſinam, poſt-
ea mortui ſunt Cola & Iacobutius teſtati, inſtituto Ange-
lo, demum deceſſit dicta Beneuenuta, ſuperſtite Angelo fi-
lio primi matrimonij, & dictis Iuncta & Orſina filijs ſecun-
di matrimonij, poſtea vero deceſſit dictus Angelus, inſtitu-

tis

tis quibuſdam coniunctis, quo facto ſic ſtante inſurgebant
Iuncta & Orſina petentes legitimam, quam dicebant ma-
tri fuiſſe debitam in bonis Colæ & Iacobutij prædefuncto-
rum; concludit Bal. eos non poſſe eam conſequi: nam cum
37 Beneuenuta † ſecundo nupſerit, nullo modo ſucceſſit in
proprietate, ſed in vſufructu, qui morte matris fuit extin-
ctus; ideo dicta Iuncta & Orſina nihil petere poſſunt, *auth.*
ex teſtamento.C.de ſecun.nup. Ita Baldus ibi, & bene: quia Be-
neuenutæ matri ſuperuixit Angelus filius ſuus ex primo
matrimonio, qui impediebat eam ſuccedere Colæ & Iaco-
butio filijs prædefunctis in proprietate, ſed vſumfructum
tantum habebat, morte ſua poſtmodum extinctum; ſed *in*
conſil. 314. Baldus caſum poſuit in Angelina ſola filia primi
matrimonij, quæ matri prædeceſſit ſine filijs, vnde dicit
Bald. quod mater, quæ ſecundo nupſit, proprietatem per-
diderat in bonis mariti ſui, præmoriente vero dicta Ange-
lina filia recuperat illam proprietatem, *per l.fœmina. in fin.C.*
de ſecun.nup. qui text. de iſta recuperatione non eſt alibi,
eamque recuperat, vt hanc ſuæ infelicitatis conſolationem
conſequatur: patet ergo, quam in diuerſis terminis Baldus
loquatur in dictis duobus conſilijs. Propterea bene con-
cludit Bald. *in d. conſil. 304.* quod ſucceſſio Angelinæ vadit
ſecundum teſtamentum ſuum, ſalua legitima matri debi-
ta, ſicque pariter dici debet in caſu noſtro, illi conformi;
cum do. Alfonſus, filius primi matrimonij dom. Hippoly-
tæ, illi prædeceſſerit, inſtituta auia paterna: teſtamentum
namque ſuum debet procedere, ſalua legitima, vel eius
ſupplemento matri ſuæ debito, licet ſecundo nuptæ. Quo
vero ad aliud conſilium Baldi *49. vol. 5.* per me ſuperius alle-
gatum debet etiam diligenter aduerti: nam loquitur in ter-
minis ſtatuti, quo mater tranſiens ad ſecunda vota causeba-
tur, quod ab inteſtato filio prioris matrimonij non ſucce-
deret; & ob id arguit, quod ſublata cauſa inteſtati non eſt
tractandum de legitima, volens dicere, quod ei non de-
beatur legitima, qui non ſuccedit ab inteſtato, vt not. *in d.*
auth. nouiſſima. & tradit Purpur. *conſ. 100. num. 13.* ſed hoc de
do. Hippolyta Regienſe dici non poteſt, quæ per ſtatutum
Regij, *Qui ſuccedere debeant ab inteſtato, lib. 2. cap. 75.* non ex-
cludebatur, niſi per aſcendentes maſculos, vel per agnatos,
de quorum exiſtentia nihil apparet: ergo ceſſat argumen-
tum Baldi.

Sed vlterius loquitur Bal. in filio, qui matri decem reli-
quit iure inſtitutionis, & voluit, quod non poſſet plus pete-
re, vel habere; quo caſu declarans eum Io. de Garronibus *in*
38 *d. auth. ex teſtamento. ſub nu. 15.* dicit, quod † quando filius ma-
tri reliquit decem, vetando, quod plus petere non poſſit,
per illam prohibitionem dicitur declaraſſe voluntatem
ſuam, quod nolebat matrem ſuam ſuccedere, niſi in illis
decem, & quod non remittebat ei iniuriam ſibi factam per
tranſitum ad ſecunda vota: vnde non mirum, ſi illo caſu in
reſiduo præter decem mater remanet tanquam extranea,
quia omnino excluditur ex expreſſa voluntate filij; ſed ca-
39 ſus † noſter longe differt ab illo Baldi, quoniam do. Alfon-
ſus, filius dom. Hippolytæ, iure inſtitutionis ei reliquit ſcu-
tos 10. auri, in quibus eam inſtituit ſibi heredem, nec adie-
cit clauſulam prædictam: ergo videtur ſe voluiſſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris communis, iuxt. not. per Bart.
& omnes, *in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* quo cauetur, a-
gi poſſe ad ſupplementum legitimæ, *l. omnimo. C. de inoff. teſt.*
nec dicatur, quod vocando D. Hippolytam, nunc vxorem
dom. Franciſci de Abbatis, videtur ſcutos 10. reliquiſſe pro-
pter iniuriam conceptam ex ſecundis nuptijs: nam ſcutos
10. reliquit iure inſtitutionis, ne nihil relinquendo dicere-
tur matrem præteriſſe, & illa teſtamentum nullum redde-
ret, *l. filio præterito. & l. inter cætera. ff. de liber. & poſth. & Inſt. de*
exher. lib. in prin. cum vulgar. ſed non inde priuata cenſeri de-
bet do. Hippolyta prouiſione legis ordinaria conſequendi
40 ſupplementum legitimæ, † quia prouiſio hominis non fa-
cit ceſſare prouiſionem legis ordinariam, vt tradit Alex. *in*
addit. Bart. in l. prætor. ff. de oper. nou. nunt. conſil. 130. col. 2. vol. 4. &
do. meus Rimin. *conſ. 308. n. 14.* nec quod dixerit, matrem eſ-
ſe nunc vxorem dicti Abbatis, præſumi debet, ipſum fuiſſe
memorem dictæ iniuriæ conceptæ, imo potius contrarium
præſumi debet, honorando matrem & maritum titulo mā-
gnificæ & magnifici; † qualis enim fuerit animus, ex effectu 41
cognoſcitur, vt not. Bar. *in l. ſi concubina. §. res amotæ. ff. rer. a-*
mot. Decian. *reſponſ. 88. numer. 13. volum. 3.* & animus ex loque-
la hominis iudicatur, vt per Dec. *conſil. 305. & in l. ſemper in*
ſtipulationibus. ff. de regul. iur. Cephal *conſil. 585. numer. 48.* vnde
non honoraſſet eos, ſi iniuriam ad animum ſuum reuocaſ-
ſet. Præterea conſiderandum eſt, quod Alfonſus in actu te-
ſtandi, & corpore languens, protulit illa verba honorifica
circa matrem, & eius maritum; ſignum quod iniuriam de-
poſuerat, ſi quam prius concepiſſet, † cum immemor ſalu- 42
tis æternæ non fuiſſe præſumatur, per mendacium eos ho-
norando, quos latenter odio proſequeretur, quod nequa-
quam dicendum, *l. fin. C. ad l. Iul. repet. c. ſancimus 1. q. 1.* Bal. *con-*
ſil. 162. nu. 5. vol. 2. gloſſ. fin. in l. 2. C. de falſ. cauſa adiec. leg. quam ibi
commendat Bal. & alibi Alex. *conſ. 45. col. 4. vol. 1.* Ang. *conſ. 5.*
& Iaſ. *in l. ſi pecuniam. col. 2. ff. ſi cer. pet.* voluit autem dom. Al-
fonſus forſan præferre do. Lucretiam auiam paternam ſe-
cum in ſecundo gradu, D. Hippolytæ matri ſuæ, ſibi in pri-
mo gradu coniunctæ, in ſucceſſione vniuerſali, cum auia
paterna fuerit de familia Salarda, vt eam appellat, mater
autem nequaquam, ſed de Cignis: ſolent † enim ſæpe te- 43
ſtatores vlteriores præferre proximioribus ex varijs cauſis;
vt tradit Fulg. *conſil. 86. col. 2. in fin. verſi. cæterum.* Crau. *conſ.*
98. num. 15. & Decian. *reſpon. 1. num. 198. vol. 2.* vel quod auia ma-
gis indigeret matre, nupta diuiti & nobili viro Carpenſi.
Poſſem nunc verſari circa † intellectum §. *hinc nos. in auth. en.* 44
de nupt. de quo latius inſiſtunt Bero. *in dict. conſil. 38. volum 2.*
& Socin. iun. *conſil. 97. volum. 4.* Sed quoniam ego latiſſime
de hoc dixi *in d. conſil. 305.* eorum dicta confutando ad ibi
per me dicta lectorem delego breuitatis cauſa: ſed vlterius
repetam, quæ ibidem dixi *num. 24. cum ſequentib.* tranſitum
ad ſecundas † nuptias matri non obeſſe in ſucceſſione fi- 45
liorum, quando de conſenſu filiorum ſecundo nupſit, vt
eſt gloſſ. notab. *in §. cum igitur. in ver. ſiue vir. in auth. de nupt.*
vel, vt alij dicunt, in auth. de non elig. ſecundo nubentes. §. 1. in ver.
copulantur. & ibi Ang. *col. 2. ver. & prædicta ver. 4. & in conſ. 396.*
alijque, quos allegaui; longeque plures cumulat Menoch.
conſil. 155. num. 13. qui ſubiungit, vt ego dixi *in allegat. meo con-*
ſil. † ſufficere conſenſum tacitum, velut quod dum vixit fi- 46
lius nil dixit, nec conqueſtus eſt de ſecundis nuptijs matris,
vt voluit Bald. *in auth. ex teſtamento. col. pen. C. de ſecund. nupt.*
Dec. *in rubr. C. eod. col. fin. conſil. 206. col. 2.* Pariſ. *conſ. 29. num. 82.*
vol. 4. Grat. *reſpon. 83. in fin. volum. 2.* Boet. *deciſ. 185. nu. 20.* Rol. à
Vall. *conſil. 81. numer. 8. & 9. volum. 3. cum ſimilib.* per me & Me-
noch. cumulans. Vnde cum D. Alfonſus, dum vixit, non
fuit conqueſtus de ſecundis nuptijs, imo forte fuit illis præ-
ſens, & illas ſciuit, vt manifeſtas, merito dicitur illis conſen-
ſiſſe, & iniuriam remiſiſſe, ſicq; pœnis ſecundo nubentium
locus eſſe non poteſt: vt enim declarat Io. de Garro. *in d. au-*
then. ex teſtamento. num. 49. in puncto quo defertur hereditas
matri, ſcilicet immediate poſt mortem filij, matrem non
inuenit obicem vel obſtaculum; vnde ſuccedit, excluſis a-
lijs remotioribus in totum, ſi filius inteſtatus deceſſit, vel in
legitima, vel eius ſupplemento, ſi fuit teſtatus, vt in caſu no-
ſtro, & de quo dixi *in d. conſil. num. 34.* vbi concluſi hoc etiam
ſolidiſſimum fundamentum, cui non bene reſpondet Soc.
iun. *conſ. 71. col. fin. volum. 4.* vt ibidem deduxi *numer. 35. cum ſe-*
quentibus. quæ cum videri poſſint, omitto: addo tamen a-
liud, quod cum dom. Alfonſus non fuerit in vita conque-
ſtus de ſecundis nuptijs, nec etiam dum vixit do. Hippoly-
ta, ſucceſſores dictorum bonorum, velut illa auia paterna
ab eo inſtituta, vel Camera D. Marchionis, in caſu noſtro,
nihil dicere poſſunt, vt in emphyteuta † videmus, qui ceci- 47
dit a iure ſuo, contra quem, dum vixit, ſi dominus caducita-
tem & priuationem non deduxit, nec oppoſuit, eo mor-
tuo, non poteſt aduerſus eius ſucceſſores illam opponere,
vt voluit Cum. *conſ. 164. col. 3.* quem ſequitur Rum. *conſ. 10. col.*
2. conſ. 150. num. 12. & conſil. 168. num. 20. vol. 1. cum ſimilibus à me
cumulatis conſ. 22. nu. 25. Quibus addo Nouium *conſ. 2. num.*
49. † ſicut enim ſucceſſor emphyteutæ moleſtari non poteſt 48
ob caducitatem defuncti, pariter in caſu noſtro do. Hippo-
lyta, vel eius filia moleſtari non debent de iniuria prædi-
cta ſe-

cta ſecundarum nuptiarum, per ſucceſſores bonorum;
quod ego confirmaui per tex. pulcherrimum *in §. non omnes.*
Inſt. de perpet. & temp. act. quem induxi *in d. conſ. 305. nu. 40.* qui
cum videri poſſit, non repeto. Sed alium textum ſingula-
rem bene non omitto, qui mihi nunc ſuccurrit *in l. 2. §. e-*
mancipatus. ff. de coll. bon. vbi dicitur, quod emancipatus fi-
lius, ſi iniuriarum habeat actionem; nihil conferre debet;
magis enim vindictę, quam pecuniæ habet perſecutionem:
49 hinc † enim videmus, quod iniuria perſonalis ſit, & ideo
non tranſmittitur ad heredem, niſi lite conteſtata, vt ibi de-
clarat Bart. propterea non mirum, ſi ſucceſſores bonorum
Alfonſi nihil dicere poſſunt de allegata illius iniuria, de
qua ipſe non fuit conqueſtus, quia ad eos tranſmiſſa non
fuit. Et hæc concluſio ad fauorem dom. Lucretiæ, quæ niti-
tur ex perſona matris in hoc ſupplemento legitimæ; noua
ratione confirmatur, & inſuper lege; ratio eſt, quam ponit
50 Bald. *in d. auct. ex teſtamento. lectura noua.* dicit enim, quod † ſi
mater non habebat niſi vnum filium ex primo matrimo-
nio, vt in caſu noſtro, vel ſi plures habebat, omnes deceſſe-
51 runt, ſoluta eſt à pœnis legalibus, ea ratione: nam † pœnæ
ſecundarum nuptiarum poſſunt conſiderari dupliciter; aut
fauore filiorum primi matrimonij; & tunc mortuo filio
nullus habetur fauor; aut conſiderari poſſunt alia ratione,
& tunc dictæ pœnæ ſunt abolitæ per dictum Apoſtoli: & i-
ſta ratio concludit ſecundum Bald. quem ſequitur Io. de
Gatto *in d. auct. ex teſtamento. ſub num. 49. verſic. contrarium ve-*
ro. col. 2. Textus vero, qui hanc quæſtionem determinat, eſt
52 *in l. fœmina. in fin. C. de ſecun. nup.* vbi dicit; *quod † ſi nullum ex*
priore matrimonio habeat ſucceſſorem, puta quia natus non eſt, vel de-
ceſſerit, omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure
obtineat, qui text. non inuenitur correctus, ſecundum Bal. &
Garronem; & idem tenet Natta *conſil. 605. num. 7.* & ego pa-
53 riter *in d. conſ. 306. col. fin.* † nec attendi debet gl. *in d. auth. ex*
teſtamento. ſecus volens, quia Bart. eam reprehendit *ibi, & in*
conſ. 54. incip. Angelus. in §. hoc autem. in auth. de non elig. ſecun-
do nuben. & in §. ingratitudinem. in auct. de nup. & Bal. & alij
Doctores *per d. l. fœmina.* contrarium dicentem. Quare con-
cludendo ſequitur, quod ex quo ſolus erat dom. Alfonſus
filius primi matrimonij dom. Hippolytæ; & quod ille præ-
deceſſerit matri, fuit indubitanter illa reintegrata, vt poſſet
ſuccedere in ſupplemento legitimæ conſequendo, ſicut
potuiſſet in toto pleno iure, ſi mortuus fuiſſet ab inteſtato:
& cum bona tenta per Cameram Illuſtriſſimi dom. Mar-
chionis reperiantur affecta hoc iure ſupplementi legitimæ,
quod dom. Hippolytæ competebat, conſequens eſt, quod
dom. Lucretia filia ſua, in quam ius hoc tranſmiſſum fuit,
illud conſequi poſſit vltra ſcutos decem, iuxta facultates,
quod in executione veniet liquidandum, ſi hactenus non
fuit liquidatum; & ita reſideo. *Hippolytus Riminaldus Fer-*
raria.

Pro quibusdam dominabus Lucretia & Franc.

**ARG. An is, qui repudiauit hereditatem, ſi con-
tinuet in poſſeſſione bonorum hereditario-
rum, cenſeatur hereditatem adiiſſe in ſui præ-
iudicium, non in commodum, ita vt creditori-
bus hereditariis teneatur, nec res hereditarias
aliis legare poſſit. Et de tacita aditione. Item de
rebus bis iudicatis, & efficacia præſumptionis,
quæ ex re iudicata oritur.**

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ſtatuti Florentiæ, De heredibus & hereditate debitoris con-
ueniendis.*
2 *Abſtinens ſe ab hereditate, ſi interrogatus poſtea ſe heredem dixerit, pro
herede habetur in ſui damnum, non in commodum nu. 3. 7. 8.*
4 *Voluntas factis magis declaratur, quam verbis.*
5 *Statutum præciſum aliam rationem non admittit.*
6 *Fraudes non ſunt attendendæ, nec fomentandæ, ſed eis occurri debet.*
9 *Habitatio in domo defuncti an operetur tacitam hereditatis aditio-
nem.*
10 *Sententia lata contra vnum nocet omnibus ab eo dependentibus. Et la-
ta contra heredem nocet legatarijs nu. 11.*
12 *Et lata contra heredem nocet ſubſtituto etiam non citato.*
13 *Filia habitans ſimul cum patre in domo defuncti, an cenſeatur poſſidere
iure familiaritatis, vel vti heres, & iure ſuo.*
14 *Teſtamentum efficitur nullum ex præteritione filiarum.*
15 *Et an legatum in eo factum ſuſtineatur. & nu. 16.*
17 *Præſumptio tendens ad actus validitatem, ne eluſorius reddatur, eſt
fortior & efficacior cæteris.*
18 *Habens contra ſe præſumptionem arctatur fortioribus probationibus.*
19 *De vi præſumptionis ex re iudicata prouenientis.*

CONSIL. DCCLXVI.

VISIS his, quæ diligenter & docte ſcripſit Clariſſ. D.
Ioan. Bonſius ſuper † ſtatuto Florentiæ, *de heredibus &* 1
hereditate debitoris conueniendis, qui tenuit, dom. Andream
de Peruzzis, qui hereditatem dom. Ioannis ſui fratris ſibi
delatam repudiauit, & non obſtante dicta repudiatione
continuauit in poſſeſſione bonorum dictæ hereditatis per
15. dies à morte dicti fratris, intelligi hereditatem adiuiſſe,
& obnoxium fuiſſe omnibus oneribus hereditatis, nec
prætextu dictæ repudiationis vel abſtinentiæ ſe poſſe de-
fendere, vt latius in dicto ſtatuto; quod interpretatur di-
ctus Excellentiſſimus Bonſius; dictum Andream intelligi
hereditatem adiuiſſe in ſui præiudicium, non autem ad e-
ius commodum, & propterea non potuiſſe legare quaſ-
dam manſiones Palatij de Peruzzis dom. Ioanni de Peruz-
zis, ſed fuiſſe locum ſucceſſioni ab inteſtato dom. Lucretiæ
& Franciſcæ, filiabus dicti Andreæ, reis conuentis à d. Ioan-
ne. Ego concurro libenter in ſententiam prædicti dom.
Bonſij, ſic interpretantis dictum ſtatutum, (quod & ab alijs
magni nominis Iureconſultis fuiſſe dictum refert) veluti
verum & iuri conſonum: ſtat enim gloſſ. *in l. ſi filius. ff. de inter.*
act. quæ dicit, *quod † ſi quis abſtinuit ab hereditate, poſtea vero in-* 2
terrogatus ſe heredem dixit, habetur pro herede in ſui præiudicium.
Cui conformis eſt alia *in l. ſicut. C. de repud. hered.* & ibi Bald.
col. 1. verſic. Vlterius dicitur, quod † talis interrogatus, an ſit heres, 3
ſi reſpondeat quod ſic, efficitur verus heres, quoad hoc, vt teneatur ad
omnia onera hereditaria, non autem quod habeat commoda heredi-
tatis. Sic etiam dici debet in propoſito noſtro, vt ex d. gl. *in d.*
l. ſi filius. deduxit dom. Bonſius; & præterea confirmatur,
quod dom. Andreas, qui primo repudiauit, poſtea poſſedit
hereditatis bona per 15. dies à morte fratris, dicatur heres in
ſui præiudicium, vt oneribus hereditarijs teneatur, non au-
tem quoad ſui commodum, quia † facta fortiora ſunt ad 4
declarandam voluntatem, quam verba, quæ ſæpe profe-
runtur contra proferentis intentionem, *c. dilecta. de appell.*
Abb. *conſ. 116. aliud de iure quæro. nu. 3. vol. 2.* Crot. *conſil. 64. col. 2.*
per tex. *in l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de adil. edict.* in illis verbis, *multo*
enim plus eſt id facere, quam pronuntiare eum in vinculis fuiſſe. di-
xi *conſ. 26. n. 28. & conſ. 576. n. 56.*

Secundo, res iſta clara redditur ex verbis d. ſtatuti, ſiue
dicamus, dom. Andream primo repudiaſſe, ſiue infra 15.
dies; poſſidendo tamen & continuando poſſidere per di-
ctum tempus, vult enim ſtatutum, quod licet talis poſſeſſor
exiuerit ſeu deſeruerit hereditatem, nihilominus heredita-
tem ipſam adiuiſſe, & ſucceſſionem ipſam agnouiſſe intel-
ligatur, & tanquam ex vera agnitione, vt verus ſucceſſor ſit
obnoxius omnibus hereditarijs oneribus, nec prætextu re-
pudiationis ſeu abſtinentiæ à dicta ſucceſſione, aut aliquo
alio iure, talia bona vel ſe defendere poſſit: & † cum tale 5
ſtatutum ſit ita præciſum, alia ratio ſeruanda non eſſet, vt
per Bal. *in l. Gallus. §. ſi eius. col. 2. ff. de liber. & poſth.* Iaſ. *conſil. 180.*
col. final. vol. 2. & Crau. *conſil. 856. num. 7.* nihilominus ratione
probabili non caret, quam conſiderarunt in eo Corn. *conſ.*
91. num. 16. vol. 1. & Soc. *conſ. 113. vol. 4.* quos citat dom. Bonſius;
nam dictum ſtatutum fingit, poſſidentem bona heredita-
tis retro adiuiſſe ad euitandas fraudes, ne quis ſimulet ſe re-
pudiaſſe, ne aſtringatur oneribus hereditarijs, & fraudet
creditores hereditarios, & tamen velit bona hereditaria,
prout etiam in ſimili diſponitur, de iure communi, *in l. 2. C.*
de rep. her. & in l. ex his bonis. ff. de acq. hered. Sapienter † enim 6
fecerunt ſtatuentes, fraudibus non indulgentes, ſed eis oc-
currentes, *l. in fundo. ff. de rei vend.* Rold. Valle *conſil. 4. num. 19.*
vol. 2. Æmil. *conſ. 72. n. 2.* & ego *conſ. 243. n. 22.* demumque Ce-
phal. *conſ. 492.*

Nec tale † ſtatutum debet iniquum reputari, quod An- 7
dreas

Digitized by Google

dreas ſentiat damnum ſine commodo, *l. ſecundum natur. am. ff. de reg. iur.* quoniam, præter adducta per dom. Bonſium,
8 quis † tenetur ad damna, quæ culpa ſua prouenerunt, *l. ſed etſi. §. fin. cum duab. legib. ſeqq. ff. pro ſoc. l. 5. C. eod. & §. ſocius ſocio. Inſt. eod.* Decian. *reſpon. 97. nu. 62. vol. 2.* ſed actus adeundi hereditatem fratris, ſicut eam repudiandi, fuit in libera voluntate Andreæ, *§. pen. Inſt. de her. qual. & diſ.* Bal. & Sal. *in l. licet. C. de iur. delib.* Ang. Aret. *§. actionum. num. 54. verſ. nam adeo. Inſt. de act.* Aret. *in l. 2. ff. de acquir. hered. nu. 3.* & Menoch. *conſil. 101. nu. 70. cum ſeq.* ergo, ſi ſecundum elegit, & non primum, culpa ſua ſibi præiudicauit.

Mihi quoque placent, vltra dicta ſuperius circa ſtatu-
9 tum, quæ diligenter ſubiungit idem do. Bonſius, quod † filiæ prædictæ dom. Andreæ habitando domum do. Io. Baptiſtæ ſui patrui, tacite dicantur adiuiſſe illius hereditatem, remoto patre per repudiationem expreſſam, *d. l. ficut.* deinde quod adiuerint expreſſe, poſtremoque quod declaratæ fuerint heredes patrui, debent reputari pro talibus, ad excluſionem dom. Ioannis legatarij; quoniam dicta ſententia facit ius, quoad eum potiſſime, per doctrinam Baldi, *in l. ingenuum. lect. 1. verſic. etſi iudex. ff. de ſtat. hom.* quam citat ipſe
10 dom. Bonſius, & præter eum probatur: nam † ſententia lata contra vnum nocet omnibus ab eo dependentibus. Oldra. *conſ. 313. thema tale eſt, contra promiſſionem. col. 3.* Et hinc infer-
11 tur, quod † ſententia lata contra heredem nocet legatarijs, *l. Papin. §. fin. ff. de inoff. teſt.* Bal. *conſil. 334. præmittendum eſt ad euidentiam. col. 1. circa med. lib. 2.* & Crau. *conſ. 481. nu. 23.* Vnde ſi ſententia lata fuit contra Andream, reſoluto iure illius, fuit extinctum pariter ius Ioannis habentis cauſam ab eo, *l. lex vectigali. ff. de pign. l. ſi quis domum. ff. locat. l. ſi ex duobus. §. fin.* vbi Bar. *ff. de in diem addict.* quibus ſic arguit Crauet. mox citatus. Si vero lata fuit contra ipſum Ioannem, (quia factum ignoro) tanto magis ei nocet, cum etiam in primo caſu ei noceret, etiam non citato, cum ageretur de illius præiudicio tantum in conſequentiam, *d. l. Papin. §. ſi ex cauſa. l. ex contractu.*
12 *ff. de re iud.* vbi † ſententia contra heredem nocet ſubſtituto non citato, tradit Socin. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. pen. verſic. pro ſolutione. ff. de liber. & poſthum. & conſil. 251. column. 11. ver. prima concluſ. volum. 2. cum ſimilib.* per Crauet. *loco citato*, niſi ſecuta fuiſſet appellatio, vt per eum, quod non credo, quia hæc non attingit dom. Bonſius in allegationibus ſuis
13 mihi per eum tranſmiſſis. Nec dici debet † dictas filias poſſediſſe dictam domum iure familiaritatis, habitando eam ſimul cum patre, *l. quæ iure famil. ff. de acq. poſſ.* & ibi Caſtr. & Alex. quia procederet, alio non apparente, vt ipſi loquuntur; ſecus autem ſtante repudiatione patrui expreſſa, per quam fuit locus ſucceſſioni filiarum, *l. 1. ff. de ſucceſſ. edict. l. poſt conſanguineos. §. interdum. ff. de ſuis & leg. cum ſimil.* & ita dicuntur inhabitaſſe domum iure ſuo, non autem familiaritatis, quod ius familiaritatis patri ſuo potius eſt attribuendum, ſtante repudiatione ſua, quam ipſis: quinimo ſi dici poſſet, (quod tamen negatur) eas ab initio iure familiaritatis poſſediſſe dictam domum, cum tamen poſtea ſolemniter adiuerint hereditatem patrui, dicerentur ſibi cauſam poſſeſſionis immutaſſe, ex cauſa dictæ repudiationis patris accedente, iux. doctrinam Soc. *conſil. 131. col. 3.* Cur. iun. *conſil. 168. num. 35. & 36.* Pariſ. *conſ. 27. nu. 118. vol. 1.* & Rolan. à Valle *conſ. 77. nu. 28. vol. 1.* vnde res clara redditur in quocunque caſu. Et ad illud, quod inquit D. Bonſius, dictas filias recepiſſe quondam bona Io. Bap. tanquam de hereditate do. Andreæ erronee, quod præiudicare non debet, facile conſentio, & iuridicum puto: & ſi verum eſt, quod in poſitione fa-
14 cti præmittitur, videlicet quod D. Andreas, † præteritis dictis filiabus ſuis in teſtamento ſuo, quædam hoſpitalia inſtituerit & ſubſtituerit; ſequitur teſtamentum eius fuiſſe nullum ipſo iure, *Inſt. de exhered. lib. in prin. l. inter cætera. ff. de*
15 *lib. & poſth. cum vulg.* nec per † *auctlen. ex cauſa. C. de liber. præter.* legatum factum filiabus ſuſtineri debet, quia procederet, vbi D. Andreas non repudiaſſet hereditatem fratris, ſicque
16 teſtari potuiſſet, alias ſecus: imprimis † enim quærendum eſt de perſona teſtantis, quam de teſtamento, *l. ſi quæramus. & ibi not.* Bar. & alij, *ff. de teſtam. & not. in rubr. C. qui admit. per baſ in prin.*

Poſtremo ſuper his, quæ de inuentario dicit dom. Bonſius, non inſiſtam, quia illud non vidi, ſed tantum dicam, ſtandum eſſe his iudicatis ſuper eius validitate; quibus accedit, quod † præſumptio, quæ tendit ad actus validitatem, 17
ne reddatur eluſorius, cæteris fortior & efficacior redditur ac reputatur, vt ponit Dec. *in c. quoniam Abbas. col. 6. de offic. deleg.* Pariſ. *conſ. 81. nu. 51. vol. 3.* Dec. *in l. in contrahenda. nu. 13. ff. de reg. iur.* Cephal. *conſil. 294. num. 45.* & ego *conſ. 71. num. 22. & conſ. 307. num. 40.* & † qui vult dicere contrarium, fortiori- 18
bus probationibus arctatur, cum habeat præſumptionem iuris contra ſe. Abb. *in cap. quia verisimile. de præſump. & conſil. 11. col. 2. vol. 1.* Soc. *conſ. 263. col. 6. vol. 2.* Iaſ. *in l. ſi extraneus. not. 6. ff. de cond. ob cauſam.* Dec. *conſ. 185. colum. 3.* Curt. iun. *conſ. 32. col. 3.* Crauet. *conſ. 75. nu. 12.* & ego *conſil. ... nu. 38.* quod in quacunque materia procedit, vt dixi *conſil. 538. nu. 45.* poſt Abbatem *in d. c. quia veriſimile.*

Quinimo plus addi poteſt, quod iſta † præſumptio, quæ 19
ſurgit ex re iudicata, tranſcendit terminos ſimplicis præſumptionis, quia adeo confirmat ſententiam, vt contrarium probari non poſſit, *c. cum inter. de re iud. c. cum dilectis. in fine. de elect.* Fulg. *conſ. 168. ad fin.* Roman. *conſil. 334.* & ego *conſil. 551. num. 28.* Et hæc ſufficiant, cum de ſimplici ſubſcriptione fuerim requiſitus, & ad reditum Florentiam nuntius inſtaret, demumq; eam copioſe reſcripſerit excellentiſſimus ipſe dom. Bonſius, vt latius ſcribendi vim mihi remouerit; quare in eius ſententiam per ſe ſatis idoneam libenter concurro.

Ita de iure ſentio ego Hippolytus Riminaldus Iureconſultus Ferrarienſis, Comes Aulæ Lateranenſis, & in almo patriæ meæ Gymnaſio publice legens, in quorum fidem ſcripſi, ſubſcripſi & ſignaui. *Hippolytus Riminaldus Ferrarie.*

Pro Magnifica domina Laura Trotta.

Arg. Mæuio inſtituto, eique ſi ſine filiis maſculis deceſſerit ſubſtituto Seio, an & quando filij poſiti in conditione, cum qualitate maſculinitatis repetita, cenſeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *An filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis repetitæ cenſeantur vocati & nu. 2. 3. 4. 19. 20. 28. 30. 31. 32.*
5 *Digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum operatur, vt filij poſiti in conditione cenſeantur vocati.*
7 *Vox, filii, ſimpliciter prolata intelligitur de maſculis, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum.*
8 *Mens teſtatoris in dubio præſumitur conformis diſpoſitioni iuris communis, niſi adeſſent ſtatuta, quia tunc præſumeretur potius conformis diſpoſitioni ſtatuti & nu. 9.*
10 *Filij maſculi in præcedentibus ſubſtitutionibus nominati cenſentur repetiti in vltima.*
11 *Maſculinum an concipiat fœmininum & nu. 12. 13. 14.*
15 *Relatiuum, in qua, reſtringit generalitatem verborum præcedentium.*
16 *Succeſſio filiorum in ſtirpes comprehendit etiam nepotes.*
19 *An & quando in conditione poſiti cum qualitate maſculinitatis cenſeantur vocati, ampla diſtinctione explicatur. & nu. 20.*
21 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis poſita in prima ſubſtitutione, non cenſetur repetita in ſecunda facta ſimpliciter. nu. 22. Idem de maſculinitate dicendum. nu. 23. 24. 25.*
24 *Extenſio de perſona ad perſonam in materia ſubſtitutionum an & quando admittatur. nu. 25. 26*
27 *Dictio eis, eſt perſonaliſſima.*
32 *Verbum, filios poſitum in vltima ſubſtitutione an de maſculis intelligatur, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo nu. 33*
34 *Subſtitutio facta in ſtirpes continet etiam nepotes nu. 35.*
36 *Maſculinitas eſt attendenda, quando conſtat de mente teſtatoris per coniecturas voluiſſe conſeruare familiam. nu. 37.*
38 *Non inſpicitur ad quem verba dirigantur, ſed cuius contemplatione quid fiat*
39 *Præſumptio vna aliam tollit.*
40 *Et plures ſimul iunctæ plenam probationem inducunt.*
41 *Fœminæ iure communi cum maſculis ſuccedunt.*
42 *Præſumptio quæ eſt ſecundum regulas iuris tollit contrarium.*
43 *Subſtitutiones non ſunt fingendæ, addendæ vel multiplicandæ, vltra teſtatoris diſpoſitionem, fauore agnationis.*
44 *Et dicitur teſtator voluiſſe conſeruare bona in agnatione tantum, quatenus ſubſtituit. nec vltra fideicommiſſum extendi debet.*
45 *An filij maſculi poſiti in ſubſtitutionibus præcedentibus cenſeantur repetiti in vltima ſubſtitutione facta de filijs ſimpliciter. nu. 46. 47. & ſeqq. vſque ad nu. 56. & nu. 59.*

58 Filij

30 Filij poſiti in conditione an dicantur diſpoſitiue vocati in teſtamento. nu.37.38.60.

CONSIL. DCCLXVII.

ALIAS ſcripſi pro magnific. D.Laura, filia & herede ex teſtamento magnifici do. Pauli Antonij Trotti, quod in eius bonis habitis in diuiſione inter eam & dom. Iulium fratrem ſuum illa ſucceſſerit, non obſtantibus teſtamentis do. Fratrum de Barbalungis, quibus nitebatur do. Iulius ad excluſionem dictæ dominæ; quæ concluſio clarior nunc mihi viſa fuit, ſtante tranſactione facta de anno 1577. mihi nunc non exhibita, in qua dictis bonis peruentis ad do. Paulum Antonium, dom. Iulius renuntiauit in ampla forma, eaque dimiſit dictæ dom. Lauræ. Nunc vero quæritur; cum dicti fratres de Barbalungis ſe viciſſim inſtituerint, & poſt eorum mortem ſubſtituerint do. Iacobum & Paulum Trottos, & filios dom. Nicolai de Vincentijs, & ſi omnes filij maſculi dicti Nicolai deceſſerint ſine filijs maſculis, ſubſtituerunt dictos dom. Iacobum & Paulum Trottos, & præmortui filios, in ſtirpes, & non in capita, nunquid pars dictorum bonorum de Barbalungis, quæ deuenit ad filios dicti dom. Nicolai, & ſubinde ad manus dom. Iulij Trotti, mortuo D. Iacobo Philippo de Vincentijs vltimo loco ſine filijs, ſpectet ad ipſum D. Iulium tantum, an vero ſimul cum eo concurrat d. D. Laura ſua neptis ex D. Paulo Ant. ſuo fratre præmortuo, in ea parte. De quo quæſito prius non ſcripſi non requiſitus: igitur ſuper eo mihi cogitanti viſa fuit intentio D. Lauræ periculoſa, concurrere volentis cum D. Iulio ſuo patruo, quoniam in ſubſtitutionibus factis per dictos de Barbalungis D. Iac. & Paulo, filijsque D. Nicolai
1 de Vincentijs, eorum ſingulorum † filij fuerunt in conditione poſiti, cum qualitate maſculinitatis repetita, quo caſu vocati cenſentur, & de plano procedit *deciſ.* Guid. Papæ *184.* vt Gratus ponderat geminationem, *reſp.29. col.fin. vol.2.* Purpur. *conſ.53. inter conſ. Syluan.* quem refert & ſequitur Hieron. Zanch. *in l.heredes mei. §.cum ita.nu.769. ff. ad Treb.* i-
2 demque Decian. *reſp.44.nu.15.vol.3.* dicens, quod † iſta coniectura procul dubio eo certius vera eſt, & procedit quando qualitas iſta maſculinitatis eſt geminata, vel ſæpius repetita per teſtatorem, plures allegans, & alios, vt per eum: ſed
3 & † ſine repetitione dictæ maſculinitatis idem plerique tenent, quos ego cumulaui *conſ.21.n.43.* quibus adiungi poſſunt Cor. *conſ.146.vol.2.conſ.20.& 105.vol.4.* Curt.iun. *conſ.43.n.7.& conſ.48.num.6.* Rub. *conſil.28.num.6. & 31.nu.2.120.nu.3.& 143.nu.7.* Alc. *reſpon.476.nu.6.* Alba. *conſ.86.nu.11.57.co.un.* Mantua. *conſ.22 nu.69.* Gribal. *inter conſ.Portij, conſ.40.* Decian. *ibidem conſ.46.* Fortu.Garz. *in l.Gallus. in prin. ff.de liber.& poſth.* Galliau. *in l.centurio.ff.de vulg.& pup.* Burſat. *conſ.13.num.32.* Tob. Non. *conſ.32.nu.14.* & Gerat.Maz. *conſil.108.num.88.* & præter eos alios quoque cumulat Decian. *in d.reſp.44.n.14.* & inter eos Curtium iun. *in l.emancipata.C.qui admit.* dicentem, præ-
4 ſtantiſſimos † Doctores Italiæ ſic conſuluiſſe, & ita ſæpe fuiſſe iudicatum *in l.1.C.de pact.* & in varijs eiuſdem Curtij iun. conſilijs, quæ citat Decian.

Secundo confirmatur, quia dicti de Barbalungis digreſ-
5 ſi fuerunt ad plures gradus ſubſtitutionum, quæ † digreſſio operatur, filios poſitos in conditione, videlicet D. Iulium & fratrem, cenſeri vocatos, vt voluit Anch. *conſ.74. ad fin.* Curt.iun. *conſ.16.col.3.* Ruin. *conſ.153.n.6.vol.2.* Dec. *conſ.177.in fin.* Iaſ. *conſil.140.col.4.verſ.mens autem.vol.2.* Crau. *inter conſil.*
6 *Marzarij.conſ.5.nu.15.* qui dicit † eſſe magis receptam coniecturam, & ego *conſ.21.n.41.*

Tertio prædictis accedit, quod illi de Barbalungis in vltima ſubſtitutione ſubſtituerunt D. Paulum & Iacobum
7 Trottos, & præmortui filios, † cuius verbi, *filios*, licet ſimpliciter prolati, videntur illi teſtatores intelligere voluiſſe de maſculis, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, propter exiſtentiam maſculorum, qualis eſt D. Iulius, vt voluit Anch. *in l.tres fratres.ff.de pact.* & ibi Iaſ. *nu.12.* Alex *in d.§.cum ita.col.8.& conſ.127.vol.1.* And.Sicul. *in rubr.C.qui admit.* Mantica plures citans *in tract.de coniect. vlt.vol.lib.4. tit.6.n.5.& lib.6.tit.7.nu.8.& paulo ſup.* Clarum *lib.3.ſentent. §.teſtamentum*
8 *concl.76. verſ.6. regula.* dicentem, quod † mens teſtatoris in dubio præſumatur conformis diſpoſitioni iuris communis; ſed vbi ſunt ſtatuta, præſumitur potius conformis diſ-
poſitioni ſtatuti; & hanc dicit † eſſe communem, & quod 9
fortior ſit illa præſumptio, quod teſtator magis credatur ſe voluiſſe conformare cum iure municipali, quam cum iure communi; tradit Decian. *reſpon.26.nu.68.vol.2.* atque ſubiungit Mantica *loc. cit.* *Fatendum eſt, neque quoquam iure inficiari poteſt, quod ſi aliud diſponit ius municipale, quam ius ciuile Romanorum, teſtator magis intelligitur voluiſſe voluntatem ſuam interpretari à iure municipali.* Propterea illa verba, *& præmortui filios*, de maſculis videntur intelligenda, attento dicto ſtatuto, ſicque D. Iulius videtur admittendus, excluſa D. Laura fœmina.

Quarto & vltimo, præter dictum ſtatutum, † cum in 10
præcedentibus ſubſtitutionibus de maſculis ſæpius ſit facta mentio; cuius rei nulla potuit alia ratio conſiderari, quam conſeruationis agnationis & familiæ, vt tradit Dec. & pluribus comprobat *conſ.545.n.6.* & Decian. *reſp.41.n.87.vol.1.* videtur in vltima ſubſtitutione repetita qualitas maſculinitatis, vt tradit Dec. *conſ.480.col.2.* Soc.iun. *conſ.103.nu.55.vol.1.& conſ.168.n.37.vol.2.* Alban. *conſ.23.n.6.* & ego *conſ.199.n.249.* vbi
enim † agitur de conſeruatione agnationis familiæ, maſcu- 11
linum non concipit fœmininum, per Alex. *conſ.168.col.1.vol.2.* Dec. *conſ.223.n.4.* & Menoch. *conſ.204.n.19.cum ſimil.* Licet hæc aduerſari videantur dictæ do. Lauræ, libentius tamen in eius fauorem deſcendo. moueor; nam teſtatores illi de Barbalungis vnanimiter in vltima ſubſtitutione dixerunt, & ſi omnes filij dicti Nicolai de Vincentijs deceſſerint quandocunque, ſine filijs maſculis, ſubſtituerunt do. Paulum & Iacobum Trottos, & præmortui filios: dico enim;
quod illud † verbum, *filios*, ita ſimpliciter prolatum, conti- 12
net etiam filias, & in eis verificari debet, quia maſculinum concipit fœmininum, cum dicat text. *in l.qui duos. in fin. ff.de*
legat.3. quod † ſexus maſculinus ſemper contineat fœmini- 13
num, & *in l.ſeruus legatus. ff.eod.* dicitur, quaſi commune nomen vtrumque ſexum continet, & hoc procedit etiam ſecundum Grammaticos, vt dicit Caſtr. *in l.quicunque.C.de ſer.*
fug. Et huius concluſionis ratio videtur, quia † non debet 14
fieri differentia inter maſculum & fœminam, *l.maximum vitium.C.de lib.præter.* quam rationem adducit Anch. *conſ.120. pro clariori.* ſequitur Dec. *in l.2.nu.95.ff.de reg.iur.* & quod hæc intelligentia quoq; fuerit de mente vtriuſq; teſtatoris, confirmatur ex verbis ſtatim ſequentibus: *Et declarauit ipſe teſtator, quod in omni & qualibet parte præſentis teſtamenti, in qua ipſe teſtator fecit mentionem de filijs maſculis*; pondero diligen-
ter illud † relatiuum, *in qua*, quod reſtringit generalitatem 15
verborum præcedentium, *in omni & qualibet parte*, *l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.* Decian. *reſp.7.n.94.vol.1.* & ego *conſ.223. nu.40.* vnde datur intelligi, quod in vltima ſubſtitutione, in qua de maſculis mentionem non fecit, ſed ſimpliciter de filijs dixit, etiam filiæ contineantur: & ratio differentiæ probabilis reddi poteſt, cur in ſubſtitutione facta inter filios dom. Nicolai de Vincentijs teſtatores dixerint, *quod ſi vnus vel plures ex eis deceſſerint ſine filijs maſculis, ſubſtituerunt ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, & præmortui, vel præmortuorum filios maſculos*; quia cum filij do. Nicolai eſſent quinque in teſtamento nominati, conſiderarunt teſtatores vix euenire poſſe, quod tot filij non eſſent habituri filios maſculos, vel vnus, vel plures ex eis; igitur ad maſculos ſe reſtrinxerunt dicti teſtatores, velut ad caſum, qui de facili poterat euenire, quod filios maſculos eſſent habituri: ſed in vltima ſubſtitutione facta, ſi omnes dicti filij domini Nicolai decederent ſine filijs maſculis, ſubſtituerunt dominum Paulum & Iacobum, vel alterutrum eorum, tunc ſuperuiuentem & præmortui filios ſimpliciter, non addito verbo, *maſculos*; quia cogitarunt dicti teſtatores, quod dominus Paulus & Iacobus, numero pauciores, velut duo tantum, difficilius filios ſolum maſculos eſſent habituri, ideo de filijs eorum ſimpliciter dixerunt, vt etiam fœminas comprehenderent: & ab hac ratione differentiæ regulari debet, & interpretari totum teſtamentum prædictorum de Barbalungis, *l.regula. §.item ſi quis.* & ibi Bar. *ff. de iuris & facti ignorantia. l. cum pater. §.dulciſſimis. ff. de leg.2.* not. Bartol. *in l. pater fundum. ff. de leg.3.*

Digitized by Google

leg.3.cum ſimil.per Dec.conſ.15.colūn.pen.& Decia.reſpon.1.nu-
mero 225.volum.1.nec dicat aliquis D. Lauram per hoc obti-
nere non poſſe;quia prædicta vltima ſubſtitutio loquitur de
filijs dom. Pauli, qualis non eſt ipſa dom.Laura, ſed neptis
ex dom. Paulo Antonio: quoniam reſpondetur eleganter,
16 hoc tolli, cum dixerint † teſtatores, & præmortuos, vel præmor-
tuos eius filios in ſtirpem, & non in capita: quibus vltimis verbis,
adiectis verbo, filijs, continentur etiam nepotes, & neptes
aliorum filiorum: cum filij tantum ſuccedant in capita, nec
in ſtirpes inter eos verificetur ſucceſſio, ita Soc.conſ.104.co-
lum.3.volu.3.Pariſ.conſ.36.colum.2.volum.2. Corn.conſ.37.co-
lum.2.volum.1.Ruin.conſ.171.colum.4.volum.2. & ego dixi,præ-
dictos ſequens conſ.283.num.19.Quare ſequitur ex prædictis,
quod hæc dom. Laura concurrere debeat cum dom. Iulio
patruo ſuo in dimidia parte bonorum, quæ per dictos teſta-
tores fuerunt relicta filijs dom. Nicolai de Vincentijs, non
obſtantibus in contrarium ſupra deductis, ad quorum reſo-
lutionem me totum accingo: Igitur circa primum, quo dice-
batur, filios D.Pauli,& Iacobi, dominique Nicolai fuiſſe po-
ſitos in conditione, cum qualitate maſculinitatis repetita,
17 & ob id cenſeri vocatos, ego reſpondeo, quod illa † deciſ.
Guid.Papæ de maſculinitate adiecta filijs in conditione po-
ſitis, eſt valde dubia, vt copioſe deducit Mant.in tract.de con-
iect.vlt.vol.lib.11.tit.3.& inter cæteros inquit Rip.in d.l.1.C.de
pact.quod communiter reijciatur, quia falſo fundamento
innititur, & ſe nunquam vidiſſe pro ea obtineri, & vlterius
citat Decianus Cagnolum, dom. meum Zuccardum in d.l.1.
Torniellum inter conſilia Porty.conſ.43.Didac.in ca.Raynutius.
§.tertio.num.5.de teſtam.& Rol.à Val.conſ.51.ſub num.5.volum.3.
18 & Clarum in §.teſtamentum.quæſt.79.qui † communiter te-
ſtantur: ſed quæ ſit verior dictarum opinionum, nunc omit-
19 to, quoniam mihi ſuccurrit † diſtinctio valde rationabilis,
quam refert,& ſequitur Mantica ſupra relatus, tit.3.lib.11.
verſ.ſed illa diſtinctio: quod aut præſupponitur, obſeruari ius
commune, aut extare ſtatutum fœminas excludens propter
maſculos,& ius commune correctum eſſe; primo caſu pro-
babilis, imo neceſſaria videtur hæc coniectura; quod maſcu-
li poſiti in cōditione intelligantur per fideicommiſſum ſub-
ſtituti: nam vt præciſe ſcribit Dec.conſ.260.num.6.verſ.venio
20 ad ſecundum.ſi † maſculi tantum ſunt vocati, ad excluſionem
fœminarum, neceſſe eſt fateri, quod vocati ſint ex teſtamen-
to, in quo teſtator de ipſis ita diſpoſuit: nam ab inteſtato ad-
mittuntur filiæ fœminæ ſicut maſculi.l.lege 12.tab.C.de leg.he-
red.quod quidem eſſet contra expreſſam voluntatem teſta-
toris,& hoc ſenſit Soc.conſ.116.nu.3.vol.3. Secundo vero ca-
ſu, ſi extat d.ſtatutum, non ſequitur quod teſtator voluerit
eos ſuccedere ex teſtamento, cum fœminis præferantur ab
inteſtato. Vnde ſine aliquo obſtaculo procedit gloſſ.in l.1.u-
nus.2.ff.de her.inſtit.quod filij poſiti in conditione non cen-
ſeantur vocati; præſuppoſita pro vera; ſicque ſenſit Socin.
loco citato,& quod nulla ſit hæc coniectura, quando extat
ſtatutum excluſiuum fœminarū, tradit etiam Decia.reſp.59.
n.3.vol.2.& 86.n.26.vol.3.ſicut & Soc.iun.conſ.111.n.32.& conſ.119.
n.29.vol.1.at nos verſamur in ſecūdo caſu extantis ſtatuti fœ-
minarum excluſiui: ergo dicta qualitas maſculinitatis nihil
operari debet: qualitas n.maſculinitatis filiorū in conditione
poſitorū, bene operatur illum effectū vocationis in illis ſub-
ſtitutionibus, in quibus dicta maſculinitas expreſſa fuit, vt in
illa, ſi alter dominorum, Iacobus videlicet, aut Paulus deceſſerit ſine
filiis maſculis, alter ſuperuiuens, vel filij maſculi præmorientis, ſuc-
cedant.& in alia ſequenti ſubſtitutione, ſi ambo, ſcilicet domi-
nus Paulus,& Iacobus deceſſerint ſine filijs maſculis, ſuccedant filij
dom.Nicolai: item in alia ſequenti, ſi vnus, vel plures filij domini
Nicolai deceſſerint ſine filijs maſculis, ſuccedant ſuperuiuentes,
vel præmortui filij maſculi. Sed quod in vltima ſubſtitutione,
in qua, ſi omnes filij domini Nicolai deceſſerint ſine filijs
maſculis, teſtator vterque ſubſtituit dominum Paulum, &
Iacobum,& præmortui filios, non adiecto verbo, maſculos,
qualitas maſculinitatis appoſita in alijs ſubſtitutionib. præ-
cedentibus, non cenſeatur appoſita, nec cenſeri debeat in
hac alia ſubſtitutione facta de filijs dom.Pauli,& Iacobi ſim-
pliciter, non adiecto verbo, maſculis, per ſingularem doctri-
nam Cumani, quam refert Andr. Sicul. in l.cum acutiſſimi.

colum.pen.C.de fideicom.& vtrumque ſequitur Decian.reſp.4.
num.8.volum.2. qui dixit, quod † ſi inſtitutis duobus fratri- 21
bus, teſtator vni ſubſtituit ſub conditione, ſi ſine liberis de-
ceſſerit, alteri vero ſimpliciter, conditio liberorum non cen-
ſebitur repetita in hac ſecunda ſubſtitutione; ſic etiam dici
debet in caſu noſtro, quod † qualitas maſculinitatis appoſi- 22
ta filijs in conditione poſitis in præcedentibus ſubſtitutioni-
bus, non debeat cenſeri repetita filijs ſimpliciter dom.Pauli,
vel Iacobi poſitis in vltima ſubſtitutione de qua agitur: tan-
toque magis hoc dici debet, quia ſi percurrantur exacte ſin-
gulæ ſubſtitutiones præcedentes, factæ fuerunt ab vnoquo-
que teſtatorum, poſt alterius mortem; at hæc vltima facta
fuit filijs domini Nicolai poſt mortem eorum,& ſic diuerſis
perſonis à perſonis teſtatorum: vnde qualitas † maſculini- 23
tatis poſita in ſubſtitutionibus factis perſonis teſtatorum,
non debet cenſeri repetita in ſubſtitutione poſtremo loco
facta perſonis filiorum dom.Nicolai: quia † in materia ſub- 24
ſtitutionum, non fit extenſio de perſona ad perſonam, vt
præclare dixit Aretin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.colum.4.
verſ.2.adde.ff.de libe.& poſthum.Dec.in l.illam.num.2.C.de colla.
conſ.85.num.8.281.colum.penult.22.num.5.& in alijs locis cumu-
latis Ceph.conſ.582.col.1.cum ſimil.per eum, qui hoc ampliat,
vt † nec in materia fauorabili admittatur talis extenſio, vt 25
per Tiraquell.in tract.ceſſante cauſa.limit.8.& in l.ſi vnquam.in
ver.liberis.ſub num.23.& in fin.C.de reuoc.don.alqj † ſaltem pro- 26
cedit, quando teſtator ſe inet reſtrinxit ad certam perſonam,
vt in caſu noſtro, in quo ſubſtitutiones præcedentes reſtri-
ctæ fuerunt ad perſonas ipſorum teſtatorum, vltima vero re-
ſtricta fuit ad perſonas filiorum D.Nicolai, ibi, & ſi omnes filij
dict.Nicolai deceſſerint &c.teſtator eis ſubſtituit &c.quæ dictio,
eis, † eſt perſonaliſſima, vt per Bal.de dictione, ipſis, ſynony- 27
ma, quem refert Iaſon in l.filiusfamilias.§.diui.nu.191.ff.de leg.1.
Soc.iun.conſ.111.num.28.volum.1.Hieron.Alban.conſ.4.num.13.
& ego conſ.181.num.15.nam tali caſu ſubſtitutio reſtricta ad
certam perſonam, vt in caſu noſtro ad perſonam teſtatorum,
extendi non debet ad certam perſonam filiorum D.Nicolai,
vt tradit Anch.conſ.357.colum.3.verſ.4.hoc.Roman.conſ.131.
& 138.Alexan.conſ.31.volum.2.Ioan.de Anna.conſ.66.colum.3.
Dec.conſ.63.colum.1.conſ.89.colum.3.verſ.poſtremo.& in alijs lo-
cis, quos cumulat Decian.reſpon.2.num.70.vol.2.vnde vt con-
cludam: nulla ratione fieri poteſt, quod qualitas maſculini-
tatis appoſita filijs in conditione poſitis in alijs ſubſtitutio-
nibus præcedentibus factis perſonis teſtatorum, referri de-
beat, ſiue repeti in ſubſtitutione facta filijs dom.Pauli, vel Ia-
cobi, filijs dom. Nicolai, diuerſis à teſtatoribus, quod etiam
voluit dom.meus Rim.conſ.224.num.68.dicens, quod † qua- 28
litas maſculis adiecta circa perſonam filiorum primi gradus,
non debet cenſeri repetita circa perſonas filiorum ex filijs,
quia nunquam qualitas cenſetur repetita in diuerſis perſo-
nis, ſecundum gloſſ.in l.in repetendis.ff.de lega.3.& Iaſ.in l.Titia.
§.idem reſpondit,primo.limit.4.ff.de verbor.oblig.& ibi per me in
addit.domin.mei Rimualdi.late Pariſ.conſ.38.numer.28.volum.2.
Nunc ad ſecundum contrarium deſcendo; quod teſtatores
digreſſi fuerint ad plures gradus ſubſtitutionum, propter quod
filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſecundum Anch.
conſ.74.ad fin.cum ſimil.allegatis per me conſ.21.dicoque quod
illa doctrina Anch. periculoſa eſt,& multos habeat contra-
dictores, nec bene probat opinionem ſuam, vt dicit Alexan.
conſ.64.volu.5.& contra eum conſuluit Socin. vt ipſe refert.
in l.cum auus.in fin.ff.de cond.& dem.ibique multos allegat, te-
nentes, quod † etiam, quando teſtator fecit digreſſum ad 29
plures gradus ſubſtitutionum, adhuc in conditione poſiti
non dicantur vocati, videlicet Alex.in d.conſ.64.vol.5.in conſ.
185.vol.2.conſ.22.vol.3.& conſ.19.vol.5.Old.conſ.142.Aug.conſ.56.
D.Andrea.Ioan.de Anna.conſ.68.Capra.conſ.2.in reſponſione ad
ſecundum quæſitum.Cuma.conſ.121.& Ruin.conſ.136.col.pen.vo-
lum.3.reprobans Ancharanum particulari ratione, de qua
per eum,& ideo bene dixi in d.conſ.21.quod dicta coniectura,
quam dicit Anch.ex dicta digreſſione, poſſet eſſe dubitabilis
per ſe conſiderata, per ea, quæ tradit Pariſ.conſ.87.num.35.vo-
lum.2.propterea nunc eam firmare non auderem, nam & alij
quamplures numero recedunt ab Anch. quos per integram
eulum, ſigillatim recenſet Mantica in d.tit.3.lib.11.ſub nu.13.&

inter cæteros Ruin. *conſ. 128. num. 7. coniunctO num. 19. verſ. non*
30 *obſtat. vol. 3.* vbi dicit, quod † iſta limitatio Anch. non eſt vera,
& quod ſine lege loquitur, idemq; Ruin. *conſ. 137 num. 1. eo. vol.*
ſcribit, illud dictum Anch. potius eſſe fundatum in auctoritate,
quam in ratione, & iure non probari, ſecundum Alex.
conſ. 64. num. 5. verſ. Corroboratur. volum. 5 & vltra prædictos, in
caſu noſtro recedi debet ex duobus, ab Anch. primū eſt, quod
inquit Cæphal. *conſ. 252. num. 17. verſ. & idem oſtendi,* vbi dicit
31 tunc † eſſe veram limitationem Anchar. quando in ſequentibus
gradibus vocati ſunt, qui præſumuntur minus dilecti,
quod in caſu noſtro non verificatur: quia vocati ſunt dom.
Paulus, & Iacobus, item filij do. Nicolai, & prædefuncti, ſeu
prædefunctorum filij: nulli autem minus dilecti fuerunt vocati.
Secundum eſt, quod inquit Alexan. *in d. conſ. 64. ad finem,*
quod limitatio Petri de Anch. loquitur in deſcendentibus
32 non † in collateralibus, ergo non debet admitti hæc coniectura,
quia deficit fundamentum, at nos nedum ſumus in
deſcendentibus, nec in collateralibus teſtatorum de Barbalungis,
ſed in prorſus extraneis aliarum familiarum, de Trottis,
& Vincentijs, qui fuerunt vocati tantum propter quaſdam
mulieres de Barbalungis nuptas dom. Hieron. Trotto,
& dom. Nicolao de Vincentijs, vnde facilius recedere poſſumus
ab opinione Ancharani. Expedito ſecundo contrario
venio ad tertium, quo dicebatur, verbum, *filios,* in vltima
ſubſtitutione poſitum, de maſculis intelligendum, ſtante ſtatuto
fœminarum excluſiuo, per doctrinam Ancharani *in
l. tres fratres. ff. de pact.* & ſequacium. cui motiuo reſpondeo,
33 Doctores † prædictos in dubio loqui, ſecus autem, ſi conſtet
aliter de mente teſtatoris. *l. non aliter. ff. de legat. 3.* & ad
hoc eſt pulcherrimus textus *in l. quinquus. ff. de verbor. ſignif.*
nam cum teſtator ſcripſiſſet, *quicquis mihi alius filius, filij, vel
filius hæres ſit, Labeo ait, non videri filiam contineri. Proculus contra.*
at Modeſtinus ſubdit, *mihi Labeo videtur verborum figuram
ſequi, Proculus mentem teſtatoris,* demum reſpondet, *non dubito,
quin Labeonis ſententia vera non ſit, ſecutus vna cum Proculo
voluntatem teſtatoris potius, quam verba:* quem textum, velut
ſingularem, citat Iaſon *conſ. 154. colum. antepenult. in fin. volu. 4.*
ſed, vt ſupra dixi, conſtat de mente teſtatoris, quod ſub filijs
voluerit quoque fœminas contineri, cum declarauerit, in
omni, & quacunque parte teſtamenti, in qua fecit mentionem
de filijs maſculis; cum enim illud relatiuum, qua, reſtringat
generalitatem illorum verborum præcedentium, *in
omni, & quacunque parte. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. tertio* Decian.
reſpon. 7. num. 94. volum. 1. datur intelligi, quod in vltima
ſubſtitutione, in qua de maſculis non fecit mentionem, ſed
de filijs ſimpliciter dixit, etiam filiæ contineantur; rationemque
ſuperius poſui, quam non repetam, cum videri
34 poſſit, † addens nedum filias, ſed etiam neptes ex filijs contineri,
propter illa verba, *in ſtirpes, & non in capita,* vt per Socin.
& alios allegatos: quæ verba quoque conſiderat Decian.
reſpon. 29. num. 27. volum. 1. ad dicendum, quod teſtator voluerit
filios fratrum æqualiter ſuccedere cum patruis, quia illa
35 clauſula, † *in ſtirpes,* non poteſt cadere inter filios, qui æqualiter
in capita, non in ſtirpes ſuccedunt, & hoc argumento,
præter ſuperius allegatos, vtitur quoque Socin. iun. *conſ. 19.
num. 14. verſ. hæc autem voluntas. volum. 3.* & prior eo Caſtren
conſ. 478. num. 5. verſ. ad ſeptimum. volum. 2. cum alijs per Pariſ.
36 *conſ. 38. num. 9. & 33. volum. 2.* vbi dicit, quod † qualitas maſculinitatis
attendi debeat, quando per coniecturas conſtat de
mente teſtatoris, exprimentis de maſculis, ad conſeruationem
familiæ; cuius contrarium eſt in caſu ſuo, in quo mens,
& voluntas teſtatoris declarata fuit, vt ſuccederetur per ſtirpes,
quod & in caſu præſenti dici poteſt, quia Trotti, & Vincentij
nihil attinebant ad Barbalungos: vnde mentionem
maſculorum non poteſt dici fuiſſe factam ad conſeruationem
familiæ teſtatorum, & volendo quod filij domini Pauli,
& Iacobi ſuccederent in ſtirpes, intellexerunt de nepotibus,
& neptibus non attenta mentione maſculorum ſupra facta,
& in hanc ſententiam tanto magis adducor, quoniam teſtatores
illi de Barbalungis nuptui collocarent duas fœminas
de familia ſua, videlicet dom. Ioannam, dom. Hieronymo
Trotto, & dom. Agnetem D. Nicolao de Vincentijs, vt dicitur
in teſtamentis, propterea credendum eſt, quod vocauerint
dom. Paulum, & Iacobum de Trottis, & filios D. Nicolai
de Vincentijs, contemplatione dictarum fœminarum de
Barbalungis, non autem contemplatione dicti Hieronymi
Trotti, nec contemplatione dicti Nicolai de Vincentijs, qui
nihil ad eos teſtatores attinebant, niſi cauſa & medio dictarum
fœminarum ſecum nuptarum. † vnde debet attendi, 37
cuius contemplatione quid ſit factum, vt not. Bald. *per illum
textum in l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adopt. cum concordantibus,* de
quibus per Decium *conſ. 283. volum. 5. verſ. & hoc confirmatur.*
Nam † non inſpicimus ad quem verba dirigantur, ſed cuius 38
contemplatione quid fiat. *l. ſi cui. §. ſi Titio. & ibi* Iaſ. *colum. 2.
ff. de leg. 1.* Socin. *conſ. 85. colum. 4. verſ. circa ſecundam difficultatem.
volum. 1.* Dec. *conſ. 279. colum. 2.* & Decian. *reſpon. 9. num. 16.
volum. 1.* propterea conſiderarunt dicti teſtatores, quod ex
quo dicti Paulus, & Iacobus deſcendebant ab illis mulieribus
de Barbalungis in ſubſtitutione vltima de filijs præmorientis,
ſimpliciter de filijs locuti fuerunt, vt ſub eis fœminæ quoque
comprehenderentur, vnde deſcendebant, vt euenit in
dom. Laura D. Pauli Antonij, qui deſcendebat à D. Paulo
deſcendente, ex D. Ioanna, matre ſua de Barbalungis. & hæc
eſt veriſimilis, & pulchra conſideratio, per quam tertium
contrarium remanet omnino reſolutum: nam præſumptio,
quod teſtatores voluerint ſe potius conformare cum ſtatuto,
quam cum iure communi, tollitur ex verbo, *filiu,* ſimpliciter
prolato, item ex illis, *in ſtirpes, & non in capita,* rurſus etiam,
quia agitur de perſonis, quæ deſcendunt ex fœminis,
mediantibus perſonis ſuorum prædeceſſorum: † vna namq; 39
præſumptio tollit aliam. *l. diuus. ff. de reſtit. in integ. l. non ſolum.
ff. de rem vnpt. l. mater. C. de calum.* & † plures ſimul iun- 40
ctæ plenam probationem inducunt, vt hic gloſſ. *in l. 2. §. 1.
ff. de excuſ. tut.* quam multum commendat Bart. *in Rubr. C. de
prob.* item & gloſſ. *in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti.* Bald. *conſ. 77. colum. 1.*
Decian. *reſpon. 11. num. 137. volum. 1.* Quinimo, cum dom.
Laura habeat † præſumptionem iuris communis, pro ſe, ſe- 41
cundum quod, fœminæ cum maſculis ſuccedunt. *l. maximum
vitium. C. de libe. præt.* dominus autem Iulius prætendit habere
præſumptionem ſtatuti, quod aduerſatur iuri communi:
vtique præponderare debet præſumptio iuris communis
ſtans pro dom. Laura, alteri, quæ ſtat pro dom. Iulio, ex d. ſtatuto,
quod iuri communi refragatur, vt tradit Feder. de
Sen. *conſ. 234. ad fin. verſ. præterea.* nam † præſumptio, quæ 42
eſt ſecundum regulas iuris, tollit contrariam præſumptionem,
vt ſcribit Grat. *reſpon. 3. num. 13. volum. 1.* ſequitur Mant.
in ſuo tract. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 17. num. 11. & ita tertio
contrario remanet plene ſatisfactum: Supereſt quartum
diſcutere, quo dicebatur, mentionem Maſculorum in præcedentibus
ſubſtitutionibus factam fauore conſeruationis
agnationis repetendam eſſe in vltima ſubſtitutione de filijs
præmortui ſimpliciter facta: Cui contrario primo reſpondeo,
quod † agnationis fauore non ſunt ſomniandæ, nec 43
addendæ, vel multiplicandæ ſubſtitutiones, vltra diſpoſitionem
teſtatoris, vt inquit Socin. iun. *conſ. 155. num. 10. verſ. nec
quicquam. vol. 2. & conſ. 57. num. 7. volum. 4.* idemque ſentit Dec.
conſ. 257. num. 9. & Rubeus *conſ. 120. num. 9.* dicens, quod † teſta- 44
tor voluit conſeruare bona in agnatione eatenus, quatenus
ſubſtituit: vnde per rationem conſeruandæ agnationis, non
debet extendi fideicommiſſum vltra terminos præſcriptos
à teſtatore: ſequitur Mant. *in d. trac. lib. 6. tit. 15. col. 3.* dicens huius
declarationis videri caſum apertum *in §. nos igitur. in auth.
de reſt. fideicom.*

Secundo dico, quod † mentio maſculorum poſita in præ- 45
cedentibus ſubſtitutionibus non debet cenſeri repetita in
vltima ſubſtitutione facta de filijs ſimpliciter D. Pauli, & Iacobi,
per ſingularem doctrinam Cumani, quem refert And.
Sicul. *in l. cum acutiſſimi. col. pen. C. de fideicom.* & vtrunque ſequitur
Decia. *reſp. 4. num. 8. vol. 2.* qui dixerunt, quod ſi inſtitutis
duobus fratribus teſtator vni ſubſtituit ſub conditione, ſi
ſine liberis deceſſerit, alteri vero ſimpliciter, conditio liberorum
non cenſebitur repetita in ſecunda ſubſtitutione. Sic
etiam dici debet in caſu noſtro, quod qualitas maſculinitatis
appoſita in præcedentibus ſubſtitutionibus, non cenſetur
appoſita in vltima, de qua agitur: Tantoque magis, vt dixi,
quia ſi diſcurrantur diligenter ſingulæ ſubſtitutiones præce-
dent.

dentes, factæ fuerunt ab vnoquoq; teſtatorum, poſt alterius
mortem; at hæc vltima ſubſtitutio facta fuit filijs D. Nicolai,
poſt eorum mortem, & ſic diuerſis perſonis à perſonis teſta-
torum, vnde qualitas maſculinitatis poſita in ſubſtitutioni-
bus factis perſonis teſtatorum, non debet cenſeri repetita in
ſubſtitutione, poſtremo loco facta perſonis filiorum domini
46 Nicolai: quia † in materia ſubſtitutionum non fit extenſio
de perſona ad perſonam, vt præclare dixit Aret. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 4. ff. de lib. & poſt. cum ſimil. ſup. cumulatis.*
47 *quæ videri poſſunt*. quibus addo tantum, quod † ex tali ratione
agnationis coniecturata, & non expreſſa, non liceat arguere
de perſona ad perſonam, maxime ad excluſionem alterius; vt
contingeret hic dom. Lauræ, vt tenet Bal. *in l. ſed & milites. ff. de excuſ. tut.* ſequitur Dec. *in l. 1. C. de ſucc. edi. num. 3. in l. ſi quis nec cauſam. n. 4. ff. ſi cert. pet. conſ. 287. num. 7. & 3.* Iaſ. *conſ. 163. volum. 2.* Rub. *conſ. 94. num. 6. & conſ. 118.* Decian. *reſpon. 1. num. 181.*
48 *vol. 2.* & hoc etiam voluit Dec. *conſ. 315. nu. 6.* dicens, quod † fa-
uor agnationis operatur, & attenditur tantũ, quando ſumus
in expreſſa voluntate teſtatoris, non autem quando verſa-
mur in tacita, quem ſecutus fui *conſ. 110. ad fi.* & latius *conſ. 279.*
49 *num. 70.* vbi confirmans dixi, quod à † tali ratione conſeruan-
dæ agnationis, non expreſſa, ſed ſubintellecta tantum per
expreſſionẽ maſculorum, non arguitur ita, quod diſpoſitio
porrigatur ad alios caſus, vel perſonas, vt declarat Bart. *in l. liberorum. col. 6. ff. de verb. ſig.* Bald. *in l. ſi defunctus. C. de ſuis & leg.* cum ſimil. per Alex. *conſ. 80. col. 4. vol. 1. conſ. 96. viſo themate circa fi. vol. 2.* Aret. *conſ. 27. circa finem.* & ego latius *in d. conſ. 279.*
50 Tertio dico, quod † cum in diuerſis orationibus ſepara-
tis, & de ſe perfectis, teſtatores in ſubſtitutionibus præceden-
tibus locuti fuerint de filijs maſculis, in vltima vero ſubſtitu-
tione de filijs ſimpliciter, ideo tam de fœminis, quam de ma-
ſculis videtur intelligendum, vt voluit Ioan. de Anna *conſ. 22.* Anch. *conſ. 120. ad fin.* Alexan. *conſ. 55. colum. pen. volum. 3. & conſ. 38. num. 6. vol. 6.* & alij per me cumulati, *conſ. 19. num. 13.* & latius *conſ. 78. num. 24.* poſt dom. meum Zuccardum, *in l. fin. C. de edi.*
51 *dıui Adri. tollen.* vbi concludit hanc eſſe † magis communem,
52 & ratione confirmat Iaſon *conſ. 39. colum. 3. volum. 3.* & † licet
Socin. iun. *conſ. 160. num. 35. volum. 2. per integram columnam*, vo-
luerit, ex vna parte teſtamenti, licet ſeparata, ſumi declara-
tionem alterius partis, loquentis de filijs ſimpliciter, quod de
53 maſculis intelligatur, ſicut in alia dictum fuit de illis, † ta-
men idem Socin. iun. *conſ. 105. num. 55. volum. 1.* hanc opin. ſuam
reſtringit, quando militaret eadem ratio, ſecus ſi diuerſa;
quia procederet omnino deciſio Ioanois de Anna. *in d. conſ. 22.* & ſequacium, vt dixi ſuperius, *in verſ. licet tamen*, & ex
mente teſtatorum, collecta ex eorum verbis, & ex ratione
diuerſitatis per me conſiderata, qualitas maſculinitatis, in
præcedentibus ad ipſos maſculos reſtricta, non ita repeti de-
bet reſtrictiue in vltima ſubſtitutione de filijs ſimpliciter fa-
cta, ſed etiam de fœminis illa ſubſtitutio venit intelligenda;
quinimo dicit eleganter Cuman. *conſ. 22.* in diſpoſitioni-
bus ſeparatim factis rationem diuerſitatis quærendam non
eſſe, nec etiam ex præſumpta voluntate dictorum teſtamen-
torum fieri debet repetitio maſculorum tantum in vltima
ſubſtitutione, ſed potius eorum voluntatem fuiſſe in con-
trarium præſumi debet, quia ſicut illas, in prima vel alijs ſub-
ſtitutionibus præcedentibus expreſſerunt, facile ſibi fuiſſet
pariter illos exprimere in vltima ſubſtitutione, dicendo, *& præmortui filios maſculos*: non autem *filios*, ſimpliciter, vnde
cenſentur eos maſculos tantum noluiſſe exprimere, vt etiam
fœminas comprehenderent, vt arguit Bald. *conſ. 58. volum. 2. in nouiſ.* Marian. *conſ. 10. col. 6. volum. 1.* Natta *conſ. 459.* Socin. iun. *conſ. 3. num. 41. vol. 1.* & ego *conſ. 111. num. 67.* & hinc quarto loco
bene iuſtificatur quod inquit Socin. *conſ. 155. num. 10. volum. 2.*
54 quod † ex ratione prædicta conſeruandæ agnationis non
poteſt argui teſtatorem voluiſſe, quod non diſpoſuit, ſequi-
tur Dec. *conſ. 291. colum. 4. verſ. his præmiſſis*, cum alijs adductis
per Decian. *reſpon. 26. num. 86. volum. 2.* idemque Ioan. Botta
conſ. 51. num. 53. dicens, quod † ſi extenderetur ſubſtitutio ex
55 allegata ratione conſeruandæ agnationis, vtiq; ſomniaren-
tur ſubſtitutiones vltra teſtatoris intentionem, & diſpoſi-
tionem, quod non eſt dicendum: citat Soc. iun. *conſ. 177. nu. 12. volum. 3.* & Crau. *conſ. 161. num. 7. & 17.* poſtremo mihi videtur
æquiuocatio magna, quod cum filij maſculi fuerint in con-
ditione poſiti in præcedentibus ſubſtitutionibus, velimus,
id verbum, *maſculos*, repetere in verbo, *filijs*, diſpoſitiue vo-
catis in vltima ſubſtitutione facta filijs D. Nicolai, quia † filij 56
poſiti in conditione non dicuntur diſpoſitiue, nec ex teſta-
mento vocati, ſed ab inteſtato tantum, ſecundum gloſſ. vul-
gatam *in l. Lucius ſecunda. in fin. ff. de hered. inſtit.* communiter
receptam, vt ex multis probat Decian. *reſpon. 1. num. 96. volu. 2.*
citans inter cæteros Socin. iunior. *conſ. 177. num. 7. volum. 2.*
dicentem, quod † hæc opinio eſt iam per ſecula approbata, 57
& quaſi Canonizata, tam in Scholis, quam in Palatijs, ita vt
nefas videatur ab illa recedere. & licet † Mantica *in tractat. de* 58
coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 2. hinc & inde dilatet fimbrias, in-
finitos allegans, & qui communem teſtantur: tamen opinio-
nem affirmatiuam reſtringere videtur ad deſcendentes te-
ſtatoris in conditione poſitos, quales non fuerunt Trotti,
nec Vincentij, nec eorum filij in conditione poſiti, non de-
ſcendentes à teſtatoribus de Barbalungis, nec de illa familia.
Propterea cum † conditio maſculorum appoſita in ſubſti- 59
tionibus præcedentibus nihil ponat ineſſe; & ideo nihil diſ-
ponat. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* ſed tan-
tum rem deducit ad cauſam inteſtati, quo caſu æqualiter fœ-
minæ admittuntur cum maſculis. *l. maximum vitium. C. de lib. præt.* ſequitur, quod vltima ſubſtitutio, per quam filij præ-
mortui dom. Pauli, vel Iacobi diſpoſitiue fuerunt ſubſtitu-
ti, regulari non debet ab illis filijs maſculis in conditione
poſitis in præcedentibus; & ita facilis non eſt tranſitus de vna
ad aliam. *l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vend. l. ſi cum patrono. ff. de bon. poſſ.* & pulchre declarat Decian. *reſpon. 1. num. 101.*
volum. 2. qui & id confirmat, nam † cauſa teſtati, & cauſa in- 60
teſtati ſunt diuerſæ; imo contrariæ. *l. quandiu. ff. de acquiren. hered.* ergo eſt impoſſibile, quod vna dependeat ab alia; vel
interpretationem recipiat. *l. Papi. excuſ. ff. de minor.* & vt addit
Decian. hanc differentiam tradit Bald. *conſ. 32. in cauſa teſtamenti Andreoli*, quem refert, & ſequitur Corne. *conſ. 230. vol. 3. num. 8.* dom. meus Riminaldus *conſ. 223. num. 66. verſ. reſpondeo*,
& alij quos citat ipſe Decian. Quare ne longius progrediar,
in ſententiam fauorabilem dom. Lauræ, reſideo, quod con-
currere poſſit cum dom. Iulio ſuo patruo in portione bono-
rum alias relictorum filijs dom. Nicolai de Vincentijs, per
illos teſtatores de Barbalungis, vt ex prædictis conſtat. *Hippol. Rimin. Ferraria.*

Pro domino Hieronymo Sauanuccio.

ARG. Scripturam quam quis ipſe confecit, falſi arguere intendens, an propriam turpitudinem allegare cenſeatur, & audiendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ſtatuti de pœna prod. falſ. inſtr. num. 4.*
2 *Exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptuatis & n. 5. 6.*
5 *Vxor non poteſt dimitti, niſi ſola fornicationis cauſa.*
7 *Fundamentum corruit, ceſſante præſuppoſito.*
8 *Turpitudinem ſuam allegans non auditur. Et an audiatur allegans dolum ad commodum ſuum. num. 12. 14. 15. 00.*
9 *Confeſſio in precibus Principi oblatis præiudicat confitenti.*
10 *Et dicitur probata probatio.*
11 *Falſitas, aut turpitudo non inducitur, antequam prius de ea conſtet.*
13 *Tempus in ſtatuto determinatum vno modo, nõ recipit functionem alterius temporis.*
16 *Commoda laborum alicuius iniquum eſt ad alios transferri. nu. 17.*
18 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
19 *Suſpicio ſola ſufficit ad fidem ſcripturæ abrogandam.*
20 *Conſuetudo generalis, & notoria non indiget probatione, &c.*
21 *Multa tolerantur iam facta in iudicialibus.*
23 *Cauſa primordialis attendi debet.*
24 *Et à principio tituli poſterior formatur euentus.*
25 *Continuum, & quod continuatur, dicitur vnum, & idem. n. 16. 27.*
28 *Vna dicitur præſcriptio, licet ſint plures perſonæ, quæ poſſederint, dummodo continuate. nu. 29.*
30 *Exceptio reo competens, eſt actionis excluſio.*
31 *Actio non debet continere ſibi contrariam, & excludentem qualitatem.*
32 *Turpitudinem ſuam allegans in perniciem alienam, & ad quæſtũ ſuum non admittitur.*
33 *Interrogatorio non eſt reſpondendum circa ſcripturam falſam, quam fecit interrogans.*
34 *Falſum ſine dolo non committitur.*
35 *Veritas ſemper vincere debet.*

Digitized by Google

CONSIL. DCCLXVIII.

IN præſenti cauſa D. Hieronymi Sauonutij cum dom. Leo-
1 nello de Pero conſidero, quod † ſtatutum *cap. 109. lib. 3.* po-
nit in primis regulam, quod quilibet tenetur reſpondere
interrogatorio, facta manifeſtatione partis, actus, vel dicti
præciſe, de quo interrogans intendit redarguere de falſo,
deinde ponit exceptionem ſubdens alias, id eſt, non facta
dicta manifeſtatione, iudex non poſſit, nec debeat cogere
aliquem ad reſpondendum interrogatorio: at nos indubi-
tanter verſamur in caſu dictæ regulæ, non autem exceptio-
2 nis, ſi videatur interrogatorium, propterea † cum exce-
ptio confirmet regulam in caſibus non exceptuatis, vt not.
Bartol. *in l. quæſitum. §. denique ff. de fun. inſtr. & in §. vt autem.*
vbi gloſſ. & Bartol. *in auten. de non alien.* Angel. *conſ. 239. &*
conſ. 290. cum ſimil. per Dec. *in l. 1. num. 17. ff. de regul. iur.* qui
3 ſubiungit rationem, quia † regula ſub generalitate omnes
caſus includit, vnde ſi aliqui caſus ſpecialiter excipiuntur,
alij remanent ſub regula, *argumento l. cum prætor. ff. de iudic.*
4 *& in l. maritus. C. de procur.* Sequitur ſub regula † ſtatuti
noſtri, de quocunque, qui tenetur reſpondere interroga-
torio, comprehendi interrogantem, etiam qui turpitudi-
nem ſuam allegaret. & hoc vltra Decium confirmat Ca-
gnol. *in d. l. 1. ſub num. 25. per textum in cap. dominus 32. quæſt. 7.*
5 vbi dicitur, quod ad confirmandum, quod † non facile di-
mittatur vxor, ſolam fornicationis cauſam excepit, cæte-
ras vero vniuerſas, & innumerabiles moleſtias, ſi quæ ex-
titerint, iubet pro fide coniugali, & pro caſtitate fortiter
ſuſtineri, ecce, quod excepta vna cauſa turpitudinis, intel-
liguntur aliæ comprehenſæ ſub regula non dimittendi vxo-
rem, licet turpes, & inhoneſtæ, præter illam fornicationis: &
6 ideo bene gloſſa ibi colligit argumentum, quod † qui vnam
cauſam excepit, intelligitur omnes alias incluſiſſe. Quare ſic
& in hoc ſtatuto dici debet, quod excepto vno caſu, in quo
interrogatus non tenetur reſpondere, quando interrogans
non ſpecificauit id, de quo vult redarguere de falſo, intelli-
guntur omnes alij caſus incluſi, quod facta ſpecificatione te-
neatur interrogatus reſpondere, licet alleget turpitudinem
ſuam interrogans.

Secundo dico, quod Sauonutius, qui fecit inſcriptio-
nem, de qua agitur, contra eum productam per Perum,
deinde interrogauit Perum, an velit vti ea pro vera; quia
vbi velit ea vti pro vera, intendit eam redarguere de falſo,
non dicitur dictus Sauonutius aliquam turpitudinem ſuam
allegare, quod ſi probauero, ceſſabunt vno verbo dubia
7 quæ proponuntur, & eam præſupponunt allegari: † nam
ceſſante præſuppoſito, corruit fundamentum. *l. mancipia.*
& ibi Butrig. Fulg. Iaſon & alij *C. de ſeru. fug.* probatur aſ-
8 ſumptum, nam ad illam regulam, quod † quis non audi-
tur allegans turpitudinem ſuam, allegantur duo iura, de
quibus in dubijs, & in primis text. *in l. tranſactione, ſecunda.*
C. de tranſact. vbi dicitur, tranſactione finita cum ex parti-
bus tuis magis dolum interceſſiſſe, quam eorum, contra
quos preces fundis, confitearis, inſtaurari graue, nec non
criminoſum tibi eſt: pondero, quod ille confitebatur in
precibus, ſe dolum commiſiſſe tranſigendo cum aduerſa-
9 rio, quæ † confeſſio licet in precibus oblatis Principi præ-
iudicet confitenti; quia videtur confiteri contenta in eis.
10 *l. cum te.* & ibi D. meus Riminaldus *C. de tranſact.* & † con-
feſſio dicitur probata probatio, Bald. *in l. Deo nobis. C. de Epi-
ſcopis, & Cleri.* & Neuiza *conſ. 37. num. 7.* eam fortiorem appel-
lat, quam ſit in mundo, ſicut & pleniſſimam probationem,
Socin. iun. *conſ. 3. num. 4. volum. 3.* & ego pluribus confirmaui
conſ. 103. num. 29. cum ſequent. propterea nimirum, ſi in *d. l.*
tranſactione. quis allegare non poteſt proprium dolum, ad
infringendam tranſactionem, vt ſummat illum textum do-
11 minus meus Riminaldus, quia † allegans dolum ad commo-
dum ſuum, non auditur; ex quo talis confeſſio ad commo-
dum ſui non prodeſt. *l. exemplo. C. de probat.* ſecunda lex ad-
ducitur *in l. mercal. C. de cond. ob turp. cauſam.* vbi pariter
quis in precibus ſuis confitebatur lenocinium, cum merca-
lem vxorem habuiſſet, & ob illam turpem cauſam, pecu-
niam cautam volebat exigere, quem Princeps repellit, ve-
lut allegantem turpitudinem ſuam. Conſtabat igitur in
dictis legibus, ex verbis confitentis de eius turpitudine, ſed
non ſic eſt in caſu noſtro: nam licet Sauonutius confeſſus
fuerit ſe feciſſe inſcriptionem libri, de qua agitur, & ea pro-
ducta contra ſe per Perum, interrogauerit Perum, an ea ve-
lit vti pro vera; quia ſi dixerit ſe velle vti pro vera, intendit
Sauonutius eam redarguere de falſo. non tamen inde, nec
ex dicto interrogatorio ſtatim ſequitur, nec minus verba
ſua dicunt, quod ſcriptura ab eo facta, ſit falſa, ſed oporte-
bit, quod probet, quo modo ſit falſa, & quare ſic eam ſcri-
pſerit; ita probatur ex ſtatuto prædicto, vbi dicitur, quod
ſi interrogatus in iudicio, reſponderit illis ſe velle vti, con-
ſtito de falſitate, puniatur vt ſupra. † ante igitur, quam con- 12
ſtet de falſitate, dici non poteſt, quod per interrogatio-
nem falſitas inducatur, vel aliqua turpitudo Sauonutij:
nam cum in dicto ſtatuto determinatum ſit tempus indu-
cendi falſitatem, videlicet poſt interrogationem, & reſpon-
ſionem, dici non poteſt, ante eam induci: quia † quan- 13
do in ſtatuto determinatum eſt tempus vno modo, tale tem-
pus non recipit functionem alterius temporis, vt tradit Bal-
dus per illum textum *in cap. licet de ſupplen. neglig. præl. &*
per l. vſufruct. mihi in biennium ff. de vſufruct. leg. Iaſon *in Auct.*
quæ ſupplicatio. colum. 2. C. de precibus Imperat. offer. Nat-
ta *conſilio 485. colum. 2.* & ego *conſil. 60. numero 101.* ceſ-
ſant igitur, quæ de turpitudine non alleganda dicun-
tur.

Tertio poſito, ſine veri præiudicio, quod Sauonutius
in interrogando Perum, nunquid vti velit pro vera dicta in-
ſcriptione, quia vbi velit ea vti pro vera, intendit eam re-
darguere de falſo, diceretur turpitudinem ſuam allegare, di-
co, quod audiri debet, & omnino cogi debet Perus interro-
gatorio prędicto reſpondere. namq; † in illa quæſtione, nun- 14
quid, & quando quis audiatur turpitudinem ſuam alle-
gans, quam poſui *in §. 1. num. 120. Inſtit. per quas perſo. & in*
conſ. 62. num. 23. cum ſequentibus. dicunt † ſcribentes, quod 15
quando quis excipiendo, vel replicando turpitudinem al-
legans, tractat de damno, & aduerſarius ſuus particeps tra-
ctat de lucro, tunc auditur, quia in pari turpitudinis cau-
ſa melior eſt conditio poſſidentis. *l. 2. C. de cond. ob tur. cau.*
Bald. *in l. 1. verſ. quæro vtrum. cod. tit.* Bartol. *in l. iusiurandum.*
§. procurator. colum. 4. ff. de iureiuran. & ibidem Iaſon *num. 30.*
cum ſimil. à me cumulatis in dictis locis: At in facto pro-
ponitur cum Sauonutius ſtaret prius in apotheca merzariæ
pro gargiono Peri & Contugi ſociorum. Perus conducta
alia particulari apotheca, in eam induxit Sauonutium, fa-
ciendo ea, quæ Perus ſibi iubebat, vt ille fatetur, reſpon-
dendo capitulis primò loco Sauonutij, item faciendo labo-
rare dies, & noctes, & inſeruire Sauonutium pro rebus oc-
currentibus in apotheca, quam Perus habebat in ſocieta-
tem cum Contugo. quod etiam fatetur Peruſ. hinc ergo ſe-
quitur intitulationem factam per Sauonutium libro Peri
contra eũ producto de ſocietate facta inter eos non eſſe ve-
riſimilem; quia non eſt veriſimile, quod Sauonutius iuiſſet
ad laborandum in prima apotheca, ſi contraxiſſet ſocieta-
tem cum Pero in ſecunda: nam laborando in prima totum
feciſſet ad commodum Peri, & Contugi ſociorum in illa,
ſine vlla mercede dicti Sauonutij in illa prima apotheca in
qua deſijſſet eſſe gargionus, & ex ſecunda in qua feciſſet ſo-
cietatem, perdidiſſet eam non exercendo, quæ duo ſunt ab
omni veriſimili prorſus aliena: nam † iniquum eſt, ſi labo- 16
rum ſuorum commoda transferantur ad alios. *l. pen. §. illo. C.*
de neceſſ. ſer. hered. inſt. l. fin. C. de alluuio. hinc dicitur *in §. quia ve-*
ro. 13. q. 1. nos quidem militamus & vultis vos ſtipendia mili-
tiæ noſtræ, ſequitur Calderic. *conſ. 6. in tit. de relig. domib.* &
Crauet. *conſ. 455. num. 4.* quibus id accedit, cum † labor eſt 17
in caſum mortalis, creſcit egeſtas, & aliud, omnis labor optat
præmium, & labores ſuos Sauonutius deploraſſet, vt alibi
dicit Ripa *in l. in quartam. num. 95. ff. ad leg. Falcid.* nequa-
quam dicendum. Similiter quoque † non eſt præſumen- 18
dum, quod quis voluerit iactare ſuum, *l. cum de indebito. ff. de*
prob. prout feciſſet Sauonutius, ſi fuiſſet ſocius in ſecunda
apotheca, eam non exercendo cum damno ſuo, vt primam,
in qua non erat ſocius, adiuuaret. Quare non aliud dici
poteſt,

Digitized by Google

poteſt, niſi quod Perus videns poſt tres, aut quatuor annos,
quibus erexerat artem merzariæ in apotheca per eum con-
ducta, & in qua conduxerat Sauonutium vſque de anno
1579. vt ex eiſdem capitulis confeſſis à Pero colligitur, per-
diderat de capitali, latenter induxit de anno 1583. Sauo-
nutium vt faceret illam inſcriptionem dicto libro ſocieta-
tis communis inceptæ de anno 1579. vt habita dicta intitu-
latione tempus in effectu præteritum continente conueni-
re poſſet, (vt fecit) Sauonutium velut ſocium ad reddendam
rationem adminiſtrationis. qui Sauonutius incautus eam fe-
cit, non vt dici ſolet reſpice finem. igitur ex tali facto ſic iu-
ſtificato dici debet, dictam intitulationem falſi ſuſpicione
non carere, quod rem non veriſimilem ſocietatis contractæ
contineat. Bald. *in l. ſcriptura. num. 6. C. de fid. inſtr.* Abb. *conſ. 99.
in fin. volum. 1.* Alexan. *conſ. 84. num. 2. verſ. præterea d. ſcriptura.
volum. 7.* Curt. *conſ. 73. colum. fin.* Crau. *conſ. 862. num. 9.* & in alijs
19 locis allegatis per eum, & † ad fidem abrogandam ſcripturæ
ſufficit ſola ſuſpicio, vt Fulgoſ. tradit *conſ. 151. egregius miles. co-
lum. 3. & conſ. 204. Albertus. col. fin.* Roman. *conſ. 376. colum. fin.*
Dec. *conſ. 175. colum. 5. conſ. 189. & conſ. 615. colum. fin. cum ſimil.*
per Crau. *conſ. 827. colum. fin.* Merito ſequitur, quod Sauonu-
tius tractat de damno vitando, ne obligetur pro Pero, pro ſo-
cietate ſecum non contracta, Perus tractat de lucro, quod
Sauonutius ſit ei obligatus ſine cauſa, vnde Sauonutius de-
bet audiri, poſito, quod allegaret turpitudinem ſuam contrà
Perum illius participem ſecundum Doctores à me ſupra ci-
tatos *in d. §. 1. Inſt. per quas per.* & *in d. conſ. 62.* ſed & aliud indi-
cium non leue dictæ ſocietatis non contractæ per Sauonu-
tium cum Pero colligitur *ex cap. 9.* ſecundo loco Sauonutij,
in quo dicit, ꝙ Perus nunquam fecit ſcribi ſuper libris mer-
catorum, à quibus res accipiebat pro indigentia apothecæ,
Leonello, & compagni, ſiue Girolamo, & compagni, quod
fatetur Perus. negans tamen, quod ita conſueuerit fieri, quod
20 ſibi non prodeſt, quia † talis conſuetudo generalis, & noto-
ria non indiget probatione. Bald. *in l. filiusfamil. §. veteranus. ff.
de procur. in l. habemus. C. de iudic. & in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi.*
Crau. *conſ. 157. num. 5.* Curt. iun. *conſ. 24. colum. 1.* & ego *conſ. 35.
num. 21.* Nam non eſt dubium, quod ſi Sauonutius cum Pero
contraxiſſet ſocietatem, Perus annotari feciſſet in libris mer-
catorum, ſe, & Sauonutium ſocium debitores, ne ad totam
ſummam teneretur Perus, ſed pro dimidia tantum: Vlterius
aduerti debet, quod antequam Sauonutius interrogaret Pe-
rum, nunquid vti vellet intitulatione dicti libri, præſertim in
ea parte, quæ loquitur, quod de anno 1579. dicta ſcriptura
facta dicitur, quia vbi velit ea vti pro vera, intendit eam re-
darguere de falſo, vtique ſi ex hoc interrogato Sauonutius
dicitur turpitudinem ſuam allegaſſe, prout prætendit Perus,
iam detecta fuerat, namque produxit libellum conueniien-
do Sauonutium tanquam ſocium, & cum libello liſtam bo-
norum apothecæ notatorum in libro ſcripto manu dicti Sa-
uonutij, at Sauonutius negauit aliquam ſocietatem cum di-
cto Pero iniſſe. Quibus ita ſtantibus dicitur detecta turpi-
tudo Sauonutij, cum Perus dixerit, contractam fuiſſe ſocie-
tatem cum Sauonutio de d. anno 1579. in intitulatione li-
bri ſpecificato manu Sauonutij ſcripta, Sauonutius vero ne-
gando dicat, eam non etiam veram, propterea licuit facere
dictum interrogatorium, & audiri debuit allegando, vt dici-
tur, turpitudinem ſuam iam detectam, prout notant Bald. &
Salic. *in l. fina. C. de non num. pec.* Alexan. *in l. Seius & Augerius. co-
lum. fin. ad l. Falcid. & conſ. 38. viſo puncto. col. 5. volum. 1.* Iaſ. *in d. §.
procurator. num. 27.* Socin. *conſ. 264. col. 5. verſ. non obſtat. volum. 2.*
Pariſ. *conſ. 53. num. 37. & conſ. 57. num. 91. volum. 1.* vbi mouetur
21 ratione, quia † multa tolerantur iam facta, maxime in iudi-
cialibus. *l. patre furioſo*, & ibi late Iaſon *ff. de his, qui ſunt ſui.*
Et plures alios citat idem tenens Ioan. de Amic. *conſ. 33. nu-
mero 39. & 40.* tantoque magis hoc in caſu noſtro procedit,
quod poſt interrogatorium factum Pero Sauonutius pro-
duxit bis cap. ad probandam intentionem ſuam ſuper falſi-
tate d. intitulationis, & illa ſimpliciter fuerunt admiſſa per
iudicem, nõ autem cum clauſula ſaluo iure impertinentium,
& non admittendorum, & Perus eis reſpondit, quo caſu Rui-
nus *conſ. 194. col. fi. vol. 1.* fatetur turpitudinem, velut detectam
admitti.

Præterea in hac materia turpitudinis conſentiunt omnes,
quod † excipiens, vel etiam replicans, tractans de damno 22
contra participem tractantem de lucro auditur allegans tur-
pitudinem ſuam. ita Bart. Alexan. Iaſ. & alij *in d. §. procurator.*
Felin. *in c. lator. colum. 1. & 2. de re iud.* Dec. *conſ. 24.* Tiraquell.
de retract. lignagier. §. 1. gloſſ. 2. num. 15. gloſſ. 18. num. 24. & num. 72.
nec meo iudicio ſi factum bene metiri volumus dici poteſt,
quod Sauonutius interrogans Perum nunquid velit vti in-
titulatione libri pro vera, quia ſi velit ea vti pro vera, inten-
dit eam redarguere de falſo, in dicta accuſatione erit actor,
merito non eſt, nec erit audiendus: Quoniam clarum eſt
quod in præſenti cauſa Perus fuit, & eſt actor, vt patet ex eius
libello & intitulatione libri, & eorum productione. Sauo-
nutius vero fuit, & eſt reus, vt ex eius ſcriptura exceptionum,
& negatione ſua contractæ ſocietatis apparet, & ex capitulis
ſuis in partibus confeſſatis à Pero colligitur, de quibus ſupra
dixi, propterea ſi Sauonutius interrogat Perum, vt ſupra, id
facit proſequendo, & continuando ſuam primordialem ex-
ceptionem, quod non contraxerit ſocietatem cum Pero, &
ſi Perus reſpondit, quod velit vti, & Sauonutius accuſabit
eum de falſo, non erit actor in effectu, ſed reus, velut id fa-
cturus pro defenſione exceptionis per eum propoſitæ, pri-
mordialis † enim cauſa debet attendi. *l. tutor datus. ff. de fideiuſ.* 23
ibi, *non titulus actionis, ſed debiti cauſa inſpicienda. l. ſi id quod. in
prin. ff. de donat. l. 1. C. de impo. lucra. deſcript. lib. 11.* vbi † quod à 24
principio tituli poſterior formatur euentus, tradit Bart. *in l.
in diem. ff. de aqua plu. arcen.* & Decia. *reſpon. 32. num. 124. volu. 2.*
& origo rei ſpectari debet, etiam quod mutetur perſona. *d. l.
tutor.* & in ſocietate tradit idem Dec. *reſpon. 11. num. 10. volum. 1.*
quamuis quod eſt fortius mutata non fuit perſona Sauonu-
tij, qui ſemper fuit inſtitor, ſiue Gargionus in prima, & ſe-
cunda apotheca. & cum interrogando Perum, & ſi reſpon-
debit, velle vti pro vera dicta intitulatione (quod non cre-
do) Sauonutius accuſabit eum de falſo, ſic continuando de-
fenſionem ſuæ exceptionis, vtique dicetur reus, non actor,
quod † enim continuatur, dicitur vnum, & idem, non autem 25
diuerſum. *l. continuus. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ita legauerit. ff. de
cond. & dem. & l. 3. §. Ripa. ff. de flumin.* Iaſ. *in l. eum qui. §. in popula-
ribus. num. 11. ff. de iureiuran.* & pulchre ponit Caſtren. *conſ. 4. in
cauſa mota. volum. 1.* dicens, quod † eadem vena mineralis dici- 26
tur, quæ reperitur ſub diuerſis fundis diuerſorum domino-
rum, ratione continuationis, † continuatio namque facit 27
de duobus vnum, vt in continuatione temporis, quæ facit
vnum ſolum dominum, ſicut etiam dicimus, quod † vna di- 28
citur præſcriptio, licet plures ſint perſonæ, quæ poſſederint,
dummodo continuate, quia vnum tempus, quo poſſedit
vnus, continuatur cum tempore, quo alius poſſedit poſtea,
Bart. Alex. & alij *in l. Pomponius. §. cum quis ff. de acquir. poſſ. & in
l. Celſus. ff. de vſu cap.* Dyn. & Anch. *in regula poſſeſſor. de reg. iur.
in 6.* Canoniſt. *in ca. ſi diligenti. de præſcript.* & tradit Soc. *conſ. 151.
col. pen. volum. 2.* & prout videmus † in continuante poſſeſſio- 29
nem, qui non dicitur innouare, nec actum nouum facere, vt
tradit Domin. *in cap. non ſolum. de app. in 6.* Bero. *conſ. 87. num. 5.
volum. 1.* & ego *conſ. 296. num. 19.* & certe mirum cuique videri
debet, quod domin. Sauonutius reus † actor dici poſſit, cum 30
exceptio competens reo ſit actionis excluſio *l. 2. ff. de except.*
& actionis verbo exceptio non continetur. *l. verbum oporte-
bit. §. actionis. ff. de verb. ſignif.* vbi ſignanter Petrus Rebuf. ra-
tionem reddit, quia † actio non debet continere ſibi con- 31
trariam & excludentem qualitatem, & ideo ſubdit actio-
nem aliud eſſe ab exceptione, variaſque ponit differentias
Rebuf. ibi, quas non referam, cum videri poſſint apud eum,
cum igitur Sauonutius ſit & futurus ſit reus, ſi Perus vtetur
pro vera dicta intitulatione & tractet de damno, Perus au-
tem particeps de lucro, vt ſupra ſatis oſtendi, ſine dubio de-
bet audiri in hoc interrogatorio. & ita primum, ſecundum,
& tertium dubium remanet in effectu ſolutum. † namque 32
Crau. *conſ. 936. n. 32.* qui citatur, procedit & loquitur, quando
quis turpitudinem ſuam in perniciem alienam, & ad quæ-
ſtum ſuum allegat, quod non admittitur, quod nec ego ne-
go, ſed bene dico, quod Sauonutius de damno tractat, ne te-
neatur ad ſocietatem allegatam, quam non contraxit, & Pe-
rus de lucro, vt obliget Sauonutium ad eam, quam non

ſecit: Nunc ad quartum dubium accedo fundatum *in conſil.*
53 Crauettæ *907. num. 7. & 8.* qui dicit, † interrogatorio non eſſe reſpondendum circa ſcripturam falſam, quam fecit interrogans, quia facto, & vitio ſuo id accidit, vt in dicta intitulatione per Sauonutium facta contingit: igitur audiri non debet: cui dubio reſpondeo, quod caſus Crauettæ differt à noſtro, namq; loquitur de interrogatione rei facta actori pertinaciter & calumnioſe, de qua pertinacia ſiue calumnia nullatenus erat particeps actor, propterea concludit & bene Crauetta actorem non teneri reſpondere Reo, quam prius dixiſſet cum reus ſatis eſſet certus, an heres eſſe vellet ex teſtamento vel non, & vt ibi latius per eum, at hic arte Peri Sauonutius incautus ſcripſit, vt dixi, quæ ex vicinitate libri ſtatim ſequentis colligitur *l. ſi ventri. §. eorum. & quod ibi.* Bar. *ff. de priuil. cred.* Bart. *in l. poſt contractum. colum. 5. ff. de dona. cum ſimil.* per Alex. *conſ. 25. colum. fin. vol. 2.* quem refert & ſequitur Crau. *conſ. 153. col. 9.* Vnde Sauonutius non fuit particeps, nec vitioſe quid fecit, vt erat in caſu Crauettæ, recte conſiderando. Circa vero quintum dubium capiendo illud membrum, in quo dicitur Sauonutium falſum ſcripſiſſe, & ob id opponere non poteſt Pero vtenti ſcriptura, quam credidit iuſte factam fuiſſe, vt per Cra. *conſ. 350. num. 18.* nec eum interrogare, vt per Rom. *conſ. 249. in prin.* reſpondeo Sauonutium quidem ſcri-
54 pſiſſe falſum, † non tamen illud commiſiſſe, quia illud ſine dolo non committitur. *l. nec exemplum. C. de falſ. l. diuus Claudius.* & ibi Bart. *ff. eod.* Dyn. *in cap. ignorantia. de reg. iur. in 6.* & Sauonutius incaute ſcripſit, inſtante potius, & ſollicitante Pero (vt audio) & ex teſtibus inductis probabit Sauonutius cum Perus reſponderit, hinc enim reflecti poteſt aduerſus eum ſuſpicio, vt tradit Dec. *conſ. 289. colum. 3. circa fin.* & Marſ. *in l. vnius. §. ſerno; qui vltro. num. 6. ff. de quæſtion.* quos citat Crau. *conſ. 162. num. 10.* merito non videtur dici poſſe quod Perus crediderit, dictam ſcripturam factam per Sauonutium fuiſſe veram, & iuſtam, merito non poteſt Perus recuſare reſpondere interrogatorio, ſibi facto, vt veritas hactenus ve-
55 lata detegatur, † quæ ſemper vincere debet. *cap. veritatem 8. diſtin.* & eam in iudicio celare peccatum eſt mortale, gloſſ. *in cap. conſtitutu primo. de teſti.* Cæphal. *conſ. 165. num. 15.* Gerard. Marzol. *conſ. 95. in prin.* concludens eum, qui veritatem impugnat, ædificare ſibi ad Gehennam ignis, & ego ſequor *conſ. 285. in princip.* & ex his nedum reſoluta remanent dubia eleganter propoſita, ſed etiam ſuperius oſtendi, quod Sauonutius in interrogatorio ſuo nullam allegat turpitudinem, & quando eam allegaret, audiri debet, & interrogatorio ſuo tenetur Perus reſpondere. *Hippolyt. Riminald. Ferrarie.*

Pro quodam Geminiano de Mirandula.

ARG. De teſtibus in cauſa propria, & in re, commodum, vel incommodum eorum concernente, deponentibus, an probent. Et quando non præſumatur donatio, ſed tranſactio. Item interpretationem ſemper faciendam, vt excludatur falſum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes repelluntur deponentes in cauſa propria, cum tractatur de eorum commodo vel incommodo: vel de ſe exonerando.*
2 *In criminalibus probationes luce meridiana clariores eſſe debent.*
3 *Donatio an præſumatur. num. 4.*
5 *Doloſum non dicitur quod habet primordium veritatis admixtum.*
6 *Intellectus ſtatuti Mirandulæ, de pœna, & crimine falſi.*
7 *Verbis ſtatuti ceſſantibus ceſſat etiam illius diſpoſitio.*
8 *Interpretatio ſemper facienda, vt falſum excludatur.*
9 *Intellectus ſtatuti Mirandulæ, quod à ſententia in cauſa criminali lata nemo poſſit appellare.*
10 *Reuiſio ſententiæ quando admittenda.*
11 *Probatio qualis profit in imputatione falſi.*

CONSIL. DCCLXIX.

LIcet mihi non fuerit exhibita accuſatio Geminiani, quod vxor Nicolai ei dederit damnum in vuis, & pomis in eius terris, attamen (vt audio) condemnatus fuit de falſo, quia (vt dicunt teſtes Curiæ) dictas illę res donauerat dictæ vxori: ego vero puto, quod ſibi concedi debeat reuiſio per Illuſtriſſimam dom. Comitiſſam dictæ condemnationis, nimis rigoroſæ: teſtes namque, quibus fundatur, nihil penitus probant, præter ea, quæ ſuper eis ſcripſit excellentiſſ. dom. Finus Aduocatus dicti Geminiani: nam Nicolaus, & eius vxor, quę vuas, & poma habuit, † deponunt in cauſa pro- 1
pria, ex eo, quod commodum, & incommodum pertinebat ad eos dictarum vuarum, & pomorum, vt tradit Bald. *conſ. 227. quando pro debito. volum. 5.* & quia tractant de exonerando, vt accuſationem de ſe factam, per Geminianum, vitarent, quo ſtante repelli debent, vt tractat Bart. *in l. deferre. §. idem decreuerunt ff. de iure fiſ.* Caſtren. *conſ. 301. ad bene examinandum. in vltimo dubio. volum. 1.* & Crauet. *conſ. 99. num. 2.* Vnde cum deponant in cauſa propria, nullatenus eſt eis credendum. *l. omnibus. C. de teſti. cap. nullus. eodem titulo. cum vulgar.*
vnde † ſi in criminalibus probationes debent eſſe luce me- 2
ridiana clariores *l. fin. C. de prob.* non debuit ad eorum dictum d. Gemini. condemnari, nec † obſtat, quod dicant, eum do- 3
naſſe dictas vuas, & poma, dictæ mulieri: quia non fuit vera, nec propria donatio, ſed potius tranſactio, in recompenſationem damni eis dati, in horto eorum cum bobus dicti Geminiani, vt in conſtitutis ſuis ille dicit, & etiam dictus Nicolaus, & vxor ſentiunt. Vnde ſuccedit textus ſingularis, *in l. qui vno. in princip. ff. locat.* dicens, quod ſi vno anno quis remiſſionem dederit colono propter ſterilitatem, etiam ſi verbo donationis remiſerit, ſibi non oberit, quin anno ſequenti fertili petere poſſit integram penſionem præcedentis anni, verbo donationis factam, quaſi non fuerit donatio, ſed tranſactio, volens dicere Papinianus, & gloſſ. quod interim a petitione deſiſteret, non autem quod vere donauerit penſionē, ne eam amplius petere poſſit; quare ſic etiam dici debet in caſu noſtro, quod ſi Geminianus etiam donaſſet tacite, vel expreſſe dictas vuas, & poma vxori Nicolai, ſub eo modo vel prætextu, quod eum non accuſarent de damno cum bobus in eorum horto dato, vt nec ipſi negant, id ab eis non ſeruato per accuſationem ſecutam, dicta donatio reſoluta fuit, & actio priſtina competijt Geminiano in accuſando eos, vel illam vxorem de rebus ſibi ablatis. *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* Quod etiam confirmatur ex his, quæ dicit Andreas Briuetus, & ipſe Geminianus in conſtitutis ſuis, qui dederat illas vuas, & poma dictæ vxori Nicolai, ne ipſum accuſarent de damno dato cum bobus in eorum horto, & in recompenſationem dicti damni, quæ dicta curia debuit acceptare cum qualitatibus ſuis, non autem diuidere, non exiſtente præſumptione contra dictum Geminianum, iuxta doctrinam Bartoli *in l. fin. § idem quæ-*
ſit. ff. de lib. leg. Imo vero potius pro eo, quod † donatio 4
non præſumitur. *l. cum de indebito. ff. de proba. l. eleganter. § qui reprobos. ff. de pig. act.* imo potius præſumitur ſtultitia, quam donatio. Bald. *in l. generaliter. C. de non num. pec.* Iaſon *in l. ſi à ſubſtituto. §. fin. ff. de leg. 1. cum ſimil.* per me *conſ. 1. num. 33.* & his infertur ad rem noſtram, quod Geminianus nullam falſitatem commiſit, accuſando dictam vxorem Nicolai de vuis, & rebus ablatis ſibi, ſeu damno ſibi dato, quomodocunque dixerit; quia non vidi accuſationem, nam verum fuit, quod ab initio dicta mulier dictas res abſtulerat, priuſquam Geminianus aſſentiret aſportationi, tacite, vel † expreſſe, vnde 5
falſum dici non poteſt, quod habet primordium veritatis admixtum, vt inquit Bart. & Caſtren. *in l. cum filius. §. heres meus. ff. de dol. ſolt. 2. cum ſimil.* per dom. Aduocatum, quibus addo eundem Caſtren. *conſ. 130.* Andreas de Iſern. *in conſtit. ſi damna. colum. 5.* Cuman. *conſ. 56. colum. 5.* & Gramma. *conſ. 30. in fine.* & ego quoque dixi *conſ. 128. num. 27.* citans & Curtium *conſ. 56. colum. 2.* Præterea conſiderandum eſt, † ſtatutum *ſub* 6
Rubr. de pœna, & crimine falſi, quod intentatum fuit aduerſus Geminianum, in quo diſponitur, quod ſi quis falſum iurauerit, ſiue iurauerit ad delationem dom. Poteſtatis ex officio, vel ad partis inſtantiam, ſiue in ſupplementum plenæ probationis, talis ſic falſum iurans, puniatur &c. At iſte Geminianus nullo modo ex prædictis iurauit, quando produxit accuſationem contra vxorem Nicolai, de damno ſibi dato in vuis, & pomis, ergo non ſumus in falſo per iuramentum commiſſo, & ſic non ſumus in caſu ſtatuti prædicti. Ergo † cum ceſſent eius verba, debet ceſſare eius diſpo- 7
ſitio. *l.*

ſtio. *l. 4. §. totiens. ff. de damn. infect.* tantoque magis hoc dici
8 debet in hoc crimine falſi, † in quo ſemper eſt interpretatio
facienda, vt falſum excludatur. Bald. *in l. iuriſgentium. §. quod*
fere. ff. de pact. & in l. imperator. ff. de ſtat. hom. Alexan. *conſ. 70.*
& 74. volum. 1. conſ. 93. volum. 5. Dec. *conſ. 189.* & ego *conſ. 286. nu-*
mero 14. & licet in conſtitutis ſuis dixerit, ſe non recordari,
quis appoſuerit ſcalam ad arborem, vt illa mulier colligeret
vuas in caniſtro; cuius contrariū illa dicit, nec ei credendum
venit, vt ſupra dixi: tamen iſta contrarietas, vel diuerſitas,
licet in facto principali nocere non deberet, vt not. Butrig.
in cap. 1. de regular. Alexan. *conſ. 5. colum. penult. volum. 1. conſ. 46.*
abunde. colum. 2. volu. 2. Dec. *conſ. 602. num. 9.* & ego *in d. conſ. 286.*
9 *in fine.* & † licet per aliud ſtatutum dicatur, quod nec à ſen-
tentia in cauſa criminali lata nullus valeat, nec aliquo modo
poſſit appellare, tamen tale ſtatutum, vel ſimile, non proce-
dit, quando conſtat de manifeſta iniuſtitia ſententiæ, prout
ex prædictis vere conſtat, quia tunc admitti debet appella-
tio, gloſſ. & Abb. *in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol.* Petrus *in*
cap. paſtoralis. in princip. qu. fin. de app. Abb. qui loquitur in ſta-
tuto prohibente *quæſt. 44. in prin. num. 3. prima parte.* Dec. *con-*
ſil. 49. num. 2. Ruin. *conſ. 101. in fin. volum. 2. cum ſimil.* quos addu-
cit Bertazoll. *conſ. 79. colum. 1.* Tantoque magis admitti debet
10 hæc † remiſſio, quod iſte Geminianus probauit bonam vi-
tam, & famam, quodque nunquam conſueuit dicere, niſi
11 veritatem, & vt latius ſui teſtes deponunt, quæ † probatio
multum prodeſt in imputationibus falſi, vt tradit Cæphal.
conſ. 21. num. 35. Gramma. *conſ. 30. num. 8. conſ. 33. num. 16.* Gabr.
conſ. 157. num. 7. Becius *conſ. 78. num. 26. & conſ. 102. num. 23.* & ita
reſideo. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro d. Ioan. Andrea de Blanchis Hoſtiliæ.

ARG. De ſententia ad inſtantiam vnius partis lata, non attenta alterius partis petitione, ad ſuperſedendum in proceſſu, donec ipſa, iura pro ſui defenſione produceret, & proteſtatione deſuper interpoſita. Item de nimia temporis breuitate aſſignata, ſeu ſententia nimis præcipitanter, & abſque ſufficienti cauſæ cognitione, lata, an ſit nulla. Et de interpellatione eius, qui rem certo loco, ad libitum alterius, dare promiſit, an conſtituatur in mora, ſi nimis breue tempus ad hoc ei aſſignetur. Et de alternatiua, an & quando reſpiciat fauorem debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtationi, aut denunciationi illius, cuius principaliter intereſt, & qui certat de damno, vitando, an pars aduerſa parere debeat.*
2 *Proteſtatio valet cū iuſta cauſa ſubeſt, etiā abſq; conſenſu alterius partis.*
3 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, & in continenti, ſeu breui tempore, poſt oppoſitam exceptionem ad vlteriora procedens, non dicitur pronunciaſſe, & num. 4. & 5.*
6 *Actus geſtus per iudicem abſq; cauſa cognitione cenſetur nullus cum ſit de ſubſtantialibus iudicij.*
7 *Sententia nulla reputatur, quando apparet de breuitate temporis, in quo iudex non potuit habere cauſæ cognitionem.*
8 *Scriptura non notificata, parti non præiudicat.*
9 *Contraria allegans non auditur.*
10 *Fundamentum ceſſat, vbi ceſſat aliquid præſuppoſitum.*
11 *Interpellatio nimis arcta ad aliquid exequendum, vt impoſſibilis non attenditur, nec ex ea quis obligatur. num. 13.*
12 *Dies vnus datur pro quibuſcunq; 20. milliaribus.*
14 *Nemo tenetur duplomata, id eſt, duobus, & vndecim iter continuare.*
15 *Difficulas æquiparatur impoſſibilitati.*
16 *Pœna præſupponit culpam.*
17 *Moram non incurrit cui maior debetur dilatio.*
18 *In alternatiua promiſſione, electio eſt penes creditorem, nec in mora eſt debitor, ſi creditor non eligat. num. 19.*
20 *Mora non committitur, vbicunq; incertitudinis quicquam contingit, an fieri quicquam, aut quatenus debeat.*
21 *Iuſta dubitatio moræ excuſationem præbet.*
22 *Duplici onere nemo grauandus.*
23 *Mora non committitur per promittentem certa die in loco per iudicem declarando.*
24 *Idem in promittente conſtituere quem in Cancellaria, aut camera Apoſtolica, ſi opus ſit.*
25 *Si duo teneantur quid adimplere, ſi is, qui prior implere debebat, defecerit, alius, etſi non impleat, non conſtituetur in mora.*
26 *Ex interpellatione quando quis in mora non conſtituatur.*
27 *Actus nullus nullum operatur effectum. & num. 28. 29. 30.*
31 *Electione loci, vbi quid ſoluendum eſt, ad creditorem ſpectante, debitor non conſtituetur in mora, antequam creditor eligat locum. Et quanſi dies certus ſit præfixus.*
32 *Certo loco dare promittens, quomodo in mora conſtituatur.*
33 *Statuta loci attendi debent, in quo contractus ſunt celebrati, non autem locus iudicij.*
34 *Et in alternatiuis contractibus in dubio electio eſt debitoris. & n. 35.*
36 *Cui verba ſtatuti conueniunt, ei quoq; conuenire debet eius diſpoſitio.*
37 *Iuramentum excuſat à præſumpta calumnia, licet non ab euidenti, & vera.*

CONSIL. DCCLXX.

IN hac cauſa Magnifici D. Ioannis Andreæ de Blanchis,
Hoſtiliæ cōdemnati, prout in ſententia Illuſtris do. Com-
miſſarij ad fauorem dom. Abraham Sulam, Hebræi, primo
conſiderandum eſt, quod die 27. Octob. 1586. do. procurator
dicti Blanchi coram prædicto dom. Commiſſario compa-
ruit, & dixit, eius principalem paratum eſſe, infra paucos dies
afferre allegationes in iure pro defenſione ſuæ cauſæ: pro-
pterea petijt ſuperſederi in eius expeditione, & iura ſua audi-
ri, & ita proteſtatus fuit, eademq; die, inſtante dicto Sulam, vt
proferretur ſententia, dom. Commiſſarius prorogauit illam
horam, ad primam, & intimari fecit hoc, & moneri dictum
procuratorem Blanchi, dieq; 29. tulit ſententiam: ex quo fa-
cto duo colliguntur, ex quibus dicta ſententia redditur nul-
la; primum eſt proteſtatio procuratoris Blanchi, quod ſuper-
ſederetur, & iura ſua deberent audiri, vt enim declarat Bart.
in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis inhibitoriæ,
ff. de oper. nou. nunc. ſub num. 43. quando † denuncians erat is, 1
cuius principaliter intererat, & certat de dāno, tunc alius de-
bet proteſtationi parere: debuit ergo Sulā parere dictæ pro-
teſtationi, non autem inſtare ad ſententiam contra Blanchū,
qui certabat de damno: Tantoque magis, quod ex iuſta cauſa
procurator Blanchi proteſtatus fuit ſuperſederi, vt allegatio-
nes iuris darentur, & iura ſua audirentur; † quotiens enim 2
iuſta cauſa ſubeſt, tunc etiam abſque conſenſu alterius partis
valet proteſtatio, vt notat Dec. *in cap. cum M. Ferrarienſis. ſub*
num. 20. ver. & iſta concluſio. de conſt. poſt Abb. nedumq; Sulam
parere debuit dictæ proteſtationi, ſed etiam do. † Commiſ- 3
ſarius, qui debuit iudicare ſecundum allegata, & probata. *l. il-*
licitas, §. veritas. ff. de offic. præſid. & ibi Bart. & cæteri, ſicut & Di-
dacus *varia. reſol. lib. 1. c. 41. ſub num. 7. col. ſequenti.* quod non fe-
cit, non expectatis allegationibus iuris defenſiuis dicti Blan-
chi. ſecunda nullitas fuit cauſata ex nimia breuitate tempo-
ris, vnius dumtaxat diei intermedij, videlicet diei 27. quo
monitio facta fuit ad ſententiam, & 29. quo lata fuit: † quo- 4
tiens enim iudex incontinenti, ſeu breui tempore poſt op-
poſitam exceptionem proceſſit ad vlteriora dici poteſt, quod
non cenſeatur pronunciaſſe, quia † ex breuitate temporis 5
præſumitur non cognouiſſe, quando eſt tanta breuitas tem-
poris, in qua non potuit habere cognitionem cauſæ. Ita
tradit Peruſ. *in cap. ex parte ſecundo, ſub num. 10. verſ. ſuper hac*
difficultate. de appellat. poſt Angel. *in l. 2. ff. ſi quis in ius voca.* vbi
dicit, † actus eſt nullus geſtus per iudicem abſque cauſæ co- 6
gnitione, ex quo cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus iudi-
cij, vt not. Bart. *in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. omni. iudi.*
vbi dixit † ſententiam etiam nullam, quando apparet de bre- 7
uitate temporis, in quo non potuit iudex habere cauſæ co-
gnitionem, & cum Bart. tenet Dec. concordantes allegans
conſ. 410. colum. 2. nec dicta nullitas mihi videtur defendi poſ-
ſe ex ſcriptura quadam procuratoris Hebræi, qui dixit, poſt-
quam conſtat, Blanchum eſſe debitorem Sulæ, eumque cre-
ditorem Blanchi de ſumma, & quantitate Mellicæ expreſſæ
in ſcripto: ideo dixit contentari, quod feratur ſententia ſu-
per capitali dictæ Mellicæ, reſeruata facultate terminandi ſu-
per damnis, &c. Quoniam primo dicta † ſcriptura non fuit 8
Blancho, nec eius procuratori notificata, ideo ei nocere
non potuit, vt notant Bartol. & alij *in l. Labeo. ff. de integrum*
tam. Alexan. *in l. 1. colum. 1. ff. ſi quis caut. & conſ. 34. in fin. vo-*
lum. 1. ſecundo, ſi collationetur dicta ſcriptura cum libello,
ſibi contrariatur Hebræus, cum in eo non petat Mellicam,
ſed eius valorem liquidari; at in dicta ſcriptura petit Melli-
cam, vel in ſubſidium, valorem; at † allegans contraria, non 9
auditur. *l. 1. C. de furt.* tertio, pro comperto præſuppoſuit
id, de quo diſputatur, videlicet Sulam eſſe creditorem

Blanchi dictæ Mellicæ, vel eius valoris, liquidandi, quod
10 vtrumque negat Blanchus: Vnde ſi tale † præſuppoſitum
Saluæ ceſſabit, vt infra dicam, ceſſabit quoque fundamen-
tum ſuum, vt per gloſſ. Butrigarium, Fulgoſ. & alios *in l. man-*
cipia. C. de ſer. fug. Socin. *conſ. 55. col. 2. & in l. 1. §. ſi quis 400. ff. ad*
Treb. cum ſimil. per Menoch. *conſ. 20. num. 30.* id autem proba-
tur ex infraſcriptis, & primo, quia promiſit Blanchus dicto
Sulæ conſignare, ad omne ſuum libitum, modia centum
Mellicæ, ſiue ſuper Ferrarienſi, expeditæ à Datio, ſiue ſuper
Ripa Padi, in territorio Rhodigij, prout continetur in ſcri-
pto inter eos Ferrariæ celebrato: ipſe vero Sula interpellauit
Blanchum per ſchedulas, ad eum transmiſſas, ex ciuitate
Mantuæ ad Hoſtiliam, quatenus infra tres dies proxime fu-
turos debeat cum effectu tradidiſſe dicto Sulæ modia cen-
tum Mellicæ ſibi debitæ, ad omnem eius requiſitionem, quę
11 quidem † interpellatio id exequendi, & adimplendi infra
tres dies, fuit nimis arcta, & impoſſibilis; nam ab Hoſtilia, vſ-
12 que ad Ferrariam ſunt † quadraginta milliaria ſaltem, pro
quibus dantur duo dies. *l. 1. cum ibi notat. ff. ſi quis cauti.* dare
poſtmodum tantam quantitatem Mellicæ expeditam à da-
tio, vel in Ferrarienſi, vel in Pado Rhodigij, in alio die non
poterat fieri, ſine interuentu, vel Sereniſſimi Ducis, vel Illu-
13 ſtriſſ. D. Factorum, † igitur ex tali interpellatione impoſſi-
bili Blanchus minime fuit obligatus; quia impoſſibilium
nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium.* & ibi Dec. & Cagnol. *ff. de*
14 *reg. iur.* nec † ipſe tenebatur duplomate, id eſt, diebus, ac no-
ctibus iter continuare Ferrariam verſus. vt dicitur *in l. conti-*
nuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & momento temporis tam bre-
uis rem expedire; id enim ſibi nimis fuiſſet difficile, quæ dif-
15 ficultas † æquiparatur impoſſibilitati. *d. l. continuus. §. cum quis.*
& ibi Bart. & Doctores, Roman. *in Rubr. de arbit. col. 24.* Alex.
in l. quod te. not. 4. ff. ſi cer. pet. cum ſimil. per Bero. *conſ. 88. nu. 35.*
volum. 1. quare ſequitur, quod ex dicta interpellatione Blan-
chus condemnari non debuit, ad dandum Mellicam, vel eius
valorem liquidandum, poſtea nimis auctũ de ſcutis duobus
16 vſque ad ſex pro quolibet modio, ſine culpa ſua; quia † pœna
præſupponit culpam. *l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſignif. l. ſancimus.*
C. de pœn. cum ſimil. per Crau. *conſ. 4. num. 23.* Cæphal. *conſ. 242.*
num. 22. & ſine culpa non imponitur. *l. aliud eſt fraus. ff. de ver-*
bor. ſignif. Corn. *conſ. 119. num. 5. volum. 2.* Crau. *conſ. 63. num. 9.*
Vnde Connanus *in comment. iur. ciuil. lib. 5. cap. 5. colum. 2.* dif-
finiendo pœnam, dixit, eam eſſe noxæ vindictam, vnde de-
fenditur Blanchus ex hoc primo fundamento, ne teneatur
dare Mellicam, nec eius valorem auctum, ſed ad reſtitutio-
nem pecuniarum, quas accepit: cum potiſſimũ dictus Blan-
chus obtulerit ipſi Sulæ dare dictam Mellicam, quam re-
cuſauit, vt dicunt duo teſtes Blanchi: nec recuſatio ipſius
Sulæ, quia Mellica tunc fuiſſet diminuta pretio, fuit iuridi-
ca, ſtante dicta ſua interpellatione nulliter facta, ratione prę-
dictæ impoſſibilitatis, ſeu difficultatis infra tam breue tem-
pus exequendi, quod maius, & longius exigebat ex diſpoſi-
17 tione iuris; & ob id Blanchus in † mora non fuit, nec eam
incurrit, cum ſibi deberetur maior dilatio per legem, iuxta
gloſſ. *in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. in ver. tripli. ff. quod*
met. cauſa. Dec. *in l. nulla. ff. de reg. iur.* & Decian. *reſpon. 11. num.*
16. volum. 2. & qui poteſt ſe legitime exceptione tueri, non
dicitur in mora, vt tradit Bart. *in l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cert.*
pet. & in l. ſi pactus. ff. de pact. & Bald. *in l. ſi conſtat. colum. 2. C.*
de compenſat. D. meus Marcus Brun. ab Anguill. *conſil. 48.*
num. 25.

Secundo moueor, quia promiſit Blanchus dicto Sulæ
conſignare Mellicam ad omne eius libitum, expeditam à da-
tio, vel in territorio Ferrarienſi, vel ſuper ripa Padi territorij
Rhodigij, quæ duo loca ſine dubio fuerunt appoſita in fa-
uorem dicti Sulæ, vt denotant illa verba, ad omne ſuum li-
bitum, & probatur ex doctrina Bart. *in l. quamuis. ff. de pignor.*
18 *act. in prin.* vbi concludit poſt Guil. de Cun. quod ſi † pro-
miſiſti creditori in paſchate ſoluere centum, vel dare pignus,
quia in fauorem creditoris dicta verba apponuntur, poterit
creditor centum petere, & pignus recuſare, ſequitur Alber.
& Caſtren. *ibi* Dec. *conſ. 11. num. 2.* & Afflict. *deciſ. 397. num. 6.*
ſic enim dici debet in caſu noſtro, quod promiſſio Blanchi
conſignandi Mellicam ad omne libitum Sulæ in altero de
duobus locis dicatur facta ad fauorem dicti Sulæ eligendi, &
nominandi alterum ex dictis locis, in quo deberet conſi-
gnare dictam Mellicam, propterea † cum ſimpliciter inter- 19
pellauerit Blanchum ad dandum ſibi Mellicam, nec expreſ-
ſerit locum, in quo vellet eam ſibi conſignari, non dicitur in
mora Blanchum conſtituiſſe incertum, quo loco deberet
eam conſignare; † quis enim non dicitur in mora conſtitu- 20
tus, vbicunque incertitudinis quicquam contingit, an fieri
quicquam, aut quatenus debeat. *l. in fideicommiſſi. ff. de vſur.*
Bald. *in l. acceptam. in 6. oppo. C. eo. tit. in l. magnam. in princ. & co-*
lum. 4. in 5. fallentia. C. de contrah. ſtipul. & conſ. 461. ſuper primo
puncto dicendum eſt. circa fi. vol. 2. Soc. *conſ. 107. num. 2. & conſ. 109.*
num. 4. volum. 1. Crau. *conſ. 241. num. 6.* cuius † rei rationem pro- 21
babilem ſubiungit, quod moræ excuſationem dubitatio iu-
ſta præbet. *l. ſi quis ſolutioni. ff. de vſur. l. non poteſt videri. l. qui ſine*
dolo. ff. de regul. iur. Roman. *conſ. 204. pro diſcutiendo. num. 12.*
Caſtren. *conſ. 18. colum. 2. volum. 2.* Signor. *conſ. 141. num. 6.* quod
autem iuſta fuerit dubitatio Blanchi, patet, quia ſi conſi-
gnaſſet Mellicam in altero loco neſciens, an in eo vellet eam
Sula, potuiſſet dicere ipſe Sula, quod ibi eam non vellet, ſed
in altero, ſicque coactus fuiſſet Blanchus ad alterum locum
eam transducere, † duplicique onere grauatus manſiſſet: 22
quod iniquum reputatur. *l. nauis onuſta. §. cum autem. ff. ad leg.*
Rhod. de iac. l. incola. l. fin. §. idem reſcripſerunt. ff. ad munici. l. Te-
ria. §. quis in vita. ff. de leg. 2 Crau. *conſ. 438. nu. 21.* & ego *conſ. 497.*
num. 44.

Tertio deſeruit caſui noſtro pulchra deciſio Pariſij *conſ. 5.*
num. 47. volum. 4. vbi dicit, quod † ſi quis promiſit conſtitue- 23
re procuratorem ſub certa die, & in loco declarando per iu-
dicem, dato, quod dies ſit certa, & ideo interpellet pro ho-
mine, attamen quia locus eſt incertus, & pendet ab arbitrio,
& declaratione iudicis, non dicitur conſtitutus in mora et-
iam poſt lapſum diei appoſitæ, niſi certificetur de loco, quin-
imo plus dicit idem Pariſ. quod † ſi promiſiſſet conſtituere 24
in cancellaria, ſeu camera Apoſtolica vbi opus fuiſſet, quia
illa alternatiua, & illa adiectio vbi opus fuiſſet, faciunt locum
incertum, ideo antequam certificatur per monitionem, aut
notificationem, & interpellationem, non dicetur conſtitu-
tus in mora, dato quod Sula in interpellatione diem expreſ-
ſerit de conſignando ſibi Mellicam, videlicet infra tres dies,
cum tamen non expreſſerit neque declarauerit alterum
de duobus locis, alternatiue poſitis incertis ob id Blancho,
ſequitur quod non dicatur in mora conſtitutus etiam poſt
lapſum dictorum trium dierum, ſicque nec ad Mellicam te-
neatur, nec ad eius valorem, & certe non poſſet aptior deci-
ſio afferri prædicta Pariſij, quam ſequitur Decian. *reſpon. 11.*
colum. 2. volum. 2. vbi plenius in caſu ſuo confirmat, vt per
eum.

Quarto prædictis accedit doctrina Socin. *conſil. fina. col. 3.*
volum. 3. quem deducit Cæphal. *conſ. 610. num. 51.* vbi dicit,
quod † ſi duo tenebantur vtriq; quid adimplere, & qui prius 25
tenebatur adimplere, defecerit, ille dicitur in mora, non
autem alius, dato quod non adimpleuerit, quamuis millies
fuiſſet interpellatus. at in propoſito noſtro Sula prius adim-
plere tenebatur in exprimendo, & notificando alterum de
duobus locis, in quo Blanchus conſignaret Mellicam ipſi
Sulæ, poſtea vero ſi locum expreſſiſſet Sula, Blanchoque no-
tificaſſet, ipſe Blanchus debuiſſet conſignare Mellicam in
loco ſpecificato, ſi ergo Sula non adimpleuit quod primo
facere tenebatur, ipſe dicitur in mora fuiſſe; non autem
Blanchus, & ob id ad intereſſe valoris aucti teneri non debet:
licet fuerit interpellatus, vt in caſu ſuo quoque concludit
Cæphalus.

Quinto quoque Blanchus † in mora non fuit conſtitu- 26
tus ex interpellatione prædicta, facta ſimpliciter, non ex-
preſſo altero loco ex duobus conuentis in ſcripto, ex quo
dicta interpellatio ſic facta, non valuit, vt eſt in terminis do-
ctrina Bart. *in l. non ſolum. §. morte. num. 54. ff. de ope. nou. nunc.*
cum quo tranſeunt Alex. Iaſ. & Alciat. *num. 109.* & Ripa *in cap.*
cum M. Ferrarienſis. num. 144. de conſtit. actus enim nullus nul- 27
lum operatur effectum. *l. 4. §. condemnatum. & ibi not. ff. de re*
iud. Iaſ. *in l. 1. colum. 4. C. de iur. & fac. igno.* Alex. *conſ. 33. colum. 1.*
volum. 1. conſ. 101. num. 3. volu. 4. cum ſimil. per Rol. à Val. *conſ. 49.*
num. 29.

28 *num.29.volum.4.*& per me *conſ.384.num.6e.* hinc † dici ſolet, quod faciens actum nullum ſcienter, nugari videtur, merito ſi non valet eo modo, quo fit, non valet eo modo, quo valere poteſt, vt tenent Cuman. Caſtren. Alexan. Iaſon & Ripa *in l.1.§. ſi quis ita.num.29.ff.de verbor.oblig.*& ego *conſ.193. nu.32.*
29 Imo † actus nullus perinde habetur, ac ſi factus non fuiſſet. *l. quotiens. ff. qui ſatisdar. cogant. l.non putauit. §. non quamis. ff. de bon. poſſ. contra tab. cum ſimil.* per Alexand. *conſ. 33. volum.1.* Dec. *conſ.499.num.14.* & Decian. *reſpon.38. num. 70. volum.3.*

30 Sexto, cum † conuentum fuiſſet, quod Blanchus conſignare deberet dicto Sulæ Mellicam, ad omne eius libitum, in altero de duobus locis ſpecificatis, incertum erat Blancho, in quo illorum locorum vellet Sula fieri dictam conſignationem, propterea debuit in interpellatione locum explicare, vt Blanchus incurreret moram, & in ea conſtitueretur, alias eo non facto, prout non fecit, non dicitur Blanchus in mora conſtitutus, vt declarat Pariſ. *conſ.5.num.47.volum.4.* poſt Bart. *in l. item illa.verſ. eadem ratione quaero.ff.de conſtit. pec.* & Afflict. *deciſ.316.verſ.in contrarium allegatur,* & idem pulchre tradit Natta *conſ.451.num.35.* poſt Alexandrum *conſ.45.colu.2.*
31 *ver.fortius quia.volum. 5.* vbi dicit, quod vbi † electio loci ad ſoluendum ſpectat ad creditorem, antequam creditor eligat locum, non eſt debitor in mora ſoluendi, etiam quod dies certus præfixus fuerit ſolutioni, vt fuit in interpellatione Sulæ infra tres dies, ſine tamen expreſſione loci. Vnde præciſæ ſunt illæ deciſiones ad fauorem Blanchi.

32 Septimo non prætereo, quod cum † Mellica conſignari deberet dicto Sulæ in territorio Ferrariæ, vel ſuper Ripa Padi territorij Rhodigij, oportebat, quod dictus Sula fuiſſet in altero dictorum duorum locorum, die per eum præfixa, & illud intimaſſet Blancho, ſeque paratum eſſe, dictam Mellicam recipere, alioquin cum id nec fecerit, nec probauerit, non dicitur in mora conſtitutus Blanchus, vt not. Bartol. *in l. item illa. ff. de conſt. pec.* Alexand. *conſ.45. num.6. volum.5.& conſ.210.num.2.volum.6.* Gozad. *conſ.31.num.24. deciſ.Neap.416. num.3.* Bello. *conſ.45.num.4.*& plures citat Tiraq. *de vtro. retr. tit.1.§.15.gloſſ.2.num.10.* Rolan. à Valle *conſ.57.num.36. volum.1.* Decian. *in d.reſpon.11.num.12.* Crau. *conſ.648.num.2.* Menoch. *conſ.355. num. 5.* Borgni. *deciſ.21.num.56. & deciſ. 43. num. 41. ſicut & deciſ. Genua 89. num.4.* Maſcar. *de prob. concluſ. 1066.* & fuiſſe deciſum in Rota teſtatur Puteus *lib.1. deciſ. 8. in fine.*

33 Octauo, & vltimo debet aduerti, quod † ſcriptum contractus celebrati factum inter Sulam & Blanchum fuit factum Ferrariæ, prout apparet ex eius inſcriptione, quo ſtante debent attendi ſtatuta Ciuitatis Ferrariæ, vbi factum fuit dictum ſcriptum, & celebratus dictus contractus, non autem locus iudicij: vt determinat Decian. *reſpon.11.num.186.volum.1.* poſt Curt. quem citat *in c.fin.de conſue.n.773.* at nos habemus in inclyta Ciuitate Ferrariæ inter eius ſtatuta *lib.6.capit. 20. ſub rubr. quo tempore æſtimationis, &c.* in quo dicitur, quod quilibet debitor, qui alicui quantitatem aliquam frumenti ſoluere teneretur, tam pro Zoatica boum, quam pro omnibus alijs obligationibus, in quibus dies, aut tempus non fuerit appoſitum, teneatur dare, & ſoluere frumentum, vel communem æſtimationem eius, tempore natæ obligationis, nec poſſit creſcere æſtimatio ex mora aliqua: deinde inferius dicitur, & quæ ſupra dicta ſunt locum ſibi vendicent in omnibus alijs bladis, & ſic etiam in Mellica, quæ venit appellatione bladorum, at in ſcripto non eſt appoſita dies, nec tempus dandi Mellicam Sulæ, ſed ad omne eius libitum: merito ſufficere debet Blancho ſoluere dicto Sulæ æſtimationem Mellicæ quantum valebat 27. Aug. 1583. quo contraxit obligationem cum eo, vt in ſcripto continetur, nec potuit creſcere æſtimatio ex aliqua mora Blanchi, poſito quod in eam incidiſſet, quod eſt falſum, vt ſuperius abunde probaui:
34 & indubitanter † alternatiua ſtatuti appoſita debitori ſoluendi frumentum, aut aliud Bladum, vel eius æſtimationem tempore natæ obligationis, reſpicit fauorem debitoris, & ad eum pertinet electio, vtrum ſoluere velit rem, vel d. æſtimationem. *§. loco plus. colum.2. Inſtitut. de act.*& ibi gloſſ. notans
35 quod † in alternatiuis contractibus in dubio electio eſt debitoris, tanto magis igitur in caſu noſtro claro, cum verba, debitore, tantum loquantur, vno eius reſpectu prolata ſunt & de mora eiuſdem fauore ſublata: cum † enim verba prædi- 36
cta debitori conueniant, ei quoque conuenire debet diſpoſitio d. ſtatuti. *l. quarta. §. totus.*& ibi Bart. *ff. de dam. infect. l. ita autem. in prin.*& ibi quoque Bart. *ff. de aliis. tut. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. & l.1. §. loquitur. ff. de magiſt. conuenien.* Nec ſumus in exceptione dicti ſtatuti verſ. *niſi in quolibet,* quia loquitur in debitore conuento negante, & cauſam calumnioſe differente, qualis dici non poteſt Blanchus, nam reſpondendo libello dicti Sulæ iurauit prius de calumnia, quod iuramentũ † excuſat ab ea præſumpta, licet nõ ab eui- 37
denti, & vera, vt tradit Bar. *in l. ſi quis §. ſtellionatus. ff. ad Turpillia.* Bald. *in l. ſi tibi. C. de liber. cauſa.* Alexan. *in l. aut prætor. prima, ff. de iureiur. deciſio Tholoſana 6.*& Seraphinus de Seraphinis *in tract. de priuil. iuramenti. priuilegio 13. num.6.* nec ſumus in euidenti calumnia Blanchi: negauit enim tantum ius agendi competere dicto Sulæ eo modo, & forma, quibus agere vellet, nec ſupra debere concedi petita, prout petuntur, & recte quidem ſic dixit, & excepit ipſe Blanchus videns, quod in libello Sulæ inhærendo proteſtationi ſuæ tranſmiſſæ ad Blanchum, petierat Blanchum teneri ſoluere dicto Sulæ precium, & valorem Mellicæ iuxta liquidationem faciendam videlicet quanti plurimi altam vendidit. cum enim dictus Sula in interpellatione ſua non declarauerit locum, vbi Mellica conſignari deberet ei per Blanchum, in nulla mora fuerat conſtitutus, & propterea non poterat teneri ad valorem quanti plurimi, vt ex tot fundamentis ſuperius oſtendi: merito quia nec contumax fuit, nec in mora, nec litem calumnioſe diſtulit, vt affirmatiue loquitur ſtatutum in exceptione ſua, ſique ceſſant in caſu noſtro illius verba, ceſſare quoque debet eius diſpoſitio. *l. 4. §. totiens.*& ibi Bart. & Ripa poſt alios *ff. de dam. infect.* verſamurque in regula ipſius ſtatuti fauorabilis Blancho, quod io auth. forma relatum tranſmittitur Illuſtriſſimo Senatorũ Collegio, quibus me clientemq; meum plurimum commendo. *Hippol. Rimin. Ferraria.*

Pro dom. Antonio Archoato.

ARG. Si pater cum filio prioris matrimonij tranſegerit, ſeu pactus ſit, quod filio nullum debeat fieri præiudicium in bonis paternis, ſed iura ei ſuccedendi in ijs, pro dimidietate ex ſtatuto, integra ſeruari debeant, an poſſit, eo pacto non obſtante, filio ſolam legitimam relinquere. Et an tale pactum, velut de futura ſucceſſione ſit contra bonos mores, tollatque liberam teſtandi voluntatem, eoque ſit illicitum. Et de effectu clauſulæ, omni meliori modo. Item an valeat teſtamentum, in quo pater filium primi matrimonij in exigua, & filium ſecundi matrimonij, in magna ſumma inſtituit.

SVMMARIVM.

1 *Voluntati, & diſpoſitioni patris magis fauendum, quam filijs, excepta legitima.*
2 *Pater tenetur filio ſolam legitimam relinquere, & de reſiduo ad libitum diſponere poteſt num. 3.*
4 *Teſtamentum non annullatur ſi minus legitima filijs relictum ſit, ſed agitur ad ſupplementum.*
5 *Et an ſufficiat in vno nummo filium eſſe inſtitutum. & nu. 41.*
6 *Et quid ſi pater inſſerit filium eſſe debere tacitum, & contentum.*
7 *Pactum, reſpiciens vtilitatem filij, debet intelligi in eius fauorem, nec in eius odium retorqueri, num. 8. nec pro ſuperfluo haberi debet. num. 9.*
10 *Teſtamentum eſt nullum, cum auffertur legitima filio non ingrato.*
11 *Superflua ſunt reſecanda.*
12 *Actus omnes perficiuntur ex duobus, poteſtate, & voluntate.*
13 *Pactũ de futura ſucceſſione initum inter patrem & filium legibus improbatur. Et an ſit reuocabile. num. 14.*
15 *Conſenſus adhibitus in pacto ſuper tota vel parte hæreditatis an valeat.*
16 *Pacto hæreditas tota, vel eius pars, an dari poſſit. & num. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.*
24 *Pactum, aut ſtipulatio de futura ſucceſſione, an & quando valeat, vel non. (num. 26. 27.*
25 *Et quomodo cognoſcatur pactum reprobatum de futura ſucceſſione.*
28 *Mens in contractibus magis attenditur, quam verba.*
29 *Pactum factum de bonis omnibus præſentibus, & futuris eſt inualidum, ſecus ſi de tertiis, puta præſentibus.*
30 *Clauſula, omni meliori modo, quid operetur. & num. 32.*

31 *Iura.*

Digitized by Google

31 *Iuramentum habet vim dictæ clauſulæ.*
33 *Reprehenſio parentum, qui plus relinquunt liberis ſecundi, quam primi matrimonij.*
34 *Inuidia, & odium oritur inter fratres maximum, & mortale, cum minus relinquitur vni, quam alteri.*
35 *Vnde lex mandat expreſſe inter filios æqualitatem ſeruari. Alij contrarium tenent. nu. 38.*
36 *An ſit ſeruanda æqualitas inter filios. num. 37. 38. 39. 40.*
40 *Legitima filiorum quæ ſit.*
41 *Pater non debet facere ex pluribus filijs vnum legitimum, & alium baſtardum ſua inæqualitate. & nu. 42.*
43 *Pater inæqualiter inter filios procedens, dicitur impius, ingratus, & crudelis, erga carnem ſuam.*
44 *Ratio vbi viget in pluribus caſibus, illa decidit eos non per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies.*
46 *Quiſq; de eo creditur ſenſiſſe, quod ei eſt vtilius.*
47 *Actor, cum pluribus modis agere poteſt, de eo ſenſiſſe videtur, quod ei eſt vtilior.*

CONSIL. DCCLXXI.

DOM. Hippolytus Arcoatus in teſtamento ſuo iure in-
ſtitutionis reliquit dom. Ant. eius filio ex olim D. Ca-
milla prima eius vxore, duas domos, ſitas Ferrariæ in con-
trata S. Crucis, quæ fuerunt emptæ, & fabricatæ ab olim D.
Alberto, patre d. Hippolyti, & quas dictus D. Antonius nunc
tenet, volens, & mandans, ipſum ſtare, & eſſe debere tacitum,
&c. alium vero filium ſecundi matrimonij ſuum hæredem
vniuerſalem inſtituit in omnibus ſuis bonis valoris ſcuto-
rum decem milium. Vnde quæſiuit à me D. Ant. an dictum
teſtamentum de iure ſubſiſtat? cui quæſito reſpondendo, pri-
1 mo dicendum videbatur, quod ſic: nam † diſpoſitioni, & vo-
luntati patris magis eſt fauendum, quam filijs, excepta legiti-
ma. *§. 1. in Auct. de tri. & ſem.* ibi, *reliquum vero ſubiacet in volun-*
2 *tate parentum*, & ratio eſt; quia † pater erga filium tenetur ſo-
lum reſpectu legitimæ, reſiduum vero patrimonij poteſt,
cui vult, relinquere, & male, ſi ei viſum fuerit, conſumere,
gloſ. *in l. Mæuum. ff. de cond. & demon.* Bald. *in proœ. Cod. col. 4. ver-*
ſic. hoc quæro. Dec. *conſ. 557. num. 7.* Menoch. *conſ. 272. num. 2.* &
ego *conſ. 435. num. 44.* Crau. *conſ. 856. num. 23. & conſ. 977. in prin.*
3 idemque † procedit etiamſi ipſi liberi fuerint inæqualiter in-
ſtituti, vt dicunt Caſtr. Cor. & D. meus Rim. *in l. hac conſultiſſ.*
§. ex imperfecto. C. de teſtam. Caſtren. *in Auct. hoc inter liberos,*
verſ. ſed quæro, ponamus. C. eod. Cuman. *conſ. 113. ſtatutum quod,*
verſ. pro parte. Iaſ. *in l. hac conſultiſſ. C. qui teſt. fac. poſſ.* Alexand.
conſ. 146. viſo themate. colum. fin. volum. 2. Dec. *in l. vt liberis not. 3.*
C. de coll. & eſt de mente Baldi *in l. ſi q. 6. C. fam. her.* quem, &
alios, ſequitur Nat. *conſ. 423. nu. 11.* Igitur tanto magis in teſta-
mento perfecto, vt hoc, de quo agitur, idem dici debet: &
4 poſito, † quod dictæ duæ domus non aſcendant ad valorem
legitimæ, non per hoc annullari debet teſtamentum, ſed de-
bet D. Ant. agere ad ſupplementum legitimæ. *l. omnimodo. C.*
5 *de inoff. teſt.* ſufficit † enim filium in vno nummo eſſe inſtitu-
tum, cuius inſtitutionis virtute conſequitur ſupplementum
legitimæ, & in ea tota reputatur inſtitutus, vt inquit Bald. *in*
l. hac edictali. colum. 3. C. de ſecun. nupt. Dec. *in l. fina. colum. 7. C. de*
6 *edi. diui. Adr.* Cagn. *in l. Papi. §. 4. col. 2. ff. de inoff. teſt.* idque, † non
obſtante, quod pater voluerit, & mandauerit ipſum ſtare, &
eſſe debere tacitum, & contentum, vt tenet Caſtr. *in d. l. omni-*
mo. Bald. Caſtr. & alij, quos refert Iaſ. *in l. ſi quando. §. & genera-*
liter. col. 2. C. de inoff. teſt. D. meus Rim. *conſ. 332. nu. 3.* & Duran.
lib. 3. caut. 3. de art. teſt. & hæc ſunt, quæ pro validitate teſta-
menti prædicti mihi viſa fuerunt in medium deduci, aduer-
ſus D. Antonium illud impugnare nitentem. Quibus tamen
minime repugnantibus, in eius fauorem deſcendo; mo[illegible]
ex pacto ſpeciali, poſito in inſtrumento tranſactionis, [illegible]
dictum teſtamentum celebrato, inter dictum D. Hippol. &
Antonium illius filium, in quo dicitur, quod per præ[illegible]
tranſactionem nullum præiudicium intelligatur f[illegible]
D. Ant. & iuribus ſuis, in bonis paternis, & circa ea; ſed iura
ſua quæcunque ſalua, & illæſa ſint, & remaneant ſuccedendi
in eis iuxta iuris, & ſtatutorum Ferrariæ diſpoſitionẽ, quod
7 pactum † cum reſpiciat vtilitatem ſuam, debet in eius fauo-
rem intelligi, vt inquit Nat. *conſ. 374. n. 13.* & ego *conſ. 637. in fi.*
& ſic, quod iura D. Antonij ſalua, & illæſa remaneant ſucce-
dendi in bonis paternis, pro dimidia eorum, non autem pro
8 legitima tantum, ne tale † pactum, inductum in eius fauo-
rem, retorqueatur in eius odium, contra *l. quod fauore. C. de*
legib. vt concluſi *in d. conſ. 637. in fine.*

Secundo confirmatur, quia cum D. Hipp. non † poſſet 9
auferre legitimam D. Anton. filio ſuo non ingrato, ſub pœ-
na nullitatis teſtamenti. *§ eſt & aliud. iuncto §. ſin autem hac ob-*
ſeruata. in Auct. vt cum de app. cogno. vtique non erat opus ipſi
D. Antonio dicto pacto, reſpectu ſibi conſeruandi legiti-
mam, quia iura ſua, quoad eam, ei ſatis erant ſeruata; igitur
vt † illud pactum aliquid operetur, debet intelligi de ſucceſ- 10
ſione ſuæ partis, vltra legitimam, ne ſit ſuperfluum, quod
eſſe non debet iuxta doctrinam Baldi *in Rubr. C. de contrahen.*
empt. q. 9. † nam ſuperflua reſecanda ſunt, gloſſ. *c. legebatur. de* 11
maior. & obed. Corn. *conſ. 98. num. 5. vol. 3.* & ego *conſ. 227. num. 2.*
Quare ſi poſtmodum D. Hippol. reliquit D. Ant. dictas duas
domos, quæ nec aſcendunt ad legitimam, non potuit auſer-
re ſibi ius quæſitum ex dicto pacto: nam † duo ſunt, quæ 12
perficiunt, & canonizant omnes actus humanos, poteſtas, &
voluntas, ſecundum Boetium, quem refert Bal. *in l. 2. C. com-*
munia de leg. & probatur *in c. ſuper inordinata. de præb.* ibi, *qui ve-*
lit & poſſit, quod citat Decian. *reſpon. 57. num. 8. volum. 1.* Vnde
deficiente poteſtate D. Hippolyti ſic diſponendi, vigore di-
cti pacti, non ſufficit, ſic eum voluiſſe diſponere; imo quod
egit, non tenet, vt dicunt Doctores *in cap. cum ſuper Abbatia.*
de offic. deleg. Andr. Sicul. *conſ. 13. colu. 7. in prin. vol. 2.* Rol. à Valle
conſ. 39. num. 20. volum. 1. & ego, *conſ. 514. num. 18. & conſ. 547. nu-*
mero 28. & 29. Nec † dicatur, tale pactum non valuiſſe, velut 13
de futura ſucceſſione, quod eſt improbatum. *l. fin. C. de pact.*
etiam inter patrem, & filium, vt poſt gloſſ. tenet Cagnol. ibi,
num. 109. & licet D. Hippol. huic pacto conſenſerit in dicto
inſtrumento, dicens, quæ iura ſibi D. Anton. ſalua, & illæſa
eſſe voluit, & declarauit dictus do. Hippol. tamen talis con-
ſenſus fuit reuocabilis, nec in eo perſeuerauit vſque ad ex-
tremum vitæ, vt opus erat, ad validitatem dicti pacti, vt pro-
batur *in d. l. fin.* nam ſi talis conſenſus eſſet irreuocabilis, te-
ſtamenti libera facultas auferretur in effectu, ſecundum do.
meum Rim. *in d. l. fin.* ex quo Cagno. infert, *nu. 87.* † paciſcen- 14
tibus nullum ius eſſe quæſitum, vt per Caſtren. Iaſon. & Dec.
ſed D. Hippol. non perſeuerauit in dicto conſenſu, vſque ad
extremum vitæ: imo eum reuocauit, faciendo teſtamentum,
in quo duas tantum domos reliquit D. Ant. & inſtituit hære-
dem vniuerſalem alium filium, igitur dictum pactũ corruere
videtur, & dato, quod ſuper dimidia, & ſic parte hæreditatis,
fuiſſet adhibitus dictus conſenſus, adhuc tamen non valuit;
quia ſicut † conſenſus adhibitus in pacto ſuper tota hæredi- 15
tate, non valet, velut impediens liberam teſtandi facultatem.
l. ſtipulatio hoc modo concepta. & ibi not. ff. de verb. oblig. ita nec ſu-
per parte, cũ talis libertas ex ſupremis iudicijs reſtringi non
poſſit. *l. ſi fratres. §. idem reſpondit. primo. ff. pro ſoc.* & † nec hæ- 16
reditas tota, nec pars hæreditatis pacto dari poteſt. *l. pactum*
quod dotali, & Aquenſ. ibi, col. 1. C. de pact. dicens, quod hoc † mo- 17
do procedit etiamſi de parte hæreditatis ſit conuentum, quæ
ſucceſſionis iure perueniat, vt eſt ibi caſus, licet tit. donatio-
nis transferri poſſit, & ita Cagnol. quoq; tradit *in d. l. fin. num.*
91. & Dec. quem citat *conſ. 184. colum. fin.* dicens, † verum non 18
eſſe, pacto dari poſſe partem aliquam ſucceſſionis. *l. hereditas.*
C. de pact. conuen. & † adeo non valet dictum pactum, vt nec 19
iuramento confirmetur (quod hic interuenit) quia cum ſit
contra bonos mores, non debet iuramento firmari. *c. non eſt*
obligatorium. de reg. iur. in 6. quæ ſententia † cõmunis eſt, vt per 20
Alex. Iaſ. & alios *in d. l. fin.* vbi Cagn. *nu. 34.* adducit Anch. *conſ.*
403. [illegible] Fulg. *conſ. 73.* & Soc. *conſ. 74. volum. 3.* Quoniam vere
prædicta non obſtant validitati pacti prædicti, ſi diligentius
conſideretur: conuenerunt enim D. Hipp. & Anton. quod
quæcunque iura ſalua ſint, & illæſa remaneant ipſi D. Ant.
ſuccedendi in bonis paternis, † quæ verba talis pacti debent 21
intelligi de bonis tunc præſentibus, cum dictũ non fuerit, de
omnibus bonis præſentib. & futuris, ideo valuit; quia in præ-
ſentibus tantum non conſiſtit vniuerſalis ſucceſſio, nec tale
pactũ auſert liberam teſtandi facultatem, ex quo de alijs ac-
quirendis poterat pater teſtari: ita tenent poſſe Doct. *in d. l.*
ſtipulatio hoc modo, & in d. l. fin. Alex. *conſ. 39. in 4. dubio. volum. 5.*
Bart. *conſ. 71. ex facto proponitur.* Caſtren. *conſ. 146. ſuper ſecun-*
do puncto. Augel. *conſ. 5. Andreas. cum ſimil.* per Curt. iun.
conſ.

conſ. 81. num. 4. & alios cumulat Menoch. conſ. 1. nu. 150. quibus
accedit vberrime, dominus meus Marcus Brun. Anguil. conſ.
6. per tot. & † in promiſſione bonorum, etiam poſt mortem,
22 (quod hic expreſſum non fuit) non facta adiectione, præ-
ſentiū & futurorum, quod valeat, concludit Bar. in d. l. ſtipula-
23 tio. n. 5. in fin. ea ratione, quam ſubdit, † quia poterit paciſcens
lucrari, quod lex præſumit. l. ſi deſmiſtus. C. arb. tutel. nec idem
24 Bart. conſ. 212. repugnat, dū dicit, † quod ſtipulatio, ſiue pactū
de futura ſucceſſione, ſiue in vniuerſo, ſiue in parte, eſt con-
tra bonos mores, vt ſi dicam, vis, quod tibi poſt mortē tuam
ſim heres, & tu dicas, volo, quia loquitur in promiſſione he-
reditatis, quæ pacto dari non poteſt. d. l. hereditas. C. de pact.
conuen. & in d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. & in d. §. idem re-
ſpondit. vt ſigillatim declaraui conſ. 580. n. 19. & 20. at ſecus eſt, vt
inquit Bartol. in d. conſ. 212. in promiſſione bonorum, collata
ſimpliciter, vel poſt mortem, quæ bene valet, in quo caſu nos
ad vnguem verſamur.

25 Secundo reſpondetur, quod † ad cognoſcendum, quale ſit
pactum de futura ſucceſſione reprobatum, vel non recurri
debeat ad doctrinam Bart. conſ. 212. qui diſtinguit, quod aut
conuentio reſpicit perſonam promittentis, & in eius perſo-
na fundatur poſt eius mortem, ita quod incipiat in perſona
hæredum ſuorum, & valet, & tenet, nec dicitur eſſe pactum
de futura ſucceſſione, cum obligatio tranſire poſſit in here-
des, & ab eis incipere. l. 1. C. vt acti. ab hered. aut vero conuentio
non reſpicit obligationem præſentem promittentis, ſed ob-
uentionem bonorum poſt mortem, & non valet, quam di-
ſtinctionem ſecutus eſt Curt. iun. conſ. 15. & conſ. 81. Crau. conſ.
139. Burſ. conſ. 136. Bero. conſ. 30. n. 28. vol. 3. Purp. in d. l. fin. num. 19.
C. de pact. poſt Gui. Pap. ſing. 523. & D. meus Anguil. in d. conſ. 6.
colum. 2. quos ego plenius induxi, & recitaui in d. conſi. meo 580.
à nu. 40. cum ſequentib. At nos verſamur in primo caſu diſtin-
ctionis Bart. ſi bene conſideretur, nam poſtquam D. Ant. di-
xit, quod per præſentem tranſactionem, nullū præiudicium
intelligatur factum ſibi, & iuribus ſuis in bonis paternis, ſed
iura ſua quæcunque ſalua, & illæſa ſint, & remaneant, ſucce-
dendi in eis, & ita ſtipulatus fuit, vt colligitur ſup. in ver. hu
pactu inter partes ſolenni ſtipulatione firmatu, ſubiunxit D. Hip.
promittens: quæ iura ſibi D. Ant. ſalua, & illæſa eſſe voluit, & de-
clarauit. Vnde patet, quod dictum pactum reſpexit perſo-
nā ipſius D. Hipp. promittentis, & obligatio in eius heredes
26 collata fuit, vt etiam colligitur ex † clauſula, quæ omnia, cæ-
terata, quæ extenſa dicere debet, quæ omnia partes promiſerunt
per ſe, & ſuos heredes attendere, obſeruare, &c. vnde ſic diſcur-
rendo, valuit omnino pactum prædictum, nec eius validitati
repugnat verbum, ſuccedendi, in eo commixtum, vt in termi-
nis declarat D. meus Anguil. in d. conſ. 6. nu. 21. vbi dicit, quod
27 quando † verba promiſſionis fundentur in perſona promit-
tentis, non dicitur pactum de futura ſucceſſione, etiam ſi in
tali promiſſione mixtum videatur aliquod verbum commu-
ne, quod ſucceſſioni conuenire poſſit, vt hic illud, ſuccedendi,
28 cum † in contractibus magis mens, quam verba ſpectanda
ſint, citatq; Purpuratum, & Guid. Papam, de quibus ſupra.

29 Tertio, tota res iſta redigitur ad id, an † diſpoſitio facta ſit
de bonis omnibus, præſentibus, & futuris, & ſit inualida, an
vero de certis bonis, puta præſentibus, & tunc valeat, licet
verba reſpiciant obuentionem bonorum, vt voluit Cur. iun.
in l. pactum quod dot. ali. n. 3. C. de pact. conſ. 81. n. 4. & plenius conſ. 1.
nu. 16. vbi plures allegat, idemq; Goz. conſ. 87. n. 17. & Crau. conſ.
19. nu. 6. cum infinitis, quos cumulat ipſe D. Anguil. à num. 45.
cum ſequen. per duas columnas, & vltra, quos non tranſcribo breui-
tatis cauſa, at hoc pactum emanauit in effectu ſuper dimidia
bonorum paternorum, competente D. Ant. nec de præſen-
tibus & futuris, nec de hereditate quicquā dictum fuit, ergo
valuit, nec dicitur fuiſſe pactum de futura ſucceſſione, quod
eſt de iure reprobatum.

Quarto non prætereo quoque, quod D. Hipp. in aſſenſu
ſuo dixit; quæ iura dicto D. Ant. ſalua, & illæſa eſſe voluit, & decla-
30 rauit † omni meliori modo, &c. quam clauſulam ponderat in
terminis Curt. iun. in d. conſ. 81. nu. 3. dicens, quod operatur, vt
ſi quod ago, non valet, vt ago, valeat vt valere poteſt, ſecun-
dum doctrinam Bar. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obl. & ſic, quod
ſi dicta conuentio valere non poſſet in vim teſtamenti, va-
leat in vim donationis perpetuæ, & irreuocabilis, maxime
ſubiecto † iuramento, q per ſe habet vim dictæ clauſulæ. ita 31
Curt. iun. quem ſequor in d. conſ. 580. n. 49. & in ſequenti, con-
firmo, quia † natura dictæ clauſulæ ea eſt, vt non reſtringatur 32
diſpoſitio ad ſpecificata tantum, apparet enim de mente diſ-
ponentis in tali clauſula, quod noluit ſe reſtringere ad ſpeci-
ficata. Bald. in l. vinum. col. 7. ff. ſi cer. pet. & conſ. 489. in cauſa ver-
tente inter capitulum. col. 1. in fi. volum. 3. Alex. conſ. 119. vol. 3. Soc.
conſ. 142. col. pen. vol. 1. & Cra. conſ. 326. n. 6. Vnde patet, multifa-
rie dictum pactum valuiſſe, & valere. Sed vlterius etiam, cir-
cumſcripto dicto pacto, dico, probabiliter teſtamentū præ-
dictum D. Hippol. non valuiſſe, nec eſſe tolerandum: nam
conſidero, quod do. Antonius fuit eius filius ex primo ma-
trimonio, alius vero filius fuit ex ſecūdo matrimonio, & cum
maxima inæqualitate, vocauit eos ſeparatim dom. Hippol.
relinquens do. Ant. duas domunculas longe minus legitima
valentes, alterum vero filium ſecundi matrimonij, hæredem
vniuerſalem inſtituit, in valore bonorum decem milliū ſcu-
torum, quo ſtante, ſuccedit doctrina ſingularis, & valde præ-
clara † Caſtren. conſ. 150. viſo caſu, & allegationibus. vol. 2. qui de 33
matre loquens, inuehitur aduerſus eam, ad fauorem filiarum
quarundam primi matrimonij, dicit enim ſatis iuſtum, & ra-
tionabile, piumq; videri, iuuare filias primi matrimonij, ad-
uerſus impietatem matris earum, quæ eas ita contempſit, &
male tractauit, quinimo contempſit legis conſilium, & ſua-
ſionem: nam Imperator Iuſtinianus in §. illud. in Auct. de nupt.
inſtruit, conſulit, & ſuadet parentib. qui tam ex primo, quam
ex ſecundo matrimonio liberos habent, ſi volunt boni, iuſti,
& pij videri, ne relinquant filijs primi matrimonij legitimam
tantum, quam per legem neceſſe habent relinquere, & filijs
ſecundi matrimonij totum reſiduum; quia ſic viderentur
obliti prioris matrimonij, & nullam liberalitatem exercere
circa liberos ex illo, cum in neceſſitatibus nō dicantur fuiſſe
liberales. l. rem legatam. ff. de adi. leg. & ſic viderentur nullum
amorem, vel dilectionem habere ad filios primi matrimonij,
ſed tantum ad liberos ſecundi, quod eſt iniuſtum, & impium,
ſi filij primi matrimonij non ſunt ingrati, vnde conſuluit, vt
eos faciant æquales, imitando diſpoſitionem legis, quę ipſos
vocat æqualiter ab inteſtato: Si tamen habent vnum, vel ali-
quem filium, ita feſtiuum, & eis gratum, vt eum præ alijs dili-
gant, permittit, vt ſine reprehenſione aliquid vltra alios ei
relinquere poſſit, non tamē taliter, vel tantū, vt alijs non niſi
legitimā relinquant, imo debent aliquid plus eis relinquere,
alias † non ſolum inuidia generatur inter fratres, ſed etiam 34
odium interdum mortale; vt contigit in filijs Iacobi, qui
Ioſephū, præter alios filios immenſe diligebat; dicit enim ſa-
cra ſcriptura, quod hoc inter alios, contra cū inuidiæ, & odij
fomitem ſubminiſtrauit, ideo † lex mandat, inter filios æqua- 35
litatem ſeruari. l. ſi. C. com. vtri. iud. mater autem, de qua Caſtr.
loquitur in caſu ſuo, & D. Hipp. pater, in caſu noſtro, non ſo-
lum aliquid vltra legitimam D. Ant. filio ex primo matrimo-
nio, ſicut & filiabus primi matrimonij in caſu Caſtr. non reli-
quit, ſed nec ipſam legitimā, ſed parum quid, vt ſic videatur
non ſolum ſpreuiſſe conſilium legis, ſed ipſam legem, & legis
conditorem deriſiſſe, ideo aduerſus geſta per illam matrem,
vel iſtum patrē leges inſurgere debent. arg. l. cū vir. C. de adult.
quia † nō erubuit vocari velle mater impia, & ingrata, & cru- 36
delis, ſicut & iſte pater erga carnem ſuā, quam videtur potius
odio habuiſſe, quā amaſſe, contra ea, quæ notantur in l. 1. & 2.
ff. in in voc. vt eam. debet † igitur interpretatio fieri cōtra eam, 37
& geſta per eam, ſicut & contra d. D. Hipp. arg. l. ſi arborem. §.
fi. ff. de ſer. vrb. præd. ita Caſtren. pulchre in d. conſ. 150. quem ſe-
cutus ego fui conſ. 241. num. 51. cum duob. ſequen. qui hanc quæ-
ſtionem decidit in terminis, ad fauorem D. Ant. Et tenendo
hanc partem, non obſtant contraria, videlicet, quod ſuffi-
ciat patri, relinquere filio legitimam, & reſiduum cui velit, &
inæquales filios reddere; quia licet plures in ea opin. fuerint
de inæqualitate inter filios per patrem permiſſa: † tamen 38
non deſunt alij contradicentes, quos refert Rube. conſ. 6. n. 5.
& Mandoſ. in apoſtil. ad Roman. conſ. 385. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem, ſicut & multum æquam, & naturalem appellat
Dec. conſ. 505. colum. fin. vt æqualitas ſeruetur inter filios. l. vt li-
beri. C. de coll. & plurimos ego retuli conſ. 241. n. 24. cum ſequen.

ſed

Digitized by Google

39 ſed vt ibi dixi *num 28.* quando † magna reperitur inæqualitas in teſtamento patris inter filios, ſine dubio procedit opin. negatiua, quod pater non poſſit ita diſponere, vt concludit Curt. iun. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt.* & co prior Iaſon *in l. hac conſultiſſima. colum. 4. C. qui teſt. face. poſſ.* Rube. *in d. conſ. 6. colum. 2.* Soc. iun. *conſ. 147. num. 40. volum. 2.* & verius putat Mandoſ. *in d. conſ. Romani 385* & licet, vt ſubdit, aliqui diſſentiant, vt Boer. *decif. 240. num. 9.* tamen inepte,
40 iudicio meo: nam † quod iura dant filijs quatuor, vel infra, trientem; quinque, vel vltra, ſemiſſem, reſiduum vero ſit in arbitrio parentis, verum eſt extraneis illud applicando; non enim conqueri poſſunt, aut dolere quidam ex filijs, quod minus habeant alijs fratribus, ſi ratam trientis, aut ſemiſſis ſint conſecuti, ſed ſunt æquales: ſed bene dolere poſſunt, ſi plus alijs fratribus quam ipſis collatum videant a parente ſuo, ſicut dicitur *in l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ lib.* & quod æqualitatem pater inter eos non ſeruauerit, vt lex hor-
41 tatur. *§. illud quoque in Auth. de nup.* vbi dicit Angel. quod † non debeat pater facere ex pluribus filijs vnum legitimum, & alium Baſtardum ſua inæqualitate, prout etiam dicit Dec. eum referens *conſ. 631.* & Soc. iun. *in d. conſ. 147. num. 39.* & ego *in d. conſ. 241. num. 31.* at certe nedum magna, ſed maxima fuit inæqualitas D. Hipp. patris in hoc ſuo teſtamento, relinquentis D. Ant. duas tantum domos modici valoris, & alteri filio
42 bona vniuerſa, valoris ſcutorum decem millium, & † licet prædicti Doct. loquantur de teſtamento imperfecto patris, ratione ſolemnitatis, inter filios condito, tamen idem eſſe debet in perfecto, rationibus quibus vtuntur, & illa potiſſimum Angeli *in d. §. illud.* & alia Caſtrenſis *in d. conſ. 150. volu. 2.* de filijs primi matrimonij, & ſecundi loquentis, vt in termi-
43 nis noſtri caſus, quod † pater fuerit impius, ingratus, & crudelis erga carnem ſuam, & oblitus filiorum primi matrimonij, & amoris eorum, & illis odioſus, & quod inuidiam inter eos, & alios ſecundi matrimonij ſubminiſtrauerit: tales enim rationes, tanquam communes, ad omnes caſus debent attendi. *c. conſuetudo. 1. diſt.* Cald. *conſ. 1. in tit. pen. & conſ. 1. de regula.*
44 Crau *conſ. 190. num. 2.* & † vbi viget eadem ratio in pluribus caſibus illa decidit eos non per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ita generalis ratio diuerſas ſpecies, ſiue caſus includit, ergo vno expreſſo veniunt omnes, in quibus par ratio viget, vt tradit Bal. *in l. de quibus. ff. de legib.* Caſtr. *conſ. 441. col. pen. vol. 1.* Ioan. de Anna *inter conſ. Caſtren. conſ. 261. col. 2. vol. 2.* Crau. *conſ. 183. cum ſimil. à me cumulatis. conſ. 67. nu. 18.* igitur ſiue teſtamentum ſit imperfectum, ſiue perfectum, ſed contineat tam ingentem, & exceſſiuam inæqualitatem inter filios, vt fuit in caſu noſtro, valere non debet, ſtantibus rationibus memoratis Doctorum vtroq; caſu vigentibus. Nec obſtat, quod ſufficiat, filiũ eſſe inſtitutum in vno nummo, & quod agere debeat ad ſupplementũ legitimæ: id enim
45 procedere † poſſet vnico tantum filio exiſtente, ſecus ſi plures ſint tam inæqualiter inſtituti: nam poteſt longe mulius
46 vocatus annullare teſtamentũ, velut vtilius ſibi: de † eo namque quiſq; creditur ſenſiſſe, quod ſibi eſt vtilius. *l. 1.* & ibi Bar. & alij *ff. de ſolut.* Bart. *in l. gerit. nu. 21. ff. de acq. her.* Soc. *conſ. 194.*
47 *num. 4. vol. 1.* cum † enim pluribus modis agi poteſt, actor de eo ſenſiſſe videtur, qui ſalubrior eſt ei. *l. ſi quis intentionem. ff. de ind.* Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 43. in fi. ff. de verb. oblig.* Alex. *conſ. 38. num. 3. verſ. item verba libelli. vol. 3. & conſ. 55. num. 3. volum. 5.* Crau. *conſ. 640. num. 15.* ſicque facit d. dom. Ant. & bene, qui ius fouet ex prædictis. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro ſacroſancto Officio Inquiſitionis.

ARG. Fuga an & quando indicium faciat ad torturam poſt abiuratas hæreſes. Et an contumacia ſufficiat ad torturam. Item an, & quando reus ante torturam ad defenſam debeat audiri, data copia indiciorum, ſtante contumacia notoria, impœnitentia, & excõmunicatione Rei, & qua pœna plectatur tormentis ſubiectus, & nihil confeſſus, & quid de confeſſo, ſe ire voluiſſe in regionem hæreticorum, ſecumq; ducere iuuenes, vt ibi viuerent more hæreticorum, qua pœna plectetur, de crimine læſæ maieſt. quando, & quomodo puniatur, & quando dicatur quis relapſus.

S V M M A R I V M.

1 *Fuga an faciat indicium contra accuſatum fugientem ad torturam. num 2.*
3 *Contemptus an inducatur, ex ſola inobedientia*
4 *Contemnere quis dicatur.*
5 *Indicium ad torturam, an inducatur cum quis vocatus ad S. Officium, contumax fuit in comparendo & num. 6.*
7 *Contumax an torqueri poſſit & num 8.*
9 *Delictum non capitale, ex gemina contumacia fit capitale.*
10 *Indicia an ſint danda, & eorum copia ante torturam reo impœnitenti, & excommunicato, notorie contumaci.*
11 *A tormentis an, & quando incipi poſſit & num. 12.*
13 *Statutum de modo, & forma, proced. per inquiſitionem an ſeruandum ſit in foro ſancti Officij.*
14 *Reus tormentis ſubiectus, & nihil confeſſus, nulla pœna eſt plectendus. & num. 15.*
16 *Qua pœna plectendus ſit confeſſus ſe ire voluiſſe in regiones hæreticorum, ſecumq; iuuenes ducere, vt ibi licentioſe viuerent.*
17 *In crimine læſæ maieſtatis, voluntas ſceleris, vt effectus punitur. & n. 17.*
18 *Relapſus qua pœna ſit puniendus.*
19 *Relapſus non fit ex ſola ſuſpicione, ſed debet conſtare de vero priori lapſu.*

CONSIL. DCCXLXXII.

QVidam Reus, poſt abiuratas hæreſes, fugam arripuit, deinde in manus Reuerendi patris Inquiſitoris de quibuſdam accuſatus reuerſus fuit, non quidem ſponte, ſed diuino indicio; quia per officiales curiæ ſecularis captus iuſſu Sereniſſimi Principis, præſentatus fuit ſancto officio: Quare Reuerendus Inquiſitor de tribus conſiliũ quærit, primo an, cum fuerit accuſatus, inuitaſſe quendam iuuenẽ ad eundum ſecum in partes liberas hæreticorum, & alium ad idem tentaſſe ſeducere, quæ ipſe negat, torqueri poſſit pro veritate eruenda, & pro cõplicibus detegendis. Cui quæſito reſpondens dico, quod † licet quando quis poſt accuſationem fu- 1
git, fuga non facit indicium aduerſus eum, vt tradit Barto. *in l. 1. ff. de bon. eorum qui ante ſenten. mortem ſibi conſciuerunt.* quam doctrinam commendat Ang. *in l. fin. col. pen. ff. de quæſt.* Rom. *in l. lege Corn. ff. ad Syll. col. 2.* Ang. Aret. *in tract. de maleſ. in verſ. quod fama publica.* & Marſ. *conſ. 49. nu. 37.* Tamen † dictæ con- 2
cluſioni datur vna ſingularis limitatio, quod non procedat, quando cum fuga concurrit aliquod aliud indicium; tunc enim fuga facit indicium ad torturam: ita voluit Gur. de Suz. *in tract. de maleſ. ſub Rubr. qualiter reus.* quem refert & ſequitur Auguſt. de Arim. *in addi. ad Ang. Aret. loc. citat.* hancque limitationem Blanch. *in tract. de indicijs. n. 277.* dicit fuiſſe de mente Bar. quatenus coniunxit fugam cum alijs indicijs, & idem tenet Franc. de Caſonibus *in tract. de fuga. c. 4.* At hinc concurrunt indicia plura, primo, quia contempſit pœnitentias ſalutares ſibi datas in abiuratione, licet † enim ſola inobedientia 3
non inducat contemptum. gl. *in c. de libellis.* & ibi Gem. *20. diſt.* tamen iuncta præparatione fugiendi bene contemptus inducitur, † contemnere n. quis dicitur, quando voluntas eius 4
in hoc dirigitur, vt nolit obedire, quia ſpernit poteſtatem præcipientis, vt declarant Archid. & Gem. *in c. nullus. 55. diſtin.* prout contigit in iſto reo, qui ſcire poterat, quod ſi Ferrariæ manſiſſet, cogi potuiſſet exequi, & adimplere pœnitentias, ſibi conſtitutas, vnde vt eas declinaret, & eluderet miniſtros Sancti officij, fugam arripuit; quare manifeſtus hinc contemptus inducitur.

Secundo, & aliud accedit indiciũ, † quia vocatus ad S. Of- 5
ficium contumax fuit in comparendo, adeo, vt excommunicatus fuerit ſchedulis affixis ad fores Eccleſiæ, & in pergamis anathema publice promulgatus: talis † enim contumacia, 6
quando quis non ſponte ſe præſentauit, ſed captus fuit, vt in hoc euenit, ſola ſufficit, vt quis torqueri poſſit, vt inquit ille Franc. Caſonus *in tit. de abſentia exulum, in fin.* & idem Blanch. *in tract. de indic. n. 293.* poſt Bal. *in l. 1. col. 5. C. de her. inſt.* dicentis, quod † contumax ex qualitate perſonæ poterit torqueri, 7
quod hic ad vnguem conuenit huic reo, qui abiurauerat, & ſic erat male qualificatus: ideo ſecuta contumacia, cum vocaretur ad S. Officium ex imputationibus ſupra datis, noluit comparere, dici debet, quod ob id torqueri poſſit.

Tertio

Digitized by Google

Tertio plus accedit, quod poſt primam contumaciam
continuauit hic reus ſecundam: nam ſecreto vocatus fuit à
Reuerendo patre Inquiſitore per amicos dicti rei referen-
tes illi, vt compareret, quia paterne ac miſericorditer reci-
peretur, & de pœnis incurſis ratio non haberetur in officio
ſancto, dummodo ſe humiliter præſentaret, quod ſe factu-
rum Reuerendus Inquiſitor pollicebatur, ſecutus illud re-
gij Prophetæ: Cor contritum & humiliatum Deus non de-
ſpicies; hic tamen reus id efficere noluit, ſed Pharaonis mo-
re magis atq; magis induratum cor eius fuit, ſicq; per hanc
contumaciam, præuia monitione Reuerendi Inquiſitoris,
in delicto fuit conſtitutus hic reus, *l. omne delictum. ff. de re
mil.* Caſtrenſ. *in l. contumacia. ff. de re iud.* Alexan. *in l. non hoc.
num. 6.* & poſt eum Dec. *col. pen. C. vnde leg.* Ferrat. *cautela 56.
num. 3.* ſicut & in vitio, *l. ſancimus. C. de iud.* Marſ. *in pract. crim.
§. poſtquam. num. 63.* & in dolo præſumpto, *l. ex conſenſu. ff. de
app. l. non poteſt. ff. de reg. iur.* Bartol. *in l. minor, prima. ff. de minor.*
8 maxime † cum dicta contumacia annexum habuerit Re-
uerendi patris Inquiſitoris, ſui ſuperioris, contemptum, vt
per Aquenſ. *in l. mora. col. final. ff. ſol. mat.* Cagnol. *in l. 1. §. final.
prope fin. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* Ceph. *conſil. 350. col. fin.* tan-
toque grauior cenſeri debet hæc ſecunda contumacia,
quod cum prima continuata fuit, propter geminationem,
9 per quam † delictum, quod non erat capitale, ex gemina-
tione efficitur capitale, vt not. per Bartol. *in l. licitatio. §. quod
illicite. ff. de publica.* Roma. *in l. ſi vero. §. de viro. in 13. caſu. ff. ſolut.
mat.* Bart. Bal. Ang. & Ioan. Platea *in l. 1. C. de ſuſpec. exact. lib. 10.*
Blanch. *in tract. de indicijs. nu. 196.* quare non eſt dubium, quin
iſte torqueri poſſit; & hæc quoad reſolutionem primi quæ-
ſiti dicta ſufficiant. Nunc ad ſecundum deſcendo, quod eſt;
10 an ſtante † impœnitentia, excommunicatione & notoria
contumacia huius rei, debeat ante torturam ad defenſam
audiri, ſuper negatis, indiciorum ſibi copia data? Cui quæ-
11 ſito breuiter reſpondetur, quod licet † regulariter à tor-
mentis non ſit incipiendum, *l. 1. in prin. ff. de quæſt.* & ibi Marſ.
ſicut & *in conſ. 27. col. final.* Et clare repetit ſtatutum noſtrum
Ferrariæ, de modo & forma procedendi per inquiſitionem:
12 tamen † (vt in eo ſubijcitur) in hoc locum non habet, quan-
do indicia ſunt adeo vrgentia ac indubitata, militent con-
tra inculpatum, vt quaſi videatur inquirenti conſtare de
delicto; tunc enim in eius eſt arbitrio, dare vel non dare co-
piam indiciorum ante quæſtionem habendam: at certe ſu-
mus in iſto caſu; ſi enim voluit hic reus transmigrare in par-
tes hæreticorum, vbi libere quicunque viuunt, & hæretica-
les errores impune committunt, ſecumque voluit & ſuaſit
iuuenes ducere, indubitata ſunt hæc indicia, quod ibi redi-
re vellet ad priſtinos hæreticales errores abiuratos, nec ex
corde puro & ſyncero illos abiuraſſet, propterea ſequitur,
quod ex forma dicti ſtatuti non ſit opus Reuerendo Inqui-
ſitori dare copiam indiciorum dicto reo, nec eum ad de-
fenſionem ante torturam admittere, ſed recta via poſſit
eum torturæ ſubijcere, prout in dicto ſtatuto diſponitur; &
in alio caſu concludit Bertazol. *conſil. 474. num. 14.* Nec am-
13 bigi † debet vllo modo, quin tale ſtatutum ſit in hoc quo-
que foro Officij ſeruandum, quia concernit ordinem pro-
cedendi, ſiue cauſam, non autem eius deciſionem, vt tradit
Calder. *in diſputat. ſua. incip. ſtatuto cauetur.* quem ſequitur
Abb. *in c. quod clericis. nu. 10. de for. compet.* Gemin. *conſil. 73.* &
Steph. Aufrer. *in tract. de poteſt. ſecul. regula 2. col. fin.* ſicque ſe-
cundum quæſitum remanet abſolutum. Nunc tertium ſu-
14 pereſt, in quo quæritur, ſi † reus iſte tormentis ſubiectus ni-
hil confiteatur, qua pœna plectendus ſit, in quo reſpon-
15 deo, quod † nulla pœna ei veniet imponenda, cum per tor-
turam dicantur euacuata indicia, licet vrgentia, & purgata:
imo vero per torturam probationes etiam plenæ euacuan-
tur, & adeo debilitantur, vt non poſſit reus condemnari in
pœnam criminis imputati, vt tradit Alberic. & *ibi* Marſ. *nu-
mer. 2. in l. 1. ff. de quæſt. in §. quoniam. num. 42. in pract. crim. & ſin-
gul. 272.* Grammat. *conſ. 64. num. 10.* Veronenſ. *conſ. 32. num. 2.*
dicens, quod ita vidit ſeruari Veronæ, & Boſſ. *in titul. de con-
feſſ. per torturam. num. 26.* Sed aliud quæri potuiſſet, quod o-
16 miſſum fuit; † quid erit, ſi confiteatur hic reus, ſe ire voluiſ-
ſe in regiones hæreticorum, ſecumque iuuenes illos duce-
re, vt ibi licentioſe viuerent, & hæreticorum more, nun-
quid & qua pœna plectendus ſit? Certe ſi conſiderare veli-
mus † crimen læſæ maieſtatis humanæ, vt Imperatoris, in 17
quo ſola cogitatio conſideratur, & eadem ſeueritate vo-
luntatem ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt, *l.
quiſquis. C. ad l. Iul. mareſt.* Idem videretur dicendum in hoc
crimine læſæ maieſtatis diuinæ, tantoque magis, cum ma-
gis ſit diuinam quam humanam lædere maieſtatem, *c. ver-
gentis, de hæretic.* nihilominus † non putarem tali caſu hunc 18
reum ſic confitentem dici poſſe relapſum, pœnaque rela-
pſorum plectendum, de qua *in c. ad abolendam. eod. tit.* cum
ad eam incurrendam Canones loquantur de committente
in eandem hæreſim abiuratam, vel in aliam ſpeciem, *c. ac-
cuſatus. in prin. & §. 1. eod. tit. lib. 6.* & ibi notat Franc. vbi dicit,
quod † ad hoc, vt quis dicatur relapſus, non ſufficit ſuſpi- 19
cio, ſed requiritur, quod conſtet de vero lapſu priori: ſum-
mus ergo Pontifex voluit in hoc humanius lege Cæſarea
procedere, ſolum affectum non puniendo; vnde cum non
iuerit hic reus in eas partes, nec commiſerit in eoſdem, vel
alios errores hæreticales, (quod conſtet) non vt relapſus e-
rit puniendus, ſed citra mortem arbitrio Reuerendiſſimi
do. Inquiſitoris: & ita concludo, me ſancto Officio ſuper
his ſubijciens. *Hipp. Rimin. Ferrariæ.*

Pro quadam matre.

Arg. Filia infans, poſt mortem patris diſce-
dens, an dotem vigore ſtatuti ſibi debitam ad
matrem tranſmittat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pro dote filiæ factum an dicatur conditionale, quando nubet, vel purum & nu. 2 3 4.*
5 *Venientes ab inteſtato dicuntur venire ex tacito iudicio defuncti.*
6 *Intellectus ſtatuti Forliuij rubr. 61. & nu. 7.*
8 *Legatum factum filiæ cum iuſſit attento, cum nupſerit, an ſit purum, & tranſmittatur & nu 14.*
9 *Filia debet habere ſupplementum legitimæ, non obſtante aliquo ſtatuto.*
10 *Legitima debetur abſque vllo onere.*
11 *Caſus omiſſus à ſtatuto debet remanere ſub diſpoſitione iuris communis.*
12 *Teſtamentum non infringitur, cum filia petit legitimam pure & ſimpliciter, & ſine onere ſibi relictam, aut debitam.*
13 *Pater poteſt diminuere legitimam in tempore, ſicut diminui poteſt in quantitate per ſtatutum*
15 *Dos vel promiſſio, quæ filiæ debetur ex ſtatuto, vel conſuetudine, dicitur eius legitima.*
16 *Et legatum dotis factum ſtatim peti poteſt non expectato tempore nuptiarum & nu. 17.*
18 *Verba, ſtare contenta, &c. ſignificant tempus præſens.*
19 *Verba, quando nupſerit, ſignificant admonitionem quandam, non conditionem.*
20 *Actus conditionalis non eſt actus.*
21 *Pater dotem conſtituens dicitur eam dare loco legitimæ.*
22 *Legitima pure relinqui debet.*
23 *Pronomen, ſua, denotat tempus præſens non futurum.*
24 *Appellatione bonorum ſuorum, ſiue mobilium, non veniunt nomina debitorum*
25 *Legitima ad heredem tranſmittitur.*
26 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
27 *Filia dotata pure an & quando ſuccedere poſſit cum fratribus, ſtante ſtatuto, rubrica 61. Forliuij.*
28 *Et quid ſi legatum dotis eſſet conditionale.*

CONSIL. DCCLXXIII.

PROPONITVR, patrem deceſſiſſe relicto filio & filia,
quæ poſt eum deceſſit infans, relicta matre ſua, & dicto
fratre: quare dubitatur, an dicta filia tranſmiſerit ad ma-
trem dotem, quæ ſibi debebatur ex ſtatuto Forliuij, *Quod
mulier dotata. rubr. 61. lib. 1.* ſuper quo ſcripſit pro matre cele-
berrimus dom. Antonius Portius, Forliuienſis, cuius conſi-
lium libenter legi, ſane doctum & eruditum, difficultatem
ei tamen ingeſſit doctrina Caſtrenſis, *in l. Titio centum. §. Ti-
tio genero. ff de cond. & demon. col. 4. verſ. circa tertium paſſum.* de
quo ego quoque memini *conſil. 157. col. 2.* loquens in ſtatuto
Mutinæ: verum quia Doctores in iſta concluſione vario
modo loquuntur, ſecundum quod ſtatuta loquuntur vno
modo, vel alio; Bartolus enim *in d. §. Titio.* dixit, † relictum 1
pro dote filiæ factum dici conditionale, quando nubet, nec
interim ea moriente tranſmitti, quem plurimi ſecuti ſunt à
me relati, quibus nunc addo Crauettam alios citantem, &

Digitized by Google

2 magis † communem teſtantem *conſ.778.col.1.& 2.* Bald. vero
3 poſt Cyn. *in l. ſancimus. C. de nup.* voluit, † relictum eſſe pu-
rum & tranſmiſſibile, qui & plures ſequaces habet, quos
4 adduxi. Caſtrenſis † autem diſtinxit, vt in dicto meo conſil.
dixi, & potuit Menoch. *conſ.231.nu.44.* ideo videndum eſt, in
quibus terminis, & in quo caſu loquatur ſtatutum Forliuij:
Quod mulier dotata. de quo tractatur in hac cauſa. Sed illud
tamen inprimis animaduerti debet, quod Doctores lo-
quuntur in relicto dotis à patre facto: præſuppoſuit autem
D. Aduocatus, hunc patrem inteſtatum deceſſiſſe, ſicq; ni-
hil filiæ reliquiſſe, tunc infanti; cogitaui deciſiones Docto-
rum caſui noſtro poſſe in hunc modum adaptari: quod
5 cum † venientes ab inteſtato venire dicantur ex tacito iu-
dicio defuncti, vt concludunt communiter Dd. *in l. cum fi-
lio. ff. de leg. 1.* ſequitur Cur. iun. *conſ. 4. n.8.* propterea declaran-
do textum *in l. conficiuntur. ff. de iure cod.* in illis verbis: *quo-
niam creditur paterfamil. ſponte ſua his relinquere legitimam he-
reditatem.* dici, quod illa dicitur præſumptio, non autem fi-
ctio; ſequitur quod iſte pater præſumatur reliquiſſe huic fi-
liæ dotem, quam frater ſibi dare debebat ex dicto ſtatuto
Forliuij. *verſ. ſtatuentes inſuper.* ſeque cum illo tacite voluiſſe
conformare, argumento notatorum *in l. heredes mei. §. cum
ita. ff. ad Treb.* vnde quæ dicentur inferius de relicto expreſſe
facto, pro dote à patre filiæ, conuenient huic tacito & præ-
6 ſumpto. Inprimis igitur ego conſidero dictum † ſtatutum
Forliuij, diſponens, quod filia contenta ſit dote, nec poſſit
plus petere, quam quod ei relictum eſt ratione legitimæ;
quo ſtante ſuccedit doctrina notabilis Abbatis *conſ. 92. col.
2.* loquentis in ſimili ſtatuto Tridentino diſponente, quod
ſi pater diſpoſuit in teſtamento de filia, debeat illa eſſe con-
tenta diſpoſitione paterna, & quod præter illam quantita-
tem nihil petere poſſit, ergo dicit Abbas, videtur velle ſta-
tutum, quod filia petere poſſit dico quantitatem ſibi reli-
ctam, per contrarium ſenſum, qui validus eſt, Bal. *in l. con-
uenticulam. C. de epiſ. & cler.* relictumq; eſſe purum & tranſ-
miſſibile, ſi filia moriatur, priusquam nupſerit: ſic igitur &
in hoc ſtatuto dici debet, quod licet non habeat verbum,
ilico, vt habebat illud Tridentinum, tamen virtualiter id
7 continet, quia dicendo, † ſimpliciter & pure, ꝙ peti poſſit,
intelligitur, ꝙ confeſtim, & ſtatim. *§. omnis. Inſt. de verb. oblig.*

Secundo moueor ex doctrina Iacobi Butrigarij *in l. quo-
niam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* quam late refert, & ſequi-
tur Alex. *conſ. 55. viſo tit. quæſtionis. vol. 2.* vbi caſum proponit
8 de † filia, cui pater iure inſtitutionis reliquit libras mille,
quas habere voluit cum nupſerit: arguit enim primo, quod
cum dicto relicto dicatur adiecta conditio nuptiarum, vi-
debatur, quod non ante deberetur, nec filia decedens
tranſmitteret; poſtea decidit contrarium, ſiue conſidere-
mus ius commune, ſiue municipale: nam primo caſu reijci
debet illa dilatio, ſicq; conditio nuptiarum, *d. l. quoniam.* &
ideo tranſmitti poteſt illud relictum, ſecundo vero caſu i-
dem dicendum eſt; nam ſi ſtatuto ciuitatis cauetur, quod fi-
lia contenta ſit eo, quod ſibi relictum eſt in teſtamento, &
pater reliquit quid filiæ cum onere, filia debet petere poſſe
legitimam pure ſibi & ſimpliciter debitam, non obſtante
dicto ſtatuto; id enim bene diſponit contra *l. omnimodo. C. de
9 inoff. teſt.* quæ volebat, quod † filia poſſet habere ſupple-
mentum, ſed non diſponit contra *d. l. quoniam.* quæ adden-
10 do *ad l. omnimodo.* vult, quod † legitima debeatur abſq; ali-
11 quo onere, vnde † talis caſus, velut omiſſus à ſtatuto, debet
remanere ſub diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſime.
ff. de lib. & poſth.* & illud dictum Butrigarij ſequuntur Bal. &
Sal. *in d. l. quoniam.* & Imol. *in l. fin. ff. de cond. inſt. col. pen.* & A-
lex. *loc. citat.* qui *col. 3.* diligenter conſiderat ſtatutum, quod
dicebat, filiam non poſſe infringere teſtamentum: nam
12 ſubdit Alexan. † filia non dicitur infringere teſtamentum,
quando petit legitimam pure & ſimpliciter, & ſine onere
ſibi debitam, vt notat Bal. *in l. cum de lege. C. de epiſ. & cler.*
quod dicit eſſe notabile, & menti tenendum, ſtatutoque
huic Forliuij bene deſeruit, quod dicit, quod filia non poſ-
ſit teſtamentum petere irritari, vel annullari, ſeu caſſari.

Tertio, pro matre bene ſuccedit Anch. *in conſ. 232. col. 2.* v-
bi declarando Bartolum *in d. §. Tertio genero.* qui dixit, quod
pater † poteſt diminuere legitimam in tempore, ſicut po- 13
teſt in quantitate per ſtatutum, non ſubtilius intellexit ver-
ba ſua Baldus *in d. l. ſancimus.* illud dictum eſſe verum, niſi
per illud differre, contingeret auferre, quod eſſet, ſi interim
decedens non tranſmitteret: idemque plenius tenuit Bal. *in
l. generaliter. C. de epiſ. & cler.* vbi refert, Vbertum de Ceruia
tenuiſſe diſputando hanc partem, videlicet, quod † lega- 14
tum pro dote factum puellæ, ſi deceſſerit, antequam nube-
ret, tranſmittat ad matrem, & idem tenuit etiam Ricard.
Malum. quando relictum eſt filiæ, cui de iure communi
debebatur legitima, ſed per ſtatutum ſubrogatur dos loco
legitimæ; vnde de ea debet omnis dilatio & onus remoue-
ri, ſicut de legato legitimæ, cuius loco ſuccedit, argumento
d. l. quoniam. vnde Ioan. Andr. *in addit. Spec. in titul. de ſtat. mon.*
dicit, quod † dos vel prouiſio, quæ filiæ debetur ſtatuto, 15
vel conſuetudine, dicitur eius legitima, & ſic fratres pro ſe
recipiunt, vt pars talis ſit legitima ſororis, vt plus petere
non poſſit, & ſic admittunt, quod habeat ius legitimæ,
quoad omne grauamen, vel moram tollendam, concludit-
que Ioan. Andr. quod † tale legatum ſtatim peti poſſit, non 16
expectato tempore nuptiarum, & vere iſta fuit intentio ſta-
tuentium, quod tale relictum debeat intelligi purum: nam
dum dicitur, quod vltra petere non poſſit, à contrario ſen-
ſo colligitur, quod pro dote relictum ſtatim peti poſſit, ex
quo prohibet vltra non peti, *arg. l. cum prætor. ff. de iudic.* item
verba † ſtatuti, *ſi tamen filia fuerint dotata*, non ſunt intelli- 17
genda, quod tempore nuptiarum dotes habeant, & ſic a-
ctu, ſed quod habeant habitu, vt dotari poſſint, quando
voluerint, prout ſumitur *in l. 1. ff. ſol. mat.* ſic enim dici debet
in hoc ſtatuto Forliuij, quod inquit, *& ſimiliter filiæ nuptæ
debeant eſſe contentæ dotibus eis relictis in teſtamento patris, nec
poſſint plus petere in bonis eius, ratione legitimæ debitæ:* ſic enim
patet, quod dotem ſubrogauit loco legitimæ; ita pulchre
Anch. *in d. conſ. 232.* quem ſequitur Soc. *conſ. 92. col. 8. verſ. ad-
ducit etiam. volum. 1.* Soc. iun. *conſ. 134. num. 26. in fin. vol. 1.* &
Menoch. *in d. conſ. 231. num. 39.* qui conſiderat Socinum iun.
ponderaſſe verba ſtatuti, *quod filia ſtare debeat contenta dote,
&c.* id † enim verbum, *ſtare*, ſignificat tempus præſens, & 18
ideo pater voluiſſe dicitur, quod de præſenti habeat dotem
ſoluendam tempore nuptiarum; nec † inde dicitur dos 19
conditionalis, ſed verba, *quando nupſerit*, ſignificant admo-
nitionem quandam, non autem conditionem, & cenſen-
tur adiecta potius executioni ipſius legati, ſicque legatum
non redditur conditionale, alioquin ſi eſſet conditionale,
illa conditio reijceretur omnino; ita reſpondet Soc. *in d.
conſ. 92. col. 8. verſ. ſed dices aliquis.* & prior eo Bal. *conſ. 286. ſuper
primo puncto. verſic. ſuper tertio, volum. 3.* quos ſequitur Crauet.
conſil. 101. num. 1. verſic. 1. quia illa. & Menoch. *in dict. conſil. 231.
num. 53.*

Quarto pondero diligenter hoc ſtatutum in rubro &
nigro, dicens: *Quod mulier ſit contenta dote ſua, nec poſſit petere
aliquid in bonis patris defuncti, ſed bona omnia in præſens deueniãt
ad filios maſculos.* conſidero, quod d. ſtatutum conſiderat
dotationem prius adeſſe patris, vel filiorum, vt inferius
ſubdit, antequam filia excludatur, ſicut declarat Caſtrenſ.
conſ. 6. verſ. nam tunc. vol. 2. ergo debet eſſe pure, non autem
ſub conditione, † quia actus conditionalis non eſt actus, *l. ſi 20
quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* eſſe namque poſſet,
quod non eueniret conditio, atque ita filia careret ipſa do-
te ſua, quod dici non debet; ita Menoch. *loc. cit. nu. 46. & 47.*
qui ſubdit, quod ratio eſt, quia † cum actus dotationis re- 21
quiratur ante excluſionem, is fieri non poteſt, niſi à patre,
vel à filijs ſuis, ſi ille non fecit, qui dum dotem conſtituit,
dicitur eam loco legitimæ dare, vt in ſpecie reſpondit Pariſ.
conſil. 53. num. 76. in fin. volum. 3. & † cum legitima pure relin- 22
qui debeat, *d. l. quoniam.* ſic & dos relicta præſumi debet, ſic-
que tradit Soc. *conſ. 53. nu. 10. & 11. vol. 3.*

Quinto non prætereo, quod iſte pater habuit tres alias
filias ex vxore ſua prioris matrimonij, quas (vt puto) dota-
uit, & matrimonio collocauit, & ob id ad libitum ſuum
potuerunt, & poſſunt ad heredes ſuos tranſmittere; niſi er-
go dicamus, huic filiæ ſecundi matrimonij dotem fuiſſe
pure debitam, ſequeretur, quod eam non potuiſſet tranſ-
mitte-

Digitized by Google

…ſtere, ſieque maxima inæqualitas extitiſſet inter ipſas filias, quod nequaquam dicendum: ita facit hanc coniecturam Anch. *conſ.323. iſta omnia puto. verſ. item poſtquam.* Soc. *in conſ.92. col.7. verſ. vltra adducta.* & Menoch. *in alleg. ſuo conſil. nu.38.* multum huic matri propitio.

Sexto me quoque mouet alia coniectura, quam ex hoc ſtatuto nouiter elicio, quod loquens de filia nondum maritata vel dotata, vult quod filij debeant eam dotare & maritare competenter, iuribus hereditatis, quandoq; poteſtas eos ad id cogat, & ad dotem ſoluendam cum effectu marito, vel ad eam deponendum penes idoneum mercatorem, ſi nondum fuerit maritata: hinc ergo manifeſte colligitur, quod dos ei pure debeatur, alias ſi ſub conditione deberetur, ſi & quando nubet, & non ante, cogi non poſſent dicti filij, cum dicere poſſent, ſe pendente conditione obligatos non eſſe, *l. cedere diem.* cum ibi not. per Alciat. & Rebuff. *ff. de verb. ſign.* & hoc fundamentum præ cæteris eſt multum probabile, ſi bene conſideretur.

Septimo quoq; non omitto, quod inquit Corn. *conſ.32. licet. col.2. vol.4. & conſ.162. primo aſpectu. col.2. vol.2.* quem refert Brun. *in tract. quod ſtant. maſcul. art.11. n.42.* vbi dixerunt, quod quia dotata excluditur à ſucceſſione propter dotem, eſſet abſonum, quod excluderetur ab hereditate & dote, quod fieret, ſi legatum dotis eo caſu eſſet conditionale, & filia ante matrimonium contractum moreretur; itaque purum eſſe debet & transmiſſibile ad matrem in caſu noſtro.

Octauo, conſidero ſtatutum iſtud in rubrica, dicens, quod mulier ſit contenta dote ſua, & in nigro, vbi repetitur, quod iſta mulier ſit & eſſe debeat contenta de dote ſua: 23 id enim † pronomen, *ſua*, denotat tempus præſens, non futurum, *l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg.* & denotat illud, quod vendicari poteſt, non autem quod eſt in credito, *l. quintus. §. argento. ff. eod. tit.* & ſic denotat dominium: vnde † appellatione 24 bonorum ſuorum, ſiue meorum, non veniunt nomina debitorum, quia in illis non conſiſtit dominium, vt tradit Bar. *conſil.50. filius Petri. col.2. verſ. item fuit adiectum.* ſequitur Pariſ. *conſ.50. n.22. vol.2.* & Decian. *reſp.57. n.4. vol.1.* Si ergo ſtatutum appellat dotem ſuam mulieris excluſæ ab hereditate patris, datur intelligi, quod illa dos tempore mortis patris, quo fit excluſio, tunc ſit ſua, & ſic pure ſibi debita; ergo poteſt illam ad matrem transmittere, quia cum ſuccedat & 25 ſubrogetur loco legitimæ, vt ſupra dixi, ſicut † legitima transmittitur ad heredem, vt notat Sal. *in l. ſcimus. C. de inoff. teſt.* Bal. *in l.2. C. de lib. præt.* Iaſ. *in l. ſi arrogator. n.18. ff. de adop.* Alex. *conſ.54. col.3. vol.2.* Iaſ. *in d. l. ſcimus in princ.* Soc. *conſ.92. verſ. circa ſecundam. vol.1.* Boer. *deciſ.250. col.3. ſub nu.4.* Pari modo 26 dicta dos debet eſſe transmiſſibilis, quia † ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.*

Nono & vltimo mihi quoque placet adducere doctrinam Caſtrenſis *conſil.8. ſuper eodem, quo quæritur, clara & indubit. ita. col.2. verſ. ſed dictum. in antiq.* vbi declarando Cynum 27 & Bald. *in d. l. ſancimus. C. de nupt.* dicit, quod † eorum dictum de legato dotis puro poſſet procedere, quando ſtatutum diceret, quod filia dotata non ſuccedat cum fratribus: nam tunc non excluderetur à ſucceſſione, niſi tempore delatæ ſucceſſionis eſſet dotata, quia cum ſtatutum requirat ad ipſam excludendam, iſtam qualitatem dotationis, debet adeſſe neceſſario, alias non inducitur excluſio, *l. Fulci-* 28 *nius. §. cum autem. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.* Sed † ſi tale relictum eſſet conditionale, interim ante conditionis euentum non poſſet dici dotata, *l. cedere diem. ff. de verb. ſig.* ita Caſtren. ibi conformis huic ſtatuto, quod prius, inquit, quam filia dotata contenta ſit dote ſua, & bona patris deueniant ad filios, & ſic tempore ſucceſſionis filiorum, requirit ſtatutum, quod filia ſit dotata; & licet infterius etiam loquatur de non dotata, tamen apparet ex depoſito dotis penes mercatores, quod mandat fieri, non prius eam excludi, vt in 6. fundamento ſupra dixi. Quare ſequitur, quod hæc filia nomine Lucretia transmiſerit ad matrem ſuam, nomine Lauram de Capoferris, dotem ſuam, concurrendo in ſententiam Clar. do. Antonij Portij eius Aduocati, velut mihi fratris honorandi.

Pro quodam domino Iacobo.

ARG. Ad probandum teſtamentum inter liberos, quot teſtes ſufficiant; & quid ſi quidam ex teſtibus productis contrarium deponant. Item an filia, cui antea à matre 300. pro dote ſuper certa domo aſſignata fuerunt, ſi eadem ſumma dotis nomine à matre ei in teſtamento denuo legetur, 600. & ſic duplicatam ſummam petere poſſit. Item an clauſula codicillaris ſuppleat titulum inſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes tres ſufficiunt in teſtamento inter liberos condito.*
2 *Et ſi vltra numerum requiſitum aliqui teſtes producti contrarium deponant, aut contradicant inſtrumento, an reddatur ſuſpectum.*
3 *Teſtamentum an reddatur inualidum, ſi tempus, quo conditum eſt, non probetur.*
4 *Probatio nulla validior eſt propria confeſſione. & nu.5.*
6 *300. pro dote in inſtrumento dotali aſſignata, ſi eadem ſumma deinde etiam in teſtamento legetur, an vtraque ſumma debeatur. & nu.7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 19. 20. 21. 31.*
8 *Legatum factum coniuncta perſona plenius interpretandum.*
10 *Debitum voluntarium quod dicatur. Et quis dicatur actus neceſſarius. nu.14.*
13 *Mater non tenetur dotare filiam.*
16 *Pater non videtur in dubio dotem duplicare.*
18 *Dictio, pro, iuncta verbo,* dotibus, *exponitur,* nomine, ſeu occaſione dotium.
22 *Præcedentia declarant ſequentia.*
23 *Dictio,* ſuper, *denotat hypothecam pro legato facto ſuper ea.*
24 *Inducta ad vnum finem & effectum non debent alium diuerſum operari.*
25 *Mulierum genus auariſſimum dicitur.*
26 *Hereditates pleniori titulo & honore tribuuntur, quam legata.*
27 *Abſurdum eſt inſure, quod melior ſit conditio minus dilecti, quam magis dilecti.*
28 *Et oſtenditur potius verborum ſignificatio, ne abſurdum ſequatur.*
29 *Legatum dicitur cauſa lucratiua.*
30 *Superfluitas toleratur, cum in diſpoſitione ſuperflua mixtum eſt aliquid noui.*
32 *Legatum factum coniuncta perſona plenius & largo interpretari debet, contra aliam pariter coniunctam & nu 33.*
34 *Vno filio inſtituto in aliquo re particulariter, eâ re exiſta, poteſt agere contra fratrem de euictione.*
35 *Diuerſitas caſuum inducit diuerſitatem iuris.*
36 *Mater diues tenetur dotare filiam ſtante inopia patris. & nu.37.*
38 *Quo fit, vt tenentur aliquid relinquere filia iure inſtitutionis, ne prætrita teſtamentum corrueret & nu.39.*
39 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
41 *Clauſula codicillaris operatur, vt quod legatum eſt, titulo inſtitutionis relictum cenſeatur, etiam ſi ea ſine teſtamento poſita ſit. nu 42. 43 & 44.*
45 *Actus, qui venit in executionem alterius actus præambuli, dicitur illius implementum*
46 *Et qui ſequitur, præſumitur factus ſecundum cauſam præcedentem.*
47 *Et ex actu præcedenti declaratur ſequens.*
48 *Et non debet operari præter agentis mentem.*

CONSIL. DCCLXXIV.

INIQVE petit hęc D. Leonora libras 300. ſuper domo, de qua in teſtamento materno, à D. Iacobo fratre ſuo, cum ſaltem tres ex teſtibus examinatis & inſtrumentarijs, vt ſecundus, quartus & vltimus aſſerant, do. Iuliam matrem dixiſſe, quod ſolebat aliquid aliud relinquere dictæ Leonoræ, præterea quod habuerat; & licet non recorderitur, teſtatricem dixiſſe de libris 300. non tamen inde reprobatur inſtrumentum, vt per Innoc. & alios, *in c. cum Ioannes. de fid. inſtr.* Bart. *in l.1. §. ſi quis neget. n.9. ff. quem. teſt. aper.* & Alex. *conſ.33. col. fin. verſ. accedit etiam. ff. quo. teſt. aper.* ſicut nec per duos alios ex dictis teſtibus, dicentibus ſe non recordari, quod interfuerint dicto teſtamento, † cum tres ſupradicti ſuffi- 1
ciant in hoc teſtamento, condito inter liberos, vbi duo ſufficiunt, *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* & ibi Iaſ. *num.6. C. de teſt.* Rub. *conſ.6. in prin.* Et † vbi teſtes vltra numerum requi- 2
ſitum etiam contradicunt inſtrumento, (quod iſti non faciunt) illud non redditur ſuſpectum, ſed remanet validum, vt per Bart. *in d. §. ſi quis neget. n.2.* poſt gloſ. & alios, late Marſ. *ſingul.285.* Boer. *deciſ.118.* & Iaſ. *conſ.124. vol.1.* Et † licet dictum 3
teſtamentum proponatur eſſe defectiuum, reſpectu temporis: nam cum adſit memoria, & partes aſſenſerint, id ſuf-

4 ſe factum de anno 1580. 22. Iun. ſufficere debet, quia † pro-
batio nulla validior eſt ea, quæ ex confeſſione deſcendit, *l. 1.*
in fin. ff. de inter. act. Crau. *conſ. 61. n. 3. conſ. 171. nu. 4.* & in alijs lo-
5 cis ab eo relatis, *conſ. 767. n. 9.* qui dicit, † confeſſionem obti-
nere poteſtatem ſcripturæ in caſibus, vbi probatio ſcriptu-
ram poſtulat; vnde ſuper his res clara redditur. Verum quia
6 ſentio fieri vim, quod cum dom. Iulia † conſignauerit huic
filiæ ſuæ libras 300. pro dote ſua, ſuper domo ſita in con-
trata S. Benedicti, vt patet in inſtrumento rogato per dom.
Raynaldum de Hectore, de anno 1553. 12. April. debet dicta
filia tantundem habere, vigore legati ſibi à matre facti in
dicto teſtamento, in hæc verba: *Item iure legati reliquit dom.*
Leonora eius filia libras 300. pro dotibus ſuis ſuper domo exiſtente in
contrata S. Benedicti, iuxta quoſcunque ſuos confines. Super hoc
eſt diligentius cogitandum. Primo namque dicitur ad fa-
7 uorem dictæ filię, quod † legatum cenſetur in dubio factū,
vt ex eo legatarius commodum conſequatur, & quod teſtator
voluerit heredē duplici onere grauare, ne legatū remaneat
inutile, & nullū commodū afferat legatario, *l. qui concubinā.*
§. qui hortos. ff. de leg. 3. Caſtr. *conſ. 224. vol. 2.* Crot. *conſ. 314. nu. 3.*
8 Secundo, cum † fuerit factum filiæ, & ſic coniunctę per-
ſonæ, plenius eſt interpretandum, *l. apud Iul. §. Seio. ff. de leg. 1.*
Bart. *in l. Aurelio. §. Gaius. col. pen. verſ. quæro quando. ff. de liber. leg.*
Corn. *conſ. 103. nu. 5. vol. 4.* Dec. *conſ. 69. nu. 5. conſ. 92. col. 2.* Goz.
conſ. 82. n. 12. cum ſimil. per Ceph. *conſ. 144. n. 24.* Crau. *conſ. 432.*
& late plures cumulans firmat Surdus *conſ. 112. n. 52.*
9 Tertio, cum dom. Iulia † iam dotaſſet hanc filiam in in-
ſtrumento prædicto, non tenebatur amplius ex obligatio-
ne iuris aliquid vlterius ei relinquere, ſed voluntarie potius
id egit; ergo tale legatum non venit compenſandum, nec
factum præſumitur animo compenſandi, *l. vnica. §. ſciendum.*
C. de rei vx. act. l. creditorem ff. de leg. 2. Bar. Caſtr. Alex. & alij, *in*
l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matr. Natta *conſ. 110. vol. 15.* & Sur-
dus *in d. conſ. 112. nu. 42.* poſt multos, potiſſime Alexandrum,
10 *conſ. 12. nu. 5. vol. 2.* vbi concludit, † legatum non compenſari
cum debito procedente ex contractu voluntario, vt decla-
rat Dec. *conſ. 425. col. pen.* Ruin. *conſ. 80. n. 8. vol. 2. & conſ. 92. n. 5.*
11 *vol. 5.* vbi dicit, Bartolum & † Dd. communiter hoc tenere,
12 & vt pulchre ſubdit ille Surdus *n. 64.* † debitum dicitur eſſe
voluntarium, quando quis in illud incidit ex propria vo-
luntate, & ex proprio contractu, vel facto, nulla iuris ſubſi-
ſtente neceſſitate, attento principio & origine, vt declarat
Crau. *in conſ. pro genero. nu. 32. & deciſ. Pedem. 167. per tot.* quod
ad vnguem verificari videtur in caſu noſtro: nam do. Iulia,
13 mater † huius Leonoræ, non tenebatur eam dotare, vt te-
net Bar. *in l. 1. ff. ſol. matr.* vbi dicit Alex. hoc regulariter pro-
cedere, idemq; Ripa, *n. 77.* adducitq; eum pariter Surdus *in*
14 *l. ſi poteſt. in fin. ff. de acq. hered.* dicentem, quod † non dicitur
actus neceſſarius, qui ſequitur ex alio actu voluntario præ-
cedente, ſed talis actus dicitur voluntarius propter origi-
nem; & idem dicit Imola *in l. geritur. in fin. ff. eod. tit.* & pro-
pterea, cum dicta conſignatio dotis præambula fuerit vo-
luntaria; legatumq; ſequens pariter voluntarium, non cen-
ſetur factum animo compenſandi, ſicq; dom. Leonora de-
bet habere vtramq; ſummam ſuper dicta domo.
15 Quarto, cum do. Iulia iam † conſignaſſet partem d. do-
mus pro dote filiæ, & eius genero, legando poſtmodum li-
bras 300. ſuper d. domo, cenſetur eas legaſſe de parte non
conſignata dictæ domus, in qua ius habebat, vt per Paſet-
tum *conſ. 206. cum ſeq.* & ex prædictis concluditur, intentio-
nem dom. Leonoræ probabilem reddi: quibus tamen non
obſtantibus in contrariam ſententiam, vti de iure veriò-
rem, deſcendo pro do. Iacobo, filio teſtatricis, inſtituto he-
rede vniuerſali ab ea, & fratre dictæ Leonoræ. Moueor in-
primis, quia teſtatrix legauit dictæ Leonoræ libras 300. pro
dotibus ſuis; quo ſtante, ſuccedit textus, *in l. Titia. §. qui in vi-*
16 *ta. ff. de leg. 2.* vbi ſignanter notat Bald. quod † pater in dubio
non videtur dotem duplicare, ſubditq; poſt Hugulinum,
17 quod ſi † filiæ legetur pro dote, filia debeat eſſe altero con-
tenta: cenſetur enim factum legatum animo compenſandi,
vt etiam tradit Bero. *q. 92. ſub n. 6. col. ſeq.* præter quem id con-
18 firmo, ponderando dictionem, † *pro,* quæ iuncta verbo, *do-*
tibus, exponitur, *nomine ſeu occaſione dotium. l. ſi dotem. §. inter-*
dum. & ibi not. Bar. *ff. de leg. 3.* vbi dicit, tantum eſſe dicere,
pro Titio, quantum *nomine Titij;* ſequitur Ruin. *conſ. 63. n. 3. vol.*
4. Si ergo † legatum factum fuit eiuſdem ſummæ, & ſuper 19
dicta domo, & nomine dotis, inde colligitur, quod noluit
duplicare dictam ſummam, ſed animo compenſandi cum
conſignata in contractu eam legare.
Secundo confirmatur, quia † dos in effectu conſiſtebat 20
in quantitate, quia mater conſignauit in dotem tantam
partem domus, quantam caperent libræ 300. & dom. Iaco-
bus filius eius fuit heres inſtitutus, quem duplici onere gra-
uare voluiſſe mater non præſumitur, *d. §. qui in vita.* His igi-
tur duobus concurrentibus, dicendum eſt, matrem noluiſ-
ſe duplicare dotem, ſed legaſſe d. libras 300. animo com-
penſandi, vt concludit in terminis Bero. *in d. q. 92. col. 5.*
Tertio pariter accedit, quod † in inſtrumento dictæ do- 21
tis pactum fuit appoſitum, reluendi dictam domum pro li-
bris 300. inueſtiendis per ipſam matrem, vel Iacobum, eo-
que caſu teneretur maritus Leonoræ relaxare prædictis di-
ctam domum: ergo datur intelligi, quod præſumitur poſt-
ea, legando dictas libras 300. feciſſe animo reluendi di-
ctam domum, & compenſandi cum dote præambula, non
autem eam duplicandi, quia † præcedentia declarant ſe- 22
quentia, *l. ſi ſeruus plurium. in fine. ff. de leg. 1.* vbi dicit Iaſ. *nu. 3.*
hoc procedere, quando præcedentia fuerunt expreſſa &
determinata, & ſequentia ſunt obſcura vel generalia: tunc
enim præcedentia determinant & declarant ſequentia, vt
eleganter declarat Bal. poſt Cyn. *in l. legatorum petitio. §. fin. in*
fin. ff. de legat. 2. per illum tex. Bald. Imol. & Mod. *in l. coheredi.*
§. ſi quis diſcretas. per illum tex. *ff. de vul. & pup.* ſed in caſu no-
ſtro dos determinata fuit & expreſſa in tanta parte domus,
quantam caperent libræ 300. cum pacto reluendi pro di-
cta ſumma: legatum vero librarum 300. pro dotibus ſuper
d. domo, vel obſcurum, vel generale fuit, an animo dupli-
candi, vel compenſandi factum fuerit; ergo declarari debet
ex conſignatione præcedenti, quod animo compenſandi
cum dote præambula, & reluendi dictam partem domus,
pro dote conſignatæ, factum fuerit.
Quarto diligenter pondero, verba dicti legati librarum
300. facti dom. Leonoræ pro dotibus ſuis, ſuper domo in
contrata S. Benedicti: illa namque dictio, † *ſuper,* denotat 23
hypothecam pro dicto legato librarum 300. quam voluit
mater conſtituere filiæ ſuper dicta domo, prout eſt natura
illius dictionis, *ſuper,* vt notat Bar. per illum tex. *in l. codicillis.*
§. inſtituto. ff. de lega. 2. & in l. fundus qui ff. de ann. lega. Caſtr. *in l.*
1. in fin. ff. de pig. act. Alex. *in l. reſcriptum. §. ſi pactum.* & ibi Iaſ. in
vltimis verbis, *ff. de pact.* idemque Iaſ. *in auth. ſacramenta pube-*
rum. n. 26. C. ſi aduer. ven. Rip. *in rub. ff. de pig. n. 5.* & alij, quos cu-
mulat Decian. *reſp. 107. num. 14. vol. 3.* hanc enim hypothecam
non conſtituerat mater in inſtrumento conſignationis do-
tis genero ſuo: probatur; nam conſignata tanta parte do-
mus, quantam caperent libræ 300. tranſtulit omnia iura, &
omnes actiones reales & perſonales, vtiles & directas, taci-
tas & expreſſas, ſiue mixtas, & alias quaſcunq;, quæ, & quas
ipſa domina habebat in dicta re, prædicto modo conceſſa,
& ſic in dicta parte d. domus, & in ea parte non habebat
hypothecam, vt in propria, in qua non cadit pignus nec hy-
potheca, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* ergo eam non tranſtule-
rat: ſed quando legauit dictas libras 300. pro dotibus, ſuper
domo, bene tranſtulit hypothecariam; quia ſi pars eius do-
mus in dotem conceſſa forſan euinceretur, voluit quod ſu-
per ea non conceſſa regreſſum haberet, per hypotheca-
riam: igitur cum ad hunc finem & effectum fecerit dictum
legatum, dici non debet, quod voluerit illud facere animo
multiplicandi dotem, † quia inducta ad vnum effectum, 24
non debent alium diuerſum operari, *l. legata inutiliter. ff. de*
adim. leg. l. cum tale. §. fin. ff. de cond. & dem. l. ſi mancipia. ff. de fun.
inſtr. l. Titia. §. fin. ff. de manu. teſtam. cum vulgarib.
Quinto, cum mater iam dotem dediſſet in inſtrumento
genero, pro filia, ſi diceremus, quod legando voluiſſet eam
duplicare, donatio induceretur, cui natura mulieris con-
tradicit, † quæ genus auariſſimum appellatur, gl. *in l. ſed ſi e-* 25
go. in fine. ff. ad Vellea. l. ſi ſtipulata. in fin. ff. de donat. int. vir. & v-
xor. l. ſi à ſponſo. C. de don. ante nupt. vbi nec erga maritum libe-
ralis

talis præſumitur, vt per Bal. Nouel *in l.1. nu.19. ff. ſolut. mat.* & corporis magis, quam bonorum prodiga reputatur. Barb. *in l. ii cui bonis. ff. de verb. obl.* de quo meminit Boer. *q.317. num.9. in fine.* & Crau. *conſil.862. num.3.* Si ergo donatio non præſumitur, ceſſat duplicatio dotis, & compenſationi locus eſſe debet.

Sexto clarum eſt ex teſtamento dom. Iuliæ, Leonoram minus dilectam fuiſſe Iacobo fratre ſuo, cum illi 300. relicta fuerint, Iacobus vero fuerit heres inſtitutus, ſiquidem
26 hereditates † non modo honeſto tit. ſed & pleniore honore tribuuntur, quam legata, *l. filium. §. ſed ſi port 10. ff. de leg. præſtan.* At ſi diceremus, matrem voluiſſe duplicare dotem, dando prius tantam partem domus in dotem, quantam caperent libræ 300. poſteaque legando rurſus totidem libras, vtique melior eſſet conditio Leonoræ minus dilectæ, quia haberet libras ſexcentas, Iacobi vero conditio magis dilecti deterior eſſet, cum vix libræ 300. ei ſupereſſent de dicta domo, valoris in totum, vt audio, librarum 900. hoc autem reputatur † abſurdum in iure noſtro, quod melior ſit
27 conditio minus dilecti, quam magis dilecti, *l. Publius. §. 1. ff. de cond. & demon. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de lib. legat. l. qui fundum. §. qui filios. in fin. ff. ad l. Falcid.* Bart. *in l. quidam relegatus. §. 1. in fin. ff. de reb. dub.* cum ſimilib. per Crauet. *conſil. 623. ſub numer. 9. verſicul. de minus dilecto.* at abſurdi fugiendi cauſa verba generalia reſtringi debent, iux. not. *in l. omnes. C. ſine cenſ. vel rel.* Caſtrenſ. *conſil.50. colum.2. vol.2.* imo & vniuerſalia. Bar. *in l.1. § nuntiatio. ff. de oper. non. nunt.* recentiores *in l. 1. ff. de leg 1.* Iaſ. *conſil.182. colum. 6. poſt medium. volum. 2.* Imo ver-
28 borum † ſignificationem offendimus, ne quicquam abſurdi ſequatur. Bartol. *in l. omnes populi. in 6. quæſt. princip. verſicul. iuxta præmiſſa. ff. de iuſt. & iure. & in l. non dubium. C. de legib.* vbi verba lædenda putat, mente teſtatoris hoc ferente, at mentem non conſtare ſubijcit, vbicunque abſonum ſequeretur. Idemque tradit Alexan. *conſil.52. colum.2. verſic.2. confirmo vol.1. & conſil.85. col.3. volum.4.* Aret. *conſ.66. colum.1. verſic. ſi ergo actoris actus.* & Dec. *in c. cum inter. col.2. de except.* igitur, vt concludam, legatum de libris 300. Leonoræ factum pro dotibus, ſuper dicta domo, debet intelligi animo compenſandi cum dote, non autem eam duplicandi. Ex his tandem patet, ne ſim prolixior in fundanda concluſione pro dom. Iacobo, ſuam intentionem probabilem reddi, quæ clarior quoque reddetur, ſingulis contrarijs reſpondendo, ad quod me totum paratum exhibeo. Quatenus ergo primo dicebatur, in dubio legatum cenſeri factum, vt ex eo legatarius commodum conſequatur, licet id poſſit eſſe verum,
29 legatum † namque dicitur cauſa lucratiua, *§. ſi res aliena. inſtit. gloſſ. Inſt. de legat. l. fin. §. ſi vero creditores C. de iure delib.* tamen neque remanebit inutile, neque ſuperfluum dictum legatum, ſi dicatur factum ſine duplicatione dotis, cum afferetur ex eo commodum hypothecariæ, quod ex conſignatione dotis non habebat dom. Leonora, nec eius mari-
30 tus, vt ſupra dixi quarto loco. Et ſuperfluitas † toleratur, quando in diſpoſitione ſuperflua mixtum eſt aliquid noui, vt eleganter tradit Ruin. *conſil.192. num.13. vol.2.* quem ſequitur Ceph. *conſil.171. num.29.* hincque ceſſat, quod ſubijciebatur, præſumi teſtatorem voluiſſe heredem duplici onere grauare, ne legatum remaneat inutile, nullumq; commodum afferat legatario; quod & ego latius comprobaui *in rubr. C. qui admit. nu.248. cum ſeq.* hic enim affertur commodum legatario actionis hypothecariæ. Sed vlterius ex alio
31 ſumus in caſu tuto pro dom. Iacobo: † nam in dote maior quantitas continebatur, quam in legato ſecuto; probatur ex inſtrumento dotis, in quo conſignata fuit tanta pars domus, quantam caperent libræ 300. & vltra libræ 60. in tot bonis mobilibus: ſpouſæ legatum vero tantum fuit de libris 300. quo ſtante ſoccedit in terminis textus *in d. §. qui in vita. verſ. ſic enim.* vbi dicitur, quod ſi quidem maior quantitas in priore dote fuerit, puta dos fuit 10. legatum 5. vt inquit gloſſ. ſubdit textus, illius, ſcilicet, dotis, quæ excedit legatum, vt exponit gloſſ. portione ſit tantummodo mulier contenta, ſcilicet quinque; ſic etiam dici debet in caſu noſtro, quod iſta Leonora debeat eſſe contenta conſequendi libras illas 60. quæ plus erant in dote, quam in legato, non autem rurſus alia 300. imo, cum & dicta 60. maritus habuerit, non debet rurſus ea velle. Ad ſecundum, quo dicebatur, cum legatum fuerit factum coniunctæ perſonæ, videlicet filiæ, plenius interpretandum fore, reſpondetur ex eodemmet Surdo *in d. conſ.112. nu.77.* qui videri debuit, cum alias inutile ſit, niſi trita lege perſpecta, ex aliqua eius particula iudicare, *l. inciuile. ff. de legib.* id † enim limitat, vbi pa- 32
riter heres eſt ſanguine coniunctus vel affinitate, qualis eſt dom. Iacobus filius & frater reſpectiue: tunc enim legatum non debet large in fauorem vnius coniuncti, & in odium alterius intelligi; † par enim cauſa affectionis talem inter- 33
pretationem excludit, *arg. l. non ſolum. §. 1. ff. de ritu nupt.* per quam rationem ſic inquit Cephal. *conſil.14. num.21. verſ.3. dictum.* & præter eum confirmat Surdus *d. loco.* Nec me turbat, quod idem ſubdit *num.79.* poſt Salycetum *in l. cum alienam. nu.10. verſ. item ſi filiorum. C. de legat.* quem ſequitur Corn. *conſ. 155. colum.2. vol. 3.* quod † ſi vnus ex filijs fuerit inſtitutus he- 34
res vniuerſalis, alteri vero filio factum legatum particulare, quod euincatur ei, ſibi præſtari debet euictio contra fratrem inſtitutum, nulla habita ratione, quod ille frater inſtitutus ſit in pari gradu agnationis: id enim contingit, propter inuidiam, quæ naſceretur inter fratrem legatarium cum fratre inſtituto, ſi perderet legatum ſibi euictum, nec poſſet habere regreſſum contra fratrem inſtitutum; ſed caſus noſter ab eo differt: nam dom. Leonora ſuam habuit dotem ex inſtrumento dotis, qua non priuatur, licet legatum dicatur factum animo compenſandi, ſed id tantum ſequitur, ne lucretur, & bis idem conſequatur, quæ diuerſa ſunt, arg. tex. *in l.4. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Dec. *conſ.260.* & Soc. iun. *conſ.124. num.4. vol.3.* vnde Surdo non aſſentio, qui dixit, ex illo dicto Salyceti deſtrui limitationem prædictam Cephali *in d. conſil.14.* † ſtante diuerſitate caſuum & rationis inter 35
eos, ex quibus diuerſitas iuris inducitur, *l. interpoſitas. C. de tranſact.* Alber. *in l. ſi ex plagis. § in cliuo. ff. ad legem Aquil.* Senat. Pedemon. *deciſ.99. numer.34.* & ego dixi *conſil. 252. numer.80.* Nunc ad tertium motiuum deſcendo; quod quando debitum præcedens erat voluntarium, legatum ſequens non cenſetur factum animo compenſandi: nam diligentius aduerti debet, quod † imo debitum dotis fuerat neceſſarium ſtante patris inopia, quo caſu mater diues tenetur dotare filiam, vt tenent Bar. Cyn. Albet. Bald. & alij communiter, vt teſtatur Ripa *in l.1. num.79. ff. ſolut. matrim.* qui ſubdit, quod mater † tenetur in defectum patris; & hæc eſt illa rationa- 37
bilis & magna cauſa, de qua *in l. mater. C. de iure dot.* propter quam mater tenetur dotare filiam condecenter, ſicut teneretur pater, ſi eſſet idoneus facultatibus, vt declarat Ripa; igitur præcedente debito neceſſario ſequitur, legatum ſequens cenſeri factum animo compenſandi. Sed vlterius addo, quod † etiam legatum factum fuit ex neceſſitate, 38
quia ſi mater nihil dom. Leonoræ reliquiſſet in teſtamento, & ſic eam præteriſſet, teſtamentum ſuum vitio præteritionis corruiſſet, *§. eſt & aliud. & ibi not. in auct. vt cum de app. cognoſ.* ergo dictum legatum dicitur factum ex neceſſitate, ne teſtamentum corrueret, ſicque præſumitur actus ille legandi factus ex cauſa neceſſaria, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum ſeruus. & in l. triticum. ff. de verb. obl. gloſſ. in l. ſed et ſi vir. ff. de don. inter vir. & vxor.* Caſtren. *conſ.133. & conſ.410. vol.2.* Abb. *conſil. 116. vol.2.* Roman. *conſil.247. col.2.* Corn. *conſ.316. col.3. volum.1.* Crau. *conſ.149. num.12.* & ego *conſ.257. nu.56.* ne teſtamentum corrueret, non autem factum dicitur legatum prædictum animo duplicandi dotem, ſed compenſandi tantum: quod etiam confirmatur (& erit ſeptimum fundamentum pro do. Iacobo) ex pacto reſtitutionis dotis, in inſtrumento poſito, vbi maritus do. Leonoræ promiſit eius matri, & not. ſtipulanti, reſtituere d. Leonoræ dictam partem domus, ſi tunc penes eum reperietur, vel eius pretium, videlicet libras 300. ex reluitione, quod eſt ſignum manifeſtum, quod mater nolebat eam vtrumq; conſequi; propterea legatum earum ſibi factum poſtea debet intelligi, quod eo tantum contenta ſit, vel parte d. domus tantum, quia † mutatio vo- 39
luntatis non præſumitur, *l. cum tacitum. ff. de prob. l. cum hic ſtatus. poſt princ.* & ibi not. Bar. *ff. de don. inter vir. & vxor.* Alex. *conſ.113. num.19. vol.6.* Idque confirmant tres teſtes allegati, vt

ſecundus, dicens, quod interrogata à Notario do. Iulia, an
vellet aliquam rem relinquere ſuæ filiæ, *oltra quello, che ha-*
uea hauuto? les li riſpoſe, meſſer no, che non gli voglio laſciare altro
di quello, che ella habbia hauuto, che pur troppo ne ha hauuto. id eſt:
vltra id, quod conſecuta erat? ipſa ei reſpondebat, non domine, nolo
enim aliud ei relinquere, quam conſecuta fuit, quia iam antea ni-
mium conſecuta fuit. Idemque ſentit vlnimus, dicens, *che ne*
haueua dato pur troppo. id eſt, *quod iam dediſſet nimium.* Et clarius
quoque tertius dicit, *la qual riſpoſe, altro non li voglio laſciare,*
che le lire 300. che les ha hauuto. id eſt: *quæ reſpondit, aliud ei nolo*
relinquere, quam libras 300. quas conſecuta fuit. quæ erant ſuper
dicta parte domus ſibi in dotem conſignata, vnde pariter
legatum poſtea factum debet intelligi reſtrictum ad ſuas
dotes, vt loquitur, pro dotibus ſuis, non autem vltra dotes
ſuas, & ſic animo compenſandi dictas libras 300. non au-
tem duplicandi dotes: nec dicatur, allegatæ neceſſitati con-
ſeruandi teſtamentum bene prouiſum fuiſſe per illud lega-
40 tum filiæ factum, quia † filiæ relinqui debet tit. inſtitutio-
nis, etiam de iure canonico, ſecundum magis communem
opin. de qua teſtatur Iaſ. *in auth. nouiſſima. ſub num. 31. C. de in-*
off. teſt. & dom. meus Rimin. *conſ. 437.* nam cum reliquerit
dictas libras 300. pro dotibus ſuis, intelligitur iure inſtitu-
tionis legaſſe, vt idem Rimin. ponit *conſil. 111.* & etiam con-
firmatur ex clauſula codicillari inferius poſita, vbi volun-
tatem ſuam valere voluit etiam iure codicillorum, iure do-
nationis cauſa mortis, ſeu iure cuiuslibet alterius vltimæ
voluntatis, qua magis & melius valere poterit firmiter, at-
41 que tenere. Hæc † enim clauſula viſque verborum perinde
operatur, ac ſi expreſſiſſet, ſe relinquere tit. inſtitutionis, &
teſtamentum valet, vt tradit Caſtrenſ. *conſ. 323. colum. pen. vo-*
42 *lum...* Soc. *conſil. 66. nu. 18. vol. 3.* Fulg. *conſ. 90.* vbi † ampliat, et-
iamſi in fine teſtamenti ſit poſita, vt hic reperitur: & cum
prædictis concordat etiam Marſil. *ſingul. 36.* & Curt. iun.
conſ. 71. num. 12. plures allegans, & potiſſime Baldum *in l. quo-*
43 *tiens. C. de her. inſt.* dicentem, quod per † illam clauſulam
ſuppletur tit. inſtitutionis, qui debebat exprimi, & ego i-
dem dixi *conſ. 241. in fin.* nec mirum id videri debet, quia di-
44 cta verba, † *qua magis & melius valere poterit*, demonſtrant,
quod dom. Iulia noluerit ſe reſtringere ad titulum legati
ſuperius expreſſum, ſed pinguius loqui, vt per Bald. *in l. v-*
num. col. 5. ff. ſi cer. pet. & conſil. 489. in cauſa vertitur. vol. 3. Ale-
xan. *conſil. 113. vol. 3.* Soc. *conſ. 124. col. pen. vol. 1.* Rum. *conſ. 9. num.*
14. vol. 5. Crau. *conſ. fin. num. 15.* & ego *conſ. 12. nu. 13. & d. conſil.*
241. col. final.

Ad vltimum quarto loco poſitum dico, illud retor-
quendo, quod cum in inſtrumento reſeruatum eſſet dom.
Iuliæ ius reluendi dictam partem domus in dotem conſi-
gnatam, legando poſtmodum libras 300. pro dotibus ſuis
filiæ ſuper dotibus ſuis, dicitur illud legatum feciſſe pro im-
45 plemento dictæ reluitionis dictæ domus: actus † enim, qui
venit in executione alterius actus præambuli, dicitur illius
46 implementum, vt ego dixi *conſil. 253. num. 2.* & † actus, qui
ſequitur, præſumitur factus ſecundum cauſam præceden-
tem, *l. quadam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poſſ.* quibus
ſic arguit Crau. *conſil. 91. num. 9.* & ab ea determinatur, ob
quam geritur, *l. Seio amico.* vbi Bart. *ff. de annu. leg.* Burſat. *conſ.*
174. nu. 29. & ego *conſ. 362. num. 6.* vbi rationem adduco, quia
47 ex actu † præcedenti declaratur ſequens, *l. Falcinius. §. quid*
ſit latitare. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. l. apud Celſum. §. 1. ff. de dol.
excep. Caſtr. *conſ. 4. deciſ.* Neapol. *319 nu. 5.* Soc. iun. *conſ. 37. num.*
9. volum. 4. Et certe, vt concludam, cum intentio dictæ Iuliæ
fuerit, vt dom. Leonora non haberet niſi tantam partem
dictæ domus, quantam caperent libræ 300. pro dotibus
ſuis, legatum ſibi factum de libris 300. pro dotibus ſuis, &
ſuper d. domo, non debet operari, quod eas habeat vltra
48 dotem, ſicque libras ſexcentum, † quia actus non debet o-
perari præter agentis mentem, *l. non omnis. in prin. ff. ſi cer. pet.*
c. 2. de ordin. cognit. c. homines. & c. final. 22. q. 2. c. ſi quis presbyter.
de conſecrat. diſtin. 4. quæ iura citat ad hoc Crau. *conſ. 471. num.*
2. Igitur ex iſtis omnibus & fundata remanet defenſio dom.
Iacobi contra ſororem, & illius intentio prorſus reiecta, ſic
vt illa veniat abſoluenda à libris 300. ſupra quibus pro do-
te ſua contenta eſſe debet, vel ſuper tanta parte dictæ do-
mus, vt dictum fuit in inſtrumento, vel in tanta ſumma, ſi
eam habet dom. Iacobus, ex electione ſibi data pariter in
inſtrumento, vt heredi matris ſuæ, prout in eo dicitur.

Pro quadam domina Serena.

ARG. An matre inſtituta, eique quandocunque decedenti, ſororibus ſubſtitutis, & velut heredibus vniuerſalibus inſtitutis, ſi ſorores, relictis liberis, ante matrem decedant, defuncta matre hereditas ad liberos prædefunctarum ſororum iure transmiſſionis deferatur, an vero ſubſtitutio illarum, ſeu fideicommiſſum, quia ante matrem inſtitutam deceſſerunt, factum ſit caducum. Item an ſubſtitutio vltra pubertatem facta verbis directis exſpiret, vel ad commiſſariam trahatur, maxime ſi adiecta ſit in teſtamento clauſula codicillaris.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio & fideicommiſſum an fiat caducum & exſpiret, ſi ſubſtituti moriantur ante inſtitutum.*
2 *Verbum,* ſubſtituit, *eſt commune tam directæ, quam obliquæ inſtitutioni.*
3 *Verbum,* heredes, *directum repugnat fideicom.*
4 *Hereditas non adita non tranſmittitur.*
5 *Subſtitutio facta alicui quandocunque decedenti an ſit compendioſa. nu. 6.*
7 *Mori quis ſemper poteſt.*
8 *Verbum,* quandocunque, *an comprehendat fideicommiſſariam.*
9 *Subſtitutio compendioſa continet plures ſubſtitutiones non actu, ſed a potentia.*
10 *An ſubſtitutio directa facta à pagano, verbis directis, poſt pubertatem, exſpiret, vel ad fideicommiſſum trahatur & nu. 11 & 12.*
13 *Subſtitutio directa facta poſt pubertatem ad fideicommiſſariam trahitur, adiecta in teſtamento clauſula codicillari. & nu. 14.*
15 *Hereditas non adita tranſmittitur inter liberos, ſi tranſmittens ſit de liberis teſtatoris.*

CONSIL. DCCLXXV.

IN præſenti cauſa teſtatoris, qui D. Eliſabetham matrem
inſtituit, & ei quandocunque decedenti ſubſtituit, & ve-
lut heredes vniuerſales inſtituit, nominauit, & eſſe voluit
D. Serenam, Catharinam & Lauram, ſorores ipſius teſtato-
ris, quo mortuo, viuente D. Eliſabetha, deceſſerunt Catha-
rina & Laura, relictis filijs, deinde perijt Eliſabetha, dictis
filijs & Serena relictis; dicebam ſuperioribus diebus, quod
cum † Catharina & Laura ſubſtitutæ prædeceſſerint Eliſa- 1
bethæ, fideicommiſſum velut caducum exſpirauit, *l. vnica. §.*
in primo & §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. tollen. Oldr. *conſ.*
21. Soc. *conſ. 7. volum. 4.* Ruin. *conſ. 54. col. 7. vol. 2.* Ceph. *conſ. 258.*
nu. 5. Matth. Brun. *conſ. 112. nu. 20.* & Io. Botta. *conſ. 50. num. 27.*
cum ſimilibus. Sed quia dicta mea concluſio vocatur in du-
bium per Excellen. D. Hanibalem Spazinum, videndum
eſt, quis ex nobis melius ſentiat: inquit ille, quod ego præ-
ſuppoſui, in hoc tractari de mera ſubſtitutione conditio-
nali, quæ operatur, vt interim ius hereditatis adeundæ &
acquirendæ ſtet in ſuſpenſo; ſed factum aliter ſe habet, vt
verba teſtamenti ſupra relata demonſtrant, videlicet, *cui*
dom. Eliſabetha quandocunque decedenti ſubſtituit, & velut ſuas
heredes vniuerſales in omnibus bonis prædicti teſtatoris inſtituit,
nominauit, & eſſe voluit dom. Serenam, Catharinam & Lauram;
quæ verba non importan, quod prædictæ mulieres ſint
conditionaliter ſubſtitutę dom. Eliſabethæ, ſed meram he-
redis inſtitutionem continent, non obſtante dicto verbo,
ſubſtituit, † communi, tam ad directam, quam obliquam 2
inſtitutionem: nam † verbum, *heredes*, directum, ſequens, 3
omnino fideicommiſſo repugnat, vt per Decian. *reſp. 84. nu.*
6. volum 3. † vnde licet alias hereditas non adita non trans- 4
mittatur, *d. l. vnica. § in nouiſſimo.* ſecus tamen eſt in liberis, vt
ſunt dicti filij actores, vt ibi & *in l. vnic. C. de his, qui ant. apert.*
tab. ego vero, non obſtantibus prædictis, in priori ſententia
mea pro veritate perſiſto, nec in facto erraui; ſed quod ob-
ijcitur mihi, retorqueri poteſt in alterum: ponderanda ſunt
igitur diligenter illa verba, *cui domin. Eliſabetha † quando-* 5
cunque

Digitized by Google

cunque decedenti ſubſtituit D. Serenam, &c. hæc enim fuit compendioſa ſubſtitutio duplici reſpectu, primo propter adiectionem temporis, importati per diſtributiuum, *quandocunque*, quod ſine dubio continet fideicommiſſariam poſt pupillarem ætatem, & aditam hereditatem, quandocunq; vt declarat Bar. *in l. centurio. ſub num. 32. verſic. quæro vtrum ſubſtitutio compendioſa. ff. de vulg. & pupil.* & poſt eum cæteri: ſecundo reſpectu propter mẽtionem mortis factam, per ver-
6 bum, *decedenti*, annexum dom. Eliſabethæ; nam † compendioſa dicitur facta mentione mortis, etiam non adiecta dictione, *quandocunque*, vt poſt gloſ. tradunt Fulg. Caſtr. & Alex. *in l. in teſtamento. C. de teſtament. mil.* Soc. *conſil. 113. col. 3. in fin.* Rip. *in d. l. centurio. n. 150. in fin.* Pariſ. *conſil. 73. n. 3. conſil. 93. n. 4. vol. 2.* Ruin. *conſil. 158. n. 15. vol. 2.* Curt. iun. *conſ. 86. col. 2. & conſ. 172. in prin.* Soc. iun. *conſil. 180. num 20. vol. 2.* quos omnes
7 adduxi *in l. precib. num. 316. C. de impub. & al. ſubſt.* † cum enim, vt ipſi dicunt, ſemper quis moo poſſit. *l. 1. ff. de cond. & demon.* etiamſi cõditio mortis ſimpliciter ſit appoſita in teſtamento, ſatis videtur complecti multa tempora; & ideo, quod
8 inquit Bart. *in d. l. centurio. ſub num. 31.* de verbo, † *quandocunque*, quod ſine dubio comprehendit fideicommiſſariam, procedit, quo ad maiorem declarationem, nun autem, quod non ſit idem, licet conditio mortis ſimpliciter fuerit in teſtamento poſita, prout declarat Dec. *conſil. 227. col. 2.* quem
9 ſequor loco citato: † hæc autem compendioſa plures ſubſtitutiones continet, non actu, ſed aptitudine; quia poterit accidere caſus, quod habebit locum ante pubertatem, & tunc comprehendet directam ſubſtitutionem pupillarem, & etiam vulgarem; poterit etiam contingere, quod habebit locum poſt pubertatem, vt in caſu noſtro, quo facta fuit D. Eliſabethæ matri teſtatoris, ſicque maiori, & tunc comprehendet fideicommiſſariam, vt declarat Florian & Imol. *in cap. Raynutius. num. 175. de teſtam.* & ego dixi *in d. l. precibus. num. 307.* Quare, ſtantibus ita prędictis, vt vere ſubſiſtunt, ſequitur & verificatur hic, quod dixi, quod agatur de fideicommiſſo conditionali facto caduco, propter mortem Catharinæ & Lauræ, viuente Eliſabetha, & ob id non tranſmiſſibili ad earum filios. *d. §. fin autem ſub conditione. cum ſimilib.* nec obſtant verba ſubſequentia teſtatoris, vbi facta ſubſtitutione D. Eliſabethæ quandocunq; decedenti, ſubiunxit, *& velut ſuas heredes vniuerſales, in omnib. bonis ipſius teſtatoris inſtituit, nominauit, & eſſe voluit dom. Serenam, Catharinam, & Lauram ſorores ipſius.* quibus verbis credidit D. Aduocatus filiorum, hanc fuiſſe meram inſtitutionem heredum, quæ fideicommiſſo repugnat; & hæc conſideratio ſua de-
10 pendet ab alia quæſtione; † An compendioſa facta à Pagano verbis directis, poſt pubertatem, exſpiret, vel ad fidei-
11 commiſſum trahatur? namque Gloſſę tenuerunt, † eam exſpirare, nec ad fideicommiſſum porrigi, quam ſententiam Socin. iun. *conſil. 138. num. 6. vol. 2.* dixit, quod Dd. magis communiter approbant, & veriorem dicunt, ſicut & ab ea non eſſe recedendum teſtatur Conſtantin. Roger. *in d. l. centu-*
12 *rio. num. 77.* At Ioan. Andr. *in c. ſi pater. de teſtam. in 6.* † tenuit, quod talis compendioſa facta verbis directis, poſt pubertatem, trahatur ad fideicommiſſum, quam ſententiam dixit But. *in d. c. Raynutius.* quod de facto ſeruatur Florentiæ, & quod hodie eam tenent communiter Canoniſtæ: verum, quoniam luculenter has opiniones examinaui. *in d. l. precibus. num. 335. cum ſequent.* nun repetam quæ ibi dixi, cum videri poſſint: ſed bene non omittam ſingularem limitationem, quam eo loco ſubiunxi, *num 422.* quod appoſita clauſula codicillari in teſtamento, prout in omnibus apponi conſueuit, per hæc verba; *ſi non valet, vel valebit, iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*; ſubſtitutio facta verbis directis poſt pubertatem, trahitur ad fideicommiſſum; ex quo enim poſt pubertatem ſubſtitutio talis iure directo valere non poteſt, & per huiuſmodi clauſulam fit digreſſio ad codicillos, in quibus directa ſubſtitutio trahitur ad fideicommiſſum. *l. Scæuola. ff. ad Treb.* nihil impedit, quominus obliquetur poſt pubertatem, & ad fideicõmiſſum trahatur, ita voluit eleganter Bald. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup.* dicens, hoc eſſe notatu dignum; & quod ibi nunquam fuit dictum; quod confirmans Ang. ibi dixit, quod eſt nouum dictum Baldi ſui fratris, ſequunturque Caſtren. Imol. Alex. & Iaſ. dicentes hoc perpetuo menti tenẽdum, † cum atten- 13
ta communi forma teſtamentorum, in qua ſemper apponi conſueuit clauſula codicillaris, ceſſabunt opiniones arduæ circa compendioſam, de quibus *in d. l. centurio.* idemque tenet Fulgoſ. *in d. l. precibus.* dicens, ſe conſuluiſſe, prout reperitur *in conſil. 43.* & alii quamplures cumulati per Dec. quibus & alios addidi *ſub d. num 422.* Cum igitur in hoc teſtamento debeat adeſſe clauſula codicillaris (quia extenſum non vidi) ſine dubio compendioſa verbis directis in eo facta, trahi debet ad fideicommiſſum, ſecundum deciſiones prædictas: Sed & omiſſo beneficio, vel præſidio dictæ clauſulæ codicillaris, defendi poteſt hoc fideicommiſſum, quo dicti filii nituntur, per text. notab. *in §. fin. Inſtit. de pup.* vbi dicitur, quod extraneo, vel filio puberi heredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi heres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit heres, ſed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum per fideicõmiſſum teſtator obliget, alii hereditatẽ reſtituere: cum ergo facta dicatur † hæc ſubſtitutio 14
matri, velut extraneæ, quia non in poteſtate teſtatoris. *§. cætera. Inſt. de her. qual. & differ.* vel maiori facta fuit, ſequitur, quod ex quo non valuit, neque valere potuit iure directo, valere debeat iure fideicommiſſi, prout eſt gloſſ. ſingularis, & melior de iure, ſecundum Bald. Imol. Modernos, & Iaſonem *in d. l. verbis. num. 18.* quam ſententiam poſtea dicit eſſe communem. Hactenus patet ex prædictis, motiuum D. Aduocati ſublatum remanere, primamque meam concluſionem firmam, & inconcuſſam remanere: Nec quicquam facit, quod vltimo loco dicit idem dom. Aduocatus, † he- 15
reditatem non aditam bene in liberos tranſmitti, *d. l. vnica. C. de his, qui ante apert. tab.* hoc enim non ſufficit, ſed oportet, quod etiam tranſmittens ſit de liberis teſtatoris; vt ibi declarat gloſſ. Caſtrenſ. & alii; ſed licet filii Catharinæ, vel Lauræ ſint quo ad eas, de liberis, quarum ſunt filii, non tamen, quo ad teſtatorem ſunt de liberis, cum is ſit frater earum, & ſic inuicem tranſuerſales. *§. ſecundo gradu. Inſt. de gradib.* quæ vero poſtremo dicuntur de filiis earum, quæ ingrediuntur in locum earum matrum, in ſucceſſione auunculi ad rem non faciunt; quia procedunt in ſucceſſione ab inteſtato, de qua non agimus, ſed ex teſtamento, & de fideicommiſſo per ſupradicta; & ita reſideo. *Hippolytus Rimin. Ferrariæ.*

Pro domino Guidone de Vecchiis.

ARG. An domus, quæ marito pro ſatisfactione dotis vxoris ſuę aſſignata fuit, vxore non pręſente, cenſeatur dotalis, ita vt ab vxore eiuſve heredibus, ſi à marito vendita fuerit, vendicari poſſit. Et quando res æſtimata, data cenſeatur. Item datio in ſolutum, quando vim venditionis obtineat. Et de præſcriptione, quando noceat ſucceſſori, & quando interrumpatur.

SVMMARIVM.

1 *An per conſignationem rei, factam abſenti, nomine pro eo recipiente, ius illi in re illa quæratur. & n. 3. & 14.*
2 *Et quid in donatione facta pauperibus, vel eccleſiæ, nomine pro eis acceptante.*
4 *In contractibus correlatiuis vna parte ſublata, tollatur altera.*
5 *Nec debet contractus claudicare, niſi fauore pupilli.*
6 *Maritus recipiens rem pro ſe, & heredibus ſuis, eam proprio, non vxoris nomine recipere cenſetur.*
7 *Vnde res empta à marito, ſuo nomine, ex pecunia dotali, non efficitur dotalis, nec actio ad eam quæritur vxori. n. 8.*
8 *Res empta per virum, de pecunia ſua, pertinet ad ipſum, non ad vxorem, licet nomen eius fuerit in inſtrumento appoſitum.*
10 *Idem obtinet in re data in ſolutum.*
11 *Dare in ſolutum eſt vendere.*
12 *Et largo modo appellatione venditionis, datio quoq; in ſolutum continetur. & n. 15.*
13 *Mulier non poteſt agere contra emptorem rei, datæ marito in ſolutum pro dote vxoris ſuæ, vel ei adiudicatæ. num. 14. 15. 16. 17.*

Digitized by Google

18 *Res, vel domus in ſolutum data aſtimata, facit emptionem, poteſtq; ſine conſenſu vxoris per maritum alienari.*

19 *Re aſtimata, marito in ſolutum dotis nomine data non ad rem, ſed ad pretium quo res aſtimata fuit, tantum contra maritum agi poteſt.*

20 *Heres heredis non poteſt venire contra factum defuncti.*

21 *Praſcriptio ſtatuti decurſu contra aliquem nocet heredi, & ſucceſſori.*

22 *Locus ſubditus regitur ſtatutis loci dominantis.*

23 *Praſcriptio formata nō poteſt interrumpi per contradictionem, ſed formanda tantum & qua dicatur formata, & formanda.*

24 *Et interrumpitur per contradictionem & impatientiam aduerſarij, quandiu eſt in fieri, non in eſſe perfecto. & n.25.26.*

Et de ratione. n.21 et 29.

27 *Re data in dotem in ſolutum aſtimata minoris quam valeat, à marito vendicari nequit, niſi ſoluto reſiduo valoris.*

28 *L.2.C.de reſcin. vend. habet locum in omnibus contractibus, & in ſpecie, in datione in ſolutum.*

29 *Dos poteſt permutari conſtante matrimonio ex pecunia in rem, ſi ſit vtile mulieri, reſque efficitur dotalis, maxime ſi nomine vxoris id factum ſit. n.30.*

31 *Dictio, pro, denotat cauſam.*

32 *Mens contrahentis attendi debet.*

33 *Si alia ſit natura contractus, quam in iudicio nominatus eſt, non ſecundum nomen, ſed naturam contractus iudicandum eſt. & n.34. & 35.*

36 *Donatio facta ob cauſam talis diiudicatur, non obſtantibus verbis appoſitis,* pure, mere, libere, & irreuocabiliter.

37 *Contrahentes praſumuntur conformare ſe voluiſſe ſtatuto.*

38 *Contrahens ſimpliciter ſuper re ad dominum pertinente, videtur contrahere ſub nomine officij, non autem ſub nomine proprio.*

39 *Facto proprio quis contrauenire non debet.*

40 *Ratificatio tam factis, quam verbis inducitur.*

41 *Quo ſit, vt ſoluens expenſas, in lite factas per ſyndicum non legitime conſtitutum, videtur geſta per eum ratificaſſe.*

42 *An ratificatio mulieris ſubſecuta emptionem rei, ex pecunia dotali ſufficiat licet à principio non interuenerit eius voluntas, vt res efficiatur dotalis. & n.43.*

44 *Res data in dotem aſtimata, non operatur venditionem, quando tempore conſignationis maritus ſoluendo non erat. & numero 45. & 50.*

Et ſi res pluris valeat, quam aſtimata eſt. n.46.

47 *Maritus fundum dotalem alienare non poteſt & n.48.*

49 *An res aſtimata in dotem data alienari poſſit. & num. 50. & ſeqq.*

53 *Rei vendicatio, competens mulieri, tranſit in eius ſucceſſorem, & heredem.*

55 *Debitor ſoluens, poteſt cogere creditorem vt ei faciat inſtrumentum abſolutionis.*

56 *Statutum de indem. mul. & eius ſolemnitas non habet locum in obligatione neceſſaria inducta à lege, vel à ſtatuto.*

50 *Contractus claudicare poteſt fauore pupilli. Et an idem in muliere & caſu dotis dicendum. n.57 58. & 59.*

60 *Intellectus l. ex pecunia C. de iure dot.*

61 *Res in dubio praſumitur empta nomine proprio mariti.*

62 *Contractus non inducitur, neq; dignoſcitur ex nomine, ſed ab effectu, & de nomine non curatur.*

63 *Geminatio oſtendit mixtam, & clariſſimam voluntatem diſponentis.*

64 *Verba,* pro ſuis heredibus *intelliguntur pro filiis communibus mariti, & vxoris.*

65 *Fructus dotis ad virum pertinent pro oneribus matrimonij.*

66 *Actio data conſtante matrimonio non competit mulieri.*

67 *Praſens, & tacens quando cenſeatur conſentire, vel non.*

68 *Praſumptio vna tollit alteram, multo magis plures vnam.*

69 *Cum ex praſumptionibus iudicandum, non vna, ſed plures requiruntur.*

70 *Heres, an, & quando poſſit contrauenire facto defuncti. & num. 71 72. 73.*

74 *Intellectus l. filius fam §. cum pater ff. de leg 1.*

75 *Intellectus ſtatuti de praſcript. 15 annorum.*

76 *Res male debita, an mox cenſeatur.*

77 *Vxor an conſtante matrimonio poſſit rem dotalem à marito alienatam, vendicare.*

78 *Praſcriptio 30. annor. parit pleniſſimam ſecuritatem.*

79 *Lex omnes. C. de praſcr. 30. ann. declaratur.*

80 *Praſcriptio non nocet illi, qui iure impediente, non valuit agere.*

81 *Et non praſumitur, cum ſit facti.*

82 *Articulus quomodo formandus ſit per reum, allegantem praſcriptionem ad ſui defenſionem.*

83 *Praſcriptio reſpectu pupillaris atatis dormit re conſistit, reſpectu autem minoris 25. ann competit reſtit in integr.*

84 *L. 2.C. de reſcin vend. quando locum habeat. & n.85.*

86 *Ædificium ſolo cedit ſi adſit mala fides, & ſcientia rei aliena.*

87 *Habitans ſimpliciter in domo alicuius, quam non conduxit, conueniri poteſt condictione ſine cauſa, ad id, quanti fuiſſet eam conducturus.*

CONSIL. DCCLXXVI.

DAta fuit, & in ſolutum conſignata domus dom. Matthæo de Vecchiis, pro dote, & ſatisfactione dotis D. Magdalenæ, vxoris ſuæ, quæ fuit libr. 1150. poſtea D. Matthæus eam vendidit D. Siuerio de Gnollis, vtaque functis coniugibus prædictis, & Capitaneo Ludouico eorum filio, D. Guido filius eius, & eorum nepos, intendit eam domum vendicare: quæritur quid iuris?

Prima conſideratione dicendum videtur, quod nequa-
quam; cum enim † D. Magdalena non fuerit præſens dictæ 1
conſignationi, nec aliquis pro ea receperit, nullum ius in
dicta domo ei fuerit quæſitum † vt de donatione facta pau- 2
peribus, vel eccleſiaſticis, nemine pro eis acceptante, not.
gloſſ. Bart. Bald. Angel. Salyc. & Caſt. *in l. illud C. de ſacroſanct.*
eccleſ. Iaſ. *in l. quis Romæ. §. Flauius. colum. pen. ff. de verb. oblig.* Io.
Andr. *in addit. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua. verſ.*
ſed a pauperes. Dec. *conſil. 35. in princip. & conſil. 226. num. 8.*
cum ſimil. à me cumulatis *Inſtitut. de donat. §. 1. num. 420.*
Vnde † ius, quod non habebat in dicta domo D. Magda- 3
lena, non potuit in D. Guidonem nepotem ſuum transfer-
re. *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. filias. C. de don. l. nemo plus iu-*
ris. ff. de regul. iur. Secundo, poſito, quod ex dicto contra-
ctu ius aliquod potuiſſet acquiri D. Magdalenæ, tamen ad-
huc animaduerti debet, quod in inſtrumento conſignatio-
nis nedum conſignata fuit domus pro dote, quæ poterat
eius fauorem reſpicere; ſed etiam continetur in eo, dotis
abſolutio facta D. Bernardo domum cōſignanti; quod po-
terat reſpicere præiudicium D. Magdalenæ: ideo cum dicta
abſolutio, ſine ſolemnitatibus à ſtatuto *de indem. mul. requi-*
ſitis, nihil valeret, non debuit etiam conſignatio domus
valere. Natura † enim contractuum correlatiuorum eſt, 4
vt vna parte ſublata, tollatur altera. *l. fin. ff. de except. l. cum*
venditio. C. de reſcind. vend. declarat Bald. *in l. ſi abſentis. ad fin.*
C. ſi cert. pet. & in c. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. dom. meus
Riminald. *conſil. 175. num. 7.* non † enim contractus debet 5
claudicare, niſi fauore pupilli. *l. Iulianus. §. ſi quis colludente,*
cum ſeq. ff. de act. empt.

Tertio accedit, quod † d. domus data fuit D. Matthæo, 6
eam recipienti, pro ſe, & heredibus ſuis, ſignum, quod eam
recepit nomine proprio, non & vxoris, vt per Corn. *conſil.*
122. colum. 3. verſ. tamen his. vol. 1. Bero. *conſil. 63. num. 7. volum. 3.*
vbi fortius dicit, eo non dicto tacite ſubintelligi, ſequitur
Roland. à Vall. *in alleg. conſil. 86. num. 7. in fin.* quibus accedit,
quod res † empta à marito, ſuo nomine, ex pecunia dotali, 7
non efficitur dotalis, nec ad eam quæritur actio vxori. *l. ex*
pecunia. C. de iure dot. & ibi Bald. reddit rationē, † quia pecu- 8
nia dotalis, poſtquam data fuit marito, nō proprie dicitur
dotalis, ſed ſimpliciter mariti, ꝙ apparet; quia maritus non
eſt obligatus ad illam quantitatem in ſpecie, ſed ad tantun-
dem in genere. *l. res in dotem. ff. eod.* & de hoc eſt etiam text. *in*
l. multum intereſt. C. ſi quis alter. vel ſibi. vbi † res empta per vi- 9
rum de pecunia ſua, qui concepit in ſe contractum verum,
pertinet ad ipſum, non autem ad vxorem, licet nomen eius
fuerit in inſtrumēto poſitum, prout in caſu noſtro videtur;
vbi domus conſignata fuit D. Matthæo recipienti pro ſe,
nomine tamen vxoris interpoſito, quatenus ſubiunctum
fuit, pro ſatisfactione dotis D. Magdalenæ vxoris ſuæ, hoc
enim nō obſtante, res efficitur mariti, veritate attenta, non
autem ſcriptura, vt declarat *ibidem* Salyc. *in princ.* idemque
dici debet ex coniecturis ſequentibus, de quibus Bald. Ca-
ſtrenſ. & alii ibidem; veluti quod traditio facta fuit marito,
& ipſe ſemper fructus percepit, mulierque nihil geſſit, nec
commodum percepit, vt in caſu noſtro ſupponitur eueniſ-
ſe, donec D. Matthæus dictam domum vendidit Gnollo: &
licet prædictæ leges. & Doctores in emptione & venditio-
ne loquantur, tamen idem ius eſſe debet † in datione in ſo- 10
lutum, de qua nos agimus, cum vicem emptionis, & ven-
ditionis gerat. *l. ſi prædium. C. de euict. l. eleganter. in princ. ff. de*
pignor. declarat Angel. *conſil. 199. tit. rem.* Fulgoſ. *conſil. 137.* Ol-
drad. *conſil. 37. in fin.* Dec. *conſil. 18. cum ſimil.* quos citat Pariſ.
conſil. 81. num. 32. volum. 2. & eleganter Natta *conſil. 207. num. 3.*
dicens poſt Bart. *in l. 1. §. cum prædium. ff. de pignor.* quod † date 11
in ſo-

Digitized by Google

in ſolutum eſt vendere, latiuſque declarat Cephal. *conſ. 159.*
12 *num. 23.* vbi dicit, quod ex quo, ſaltem largo modo, † appel-
latione venditionis, datio quoq; in ſolutum continetur, i-
gitur diſpoſitum in venditione ſaltem extenſiue procedere
debeat etiam in datione in ſolutum. *l. filium habeo. ff. ad Ma-*
ced. ſicq; Dec. argumentatur *conſ. 586. num. 8. & 9.* & in ſpecie
13 Rol. à Vall. *conſ. 87. col. 2. vol. 4.* † vbi tenet contra mulierem,
cuius marito res fuerat in ſolutum data pro dote vxoris ſuę:
negat enim mulieri dari actionem contra emptorem: pro-
14 ceditq; † ſine controuerſia, quando adiudicatio facta fuit
pro pecunia debita, prout in caſu noſtro, & quando volun-
taria fuit, vt iſta; quia D. Bernardus poterat præſtare pecu-
niam, & non domum. *l. ſicut. C. de act. & obl.* His enim caſib.
datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni, vt declarat Tiraq.
in tit. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. n. 7. Dec. abunde *conſil. 160.*
col. 1. Ruin. *conſil. 172. in princ. vol. 1. conſil. 134. num. 1. vol. 4.* Pariſ.
conſil. 11. num. 42. & conſ. 81. num. 32. vol. 2. cum ſimil. per Rolan.
loco citato num. 5.
15 Quarto, nam d. domus æſtimata, quæ † pro dote data fuit
in ſolutum, facit emptionem. *l. quoties.* vbi Bald. *C. de iure dot.*
Ruin. *conſil. 134. n. 2. vol. 4.* vbi poſt Bald. *in l. ſi interdum. C. de*
16 *iure dot.* dicit, quod † vnus contractus occultatur, ſcil. em-
ptionis, & alius exprimitur, ſcil. dotis, & breui manu de vno
tranſit in alium, vt alias habetur *in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.* &
cum prædictis etiam concordat Rub. *conſil. 5. in princ.* Socin.
17 iun. *conſ. 6. n. 4. vol. 2. & conſ. 118. col. 2. vol. 3.* & † hoc fauore mu-
lieris inductum fuit, quia vbi æſtimatio facit emptionem,
periculum totale peremptionis rei, pertinet ad maritum. *l.*
quod ſi per eam. ff. de iur. dot. Bart. *in l. ſi ut certo § nunc videndum.*
18 *ff. commo.* Caſtr. *in l. ſi æſtimata. in fin. col. pen. ff. ſolut. matr.* † vn-
de, cum d. domus fuerit in ſolutum data æſtimata, quæ æ-
ſtimatio facit emptionem, ſequitur, quod non fuerit dota-
lis, ſed propria mariti, adeo quod potuerit per eum aliena-
ri, ſine alio conſenſu mulieris, vt not. Imol. *in d. l. ſi æſtimata.*
ver. item attende. Rol. à Vall. *in d. conſ. 86. n. 7.* addens Beroum
19 *conſ. 165. n. 39. vol. 2.* vbi concludit, quod † cum marito fuerint
aſſignata tot bona immobilia æſtimata, & data in ſolutum,
pro quantitate pecuniæ promiſſæ, ipſe maritus dicitur effe-
ctus debitor quantitatis promiſſæ, & ſummæ pecuniæ, &
non illorum bonorum immobilium, adeo vt in caſu reſti-
tutionis dotis, non poſſit agi contra maritum, vel heredes
eius, ad bona æſtimata, ſed ad quantitatem pecuniæ, per *d. l.*
quoties. videtur enim maritus habuiſſe illa bona ex cauſa
emptionis, & non dotis: ergo ſi nõ potuiſſet D. Magdalena
agere contra maritum ad d. domum, nec contra Gnollum,
qui cauſam habuit ab eo, debet agere poſſe.
Quinto, cum proponatur, D. Guidon. fuiſſe filium Ca-
pitanei Ludouici filii, & heredis dom. Matthæi, vendito-
20 ris dictæ domus, non † poteſt hic heres heredis, velut he-
res defuncti *l. fin. C. de hered. inſtit. l. ſi quis filium. §. fin. & ibi tra-*
dit Alex. ff. de acquir. hered. contrauenire illius facto. *l. cum à*
matre. C. de rei vend.
Sexto, nec alia ratione videtur vti poſſe dom. Guido,
21 quia dum † vixit dom. Magdalena eius auia, domum præ-
dictam non vendicauit per annos quindecim & vltra, ſic-
que decurſa fuit aduerſus eam præſcriptio ſtatuti Ferrariæ,
de præſcript. 15. annor. quod in terra Finalis ſeruatur, vt diſpo-
nitur ex literis Sereniſſimi Ducis noſtri Ferrariæ ante im-
22 preſſis; & vltra de iure cauetur, quod † locus ſubiectus regi-
tur ſtatutis loci dominantis, iuxta not. per gloſſ. *in l. ex ea. ff.*
de poſtul. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de treug. & pace.*
quæſt. 1. Aret. *in §. ex non ſcripto. in fine Inſtitut. de iure nat. cum*
ſimilibus à me cumulatis. conſil. 73. num. 6. ergo dom. Guido
ſucceſſor eius non poteſt nunc aliquo modo contradicere,
quoniam, vt inquit Bald. *in l. ſi aquam. not. 4. C. de ſeruit. & a-*
23 *qua.* † præſcriptio formata non poteſt interrumpi per con-
tradictionem, ſed formanda tantum: eſt autem formata
per conſummationem: formanda vero, donec eſt in fieri,
24 idemque notat Salycet. ibi, dicens, quod † præſcriptio in-
terrumpitur per condictionem, & impatientiam aduerſa-
25 rii, quamdiu eſt in fieri, non in eſſe perfecto: quia † leuius eſt
conſeruare, quam ſuſcitare, vt not. gloſſ. *in l. cum quis. §. ſi quis*
26 *pro reo. ff. de vſuc.* † & facilius impediuntur fienda, quam
iam facta. *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.*
idemque voluit Abb. *conſil. 94. videtur primo. vol. 1.* pleniuſq;
confirmat Nat. *conſil 523. col. 3.*
Septimo & vltimo, caſu, quo poſſet dom. Guido vendi-
care dictam domum (quod ex prædictis negandum vide-
tur) cum † fuerit in ſolutum data pro dote librarum 1130. 27
quæ valet vltra ſcutos mille, dicendum eſſet, eum non au-
diri, niſi refunderet reſiduum valoris illius, à ſumma præ-
dicta ſupra. *iuxta † legem 2. C. de reſcind. vend.* quæ locum ha- 28
bet in omnibus contractibus. *vt ibi per gloſſ. & Doctores.* &
in ſpecie locum obtinet in datione in ſolutum, vt tradit
Alexand. poſt Oldrad. & Ioan. Andre. quos adducit *in l. ſi*
quis cum alter. colum. 5. verſ. item non habuerunt. ff. de verborum
obligat. Natta *conſil. 207. num. 4.* & ad hoc tendere videtur
ſtatutum, ſub rubr. *quod mulieres in ſolutum,* volens facta ad-
iudicatione rei immobilis pro dote, ad inſtantiam credi-
torum debeat æſtimari: & pro eo, quo pluris æſtimata fue-
rit, quam adiudicata vel conſignata, creditores ius ha-
beant in dicta re. Vnde paret, quod ex multis periculo-
ſa reddi videatur intentio dom. Guid. volentis dictam do-
mum vendicare. Illis tamen non obſtantibus, in contra-
riam ſententiam deſcendo, pro qua conſidero † conſtan- 29
te matrimonio, permutari poſſe dotem ex pecunia in rem,
ſi mulieri ſit vtile, remque fieri dotalem. *l. ita conſtante. cum*
ſequent. ff. de iure dot. ibique Bald. Alberic. & alii, cui con-
formis eſt alius text. *in l. ſi mulier. ff. de pact. dot.* † idque ſal- 30
tem procedit, quando nomine vxoris id factum fuit; res e-
nim ſuccedit in locum dotis, vt declarat Roman. *conſil.*
201. col. 1. & poſt eundem, *conſil. 274.* ſequitur Horat. Mand.
in Apoſt. at hoc ſuadent verba inſtrumenti diligentius conſi-
deranda, quæ dicunt, quod illa domus conſignata fuit in ſolu-
tum D. Matthęo pro dote, & ſatisfactione dotis D. Magda-
lenæ vxoris ſuę: cum enim illa dictio, † *pro*, denotet cauſam, 31
ſecund. Bart. *in l. Luc. §. à te. ff. de leg. 2. in l. quib. dieb §. ſi. ff. de con.*
& dem. & aliis locis, quos allegat Ruin. *conſ. 124. n. 8. vol. 2.* ap-
paret, quod intentio D. Matthæi fuit, illam domũ recipere no-
mine vxoris ſuæ, ſi pro ſua dote & eius ſatisfactione reci-
piebat: quæ † mens ſic ipſius contrahentis attendi debet. *l.* 32
fin. C. quæ res pign. l. blanditus. C. de fideiuſſ. Rol. à Vall. *conſ. 21. n.*
16. vol. 2. & licet dicatur prius in eodẽ inſtrumento, rem fuiſ-
ſe conſignatam D. Matthæo, acceptanti pro ſe, & ſuis here-
dib. tamen ad iudicandam qualitatem d. contractus, nõ ſo-
nus illorũ verborum, ſed effectus rei debet inſpici, qui fuit
eam conſignari pro dote, & ſatisfactione dotis vxoris ſuæ;
ſicq; illius nomine, & cõtemplatione ſua: vt enim ſingula-
riter inquit Bald. *in rubr. C. de iure emph. q. 1. & in fin. ipſius Ru-*
bricæ, † ſiue in contractu, ſiue in iudicio ponatur nomen v- 33
nius contractus, & effectus alterius, iudicandum eſt ſecun-
dum naturam alterius contractus, cuius effectus ponitur,
& nomen appoſitũ, cui non conuenit effectus, habetur pro
non appoſito, allegat *l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero ff. de*
iureiur. ſequitur Dec. *conſ. 164. n. 3. conſ. 413. col. 2.* & in aliis lo-
cis cumulatis à Rol. à Vall. *conſil. 69. num. 41. vol. 3.* quibus ac-
cedit Nat. *conſil. 110. num. 17.* dicens, quod † debeamus iudi- 34
care magis contractum ſecundum effectum, quam ſecun-
dum verba. *l. ſi olei. C. loc. l. Inſulam. ff. de præſ. ver. c. conſtitutus de*
relig. dom. † quia non res verbis, ſed verba reb. ſeruire debẽt. 35
c. in his. c. intelligentiam. de verb. ſign. hinc Alex. quem citat *conſ.*
39. ſuper primo. in 3. dub. vol. 4. dicebat, † non obſtantibus il- 36
lis verbis appoſitis in principio donationis, *pure, mere, libe-*
re, & irreuocabiliter, donationem fuiſſe ob cauſam, quia
donatarius promiſerat donatori ſoluere quædam eius de-
bita, citans Oldrad. de quo per eum. Secundo confirmatur,
quia D. Matthæus d. domum recepit in ſolutum, ſibiq; fuit
conſignata pro ſatisfactione dotis D. Magdalenæ vxoris
ſuæ, quod in ſtatuto prædicto ſub rubr. *quod mulieres in ſolu-*
tum, diſponitur, dicente, quod mulieres conſtante matri-
monio non poſſint accipere in ſolutum, nec ſibi conſigna-
ri petere pro dotib. ſuis de bonis mobilib. extantib. immo-
bilibus: † dicto namq; ſtatuto contrahentes præſumuntur, 37
ſe voluiſſe conformare, iux. doctr. Bart. *in l. vt iuriiur. ff. de o-*
per. lib. & in l. heredes mei. § cũ ita. ff. ad Treb. D. meus Rim. *conſ.*
245. n. 10. & latius poſui *conſ. 29. nu. 7. & 8.* Tertio conſidero,
quod

quod ſi conſignata fuit dicta domus D. Matth. eam recipi-
enti pro ſatisfactione dotis dom. Magdalenæ vxoris ſuæ,
vt dicit inſtrumentum, non dicitur illum actum feciſſe no-
mine proprio, ſed vti maritus, & ſub nomine officii marita-
38 lis: quod erat in conſeruanda dote vxoris ſuæ: nam † quan-
do quis contrahit ſuper re ad dominũ pertinente, licet ſim-
pliciter contrahat, videtur contrahere ſub nomine officii,
non autem ſub nomine proprio. *l. fin. ff. de inſtit. l. cum poſt. §. 1.
ff. de admin. tut. l. poſt mortem. §. 1. & ibi gloſ.* & Bart. *ff. quan. ex
fact. tut.* ponit Bart. *in l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de oper. no. nunc.* &
plenius Nat. *conſ. 101. n. 7.* tãto magis igitur in caſu noſtro vbi
D. Matth. mentionem fecit de vxore ſua, & illius dote, & il-
lius ſatisfactione, dici debet, quod ſub nomine officii con-
traxerit. Quarto non omitto quoq; abſolutionem, quam
fecit à prædicta dote D. Matth. ſe, & omnia ſua bona ſole-
mniter obligando: ſi enim domum illã recepiſſet in ſolutũ
nomine proprio, non erat hypotheca bonorũ ſuorum ne-
39 ceſſaria, † cum quis contra factum ſuum proprium venire
non poſſit. *l. poſt mortem. ff. de adop.* Bertr. *conſ. 12. n. 3. vol. 1. prio-
rum.* D. meus Rim. *conſ. 108. n. 19.* Verum quia recipiebat illã
domum nomine vxoris ſuę, quæ forte potuiſſet in futurum
dantem moleſtare, propterea pro illius cautione D. Matth.
illi obligauit omnia bona ſua. Quinto, tanto magis d. do-
mus dicitur effecta dotalis, poſito, quod à principio inter-
ueniſſet voluntas ipſius D. Magdalenę, quando conſignata
fuit marito ſuo; ex quo ſubſecuta fuit ex poſt facto ratifica-
40 tio ſua, per habitationem in ea, nihil dicendo, † factis enim
nedum verbis inducitur ratificatio. *l. Paulus. ff. rem rat. hab.*
plus eſt enim quid facto, quã verbis facere. *c. dilectis. 1. de app.*
41 vnde † ſi vniuerſitas ſoluit expenſas in lite factas per ſyndi-
cum minus legitime cõſtitutum, videtur geſta per eum ra-
tificaſſe, vt not. Spec. *in tit. de ſyndic. col. 2. ver. ſed pone, quod vni-
uerſitas.* ſequitur & comprobat Dec. *conſ. 586. n. 13.* Franc. Bec.
conſil. 109. num. 21. & hæc eſt pulchra declaratio Campegii *in
42 tract. dotn. part. 4. q. 8. colum. 1.* dictum † eſſe ſpeciale in dote,
quando de pecunia dotali res empta fuit: quod licet à prin-
cipio non interuenerit voluntas mulieris, ſufficiat tamen,
ſi poſtea ſubſequatur eius ratificatio, licet ſecus eſſet, ſi ex-
preſſe contradixiſſet à principio; nec oppugnare poteſt di-
ctam ratificationem, quod ſtatuti ſolemnitates non inter-
uenerint in contractibus mulierum requiſitæ, ſtante dictæ
conſignationis vtilitate: nam † tale ſtatutum locum nõ ha-
43 bet in contractib. vtilib. mulieri veluti ceſſante ratione ſta-
tuti, quod voluit, prouidere eius indemnitati: vt voluit Ang.
in l. 2. ff. de accep. Bald. *in l. neq; C. de contrah. ſtip.* Bald. & Ang.
in l. cum tranſactionem. ff. de tranſ. Rom. *conſ. 316. verſ. ad ſecun-
dum, & conſ. 453. cum ſimil.* quos cumulat Dec. *conſ. 331. col. 3. &
conſ. 532. col. 2.* Io. de Arno. *ſing. 14.* Rip. *in l. furioſo. in princ. ff. de
re iud.* D. meus Riminald. *conſil. 63. num. 10. conſil. 101. in fin. &
conſil. 154. num. 12* Sexto facile comprobari poteſt, quod di-
cta domus fuerit facta dotalis, loco pecuniæ dotalis conſi-
gnata, ſtante, quod D. Magdalena tunc (vt puto) minor erat
annis 25. & illi expediebat habere rem loco pecuniæ, & hoc
fauore minoris ætatis dicitur conſtitutum. Item quod D.
Matthæus eius maritus tunc ſoluendo non erat, velut non
poſſidens bona libera, ſed conditiona tantum: ſic enim de-
clarant vtrumq;, poſt gl. Cyn. & Bald. *in d. l. ex pecunia. C. de
iure dot.* Bald. *in l. ſi vt proponis. C. de rei vend.* & Bald. Nouell. *in
tract. dot. in 7. part. ſpecialiſſimo priuilegio 15.* hinc idem Bald. *in l.
ex conuentione. C. de pact. & in l. intereſt. C. de vſu & habit.* voluit,
44 quod † ſi tempore conſignatæ dotis maritus ſoluendo non
erat, non poteſt æſtimatio rei in dotem datæ operari taci-
tam venditionem; ſequitur Iaſ. *in §. actionum. col. 15. Inſtit. de
45 act.* & Soc. iun. *conſil. 141. num. 12. volum. 1.* † addens rationem;
quia ſi maritus nihil habet in bonis, lex non poteſt breui
manu fingere, quod ille pretium dederit vxori pro re in do-
tem data, & poſtea illud pretium pro dote receperit, atten-
to, quod vere & realiter tale pretium, & rei æſtimationem
in bonis non habebat; Vnde hoc cõſiderato, ſumimus con-
iecturatam mentem partium fuiſſe, quod aſſerta æſtimatio
non induxerit venditionem; ſed ad deſignãdum intereſſe,
vel ad aliud facta fuerit, & ſubdit Soc. iun. quod hanc opin.
videatur etiã tenere Salyc. *in d. l. intereſt.* Dec. *in l. traditionib.
C. de pact.* demumq; Rol. à Vall. tenet eandem partem in hoc
caſu, *in alleg. conſil. 86. n. 14.* addens etiam Neguſant. & Coraſ.
de quibus per eum.

Septimo non omittitur, dici poſſe, quod † cum ſumma 46
dictæ dotis librarum 1130. non fuerit conſona, neq; condi-
gna valori dictæ domus; quæ plus valebat, per talem æſti-
mationem non fuiſſe inductam venditionem, vt in termi-
nis concludit Bald. *in d. l. ex conuentione.* & poſt eum Saly. Iaſ.
& D. meus Rimin. Aret. *conſil. 84.* & Andr. Soc. *conſ. 19. vol. 4.*
quos refert, & ſequitur Soc. iun. *in allegato conſil. 141. num. 21.
vol. 1.* dicens, hoc ſolum fundamentum ſufficere ad victo-
riam, & ita alias vidiſſe conſultum & obtentum. His ita
ſtantibus, quod dicta domus effecta fuerit fundus dotalis,
ſequitur quod à D. Matthæo non potuerit alienari; † prohi- 47
betur enim maritus fundum dotalem alienare. *l. 4. & per to-
tum ff. de fund. dot. l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. act. & Inſt. quib.
alien. lic.* vbi dixi notab. id eſt, ponderando verbum, *prohibe-
tur,* & verbum, *prohibeat,* in eis poſitum, & ex hac prohibi-
tione legis inferendo, quod † ſi facta fuerit alienatio inuti- 48
lis, pro infecta debeat reputari. *l. non dubium. C. de legib.* tam-
etſi lex Iulia non proceſſerit vlterius, annullando, ſufficit
enim prohibitio, prout probatur *in d. l. non dubium.* & ibi no.
Bart. Bald. Fulg. & Iaſ. *idemq;* Iaſ. *in l. 1. num. 10. ff. de lib. & poſth.*
Alexand. *conſil. 23. col. 1. vol. 4.* Dec. *conſil. 494. colum. pen.* Nec
adiuuatur alienatio prædicta, eo prætextu, quia dicta do-
mus conſignata fuerit D. Matthæo pro dote, quæ fuit libr.
1130. & ſic, quod † velut æſtimata potuerit alienari. *l. quo- 49
tiens. C. de iure dot. l. quod ſi fundus. in fin. ff. de fun. dot.* Salyc. *in l.
interdum. C. de vſufr.* Imol. *in l. cum vir. col. pen. ff. de vſuf. & in c.
cum contingat n. 26. de iureiur.* Bald. Nouell. *in tract. dotn. in 7.
part. priuil. 23.* & plenius ego declaraui *Inſtit. quib. alien. licet.
in prin. notab. 2.* & vt in tertio & quarto fundamento dedu-
ctum fuit; quoniam dici poteſt, in primis non eſſe verum,
quod d. domus conſignata fuerit æſtimata D. Matthæo pro
ſumma dd. libr. 1130. nam de menſuratione & æſtimatione
d. domus nil in inſtrumento dicitur. Vnde Bero. *in conſil. 69.
n. 6 vol. 5.* loquens de re æſtimata, data pro dote, dat † exem- 50
plũ de terra, quæ fuit data pro æſtimatione libr. 15. pro qua-
libet tornatura, quæ quantitas ſimul accumulata aſcendit
ad ſummam lib. 150. quæ fuerunt pars dotis libr. 200. & ſic
non ſolum fuit ſpecificata quantitas dotis, ſed etiam valor
terræ, reſpectu ad quamlibet tornaturam, & ſic eius menſu-
ram: at in caſu noſtro nullus valor domus fuit expreſſus, &
ſic d. domus non æſtimata data fuit in ſolutum pro dote D.
Magdalenæ, quam partes dixerunt fuiſſe tantæ ſummæ, ſu-
mus igitur extra terminos rei datæ æſtimatæ quæ facit em-
ptionem. Secundo, poſito, quod & in eis verſaremur, tamẽ
aduerti debet, quod recipit illa concluſio nõnullas limita-
tiones, quæ caſui noſtro poſſunt adaptari, videl. vt † non p- 51
cedat, quando tempore traditionis vir non erat ſoluendo,
prout nõ erat D. Matthęus, vt ſupr. dixi, *in 6. fundamento,* tũc
enim æſtimatio non facit emptionem, & per cõſequens res
alienari non poteſt; ita Bald. *in l. intereſt. C. de vſufr.* & poſt eũ
Salyc. *per l. in reb. sanct. gl. C. de iure dot.* Imol. *in l. æſtimatis. in
princ. ff. ſolut. matr.* Iaſ. & Dec. *in l. ex conuentione. C. de pact.* Iaſ.
in §. actionum. col. 15. num. 84. Inſtit. de act. quos ſupra citaui, &
præter eos Franc. Cremenſ. *ſing. 18.* D. meus Rimin. *conſ. 308.
num. 10.* Io. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 18. num. 8. & ibi
ſeq.* Soc. iun. *conſil. 141. col. 3. vol. 1.* Secundus † eſt caſus, in quo 52
dicta conditio non procedit, quando res dotalis plus vale-
ret pretio conſtituto, prout & in caſu noſtro ſupponitur:
vt Bald. Salyc. Iaſ. Dec. & D. meus Rimin. ponunt *in d. l. ex
conuentione.* Aret. *conſ. 84.* Pariſ. *conſ. 81. num. 11. vol. 3.* Marſ. *ſing.
105.* Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 2. ff. de liber. & poſth.*
Barb. *conſil. 19. col. fin. volum. 4.* Soc. iun. *conſil. 141. num. 20. vol. 1.*
quas limitationes, & alias extra rem noſtram poſui *loco præ-
allegato. num. 51. cum duob. ſeq.* igitur † rei vendicatio, quæ 53
competebat D. Magdalenæ viuenti. *l. in rebus. C. de iure dot.*
transfuſa fuit in Capitaneum Ludouicum, & ſubinde in
dom. Guidonem eius nepotem, & heredem. *l. vnica. §. ma-
neat. & §. illo. C. de rei vxor. action.* ſola remanet difficultas in
tollendis contrariis, vt clarior hæc concluſio reddatur: I-
gitur ad primum, quod nullum ius fuerit quæſitum dom.
Magda-

Magdalenæ tunc abſenti in domo conſignata marito ſuo
pro eius dote, reſpondetur contrarium verius eſſe; quia
54 ſpecialiter eſt in dote † conſtitutum, quod ex contractu in-
ter alios celebrato mulieri abſenti ius quæratur in dote pro
ea data. *l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. l. fin. C. de iure dot.*
per quæ iura ſic concludit Bart. *conſil. 123. factum ſic ſe habet.*
Caſtrenſ. *conſil. 94. quod præfata ſententia.* Alexand. *conſil. 4.*
videretur. colum. 7. vol. 2. Dec. *conſil. 35. in princip.* Natta *conſil.*
316. ad fin. & Neuizan. *conſil. 46. num. 35.* Ad ſecundum, quo
dicebatur in contractu prædicto conſignationis dotis, con-
tineri quoque quid præiudiciale dom. Magdalenæ, cuius
reſpectu cum contractus fuerit inutilis, velut ſine ſolemni-
tatibus ſtatuti factus, debuit pariter eſſe nullus reſpectu
conſignationis, dico, quod cum dos fuerit ſoluta, per di-
ctam conſignationem domus, & ob id neceſſarium foret
55 ſoluentem abſoluere, † debitor enim ſoluens cogere po-
teſt creditorem ſibi facere inſtrumentum abſolutionis. *l. ſi*
plures apochas. & ibi not. Bart. Bald. Saly. Caſtrenſ. & omnes.
C. de fid. inſtr. vtique in ea abſolutione facta per dom. Mat-
thæum non fuit neceſſaria ſolemnitas ſtatuti prædicti *de in-*
56 *demnit. mul.* † id enim locum non habet in obligatione ne-
ceſſaria, quæ inducitur à lege, vel ſtatuto, vt tradit Roman.
conſil. 280. Alex. *conſil. 215. colum. 2. vol. 6.* Soc. *conſil. 80. colum. fin.*
ver. confirmatur. volum. 4. Iaſ. *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de*
pact. num. 29. vbi ſignanter loquitur de quietatione facta per
mulierem ex neceſſitate, puta, quia nuncius reddidiſſet v-
xori id, quod debet, quo caſu mulier tenetur quietare vi-
rum per inſtrumentum *l. diſſolute. C. de condict. ob cauſam.* nam
in tali quietatione non requiritur ſolemnitas d. ſtatuti. I-
demque tenet Crauet. *conſil. 6. num. 91. & conſil. 211. colum. 1.*
dom. meus Rimin. *conſil. 597.* & ego poſui *Inſtit. de donat. in*
princ. num. 608. & ita ceſſat obiectum. Et hinc ceſſant, quæ
dicebantur de contractu, qui claudicare non debet; non e-
tum claudicat in caſu noſtro, ſi valet, & tenet abſolutio fa-
cta de iure communi, non attento ſtatuto, quo ceſſat in iſto
caſu, ratione neceſſitatis prædictæ. Quinimo non erit in
57 cœlum os ponere, ſi dicamus, quod quemadmodum † fa-
uore pupilli claudicare poteſt contractus, idque de iure to-
leratur. *d. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de act. empt.* cui confor-
mis eſt Imperator *Inſtit. de auct. tut. in princ.* ita etiam in mu-
liere, & caſu dotis, claudicare poſſe, vt ibi declarat Sylue-
ſter Aldobran. *num. 23. per l. Atilicinus. ff. de pact. dot.* vbi Pro-
culus reſpondit, quod ad diem reddendæ dotis attinet, pu-
to meliorem conditionem mulieris fieri poſſe, deterio-
rem non poſſe. Vnde dicit Aldobr. in hoc eſſe ſimilitudi-
nem mulieris, & pupilli, tantoque magis accedente ſtatuto
de contract. min. quod requirit ſolẽnitates in contractib. mi-
norum, ſicut & aliud *de indem. mul.* eas requirit in contracti-
bus mulierum. Vnde à pari procedunt minores, & mulie-
res per dicta ſtatuta, ideo ius idem ſeruari debet in eis: mens
58 enim † dictorum ſtatuentium fuit, minoribus, & mulieri-
bus conſulere, ne damnificarentur, non autem prohibere,
59 quo minus vtile conſequantur. Vnde † ſtante diuerſitate
rationis, toleratur claudicatio contractus, vt per gloſſ. &
Bart. *in d. §. ſi quis à pup.* & ponit Socin. iun. *conſil. 84. num. 27.*
60 *vol. 2.* Ad tertium † *d. l. ex pecunia. C. de iure dot.* reſpondetur,
quod ille tex. procedit in dubio, quando maritus rem emit
ex pecunia dotali, quod non efficiatur dotalis, cum ratione
61 Baldi, quia pecunia erat mariti, tum quia † empta res in du-
bio præſumitur empta per eum, nomine proprio; prout ſic
illum textum declarat Mandoſ. *in addit. Roman. conſil. 274.*
at in caſu noſtro colligitur, quod D. Matthæus fecit io effe-
ctu contractum nomine vxoris, cum dixerit pro dote, &
ſatisfactione dotis dom. Magdalenæ vxoris ſuæ, & ſic ex ea
cauſa, quam dictio, *pro,* denotat, vt in primo fundamento
62 deduxi, † & contractus non inducitur, neque dignoſcitur
ex nomine, ſed ab effectu, & de nomine non curatur: vt
per Bart. *in diſput. incip. Publicanus.* quem citat Ruin. *conſil.*
107. num. 9. vol. 4. Pariſ. *conſil. 88. num. 20. volum. 1. & conſil. 12. n. 5.*
63 *vol. 2.* confirmatur ex illa † geminatione; *pro dote, & ſatisfa-*
ctione dotis, quæ demonſtrat conceptum mentis fortius,
quam ſi eſſet diſpoſitio ſimplex, & oſtendit enixam & cla-
riſſimam voluntatem diſponentis, vt dicit Bald. *in c. cam te.*
col. 2. de reſcr. cum aliis adductis per Curt. *conſil. 52. col. 1. conſil.*
55. col. 8. & conſil. 63. col. 16. Pariſ. *conſil. 89. num. 22. vol. 3.* vnde per
talem geminationem patet, quod D. Matthæus habuit in
intentione recipere dictam domum in ſolutum pro vxore
ſua: & ad illud, quod D. Matthæus eam domum recipit pro
ſe, & heredibus, ſignum quod nomine proprio eam rece-
pit, reſpondet, nihil impedire, quominus intelligi poſſint
ea verba, † pro ſuis heredibus, hoc eſt, filiis communibus i- 64
pſius, & vxoris, vt per Oldr. *conſil. 245.* de quo meminit Rol.
à Vall. *in d. conſ. 87. num. 4. vol. 4.* præterea non deſunt conie-
cturæ contrariæ, quæ demonſtrant dictam domum rece-
ptam fuiſſe à marito in effectu, contemplatione vxoris ſuæ,
eumq; vti maritum eam recepiſſe, quæ debent illi præpon-
derare. Nec cõiectura illa potens eſt ad nos in contrarium
trahẽdum, quod maritus ſemper fructus ex illa domo per-
ceperit, donec eam vendidit, vxor vero nequaquam; id e-
nim iuri conſonum fuit, cum † fructus dotis ad virum per- 65
tineant pro oneribus matrimonii. *l. pro onerib. C. de iure dot.*
nec † actio dotis conſtante matrimonio competit mulieri. 66
l. doce. C. de rei vend. imo ſi reſtituatur ei ſine cauſa legitima, id
legibus ſtare non poteſt, vt dicitur *in l. 1. C. ſi dos conſt. matrim.*
Quinimo cum tunc temporis non eſſet in promptu dom.
Magdalenæ impedire maritum frui dicta domo, & illam
vendere, vt fecit, conſtante matrimonio, non eſt inde di-
cendum, quod per talem taciturnitatem dicatur illam iuri-
bus ſuis renunciaſſe, per ea, quæ tradit Bart. *in l. quæ dotis. col.*
pen. ff. ſol. matr. vbi vult, quod † præſens & tacens non cen- 67
ſeatur conſentire, cum fit ei aliquod præiudicium circa ius
reale, niſi poſſit contradicendo talem actum impedire; ſe-
quuntur alii Dd. ibi, ſicut & Alba. *conſil. 25. num. 16.* ſed vlte-
rius quæcunque fuerit, & qualiſcunque præſumptio ſiue
coniectura memorata, non deſunt aliæ numero plures con-
trariæ, quod D. Matthæus domum recepit in ſolutum pro
dote, & ſatisfactione dotis vxoris ſuæ. Quodque per hoc ſe
conformaſſe præſumitur cum ſtatuto, *quod mulieres in ſolu-*
tum, quod vti maritus id fecit, & omnia ſua ſolemniter ob-
ligauit, vt ſigillatim ſuperius memoraui: † ſi enim vna præ- 68
ſumptio tollit alteram, multo fortius plures vincunt vnam.
Auth. itaq. C. communia. de ſucc. Crauet. *conſil. 145. n. 11.* Oldrad.
conſil. 53. Natta *conſil. 29. & conſil. 31. n. 9.* dixi *conſil. 31. num. 102.*
tantoq; minus attendi debet illa ſola coniectura, quia † vbi 69
tractatur de iudicando ex præſumptionibus, non ſufficit v-
na præſumptio, ſed plures requiruntur, vt inquit Bald. *con-*
ſil. 154. inſtrumentum ſic dicit, in fin. vol. 2. Crauet. *conſ. 57. num. 5.*
quare pluribus modis tollitur obiectum tertium cum ſuis
annexis: Ad quartũ, quod dicta domus, velut æſtimata fue-
rit emptionem, & ob id ad eam non ſit regreſſus, aduerſus
emptorem, reſpondetur oppoſitum ex deductis *in 6. & 7.*
fundamento huius partis. quæ repetenda non cenſeo: ad quin-
tum vero, quod D. Guido contrauenire non poſſit facto D.
Matthæi ſui aui, *per l. cum à matre. C. de rei vend.* reſpondetur,
quod ſi verum eſt, quod in facto ſupponitur, Capitaneum
Ludouicum non fuiſſe heredem D. Matthæi patris ſui, nec
ſubinde D. Guid. planum eſt; † ipſum poſſe illius facto con- 70
trauenire per illum text. vbi ſi mater domum filii ubi ven-
didit, & ille matri non ſucceſſit: nulla te exceptione tueri
potes aduerſus eum domum ſuã vendicantem. Vnde Bart.
ibi dicit, quod ſi filius non fuit heres patris, ſine dubio po-
teſt vendicare. *l. 1. C. de bon. matern.* vbi eſt caſus de bonis ma-
ternis à patre venditis, quibus nullam poteſt emptor præ-
ſcriptionem opponere, quandocunque rem ſuam vendi-
cantibus.

Secundo dato, quod fuiſſent heredes ſucceſſiue D. Mat-
thæi, quia tamen alienatio facta fuit dictæ domus dotalis
contra prohibitionem legis, *d. §. & cum lex. cum ſimilib. ſupra*
citatis. ſequitur, vt † illi licet heredes contrauenire poſſint 71
in eo, quod defunctus diſpoſuit contra legis prohibitio-
nem, vt not. Bald. *conſil. 161. volum. 5.* ſequitur Grammat. *deciſ.*
93. num. 9.

Tertio cum † fraudati dici poſſint prædicti Capitaneus 72
& Ludouicus, & dom. Guido circa talem dictæ domus alie-
nationem, quam D. Matthæus tenebatur omnino relin-
quere ipſis, ſequitur vt eius facto contrauenire poſſit, vt

Digitized by Google

voluit D.Saluſt.inter conſilia Caſtrenſ.relatus per D.Nico-
laum Abbatem *conſil.197.col.1.vol.2.* ſequitur idem Gramm.
deciſ.prædicta 93.n.10.

73 Quarto quoque dici poteſt, quod cum † alienatio d.do-
mus non penderet à voluntate, ſiue poteſtate D. Matthæi.
l.1.C.de bon. matern. & per conſequens facta fuerit inualida,
imo taliter, quod inde nec ciuilis, nec naturalis obligatio
poterat oriri iuxta doctr.Bart.*in l.cum lex.colum.2.ff.de fideiuſſ.*
Abb.& Alc.*in c.cum contingat.2.not.de iureiur.* & ego dixi *In-
ſtit.quib.alien.lic.in princ.num.20.* ſequitur vt D.Ludouic.ſi vi-
ueret, & eo prædefuncto D.Guido poſſit contrauenire fa-
cto prædicto dom.Matthæi: vt voluit Andr. de Iſern. *in c.
Imperialem.de prohib.alie.feud.per Feder.& in c.1.§.alienare.qual.
olim feu.pot.alien.* Compoſtel.*in c.cauſam quæ de reſcr.* Soc.*con-
ſil.79.volum. 4.* Grammat.*loco citato.colum. 2.* & præter eum
Cort.iun.*conſil.175.num.10.in ſin.deciſ.Neap.240.num.8.* Aret.
conſil.123.ad ſin. Grat.*reſp.91.num.26.vol.1.* quicquid in contra-
rium pungat Arius Pinel.*in l.1.C.de bon.mat.ſub num.82.in 3.
74 part.* motus ex † *l.filiusfam.§.cum pater.ff.de leg.1.* qui text. lo-
quitur de defuncto alienante, qui libere diſponere non po-
terat, & tamen heres eius non auditur contrauenienſ eius
alienationi: nam non aduertit Pinellus, quod ille text. lo-
quitur in grauato per fideicommiſſum, ne fundus aliena-
retur, & vt in familia relinqueretur: vnde ſi vni reliquit, ſa-
tisfecit volũtati teſtatoris, quæ fuit vt dummodo relinque-
retur in familia, relinqueret arbitrio ſuo: nos autem loqui-
mur in fundo dotali paſſim in quaſcunque perſonas alie-
nari prohibito; merito de vno caſu ad alium non procedit
argumentum, & ita ceſſat 4. motiuum. Nunc ad ſextum
deſcendo de præſcriptione ſtatuti 15.anno.decurſa viuente
D.Magdalena, quæ operatur excluſionem ſucceſſorum
75 ſuorum, vt ſupr. deduxi, reſpondeo, quod † tale ſtatutum
locum non habet in actione reali, & ſic in petente rem ſuã,
qualis eſt mulier petens ſuam dotem, vel rem quæ loco do-
tis ſucceſſit, vt in caſu noſtro ita præciſe declarat Roman.
conſil.201.col.2. conſiderans verba ſtatuti dirigentis verba ſua
contra negligentem petere rem ſibi debitam: vt ibi ſi quis
habuerit inſtrumentum, vel aliam ſcripturam debiti, & ibi
76 contra aliud debitum, licet enim † largo ſumpto vocabu-
lo, res mihi debita mea cenſeatur. *l.ſi pecuniam. C.de neg. geſt.
l.ſi me & Titium.& l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cert. pet.* nihilominus
ſtricta conſiderata ſignificatione, quod meum nõ eſt, pro-
prie mihi debitum dicitur. *vt not.gloſſ.Inſtit.de act. circa princ.*
& probatur *in l.Aurelius.§.nemo. & l.creditor. §.Titia.ff. de lib.
leg.* Bald.*in l.cũ neceſſitatis.C.de fideiuſſ.* quę quidẽ ſtricta ſigni-
ficatio attendi debet in interpretatione præmiſſi ſtatuti,
cum ponat materiam odioſam, ſcil.præſcriptionis inductæ
in negligentiam non petentis, *iuxta plene not.per gl.in l.fin. C.
de edict.diui Adrian.tollen.* & illam deciſionem Romani ſe-
quitur Iaſ. *Inſt.de act.in princ.num.99.* Fel.*in c.fin.num.6.de præ-
ſcript.* Grat.*reſp.41.num.7.vol.1.* & eſt communis opin. prout
teſtatur Horat.Mand. *in Apoſtill.ad Roman.in alleg.conſil.201.*
quam firmat etiam Balb.*in tract.de præſcr.in 3 part.q.15.n.10.*
ſecundo poſito, quod præſcriptioni locus eſſe poſſet in ca-
ſu noſtro; tamen clarum eſt, quod dum vixit D.Matthæus
illa nocere non potuit D.Magdalenæ illius vxori, ſiue im-
pedita fuerit agere impedimento facti, quia ignorauerit il-
lam domum ſibi fuiſſe conſignatam in ſolutũ pro dote ſua,
77 ſiue fuerit impedita impedimento iuris, quia licet † con-
tractum ſciuerit, non tamen potuit illam domum vendica-
re, conſtante matrimonio. *d. l.omnes. & l. 1. C. ſi dos conſtante
78 matr. & not.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.* licet enim † præſcriptio
40.annor.pariat pleniſſimã ſecuritatem *l.omnes.C.de præſcr.
30.ann.* tamen id eſt verum, quando decurſa fuit contra ſci-
entem, ſecus ſi contra ignorantem: vt per Alex.*conſil.24.col.
79 2.ver.nec obſtat.vol.1.* vbi dicit, quod † *d. lex omnes.* determi-
natur per alia iura, ſcilicet, quando ille, contra quem præ-
ſcribitur, non fuiſſet impeditus impedimento facti, vel iu-
80 ris, quia tunc ceſſat illius legis diſpoſitio, cum † præſcriptio
non noceat illi, qui iure impediente non valuiſſet agere. *l.
1.in fin.C. de anna.except.* & idem tradit Alexand. *conſil.169.co-
lum.fin.ver.nec obſtat ſi dicatur.vol.2.* Ruin.*conſil.26.in fin.vol.1.
conſil.143.num.26.volum.4.& conſil.103.colum.fin.vol.5.* Roland.
à Vall.*conſil.68.num.25.volum.3.* eadem plane dici poſſunt de
Capitan.Ludouico, qui viuente patre ſuo non potuit age-
re; parique modo nec D. Guido viuente patre ſuo, merito
nec eis decurrit præſcriptio. *d.l.1.* & ibi not.Bald.Salyc.& a-
lii.*C.de bon.matern.* Prætereà conſiderandum eſt, quod præ-
ſcriptio † non præſumitur cum ſit facti, argum. *l.in bello. §. 81
facta.ff.de capt.& poſtlimin.reuer.* & quia eſſet præſumere ne-
gligentiam in alio, quod præſumi non debet, vt inquit
Abb.*conſ.82.col.3.vol.1.* & in terminis ponit Bart *in l.Celſus.ff.
de vſuc.n.27.* vbi docet, † reum adducẽtem præſcriptionem 82
ad ſui defenſionem, quod formet articulum poſſeſſionis
10.annor. finitorum tali die vel menſe, ita quod includa-
tur tempus elapſum ante lit. conteſtat. vel ante litem mo-
tam: nam ſi aliter formaretur articulus, & teſtis poſt litem
conteſtatam diceret, quod talis poſſedit per 10. annos pro-
xime lapſos, intelligeretur à die redditi teſtimonii, & ſic in-
cluderetur tempus, quod poſt litem conteſtatam fluxit: nec
eſſet probata præſcriptio longi temporis ſufficienter, quia
diceretur interrupta per litis conteſtationem, debet ergo
articulari & probari de tempore completo ante litem mo-
tam: idemque tradit Bart. *in l.nec bona.C de præſcr.long.temp.*
Bald.*in l.fin.15.oppoſ.C.de edict.diui Adrian.tollen.* Angel. Aret.
Inſtit.de vſuc.in princ.colum.pen. Alexand. *conſil.76.num.7.verſ.
non obſt.11.& conſil.107.colum.2.vol.2.* Corn.*conſil 136 colum.fin.
& conſil.147.colum.pen.vol.2.* cum aliis cumulatis per Balb.*in
d.l.Celſus.colum.3.* quibus addo Parri. *conſil.27.num.89.volum.1.*
Crauet.*conſil.29.colum.fin. & conſil.232.n. 12.* Roland. à Vall.
conſil.53.num.19.& conſil.89. vol.1. Crauet.*conſil.29.colum.fin.&
conſil.132.num.12.* Rol.à Val.*conſil.53.num.19. & conſil.89. num.
32.vol.2.* demumq; Feder.Scottum *tomo & lib.2.reſponſorum
ſuorum, reſponſ.14.num.8.* non puto, quod ex aduerſo bene
tempus probari poſſit. Accedit † pupillaris ætas, & poſt 83
eam, minor annis 25. Ludouici, & Guidonis: in quarum
prima dormit præſcriptio. *l.fin.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.* in
poſteriori vero ſaltem competit reſtitutio in integrum: vt
ponit Anton.*conſil.36.colum.fin. vol.1.* Soc.*conſil.60.colum.fin.
volum.1.* Grat. *reſponſ.91.num.52.volum.1.* Vnde multis mediis
poterit euitari motiuum præſcriptionis caſu quo in mediũ
deducatur: Ad vltimum vero, quod domus longe maioris
ſit valoris quam fuerit in ſolutũ conſignata, & propterea ſit
locus remedio † *l.2.C.de reſcin.vendit.* reſpondetur, quod vt 84
remedium illius legis procedat, oportet conſiderare valorẽ
rei, de qua cõtractus factus fuit tempore ipſius contractus,
non autem poſtea, ita probat ibi, *& in l.ſi voluntate. in verb.
conditionis tempore.eod.tit. & in l.ſancimus.§.fin.C.de donat.* Et
hæc eſt † communis, & approbata concluſio, quam tenent 85
Bart.Bald.Salyc.Caſtr.& Cagnol. alios referens *in d. l. 2. n.
213.* citans Iaſonem, *conſil.54. colum. pen. volum.1.* at iſta do-
mus non erat æſtimationis ſcutorum mille, & vltra tempo-
re dictæ conſignationis, vt nunc eſſe prætenditur, ſed lon-
ge minus, ita quod tunc temporis nec excedebat li-
bras 2000. ſed minoris erat valoris, vt probari poterit,
quo ſtante ſi tunc adfuiſſet aliqua læſio, quia fuiſſet ci-
tra dimidiam iuſti pretii, non poſſet recedi à tali con-
tractu per regulam d.legis ſecundæ, & ibidem Cagnol. *ſub
num.63. verſ.conſidera tamen,per l.in cauſa.§.fin.ff.de minor.& l.
ſicut.C.de act.& oblig.* idque pariter confirmat Cagnol. quia
ſequeretur maximum abſurdum reſcindi poſſe cõtractum
ex quauis læſione, ita quod vix talis contractus ſubſiſteret.
Quod ſi domos iſta fuit aucta in valore, proceſſit curſu
temporum, quo domus & ædificia pluris æſtimationis eſſe
cœperunt ob lapides, cementa, trabes, ferramenta, cætera-
que id genus ad conſtructionem neceſſaria, ſicut, & ope-
rantium mercedes auctas, & aucta, vt eſt notiſſimum. Vnde
cum talis valor non fuerit tempore dictæ conſignationis,
ceſſare debet remedium *d. l. 2.* Quinimo plus ego dico,
quod cum alias notum fuerit aduerſario ius huius domus,
& ſic † conſtitutus fuerit in mala fide, & ſcientia rei alienæ, 86
& ille nihilominus voluit ædificare, ædificium quod fecit,
ſolo cedere debet. *l.2.C.de rei vend. §. ex diuerſo. Inſtit. de rer.
diuiſ. l obligationum fere.§.placet.ff de act.& obl.* Rol.à Val.*conſ.
25.n 9.vol.1.* ...*.. mentro: nihil huius impenſę repetere debet.
Et ita remanent ſoluta contraria ſigillatim, & ſirma conclu-
ſio pro

ſio pro D. Guidune quod dictam domum vendicare poſſit,
vna cũ annua ſumma, ſiue penſione quanti fuiſſet eam cõ-
ducturus inhabitans in ea iuxta doctr. Bar. *in l. in ſumma. §. pe.*
87 *ff. de cond. inde.* vbi dicit, q; † quando quis à me domũ meam
non habuit, & in ea ſimpliciter habitauit, agendum eſſe cõ-
tra eũ condictione ſine cauſa, ad id quanti fuiſſet eam con-
ducturus, ſequitur Ruin. *in l. ſerui electio. §. Labeo. col. 4. ff. de leg.
1.* & hæc ſunt, quæ in præſenti cauſa mihi de iure dicenda
occurrerunt.

Pro patruis quibuſdam contra nepotes.

ARG. An patrui alimenta præſtare teneantur, nepotibus ex fratre egenis.

SVMMARIVM.

1 *Patrui an teneantur alere nepotes egenos ex fratre prædefuncto natos.*
2 *Pater, auus, & aſcendentes tenentur alere filios, & deſcendentes naturales, ſiue ſpurios, ex æquitate canonica.*
3 *An ex bonis fideicommiſſo ſubiectis dotes filiabus, tam naturalibus, quam legitimis, conſtituenda. & an idem ſit in alimentis. n. 4.*
5 *Et quid in ſorore ex alio patre nata.*
6 *Qualitatis requiſita omiſſio, vel defectus, impedit actum.*
7 *Vtrunq; & Statutum, & qualitas eius requiſita probanda.*
8 *Frater tenetur dotare ſororem indigentem coniunctam per patrem.*
9 *Auus paternus tenetur dotare neptem. Idemq; dicitur de fratre ab eodem patre nato. De patruo autẽ id lege cautum non reperitur & n. 10.*
11 *Patruus ſicut non tenetur dotare, ita nec alimentare neptem tenetur. & n. 12.*
13 *Opinio communis qua dicatur. & n. 14.*
15 *Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*
16 *Frater tenetur alere fratrem egentem ex eodem tamen patre natum: non autem filium fratris, & ſic nepotem.*
18 *Patrui an ex bonis aſcendentium fideicommiſſo ſubiectis nepotes dotare & alere teneantur. & n. 22.*
19 *Fideicommiſſum eſt odioſum.*
20 *Et in dubio contra illud pronunciatur.*
21 *Et ſit interpretatio vt euitetur.*
23 *Pater tenetur alere filios naturales, & ſpurios ex æquitate canonica, ſi bona patris adſint.*
Secus in patruo, qui non tenentur neptes, aut nepotes dotare, vel alere.
24 *Fideicommiſſum operatur vt ſuccedatur teſtatori, non grauato.*

CONSIL. DCCLXXVII.

1 QVæritur, an † patrui de Libanoriis teneantur alimen-
ta præſtare nepotibus, vt dicitur egenis, ex eorum fra-
tre prædefuncto natis, circa quod ad eorum fauorem dici-
2 tur, quod ſic; ea ratione, quia ſicut † pater, àuus, aſcenden-
tes, & cæteri tenentur alere filios, & deſcendentes natura-
les, ſiue ſpurios, ex æquitate canonica. *c. cum haberet de eo qui
duxit in matrim.* vt probat Ruin. *conſil. 124. num. 10. volum. 1.* So-
cin. *conſil. 161. volum. 2. cum ſimil.* per Cordub. *in l. ſi quis ex libe-
ris. §. idem reſcript. num. 39. ff. de lib. agnoſcen.* hincque videmus,
3 quod † ſicut ex bonis aſcendentium fideicommiſſo ſubie-
ctis dotes conſtituuntur filiabus deſcendentibus, ſiue legi-
timę ſint, ſiue naturales, vt per omnes *in auct. res quæ. C. com-
4 mun. de lega.* idem † de alimentis eſt dicendum, vt per Ruin.
conſil. 199. num. 8. vol. 2. late Padilius *in d. auct.* & Petr. Anto. de
Petra. *in tract. de fideic. q. 7. num. 480.* & quod filii fratris à pa-
truis ſint alendi poſt Crot. *num. 30.* tradit Ripa *in l. filiusfam.
§. diui. num. 43. ff. de leg. 1.*

Prædictis tamen non obſtantibus in contrariam ſenten-
tiam deſcendo; moueor per textum *in l. cum plures. §. pen. ff.
de adm. tut.* vbi loquens de tutore pupilli, dicit, quod non
5 dabit † dotem ſorori ex alio patre natæ, etiam ſi aliter ea
nubere non poterit, qui text. probat à fortiori; nam ſi pro-
cedit in fratribus, multo magis idem dici debet in patruis,
& nepotibus, qui neque ſunt fratres, nec ex eodem patre
nati; vt enim præclare dicit D. meus Rimin. *conſil. 114. num. 8.*
6 hæc eſt vna maxima, quod † vbi aliqua qualitas requiritur
in aliquo actu, defectus, vel omiſſio dictæ qualitatis requi-
ſitæ, impedit actum, Bart. *in l. 2. §. docere. ff. vi bon. rapt.* & ad
7 dominum meum concordantes adduxi. Hinc † idem Bart.
in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. de ſtatuto loquens,
cum aliqua qualitate diſponente, dicit, quod vtrumque
probari debeat, videlicet illud, & qualitas eius; idemq; tra-
dit Ioan. Andr. *in cap. 1. de homic. in 6.* Dec. *conſil. 18. conſil. 356.*
D. meus Rimin. *conſil. 58. in fin.* & ego *conſil. 276. num. 16.* vn-
de cum non probetur inter patruos & nepotes, qualitas na-
tiuitatis inter eos ex eodem patre, nec quod ſint fratres in-
uicem, non debet eſſe locus alimentis præſtandis per ipſos
patruos dictis nepotibus.

Secundo confirmatur ex Guil. Pontano, *in l. 1. num. 50. ff.
ſolut. matrim.* vbi dicit, † fratrem teneri dotare ſororem in- 8
digentem coniunctam per patrem, ſecundum Bart. & alios
ibi; ſentit enim ſecus eſſe, ſi ex alio patre nata ſit: vt *in d. §.
pen.* Et idem clare tenet Angel. ibidem, dicens quod licet
auus † paternus teneatur dotare neptem, non tamen inue- 9
nitur lege cautum, patruum teneri dotare neptem, licet
inueniatur de fratre ab eodem patre nato, & Angelum ſe-
quuntur ibi Imol. Alex. & alii Mod. Bald. Nouell. *in tract. de
dote. q. 19. in 1. part.* & poſt eos Silua. *conſil. 33. num. 12.* dicens
quod ita † fuit iudicatum Bononiæ in cauſa maximi pon- 10
deris, idemq; tenui *conſil. 660. n. 7.* Vnde cum nos habeamus
deciſionem in terminis de patruo, qui non tenetur dota-
re neptem; † idem dici debet quod nec teneatur alimenta- 11
re: cum de vno ad aliud procedat argumentum, ſecundum
Silua. *loco citato.* Nec me quicquam mouet, quod aduerſus
eum dicit Bolognet. † *in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 134.* quia 12
contra commun. loquitur, videlicet Angelum, & ſequaces
ſupra memoratos; illa namque dicitur † communis opin. 13.
quæ plurium auctoritate confirmatur. *l. 1. §. & ſane crebrior.
& ibi Bald. ff. de offic. quæſt.* Iaſ. alios citans *in l. re coniuncti.
num. 142. ff. de leg. 3.* vt enim dicit Ludouic. Gomeſi. *in proœm.
regularum Cancellariæ. quæſt. 2. verſ. præſertim quia Dd.* quem
refert Antun. Maria Corratius *in præfat. ſui tractat. commu-
nium opin. num. 5.* communes, † opiniones efficiuntur ple- 14
rumque per adhæſionem plurium Doctorum, qui diuerſis
temporibus, non communicato inuicem conſilio hanc vel
illam opinionem amplectuntur, aues, aut grues imitati,
quorum vna quando volat, aut quo curſum dirigit, omnes
alitæ ſequuntur: ſic etiam, quod ab vno Doctore firmatur,
id tanquam veritatem ipſam approbant, & inſectantur; &
ego dixi *conſil. 234. num. 78.* & nedum Bologn. *in d. l. 1.* loqui-
tur contra commun. ſed etiam nihil allegat; vnde dici po-
teſt aduerſus eum, quod † erubeſcimus, cum ſine lege lo- 15
quimur. *§. conſideranim. in auct. de tri. & ſe.* quem Silua. addu-
xit *in d. conſil.* & ego *conſil. 268. num. 53.* Com. *conſil. 178. num. 7.
vol. 2.* & Cephal. *conſil. 226. num. 22.* nec me mouet, quod in-
quit Ripa poſt Crot. *in d. §.* quod † frater teneatur alere fi- 16
lium fratris egenum, adducit vnam gloſſam, & Bart. *in l. qui
filium. ff. vbi pup. educar. deb.* qui loquitur de fratre, qui tene-
tur fratrem egenum alere, non autem, quod filium fratris
alere teneatur, & ſic nepotem, qualis eſt caſus noſter, imo
nec fratrem tenetur alere, niſi ex eodem patre natum; non
autem ſi ex alio. *d. §. pen.*

Nec obſtant quæ dicuntur de filiabus dotandis, & alen-
dis; quia † procedunt in deſcendentibus, ſecus in tranſuer- 17
ſalibus, & eorum filiis, vt in patruis, reſpectu neptum, vel
nepotum, ſecundum Angel. & alios memoratos. Poſtremo
me nihil premit, quod dicitur; nos non agere, quod † patrui 18
de ſuo cogantur alere, ſed vt ex bonis auitis fideicommiſſo
aſcendentium ſuppoſitis, eorum deſcendentes, & dotare,
& alimentare teneantur: id enim procederet, ſi teſtator in
teſtamẽto diſpoſuiſſet, tranſuerſales egenos alimentari de-
bere per eos, ad quos bona peruenirent, vigore ſui fidei-
commiſſi; ſed cum verba teſtamenti non adaptentur, nec
huic caſui bene conueniant, fieri debet interpretatio, vt fi-
deicommiſſum magis remoueatur, quam inducatur; cum
fideicommiſſum † ſit odioſum *l. coheredi. §. cum filia. ff. de vul. 19
& pupill.* Iaſ. poſt alios, *in l. ex trib. C. de inoffic. teſtam.* Dec. *con-
ſil. 465. num. 15.* Pariſ. *conſil. 41. num. 11. volum. 3.* Crauet. *conſil.
180. colum. 2.* poſt dominos de Rota *deciſ. 864.* concludens,
quod † in dubio contra fideicommiſſum pronunciari de- 20
beat: ſequitur Cephal. *conſil. 46. num. 15.* Alciat. *reſponſ. 552.
num. 12. & ſeq. reſponſ. num. 6.* Roland. à Vall. *conſil. 46. volum. 3.*
& ego *conſil. 117. num. 35.* Et † interpretatio fieri debet in du- 21
bio, vt euitetur fideicommiſſum, vt poſt alios tradit Cra-
uet. *conſil. 180.* Cephal. *conſil. 45. num. 12.* Natta *conſil. 200. ad fin.*
Abb. *conſ. 29. num. 7. conſil. 31. num. 9. & conſil. 31. num. 10.* Quare

Digitized by Google

tantum abeſt, vt dici poſſit, iſtos nepotes alendos eſſe per
patruos, ex bonis ſubiectis fideicommiſſu teſtatoris, aſcen-
dentis eorum, cum de hoc in d. fideicommiſſo nihil caueatur;
& ceſſante tali præſuppoſito corruit argumentum. gl.
Fulg. & alii, *in l. mancipia. C. de ſeru. fugit.* Alex. *in rub. ff. ſol. mat.*
colum. 3. Roman. *ſing. 490.* & ego poſt alios *conſil. 243. num. 63.*
Nec dici poteſt, eos alendos eſſe, ex diſpoſitione iuris, à pa-
truis; cum hoc à iure cautum non repetiatur, vt ſuperius o-
22 ſtendi, poſt Angel. & ſequaces. Quinimo dici poteſt † nec
intentionem teſtatoris fuiſſe, hos nepotes naturales alẽdos
eſſe: quoniam in teſtamento tantum prouidit de Sancto,
& Franciſco, filiis ſuis naturalibus alendis, & præter eos,
ſemper locutus fuit de legitimis, & naturalib. vnde per in-
cluſionem illorum duorum filiorum naturalium alendo-
rum, & per incluſionem aliorũ legitimorum, & naturaliũ,
cenſeius fuit, alios naturales ab alimentis, & ſucceſſione
excludi. *l. cum prætor. ff. de iud.* Nec ex bonis paternis alendi
ſunt, cum in bonis patris eorum nihil remanſerit: vt oſten-
dit dom. Riccius Procurator patruorum: Sed & alia ratio-
ne non tenentur hi patrui nepotibus ad alimenta, quæ pe-
23 tuntur ab eis: nam poſito, quod † pater eorum teneretur ad
ea (vt dicitur) ex æquitate canonica, & nedum ille, ſed & he-
redes eius, vt tradit Bald. *conſil. 456. col. 2. vol. 5.* Ang. Aret. *in §.*
1. Inſtit. de nat. nat. Alex. *conſil. 74. col. fin. vol. 2. & conſil. 158. col. 2.*
vol. 7. Soc. *conſil. 151. col. 1. vol. 1.* ſi bona ſui patris adeſſent, quod
negatur, tamen iſti patrui non debent ad ea teneri, cum
non ſint heredes fratris patris d. nepotum, ſtante fideicom-
24 miſſo, † vigore cuius ſuccedunt teſtatori, qui fideicommiſ-
ſum fecit. *l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. in verb. nec fi-*
deicommiſſo. Dec. *conſil. 79. in fin. num. 1.* & Decian. *reſponſ. 21.*
num. 35. vol. 2. Vnde quocunque ſe vertant d. nepotes aduer-
ſus patruos, vana redditur prorſus intentio ſua. *Hippolytus*
Riminald. Ferrarien.

Pro domino Paulo Zerbinato.

ARG. Prouocatus à fratre ad diuiſionem bonorum communium, an prius poſſit deducere dotem coniugis ſuæ; & dotem quam pro ſorore ſoluit, item legatum filio ſuo relictum; an vero diuiſionem primum facere, & deinde dotium illarum, & legati nomine agere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dos non reſtituitur regulariter, conſtante matrimonio.*
2 *Obligatio eſt odioſa, eoq; non extendenda.*
3 *Filius vxoratus in diuiſione hereditatis paternæ, debet habere dotem præcipuam item dotem vxoris. n. 4. & 6. 7.*
5 *Frater vxoratus percipiens dotem, cauere debet fratri ſuo, de cõſeruando eum indemnem ab vxore ſua.*
9 *Vno ex duobus ſociis vxorato, ſi ſocietas diſtrahatur conſtante matrimonio, is qui vxoratus eſt, dotem vxoris præcipere debet. & num. 10.*
11 *Ratio naturalis ſufficit ad deciſionem caſus, ſi lex deficiat, & cur. num. 12. 13.*
14 *Et poteſt allegari pro lege.*
15 *Nemo debet locupletari cum alterius iactura. & n. 16.*
17 *Frater pro rata ſua tenetur cum cæteris fratribus ſuis dotare ſororem ſuam pauperem conſanguineam.*
18 *Dos, quam frater pro ſorore communi nomine ſoluit, tanquam æs alienum, ante omnia eſt detrahenda ex bonis communibus. & numer. 20.*
19 *Intereſſe lucri ceſſantis eſt multum conſiderabile in ſolito negotiari, & in campſore publico.*
21 *Legatum, veluti æs alienum, ante omnia eſt deducendum.*
22 *Patri debetur vſusfructus legati filio relicti.*
23 *Quales competant actiones pro tali legato. n. 23 & ſeqq.*

CONSIL. DCCLXXVIII.

DOminus Paulus Zerbinatus à fratre ſuo prouocatus
ad diuiſionem bonorum cõmunium, vult priusquam
diuidantur, deducere dotem coniugis ſuæ, viuentis, quod
fieri poſſe negat frater ſuus; ſed inquit, quod nunc fiat æ-
qualis diuiſio, deinde ſi quid dom. Paulus in huc præten-
dit, agat aduerſus eum: cuius fratris intentio forſan ex eo
perſuaderi poſſe videretur, quod ipſe cum domino Paulo
ſe obligauit ad reſtitutionem dotis in omnem caſum dotis
reſtituendæ, qui caſus nunc pendet, conſtante matrimo-
nio, quo † tempore regulariter non fit reſtitutio dotis. *l. ſi* 1
conſtante. & ibi notant omnes. *ff. ſolut matrimon.* vnde † cum 2
obligatio ſit odioſa. *l. eius qui. verſ. neque enim. iuncta gloſſ. in*
verb. receptum. ff. ſi cert. petat. l. damni. 3. in princip. ff. de damn. in-
fect. Signor. *conſil. 95. num. 10. verſ. præterea. & conſil. 217. colum.*
fin. Calder. *conſil. 5. circa fin. de regula.* Calcan. *conſil. 124. num.*
7. & Grat. *conſil. 929. num. 21.* ad vnum caſum, vel tempus re-
ſtricta, non debet ad alium porrigi. *l. cum quidam. ff. de liber.*
& poſthum. c. odia. de regul. iur. in 6. cum vulgaribus: Ego tamen
de iure veriorem, ac potiorem eſſe puto intentionem do-
mini Pauli: moueor in primis *ex l. 2. C. famil. herciſcund.* & ibi
Salycet. eam ſummans, quod † in diuiſione hereditatis pa- 3
ternæ, filius vxoratus debeat habere dotem præcipuam, &
idem clarius Caſtrenſis inquit, quod † in hoc iudicio fami- 4
liæ herciſcundæ, filius deducit dotem vxoris præcipuam,
ſi tempore diuiſionis durabat matrimonium; † & iſta dos 5
non diuiditur, ſed ante partem, aſſignatur illi filio, qui eſt
vxoratus, & iſta aſſignatio venit ex illa regula, vel æquitate,
quod † ibi dos eſſe debet, vbi ſunt onera matrimonii; nec 6
debet † audiri frater, ſi dicat, ego ſum paratus ſtare tecum 7
in communione, & ſuſtinere onera matrimonii, ſi forte
non expedit fratri vxorato; nec compelli debet ſtare ſe-
cum, ſi non vult, prout non vult dom. Paulus, quando non
fuiſſet etiam prouocatus; † ſed ipſam dotem percipiens, 8
cauere debebit fratri ſuo, de conſeruando eum indemnem
ab vxore ſua, vt eſt text. *in l. 2. §. non tamen ff. de dot. prælegat.*
& in l. ſi filia. §. hoc amplius. ff. famil. herciſc. vbi dicitur, quod
ſi filius ſit heres inſtitutus, dotem vxoris ſuæ percipiet, nec
immerito; quia ipſe onera matrimonii ſuſtinet: integram
igitur dotem percipiet, & cauebit defenſum iri coheredes,
qui ex ſtipulatu poſſint conueniri, ſed & cæteris eſt clarior
text. *in l. actione. §. fin. ff pro ſoc.* vbi dicitur † quod ſi vnus ex 9
ſociis maritatus ſit, & diſtrahatur ſocietas, manente matri-
monio, dotem debet præcipere maritus; quia apud eum
dos eſſe debet, qui onera ſuſtinet; ſic enim legitur in Pan-
dectis, † *præcipere,* quod eſt ante diuiſionem capere; hanc- 10
que concluſionem quoque tenet Salyc. *in l. ſi patrum. Cod.*
commun. vtri. iud. num. 14. colum. fin. ver. ego autem. Soc. *conſil.*
192. num. 1. verſ. fateor. conſil. 213. num. 9. verſ. 2. ratio. & clarius
num. 13. volum. 2. Bald. Nouell. *in tract. de dote parte 7. priuil. 30.*
& Decian. *reſpon. 54. num. 8. vol. 2.* qui dicit in hoc nullam eſſe
difficultatem, quod & alius confirmat Cephal. *conſil. 483.*
num. 26. Sed vltra Doctores, & leges prædictas, me quoque
mouet ad hanc concluſionem † ratio naturalis, quæ ſatis 11
eſſe deberet ad deciſionem præſentis caſus, quando leges
deficerent, *l. ſtire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut.* cum plu-
ribus à me cumulatis, ad ornatum. *conſil. 67. num. 13.* quibus
addo, quod † non eſt maior, nec in mundo certior, quam 12
ratio naturalis, ſecundum Baldum, *in rubric. C. ſi ex falſ. inſtr.*
colum. 3. quia † virtus legis conſiſtit in ratione naturali, cum 13
lex ſe ſpeculetur in ea. *§. adoptio. Inſtit. de adopt.* ſecundum
Bald. *in l. quotiens. in princ. C. de ſuis & legit.* ſequitur Iaſ. *conſil.*
50. col. 1. vol. 3. † ratioque naturalis poteſt allegari pro lege. *§.* 14
conſuetudo. prima diſtinct. & l. in ſumma. §. item varus ff. de aqua
pluu. arcend. nec minus mouere debet iudicem, quam lex,
vt tradit Andreas de Iſern. *in proœm. feudor. colum. pen.* Natta
conſil. 129. colum. 2. At ſi diceremus, quod nunc æqualis diui-
ſio bonorum fieret, non detracta dote vxoris dom. Pauli,
frater eius lucrum illius dotis conſequeretur, cum aliena
iactura domini Pauli, onera matrimonii ſuſtinentis. *l. pro*
oneribus. C. de iure dot. quod eſſe non debet, vt Pompon.
docet *in l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.* dicens: nam hoc
natura æquum eſt, neminem cum † alterius detrimento 15
fieri locupletiorem, & vt inquit Cranet. *conſil. 758. num. 12.*
in lucro vnius opitulari non debemus, cum alieno incom-
modo *l. iuris ignorantia. l. regula. in princ. ff. de iur. & fact. ignor.*
cum ſimil. per eum. † Longeque tolerabilius eſt lucrum ab 16
iſto fratre non fieri, quam D. Paulum damno affici. *l. at ſi*
quis. §. ſed ſi adita. ff. de relig. l. profectitia. §. ſi pater repudiaue-
rit. ff. de iure dot. Caſtrenſ. *conſil. 106. circa ea. in fin. volum. 1.*
Igitur ex prædictis concludo, ſine dubio detrahendam eſſe
dictam

Digitized by Google

dictam dotem ante diuiſionem: Nec obſtat, quod frater ſe obligauerit ad reſtitutionem dotis, quæ obligatio cum vxore contracta fuit, quæ nunc nihil petit, nec petere poteſt, conſtante matrimonio; quia non inde ſequitur, quin detrahēda ſit dos pro D. Paulo marito, vt penes eum ſit, apud quem ſunt onera matrimonii, præſtita per eum cautione, de cōſeruando indemnem fratrem ab vxore D. Pauli, prout habetur *in d.l.2.§ non tamen.ff.de dot.præleg. & in l.ſi filia.§. hoc amplius.ff.famil.herciſcund.*

Huic ſuccedit alia quæſtio ſuper dote, quam de ſuo D. Paulus ſoluit pro ſorore ſua, & eam vult deducere, priuſquā bona diuidat cum fratre ſuo, quod ille negat, ſed inquit vt ſupra, vt fiat æqualis diuiſio prius, & poſtea dom. Paulus ſi quod ius in hoc prætendat, petat; in quo quidem articulo
17 reſpondeo, quod † iſte frater pro rata ſua tenebatur cum cæteris fratribus ſuis dotare ſororē ſuam pauperem conſanguineam, vt per illum text. tradit Bart. *in l. cum plures. §. cum tutor.ff.de administr.tut.* gloſſ. Bald. & Saly. *c. in l. non omnis. C. de admin.tut.* Alex. Iaſ. & Ripa *in l.1.ff.ſolut.matr.* hancque communem dicit eſſe Fulgoſ. *conſil. 224. Antonius de Morando.* & vltra obligationem iuris communis, accedebat altera ſtatuti noſtri *intra quantum tempus frater.* Sed & tertia particularis dicti fratris, & aliorum; cum enim non haberent mille coronatos, & vltra conuenti eſſent à ſororio ſuo pro dote dictæ ſororis communis, & eſſet opus tot de bonis immobilibus præſtare, vel ea vendere, D. Paulus pro minori fratrum, ſuoque diſpēdio, de pecuniis propriis ſui Banchi dotem prædictā ſoluit, de qua ſe conſtituerunt d. fratres debitores pro ſuis ratis, vt apparet in libris d. Bāchi manu ꝓpria huius fratris; Vnde dictus frater, qui cum eo ſucceſſit, aliis duobus fratribus prædefunctis, pro rata ſua ad ſolutionem
18 dictæ dotis tenetur † & ea, tanquam æs alienum, ante omnia eſt detrahenda. *l. omne æs alienum.ff. pro ſoc.* Ruin. *conſ. 104.col.9.verſ.non obſtat.vol.1.* Paril. *conſil.94. num. 15. vol.1.* & in terminis dotis tradit Cephal. *conſil. 483. n. 25.* tantoque ma-
19 gis hoc dici debet in D. Paulo, qui eſt † campſor publicus, & ſolitus negotiari cum pecuniis ſui banchi in variis negotiis, vnde intereſſe lucri ceſſantis eſt multum in eo conſiderabile. *l. vnā vtique. §. fin.ff. de eo quod cert.loco. c. ſacro. de ſent. excom.* Cyn. *in auct. ad hæc. q. pen.* & ibi Bald. *col.2. verſ. ſed quid in vſura. & ibid.* Sal. *C. de vſur.* Bart. *in l.2. colum.9. verſ. venio ad vltimam partem. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* Anch. *conſil. 118. in quæſtione quæ vertitur. col.2.* Abb. *conſil. 64. venio ad primum. col. 4. verſ. valuit. vol.1.* Alex. *conſil. 222. colum.1. & fin. vol.2.* Dec. *conſil. 39. colum.2. verſ. nec obſtat.* & Decian. *conſil.2. num. 203. vol.1.* vnde ſi diſtulit hucuſque petere ratam dictæ dotis à fratre ſuo, conſequens eſt, vt nunc quanto citius detrahat ex bonis communibus, antequam diuidantur, ne poſtmodum agens nouis litibus vexetur, *l. minoribus 25. annis. ff. de minor.*
20 & † in damno diutius perſeuerare compellatur, facto, & culpa fratris ſui, vel ſoluere nolentis, vel ſolutionem differentis, quod non eſt æquum. *l. cum proponas. C. de naut. fœno. l. quis officy. §. vltimo. ff. de contrah. empt. l.1. §. ſi reus. ff. de eo per quem fact. erit.* Speculat. *in tit. de ti. ar. §.1. verſ. item excipitur, quod actor.* Bald. *in l. quæſitum. verſ. ſed aduerte. ff. quando actio de pecul.* & latius confirmat Decian. *in d. conſil. 2. num. 145. volum.1.*

Supereſt, vt tertium quæſitum reſoluam, de legato relicto filio D. Pauli, per vnum fratrem ſuum prædefunctum, quod intendit D. Paulus vti pater, & legitimus adminiſtrator filii ſui deducere, priuſquam bona diuidantur cum fratre ſuo, quod ille negat, ſed bona prius diuidi debere dicit, & agat poſtea dom. Paulus: namq; ex ſuperius dictis reſol-
21 uitur, quod illud legatum † velut æs alienum, ſit ante omnia
22 deducendum, & quod interſit D. Pauli, cui † debetur vſusfructus, tanquam patri, d. legati aduentitii. *l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ lib. & Inſt. per quas perſonas. in princ.* quanto citius illud habere, ratione ſui lucri ceſſantis, quod con-
23 ſequetur; Sed & accedit, quod † pro tali legato ſine dubio competit filio prædicto actio realis, ſi ſuper aliqua re particulari, puta, tali fundo, relictum fuit, *Inſtit. de leg. in princ.* & ibi gl. Ang. Aret. & alii; ſi vero fuit quantitatis (quia teſta-
24 mentum non vidi) competit † hypothecaria d. filio, in bonis fratris defuncti, *vt in d. princ. & in l.1. C. de leg.* † quæ cum 25
ſit actio in rem. *l. pign. ff. de pignor. l. pign. C. eod. & in §. item Seruiana. Inſtit. de act.* ſequitur, quod † vel res legata vendicari 26
poſſit, tanquam res propria filii legatarii, quæ in eum tranſiuit, nūquam heredis facta. *l. legatum ita. ff. de leg.2.* vel quod per hypothecariam, & ſic ius reale, præferri debeat in bonis hypothecatis dicto fratri heredi, vt inquit in ſpecie Dec. *reſp. 11. n. 197. vol.1.* & propterea in omnem euentum D. Paulus tam nomine filii, quam ſuo, pro intereſſe ſui vſusfructus inſtare poteſt, quod de bonis defuncti fratris tantum detrahatur, quod d. legato ſatisfaciat, antequam cæterorum bonorum diuiſio fiat: ſicq; iuri, & æquitati conſonum mihi videtur in ſingulis ſupradictis articulis.

Pro heredibus Magnifici Vincentii Palauiſini nobilis Mantuani.

ARG. De chirographo per literarum comparationem probando: Et quid ad talem comparationem requiratur, vt fidem faciat. Item de inſtrumentis publicis, eorumq; vi in probando, De non veriſimili, quod ſuſpectum ſit, & habeat ſpeciem falſitatis. Item an contractus ex verbis, vel mente cōtrahentium diiudicandus ſit. Et an per alium contractum Nouatio inducatur. Item de contractibus, quorum vnus poſt alium incōtinenti fit, an cenſeantur correſpectiui, & vnus propter alium factus.

SVMMARIVM.

1 *Chirographum iuſtificatum comparatione literarum, an probet, & an heredes ſcribentis id contrauenire poſſint. n.2.*
3 *Statutum poteſt facere vt ſcriptura priuata plene probet.*
4 *An comparatio literarum plene probet & n.5. & 17.*
7 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata.*
8 *Reus abſoluitur actore non probante, tam in ciuilibus, quam criminalibus & n.9*
10 *Comparatio literarum, vt valeat, quæ requirantur. & numero 12. 25 26.*
13 *Intellectus § ſi vero moriantur in auth. de fid. inſtr.*
14 *Statutum quod circa comparationem literarum, iuramentum expreſſe non requirit, an iuramentum illud remittere cenſeatur. & num 15. 16 18. 19.*
20 *Formæ nil addi, aut diminui poteſt in expreſſis.*
21 *In omiſſis non cadit forma.*
22 *Statutum correctorium iuris communis, non debet extendi ad caſus in ſtatuto non comprehenſos, & à iure communi deciſos.*
24 *Forma data cenſetur quoties in diſpoſitione dictum eſt, quod aliter fieri non poſſit, neq; formæ renunciari non poteſt & n 25.*
27 *Lex cum iubet vt aliqua ſolemnitas adhibeatur tempore actus, ſi aliter fiat, non valet ipſo iure, etiamſi non adſit verbum annullatiuum n.28.*
29 *Datum non dicitur, nec pro dato habetur, quod datur ab eo, qui donare non poteſt.*
30 *Donatio impoſſibilis, nec veriſimilis vllo modo, ſuſpecta dicitur.*
31 *Et habet ſpeciem quandam falſitatis. Nec dicitur vel habetur pro donatione. n.32 33.*
34 *Confeſſio dotis facta per maritum deſinit eſſe ſuſpecta, & fit veriſimilis ſi præceſſerit non promiſſio.*
35 *Scriptura priuata nullo adminiculo munita an faciat ſaltem aliquam præſumptionem & n.35.36.42 & 47.*
37 *Veriſimilia quæ non ſunt, non attenduntur in probationibus.*
38 *Impoſſibilia allegari non debent, & cur n.39.*
40 *Verba ſcripturæ diligenter attendenda.*
41 *Regreſſus non datur remittentibus iura ſua.*
43 *Verbum, alienatus firmitatis, videtur etiam in minimo verificari.*
44 *Actor debet probare, quod dicit*
45 *Præſumptio quod nemo præſumatur facere falſam ſcripturam, an releuet ab onere probandi ſcripturam priuatam eius contentorum in eos.*
48 *Ex violentis præſumptionibus hominum neminem facile damnari.*
49 *Verbum, Dono, arguit donationem.*
50 *Contractum talis cenſetur, quem forma verborum oſtendit.*
51 *Et verba contractus ſunt forma contractus quæ dat eſſe rei. & num. 52.53.*
54 *Donatio excedens 500. aureos non inſinuata, non valet. & n.55.*
56 *Effectus potius eſt inſpiciendus, quam verba.*
57 *Veritas verbis præualere debet & num. 58. & à iudice attendenda. num. 59. & de vi veritatis. n. 60. 63. & 64.*

61 *Donatio remuneratoria non eget inſinuatione. Vt nec donatio ob cauſam. n. 62.*
65 *Confeſſio propria quam vim habeat in probando. & num. 66. 67 68. 69. & 70.*
71 *Donationem fuiſſe remuneratoriam probare debet, & cur. n. 72.*
73 *Donatio facta ſub conditione, corruit ea deficiente.*
74 *Ceſſiones poſteriores debent attendi.*
75 *Contraria duo non poſſunt ſimul in eodem ſubiecto concurrere.*
76 *Mandatis duobus factis ſub diuerſa forma eidem, & ab eodem, ſtatur vltimo.*
77 *Clauſula, caſſantes & irritantes omnem alium contractum in vltimis contractibus, cur non ſit neceſſe apponi.*
78 *Nouatio non fit niſi expreſſe agatur. Fallit in contractibus incompatibilibus; quia ipſo facto per ſecundum, primo derogatur. ibid.*
79 *Et per ſecundum actum contrarium cenſetur à primo receſſum.*
80 *Abſurdum eſt alium habere commoda, & alium onera ſuſtinere.*
81 *Socius qui noluit periculum ſubire alterius ſocij ciuitatis Venetiarum, nec de lucro quod facit, participare debet.*
82 *Actu facto qui potuit in abſentia alterius fieri, præſentia non non præſumitur, niſi probetur.*
83 *Donatio, licet poſſit fieri inter abſentes, tamen ſi non appareat de donatarij acceptatione, non valet.*
84 *Verba, ſeu pactum aduerſarij non acceptans, non poteſt ex illis ſe iuuare.*
85 *Eccleſia quæ conceſſit fundum alicui in emphyteuſim, non poteſt, ſi agat rei vendicatione, dominium ſuum probare ex inſtrumento inueſtituræ. & n. 86.*
87 *Remedium reintegranda, non datur ei, qui facto vel contractu proprio à poſſeſſione rei cecidit.*
88 *Teſtes deponentes de tractatu, non probant contractum.*
89 *Actus ſequens declarat qualis fuerit intentio partium in actu præcedenti.*
90 *Et qualis ſit dignoſcitur ab effectu.*
91 *An Nouatio ex coniecturis inducatur.*
92 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe*
93 *Probatio de neceſſitate concludere debet.*
94 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. & num. 96.*
95 *Exceptio admittitur, dolo facis petens, quod reſtituturus es. & in æquitate fundata eſt. n. 97.*
98 *Actus plures, ſeu contractus cum incontinenti fiunt, vnus poſt alium, an correſpectiui. & vnus propter alium factus cenſeatur. & n. 100. 101. 102. & 103.*
99 *Donatarius poſt donationem ſe obligans ad aliquid, præſumitur facere contemplatione præcedentis donationis.*
104 *Donatio ſub modo facta, tollitur, eo non adimpleto, ex aduerſo.*
105 *Vt quis agere poſſit virtute alicuius contractus, debet prius oſtendere ſe pro parte ſua adimpleuiſſe adimplenda. & n. 106.*
107 *Et in contractibus correſpectiuis ſemper eſt interpretatio facienda, vt contrahentium æqualis ſit conditio.*
108 *Princeps non præſumitur præiudicare voluiſſe iuribus tertij. & n. 109 110. etc.*
112 *Legitimatio efficitur nulla, ſi factum recte non ſit narratum. & num. 113*
114 *Aſſertioni Principis an credatur.*
115 *Notorium allegare ſufficit, nec indiget probatione.*
116 *Precibus porrigentis creditur contra porrigentem.*

CONSIL. DCCLXXIX.

DOminus Iſidorus à Portello Patauinus, petiit ab heredibus magnifici domini Vincentii Pallauicini, nobilis Mantuæ, campos quinque mille terrenorum, bonificationis Pollicinii, Ferrariæ, ſibi promiſſos, per dictum dominum Vincentium in chirographo, quod dixit eſſe manu eius confectum. Et vlterius ſextam partem vnius tertii dictæ bonificationis, ſibi promiſſam per eundem Pallauicinum, in inſtrumento rogato per dominum Victorem Iordanum, Notarium Venetum; cumque ſententiam fauorabilem reportauerit, à qua dicti heredes appellarunt, operæpretium eſt diligenter perquirere; an confirmanda ſit, vel potius infirmanda. Et in primis, quod attinet ad campos quinque mille, de quibus in allegato chirographo,
1 fundata videtur eius intentio; † nam cum fuerit iuſtificatum literarum comparatione, probat, vigore ſtatuti; *de ſcripturis priuatis. verſ. volumus.* etiam contra heredes Pallauicini, *vt in fine verſ. volentes.* quod ſtatutum in hoc iuri com-
2 muni conuenit, vt, ſicut † Pallauicinus aduerſus illud ſuum chirographum venire non poſſet, vt ponit Ferratius *caut. 57. in fin.* ita nec eius heredes poſſint. *l. heredem. l. nemo plus*
3 *iuris. ff. de reg. iur.* † & ſtatutum facere poteſt, vt ſcriptura priuata plene probet, vt eſt caſus, & ibi notat. *in c. cum dilectus. de fide inſtr.* tradit Ioan. Andr. poſt Maſtrin. Silliman. *in addit. Speculat. in tit. de fid. inſtr. in addit. magna. verſ. Septimum ſupplementum.* Bald. *in rubric. C. eod. tit. colum. penult.* qui de conſuetudine loquuntur, & de ſtatuto, Soc. *conſil. 102. in princip. volum. 3.* & poſt Imol. Dec. *in cap. 2. num. 18. de fide inſtr. & in c. quoniam contra. num. 61. verſ. circa 2. de prob.* Quinimo de iure quoque communi voluit Bart. *in l. admonendi. num. 29. ff. de iureiur.* † comparationem plene proba- 4
re. Purpurat. *num. 171.* Alexand. *conſil. 181. num. 20* & Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 124. num. 9.* quando comparatio clara eſt, & manifeſta; cumque prædictis concordat Alberic. *in l. comparationes. num. 3. C. de fide inſtr.* concludens, ſe vidiſſe, † communiter in iudiciis ſeruari, quod 5
comparationi ſtetur, & adhibeatur plena fides, ſequitur Nicol. *in ſuis commun. opin. verb. comparationi. colum. 1.* & poſito, quod † ſemiplenam tantum faceret probationem, fal- 6
tem denegari non deberet iuramentum ſuppletiuum ſemiplenæ probationis, vt per Bald. & Salyc. *in d. l. comparationes. colum. fin.* Alexand. *d. conſil. 181. colum. fin. in princ. conſil. 118. colum. 2. volum. 4. conſil. 239. colum. 3. volum. 6. conſil. 58. colum. 1. vol. 7.* Soc. *conſil. 41. colum. 1. vol. 3.* Ruin. *conſil. 46. colum. 4. verſ. nec obſtat. conſil. 79. colum. 1. volum. 4.* Roland. à Vall. *conſil. 26. num. 15. volum. 1.* Circa vero ſextam partem pariter petitam, cum de illa ſit † inſtrumentum Iordani publicum, quod 7
dicitur eſſe probatio probata, remque facit manifeſtam, vt per Bart. Imol. Alexand. Iaſ. & omnes *in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſ.* ſic vt non indigeat diſceptatione fori, ſecundum Bald. *in l. 2. ff. de ſtat. hom. & in l. 2. C. quando fiſc. vel pri.* Angel. *in l. intereſt. vlt. not. C. de ſolut.* Dec. *conſil. 448. colum. 2.* Ruin. *conſil. 128. in princ. volum. 4.* & Roland. à Vall. *conſil. 58. num. 6. volum. 2.* clare dicitur inde probata intentio domini Iſidori.

Iſtis tamen non obſtantibus in contrariam ſententiam deſcendo, facile demonſtraturus, quod perperam, & inique fuerit iudicatum, meritoq; ſententia lata veniat irritanda: moueor; nam regula triuialis eſt, quod † actore non 8
probante intentionem ſuam, reus debeat abſolui, *l. ei qui dicit. ff. de prob. l. actor. C. eod.* etiam ſi reus nihil præſtiterit, & probauerit. *l. qui accuſare. C. de edend.* quæ † regula procedit 9
tam in ciuilibus quam in criminalibus, etiam ſi reus petiiſſet ſe abſolui. *c. licet cauſam. in fin. de prob.* Rota *in deciſionib. de quibus per Curt. in d. l. qui accuſ.* ſicque Rol. arguit, *in alleg. conſil. 58. num. 7.* ſed chirographum, ſuper quo facta fuit comparatio, non prodeſt D. Iſidoro, ea ratione, quia comparatio facta vere nulla fuit, nam † petens eam, præſtare de- 10
bet iuramentum, quod eam non petat calumnioſe; & quod nullo alio modo poſſit intentionem ſuam probare; quia hoc eſt remedium ſubſidiarium, ad quod non deuenitur, niſi in ſubſidium, ſiue defectum aliarum probationum, videlicet, vbi teſtes haberi non poſſunt, per quos poſſit inſtrumento plena fides imponi, vt declarat Angel. *in auth. de fid. inſtr. §. ſi quis igitur.* & de hoc iuramento, quod petens fieri comparationem ſubire debet, eſt text. *eod. tit. in §. ſi vero nihil.* vbi text. clare dicit, quod ipſe, qui hoc petit, videlicet fieri comparationem, iuret, quod non aliam idoneã habeat probationem, ideo ad collationes inſtrumentorum veniat, nec quicquam circa eam egerit, aut machinatus ſit, quod poſſit forte veritatem abſcondere; & hoc iuramentum diligenter adnotat Bald. *in d. l. comparationes. oppoſ. 3.* fuiſſe additum de iure auctenticorum, & quia hoc eſt ſtatutum pro forma, Baldus intelligit, quod † ſit de ſubſtantia, ſicque 11
quod comparatio aliter facta, ſit ipſo iure nulla. *l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact.* nam † in dubio omnis forma iure tra- 12
dita, debet cenſeri forma ſubſtantialis, & de eſſentia actus; & idem tenet Angel. *colum. fin.* Salyc. *num. 7.* Caſtrenſ. *num. 12.* & Bero. *conſil. 86. vol. 3.* at nec D. Iſidorus, nec ſuus procurator petens fieri comparationem, tale iuramentum ſubiuit, nec aliud quicquam, ergo comparatio ſecuta corruit; Nec ſuffragatur quædam reſponſio, quæ datur, videlicet petentem comparationem, debere iurare, ſi iudex putet iuramentum præſtandum eſſe, & id deferat petenti comparationem, per text. † *in §. ſi vero moriantur. in auth. prædicto.* 13
de fide

de fide inſtr. qui ſic declarat, ſi rectè intelligatur; ibi, *& omni-*
no, ſi putauerit eis iudex oportere credi, etiam iuſiurandum inuice-
re proferentis; nam ſenſus eſt, quod vbi iudex putauerit, de-
ueniendum eſſe ad literarum comparationem; tunc de-
beat inijcere iuſiurandum proferenti, qui ſecundum for-
mam, de qua ibi, debet iurare; quoniam tex. ille loquitur de
iuramento, quod ſubire debet ille, contra quem agitur, &
contra quem petitur fieri cōparatio, vt expreſſe dicunt An-
gel. & Caſtrenſ. *in d. l. comparationes.* non autem de illud pe-
tente, de quo loquitur §. *ſi vero nihil. ſupra citatus.* in quo nō
dicitur, ꝙ iudex deferat iuramentum, ſed quod ipſe petens
fieri comparationem, iuret; igitur hanc incumbentiam D.
Hiſydorus ab Imperatore ſibi impoſitam, debuit implere,
& ad vnguem ſeruare, ex quo plura ceſſant, quæ deducun-
tur, videlicet, iudicem non fuiſſe obligatum deferre iura-
mentum, cum nō fuerit à Reis petitum, vel inſtitum, vt de-
ferretur D. Hiſydoro; hæcq; concluſio procedere debet in
14 terminis ſtatuti noſtri: † *de ſcripturis priuatis*, quod vult pro-
bationem fieri poſſe per comparationem literarum; cum
enim de tali iuramento præſtando, per petentem compara-
tionem nil dicat, ſed alia requiſita referat, illis hoc adden-
dum eſt; ex quo enim ſtatuit, iuxta iuris communis diſpoſi-
tionem, debet ab eo interpretari, non autem illud corrige-
re, prout ſingulariter & in indiuiduo dictū ſtatutum decla-
rat, & intelligit Menoch. *in alleg. conſil. 114. ad fin.* quo nihil
melius aut præciſius adduci poſſet, & præter eum cōfirma-
15 tur: † nam cum non corrigat in hoc ius commune, vide-
licet circa modum petendi comparationem, debet à iure
communi interpretationem deſumere, vt per Imolam *in l.*
ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. Soc. *conſil. 52. colum. fin. volum. 3.*
conſil. 89. col. 3. vol. 4. Goz. *conſil. 19. num. 18.* Pariſ. *conſil. 91. num.*
12. vol. 3. dixi *in l. 1. num. 60. C. qui admit.* Comprobatur adhuc;
16 nam quando † ſtatutum cōtra ius commune poteſt vnum,
vel duo operari, interpretari debet, vt vnum tantum ope-
retur, vt minus derogetur diſpoſitioni iuris communis, vt
ſcribit Gozad. *conſil. 19. num. 5.* Grat. *reſp. 43. col. 1. reſponſ. 47.*
num. 7. vol. 1. Roland. à Vall. *conſil. 74. num. 19. vol. 3.* Senat. Pe-
demont. *deciſ. 59. num. 13.* cum ergo ſtatutum prædictum cor-
rigat in hoc ius commune diſponendo, quod probatio ple-
na fieri poſſit per comparationem literarum, etiam ex ſcri-
ptura, nullo teſte annotata, quod eſt contra ius commune:
17 quia tali † caſu comparatio tantum facit ſemiplenam pro-
bationem, vt decidit Bart. *in l. admonendi. colum. 5. verſ. circa*
primam. ff. de iureiur. & in auth. contractus. colum. 2. verſ. ſi vero
non habet. C. de fide inſtr. Caſtrenſ. *conſil. 88. colum. 1. & conſil. 313.*
colum. 2. vol. 1. Alexand. *conſil. 38. vol. 7.* cum ſimilibus cumu-
18 latis à Roland. à Vall. *conſil. 26. num. 12. vol. 1.* qui † commu-
nem teſtatur, & ſi iſtud poſſit operari dictum ſtatutum cō-
tra ius commune, non debet & aliud operari, quod ex par-
te petentis comparationem non debeat iuramentum fieri,
& ſubiri, prout ius commune diſponit, vt illi minus dero-
getur. Nec quicquam facit, in quantum dicitur, totum di-
19 ctum † ſtatutum eſſe de forma, cui nihil addi, nec diminui
poteſt. *l. in conuentionalib. ff. de verb. oblig. l. 1. 2. cum ibi not. ff. de*
verb. obl. Bald. *in l. 2. C. de ſuis & legit.* Fel. *in c. cum dilecta. verſ.*
geſta contra formam. colum. 2. de reſcript. Natta *conſil. 678. num.*
28. Pariſ. *conſil. 19. num. 188. vol. 2. conſil. 161. num. 15. volum. 5.* Ro-
land. à Vall. *conſil. 54. num. 26. volum. 3.* vnde diſponendo, pro-
bationem fieri poſſe per comparationem literarum, etiam
ex ſcriptura priuata, nullo teſte notata, & eligendos eſſe
peritos duos, pro qualibet parte, & id genus, nec de iura-
mento partis quicquam dicat, ſequitur, quod in hoc quo-
20 que voluerit ius commune corrigere; nam † quod dicitur,
formæ nihil addi, nec diminui poſſe, procedit in expreſſis;
vnde dicit Archidiac. *in cap. ſi non ſanctificatur. de conſecrat. di-*
ſtinct. 4. & Hoſtienſ. *de baptiſ. §. quæ ſit cauſa.* non licere in ba-
ptiſmo addere; *& omnium Sanctorum.* ſimiliter Innocent. &
Dd. *in cap. 1. de baptiſm.* dicunt, non ſufficere, dicere, *baptizo*
te in nomine Trinitatis; ſequitur Fel. *in d. c. cum dilecta. loco cit.*
21 *& inferius in ampliat. 11. verſ. ſimiliter dicit.* at in † omiſſis non
cadit forma, quia non entis nullæ ſunt qualitates. *l. cum qui*
in prouincia. ff. ſi cert. pet. tantoque magis, quoniam ſtatutum
loquitur de modo faciendi comparationem, & eius effe-
ctu, cum facta fuerit, non autem de modo eam petendi
fieri. Vnde cum ſit † correctorium iuris communis, non 22
debet extendi ad caſus in ſtatuto non comprehenſos, & à
iure communi deciſos, qualis eſt iſte de iuramento ſubeun-
do, per petentem comparationem fieri, vt not. Bart. *in l. o-*
mnes populi. ff. de iuſt. & iure. in l. non dubium. num. 8. C. de legib.
& in l. ſi conſtante. quæſt. 9. vbi pariter Rip. *num. 57. ff. ſolut. ma-*
trim. Abb. *in c. translato. in fin.* & ibi Felyn. *de conſtit.* Rema-
net igitur hoc primum fundamentum efficax, & inconcuſ-
ſum contra comparationem prædictam, quæ propter illud
nulla fuit.

Secundo, ex alio quoque capite dicta † comparatio nul- 23
la fuit, videlicet ex parte peritorum, qui non iurarūt, quod
neque lucri cauſa, nec inimicitiis, neque gratia tenti, huiuſ-
modi faciant comparationem, vt eſt text. clarus *in l. compa-*
rationes. §. omnes. C. de fide inſtr. idque de forma, Bart. & Ang.
appellant, in quantū dicunt, ꝙ periti iurare debent ſecun-
dum formam ibi poſitam; nec immerito, quoniam dicit
Imperator; *omnes autem comparationes, non aliter fieri conce-*
dimus, niſi iuramento antea præſtito, ab his, qui comparationem
faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri, &c. † nam quo- 24
tiens in diſpoſitione dicitur, quod aliter fieri non poſſit, di-
citur data forma, cui renunciari non poteſt, vt Barto. docet
in l. fin. in fin. C. de vend. reb. ciuil. lib. 11. & in l. de his. per illum tex.
C. de tranſact. Roman. *conſil. 402.* vbi quoq; Mandoſ. con-
cordantes allegat, maxime Felynum *in d. cap. cum dilecta. 7.*
ſign. de reſcr. Decium *conſil. 528. num. 11.* & Paulum *conſil. 19.*
num. 20. volum. 2. imo vero dicta verba † taliter inducunt for- 25
mam ſpecificam, quod non recipiunt alium intellectum,
& modificationem ſeparatam à verbis, vt per Alexand. *con-*
ſil. 3. colum. 2. volum. 1. cum ſimilibus per Roland. à Valle *conſil.*
57. num. 48. volum. 3. & † cum tale iuramentum debeat inter- 25
uenire, tempore, quo deuenitur ad comparationem, vt di-
citur *in d. §. omnes.* ibi, *niſi iuramento antea præſtito ab his, qui*
comparationes faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri, &c.
ſequitur, quod eo non ita adhibito, corruit comparatio fa-
cta: nam † quoties lex iubet, quod aliqua ſolemnitas ad- 27
hibeatur tempore actus, tunc ſi aliter fiat, non valet ipſo
iure: prout eſt doctrina Bartol. *in l. vniuerſa. C. de precibus im-*
per. offer. de quo late Iaſ. *ibid. num. 7. & 8.* dicens, quod to-
tus mundus eum ſequitur, & Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in ver-*
bo, reuertatur. num. 61. C. de reuoc. donat. & abunde Senat. Pe-
demont. *deciſ. 165. num. 8.* poſt Aretin. *in cap. 2. not. 6. de teſtib.*
qui dicit † id procedere, licet non adſit verbum annulla- 28
tiuum; nec iſtud iuramentum ſic qualificatum tollit idem
ſtatutum, *de ſcripturis priuatis*, dicens, quod periti diligen-
ter inſpectis literis, &c. cognoſcant de prædicta compara-
tione, & cum eorum iuramento ſuper ea referant: nam
cum ſatis operetur in corrigendo ius commune, quod tem-
pore relationis iurent, cum de iure communi prius iura-
re debebant, quando facturi erant, ſeu faciebant com-
parationem. *vt in d. §. omnes.* nō deberet etiam operari, vt cen-
ſeatur voluiſſe corrigere qualitatem iuramenti, de quo ibi,
per ea, quæ ſupra deduxi poſt Gozad. *conſil. 19. num. 5. cum ſi-*
milib. Vnde procedit & hoc fundamentum mirifice con-
tra dom. Hiſydorum, ad proſternendam dictam compara-
tionem.

Tertio, poſito, quod chirographum illud iuſtificatum
remaneret ex allegata comparatione, tamen aduerti debet,
quod cum eodem die celebrati dicti chirographi, D. Hiſy-
dorus habuerit curam totius retractus, à Sereniſſimo Duce
noſtro, vt in inſtrumento rogato per clariſſimum Pignam
fatetur; auxilio tamen & fauore Pallauicini, quod etiam
fatetur idem dom. Hiſydorus, in alio inſtrumento, rogato
per Cignignum; ſequitur, quod ſi dom. Hiſydorus tunc e-
rat dominus retractus, non autem Pallauicinus; Pallauici-
nus D. Hiſydoro donare non poterat campos quinq; mil-
le, quos non habebat. *l. filius. C. de donat. l. nemo plus iuris. ff. de*
regul. iur. imo † pro non dato habetur, quod datur ab eo, 29
qui donare non poteſt. *c. quod aut. in fin. de iure patron.* Dec.
in d. l. nemo. Cumque Pallauicinus opem, fauoremque præ-
ſtitiſſet dom. Hiſydoro, ad habendum dictum retractum,
non tenebatur Pallauicinus eum remunerare, ſed econtra

dom. Iſidorus debebat Pallauicinum remunerare, prout
poſtea fecit in d. inſtrumento Cigrigni, cedendo Pallaui-
cino tertiam partem dicti retractus, in recompenſam dicti
auxilii, & fauoris ſibi præſtiti per Pallauicinum; vnde do-
30 natio prædicta † camporum quinq; millium, quæ facta di-
citur per Pallauicinum dom. Iſidoro, velut impoſſibilis,
nec veriſimilis vllo modo, ſuſpecta dicitur. *l. fin. ff. de eo, quod*
met. cauſ. & quia veriſimile. de præſumpt. Cephal. *conſil. 225. n. 37.*
31 & ſpeciem † quandam falſitatis habere. Bald. *in l. 1. C. de ſer.*
fugit. Iaſ. *in l. ſi extraneus. n. 8. ff. de cond. ob cauſam.* Dec. *conſil.*
94. Crauet. *conſil. 61. num. 9.* & ob id ea nulla ratione debet
attendi, vt concludit Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 1.*
32 *caſu 85.* ſicut † nec dici debet, neque teneri, prout abunde
cumulat Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in præfation. num. 37. Cod. de*
reuoc. donat. quem refert Simon de Præt. alias inter conſi-
liarios iuſtitię meritiſſime cooptatus. *conſil. 63. num. 16.* Tan-
toque magis veriſimilitudo dictæ donationis proſternitur,
quoniam ſi dom. Iſidorus erat obligatus ad remuneran-
dum Pallauicinum. *l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hered.*
33 non † eſt veriſimile, quod Pallauicinus voluerit concedere
dom. Iſidoro, quod ipſi Pallauicino debebat Iſidorus, *l. pr-*
culum. §. 1. ff. de pecul. per quam ſic arguit idem de Præt. *conſil.*
153. num. 9. At dom. Iſidorus inſurgit, dicens, quod dictum
chirographum Pallauicini maximam continet veriſimili-
tudinem, ex alio ſcripto priuato, eadem die confecto, per
ipſum dom. Iſidorum, in quo dat liberam facultatem Pal-
lauicino diſponendi de totali retractu, reſeruatis ſibi cam-
pis quinque millibus; vnde veriſimile eſt, quod Pallauici-
nus poſtea idem firmauerit in ſuo chirographo, vigore cu-
34 ius agitur, eos Iſidoro donando; ſicut † confeſſio dotis fa-
cta per maritum, deſinit eſſe ſuſpecta, fitque veriſimilis, vbi
præceſſerat eius promiſſio, vt poſt Caſtrenſ. tradit Socin. *in*
l. 1. num. 95. verſ. octauo & vltimo. & colum. penult. verſ. hæc ta-
men. ff. ſolut. matrim. & in regulis ſuis, *regula incip. dotis cauſa.*
limit. 8. Rube. *conſil. 78. colum. fin. deciſ. Neapol. 402. ſub num. 9.*
35 Crauet. *conſil. 40. num. 1.* Cephal. *conſil. 239. in fin.* & † illud
ſcriptum priuatum, licet nullo adminiculo munitum, ſal-
tem facit aliquam præſumptionem, vt per Bart. & alios. *in*
l. admonendi. ff. de iureiur. quem ſequuntur communiter Dd.
36 vt refert Ruin. *conſil. 79. volum. 4.* ea ratione, quia † non eſt
de facili credendum, quod quis fecerit ſcripturam falſam,
vt per Alex. *conſil. 239. col. 4. vol. 6.* ſequitur Rol. à Vall. *conſil.*
26. num. 14. vol. 1. eaque præſumptio ſaltem facere debet ceſ-
ſare ſuſpicionem contrariam, & inducere veritatis præſum-
ptionem, cum vna præſumptio tollat aliam. Bart. *in l. d. inus.*
ff. de reſt. in integr. & in l. is poteſt. col. 6. verſ. ſed pone. ff. de acquir.
hered. Socin. *in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrim.* Dec. *in c. quo-*
niam Abbas. num. 8. de offic. deleg. Iaſ. *in l. iam hoc iure. col. 2. ff. de*
vulgar. & pupil. Alciat. *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 16. cum ſi-*
milibus.

Nihilominus iſtis non attentis, adhuc in fundamento
meo conſtans perſiſto: nam conſidero, quod in ſcripto D.
Iſidori, ipſe ſic dicit & loquitur, *dechiaro io Iſidoro, qualmente*
hauendo nel giorno d'hoggi ottenuto il retratto, do libera facultà
al Magnifico ſignor Vincenzo Pallauicino, di poter diſponere, di tut-
to il detto retratto. & poſſa elegere li cinque mille campi, che lui
mi ha promeſſo. id eſt, *Ego Iſidorus declaro, quod cum hodie obti-*
nuerim retractum, liberam facultatem concedam magnifico dom.
Vincentio Pallauicino diſponendi de toto illo retractu, & eligendi
5000. campos, quos ipſe mihi promiſit. ex his enim verbis appa-
ret manifeſte, quod chirographum Pallauicini præceſſerat,
in quo dicitur, eum donare Iſidoro dictos campos quin-
que mille: ſi Iſidorus in ſuo ſcripto dicit, Pallauicinum
eos ſibi promiſiſſe, quæ verba ſunt temporis præteriti: cer-
te ante ſcriptum Iſidori hoc fecerat Pallauicinus; ergo mi-
litat adhuc fundamentum meum, quod cum Pallauicinus
nullum ius tunc haberet in dicto retractu, ſit impoſſibile,
nulloque modo veriſimile, quod donauerit illos campos
quinque mille domino Iſidoro, quos non habebat, nec in
eis, nec in dicto retractu ius aliquod habebat. *d. l. filius. C. de*
37 *donat. cum vulgarib.* & ſicut † non veriſimilia non debent
attendi, vt ſupra dixi; maxime vero in probationibus, in
quibus veriſimilitudo multum conſideratur. *l. 3. ff. de teſti.*
l. ob carmen. ff. de probat. Bald. *in l. ſcriptura. C. de fide inſtr.* do-
min. meus Riminald. *conſil. 156. num. 14.* & ibi dixi *in Apoſtil.*
pari modo † nec impoſſibilia allegari debent: quoniam 38
impoſſibilium nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium. ff. de regul.*
iur. quod adeo procedit, vt ibi declarat Dec. quod etiam
naturalis obligatio non iuſcatur, *vt not. per gloſſ. in regul. nemo*
poteſt. de regul. iur. in 6. & notat per illum text. Bart. *in l. ſi ſub*
impoſſibili. ff. de fideiuſſ. cuius eſt ratio, quia † non videtur 39
quis habere animum ſe obligandi, qui promittit impoſſi-
bile. *l. non ſolum. ff. de action. & obligat. l. cum heres. §. 1. ff. de*
ſtatu lib. vnde ſi deficit animus, remouetur naturalis ob-
ligatio.

Secundo conſidero, quod † ſcriptum prædictum, (vt di- 40
citur) Iſidori, ſic eſt conceptum, quod in eo loquitur Iſido-
rus ſemper de Pallauicino, non autem de ſe ipſo; patet in-
cipiẽdo, ibi: *Dò libera facultà al ſignor Vincenzo Pallauicino, di*
poter diſponere di tutto il detto retratto. id eſt, *Liberã facultatem*
concedo dom. Vincentio Pallauicino diſponendi de toto illo retractu.
Deinde ſubdit: *E poſſa elegere li cinque millia campi.* id eſt, *&*
vt poſſit eligere 5000. campos. quæ verba cum non exprimant
electorem, debent intelligi de Pallauicino proxime nomi-
nato: iuxt. doctr. Bart. *in l. in repetendis. ff. de leg. 3.* tantoque
magis, cum ſubiungat Iſidorus: *Che lui mi hà promeſſo.* id eſt,
quæ ille mihi promiſit, hoc eſt, Pallauicinus, *ouero il terzo, del*
detto retratto, come meglio à lui parerà, Et queſto per lo ſuo aiu-
to, & fatiche, id eſt, *vel tertium de dicto retractu, prout conſultius*
ei videbitur, & hoc pro eius auxilio & labore: quæ verba pariter
reſpiciunt Pallauicinum, cuius auxilio & fauore D. Iſidorus
obtinuerat retractum, vt fatetur in inſtrumento rogato per
Cigrignum; ſi ergo ſenſus d. ſcripti fuit, & eſt, quod D. Iſi-
dorus dixerit Pallauicinum eligere poſſe campos quinque
mille pro ſuo auxilio & laboribus, non eſt verum, quod I-
ſidorus eos ſibi reſeruauerit (vt pro eo dicitur) ſed eos di-
citur retro donaſſe, dimiſiſſe, & relaxaſſe Pallauicino, &
electionem, quam habebat, in Pallauicinum tranſtuliſſe:
igitur non poteſt amplius petere dictos campos quinque
mille; quia † remittentibus iura ſua non eſt dandus re- 41
greſſus. *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. c. quamuis. de*
pact. in 6. dominus meus Riminald. *conſil. 249. num 3.* Cra-
uet. *conſil. 24. num. 4. conſil. 74. num. 7.* Pariſ. *conſil. 69. num.*
20. vol. 3. Soc. iun. *conſil. 94. num. 31. conſil. 119. num. 21. vol. 3.* Port.
Imolenſ. *conſil. 19. num. 36.* Rol. à Vall. *conſil. 28. num. 41. conſ. 100.*
num. 24. vol. 4.

Tertio poſito, quod aliter loqueretur illud ſcriptum ad
fauorẽ D. Iſidori, non tamen video, quod in aliquo nocere
poſſit Pallauicino; nam † cum nullo adminiculo ſit ſuffal- 42
tum, nõ videtur facere aliqualem præſumptionem contra
Pallauicinũ. *l. admonendi. per tex. in c. 2. de fide inſt.* ibi, *nõ videtur*
alicuius firmitatis robur habere. id n. verbum, † *alicuius firmita-* 43
tis, videtur etiam in minimo verificari, vt per gl. *in clem. 1. in*
5. part. de for. comp. item quia nulla ſubeſt coniectura, vel pre-
ſumptio, ꝙ illa ſcriptura ſit ſcripta manu aduerſarii, ſed hoc
ſolũ allegatur ab eo, qui eam ꝓducit, cui nullo modo cre-
dendũ eſt, in præiudicium Rei, nec inſuper inſurgit aliqua
præſumptio ex dicto actoris contra Reũ; quia † actor ꝓbare 44
debet, ꝙ dicit *l. actor. C. de prob. l. ei qui. ff. eo.* Nec obſtat illa ra-
tio, quod faciat aliq̃ præſumptionẽ; quia veriſimiliter quis
non faceret falſam ſcripturã: † nam talis præſumptio bene 45
poſſet allegari ad euitandam pœnam; quia delictum non
præſumitur. *l. merito. ff. pro ſoc.* ſed iſta † præſumptio non at- 46
tenditur in fauorem actoris in præiudicium rei, vt notabil.
gloſſ. & poſt eam Bartol. declarat, *in l. qui iuraſſe. §. ſi pater.*
ff. de iureiuran. ita notab. declarat, & ponit Dec. *in d. cap. 8. n.*
9. Quam ſententiam late confirmant Modern. Gall. *in con-*
ſuetud. Pariſien. §. 5. num. 11. Sed vt etiam concederemus,
quod talis ſcriptura faceret aliqualem præſumptionem,
prout Bartol. & alii dicunt, ea ratione; quia † non de fa- 47
cili quis faceret vnam ſcripturam falſam, propter timorem
magnæ pœnæ: tamen aduerti debet, quod cum hæc ſit
hominis præſumptio, non autem iuris, non debuit inde
Pallauicinus, aut filii eius condemnari: quia † ex violen- 48
tis hominum præſumptionib. raro quis debet damnari; ea
ratione, quia raro admodum præſumptiones poſſunt eſſe
tales,

Digitized by Google

tales, quia de veritate dubitari poſſit, vt ponit Gand. in tra-
ctat de præſump. & indub. indi. in fin. Hieron. Gabriel. conſil. 180.
num. 4. remouetur igitur obiectum factum fundamento
meo pluribus modis; ſicut nec aliud procedit, de ceſſione
tertiæ partis retractus facta per Iſidorum Pallauicino per
inſtrumentum Cigrigni, in executione promiſſionis, quam
fecerat Iſidorus in ſcripto prædicto, dicto Pallauicino, de
faciendo ſibi ceſſionem per inſtrumentum publicum, pro-
ut ſæpe contingit, aliquem facta ſcriptura priuata conueni-
re de faciendo quoque publicam, l. final. ff. quom. teſtamen. a-
per. gloſſ. in l. 2. ff. de fide inſtrum. Dec. conſ. 11. ſub nu. 16. verſic. vnde
licet vnum. Aret. in l. vnum. ff. de teſt. quia non inde ſequitur,
quod Pallauicinus tempore ſui chirographi facti die 26. Iul.
1564. ius aliquod haberet in dicto retractu, cum dicta ceſ-
ſio tertiæ partis ſibi facta fuerit per Iſidorum die 16. Se-
ptembris, & ſic poſtea per menſem cum dimidio, & vltra:
vnde non per hoc veriſimile, neque poſſibile redditur chi-
rographum Pallauicini; quinimo negari poteſt, dictam ceſ-
ſionem tertiæ partis retractus per inſtrumentum fuiſſe fa-
ctam Pallauicino, in executionem promiſſionis ſibi factæ
per Iſidorum in dicto ſcripto, cum illud de ceſſione totius
retractus loquatur, non autem de parte; ibi: Et piu prometto
al detto Signore Vincenzo, di farli ad ogni ſuo voler e vn inſtrumen-
to, di man di Nodaro, per poter piu facilmente diſponere, come piu
piacerà à lui del tuto, che poſſa vendere, donare, alienare, come vor-
rà. id eſt: Et amplius promitto dicto Dn. Vincentio, facere ad omne
eius libitum inſtrumentum, per manum Notarij, vt poſſit eo facilius
diſponere, prout ei placebit, de omnibus, vt poſſit vendere, donare, a-
lienare, prout volet. Vnde remanet inconcuſſum fundamen-
tum meum.

Quarto non prætereo, quod Pallauicinus in chirogra-
pho prædicto, & in verbis diſpoſitiuis dixit: Facio liberamen-
te, dono & concedo à miſſier Iſidoro campi cinque mille, &c. id eſt:
Libero facio, dono & concedo Dn. Iſidoro campos quinque mille, &c.
49 quibus † verbis exprimitur clara donatio propter verbum,
dono, vt tradit Oldrad. conſ. 149. in primo dubio. quem ſequitur
Alberic. in rubr. C. de don. in vltim. quaſt. Iacob. à S. Georg. in
tract. de feud. ſuper verſ. inueſtitus talem. col. 3. verſ. ſed quæro de q.
Andreas de Iſern. in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amit. & poſt eum
Afflict. col. pen. verſ. vltimo. Do. Andreas hic. Caſtr. conſil. 161. in
præſenti cauſa. col. fin. Alexan. conſ. 24. ponderat in hn. col. 4. verſic.
nec dicatur. vol. 5. Dec. conſil. 32. col. 1. conſ. 208. col. 2. conſ. 269. con-
ſil. 390. col. 4. verſic. 3. in eadem. & conſil. 413. Socin. iunior conſ.
102. num. 10. volum. 2. Rolan. à Valle conſil. 1. num. 18. volumin. 4.
poſt Præpoſ. in cap. 1. in fine. de duobus fratr. horumque ſenten-
50 tia confirmatur, quia † contractus talis cenſetur initus,
quem forma verborum oſtendit, l. qui fundum. §. funda. ff. de
contrah. empt. ponit Bartol. in diſputat. publicanm. & in l. cotem.
§. qui maximos. quaſt. 5. ff. de publica. hinc Bald. in l. quotiens. col.
51 2. C. de ſui. & legit. inquit, quod † verba contractus ſunt for-
ma contractus, quæ dat eſſe rei; idemque Bald. in addit. Spe-
cul. de locato. in prin. ſcribit, quod talis eſt contractus, qualis
denominatur à partibus, quia à natura verborum & pro-
pria ſignificatione verbis attributa non eſt recedendum, l.
ſi aliq. ff. de vſufruct. leg. ſicque concludit & arguit Natta conſil.
194. column. 1. & prior eo Caſtrenſ. in l. Ariſto. numer. 4. ff. de do-
nat. dicens, quod quis ſit contractus, ex verbis & denomi-
natione contrahentium dignoſcitur, ſequitur Alexan. con-
ſil. 3. numer. 1. volumin. 1. Curt. conſil. 53. in princip. ample Barbat.
conſil. 11. & conſil. 26. volumin. 2. Alba. conſil. 81. numer. 47. Grat.
reſponſ. 108. numer. 5. volumin. 1. cum ſimilib. quos refert Arius
Pinellius in rubric. Cod. de reſcinden. vendit. 2. part. cap. 2. n. 1. & 2.
52 Nec aliunde † melius ac luculentius mens ac propoſitum
contrahentium in re dubia clareſcit & illuceſcit, quam ex
nomine, quod ipſimet contractui expreſſim indiderunt, vt
not. And. ab Exea. de pact. numer. 513. Mod. in l. 2. vbi Ripa. nu-
mer. 30. Alciat. numer. 24. ac Purpur. numer. 31. ff. ſi certum petat.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. gl. 1. numer. 2. & 7. commu-
53 nemque † teſtatur Emanuel Soarez in theſaur. receptar. ſen-
tent. verb. contractus. numer. 303. Villalob. communium opin. ver.
contractus. numer. 192. deciſ. Pedem. 139. num. 25. D. meus Rimin.
conſ. 77. numer. 6. Ceph. conſ. 117. num. 9. conſ. 178. num. 13. Neuiz.
54 conſ. 92. & Franciſ. Burſat. conſ. 100. nu. 5. hæcque † donatio ſi-
ne dubio longe excedit ſummam 500. aureorum; ergo non
inſinuata non valuit, l. ſancimus. §. pen. in fin. & ibi notant o-
mnes, C. de don. adeoque nulla redditur donatio non inſi-
nuata, quod nullam parit obligationem, nec naturalem,
nec ciuilem, d. l. ſancimus. in prin. ibi, pro non ſcripto vel intelle-
cto. & ibi Bald. l. fin. in prin. C. de iure dot. verſ. ac ſi non facta do-
natione. ideo dicit Bar. in l. vt mihi donares. ff. de don. quod † ex- 55
ceptio inſinuationis omiſſæ dicitur exceptio nullitatis &
intentionis deficientis; ſequitur Franciſ. Beccius conſ. 66. nu.
13. & cum patiatur duplicem defectum, quia ſuſpecta red-
ditur ex adductis in ſecundo fundamento, nec inſinuata
fuit, vtique nedum in exceſſu nulla fuit, ſed & intra ſum-
mam 500. aureorum defendi non poteſt, l. donationes quas
parentes. vbi gl. ver. confirmati. Salyc. ibidem. Soc. in l. 1. col. 18. verſ.
circa ſecundum. ff. ſol. mat. conſ. 115. col. 2. vol. 4. vbi dicit, ſe ſic a-
lias conſuluiſſe, quodque conſilium fuerit approbatum à
Collegio Piſano, idemque tenet Iaſ. in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de
verbor. obligat. col. 4. Cur. iun. conſil. 95. column. final. Chaſſan.
conſil. 7. numer. 23. Ruin. conſil. 132. column. final. volumin. 4. Pariſ.
conſil. 16. numer. 28. volumin. 1 hancque concluſionem late de-
fendi contra quoſdam numero ſatis inferiores ſupra me-
moratis, in §. 1. Inſt. de donat. numer. 222. cum ſequentibus. nunc-
que pariter eam confirmat Aaron. Gabr. Roman. in ſuis con-
cluſ. lib. 3. tit. de donat. nu. 57. poſt Caſtren. de quo ſupra. & Rui-
num conſ. 125. num. 3. volum. 1. At in oppoſitum mouetur do-
minus Iſidorus, negans hanc fuiſſe donationem Pallauici-
ni, ſed Pallauicinum dediſſe dictos campos quinque mille
dom. Iſidoro, quoniam dom. Iſidorus in ceſſione retractus
facta Pallauicino ſibi eos reſeruauerat, vt in ſcriptu ſuo: igi-
tur † effectus inſpiciendus eſt potius, quam verba, l. ſi vno. ff. 56
locat. & veritas magis intueri debet, quam quod Pallauici-
nus ſimulare ſcripſit de donatione, l. 1. C. plus valere quod agi.
veritati † namque ſemper locus eſſe debet, l. final. ff. de pro- 57
bat. l. 3. §. penul. ff. de iureiur. l. 2. l. non eſt nouum. C. de eden. c. ſi con-
ſuetudine. & c. conſuetudo. 8. diſtinct. Dec. in c. quoniam contra.
numer. 4. de probat. in d. l. 2. numero ſeptimo, & in l. 1. not. 7. Cod. de
ſenten. quæ pro eo quod inter. in vtraque lect. & † veritas omnia 58
vincit. Marſil. in practic. criminal. §. ſecunda. numer. 19. cum ni-
hil ea ſit fortius, vt per eum, numer. 18. & † iudex ad nihil a- 59
liud inuentus eſt, quam ad veritatem indagandam. Gram-
matic. deciſion. 34. numero ſecundo. cum veritas ſit mater iuſti-
tiæ. Bald. in leg. libertini. ff. de ſtat. homin. Rolan. à Valle conſil. 6.
numer. 9. volumin. 1. & † quanta ſit veritatis vis, plura ſcripſit 60
Iaſon conſil. 77. in princip. volumin. 1. Brun. conſil. 114. numer. 181.
Afflict. deciſion. 253. numer. 7. Grammatic. vot. 32. numer. 10. Ne-
uizan. in ſylua nupt. libr. 5. numer. 92. 112. & 113. Socin. iun. conſil.
112. numer. 3. volumin. 1. poſt quos nec illud eſt omittendum
ſatis vulgatum, potius eſſe tolerandum ſcandalum, quam
veritatis omiſſionem, vt per Dec. conſil. 368. in fine. Pariſ. con-
ſil. 51. in fine. conſ. 53. numer. 33. volumin. 4. vnde concludit dom.
Iſidorus, quod inſpecta veritate quinque milliaria campo-
rum ſpectant ad eum, quia ceſſit retractum Pallauicino, in
quo obtinendo laborauerat, & erat in eo laboraturus, vt
dicitur in chirographo Pallauicini, non autem donationis
titulo, & propterea non fuit opus inſinuatione, & vbi do-
natio dici poſſet, fuit remuneratoria, vt in ſuo chirographo,
dicit Pallauicinus ibi: Et perche miſſier Iſidoro, ha d' hauer il ca-
rico di tutta l' impreſa in tal bonificatione, ho voluto, che anco eſſo
habbia chiarezza di conſeguire vtile, & premio della ſua faticha.
Id eſt: Et quia dominus Iſidorus onus habebit omnis operæ in tali
melioratione, volui, vt & ipſe certitudinem habeat conſequendi
commodum & præmium ſui laboris. quæ † remuneratio ſine du- 61
bio non eget inſinuatione, vt per gloſſ. Bartol. & ſcribentes
in leg. Aquilius. ff. de donation. cum infinitis à me cumulatis, In-
ſtit. de donat. in princip. numer. 129. & in §. primo. numer. 471. qui-
bus addo nouiter Angelum conſil. 179. viſis productis. columna
penultima. Romanum conſil. 26. Dec. conſil. 202. columna tertia.
Alban. conſil. 4. num. 27. Rolan. à Valle conſil. 13. num. 27. vol. 3.
late Portius Imol. libr. 1. concluſ. 40. limit. 13. & Gabr. Roman.
libr. 3. de donat. concluſ. 1. limit. 14. vel fuit donatio ob cauſam,
prout ſuaderi videtur ex eodem chirographo, circa finem
ibi: à fin ch' egli, videlicet dom. Iſidorus, poſſi dare complimento
alla impreſa, con ogni ſtudio, diligentia, & modo conueniente in tal

negocio. id eſt: *vt ipſe Dn. Iſidorus poſſit perficere opus certum omni*
62 *ſtudio, diligentia & modo, talis negotio conueniente* quæ † dona-
tio ob cauſam pariter inſinuationem non requirit, vt per
Bartol. *in d.l. Aquilius* Rim. *conſ.52.n.8. conſ.126.nu.8.vol.1.* cum
ſimilibus abunde cumulatis per Portium *loc. cit. limit.14.* &
Gabriel. Romanum *limit.15.* & per me latius *in §.1. Inſt. de do-
nat. n.488.* cum potiſſime fuerit ex cauſa oneroſa dom. Iſido-
ri operam daturi bonificationi, vt per Rim. *conſ.182. ſub nu-
mer.13. vol.1.* Sed hæc propoſita pro dom. Iſidoro ſub vela-
63 mento veritatis, † quam ſemper præhonorare tenemur, te-
ſte Philoſopho *1. Ethicor.* Socin. iun. *conſilio 76. col.1. volum.1.*
Rolan. à Valle *conſ.68. in prin. vol.4.* eam non pandunt, ſed
64 obnubilare conantur. Quare † cùm illa, quanto magis
conteritur & oppugnatur, tanto clarior, expulſis nebulis, in
lucem progreditur, ſicut aromata magis redolent, quanto
magis conteruntur, vt inquit Caſtren. *conſ.28. volum.1.* Cra-
uet. *conſ.135. numer.18.* Rolan. à Valle *conſ.13. conſ.50. nu.1. vol.3.
& conſ.1. num.1. vol.4.* dico, quod cum dom. Iſidorus in ſcri-
pto ſuo, loquens de dictis campis quinque millibus, dicat,
eos ſibi promiſiſſe Pallauicinum, ibi, *che lui mi ha promeſſo
dare.* id eſt: *quos ille mihi dare promiſit.* ſequitur iſtud feciſſe
Pallauicinum, antequam D. Iſidorus in eodem ſcripto ceſ-
ſerit retractum Pallauicino. Igitur dum Pallauicinus in ſuo
chirographo dicit: *Faccio liberamente, dono & concedo à lui,* vi-
delicet D. Iſidoro, *campi numero cinque mille.* id eſt: *Libere fa-
cio, dono & cõcedo ei campos numero 5000. &c.* vere dicitur fuiſſe
donatio, vt verba ſonant, non autem datio dictorum cam-
porum, propter ceſſionem retractus ſibi factam, & reten-
tionem eorum, cum chirographum Pallauicini præceſſerit
illud Iſidori, vt denotant illa verba, *che lui mi ha promeſſo*, id
65 eſt, *quæ ipſe mihi promiſit*, ab ipſomet Iſidoro prolata, † à qua
confeſſione diſcedere non poteſt, *l. generaliter. C. de rebus
cred. cap. per tuas. de probat. c. ſi cautio. de fide inſtrumen. c. Lotha-
66 rim. 30. quæſt.2.* Confeſſio † namque maior eſt quolibet pu-
blico inſtrumento, & quibuſcunque depoſitionibus te-
ſtium. Bald. *conſ.192. proponitur quod in quadam ciuitate. col.2.
vol.2.* & idem Bald. *conſ.354. quæritur vtrum in priuata. vol.3.*
67 ſcriptum reliquit, quod vbi eſt † confeſſio, ibi eſt relaxatio
omnis probationis, adeoque eſt efficax confeſſio partis,
quod iudex non poteſt eam nullam pronunciare, vt ponit
Abb. *conſ. fin. col. fin. vol.2.* ſequitur Crauet. *conſil.61. nu.9. &
conſ.171. nu.4.* Concordat D. meus Rimin. *conſ.300. nu.88.* & in
68 ſumma ſuperat † omnes alias probationes, vt not. Doct. *in l.
eum qui. ff. de iureiurand.* Dec. *in rubr. de probat.* Pariſ. *conſil.75.
numer.52. volumin.2.* & facit ceſſare præſumptionem iuris &
69 de iure, † recipiturque etiam contra rem iudicatam, ſecun-
dum Imolam *in capit. plerique. de immunit. eccleſ.* Pariſ. *conſil.
121. column. antepenult. volum.1.* Rolan. à Vall. *conſil.21. num.3. &
70 4. volum.1.* Sicut igitur † ſtultiſſimum eſt ſub clariſſimo ſole
mortale lumen afferre, teſte Quintiliano, ita quoque ſtupi-
dum eſt, veritatem claram offuſcare, vt idem Roland. in-
quit *conſil.90. numer.38. volumin.4.* quæ ſine dubio detegitur,
& clariſſima redditur ex allegato ſcripto Iſidori, continen-
tis in eo, Pallauicinum ſibi promiſiſſe campos quinque
mille ante ceſſionem retractus, quam Pallauicino facit in
dicto ſcripto: nam vere patet, inde Pallauicinum donaſſe
dictos campos Iſidoro, vt ſuum chirographum dicit; & in-
de ſequitur, eam velut exceſſiuam donationem non inſi-
nuatam fuiſſe nullam: nec inde defendi poteſt, quod alle-
getur, eam fuiſſe remuneratoriam, vel ob cauſam, quæ inſi-
nuationem non requirit; nam quod attinet ad remunera-
tionem, merita dom. Iſidori debuerunt per ipſum verifica-
71 ri: cùm † enim materia donationis ſit prohibitoria, ſcilicet,
quod non poſſit fieri donatio vltra ſummam taxatam à iu-
re, niſi inſinuetur, propter fraudes euitandas, *l. data. C. de do-
72 nat.* merito non † ſtatur aſſertioni donantis, ne fiat fraus le-
gi, per not. *in l. ſi forte.* vbi Bartol. *ff. de caſtren. pec.* ita declarat
Imol. *in lege. Aquilius. column.2. ff. de donat.* Bald. ante ipſum *in
l. illud. column. penultim. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* Iaſ. *in l. ex hoc
iure, column.9. ff. de iuſtitia & iure.* Doctores *in leg. ſi donatione.
Cod. de collat.* maxime Dec. & dominus meus Riminaldus, &
alij, quos citat Anton. Gabriel. *libr.3. de donat. concluſion.1. nu-
mer.60.* At tantum abeſt, quod dom. Iſidorus probauerit a-
liqua merita præcedentia donationem Pallauicini ſibi fa-
ctam, quibus affecerit Pallauicinum, quod potius conſtat,
Pallauicinum contuliſſe beneficium domino Iſidoro, dan-
do auxilium & fauorem illi, vt retractum obtineret, prout
ipſemet dominus Iſidorus fatetur in inſtrumento Cigogni.
Quo vero ad merita futura ipſius Iſidori, quia pendebat à
labore, ſtudio & diligentia ſua in adimplendo, quæ promi-
ſerat in capitulatione; in quibus quam fuerit negligens, ap-
paret ex pluribus prorogationibus ſibi factis per Sereniſſi-
mum Ducem, in quibus ſemper defecit, adeo quod tan-
dem fuit declaratus per Altitudinem ſuam, eum cecidiſſe
ab omnibus iuribus ſuis, & commodo dictæ bonificatio-
nis; vnde patet nec ea verificari, imo vero, cum Pallauici-
nus donationem fecerit Iſidoro, vt in chirographo dicitur:
*A fin, che egli poſſi dare complimento, alla impreſa, con ogni ſtudio,
diligentia, & modo conueniente in tal negocio, le quali conditioni
tengo ſiano in lei.* id eſt: *Vt ipſe poſſit perficere cœpta cum omni ſtu-
dio, diligentia, & modo tali negotio conueniente, quas conditiones
ipſi ineſſe cenſeo.* & Iſidorus prædicta non adimpleuerit, ſe-
quitur, donationem prædictam ſic ob cauſam factam re-
uocatam fuiſſe, & ſi dati fuiſſent campi quinque mille, re-
peti potuiſſent condictione ob cauſam, *l.2. Cod. de condiction.
ob cauſam. l.1. Cod. de donation. quæ ſub modo.* Ripa *in l. final. quæ-
ſtion.35. Cod. de reuoc. donat.* Fortius ergo non dati retineri poſ-
ſunt; *l. mutus. §. cui damus.* & ibi Dec. & Cagnol. *de regul. iur.*
vel illam † donationem, ſub ea conditione factam, ea de- 73
fecta, corruiſſe, & eſſe perinde, ac ſi à principio facta non
fuiſſet, *l. pecuniam. l. perinde. ff. ſi certum petatur. l. neceſſario. ff. de
peric. & commod. rei vend.* Natta *conſilio ſexcenteſimo ſeptuage-
ſimo octauo. nu.5.*

Quinto conſiderandum eſt, quod poſt donationem
prædictam camporum quinque millium, factam domino
Iſidoro per Pallauicinum, dominus Iſidorus ceſſit Pallaui-
cino tertiam partem integram retractus ſibi conceſſi, &
rurſus poſtea ceſſit aliam tertiam integram partem dicti
retractus eidem Pallauicino, prout apparet ex inſtrumentis
in cauſa productis, in quibus partibus comprehenſi ſunt
dicti campi quinque mille, cum illi, & illæ duæ tertiæ par-
tes ſint eiuſdem corporis territorij, & alia tertia pars fuerit
Sereniſſimi Ducis, vel alterius cuiuſcunque; ergo aperto
marte repugnant dicti contractus donationi Pallauicini,
& ceſſionum domini Iſidori: nam ſi dominus Iſidorus de-
bet habere dictos campos quinque mille, vigore donatio-
nis ſibi factæ per Pallauicinum, eſt impoſſibile, quod Palla-
uicinus habeat duas tertias partes integras dicti retractus,
vigore ceſſionum ſibi factarum per dominum Iſidorum:
contra vero, ſi Pallauicinus debet habere eas ex ceſſioni-
bus, eſt impoſſibile, quod dominus Iſidorus habeat dictos
campos quinque mille, vigore dictæ donationis. Sequitur
itaque, quod dictæ † ceſſiones, vti poſteriores dictæ dona- 74
tionis, debeant attendi, illique donationi cenſetur eſſe de-
rogatum *per l. pacta nouiſſima. Cod. de pact.* vbi dicitur, quod
vltima pacta derogant prioribus, & *in l. ſi vnus. §. pactum ne pe-
teret. ff. de pact.* & bene probatur *in l. ſi quis ante. ff. de acquir.
poſſeſſ.* vbi ſi quis ante conduxit, poſtea precario rogauit, vi-
detur receſſiſſe à conductione; quod ſi ante rogauit poſtea
conduxit, conduxiſſe videtur: potius enim procedere vide-
bitur, quod nouiſſime factum eſt; non alia ſane ratione, ſe-
cundum Caſtrenſ. Imol. Alexand. & alios, quam contrarie-
tatis, quia ex vna cauſa poſſidetur, ex altera non; ergo per
ſecundum contractum dicitur eſſe receſſum à primo, quia
duo † contraria non poſſunt ſimul in eodem ſubiecto con- 75
currere; hinc Bald. *in leg. falſus. Cod. de fur.* inquit, quod ſi ſunt
duo † mandata facta ſub diuerſa forma eidem, & ab eo- 76
dem, ſtabitur vltimo, *per dict. leg. ſi quis ante.* & idem proba-
tur *in l. clari.* & ibi not. Bald. *Cod. de fideicom.* Et † ideo in con- 77
tractibus non eſt neceſſe apponere illam clauſulam, *caſſan-
tes. & irritantes omnem alium contractum*, quia tacite intelli-
gitur ei derogatum, vt not. Bald. per illum textum *in cap.1. de
tranſ.* hincque declaratur textus *in leg. final. Cod. de nou.* vbi
dicitur, quod † non fiat nouatio, niſi expreſſe agatur hoc e- 78
nim locum non habet in contractibus incompatibilibus,
de quibus agitur, quia ipſo facto per ſecundum primo de-
roga-

rogatur; idque notat Bald. *in dict. leg. final.* pleniusque con-
firmat Dec. *in dict. leg. pacta nouiſſima. & conſil. 463. numer. 6.* &
Ruin. *conſil. 215. num. 12. volum. 1.* pluraque id genus cumulat i-
dem Ruin. *conſil. 41. numer. 14. volumin. 1.* ad docendum, quod
79 per † ſecundum actum contrarium cenſeatur à primo re-
ceſſum. Nec huic fundamento ſolidiſſimo ſane ac inexpu-
gnabili video aliquod reſponſum afferri, licet dicatur, ex
dictis circa ſecundum, illud patere; vbi tamen non video,
quod aliquid ad rem dicatur, vt & Clariſſimus ac Reue-
rendus dominus meus poterit perſcrutari, niſi quod ex quo
vna tertia pars retractus conceſſa fuerat Sereniſſimo Duci,
vel Illuſtriſſimo dom. Cornelio Bentiuolo, & deinde ſepa-
ratim, dom. Iſidorus Pallauicino ceſſerat duas alias tertias
partes; ſicque totus retractus eſſet diſtributus, veriſimile
non erat, dominum Iſidorum, cui fuerat ille conceſſus, &
cuius totius erat dominus, velle expendere, valdeque fru-
ſtra laborare abſque eo, quod ipſe quoque iuſtum & hone-
ſtum commodum ſentiret, *l. ſecundum naturam. ff. de regul.
iur. l. vnica. §. pro ſecundo. Cod. de caduc. tollen.* quaſi quod veriſi-
milis ſit dicta promiſſio camporum quinque millium ſibi
facta per Pallauicinum: hoc enim nihil eſt, & manifeſte
conuincitur ex inſtrumento ſecundæ ceſſionis factæ per
dominum Iſidorum Pallauicino, in quo Pallauicinus pro-
miſit, & ſe obligauit domino Iſidoro ſupportare omnes ex-
penſas & onera, quibus ipſe dominus Iſidorus erat obliga-
tus ex cauſa bonificationis illius tertiæ partis, tunc per eum
ceſſæ Pallauicino; & vltra promiſit idem Pallauicinus con-
ſeruare indemnem, & penitus ſine damno dictum domi-
num Iſidorum, ex cauſa bonificationis prædictæ. Quod ni-
hil aliud fuit dicere, niſi quod dominus Iſidorus nihil ex-
penderet de ſuo, ſed Pallauicinus. Quare reuoluto mantel-
lo retorquetur obiectum, quod ex quo dominus Iſidorus
nihil incommodi, nec expenſarum erat habiturus circa bo-
nificationem; nec inde lucrum commodumve ſentiret, aut
reportaret, ſed Pallauicinus impenſas & onera ſubiturus, *l.
80 is qui in poteſtate. §. final. ff. de legat. præſtan.* vbi † dicitur, abſur-
dum eſſe, alium habere commoda, & alium onera ſuſtine-
re, & vbi periculum eſt, ibi lucrum debet collocari, *l. final. §.
penultim. Cod. de furt.* gloſſ. per illum text. *in l. ſi is qui. §. 1. ff.
commod.* facit quod notat Bartol. *in l. quia poterat. in fine. ff. ad
81 Trebell.* vbi ponit quæſtionem † de ſocio, qui ſuo periculo
voluit ire Venetias contra voluntatem ſocij: nam de lucro,
quod fecit, nihil habere debuit alius ſocius, qui noluit peri-
culum ſubire; ſequitur Alexan. *ibi* Angel. Aretin. *in §. illud.
Inſtit. de ſociet.* Roman. *conſil. 575.* Dec. *in l. ſecundum naturam.
ff. de regulis iuris.* Sic etiam dici debet aduerſus dominum Iſi-
dorum, qui cum ſe ſubleuauerit ab expenſis & oneribus, vt
in dicto inſtrumento ſecundæ ceſſionis, non ſit honeſtum,
nec iuri conſentaneum, quod tot campos quinq; mille lu-
cretur.

Sexto confirmatur nouiter etiam conſiderando, præter
alias dicta, quod chirographum Pallauicini, ſuper allegata
donatione camporum quinque mille, facta dom. Iſidoro,
factum fuit abſente dom. Iſidoro: cum enim in dicto chiro-
grapho nullibi dicatur aut exprimatur, D. Iſidorum fuiſſe
82 præſentem, præſumitur abſens fuiſſe. Quotiens † enim ſit a-
ctus, qui poteſt in abſentia alterius fieri, tunc illius præſen-
tia non præſumitur, niſi probetur, vt ſentit Ioan. Andr. *in
addit. Specul. in tit. de empt. & vend. § ſciendum. circa fin.* quem
refert Caſtren. *in l. Titia. §. idem reſpondit ſecundo. ff. de verbor.
83 oblig.* vbi per hoc infert ſe alias dixiſſe, quod † ſi continetur
in inſtrumento, talem donaſſe tali, nec dicitur præſenti, &
recipienti, cum donatio poſſit fieri inter abſentes, non præ-
ſumitur præſentia, & ſi non apparet de acceptatione illius,
donatio non valet; per id, quod notat gloſſ. *in l. illud. C. de ſa-
croſanct. eccl.* quod, dicit, tene menti, quia lucraberis adhuc,
ſi recordaberis, & cum Caſtrenſe tenent Aret. & Iaſ. *ibidem.*
ſicut & Roin. *conſil. 154. num. 11. volum. 5.* at nunquam apparet,
dominum Iſidorum acceptaſſe dictam donationem, ſiue
ſcriptum ſuum conſideremus, in quo dat facultatem Palla-
uicino eligendi campos, quos Pallauicinus ſibi Iſidoro
promiſit: non enim ſubdit, & quos acceptauit ipſe Iſido-
84 rus; qui † enim verba ſiue pactum aduerſarij non acceptat,
non poteſt ſe ex illis iuuare, vt notant Bal. & Alexan. *in l. ſer-
uus heres.* per illum tex. *C. de repud. her. cum ſimil.* per Iaſ. *in l. qui
ratione. § coheredes. num. 4. ff. de verb. oblig.* ſiue ceſſiones, quas
de duabus integris tertijs partibus retractus fecit Pallauici-
no, conſideremus; nam cum tendant ad diminutionem iu-
ris, non debent operari augmentum, vt per illum tex. nota-
biliter dicunt Dyn. & Bar. *in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.*
quod ſi † eccleſia fundum conceſſerit in emphyteuſim, 85
deinde velit agere rei vend. & dominium ſuum fundare ex
inſtrumento inueſtituræ, non poteſt, & nihil agit, quia cum
conceſſio in emphyteuſim tendat ad diminutionem iuris
eccleſiæ, non debet operari augmentum. Idemque tradit
Spec. *in tit. de locato. § nunc aliqua. verſ. 52.* Alex. *in l. ſi alienam.
col. 1. ff. ſol. mat.* Soc. *conſ. 266. col. 5. vol. 2.* Cur. iun. qui commu-
nem † teſtatur *conſ. 158. nu. 5.* & Ruin. *conſ. 161. nu. 18. vol. 1.* igitur 86
apparet, quod in allegata donatione fundamentum facere
non poteſt; tantoque magis, quia vbi conſtare poſſet de ali-
qua eius acceptatione, cum tamen poſtea cedendo di-
ctas duas partes integras retractus, comprehendentes il-
los campos quinq; mille, proprio contractu dictarum ceſ-
ſionum ſeſe priuauerit illis campis, non potuit eos in præ-
ſenti iudicio petere, ſicut in valde ſimili caſu videmus,
quod † ſi quis ante poſſedit fundum, poſtea cecidit ab eius 87
poſſeſſione, facto ſuo, veluti proprio contractu, non poteſt
intentare remedium reintegrandæ poſſeſſionis, qua ſe pri-
uauit proprio contractu, vt tradit eleganter Alex. *conſ. 90. vol.
1.* Soc. *in l. rem quæ nobis. in 5. quæſt. 2. quæſt. princ. ff. de acquir. poſſ.*
Ruin. *conſ. 183. n. 5. vol. 1. cum vulgar.* Quod ſi quis dicat, cur er-
go dictum chirographum remanſit in manibus dom. Iſido-
ri, nec potius fuit laceratum; certe nihil video melius dici
poſſe, quam quod Ingenioſe ſatis excogitauit Reuerendus
dom. Iudex, quod vſque ab initio Pallauicinus & Iſidorus
tractauerint, vt onus & cura retractus ad Iſidorum ſpecta-
ret, & eo reſpectu campos quinque mille conſequeretur,
prout in chirographo dicitur: deinde quia dom. Iſidorus
multa promiſerat in capitolo primæ bonificationis, de bo-
nificando Pollicinio Ferrariæ, à Villa Guardiæ, vſque ad
mare, ſuis expenſis, cum perſonis forenſibus per eum con-
ducendis, & victualibus illuc vehendis, amplius de facul-
tatibus ſuis ſperans, quam in eis eſſet, vt inquit Imperator *in
§. in fraudem. Inſt. quibus ex cauſ. manu.* quæ ſuis humeris ſatis e-
rant impariа: nam videmus, quod poſtquam priuatus fuit
retractu à Sereniſſimo Duce noſtro, & in eius locum ſurro-
gatus Illuſtris Comes Eſtenſis Taſſonus, nobilitate, & for-
tunæ bonis Iſidoro longe ſuperior, ipſe Comes prudenter
agens, id onus detrectauit, velut ſuis viribus non corre-
ſpondens, rationibus & cauſis per eum allegatis; ergo præ-
dicta conſiderans dominus Iſidorus, alter cum Pallauici-
no, quam tractauerat, rem abſoluit, renuntiando ſibi par-
tes illas retractus, & ab expenſis, & ab oneribus eius ſe libe-
rando, prout in inſtrumento ſecundæ ceſſionis habetur,
ſub promiſſione ſextæ partis vnius tertiæ partis, vt in inſtru-
mento Ioſdani continetur, de qua ſtatim dicam: & ita ſopi-
tum fuit chirographum Pallauicini, quod remanere potuit
apud dominum Iſidorum, vel per obliuionem Pallauicini,
vel ægritudine ac morte præuentis, ignorantibus illius filijs
minoribus, vt eſt credendum, *l. qui in alterius. ff. de regulis iu-
ris.* vnde ſuper dicto chirographo continente tractatum
quendam vis fieri non debet, cum non dicatur firmatus
contractus inter Iſidorum & Pallauicinum: res enim tota
in concluſione contractus conſiſtit, *l. ſi voluntate. vbi Bald. C.
de reſcindend. venditon.* & † multa tractantur quæ non perfi- 88
ciuntur; vnde teſtes, qui deponunt de tractatu, non pro-
bant, vt not. Bald. *in l. multum intereſt. column. 2. Cod. ſi quis al-
ter. vel ſibi. & in cap. final. column. final. de iuramen. calumn.* Ale-
xand. *conſil. 31. viſis. column. 2. volumine ſecundo.* Dec. *conſil. 193.
ſub numero quarto. verſic. ſexta. & conſil. 298. num. 3. cum ſimilib.*
nec ſomnium eſt dicere, dictum chirographum continere
tractatum, vt prætendit dom. Iſidorus, cum non fuiſſet ſibi
traditum & relictum, ſed poſtea fuiſſet inciſum, vt vendi-
tio facta Contarenis: nam quod de ſomnio dicitur, ceſſat
imprimis, conſiderando ceſſiones Iſidori, ſecutas dictũ chi-
rographum, factas Pallauicino, præſenti & acceptanti pro

ſe &

ſe & heredibus ſuis ſtipulano; quæ plane demonſtrant, il-
lud chirographum fuiſſe quendam tractatum, qui non ha-
89 buit effectum. Actus † enim ſequens declarat, qualis fuerit
intentio partium in actu præcedenti, §. *pauonum. Inſt. de rer.
diuiſ. l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon.* Bartol. *in l. cætera.
§. ſed & ſi. ff. de legat. 1.* Corn. *conſil. 310. col. 2. verſic. tamen hn. vol.
3.* Cur. *conſ. 7. num. 3.* Dec. *conſil. 336. in prin.* Simon de Præt.
90 *conſil. 186. numer. 12.* Rurſus † actus qualis ſit, dignoſcitur ab
effectu, *l. ſi ono. ff. locat.* Bartol. *in quæſt. 4. publicanus. volumen. 4.*
Dec. *conſil. 305. numer. 2.* Pariſ. *conſil. 72. numer. 53. volumin. 4.*
Hieron. Gabriel. *conſil. 200. numer. 9.* ſed ceſſiones Iſidori ſe-
quentes impediunt effectum donationis Pallauicini, ergo
fateri oportet, actum dictæ donationis fuiſſe quendam tra-
ctatum, ſiue ratiocinium, qui poſtmodum non habuit effe-
ctum ex nouis conuentionibus partium: & vbi fuiſſet et-
iam ſic in chirographo concluſum, diceretur tamen ab eo
receſſum, & inducta nouatio, per ceſſiones ſubſequentes I-
ſidori, per ea quæ ſupra dicta ſunt in quarto fundamento;
quibus addo gloſſ. notabil. *in l. final. Cod. de nouat.* quam dicit
eſſe communiter receptam Socin. *conſil. 21. volumin. 1.* Dec.
conſil. 400. circa finem. Bero. *conſil. 205. numer. 13. & 14. volumin. 3.*
91 *Deciſ. Neapolit. 44. numer. 15.* vbi dicit, † ſatisfactum eſſe *dict. l.
final.* ſi per coniecturas appareat, quod partes voluerint fa-
cere nouationem, etſi non exprimatur, quod animo no-
uandi contrahant; exempli gratia, ſi dictum fuerit, pro 10.
quæ mihi debebas, promittis nunc 20. vt tradit Salycet. *in d.
l. final. numer. 3.* quem refert, & ſequitur Alexan. *conſil. 13. nu-
mer. 14. & 15. volumin. 2.* poſt Azon. Bartol. Imolam, Caſtren.
Fulgoſ. & Cumanum, quos allegat, & *conſ. 2. numer. 14. volu-
min. 4.* Socin. *d. conſil. 21. num. 3.* clarius Pariſ. *conſil. 107. num. 27.
volum. 3.* Crauet. *conſ. 168. num. 9.* & Senat. Pedemon. *deciſ. 139.
num. 11.* hoc enim multo magis dici debet in caſu noſtro, in
quo D. Iſidorus ceſſit in duabus vicibus totum retractum
ad eum ſpectantem, in quo continebantur illi campi quin-
que mille ſibi per Pallauicinum donati: maxima namque
ſurgit coniectura nouationis dictæ donationis eorum, ex
contrarietate & incompaſſibilitate illarum ceſſionum,
cum donatione præambula; ergo per illas ab illa receſſum
videtur, & chirographum traditum domino Iſidoro re-
manſit apud eum, vt dixi, vel obliuione Pallauicini, vel, vt
addam, ex locorum diſtantia, cum Pallauicinus Mantuæ,
dominus Iſidorus Patauij moraretur, veriſimileque vide-
tur Pallauicinum petiiſſe id reddi, vel incidi, & dum mo-
ram in id faceret D. Iſidorus, Pallauicinum periiſſe. Nec in-
de ſequitur, venditionem factam Contarenis incaſſam fuiſ-
ſe; igitur idem factum fuiſſe de hoc chirographo, ſi tracta-
tum continuiſſet, quia potuit illud fieri, & hoc omitti: vn-
92 de † non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l.
93 neque natales. C. de prob.* Probatio † namque debet de neceſ-
ſitate concludere, *c. in præſentia. de probat. l. non hoc. C. vnde co-
gnat.* Butrig. *in l. actor. C. de prob.* Imol. Rom. & Alex. *in l. ſi con-
ſtante. ff. ſolut. matr.* cum ſimil. per Ruin. *conſil. 49. numer. 4. vo-
lum. 5.*

Septimo, non omittitur ad fauorem reorum, quod D. I-
ſidorus in vtraque ceſſione promiſit de euictione Pallaui-
cino; igitur agens ad campos quinque mille in partibus ceſ-
94 ſis incluſos repelli debet, quia † quem de euictione tenet a-
ctio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem. ff. de
euict. l. 1. C. de reb. alien. non alienan.* Roman. *conſ. 457. col. 2. verſ.
aduertendum.* Cur. *conſ. 63. 8. dub.* Alex. *conſ. 3. in prin. vol. 3.* dom.
meus Rimin. *conſ. 39. n. 37. conſ. 191. nu. 25.* Ioan. de Amic. *conſ. 3.
n. 19.* Bertran. *conſ. 53. in prin. conſ. 235. n. 8. vol. 4.* & Soc. iun. *conſ.
128. præſenti n. num. 11. & ſeq. vol. 1.* Quinimo dici poteſt, quod
cum dominus Iſidorus, ſi conſequeretur ab heredibus Pal-
lauicini dictos campos quinque mille, vigore dictæ dona-
tionis, ſtatim reſtituturus eſſet illos eiſdem, vigore ceſſio-
95 num prædictarum; obſtat ei † exceptio, dolo facis, petere,
quod reſtituturus es, *l. dolo facit. ff. de dol. mal. excep.* not. Ang.
Aret. *in § ſequitur. num. 29. Inſt. de excep.* Dec. Guil. Myr. & Ca-
gnol. *in l. in condemnatione. § dolo. ff. de reg. iur.* cuius ſane regu-
læ magna eſt æquitas, vt euitetur inutilis circulus, *tex. l. do-
minus teſtamento. ff. de cond. indeb.* vt inquit Natta *conſ. 234. nu.
9.* & cum D. Iſidorus dicat in libello, declarari ſibi licere
poſſidere dictos campos quinque mille, ſicque interdicti
poſſeſſorium adipiſcendæ; ei debet obſtare talis exceptio,
dolo facis, quia petis, quod ſtatim reſtituturus es. vt per Bart. &
Doctor. *in l. ſi de vi. ff. de iud.* Nattam mox citatum. Nec huius
fundamenti primæ parti bene reſpondetur, dicendo, quod
facta ſolutione camporum quinque millium per Pallauici-
num non ob id agere poſſet de euictione contra D. Iſido-
rum, veluti ſecuta euictione, facto & culpa ſua, *l. ſi ideo. ff. de
euict. l. emptor. ad fin. ſanct. gl. C. eod.* quam regulam latius ponit
Gaſpar Caballinus *in tract. de euict. § 5. c. 1. nu. 5.* Nam proce-
dit obiectum in agente de euictione ex eodemmet con-
tractu, vt † emptor, à quo res euicta fuit culpa ſua, quia fuit 96
abſens, qui vult agere contra venditorem ex illomet con-
tractu: non enim poteſt, quia præſumitur ſuccubuiſſe po-
tius ob culpam ſuam & contumaciam, quam quod malam
cauſam fouerет, vt illic notant Doctores, Cremenſ. *ſingul.
88.* & eam mirabilem præſumptionem appellant Angel. &
Salyc. *in d. l. ſi ideo.* quod abſens, qui ſuccubuit, videatur po-
tius ſuccubuiſſe ex eius contumacia, quam propter defe-
ctum iuris. Sed in caſu diuerſo nos verſamur: nam ſicut ſi
Pallauicinus ſuccubuiſſet, & ſoluiſſet campos quinq; mille
vigore donationis, non impediretur eos petere vigore ceſ-
ſionum poſtea ſibi factarum, cum ex diuerſo contractu pe-
teret, & ob id exceptio rei iudicatæ ei non obſtaret, *l. cum
quæritur. ff. de excep. rei iud.* Pari modo ſi petantur d. campi vi-
gore dictæ donationis, excipi poteſt de ceſſionibus, & ea-
rum vigore dicti campi retineri poſſunt, cum deſcendat
hæc exceptio ex alio contractu facto per Iſidorum cum Pal-
lauicino; adq; ſuadet † exceptio, *dolo petis, quod es reſtituturus,* 97
in æquitate fundata, declinandi circuitum inutilem, vt di-
xit Natta, cui nullatenus reſpondetur. Ex his apparet tan-
dem, ſcriptum Pallauicini pluribus cauſis non prodeſſe D.
Iſidoro, poſito quod fuerit iuſtificatum, nec opus eſſe alia
reſponſione, cum tollatur ex prædictis. Hactenus patet, o-
ſtenſum fuiſſe, dom. Iſidorum de iure non debere conſe-
qui dictos campos quinque mille, non obſtantibus addu-
ctis ad eius fauorem, quæ luculenter ſublata patent, & o-
ptime confutata, ſententiamque pro eo latam, circa dictos
campos quinque mille, retractandam fore, velut inique
latam.

Nunc ad ſecundam partem ſuæ petitionis accedo, de
ſexta parte tertiæ partis dicti retractus ſibi facta & ceſſa per
Pallauicinum, quam pariter dico ei nequaquam deberi:
nam conſidero, quod prius eodem die, loco, & eiſdem te-
ſtibus, eodemq; Notario rogato, D. Iſidorus ceſſerat Palla-
uicino tertiam partem dicti retractus, & ob eam ceſſionem
ſibi factam Pallauicinus motus fuit ad cedendam ſextam
partem illius tertiæ partis Iſidoro, quod inſtrumenti verba
plane demonſtrant à Notario relata in hunc modum: *Ha-
uendo il magnifico miſſer Vincenzo Pallauicino conoſciuto l'amo-
re & beneuolentia, che li ha portato, & porta miſſer Iſidoro dal
Portello, & præcipuè, per hauere il detto miſſer Iſidoro, ceſſo & re-
nuntiato al detto miſſer Vincenzo, vn terzo delli beni, da bonifi-
carſi ſopra il Polleſine di Ferrara, & eſſendo deſideroſo detto miſſer
Vincenzo, per tal ceſſione, fare coſa grata al detto miſſer Iſidoro,
Imperò promette dare, & concedere, come per il preſente inſtro-
mento dà, concede, & liberamente renontia al detto miſſer Iſidoro,
vn ſexto, del detto terzo di detti beni, per il ſudetto miſſer Iſidoro
ceſſo, come di ſopra, al detto miſſer Vincenzo, ſotto il preſente dì,
per me Nodaro infraſcritto.* Id eſt: *Cum cognouerit magnificus Dn.
Vincentius Pallauicinus amorem & beneuolentiam, qua eum pro-
ſecutus eſt, & adhuc proſequitur Dn. Iſidorus de Portello, & præci-
pue, cum ceſſerit dictus Dn. Iſidorus, & reſignauerit dicto Dn. Vin-
centio trientem bonorum in Polleſino Ferrarienſi ſitorum, ad ea
melioranda, & deſiderium habens d. Dn. Vincentius pro tali ceſſio-
ne gratificandi Dn. Iſidoro, ideo dare & concedere promittit, ſicut
& per præſens inſtrumentum dat & concedit, & libere reſignat d.
Dn. Iſidoro ſextantem prædicti trientis dictorum bonorum, per præ-
dictum Dn. Iſidorum ſibi, ſicut ſupra dictum, ceſſi d. Dn. Vincentio,
præſenti die, per me Notarium infraſcriptum.* Quibus ita ſtanti-
bus ſequitur, talem ceſſionem ſextæ partis à Pallauicino fa-
ctam fuiſſe correſpectiuam ceſſioni tertiæ partis ſibi factæ
per D. Iſidorum; nam quando † plures actus ſeu contractus 98
in con-

Digitized by Google

in continenti fiunt, vnus poſt alium, correſpectiui dicun-
tur, videlicet vnus factus propter alium, vt not. Bal. *in l. pe-*
tens.col.pen.C.de pact. quem ſequitur pro notab. Corn. *conſil.*
36.col.2.vol.2.conſ.57.col.5.conſ.233.col.3.vol.3.conſ.206. nu.6.vol.
4. Soc. *conſ.273.vol.2.* Dec. *in d.l.petens.col.1.& conſ.279.* Et ma-
gis in terminis noſtris ſcribit Soc. mox citatus, poſt Fulgo-
99 ſium, quem refert, quod ſi † donatarius poſt donationem
ſe obligat ad aliquid, præſumitur factum contemplatione
præcedentis donationis; & idem reſpondit Io. Iacob. de
Leonard. *inter conſilia Bruni conſ.118.nu.3.* Menochiusq; ſecu-
tus fuit *conſ.92.nu.39.* vnde Pallauicinus donatarius, ex ceſ-
ſione tertiæ partis, promittens illius ſextam, dicitur motus
contemplatione præcedentis donationis, & ceſſionis ſibi
factæ: & cum prædictis etiam concordat Corſet. *ſingul. 250.*
verbo, celeritas. in fin. vbi poſt Baldum allegatum dicit, quod
100 id, † quod in continenti fit, præſumitur præordinatum,
101 meliusq; Baldus *conſ.379.retentu.n.2.vol.5.* dicit, quod † pro-
pter continuationem contractuum intelligitur idem fina-
le motiuum ineſſe, quia quæ ordinantur ad finem, regu-
lantur ſecundum naturam finis, hincq; Gemin. *conſ.16.quod*
102 *primum.nu.3.* ſcribit, quod † tales contractus in continenti
facti permiſceri debent, tanquam correſpectiui; & vltra
prædictos Cagnol. *in l.lecta.nu.110.ff.ſi cert.pet.* inquit, quod
103 quando † inter eaſdem partes celebrati ſunt duo contra-
ctus eodem loco & tempore, ac coram eiſdem teſtibus,
præſumuntur in continenti facti, & vnus cenſetur factus
contemplatione alterius, ſicq; cenſendus erit vnus contra-
ctus, ſi vnus ad alium referri poteſt: & vt finem cumulandi
faciam, videndus erit Franciſ. Becius *conſ.92.nu.6.cum ſeqq.*
qui punctaliter loquitur, quando duo contractus eodem
loco & tempore, coram eiſdem teſtibus & Notario, ſunt
celebrati, prout in caſu noſtro contigit, & alios etiam citat
vltra memoratos Doctores; ſed ceſſio D. Iſidori facta Palla-
uicino locum non habuit, nec habere potuit, quia priuatus
fuit commodo bonificationis paulo poſt per Sereniſſi-
mum Ducem noſtrum, quia non adimpleuerat per eum
promiſſa in capitulis retractus, ideo nec ceſſio Pallauicini
facta D. Iſidoro debet habere locum, ſicq; Caſtrenſis arguit
in ſimili caſu per Soc. relatus *in d.conſil.273.col.3.* nam mulier
donauerat quid hoſpitali, & eadem die hoſpitale ſe obliga-
uerat ad dandum mulieri 10. ſingulis annis, ex quo dicit
Caſtr. dictum hoſpitale cenſeri hoc feciſſe contemplatione
præcedentis donationis ex actuum vicinitate, dictamque
donationem non fuiſſe puram, ſed ob cauſam, & propter-
ea locum habere textum *in l.1.C.de don. quæ ſub mod.* qui diſ-
104 ponit, † donationem ſub modo factam tolli, eo non adim-
pleto, neque ſecuto ex aduerſo. Secundo conſiderandum
eſt, quod D. Iſidorus promiſit Pallauicino ſuam ceſſionem
obſeruare firmam, & ratam habere, cuius occaſione Palla-
uicinus ſextam illius tertiæ partis ſibi pariter ceſſit; igitur I-
ſidorus agens ad eam ſextam partem probare debuit, ſe ad-
impleuiſſe pro parte ſua, ſicq; taliter feciſſe, quod Pallauici-
nus haberet poſſeſſionem & dominium dictæ tertiæ partis
105 ceſſæ per eum dicto Pallauicino, quia ad † hoc, vt aliquis a-
gere poſſit virtute alicuius contractus, debet prius oſtende-
re, ſe impleuiſſe pro parte ſua, ſi ad aliquid implendum te-
nebatur, vt eſt tex. & ibi not. Bald. *in c.1. qual. domin. propr.*
feud. priuat. idemque Bal. *in l.ſtipulatione talium.ff.de iure dot.*
Soc. *in d.conſ.273.col.2. Deciſ. Neap.220.col.2.* quibus addo Pe-
trum Antonium Anguſſolium *conſ.4.n.3.lib.2.* dicentem, in
106 huiuſmodi † contractibus correſpectiuis nemini actio-
nem competere, niſi pro parte ſua re impleta, *l.ex placito.C.*
de rer.permut. & præter eum Tobiam Nonium *conſ.112.nu.8.*
107 qui dicit, quod † in contractibus correſpectiuis ſemper eſt
interpretatio facienda, quod contrahentium ſit æqualis
conditio, *l.ſi id quod.§.fin.ff.de reſcind.vend.* cum alijs per eum.
At nec iſtud probauit D. Iſidorus, imo nihil habuit Pallaui-
cinus vigore dictæ ceſſionis ſibi factæ per Iſidorum; ergo
repelli debet ipſe D. Iſidorus ab agendo: nec me mouet,
quod pro illo dicitur, quod cum Pallauicinus illam ter-
tiam partem tranſtulerit in magnificos Contarenos, ſequi-
tur, quod eam fuerat conſecutus, *l.traditio.ff.de acquir.rer.*
dom. præſumit atque vigore tituli præcedentis, illam habuiſ-
ſe, ſicque ceſſionis ſibi factæ per Iſidorum, gloſſ. *in l.quædam*
mulier.ff.de rei vend.l.2.C.de acquir.poſſ.l.1.C.de impoenit. lucri
deſcr.lib.10. Bar. *in l.cum ſolum.col.3.poſt prin.de appell.* Alc. *in tract.*
de præſum.reg.2.præſum.24. Cur.iun. *conſil.88.num.6.* etiamſi ti-
tulus fuiſſet iniuſtus, idem Cur.iun. *conſil.163.numer.33.& 34.*
Quoniam dupliciter ad hoc reſponderi poteſt, quod cum
Pallauicinus proponatur eadem die ceſſionis ſibi factæ per
Iſidorum ſecundæ tertiæ partis retractus, tandem Conta-
renis ceſſiſſe, dici debet, & hanc ad illam correſpectiuam
fuiſſe, nempe quod in euentum, quod tertiam partem con-
ſequeretur ex ceſſione Iſidori, eam Contarenis cedebat,
ideo illa locum non habente, nec iſta potuit effectum ſor-
tiri. Secundo dico, quod illa tertia pars, quam ceſſerat Iſi-
dorus Pallauicino veteri, tranſlata fuit in illuſtrem Comi-
tem Nicolaum Eſtenſem Taſſonum, ea priuata D. Iſidoro,
& per dictum Comitem in Contarenos, vt de hoc adeſt in-
ſtrumentum Taurini, præter alia, licet conſulens pro D. Iſi-
doro dicat, ſe id non vidiſſe, quod fieri poteſt, quia ei non
fuit exhibitum: ergo clare patet, quod D. Iſidorus non ad-
impleuit pro parte ſua conſignationem tertiæ partis ſecun-
do loco ceſſæ Pallauicino; ergo nec ille tenetur Iſidoro
conſignare ſextam partem d. tertiæ partis. Patet igitur ex
prædictis, inſtrumentum ceſſionis Pallauicini de ſexta par-
te tertiæ partis facta Iſidoro ei non prodeſſe. Poſtremo ni-
hil ſuffragari debet D. Iſidoro gratia ſiue remiſſio caducita-
tis incurſæ ſibi facta per Sereniſſimum Ducem, vt in preci-
bus ipſius D. Iſidori cum reſcripto Celſitudinis ſuæ, quia re-
miſit caducitatem incurſam ex inobſeruantia conuento-
rum cum ipſo Principe, non autem cum alijs, veluti cum
Pallauicino: † non enim creditur in dubio, Principem vo- 108
luiſſe præiudicare iuribus tertij, *l.2.§ merito.& §.ſi quis à Prin-*
cipe.ff.ne quid in loc.pub.l.nec accuſ.C.de eman.lib. D. meus Rim.
conſ.73.nu.19. & ibi dixi *in apoſtill.* etiamſi reſcriberet in fauo-
rem piæ cauſæ, vt poſt Alex. & Iaſ. quos citat, tradit Gomeſ.
in regu.cancela.de non tollendo iure quæſito.q.1.col.2.verſ.& hoc
procedit. ſequitur Menoch. *conſ.36.nu.55.* datoque, quod ius
tertij ſit duntaxat poſſeſſionis: nam nihilominus † conceſ- 109
ſio Principis intelligitur, ſaluo iure tertij, vt per Innoc. *in c.*
epiſcopo.de reb.eccl.non alien. ſequitur Alciat. *reſponſ.196.num.2.*
nec † enim Principis indulgentia alteri damnoſa eſſe de- 110
bet, *l.impuberibus.ff.de admin.tut.* Alciat. *reſpon.54.nu.18.* imo
vero † non creditur Principem velle præiudicare iuri, quod 111
quis habet, non modo in re, ſed etiam ad rem, vt inquit
Abb. *in cap.in noſtra.not.3 de reſcrip.* Domin. poſt Io. Andr. *in*
c.ſi motu proprio.colum.1.de præb.in 6. Natta *conſil.268.num.r.3.*
Quare ſi dom. Iſidorus tertiam partem retractus ceſſerat
Pallauicino, cuius occaſione Pallauicinus ceſſerat illi ſex-
tam dictæ partis, ad quam præſtandam non tenebatur, niſi
tertia conſecuta, gratia Principis & indulgentia facta do-
mino Iſidoro, non intelligitur præiudicaſſe iuribus Palla-
uicini, ſed eis ſaluis emanata; tantoque magis hoc dici de-
bet, quoniam dominus Iſidorus non plene factum narra-
uit Sereniſſimo Principi, veluti quod Pallauicinus ei ter-
tiam partem retractus ceſſiſſet, & in ea præſtanda defeciſ-
ſet, ſed quæ duntaxat ipſum & Principem tangebant ex-
preſſit; ergo preces eius reſcriptumq; conceſſum vitio ſub-
reptionis laborantes ei prodeſſe non debent, cum duplici
inobſeruantia laboraret D. Iſidorus, vna verſus Principem,
& altera verſus Pallauicinum, vnamq; duntaxat comme-
morauit, vt in ſimili dicitur, † de legitimato, qui narrauit, 112
ſe natum fuiſſe ex adulterio, nec expreſſit, quod erat natus
ex adulterio duplicato, vel ex duobus coniugatis, patre ſci-
licet vxorato, & matre alteri coniugata: cum enim credide-
rit Princeps, aut Comes Palatinus legitimans, ſimplex ad-
ulterium fuiſſe, puta inter ſolutum & coniugatum, nec fue-
rit expreſſa qualitas duplicis adulterij, legitimatio redditur
nulla, vt in terminis dicit Oldr. ad *conſil.247.verſicul.ad ſe-*
cundum. quem ſequitur Roman. *conſil.326.verſicul.quarto pro-*
batur. Alexan. *conſil.191.colum.2.vol.2.* Ruin. *conſil.66 num.28.*
conſil.73.colum.1.conſil.109.col.7.vol.3. Rolan. à Vall. *conſil.89.*
nu.42. Et ratio † eſt, vt illi dicunt, quia ſi de duplicitate im- 113
pedimenti mentio facta fuiſſet, non ita de facili per Co-
mitē legitimatio conceſſa fuiſſet, cum duplex vinculū diffi-
cilius

Digitized by Google

ſimum D. Præſidentem Senatus Mantuæ, Reuerendumque
D. Vicarium, Reuerendiſſimi domini Epiſcopi Mantuæ,
ſingulisque mature conſideratis, & animaduerſis, in partem
dictarum Sororum tuendam, facile deſcendi, quod indu-
bitanter iuri, & æquitati conſona mihi viſa fuerit: moueor
in primis; nam maioribus ſuis de anno 1452. conceſſum
1 fuit hoc feudum pro ſe, & eorum † hæredibus vtriuſque ſe-
xus, quibus verbis fœminæ vocantur, aut in defectum ma-
ſculorum, vt voluit Alexan. *conſ. 9. colum. 2. volum. 5.* quem ſe-
quitur Rubeus *conſ. 110. num. 1.* & Gozad. *conſ. 8. num. 8.* ſicut &
Cur. *in tract. de feud. in 3. parte. num. 19.* quod caſui noſtro defer-
uit, cum pater dictarum Sororum deceſſerit, nullis filijs ma-
ſculis ſuperſtitibus relictis; aut ſimul cum maſculis (ſi exta-
rent) fœminæ vocantur, vt voluit Dec. *conſ. 208.* Alexandrum
reprehendens *in alleg. conſ. 9.* cui Decio ſubſcribit Apoſtilla-
tor Gallus, eundem Decium citans, *in l. diſcretis. num. 27. C. qui
teſt. fac. poſſ.* qui pariter damnat Alexandrum, idemque fir-
2 mat Ruin. *conſ. 16. num. 6. volum. 1.* † idque pactum valet, quo
fœmina de feudo ſpecialiter inueſtitur, & ex eo poteſt in feu-
do ſuccedere. *ca. 1. §. filiam. de ſucc. feud. & quemadmodum. de feud.
ad fœmin. pert.* Paris de Puteo *in titu. de feud. reintegrat. §. & cir-*
3 *ca.* Idque † adeo verum eſt, vt ſi tempore mortis inueſtiti, pro
ſe, maſculis, & fœminis extiterit maſculus, & incontinenti
deceſſerit, fœmina ſuccedat, & admittatur, vt tenuit gloſſ.
quam ſecuti ſunt Beluiſius. Nicol. de Neap. Bald. & Aluarot.
in c. 1. §. quin etiam Epiſcopi vel Abb. reiecta Ioannis Andr. ſen-
tentia, ſequitur Thomas de Marinis *tit. 11. de feud. fœmi. qu. 4.*
Quare tanto magis admitti debent hæ ſorores, cũ tempore
mortis paternæ nullus filius maſculus extiterit, qui eis obſta-
culum, vel impedimentum aliquod facere potuerit, & per
4 talem inueſtituram conceſſam, pro † hæredibus vtriuſque
ſexus, venire debent dictæ ſorores, poſtea conceptæ, & natæ,
ſicuti veniunt in conceſſa, pro ſe, & deſcendentib. deſcen-
dentes in infinitum, poſtea concepti & nati, poſſuntq; pro-
pria auctoritate rem feudalem apprehendere, veluti ſibi da-
ta licentia per inueſtituram, poſſeſſionem conſequendi, vt
ponunt Inn. & Abb. *in c. 2. de conſue.* Cyn. & Bald. *in l. 1. C. de do-
na.* Alexan. & Aret. *in l. 3. in prin. ff. de acquir. poſſ.* & Natta *conſ.
533. num. 1.* & vltra Nattam, ponit Ioan. Bap. Vincemala *conſ. 1.*
5 *feudalium diuerſorum. num. 103.* dicens, † feudum conceſſum
pro ſe, & hæredibus, ſeu deſcendentibus, in infinitum tranſ-
ire, *per textum in cap. 1. §. hoc quoque.* & ibi Aluar. *qui feud. dar.
poſſ.* & Deci. *conſ. 85. colum. 2.* idemque Dec. ponit *conſ. 445.
num. 21.* poſt Bald. *in l. & in perſona. circa fin. C. de fideicom.* vbi
6 concludit, quod † in feudo, ex natura feudi, veniunt deſcen-
dentes in infinitum, dato quod non fuiſſent exempti tem-
pore acquiſitionis, ad idemque citat Andream de Iſer. *in c. 1.
§. hoc quoque. colum. 2.* & Aluar. *§. pen. de ſucc. feud.* Adeo quod
ſuffragari debeat dictis ſororibus illa prior inueſtitura anni
1452. Et licet allegetur poſtea factas aliquas inueſtituras re-
ſtrictas ad maſculos, vel informiter, vt pro hæredibus legi-
7 time deſcendentibus; tamen † admitti debent ex illa prima,
nec ex poſterioribus ſibi dicitur aliquod præiudicium gene-
ratum, prout in terminis decidit Bald. *conſ. 213. vel 82. proponi-
tur quod inueſtitura. volum. 1.* vbi ponit caſum, quod inueſtitu-
ræ antiquæ à 50. annis retro, fuerunt in filios, & fœminas in
infinitum, ſed ab annis 50. citra fuerunt in maſculos tan-
tum, ex quorum vltimo orta eſt filia, quæ dicit, quod non
obſtante inueſtitura patris, & aui, quæ fuit in maſculos tan-
tum, ipſa venit ex inueſtitura proaui, & antiquorum, ex
quorum inueſtituris toti poſteritati eorum, & vtrique ſexui
ius eſt quæſitum: Deinde quærit Bald. vtrum inueſtitura
antiquorum ei proſit, an vero inueſtitura modernorum, re-
ſtricta ad maſculos tantum, & conſuetudo ex tanto tempo-
re inualeſcens, dictæ filiæ habeat præiudicium generare; ſe-
que tandem reſoluit, priorem inueſtituram ei prodeſſe, po-
ſterioremque nequaquam nocere; quia in nullo cap. feudo-
rum hoc eſt expreſſum, quod per patrem poſſit derogari filio
in eo, quod habet à genere, & non a patre; ergo in hoc de-
8 bemus ſtare legi ſcriptæ. *cap. 1. §. ſtrenuum. de feud. cog.* ſed † de iu-
re communi hoc eſt, quod ius poſteritati quæſitum, priuile-
gio, vel antiquitate, pater non poteſt filijs auferre. *l. 3. ff. de in-
terd. & releg. l. non tantum. §. emancipatus. ff. de contra tab.* Item,
cum † tale feudum ſit permiſſiuum maſculorum, & fœmi- 9
narum, & antiquum, non debet ex perſona antiquorum
ſucceſſorum mutare priſtinum ſtatum, & ad conſuetudinem
inductam in oppoſitum, reſpondet Bal. nõ eſſe verum, quod
ſit conſuetudo, ſed potius præſcriptio, quæ obeſſe non po-
teſt mulieri, cui nondum patuit locus. *l. 1. in fi. C. de anna. excep.*
poſtremoque ſubdit Bald. quod † inueſtituræ poſteriores 10
videntur factæ per errorem, vel per impreſſionem conce-
dentium; ergo non nocent, † & in dubio præſumitur error, 11
quotiens quis facit, quod facere non tenetur, niſi appareat
de certa ſcientia; Bald. igitur ibi pulchre decidit hunc ca-
ſum ad fauorem iſtarum ſororum. Idemque breuius ponit
in cap. 1. § fin. de feud. Guard. verſ. quæro quid dicatur, dicens,
quod † ſi per errorem recognitio feudi facta ſit aliter, quam 12
ſolito more, talis recognitio non nocet poſteris, & idem tra-
dit Caſtren. *conſ. 63. videtur dicendum. colum. fin.* vbi dicit, quod
ab † antiquis inueſtituris non ſit recedendum, niſi in poſte- 13
rioribus expreſſe dictum ſit, quod de communi conſenſu
aliter facta ſit inueſtitura, quam hactenus eſſet ſolitum fieri:
hinc idem Bald. eleganter *in l. 1. colum. pen. C. quand. non pet. par.*
ſcriptum reliquit † quod in præiudicium tertij mutari non 14
poteſt forma inueſtituræ antiquitus conſtituta; quia † prima 15
radix, & fundamentum attenditur, & non curamus quo tra-
mite feudum deſcendat, ſed quid ſit principium; & cum præ-
dictis concordat Dec. *conſ. 185. colum. 2. & conſ. 498. num. 18.* Go-
zad. *conſ. 53. num. 18.* vbi dicit, † etiam eccleſia conſentiente 16
non poſſe alterari inueſtituras antiquas, in præiudicium no-
minatorum. Pariſ. *conſ. 23. num. 65. volum. 1.* Socin. iun. *conſ. 76.
num. 109. volum. 1.* Ripa *lib. 1. reſpon. cap. 1. num. 48.* Natta *conſ. 505.
num. 17.* poſt Afflictum, *deciſ. 195. num. 6.* Idemque pulchre
Natta *conſ. 506. num. 44.* vbi dicit † quem ex poſterioribus re- 17
cognitionibus ſe iuuare non poſſe, quia illæ omnes habent
ortum à prima, & † qui primitiua inficit, deriuatiua vitiupe- 18
rat, vt inquit Bald. *in l. fin. C. de verb. ſig.* & † à primordio tituli, 19
poſterior formatur euentus. *l. 1. C. de impo. lucr. deſc. li. 10.* Idem-
que tenet Rol. à Val. *conſ. 67. colum. 1.* Menoch. *conſ. 1. num. 124.*
idemque Bero. ponit *conſ. 72. num. 21. volum. 1.* vbi dicit, anti-
quæ † inueſtituræ ſtandum eſſe, quia prior potior, & poten- 20
tior eſt, pluresque ſimiles alios cumulat D. Burſatus *conſ. 46.
volum. 1.* dicens, primam inueſtituram attendi, nec eam per
ſubſequentes in præiudicium in ea vocatorum, alterari; &
ſtante † diſcordia inter plures inueſtituras, ſemper ad primæ 21
tenorem recurri, tanquam ad radicem, & fundamentum,
poſt eos, quos allegat, quibus addo quoq; Cardinalem *conſ.
92. nobiles viri*, Curt. iun. *in tract. de feud. 2. par. quæſt. 7.* & Celſum
Hugonem *conſ. 113. nu. 9.* dicentes, quod † ſi noua inueſtitura 22
aliam formam habeat, quam antiqua, non tamen immutat
formam ipſius inueſtituræ antiquæ, quo minus fœmina ſuc-
cedat ex ea, non obſtante poſteriore ad maſculos limitata:
quare patet, (ne ſim prolixior) hoc eſſe ſolidiſſimum funda-
mentũ pro dictis Sororibus, & ſingulare præſidium, quo niti
poſſunt ad harum rerum ſucceſſionem, vigore veteris inue-
ſtituræ, de hæredibus vtriuſque ſexus loquentis, quicquid in
poſterioribus ſecus dictum fuerit, & quatenus pertinet ad
inueſtituras, in quibus apparet ſub qua forma feudum fuerit
datum, vt illam de anno 1528. conceſſam magnifico D. An-
tonio Gonzagæ, recipienti pro ſe, & deſcendentibus ſuis ex
eo legitime deſcendentibus, & alteram, de anno 1560. fa-
ctam magnifico D. Naymo, illius filio, & harum ſororum ge-
nitori, recipienti pro ſe, & fratre ſuo, & pro eorum, & cuiuſ-
libet eorum hæredibus, quarum occaſione proponuntur
dubia; quod ſecundum † regularem naturam feudorum ſint 23
intelligendæ, qualis eſt, vt fœmina non admittatur, niſi ſpe-
cialiter dictum fuerit. *cap. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amit. cap. 1. §.
hoc autem. de his, qui feu. dare poſſunt. cum ſimil.* & quod conceſ-
ſio † pro ſe, & deſcendentibus, intelligi debeat, ſecundum 24
quod lex cogitat, hoc eſt, de maſculis, vt per gloſſ. & Iſern. *in
cap. 1. de feud. fœmi.* Dico, quod totum contrarium dici de-
beat, & eſt de iure verius, ſtante priore inueſtitura antiqua,
de heredibus vtriuſque ſexus clare loquente: nam † ſecun- 25
dum illam, & illius tenorem, poſteriores intelligendæ ſunt,
& ab ea debent interpretationem recipere, vt eſt doctrina
Bart. quam ſequuntur Alexan. Iaſon & omnes *in l. ſi mihi, &*

Titio.in fin.ff.de verb oblig. Alexand.*conſ.29. in 5. dubio. volum.5.*
Corn.*conſ.16.num,13.volum.1.* & in terminis pulchre declarat
Pariſ.*conſ.23.num.63.volum.1.*vbi conſulendo pro Illuſtriſſima
DuciſſaMantuæ,dicit,quod licet inueſtituræ poſteriores ob-
tentæ per feudatarios prçceſſores,nihil de fœminis loquan-
26 tur,ſed ſimpliciter de † heredibus, quorum appellatione in
materia feudali venit tantum maſculus, & non fœmina; ta-
men quia per inueſtituras antiquas Ottonis,& Caroli 4.fœ-
minæ fuerunt expreſſe vocatæ, ſubdit Pariſius, quod illis
conſideratis,talis appellatio heredum, de qua in alijs ſubſe-
quentibus inueſtituris,minime reſtringi debeat ad maſculos
tantum, ſed ſtare debeat in ſuo proprio ſignificatu, ſecun-
27 dum † diſpoſitionem iuris communis, volentis heredum
appellatione ita venire fœminas,ſicut maſculos.*l.heredis app.*
*ff. de verb.ſign.*per gloſſ.*& alios in ea. ſed diuerſum. de alien.feud.*
cum enim per dictas primas inueſtituras fœminæ fuerint
habilitatæ ad feudum, ſubſequentes inueſtituræ debent ab
28 illis præcedentibus † interpretationem, & declarationem
deſumere, cum præcedentia declarent ſequentia. *l. ſi ſeruus*
plurium.§.fin.l. qui filiabus.ff. de leg. 1.& dicit in terminis hoc
firmare Brunum,*conſ.1.col.8.*vbi potiſſime *num.52.*dicit,quod
29 licet † fœminæ non habeant qualitates, quæ ſunt in maſcu-
lis, quas conſiderat ius feudale,tamen quando princeps vult
fœminam admitti ad feudum,nõ eſt de illis qualitatibus cu-
randum, cum ius eas conſiderauerit fauore,& ob vtilitatem
ipſius tantum principis; ergo fœmina habilitata,reducta ad
priſtinum ius, ſublato obſtaculo, præfertur collateralibus
30 agnatis,quia † in ſucceſſionibus prima cauſa eſt filiorum,et-
iam ſi ſint fœminæ. *l. maximum vitium. C. de lib. præter.* quod
pulcherrime deſeruit caſui noſtro, circa admiſſionẽ harum
ſororum filiarum d. D.Haymi, ad excluſionem dicti Illuſtr.
D. Caroli tranſuerſalis agnati, & cum prædictis etiam con-
cordat optime Caſtr.*conſ.154.col.2.*Brun.*conſ.78.col.2.*& Ioan.
Baptiſta Vincemala, *conſ. 1. num. 173. diuerſorum feudalium,*
31 quod † poſtquam conſtat de prima inueſtitura (vt hic) ſe-
quens præſumitur facta ſecundum conditiones antiquas,
32 hinc Bero.*conſ.71.num.5.volu.1.*dicit, quod † quotieſcunque
dubitatur de intellectu ſecundæ inueſtituræ, ſemper debet
fieri declaratio & interpretatio ſecundum primam inueſti-
turam,& conceſſionem, quoniam ſecunda à prima regula-
tur;nam quicquid ex aliqua radice deſcendit,neceſſe eſt eius
naturam ſapere.*cap.1.de vaſal.decre.æta.*idq; procedit,vt idem
33 Bero. ſubiungit, *num. 44.* quando † ambæ inueſtituræ, pri-
ma ſcilicet antiqua, & ſecunda iunior, eſſent factæ inter eaſ-
dem perſonas, vel eoſdem de eodem genere; ſic enim pro-
prie loquuntur Bart.*in l.ſi mihi,& Titio.*& alij,quoniam dici-
tur potius renouatio primæ inueſtiturç,quam de nouo con-
ceſſio & hoc verificatur in caſu noſtro; quia poſteriores in-
ueſtituræ factæ fuerunt eiſdem de eodem genere, quibus &
prima;& cum prædictis etiam concordat Natta *conſ.98.nu.15.*
34 vbi poſtquam dixit,† inueſtituram nouam, habentem aliam
formam,non immutare formam antiquæ,vt per Alua.*in ca.1.*
de vaſal. decre.ætatis. Cardinalem & Bald. locis citatis ſubdit,
quod ſicut vna lex declaratur per aliam.*l.verum.ff.de pet.hered.*
*l. ſed & poſteriores.ff.de leg.*Ita vna inueſtitura præſtabit intel-
lectum ad aliam;& hæc concluſio licet per ſe ſatis firma,cor-
35 roboratur ex eo; nam † poſteriores inueſtituræ de deſcen-
dentibus aut heredibus,ſimpliciter loquentes, ſi de maſculis
intelligantur,ſecundum naturam regularem feudorum,hęc
dicitur interpretatio generalis ad omnes inueſtituras infe-
riores, & dubias; at ſi intelligantur non ſolum de maſculis,
ſed etiam fœminis, iuxta primam inueſtituram, de heredi-
bus vtriuſque ſexus loquentem, dicitur hæc interpretatio
ſpecialis,ſumpta in eiſdem perſonis, & eiuſdem generis, &
36 bonis;ergo præualere debet illi generali,ſicut † dicitur de te-
ſtibus in ſpecie deponentibus, qui præferuntur deponenti-
bus in genere.Inn.& Doct.*inc.auditis,de præſer.* Alex.*conſ.88.*
*col.2.conſ.150.col.7.vol.5.*Aret.*conſ.83.col.pen.*Crau.*conſ.94.nu.3.*
37 D.meus Rimin.*conſ. 431. num. 27.*& † de præſumptione in
ſpecie,quæ præualet præſumptioni in genere, & eam tollit,
vt per Alex.*conſ.02.col.3. volu.3.* Pariſ. *conſ.29. num.87. volum.2.*
Socin. iun.*conſ.128.num.250.volum.1.* D. meus Rimin.*conſ.128.*
num.11. quare deducta in dubijs procederent,illa prima non
extante ſecus,& clare loquente,quia per eam poſteriores de-
clarari debent,& ab ea interpretationem recipere: Quinimo
fortius vnum dico pulchrius, atque ſubtilius, eſto ſine præ-
iudicio veritatis,quod illa prior inueſtitura anni 1452. non
extaret, ſed † poſteriores tantum ſimpliciter de deſcenden- 38
tibus, aut hæredibus loquentes, adhuc tamen etiam de fœ-
minis eſſent intelligendæ; moueor, quoniam cum feudum
iſtud curiæ Podij traxerit originem ab Epiſcopatu Mantuæ,
vt in dicta inueſtitura anni 1452. recitatur, & facto ſuppo-
nitur à Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, conceſſionem fuiſſe
factam pro heredibus vtriuſque ſexus; ſequitur quod inue-
ſtituræ factæ per inueſtitos de curia prædicta, modo ſupra-
dicto alijs perſonis,intelligi debeant eodem modo factæ,vi-
delicet pro heredibus vtriuſque ſexus,prout in notabili caſu
decidit Caſtren.*conſ.161. in præſenti cauſa, quæ vocatur maior.*
*volum.2. in antiquis. alias 164. volum.2. in nouis.*vbi dicit, quod
cum † lege Regni cautum ſit,primogenito deferri ſucceſſio- 39
nem Regni, quod eſt caput, idem ſeruari debeat etiam in
membris, & ſucceſſionibus inferiorum dignitatum, & ma-
ioritatum, & feudorum exiſtentium in regno; quia † non 40
debent à capite membra ſeparari.*ca. cum non deceat. de præſcr.*
vnde per illam deciſionem Caſtrenſis Dec. egregie *conſ. 389.*
num.7. dicit, in feudo Illuſt. Dominorum de Pijs, quod † ex 41
quo Ducatus Ferrariæ primogenito defertur, pariter idem
dicendum ſit de feudis, quæ ab ipſo Duce conceduntur in
eius Ducatu;ſequitur vtrunque Sigiſmun.Lofred.*conſ.39.co-*
*lum.penult.*dicens,quod † ſicuti reſpectu totius Baroniæ, & 42
curiæ conſtitutum eſt, & ordinatum, vt in ea ſuccedat pri-
mogenitus,pariter idem ſeruari debeat in omnibus mem-
bris dictæ Baroniæ, & curiæ; nam † contentum ſequi debet 43
naturam continentis.*l.ad teſtium.§.fin.ff.de teſtam.c.ad audien-*
tiam de eccle. ædif. cum ſimilibus, per eum,& in alio caſu ſimili
tradit Alex.ab eis non citatus.*conſ.87.colum.1. volu.6.* vbi præ-
ſuppoſita conſuetudine Sabaudiæ, & patriæ Pedemontanæ,
quod primogenitus in ea ſuccedat, tenet inueſtituram, vel
inſtrumentum dotale, de ciuitate Eſtenſi in dotem data D.
Valentinæ, eum pacto,quod remanere debeat filijs eius,in-
terpretari debere ſecundum conſuetudinem prædictam, vi-
delicet,quod remanere debeat filijs primogenitis, ſequitur
Rube.*conſ.133.num 11.& 16.*quos omnes alias ſecutus fui *conſ.*
*18.col.2.*inter Illuſtriſſimos D. Maximilianũ, & Rudolphum,
ſubindeque Aloiſium,Marchiones de Gonzagis edito, & *in*
*conſ.6.n.132.*pro Illuſt.Comitibus de Miralio,in Marchionatu
Montis Ferrati celebrato,quo loco me citat in hac cauſa cla-
riſſ. D. Burſatus, in ſecundo fundamento; & hanc conclu-
ſionem ſic in dictis locis à me repetitam, firmat etiam Ca-
ſtrenſem ſecutus Vaſq.*lib.3.de ſucceſſ.creat.§.26.n.94.* nec neq;
ſimili quadam,& ratione particulari corroboro illud, nam
videmus, quod † ſi caſus occurrat in aliquo loco inferiore, 44
puta Caſtro Ciuitatis ſubiecto, decidendus, vel ſecundum
ſtatuta loci ſuperioris, vel ſecundũ diſpoſitionem iuris com-
munis,in defectum ſtatutorum loci inferioris,potius ille ca-
ſus deciditur ſecundum ſtatuta loci ſuperioris, quam ſecun-
dum diſpoſitionem iuris communis,ita gloſſ. notab.*in §. fin.*
*Inſt.de ſatiſda.*Iaſ.*in §.rurſus.num.40.Inſt.de act.*Felin.*in cap.Ra-*
dolphus.colum.3.de reſcript. Caecial.*in l.omnes populi.prope num.*
10. & ibidem Crot. *num.15.ff.de iuſt.& iur.*Socin.*conſ.81.num.3.*
volum.1. conſ.128.volum.3. Dec.*conſ.429.num.5.* Grat.*reſpon.11.*
*num.12.volum 2.*D.meus Rim.*conſ.72.in fin. conſ.561. in fin.con-*
*ſil.575.num.7.*ſic igitur in caſu noſtro dicamus, de inueſtitura
Domini inferioris ambigua decidenda, vel ſecundum teno-
rem inueſtituræ ſuperioris Domini, vel ſecundum diſpoſi-
tionem iuris communis, quod potius interpretari debeat,
atq; determinari ſecundum priorem inueſtituram ſuperio-
ris Domini, quam ſecundum ius commune: Ratio vero eſt;
nam † cum Vaſallus primi Domini,ſub eadem lege, qua ſibi 45
conceſſum eſt,& non alia, debeat ſubinfeudare.*c.1.§.ſimiliter*
de leg.Cor.& ibi Andr.de Iſer.Bald.Alua.Puteus & Affli.*nu.17*
gloſſ.in c.1.§.beneficium.& ibi Fed.Schenck.*ſi de feudo defuncti.*
Afflict.Petr.de Rau. & Mart.de Laud.*in ca.primo.§.præterea.*
de capit. *Corrad.* & idem Petr. Rau. *in cap.1. §.illud.de prohib.*
*feud.alien.per Feder.*Iacob. de S.Georgio *in tract. feud. verſ. ita*
*tamen quod dicti Vaſalli.num.3.*Curt.*in 4.part.num.43.*Iul. Clar.
in §.

Google

in §.feudum.quæſt.32.verſ.ſcias tamen.& ego dixi conſ.1.num.58.
ſequitur quod Illuſtriſſ. Domini Curiæ Podij, recognoſcen-
tes eam ab Epiſcopatu Mantuæ primo domino, pro ſe, &
heredibus vtriuſque ſexus, cenſeatur alios ſubinfeudaſſe ea-
dem lege, & ſic, vbi dictum fuit, pro ſe & deſcendentibus, vel
heredibus eorum, cenſeatur intellexiſſe nedum de maſcu-
46 lis, ſed etiam de fœminis; quia † faciens actum, cenſetur ſe
aſtringere legibus de eo actu loquentibus. Bal. in l. ſi duo. ff. de
acquir. hered. per illum text. Bart. in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de
oper. lib. Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. Anch. conſ.125. colum.3. in
47 fin. & † in dubio actus intelligitur factus ſecundum quod
ius diſponit, cap. ex litteris. de conſtit. cap. ſedes. de reſcript. & cap.
venientes. de iureiur. quæ iura citat ad hoc Cald. conſ.11. in fin. de
feud. ſequitur Cran conſ.186. num.9. & Rolan. à Valle conſ.37. in
48 prin. volum.2. qui & alios citat: confirmatur inſuper, † quo-
niam actus ſic ſemper interpretari debet in dubio, vt valeat,
non autem, vt pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. Rol. à Val. conſ.65.
49 num.16. volum.1. & † hæc præſumptio validitatis actus præua-
let omnibus alijs præſumptionibus, vt ponit Dec. in ca. quo-
niam Abb. num.16. de off. deleg. in l. ſi donatione. num.12. C. de coll. &
in l. in contrahenda. ff. de reg. iur. vnde Vant. in tract. de nullit. ſent.
tit. quib. mod. ſent. null. repa. poſſ. n.12. conſulit, an aliquo mo-
50 do nullitas obiecta, poſſit reddi dubia, † quia tunc contra
nullitatem iudex iudicare debet, vt actus ſuſtineatur, & po-
tius valeat, quam pereat; ſequitur Ceph. conſ.223. num.6. at ſi
Domini Curiæ Podij inueſtiendo alios pro ſe, & eorum de-
ſcendentibus vel hæredibus intellexiſſent de maſculis, nulli-
ter id fecitſſent; quia ſub diuerſa forma, & lege conceſſiſſent,
quam haberent ipſi; at ſi intellexerunt etiam de fœminis, vt
ſibi conceſſum fuerat, recte fecerunt: ergo hoc ſecundo mo-
do debet præſumi, per eos factum, taliſq; præſumptio, quæ
ſtat pro validitate actus alteri nullitatis eiuſdem debet præ-
ualere. Poſtremo cum iſtud feudũ habuerit hanc qualitatem
tranſeundi etiam ad fœminas, cum fuerit ab initio conceſ-
ſum ab Epiſcopatu, pro heredibus vtriuſq; ſexus, vt dictum
51 fuit, qualitas † hæc, quod ſit fœmineum, perpetuo debet du-
rare, vt per Aluarot. & Præpoſ. in cap.1. de feud. fœmin. quia na-
tura primordialis non videtur alterata. Idemq; tradit Aoch.
conſ.339. col.4. verſ. ſed in iure, & Clarus in d. §. feudum. q.73. verſ.
52 præterea, dicens, quod hæc eſt communis opin. Simile † vide-
mus, quod ſi feudum recepit ab initio qualitatem diuiſioois,
ſemper ad quoſcunqne tranſit cum ea qualitate, quod diuidi
poſſit, licet expreſſum non fuerit, vt per Soc. conſ.67. num.32.
volum.3. Tiraq. in tract. primogenit. q.4. num.58. Nec iſtud ſoli-
diſſimum fundamentum poſt Caſtrenſem in d. conſ.164. Dec.
conſ.389. & ſequaces ſup. memoratos iuncta ratione Doctorum,
in d. §. ſimiliter. & aliorum, meo iudicio tollitur ex adductis
53 dubijs, in quibus dicitur, attendi † debere conditionem reci-
pientis inueſtituram, non etiam concedentis, vt patet ex not.
per gl. & And. de Iſer. in c.1. de benef. fœm. alias de feud. fœm. qui
54 dicunt, † feudum conceſſum fœminæ, non tranſire ad filiam
eo non expreſſo; quia mater ſimpliciter acquirendo, non
præſumitur cogitaſſe, niſi illud quod lex cogitat, quæ ſolum
55 cogitat de maſculo, & non de fœmina; nam † in eo tex. duæ
ponuntur opin. prima Oberti & Gerardi, quod ſi fœmina
habens feudum deceſſerit, quia fœmininum eſt feudum, e-
tiam ſine pacto ſpeciali, deficientibus maſculis, ad filias perti-
nebit, & hanc ſequuntur Iacob Ardizo. Iac. de Belui. Nicol.
56 de Neap. Bal. & communiter † ſcribentes, vt teſtatur, & com-
probat Aluarot. ea ratione, quia non eſt veriſimile, quod di-
ctus Obertus, & Gerardus qui primam opin. tenuerunt, fuiſ-
ſent ita ſupini, & maxime ipſe † Obertus, qui fuit compila-
57 tor illius operis, quod interſeruiſſet ſuam opin. tanquam re-
probatam, ſecunda quoque ratione mouetur Aluaro. quia
58 cum iſtud feudum † habuit ſuam qualitatem fœmineam, &
fuit in eſſe producta, debet perdurare, cum nullum obſtacu-
lum medium reperiat. l. pater. §. quindecim. ff. de leg.3. & quia na-
tura primordialis non videtur alterata. l. fin. ff. ſi ex nox. cauſa
ag. Item quia ſubdit, de hoc videri caſum, in c.1. de nat. ſuc. feu.
59 & vere quidem eſt caſus, quia dicitur ibi, quod † in feudo fi-
lius patri ſuccedit, & non filia, niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmi-
neum: tunc enim ſuccedit filia matri: vt enim differat ſecun-
dus caſus à præcedenti, in quo filia ſuccedit ex pacto, quan-
do feudum eſt paternum, oportet dicere, quod ſecundus
caſus procedat, remoto pacto de filia ſuccedenda, & nihilo-
minus illa ſuccedat ea ratione ſupra poſita, quia fœmininum
eſt. † Altera ergo opinio Gloſſæ, & Iſerniæ paſſim eſt repro- 60
bata, volens tale feudum fœmineum ad filias non pertinere,
niſi per pactum ſpeciale illis conceſſum fuerit, & quod ſit ve-
rum, præter Aluarottum id teſtantem, confirmatur, quia tex.
dicit; alij vero dicunt, &c. quo ſtante ſequitur illam opin. licet
ſecundo loco relatam, cenſeri reprobatã; licet † enim, quan- 61
do lex refert plures opin. videtur vltimam approbare. l. bona
fides. & ibi Bart. ff. depoſ. cum vulgarib. tamen ſecus eſt, quando
in vltima opin. ſcriptum reperitur, alij dicunt, tunc enim refe-
rens non cenſetur eam approbare. Ita Iaſ. in l. ſi idem cum eod.
in fin. ff. de iur. omn. iud. & poſt eum Purp. in §. pen. Felin. & Dec.
in cap.1. de conſtit. ad fin. Bologn. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro
pa. num.335. Purp. Iacob. Nigri. D. meus Vberti. Zuc. in Rub. ff.
ſi cert. pet. nu.49. citans ad hoc tex. in c. vnic. in fi. de eo, qui ſibi vel
her. quem dicit Feudiſtas non reuelaſſe, ſed vt mihi videtur,
ſenſit hoc Bald. ad quem do meus non aduertit, quatenus di-
cit, quod ille miles debeat facere fidelitatem maſculo, non
fœminæ, & quod ita fuit iudicatum, licet alij dixerint, debe-
re fieri fidelitatem fœminæ pro parte patris ſui, & male ſe-
cundum Iac. de Belui. & Dynum; ergo ſenſerunt vltimam o-
pin. non teneri, cum dicat textus; alij dicunt, & præter illum
tex. alium pulcriorem adijcio, in ca.1. hic finitur lex. in prin. vbi
dicitur primo, vaſallum non teneri adiuuare dominum iniuſte bel-
lum mouentẽ, niſi ad defenſionem, quę proprie fuit opin. Vberti,
& Gerardi, de quibus agitur, deinde ſubijcitur; alij dicunt ſine
diſtinctione debere eum adiuuare, poſtea redit ad primam opin.
relatoque argumento eam tenentiũ, reſidet in ea: ergo cen-
ſetur ſecundam reprobare, quod aliunde non eſt, niſi quia
dixit, alij dicunt, ſicq; facere conſueuit Vbertus compilator
feudorum, in referendo ſecundo loco opinionem reproba-
tam, vt declarat Camerar. in d. c. imperialem. fol.246. verſ. nec te
moueat. Quin & ratione particulari confirmatur, quoniam
dictio, † alij, perſonã loquentis excludit, vt dicunt alij, quaſi 62
non ipſe loquens, vt tradit Ful. in l.2. C. ſi aduer. do. Cor. conſ.34.
col.2. vol.2. conſ.286. col.4. vol.3. conſ.70. num.4. vol.4. remanet igi-
tur ex prædictis, non eſſe veram opin. de qua in dubijs; con-
ditionem, & inueſtituram recipientis eſſe reſpiciendam,
non autem concedentis; ſed totum contrariũ, quod ex quo
conceſſit feudum fœminæ, filia quoq; eius ſuccedat iux. con-
ceſſionem factam ſuo auctori, à quo cauſam habet, & hoc
probat etiam Bal. in prælud. feud. n.46. vbi loquens † de feudo, 63
quod habet naturam propriam, & quod habet impropriam,
quale eſt fœmineum, ſimul vtrumq; comprehendens ſubdit,
quod † natura nihil aliud eſt, quam qualitas nata à principio 64
generationis, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & ſem-
per ineſſe videtur à principio connexum, & nõ per accidens
ſubſecutum. Deinde n.49. ponit aliam † diuiſionem feudorũ: 65
aliud enim paternũ eſt, cuius natura aſpicit maſculos tantum
deſcendentes; aliud maternum, cuius natura aſpicit primo
maſculum, deinde fœminas: Vnde Bald. habet reſpectum ad
concedentem, non autem ad recipientem: nec tex. in c.1. §. &
ſi clientulus. de alien. feud. loquitur, quando plures extarent in-
ueſtituræ, nec de feudo fœmineo, ſed de alienatione feudi, de
qua non agimus. Minus etiam me mouet diuerſitas conſide-
rata in dubijs, inter feudum, quod habet vaſallus à primo
domino, & illud quod ipſe vaſallus alteri conceſſit, vt in pre-
ſtationibus primo vaſallo per ſecundum præſtandis, non au-
tem primo domino, & in iuramento, pariter eidem præſtan-
do, ſecundum Iacob. de S. Geor. in ſua inueſt. verſ. debig. vaſalli.
ſecundo, ad fin de primo & de ſecundo. Iaſ. in l.3. §. ex contrario. n.76.
ff. de acq. poſſ. quod & ego poſui conſ.1. num.51. poſt Iaſ. conſ.180.
col.2. vol.3. addens, † laudemium non primo domino, ſed va- 66
ſallo ſuo domino immediato deberi ſecundum Afflict. in c.1.
§. illud. n.15. de prohib. feu. alien. per Feder. tales enim particulares
effectus, ſiue diuerſitates nõ inferunt, quin † vaſallus in ſub- 67
infeudando, & ſic in modo ineundi, debeat eadem lege con-
cedere, quam habet, nõ autem diuerſo modo & forma: pro-
batur hoc à ſimili: nam videmus † donationem cauſa mortis, 68
in modo ineundi, ſemper æquiparari contractibus ſecundum
gl. in l.2. ff. de dot. præleg. Bald. Cuma. Alex. Iaſ. Ruin. Guil. Pont.

Ripa, Soc. inn. & nouiſſime Bono. in l. 2. ff. de leg. 1. vbi Iaſon in
ſpecie dicit, quod totus mundus ita teneat; & alios cumulaui
69 Inſt. de donat. in prin. num. 572. & † tamen quo ad aliquos effe-
ctus, æquiparatur vltimæ voluntati. l. fin. C. de don. cauſa mor.
Bald. in l. cum hi. in prin. ff. de tranſ. Doctores in d. l. 2. Guil. Ben.
in c. Raynut. verſ. teſtamentum. 4. nu. 39. de teſt. & per me loc. cit. at.
num. 649. ſed magis in terminis noſtris argumentatio, quæ fit
in dubijs, tendit aduerſus receptam ſententiam, in d. c. a. 1. §. ſi-
militer. verſ. profecto. de leg. Cor. vbi, meo iudicio, eſt text. ad ha-
rum ſororum fauorem à contrario ſenſu: nam poſtquam di-
xi, quod qui ſuum beneficium dat alijs in feudum, non debet
alia lege dare, niſi qua ipſe habet, ſubdit exemplum, vt ſi ha-
beat ſibi, ſuiſque heredibus, quod ſolum debet intelligi de
maſculis, non debeat dare, vt habeat heredes maſculi, & fœ-
70 minæ; Igitur † à contrario ſenſu, ſi habeatur ſibi, ſuiſq; here-
dibus maſculis, & fœminis, vel vtriuſque ſexus, vt in caſu no-
ſtro, debet dare, vt habeāt heredes maſculi, & fœminæ; quod
argumentum fortiſſimum tex. & Doctores appellant. in l. 1.
ff. de off. eius. adeo quod perinde habetur, ac ſi in lege eſſet ex-
preſſum, vt per gloſſ. Bald. & Caſtr. in l. qui teſt. §. mulier. ff. de te-
ſtam. Euerar. in centuria ſua. cap. 4. colum. 1. Corraſ. in d. l. 1. vnde
71 Bart. in l. ſi quis locuples. de manu. teſt. per illum tex. dixit, † ar-
gumentum à contrario ſenſu eſſe ex expreſſa ſignificatione,
id eſt, apertiſſima, & Bald. conſ. 7. volum. 1. in antiquis, quidam
dom. Paſinus, illū textum legis appellat, adeo, quod idem Bald.
72 conſ. 143. punctis quæſtionis. volum. 2. voluit, † quod ſicut legi re-
nunciari non poteſt, ita nec argumento, à contrario ſenſu:
73 quoniam contrarius ſenſus videtur eſſe in textu. Vnde † pa-
ctum, quod loquitur contra contrarium ſenſum legis, lo-
quitur contra ipſam legem, ſcilicet contra textum: & hæc ve-
luti pulchra, & non vulgaria, poſui in d. l. 1. nu. 173. in Commen-
tarijs meis. Vlterius, in quantum dicitur, illam regulam de va-
ſallo, qui debet infeudare alteri, eodem modo & forma, qua
habet, non diuerſa, procedere, ne fiat inde præiudicium do-
mino primo, vt in ſeruitijs ſibi præſtandis per ſecundum va-
74 ſallum, vt in d. §. ſimiliter, at † vbi varietas ſubinfeudandi ten-
dit in fauorē domini primi, bene concedi debet; quia quam-
uis vaſallus deteriorem conditionem domini ſui facere non
poſſit, meliorem bene reddere poteſt, vt per Bald. in c. 1. §. præ-
terea. de Capit. Corra. reſpondetur, quod Baldus ibi tantum
dicat, quod vaſallus infeudare poteſt alteri æquali, vel melio-
ri, puta ſi inueſtitus erat pro maſculis, & fœminis, poteſt pa-
riter infeudare pro maſculis, & fœminis; quia æqualibus per-
ſonis concedit; ſed non inde ſequitur, quod concedendo ali-
cui, recipienti pro ſe, & deſcendentibus, aut heredibus, de-
beat intelligi de maſculis tantum: Imo etiam de fœminis eſt
intelligendum, cum eadem lege, qua habet, & non alia, in-
ueſtire poſſit, vt ibidem dicunt Aluarot. Affli. & alij poſt Bald.
nec inde dicitur fieri conditio primi domini deterior, pro-
pter ſeruitia, vt in dubijs proponitur; quoniam motiuum
ceſſat ex doctrina Bruni conſ. 1. nu. 58. vbi loquendo de fœmi-
75 na per principē ad feudum habilitata, dicit, quod licet † fœ-
minę non habeant qualitates, quę ſunt in maſculis, quas cō-
ſiderat ius feudale, tamen quando princeps vult fœminam
admitti ad feudum, non eſt de illis qualitatibus curandum,
cum ius eas conſiderauerit, fauore, & ob vtilitatem ipſius
tantum principis, cui potuit renunciare. l. pen. C. de pact. con-
cedendo feudum etiam pro fœminis. Igitur ſi vaſallus alteri
concedat pro ſe, & deſcendentibus, vel heredibus, & intelli-
gamus etiam de fœminis, iuxta tenorem conceſſionis primi
domini, non eſt facere ſuam conditionem deteriorem, ſed
76 eam potius in eodem ſtatu conſeruare. Præterea † quoties
vaſallus mutaret formam feudi ſibi conceſſi, alterum ſubin-
feudādo, inſcio primo domino, diceretur eius conditionem
deteriorem facere, faciendo contra eius voluntatem, arg. l. ſi.
ff. de vſu & hab. per quam ſic dicit Andr. de Iſer. in cap. 1. col. 1. de
prob. feud. alien. per Feder. & ibi late Camerar. fol. 75. verſ. qua in
re. cum ſeq. & Sigiſmun. Loſr. conſ. 3. n. 40. ergo ſi primus domi-
nus voluit feudum eſſe tranſitorium ad fœminas, non poteſt
vaſallus ſuus in hoc eius formam alterare, reſtringendo illud
ad maſculos; quia naturam feudi dicitur deteriorem feciſſe,
licet in melius redegerit, poſtquam contra voluntatem do-
mini ſic eam mutauit, & alterauit; in quantum vero dicebat

Caſtren. in alleg. conſ. 164. vol. 2. quod à capite membra dece-
dere non debeant, cap. cum non decet. de præſcr. merito conſe-
quens eſt, vt inueſtitura domini inferioris alteri facta, regu-
letur ſecundum ſibi conceſſum à primo domino ſuo: & im-
pugnatur dicta ratio; quia † multotiens caput eſt precioſius, 77
magiſq; priuilegiatum membris. l. cum in diuerſis. ff. de relig. &
ſump. fun. dico primum veriorem eſſe rationem Caſtr. quod
membra debeant à capite regulari; probatur, nam videmus
quod † ſi caput ſeu principaliores Collegij ſunt ſuſpecti, to- 78
tum Collegium dicitur eſſe ſuſpectum, & recuſari poteſt; Sic-
ut de Synodo, ſi caput Synodi ſuſpectum eſt, vt tradit Bal.
in l. 1. col. 2. C. ſi Rect. pro. Alber. de Roſ. 2. p. ſt. ſtatut. q. 101. Felin. &
Dec. in c. 1. de iud. cum ſimil. per Rol. à Vall. conſ. 19. num. 12. vol. 3.
vbi pariter ſubdit, quod † ſi Poteſtas eſt ſuſpectus, tota eius 79
familia ſuſpecta eſt, vt ponit Barb. in tract. de præſt. Card. qu. 3.
quæ non aliunde procedunt, quam quod Collegium ſubeſt
capiti, familiaque Poteſtati, & ſic eius membra ſunt, & ob id
eiuſdē iuris cenſeri debent, & ab eo regulari, facit vulgatiſſi-
mum Carmen; † A boue maiori diſcat arare minor. Nec obſtat 80
inſtantia, quæ datur ex d. l. cum in diuerſis, nam procedit in eo
caſu particulari conſtituendi locum religioſum, qui per illa-
tionem corporis eiuſdem diuiſi in plures partes, & in diuer-
ſis locis ſepulti, multiplicationem non recipit, quia, vt inquit
Paulus, † vna ſepultura, id eſt, vnus homo ſepultus, ſepulcra 81
plura efficere non poteſt, hoc eſt, plures locos religioſos; er-
go ſi caput in vno loco ſitū reperitur, cum principale ſit, &
vnde cuius ſit imago cognoſcitur, ſolus ille locus religioſus
ſit, nec idem priuilegium datur membris alibi ſitis, ratione
prædicta; ſed regulariter in materia multiplicabili, ſecus eſt,
vt hæc noſtra, de pluribus inueſtituris factis à primo domi-
no vaſalloq; ſuo; nam factæ per vaſallum bene regulari de-
bent à factis per dominum primum, & ſecundum eas inter-
pretari: & certe cum nos habeamus deciſiones in terminis,
quod † poſteriores inueſtituræ dubiæ recipiant interpreta- 82
tionem ab antiquioribus clariſ. vt per Pariſ. conſ. 23. num. 69.
volum. 1. Caſtren. in d. conſ. 164. Ioan. Bapt. de Vicemala conſ. 1.
feudal. num. 173. Bero conſ. 71. num. 5. volum. 1. Natta conſ. 98. nu-
mero 15. quos ſupra citaui; non debet à remotis hoc in du-
bium refricari per id, quod in fortioribus terminis inquit
Neuizan. in Silua nupt. lib. 5. quomodo iudicandum num. 72. vbi
tenet, quod ſi nos † habeamus communem opi. Doctorum 83
in genere, & à remotis, in ſpecie vero, vel in indiuiduo au-
ctoritatem contrariam, non debeat attendi dicta com. opin.
à remotis, ſed illa particularia auctoritas, ſicut inquit Alex. in
l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. col. fin. ff. ſi quis caut. & Iaſ. in l. 1. §. ſed
et ſi mihi. ff. de verb. oblig. quod † quando habemus textum ſpe- 84
cifice loquentem in materia, non debemus ab eo diſcedere,
propter legem loquentem in materia remota, & cum Neuiz.
tenet Lancell. Conradus lib. de præture. §. 2. tit. de ſenten. nu. 25.
limit. 13. Ioan. Paul. Lanc. in ſua diſput. † an & quando attenden- 85
da ſit com. opin. limit. 10. & Ant. Maria Corrattius in tract. de com- 86
mun. opin. lib. 2. tit. 9. caſu 3. dicens, quod licet † permittatur al-
legare generalia, tamen non conceditur per ea iudicare, &
ideo generalia ſunt omittenda, ſecundum Aret. conſ. 6. in prin.
Neuiz. conſ. 67. Rol. à Vall. conſ. 1. num. 4. vol. 1. quare ſi cōmun.
opin. à remotis, particularem auctoritatem in ſpecie ſupera-
re non poteſt, multo minus particularis allegatio à remotis
in dubijs facta per d. l. cum in diuerſis. vincere debet commu-
nem opinionem Doctorum, in terminis noſtris loquentiū;
vlterius in quantum † differentia conſtituitur inter feudum 87
vniuerſale, & particulare, puta, quod inueſtitus de Regno,
Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, velit illud totum, vel
partem illius vniuerſi alteri concedere, & tunc æquali, vel
maiori concedere debet, nō autem inæquali, ne feudo aper-
to ſuperior damnum ſentiat in ſuis ſeruitijs; ſed quando par-
ticularis eſt conceſſio vaſalli in alterum facta, vt poteſt. c. 1. quis
dicatur Dux. tunc eſt impoſſibile, quod æquali fiat, ne dicam
maiori, † exemplum, ſi Rex à ſummo Pon. regnum cogno- 88
ſcens, quandam Ciuitatem illius Regni Duci concedat, aut ſi
Dux à Rege inueſtitus, quid Baroni, vel Comiti, puta Ca-
ſtrum concedat, Dux enim, reſpectu Regis, non eſt æqualis,
nec Baro, vel Comes reſpectu Ducis, ſed inferior eſt vnuſ-
quiſque, reſpectu concedentis: ergo concluditur in dubijs,

quod

Digitized by Google

quod in iſtis feudis ſubordinatis non procedit concluſ.5.fir-
mata, quod inueſtitus à vaſallo debeat habere cum eadem
forma,& lege,qua habet vaſallus à primo domino, ſed datur
facultas ſubinfeudandi pro libitu. Et vbi de fœmina non eſt
expreſſum,debet intelligi de maſculis, ſecundum innatam
naturam feudorum,hoc motiuum licet conuincatur *ex c.1.de
lege Corra*.quod non diſtinguit inter feudum conceſſum al-
teri in totum, vel in partem,poſteaq; concludit,quod vaſal-
lus non debeat alia lege dare,niſi qua ipſe habeat:& certe re-
89 gulariter † idem iuris eſſe ſolet in parte,quod in toto.*l.quæ de
tota.ff.de rei vend.l.iuriſgent.§.adeo.ff.de pact.*& ibi Iaſ.poſt alios,
quando ratio diuerſitatis afferri non poteſt; prout in caſu
noſtro,ſi voluit enim dominus,etiam fœminas venire ad to-
tum,multo fortius ad partem,quibus concederetur pars,per
regulam;cui conceditur,quod eſt plus,multo magis quod eſt
minus.*c.cui licet.de reg. iur.in 6.*nec verum eſt, hoc caſu con-
ceſſionem factam ſimpliciter à primo vaſallo ſecundo intel-
ligendam eſſe pro maſculis, ſi primus concedens habebat
feudum etiam pro fœminis; ſed eodem modo, quo ipſe ha-
bebat,vt patet in exemplo Caſtrenſis *in d.conſ.164.* volentis,
quod ſicut in regno ſuccedıtur, idem ſeruari debeat in mem-
bris,& ſucceſſionibus inferiorum dignitatum,& maioratuũ,
& feudorum exiſtentium infra Regnum;& ſic vult Caſtren.
quod ille ſubinfeudationes particulares rerum feudi regalis,
regulentur ab eo, velut capite, & ſecundum illud interpre-
tentur. Idem quoq; probatur in exemplo Decij, *conſ.319.* de
feudo dominorum de Pijs, quod eſt Saxoli, & quorundam
aliorum Caſtrorum,poſitorum in ducatu Mutinæ,quod eo-
dem modo deferatur tale feudum particulare, ſicut feudum
ducatus Mutinæ,& Ferrariæ,quod eſt caput,demumq; con-
firmat exemplum Sigiſmun. Lofred.*conſ.39.colum.pen.*quod
idem ſeruetur in membris Baroniæ,vel Curiæ, quod ſerua-
tur in tota Baronia,vel Curia,rationesq; quas adducunt,be-
ne famulantur,quod à capite membra ſeparari non deceat;
& contentum ſequi debeat naturam continentis: nam de-
monſtrant,quod ſi feudum dotale primoque vaſallo datum,
fuit etiam pro fœminis conceſſum,idem,vel eius pars, alteri
conceſſum, debeat in dubio pariter etiam pro fœminis con-
90 ceſſum reputari: vbi † enim militat eadem ratio, idem ius
debet habere locum.*l.à Titio.ff.de verb.oblig.l.illud.ff.ad l.Aquil.*
91 *l.fin.C.ad leg.Fal.cum vulgaribus.* dixi *conſ.50.num.36.*& † cum
naturales ſunt ſolæ,ſufficere debent *l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.
de excuſ.tut.* naturalis enim ratio cuncta recte diſponit, vt
inquit Bald.*conſ.38.D.Thomas. colum.2.volum.1.* habetur enim
pro titulo. Bald.*conſ.401.caſus aſſeritur, volum.5.* & ſeruari de-
bet,etiam ſi lex deficeret,*cap.2.requiritur in fi.de ap.*& latius dixi
*conſ.61.num.25.*longe contra magis *conſ.67.num.13.cum ſequen-
tibus*,nec ſufficit in dubijs dicere,quod Caſtren. & Decius de
primogenito præferendo, vel eius filio loquuntur, nos au-
92 tem de feudo; quoniam † non eſt curandum de diuerſitate
caſuum,dummodo in omnibus caſibus ſit eadem ratio.gloſ.
93 *in l.ſed & ſi lege.§.item ſi re.ff.de pet hered.* ſed † ratio debet at-
tendi, veluti lex communis ad omnes caſus.*cap. conſuetudo.
1.diſtin.* Cald. *conſ.1.vt lit. pend.conſ.1.de regular.* Crau.*conſ.190.*
94 *num.2.* magisque † rationem attendimus, quam verba legis:
cum mens,& ratio ſint ſicut anima, & verba,ſicut corpus,&
ſuperficies, vt tradit Bald.*in l.ſi quis ſeruo.C.de ſer.fug.* Anch.
in cap.canonum ſtatuta. de conſtit. Abb.*conſ.1.*& Iacob Henric-
manus *conſ.1.num.469.*de quibus memini *conſ.4.num.15.*& li-
cet illa primogenitura contineat duo iura, Francorum, &
Longobardorum; quorum vtrumq; dicitur eſſe ſecundum
regulas illarum conſuetudinum, tamen negari non poteſt,
95 quin † ea primogenitura ſit contra regulas iuris communis;
quod pariter,& ſimul filios admittit ad ſucceſſionem , non
autem primogenitum tantum. *§.ſed ſui.Inſtit. de hered. qual.*
ibi, *prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum. & in §.primo.in auth.
de hered.ab inteſt.*nec filium primogeniti patris prædefuncti,
patruo præfert,ſed eos ſimul admittit. *§.cum filius.Inſt.de he-
red. qua ab inteſt.* vnde qua ratione dicta primogenitura con-
tra regulas iuris communis recipit illam interpretationem
in membris,quam habet caput,ſecundum Caſtren.& ſequa-
ces, pariter feudum, conceſſum a primo domino, pro here-
dibus vtriuſq; ſexus, contra regulas feudorum, deinde con-
ceſſum à vaſallo alteri,pro deſcendentibus aut heredibus, vt
hic proponitur,debet interpretari,quod etiam pro fœminis
fuerit conceſſum: ergo deciſiones illæ Caſtrenſis, & ſequa-
cium,rationesque ſuæ non poſſunt euitari. ſed mirifice, &
belliſſime fauent, & opitulantur his Illuſt. ſororibus in hac
cauſa; & exemplum, quod datur Ducis à Rege inueſtiti, vel
Baronis,aut Comitis à Duce,qui recipientes ſunt inæquales
concedenti, parum facit, quia talis inæqualitas eſt reſpectu
dignitatis,non autem ſeruitiorum,de quibus agitur:ſic enim
Dux in bello ſuo Regi ſeruire poteſt, vt Rex ſummo Ponti-
fici;parique modo Baro, vel Comes Duci ſuo domino, ſicut
Dux Regi: & licet vnus plus altero poſſit, puta Rex Duce,
Duxq; Barone,ſeu Comite, non tamen inde dicuntur inæ-
quales; nam † quæ differunt per plus, & minus, non dicun- 96
tur ſpecie differre.*l.ſi.ff.de ſum.inſtr.*vbi,quia † ſcapha differt à 97
naui mediocritate tantum,non dicitur mutari ſpecies ſecun-
dum gloſſ.& Doctores.Iaſ.*in l.Marcellus. num.3.ff.ad Trebell.*
Hactenus reſoluta manent dubia contra ſorores iſtas ſubti-
liter propoſita, quibus & ample,& doctiſſime reſpondit Ex-
cellentiſſ.Bertazollius Ferrar.magnus aduocatus, & alij,qui
diligenter in hac cauſa ſcripſerunt: Verũ quia ſuperſunt ad-
ditiones quædam pro dubijs factæ,nec illas omittendas cen-
ſeo,quod enim ſpectanda ſit inueſtitura recipientis,non au-
tem concedentis, ſicque diuerſum ſit feudum, quod habet
ſecundus vaſallus,ab eo,quod habet primus,adducitur Bald.
in c.1 §.rurſus.num.9.de contro.inueſt. vbi dicit, quod † vaſallus 98
vaſalli non habet cauſam primam, nec ſecundam à primo
domino, ſed ex quodam ſeparato contractu, & ex propria
prouidentia;nemo enim eſt feudatarius alterius,niſi feudum
percipiat ex illius prouidentia,& beneficium ab eo recogno-
ſcat;ergo ſequitur † feudum ſecundum à primo non debere 99
regulari, cum potiſſime, quod fœmina ſuccedat in feudo,
non ſit quid reale, ſeu rei cohærens, ſed perſonæ, quod non
tranſit ad ſucceſſorem, vt idem Bal.*nu.1.*ego vero dico,quod
licet Baldus ibi dicat illud, reddendo rationẽ, quare vaſallus
vaſalli mei non eſt meus vaſallus,quod etiam Bart. tractat *in
l.ſi quis à liberis.§.ſi quis. per illum text.ff. de lib.agno.* Specul.*de
feu.§.2.verſ.14.* Soc.*conſ.66.col.2. vol.3.*Iaſ.*conſ.3.nu.55.inter conſ.
Bruni.*& plenius Ioan.Bar.Scaramp.*conſ.102.num.21.*tamen (vt
ille dicit) in hoc ordine ſucceſſiuo duorum feudorum , pri-
mi,ſcilicet & ſecundi vaſalli,fidelitas,& ſeruitia preſtantur ex
eadem re,quare licet quo ad ſeruitia, & id genus effectuum,
ſecundum feudum nõ reguletur à primo;tamen quo ad mo-
dum ſucceſſionis, ſecus eſſe debet, vt ſecundum recipiat in-
terpretationem à primo: ex quo de eadem re ſemper agitur,
& vt plenius ſuperius ego comprobaui: ſed vlterius etiam
confirmatur ex doctrina Guid.Papæ *q.551.*vbi ponit quæſtio-
nem de Epiſcopo Odone, qui habebat iuriſdictionem in
ſpiritualibus,& temporalibus inter ciues Vapanienſes; tem-
poralem vero recognoſcebat à Rege Siciliæ:Rex autem cau-
ſa belli ſubſidium petebat à dictis ciuibus, qui recuſabant id
præſtare,dicentes,ſe non eſſe vaſallos Regis, ſed Epiſcopi,li-
cet ille Regem recognoſceret:concludit Guido Papæ,eos te-
neri;quia cum ſint homines Epiſcopi, ſaltem ſunt homines
mediati regis,ex quo ſunt homines ex eadẽ re Epiſcopi, qui
fecit de illa homagium Regi.Nec obſtat,quod † vaſallus va- 100
ſalli mei non ſit meus vaſallus : quia reſpondet Guid. Pap.id
procedere,quando eſt vaſallus vaſalli mei ex alia cauſa, ſecus
ſi ex eadem re,pro qua vaſallus meus mihi preſtitit homagiũ;
tunc enim ille homo vaſalli mei,cenſetetur eſſe homo meus;
& illam deciſionem ſequitur plenius confirmans Nat.*conſ.
487.num.14.32.& 33.*vbi dicit hoc etiam velle Bartolum *in l.de
acceſſionibus.ff.de diuer.& temp.præſ.& in l.Claudius.circa fin.ff.
qui pot.in pig.*ſed vlterius adducit Bald.*in l.1.a olim.2.verſ.quæro
teſtator.C.communia de lega.* vbi dicit, quod † vaſallus vaſalli 101
mei non eſt meus vaſallus,inſpecta obligatione conuentio-
nis,ſicut nec colonus coloni mei eſt meus colonus; ſed in-
ſpecta re mea,quæ ad illũ peruenit,vaſallus meus dici poteſt.
l.ſolutum.§.vnde ſi domum.ff.de pignor. act. & hoc idem fuit de
mente eiuſdem Bald.ſubtilius *in c.cum dilecti. de dolo.& contu.
col.3.*dum dicit, quod † vaſallus vaſalli mei non eſt meus va- 102
ſallus conuentione, quia non habet pacta mecum,ſed feudi
digreſſionem, vnde habet à me primam cauſam,ſicut princi-

Digitized by Google

pium, quod prædominatur in ſubſequentijs. Et idem tenet Andr. de Iſer. *in c. imperialem. §. illud. circa prin. de prob. feu. alien.*
103 *per Feder.* dicens, quod † vaſallus vaſalli mei eſt meus vaſallus, vbi aliquid tenet de feudo meo, quia quod de re mea proceſſit, meum eſt, ſequitur Afflict. *ibi*, dicens, ſe idem tenuiſſe ſuper conſtitutionibus Regni: igitur in caſu noſtro, cum feudum curiæ Podij primo prouenerit ab Epiſcopatu Mantuæ in Excell. D. Marchionem Mantuæ, & per eum fuerint ſubinfeudati præceſſores harum ſororum de eodemmet curia Podij, ſatis illi dici potuerunt vaſalli dicti Epiſcopatus, & propterea non in conuenit, ſed maxime decet, vt inueſtituræ illis factæ pro ſe, & deſcendentibus, vel heredibus, intelligi debeant, etiam de fœminis, vt clare loquitur antiqua prior Epiſcopatus, pro ſe, & heredibus vtriuſq; ſexus. Ad ſecun-
104 dum vero, quod dicitur, † vaſallum poſſe infeudare diuerſo modo, quo habet, *c. 1. §. ſimiliter. in fin. de leg. Corra.* puta, ſi erat inueſtitus pro maſculis tantum, poteſt etiam ſubinfeudare pro fœminis, licet inueſtitura non duret, niſi eo viuente, & deſcendentibus maſculis; reſpondetur illam opin. tertio loco relatam, non eſſe veram, vt Martin. Petr. Rau. & Feder. tenent, & ex ſummario Iacobi Aluaroti clariſſime conſtat,
105 dicentis, quod † vaſallus infeudando alij, nõ poteſt in aliquo mutare qualitatem, & formam ipſius feudi, prout ipſe habebat, & ſi fiat contra, priuabitur dicto feudo ipſe, & accipiens, quicquid dicant alij. ex hoc enim ſummario patet, quod reijcit tertiam opinionem, idq; bene conuenit; quia cum ſupra
106 firmauerit *in §. profecto.* quod qui † ſuum beneficium dat alij in feudum, non debeat alia lege dare, niſi quæ ipſe habet; vt ſi habeat ſibi, ſuiſq; heredibus (quod de ſolis maſculis intelligitur) non debet dare, vt habeant ſui heredes maſculi, & fœminæ, ſi velimus dicere veram eſſe opinionem tertiam, quæ dicit, ſecundũ alios, vero tunc domino aperitur, cum maſculi defecerint, quod infert, expectari mortem alienatoris ſine maſculo, ſequeretur textum ſe mox corrigere, contra *l. nam ad ea. ff. de cond. & demon.* quia quod ſupra negauit poſſe fieri, mox concederet, quod nequaquam dicendum, quia ſi contrarietas legum vitari debet. *l. 1. C. de inoff. do.* fortius eiuſdem legis. Circa tertium, *d. conſ. 65. num. 58.* quod feudum Siciliæ fœmineum ſit, & tamen ſuper eo factæ fuerint conſtitutiones Regni, in aliquibus, &, vt de ſucceſſionibus, admiſſiuæ fœminarũ, quæ non fuiſſent neceſſariæ, ſi conceſſio ſimplex intelligeretur ſecundum naturam feudi fœminei: breuiter dici poteſt, id factum ad maiorem exaggerationem conſuetudinis prauæ, quæ prius vigebat, qua collaterales ſuccedebant, & bona omnia vſurpabant, filiabus excluſis, eas maritantes pro arbitrio voluntatis, vt latius ibi declarat Afflict. Nec ſuperfluæ fuerunt illæ conſtitutiones, ſed neceſſariæ, ad tollendam d. conſuetudinem contra fœminas extantem, qua ſtante, non poterat interpretari etiam conceſſio ſimplex pro fœminis: at nos loquimur de feudo fœmineo, non habente conſuetudinem contrariam, vnde locus eſſe poteſt, & debet interpretationi ſupra memoratæ. Sed de his ſatis, quia famoſiſſimi Doctores ſatis in hac cauſa ſcripſerunt, quæ certe clara eſt, & in aperto iure, pro his illuſtribus ſororibus.

Pro domino Ioanne Francisco Zodino Patruo contra nepotes.

ARG. Si teſtator filios fratrum ſuorum inſtituit, eo adiecto, vt vno aliquo eorum decedente ſine liberis, portio eius deueniat, ad ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, an vno ſine liberis defuncto, cum ſuperuiuente fratre admittantur ad eius portionem, alterius fratris defuncti liberi, & ſic in tali ſucceſſione ex teſtamento, filij fratris defuncti, cum patruo admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Filij fratris an in ſucceſſione concurrant cum patruis & n. 2. 3.*
4 *An ſicut filius ab inteſtato intrat locum patris, & ſimul cum patruo ſuccedit. ita etiam ex teſtamento cum ipſis ſuccedat. & num. 5. 6.*
7 *An maior affectio cadat in poſteros remotiores, quam propiores. & nu. 42. 43.*
8 *An in ſubſtitutione reciproca fratribus facta, ſi quis eorũ ſine filijs deceſſerit cum fratre ſuperſtite, concurrant filij fratris prædefuncti. & nu. 9. 10. 11. 12. & num. 20. 68. 69. 70 Et an ex iure accreſcendi tranſmittatur ſubſtitutio fideicommiſſaria, conditionalis. num. 13. & 14. 73. 74.*
15 *Fideicommiſſum conditionale, an ex tacita, & coniecturata mente teſtatoris, tranſmittatur ad heredes, ita vt filij in locum patris ſubintrent. n. 16 17. 18 & 19 44 45 55.*
21 *Subſtitutio facta intelligitur ſecundum inſtitutionem.*
22 *Æquis portionibus, & nominatim inſtitutis, etiam eodem modo ſubſtituti cenſentur in capita vocari, non in ſtirpes.*
23 *Verbum,* ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, *referat ad perſonas primo loco inſtitutas & num. 24.*
25 *Honoratus, & dilectus in inſtitutione, etiam in ſubſtitutione honoratus & dilectus cenſetur. & num. 26.*
27 *Teſtator heredes inſtituens ſibi inuicem ſubſtituendo cenſetur ſubſtituiſſe tantum heredes ſcriptos, non heredes heredum*
28 *Filijs vniuerſaliter inſtitutis, filia vero in certa quantitate, eo adiecto, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio eius deueniat in ſuperuiuentes, vno ex filijs mortuo, an admittatur filia ad fideicommiſſum ex mente teſtatoris. & n. 29 30 31 & 32.*
33 *Ad fideicommiſſum nominati ſimpliciter præferuntur alijs non nominatis, nec cum eis admittuntur filij præmortui.*
34 *Subſtitutio ita facta, vt portio decedentis deueniat in ſuperſtites, vel ſuperſtitem, an intelligatur ſalua gradus prærogatiua.*
35 *Teſtator cum vocat ad fideicom. ſalua gradus prærogatiua, proximiores in gradu admittuntur, nec filij ſubintrant in locum patris.*
36 *Secus ſi vocati ſunt cum clauſula, eo modo, quo ab inteſtato ſucceſſiſſent.*
37 *In fideicommiſſis an ſuccedatur teſtatori, an vero grauato.*
38 *Quando filij ſubintrent in locum patris & nu. 39 40 41.*
46 *Verbum* filij, *ſimpliciter prolatum, an comprehendat maſculos, & fœminas & num 47. 48.*
49 *Legis interpretatio dicitur manifeſta probatio.*
50 *Agnatio, & familia per fœminas non conſeruatur, ſed potius extinguitur num. 51.*
52 *Et ideo ſiue in ſtatutis, ſiue vltima voluntate fiat mentio de agnatis, fœminæ non continentur.*
53 *An verba* legitimis & naturalibus, *adiecta verbo* filijs, *arguant teſtatorem habuiſſe reſpectum ad agnationem. & num 54.*
56 *Fideicommiſſum conditionale an ſit tranſmiſſibile ad ſuos, maxime quando nepotes ſunt poſiti in conditione & n 57. 58 59 & 60.*
61 *Prohibitio alienationis an arguat teſtatorem reſpectum habuiſſe ad agnationem.*
62 *Extenſio non fit de re ad rẽ, nec de perſona ad perſonam, in materia prohibitionis de non alienando, vt odioſa.*
63 *Vnde facta filijs non extenditur ad nepotes*
64 *Prohibitio alienationis generalis ſine cauſa facta heredibus, an valeat.*
65 *Et an inducatur fideicom. ex contrafactura alienationis.*
66 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam ad filios & numero 67.*
71 *Ablatiui abſolute reſoluuntur in conditionem.*
72 *Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nil operatur.*
75 *Coniectura locum habent in incertis, non in certis.*
77 *Subſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri tacite & per coniecturas.*
78 *Et minus regulatur à iure accreſcendi quam directa ſubſtitutio.*
80 *Coniectura tranſmiſſionis ex vnione ſubſtitutionis cum iure accreſcendi, non eſt bona.*
82 *L. qui patri ff. de acquir. hered. in quibus obtineat, & in quo caſu loquatur num. 84 & 87.*
80 *Ius ſubſtitutionis eſt potentius iure accreſcendi.*
83 *Iuris accreſcendi inter diuerſas ſucceſſionum ſpecies nullum eſt effectus.*
86 *Subſtitutio quando tranſmittatur.*

CONSIL. DCCLXXXI.

IN teſtamento Dn. Laurentij Thodini, in quo inſtitutis Dn. Ioanne, Franciſco, & Hieronymo fratribus, filijs quondam domini Quiriaci, fratris ſui, & domino Alexandro filio quondam domini Hieronymi pariter fratris ſui, æquis portionibus, ſubiunxit; *& decedente quandocunque aliquo ex dictis heredibus, ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, ſeu naſcituris, portio ipſius ſic decedentis, deueniat, & deuenire debeat in ſuperuiuentes, ſeu ſuperuiuentem;* cum caſus iſte tranſmiſſus fuerit ad collegium noſtrum Ferrariæ conſulendus, & mihi fuerit onus impoſitum formandi conſilium iuri conſonum, ſub nomine Collegij? Videbatur primo dicendum, mortuo nuper Alexandro ſine filijs, filios Hieronymi inſtituti prædefuncti, ad partem dicti Alexandri debere concurrere, cum dicto domino Ioanne Franciſco, quoniam cum † ſint filij fratris ſui, debent cum eo concurrere, nedum ab inteſtato. *§. cum filius. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. & Auth. ceſſante. C. de legit. hered.* ſed etiam ex teſtamento, per fideicommiſſum, de quo agitur, vt per gloſſ. *in l. cum ita.* 1

ita.§. in fideicommiſſo.ff. de legat. 2. quam Caſtren. & Imol. pro-
bant, tranſeuntque ſimpliciter Bartol. Angel. & alij ſentien-
2 tes, eam bene loqui, quia † vbi gloſſ. aliquid notabile dicit,
& quotidianum firmat, ſi male loquitur, ſolent Bartol. &
Doctores de illa mentionem facere, ne lectores decipiat, vt
illam gl. conſiderans, ſic tradit Cor. eam ſecutus *conſ. 24. col.*
3 *fin. vol. 4.* & quia ſecundum ipſum & Imolam ibi, † præſu-
mitur, quod teſtator prædictos vocauerit eo iure, eoque or-
dine, quo erant ſucceſſuri ab inteſtato, iuxta notata per Bar-
4 tol. *in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libe.* ſed † ab inteſtato
filius intrat locum patris, & ſimul cum patruo venit, *dicto §.
cum filius*, ergo & ex teſtamento. ſicque illam gloſſ. pariter
ſequitur Aretin. *conſ. 164. colum. penult.* Alexan. *conſ. 88. volum. 1.
& conſ. 86. colum. penult. volum. 3.* dicens, quod cum ea videan-
5 tur Doctores † magis communiter tranſire, excepto Baldo.
Quin etiam Ruinus eam ſecutus, *conſ. 8. colum. penult. volum. 1.
& conſ. 142. num. 14. volum. 3.* dicit, Baldum tranſiuiſſe conſu-
lendo cum dicta gloſſ. & ita reperitur. Bald. *conſ. 488. quidam
Titius. volum. 3. in nouis.* idemque tenet Ruin. *conſ. 176. colum. 4.*
6 *volum. 2.* Goz. *conſ. 4. num 16.* vbi dicit, † conſilium Decij pri-
mum in contrarium eſſe contra communem opinionem
Doctorum, & hanc opin. pariter ſequitur Crau. *conſ. 67. 2.
col.* & alibi ſæpe Doctores in varijs locis, de quibus per Ioan.
Durant. *de art. teſt. tit. 5. caut. 27.* Iaſon *conſ. 215. tertio dubio. vo-
lum. 2. & conſ. 159. in tertio fundamento, volum. 4.* vbi appellat
dictam gloſ. ordinariam, & communiter approbatam, quam
late ſequitur etiam Soc. iun. *conſ. 126. col. 2. vol. 1.*

7 Secundo confirmatur ratione. Naturaliter enim † vide-
mus maiorem affectionem in poſteros dari, quanto ſunt re-
motiores, vt ſcilicet plus diligamus nepotes, quam filios, ma-
giſque pronepotes, cum per eos longiorem noſtri propa-
gationem, & diuturnitatem quandam videamus, ad quod
totalis intentio noſtra in concipiendo, & edendo liberos di-
rigitur. *l. liberorum in fine. ff. de verb. ſignif.* vnde illud; *& pignora
chara nepotes.* ita arguit in ſimili Bolog. *inter conſ. Alex. conſ. 49.
inuocato diuino ſuffragio. colum. antepen. volu. 4.* Chaſſan. *conſ. 14.
colum. 4.* Curt. iun. *conſ. 169. colum. fin.* & Socin. iun. *in d. conſ. 126.
num. 54. volu. 1.* ergo teſtator vocando ſuperuiuentes ad por-
tionem decedentis, dicitur æqualem, ſi non maiorem, affe-
ctionem habuiſſe ad filios D. Hieronymi pronepotes ſuos,
ex Quiriaco fratre ſuo, quemadmodum ad Ioan. Franc. ne-
potem ſuum, ex d. Quiriaco, itaque prædefuncto d. Hieron.
ante Alex. debent filij d. Hieronymi concurrere cum d. Ioan.
Franc. ad portionem dicti Alexan.

Tertio comprobatur; nam dixit teſtator, *quod portio dece-
dentis deueniat in ſuperuiuentes, ſeu ſuperuiuentem*, ſicque locu-
tus fuit primo in plurali, de ſuperuiuentibus, & poſtmodum
in ſingulari, quaſi quod intentio ſua fuerit, quod vbi plures
ſuperuiuentes adeſſent, ad illam portionem decedentis ad-
mitterentur; ſin minus vbi ſolus vnus adeſſet, ille veniret
ad portionem decedentis; quo ſtante, cum ſalua ratione
recti ſermonis verbum illud *ſuperuiuentes*, pluralis nume-
ri, non poſſit ad ſolum dictum Ioannem Franciſcum, co-
8 heredem Alexandri referri, ſi fieri poteſt, non eſt † à pro-
pria ſignificatione diſcedendum. *l. non aliter. ff. de legat. 3.*
vnde dicendum eſt, quod teſtator intellexerit in illo verbo,
ſuperſtites, de pluribus, quatenus ex præcedentibus colligi
poteſt, hoc modo, portio decedentis deueniat in ſuperui-
uentes, id eſt, in illum, vel illos, qui ex eis ſuperuiuent, com-
prehendendo non ſolum d. Ioan. Franc. & Hieronymum
coheredem, caſu quo ſuperuiueret, ſed eius præmortui fi-
lios, de quibus ſatis cogitatum fuerat à teſtatore, cum adie-
cit conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs, in perſona eius, cui
ſubſtituit: ita Cuman. *conſ. 13.* dicens, quod hic eſt veriſimi-
9 lis ſenſus, cum † teſtator ſubſtituit vni decedenti ſine filijs,
vt propter illa verba, *ſine filijs*, ſubſtituendo ſuperſtites intel-
lexerit de coherede, & his qui ex eo ſuperuiuunt, nec verba
diſconueniunt, imo conueniunt *argumento. l. ab omnibus. in
10 princip. ff. de lega. 1.* & † coniectura concurrit, vt quemadmo-
dum fratrem, ita & fratris filios voluerit ſubſtituere. *arg. l.
Lucius. ff. de hered. inſtit.* & ibi per Cumanum, quem ſequitur
11 Dec. *conſ. 369. col. 1.* & Rimin. *conſ. 78. colum. 2.* vbi † in ſubſtitu-
tione facta filijs inſtitutis, ita vt ſi quis eorum decederet ſine
filijs, alij ſuperſtites ſuccederent, vult nepotes loco præmor-
tuorum ſuccedere, & cum patruis admitti ad partem præ-
mortui ſine filijs, prout eundem caſum pariter Cumanum
ſecutus ponit Pariſ. *conſ. 76. colum. 2. vol. 2.* & latius *conſ. 50. col. 3.
& 4. volum. 3.* quibus addimus Fulgoſ. *conſ. 15. colum. 2.* vbi † in 12
ſubſtitutione reciproca facta fratribus teſtatoris, ſi quis eo-
rum ſine filijs deceſſerit de ſuperſtite, vult non tantum ve-
nire fratrem, ſed filios fratris prædefuncti, & ſimul concur-
rere cum patruo ad ſucceſſionem filij teſtatoris ſine filijs
mortuo, vt ibi latius per eum.

Quarto prædictis accedit, quod † ſubſtitutio fideicom- 13
miſſaria, quam fecit teſtator inter Ioan. Franciſcum, Hiero-
nymum, & Alexandrum, ſuos heredes inſtitutos à principio
ante aditam hereditatem, fuit vnita cum iure accreſcendi;
quia ſi vnus eorum expreſſe repudiaſſet hereditatem, vel ali-
ter fuiſſet excluſus, eius portio alijs accreuiſſet: ergo talis
ſubſtitutio à principio vnita cum iure accreſcendi, aſſumpſit
eius naturam, vt tranſmittatur, ſicut tranſmittitur ius accre-
ſcendi, licet adita fuerit hereditas, vt eſt text. ſingularis *l. qui
patri. ff. de acquir. her.* Ergo in caſu noſtro † ſubſtitutio fidei- 14
commiſſaria conditionalis, quæ alias non tranſmittitur, de-
bet tranſmitti propter ius accreſcendi, quod ei fuit ab initio
vnitum; ſicq; filij Hieronymi debent admitti: Ita arguit, &
concludit Iaſ. *in d. conſ. 154. col. pen. vol. 4.* & Soc. *conſ. 6. n. 10. vol. 3.*
poſt Bald. *conſ. 9. vol. 2. in nouiſ.*

Comprobatur, nam prædicti filij Hieronymi mortui
pendente conditione fideicommiſſi iniuncti Alexandro, ca-
ſu quo ſine filijs decederet, videntur iure tranſmiſſionis ſibi
factæ per eorum patrem, admittendi: † fideicommiſſum 15
enim conditionale, ex tacita & coniecturata mente teſtato-
ris tranſmittitur, vt per Bald. *in l. 1. C. de his, qui ant. aper. tab.*
Socin. *in l. heredes mei. §. cum ita. col. 5. ff. ad Treb. conſ. 6. colum. 3.
vol. 3.* Socin. iun. *conſ. 141 num. 22. volum. 2.* Eoque † caſu filij in 16
locum patris prædefuncti ſubintrant, & cum patruo ad fi-
deicommiſſum veniunt, vt ita ſignanter tradit Dec. *conſ. 369.*
Ruin. *conſ. 79. num. 13. vol. 3.* Iaſ. late *conſ. 154. vol. 4.* Pariſ. *conſ. 76.
colum. 2 vol. 2.* & latius *conſ. 50. colum. 3. & 4. volu. 3.* Coniectura
vero videtur hic adeſſe, dum dixit; *& decedente aliquo ex d. he-
redibus ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio
natis:* hoc enim fauore agnationis dixiſſe videtur, cum † in 17
naturalibus non legitimis, non ſit dare agnationem. *l. ſpu-
rius. & l. hac parte. ff. vnd. cogna.* Caſtren. *conſ. 69. ſuper eo. in
antiq.* Brun. *tractat. quod ſtant. maſcul. 12. art. num. 40.* Ergo
filij Hieronymi iure ſibi tranſmiſſo, debent cum d. Ioan.
Franc. ſuccedere. Quinimmo cum fuerint † ſaltem in teſta- 18
mento nominati conditionaliter, ibi: *decedente aliquo ſine
filijs, &c.* dicitur apparere coniecturata mens teſtatoris,
quod de illis idem ſenſerit, vt tradit Iaſon *conſ. 29. colum. fina.
volum. 3.* poſt Bald. *in l. vnica. colum. fina. C. de his, qui ante aper.
tab.* Sed & alia concurrit † coniectura, quod teſtator in le- 19
gato domus, facto Hieronymo, prohibuit eam vendi, ſed
quod permaneat ſemper in ſe, & ſuos heredes, & poſt inſti-
tutionem & ſubſtitutionem declarauit, quod ſupraſcripti
eius heredes generales, non poſſunt quoquomodo vende-
re, nec aliter alienare bona ipſius teſtatoris: quæ omnia
ſuadent, ipſum habuiſſe rationem agnationis, ſicque tranſ-
miſſioni locum eſſe, vt per Curt. *conſ. 75.* & Pariſ. *conſ. 50. vo-
lum. 3.* & ex prædictis caſus præſens non modicam videba-
tur habere difficultatem contra dominum Ioannem Fran-
ciſcum.

Quibus tamen non obſtantibus, vlterius, ac maturius
cogitando, puto ipſum ſolum admittendum eſſe ad portio-
nem domini Alexãdri, filijs prædefuncti Hieronymi exclu-
ſis: Moueor imprimis; nam clarum eſt, quando † teſtator di- 20
xit, *quod portio ipſius ſic decedentis deueniat, &c.* intellexit de
aliquo ipſorum, ſcilicet heredum inſtitutorum, decedente,
de quibus proxime dixerat, vt denotat illud pronomen,
ipſius; ergo illa verba ſubſequentia, *deueniat in ſuperuiuen-
tes, ſeu ſuperuiuentem*: & ſic illa participia *ſuperuiuentes, ſeu
ſuperuiuentem* referri debent ad eoſdem inſtitutos; non au-
tem alias perſonas: Ita in terminis verbi, *ſuperuiuentes*, &
in ſubſtitutione tradit Corn. *conſ. 167. colum. 2. volum. 4.* Id-
que præter ipſum confirmatur; nam † ſubſtitutio facta 21

intelligitur ſecundum inſtitutionem, *l. 1. C. de impub. l. qui libe-*
ris. §. fina. ff. de vulg. & pup. Dec. *conſ. 480 num. 12.* Rimin. *conſ. 182.*
num. 14. & Pariſ. *conſ. 18. num. 75. volum. 2.* At inſtitutio facta fuit
de Ioan. Franc. Hieronymo, & Alexandro, ergo & ſubſtitutio
facta de ſuperuiuentibus, ſeu ſuperuiuente, altero ipſorum
decedente ſine filijs, de inſtitutis debet intelligi, non autem
22 de eorum prædefunctorum filijs; & quia † inſtituit prædi-
ctos nedum nominatim, ſed æquis portionibus inter eos, &
ſic in capita, & pro virili, vt per Caſtren. *in l. fin. C. de impub.*
Dec. *conſ. 382. num. 2.* Pariſ. *conſ. 37. in fin. volum. 2.* ergo ſubſti-
tuendo ſuperuiuentes, decedenti ex eis, debet intelligi eo-
dem modo, æquis portionibus, & pro virili, ergo de ipſis in-
ſtitutis debet intelligi, non autem de filijs Hieron. cum Ioan.
Franc. qui cum eo venirent in ſtirpes. *d. §. cum filium.* Itaque
filij Hiero. cum non fuerint inſtituti, ſequitur, quod de illis
teſtator non intellexerit, & ob id cum domino Ioan. Franc.
admitti non debeant.

Secundo confirmatur ex his, quæ tradit Cuman. priore
23 loco *in d. conſ. 13.* vbi dicit, quod † verbum, *ſuperſtites*, refer-
tur ad perſonas, primo loco inſtitutorum, & intelligitur,
quod deueniat in ſuperſtites, id eſt, in eos heredes inſtitutos
qui ſupererunt. *l. fin. ff. ad Treb.* cum alijs per eum, qui ſubdit,
24 nec † enim perſona extrinſecus intelligenda eſt. *l. ſi ita ſtipu-*
latus. §. Chryſogonus. ff. de verbor. oblig. alioquin illa ſubſtitutio
eſſet incerta, & generalis, quia non appareret, de quibus ſu-
perſtitibus intellexiſſet; Vnde dici debet in caſu noſtro, filios
Hier. non inſtitutos non comprehendi ſub illis verbis, *deue-*
niat in ſuperuiuentes, ſeu ſuperuiuentem, ex rationibus ibi poſi-
tis in caſu ſuo per Cuman. quæ & in noſtro concludunt: Sed
& vltra rationes Cumani non deſunt aliæ, quas adducit
Corn. *conſ. 101. colum. 2. volum. 2.* contra d. filios Hieron. inquit
25 enim, quod † cum filij inſtitutorum non fuerint à Teſtato-
re in inſtitutione honorati, pariter nec cenſentur onerati in
ſubſtitutione, ſed ſolum ipſi inſtituti; cum dilectus in inſti-
tutione, cenſeatur dilectus in ſubſtitutione. *l. fin. & ibi Bart.*
26 *ff. ad Treb.* Item † cum non fuerint onere ſubſtitutionis fi-
deicommiſſariæ onerati, non eſt veriſimile, quod ſint in d.
ſubſtitutione fideicommiſſaria honorati, ne alias reſultet,
quod magis dilecti in inſtitutione, ſint minus dilecti in ſub-
ſtitutione, quia conſtat eos eſſe oneratos; vnde filij eorum
eſſent duntaxat honorati, & ſic proſecuti maiori fauore,
quod eſſet inconueniens menti teſtatoris, quod minus dile-
27 cto magis faueatur. *l. publius. ff. de cond. & demon.* Item, † quia
ſubſtituendo heredes, cenſetur ſubſtituiſſe duntaxat here-
des ſcriptos, qui ſunt futuri heredes, iudicio teſtatoris, non
autem heredes heredum, qui tales non ſunt. *l. qui liberis. §. hæc*
verba. ff. de vulgar. & pupilla. ita Corneus eleganter ibi, quæ
omnia hic bene conueniunt; & vltra Corneum addimus
Pariſ. *conſ. 63. volum. 3.* qui pariter mouetur contra filios ſub-
ſtitutorum prædefunctorum, ne concurrant cum ſuperui-
uentibus, vt ibi per eum, & in alio caſu Ruin. *conſ. 181. colum. 2.*
vol. 2. & Iaſ. inter conſilia Rube. *conſ. 37. ad fin.* de quo meminit
Soc. iun. *conſ. 112. vol. 3.* pariter tenens hanc partem contra fi-
lios præmortui.

Tertio comprobatur ex doctrina Bart. *in l. fin. ff. ad Treb.*
28 vbi ponit quæſtionem de facto; nam † teſtator inſtituit filios
maſculos heredes vniuerſales, filiam vero in certa quantita-
te, deinde dixit; *& ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio eius*
deueniat in ſuperuiuentes: Quæritur an vno ex filijs maſculis
mortuo, filia admittatur ad fideicommiſſum, & concludit,
29 quod non ex mente teſtatoris: nam † cum maſculos prædi-
lexerit in inſtitutione, inſtituendo eos vniuerſaliter, præſu-
mendum eſt, eos etiam prædilexiſſe in fideicommiſſo. *l. Lu-*
30 *cius. § pater. eo. tit.* quod eſt † verum, ſi ratio recti ſermonis hoc
patiatur, quia inſtituit tres, vel quatuor filios: nam vno tunc
decedente, illud participium, *ſuperuiuentes*, poteſt verificari
in maſculis, & cum Bart. tranſeunt ibi Caſtren. & Imol. Dec.
31 *conſ. 186. num. 4.* Rubeus *conſ. 62.* Rim. *conſ. 186. num. 18.* & † com-
munem teſtatur Curt. iun. *conſ. 69. col. pen.* Sic etiam in propo-
ſito noſtro dici debet: quod cum teſtator tres heredes inſti-
tuerit Ioan. Franc. Hieronymum, & Alexandrum, & eueni-
re poſſet, vnum ex eis præmori ſine filijs, dicendũ eſt, ipſum
teſtatorem voluiſſe alios duos vocare, cum dixit: *portio deue-*
niat in ſuperuiuentes; nec alios præter inſtitutos, vocare, ſicut
Bart. inquit *in d. l. fi.* quia ratio recti ſermonis id patitur: † Ve- 32
rum quia contingere poterat, vnum præmori cum filijs, vt
de Hier. contigit, ſecundo vero, alium mori ſine filijs, vt
euenit de Alexan. ſuperuiuente tantum remanente Ioan.
Franc. quo caſu ſi aliud non dixiſſet teſtator, illud verbum,
ſuperuiuentes, ſalua ratione recti ſermonis, non potuiſſet ve-
rificari in domino Ioan. Franc. tantum ſolo, & ob id neceſſe
fuiſſet comprehendi filios domini Hieronymi prædefuncti,
prout hoc caſu dicit, & loquitur Cumanus *in d. conſ. 13.* & de
illa filia inſtituta in re certa Bartol. *in d. l. fina.* ergo ad tollen-
dam iſtam difficultatem, & ad demonſtrandum, quod vo-
lebat tantum D. Ioannem Franciſcum inſtitutum ex ſub-
ſtitutione admitti, teſtator ſubiunxit, *ſeu ſuperuiuentem*, & ita
caute loquutus fuit, prout ita cautelam docet Ioan. Durant.
de arte teſt. tit. 5. caut. 20.

Quarto accedit; nam † quando plures ad fideicommiſ- 33
ſum fuerunt nominati ſimpliciter, præferuntur alijs non
nominatis, nec cum eis admittuntur filij præmortuorum,
tex. eſt *in d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo.* ibi, *qui nominati ſunt,*
aut poſt eos omnes extinctos, qui proximo gradu ſunt; donec ergo
nominati ſuperuiuunt, ſequentes non admittũtur. Ad idem
eſt text. apertus, *in l. fin. C. de verb. ſign. in ver. nulla ſpeciali adie-*
ctione: a contrario ſenſu, vt gloſſ. Caſtr. Iaſ. & alij notant ibi;
& notat Bart. *in l. ſi cognatis. verſ. quæro quo ordine.* & ibi Mod.
ff. de reb. dub. Ang. *conſ. 306. verſ. circa quæſt.* & poſtremo Dec.
conſ. 1. circa fin. verſ. cum ergo. At in caſu noſtro, teſtator inſtitu-
tis Ioan. Franc. Hier. & Alexan. dixit, *quod ſi quis eorum deceſſe-*
rit ſine filijs, portio ſua deueniat in ſuperuiuentes, ſeu ſuperuiuen-
tem; per quæ verba dicuntur ſimpliciter nominati, vt in ſpe-
cie tradit Dec. *conſ. 79. in prin.* ergo ſolus d. Ioan. Franc. debet
admitti, filijs domini Hieron. excluſis, & ita, licet longe la-
tius, firmat in terminis Pariſ. *conſ. 37. num. 49. per integ. colum.*
volum. 2.

Quinto corroboratur; nam † verba ſubſtitutionis, de 34
qua agitur, quibus dicitur, quod portio decedentis deueniat
in ſuperſtites, ſeu ſuperſtitem, denotant, quod ſalua ſit gra-
dus prærogatiua, *l. peto. §. fratre. & d. §. in fideicommiſſo. ff. de le-*
ga. 2. & tradit in terminis Dec. *conſ. 299. colum. fin.* ſed † quan- 35
do teſtator vocat ad fideicommiſſum, ſalua gradus prærroga-
tiua, proximiores in gradu, ſemper admittuntur, & filij
præmortuorum non ſubintrant in eorum locum, ad ſucce-
dendum, *authen. defuncto*, & ibi not. Caſtr. & Cor. *C. ad Ter-*
tull. Dec. *conſ. 408. in prin.* ergo nec vocatis ſuperuiuentibus,
ad ſubſtitutionem: & ita concludit in terminis Pariſ. *in d.*
conſ. 37. num. 57. vbi dicit, quod iſta conſideratio valde vrget,
& nobis pariter placet, quando ſuperſtites, ſeu ſuperuiuen-
tes, ſimpliciter ſunt vocati, prout in caſu noſtro contigit:
Licet † ſecus eſſet, quando vocati eſſent, adiecta clauſula; 36
quomodo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent; tunc enim bene filij in
locum præmortui poſſent ſubintrare, & cum patruo con-
currere, vt ſignanter voluit in caſu ſuo Dec. *conſ. 79. col. 1. & 2.*
quem perpendit Pariſ. *in d. conſ. 37. num. 53. vol. 2.* ſed talis non
eſt caſus noſter, vt ex verbis teſtamenti patet: & ex his ſatis
fundata remanet, & aperta concluſio ad fauorem d. Ioan.
Franc. quæ pariter clarior redditur reſolutis obiectis, de
quibus ſupra.

Non obſtat igitur inprimis concluſio gloſſ. *in d. §. in fidei-*
commiſſo. a tot Doctoribus relatis celebrata, quibus & alios
quiſque ſtudioſus aggregare poſſet; quoniam pro vera re-
ſolutione conſiderandum eſt, quod hic agitur † de fidei- 37
commiſſo iniuncto domino Alex. per Laurentium teſtato-
rem; quo caſu ſucceditur ipſi teſtatori, non autem grauato.
l. coheredi §. cum filia. & ibi not. ff. de vulg. & pupill. Dec. *con-*
ſil. 217. At Laurentius, reſpectu filiorum Hieron. fuit frater
eorum aui, & ſic patruus magnus eorum. *§. 4. gradu. Inſtit. de*
grad. quo ſtante, non poſſunt ſuccedere in locum patris ſui
Hieron. † quod enim dicitur, filios in locum patris ſui ſucce- 38
dere, & ad hereditatem cum patruo concurrere, procedit,
quando tractatur de hereditate aui, proaui, vel patrui tan-
tum, vt de primis duobus eſt text. *in d. §. cum filius.* & de vltimo
Bal. *in auth. poſt fratres. C. de ſuis & legi.* Cuma. *in d. §. in fideicom-*
miſſo. & de omnibus, Dec. *in d. conſ. 217.* At † vbi tractatur 39
de here-

Digitized by Google

dc hereditate patrui magni, vel alterius tranſuerſalis, ſecus
eſt, vt ibi Dec. tradit, *& conſ. 1. & conſ. 444. in pr.* poſt Ang. *in §.*
reliquum. in auth. de hered. ab inteſt. 3. not. ideinque tradit Alex.
conſ. 4. colum. 3. volum. 4. & hanc reſolutionem pariter ponit,
40 & † magis communem dicit Curt. iun. *conſ. 57. num. 8. conſ. 58.*
colum. 1. conſ. 127. num. 5. conſ. 154. num. 5. & conſ. 161. num. 1. atque
idem tradit Pariſ. *conſ. 36. colum. 2. & conſ. 39. num. 12. volum. 2.*
Ruin. *conſ. 163. colum. pen. & fin. volum. 3.* & Crau. *conſ. 67. colu. 2.*
41 & † ſecundum hanc diſtinctionem conciliantur plerique
Doctores, qui vario modo locuti ſunt, iuxta primum, vel ſe-
cundum caſum, vt Dec. *in conſ. 369. præallegato*, qui loquitur
de hereditate aui, vel eius diſpoſitione, prout etiam Rimin.
in d. conſ. 78. & Pariſ. *in d. conſ. 36. colum. 2. volum. 4.* qui vero de-
cidunt iuxta ſecundũ caſum, loquuntur in hereditate tranſ-
uerſalium præter patruum, vt Dec. *in d. conſ. 217. 444.* & alij
ſupra citati, in quo ſecundo caſu nos verſamur, vt ſupra de-
monſtraui.

42 Non obſtat ſecundum; procedit † enim in nepotibus, &
alijs remotioribus per lineam deſcendentium teſtatoris,
prout loquitur tex. *in d. l. liberorum.* citat. per Bologn. Chaſ-
ſane. Curt. & Socin. iuniores *in conſilijs ſupra citatis*, de qui-
bus & ipſi loquuntur. At non idem dici debet de tranſuer-
ſalibus, de quibus hic agitur; quod quanto remotiores ſunt,
tanto minor ad eos affectio dirigatur per teſtatorem tranſ-
uerſalem, ceſſat enim in eis ratio diuturnitatis ipſius teſtato-
ris, conſiderata *in d. l. liberorum.* cum non ſint de eius linea:
43 Nec † tantum ſufficit dicere, quod ſint de agnatione teſtato-
ris, ad hoc, vt ad eos dicatur habita affectio, niſi vel expreſſe,
vel ex coniecturis ex teſtamento collectis, id deprehenda-
tur, quas proſequitur Soc. *in d. §. cum ita. colum. 5.* & alibi Do-
ctores.

44 Non obſtat etiam tertium. † Fatemur enim, fideicom-
miſſum conditionale ex coniecturis tranſmitti per patrem
in filios, ſicque contingit in caſu Fulgoſij *conſ. 15. colum. 2.* vbi
45 dicit, quod † mens, & verba patiantur, vt ad eam ſubſtitutio-
nem filij quoque Nicolutij eo præmortuo, vocarentur,
conſiderando, vt per eum, & maxime punctando verbum,
& filios, poſitum poſt fratres teſtatoris ab eo nominatos, ex
qua punctatione filij fratrum dicebantur expreſſe vocati,
ſicque coniecturatam mentem teſtatoris perpendit Cu-
man. *in d. conſ. 13.* in admittendo filios in locum patris præter
aliam ſolutionem, quam mox dabimus: & ita ex coniecturis
diuerſis procedunt Iaſ. *in d. conſ. 154. volum. 4.* Ruin. *conſ. 79.*
num. 13. volum. 3. Dec. *conſ. 369.* & Pari. *conſ. 76. volum. 2.* & *conſ. 50.*
volum. 3. & in fonte videri poſſunt. At in caſu noſtro, negatur
adeſſe aliquam coniecturam, propter quam tranſmiſſioni
locus eſſe poſſit in filios Hieron. prædefuncti: dixit enim te-
ſtator, *& decedente quandocunque aliquo ex dictis heredibus ſine*
46 *filiis*, quod † verbum, *filijs*, ſimpliciter prolatum, compre-
hendit maſculos, & fœminas. *l. ſi quis itemque in pr. ff. de teſtam.*
47 *tut. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2.* Pari. *conſ. 39. col. 1. volum. 2.* & † in
terminis ſubſtitutionis factæ per teſtatorem filijs ſuis, *ſi quis*
eorum deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus quandocunque
ante alium, portio illius deueniat in ſuperuiuentem: quod fœminæ
includantur ſub illo verbo, *filijs*, tradit Curt. iun. *conſ. 163. nu-*
mero 10. & 11. per text. in l. Lucius vltim. & ibi Doct. *ff. de hered.*
48 *inſt. & in l. 1. C. de condit. inſer.* ſubdens, quod † iſtud deſcendit
ex interpretatione legali, quæ interpretatur mentem te-
ſtatoris in dubio eſſe, quod vbi loquitur de filijs, velit etiam
49 intelligere de filiabus, † quæ quidem legis interpretatio di-
citur manifeſta probatio. *l. licet Imperator. ff. de leg. 1.* & hoc
idem tradunt Ioan. Andr. cæterique Canon. communiter
in cap. Raynaldus. de teſtam. quod fideicommiſſum iniunctum
alicui, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, quod in caſu noſtro mi-
nime dictum fuit, ſed ſic eſt, quod † per fœminas nomen
agnationis, & familiæ non conſeruatur, iuxta notata per Ia-
cob. de Aren. *in ſua diſputat.* quam late refert Ioan. Andr. *in*
add. Specul. in Rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. Rimin. *conſ. 184. num. 19.*
& late Pariſ. *conſ. 22. num. 54. & conſ. 63. num. 25. volum. 2.* di-
cens, † quod nedum non conſeruetur familia per fœminas,
quinimo extinguatur, cum nati ex eis familiam patris ſe-
quantur. *§. fin. Inſtit. de pat. poteſt.* † & ideo ſiue in ſtatutis,
ſiue in vltima voluntate fiat mentio de agnatis, vel agnatio-
ne, fœminæ, licet agnatæ, non continentur; quia per eas
non conſeruatur agnatio. Bald. *conſ. 473. col. 2. vol. 5.* Corn.
conſ. 335. colum. 3. volum. 1. cum multis copioſe cumulatis per
Crau. *conſ. 180. num. 1.* ergo in propoſito, teſtator non dicitur
protuliſſe illa verba, *ſine filijs*, ex fauore agnationis, cum fœ-
minas comprehendant, in quibus ceſſat d. fauor agnatio-
nis: & licet † verbo, *filijs*, addiderit, *legitimis, & naturalibus*, 53
non inde tamen dicitur habitus reſpectus ad agnationẽ ma-
ſculorum tantum, cum de ipſis maſculis non expreſſerit;
ſed adhuc fœminæ comprehenduntur, quæ dicuntur agna-
tæ. *§. nos vero. Inſtit. de legit. agna. ſuc.* ibi, *ex agnatis autem mulie-*
ribus. cum ſimilibus. per Crau. *conſ. 67. colum. 2.* ſed addidit illa
verba, *legitimis, & naturalibus*, ad excluſionem naturalium,
& non legitimorum maſculorum, vel fœminarum, in qui-
bus nomen agnationis non cadit, vt ſupra diximus, † ſicut & 54
addidit ex legitimo matrimonio natis, & naſciturís, ad ex-
cluſionem legitimatorum; iuxta notata *in cap. tanta. qui fil.*
ſint legi. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Non
dicitur inſuper apparere de mente teſtatoris, ex nominatio-
ne conditionaliter facta de filijs inſtitutorum, vt putauit Iaſ.
in d. conſ. 29. vol. 3. Baldus enim *in d. l. vnica. C. de his, qui ant. aper.*
tab. quem citat, non dicit hoc, ſed tantum regulam ponit,
quod † fideicõmiſſum conditionale etiam ad ſuos non trans- 55
mittitur, niſi aliquibus indicijs, aut coniecturis appareat, quod
teſtator idem ſenſiſſet de nepotibus, quod autem dicatur ap-
parere, ex eorum nominatione conditionaliter facta, non
dicit Bald. & ita Iaſ. eum male citauit ad hoc. Quinimo Ripa
in l. heredes mei. §. cum ita. num. 64. in fin. ff. ad Treb. dicit, quod
Doctores & Socin. *in conſ. 63. vol.* volunt concluſionem præ-
dictam de fideicommiſſo conditionali non tranſmiſſibili,
etiam ad ſuos, † procedere etiam, quando nepotes ſunt po- 56
ſiti in conditione, & idem latius ſequitur Ripa Torniel. *ibi*
num. 67. & num. 70. vbi concludit, quod † ſi fideicommiſſum 57
debeat effici tranſmiſſibile ex coniecturata mente, requiri-
tur quod illi, ad quos fieri debet tranſmiſſio ſint diſpoſitiue
vocati, vel expreſſe, vel ex coniecturis in conſequentiam ex-
preſſi. Quinimo dicit eleganter Alciat. *reſpon. 585. nu. 8.* † quod 58
in caſibus, in quibus coniecturæ non ſunt ſufficientes, vt filij
poſiti in conditione, cenſeantur in diſpoſitione, multo mi-
nus ſufficere debent, vt tranſmittantur iure fideicommiſſi;
quia hoc modo concurrerent † duo ſpecialia, *contra reg. leg. 1.* 59
C. de dot. promiſſ. primũ, quod verba conditionalia diſponant,
contra *l. ex pacto. ff. de hered. inſtit.* ſecundum, quod fiat trans-
miſſio, quæ eſt contra regulam iuris communis. *d. §. ſin au-*
tem aliquid ſub conditione, & † quia *in l. Lucius. ff. de hered. inſt.* 60
filij in conditione poſiti non cenſentur vocati reſpectu pa-
tris ſui, cuius cauſa ſunt conditionaliter nominati, minus re-
ſpectu hereditatis patrui ſui, cuius cauſa non ſunt nominati:
Ita dominus Alciat. ibi. Vnde patet Iaſonem omni reſpectu
hallucinatum fuiſſe.

Nec alia † coniectura deſumpta ex prohibitione alie- 61
nationis, attendi debet, quia etſi inde videretur habitus
reſpectus ad agnatos, tamen maiorem habuit reſpectum ad
Alexandrum, quem noluit grauare, niſi ſuperuiuente Hie-
ron. nec quo ad hoc curauit de filijs Hieron. quos ſolum in
conditione poſuit, vnde nõ dicitur in eos facta tranſmiſſio;
ita formaliter reſpondet Alciat. *in d. reſpon. 586. colum. fin.* Se-
cundo magis in ſpecie reſpondetur ad d. prohibitionem alie-
nationis, & primo, ad illam factam Hieron. de domo ſibi le-
gata, quod inferri non debeat de cæteris bonis Ioan. Fran. vel
Alex. relictis, nec in eis idem diſpoſitum: ſic † enim fieret ex- 62
tenſio de re ad rem, & de perſona ad perſonã, quod minime
dici debet in materia prohibitionis de alienando facta à te-
ſtatore, quæ odioſa eſt, & reſtringenda. *l. non vſque. ff. ſi quis à*
par. adeo † quod facta filijs non extenditur ad nepotes, vt late 63
per Dyn. Bart. & omnes *in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.*
cum alijs per Nattam *conſ. 64. colum. 3.* Quo † vero ad aliam 64
prohibitionem generalem, heredibus factam, reſpondetur,
quod cum ſit ſimplex, & ſine cauſa, continet præceptum
nudum, quod non valet, vt per Bart. Caſtren. Alexand. &
omnes *in d. §. diui.* ita † quod fideicommiſſum non induca- 65
tur, etiam in caſu ſecutæ alienationis, vt late per Doct. *ibi* &
per Alexan. Aretin. & Soc. *in l. qui Romæ. §. coheredes* vbi Socin.
colum. 5.

Digitized by Google

colum. 5. in primo caſu. ff. de verb. oblig. & ita tolluntur omnes
coniecturæ ſupra allegatæ, velut vanæ, & non ſufficientes ad
inducendam tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis:
Vnde cum non conſter hic de coniecturata mente teſtato-
ris aliquo modo, ſequitur quod remaneamus in regula,
66 quod † fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, et-
iam ad filios. *l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen.*
& ibi not. Baldus Imol. & Alex. *l. in cum ex filio. ff. de vulgar. &
pupil.* reprobata gloſſ. *in l. ii cui. ff. de action. & oblig.* vt late per
Dec. *conſ. 46. ad fin.* Ripa *in d. §. cum ita. num. 60. in fin.* & latius
Pariſ. *in d. conſ. 37. colum. pen. & fin. volum. 2.* dicens, quod cum
in caſu ſuo nulla poſſit colligi coniectura mentis teſtatoris,
quod voluerit tranſmiſſionem fieri, imo contrarium voluit,
dum ad fideicommiſſum vocauit ſuperuiuentes, & ſic pro-
ximiores, & ſic voluit ſeruari gradus prærogatiuam, vtique
67 ſumus in concluſione & regula communi, quæ habet, † ſpem
fideicommiſſi conditionalis, non poſſe tranſmitti, etiam ad
ſuos, & ideo inſtituti, mortui pendente conditione fidei-
commiſſi non potuerunt dictum ius fideicommiſſi tranſ-
mittere ad eorum deſcendentes, & ita pariter concludit ante
Pariſ. Soc. *conſ. 14. in fin. vol. 3.* quæ hic ad vnguem conueniunt
aduerſus d. filios domini Hieronymi.

Non obſtat quartum, tollitur enim ex tertio fundamen-
to, de quo ſupra, facto pro domino Ioan. Franc. conſideran-
do verbum, *ſuperuiuentem*, quod non erat in caſu Cumani
conſ. 13. ſed in plurali tantum; & propterea ceſſat hic, quod
ibi dicit de ratione recti ſermonis, quæ ibi ſalua eſſe non po-
terat, cum vnus tantum extaret coheres, vnde oportebat
coniungere cum eo filios alterius prædefuncti, vt verbum,
ſuperuiuentes, pluralis numeri ſaluaretur: & ita perpendit et-
iam Pariſ. *conſ. 37. num. 56. vol. 2.* licet plus dicat, quod ibi nullus
ſuperuiuebat eorum, qui à teſtatore fuerant vocati, ſed vere
vnus extabat: at hic ſecus, ſtante verbo, *ſuperuiuentem*, ſin-
gularis numeri, quod bene verificatur in dom. Ioan. Fran-
ciſco tantum.

Non obſtat inſuper quintum fundamentum, nam tolli-
tur ex dictis Bald. *in l. quidam eulogio. col. fi. C. de iur. delib.* quem
68 poſt Roman. ſequitur Alex. *in d. l. † qui patri. colum. pen.* qui te-
nent, illud non habere locum, quando pluribus inſtitutis,
decedenti ſuperuiuentes fuerint ſubſtituti: exemplum, te-
ſtator tres habet filios, duos puberes, & vnum impuberem,
quos pariter heredes inſtituit, & ſubſtituit hoc modo, ſi filius
impubes in pupillari ætate deceſſerit, ſuperuiuentes ſubſti-
tuo, contigit puberes adire, & impuberi præmori, deinde pu-
pillum mori in pupillari ætate, Vtrum heredes puberum ad-
mittantur, vigore *d. l. qui patri?* Reſpondent Bald. Roman. &
Alexan. quod non, ex mente, & verbis teſtatoris, qui dixit
ſuperuiuentes ſubſtituo, quia iſta verba tacitam habent
conditionem, ſi ſuperuixerint, nec demonſtrant, niſi ſuper-
uiuentes: vnde qui non ſuperuixit, non eſt ſubſtitutus, ergo
non tranſmittit, & talis eſt caſus noſter, cum tres fuerint in-
ſtituti, & decedenti ſine filijs ſuperuiuentes fuerunt ſubſtitu-
ti, ſeu ſuperuiuens: deinde reſpondet Alexan. *ad d. l. qui patri.*
vt per eum, & vltra Bald. *in d. l. quidam eulogio.* accedit idem
69 Baldus *conſ. 435. volu. 4.* vbi in terminis caſus noſtri [illegible] fi-
lios inſtituti præmortui venire, nec ex ſubſtitutione, nec ex
tranſmiſſione, vt per eum quem ſequitur Iaſ. & magnus [illegible]
in conſ. 29. in fin. vol. 3. Bene verum eſt, quod idem Iaſ. *in d. conſ.*
70 *154. colum. fin.* perpendit de illa deciſione Bald. *in † d. l. quidam
eulogio*, & conatur primo reſpondere, quod Baldus loquatur
cum myſterio, quando ſubſtitutio facta fuerat per ablatiuos
71 abſolutos, quia teſtator dixit, *ſuperuiuente ſubſtituo.* † qui ab-
latiui reſoluuntur in conditionem. *l. a teſtatore. ff. de cond. & de-
mon.* & ſic habent tacitam conditionem, ſi ſubſtitutus ſuper-
uiuet: ſed in caſu ſuo, prout & hic, verba fuerant pure prola-
72 ta: quia teſtator ſuperuiuentes ſubſtituit: Vnde teſtator † ex-
preſſit quod tacite inerat, quæ expreſſio nihil operatur. *l. 3.
ff. de leg. 1.* Sed tamen nihil valet iſta reſponſio; quia Roman. &
Alexan. referunt Baldum, per verba, vt ſupra à nobis relata,
& ſic ſecundo modo Iaſonis; & certe verba Baldi relata pri-
mo modo, vt per Iaſonem, carerent ſenſu perfecto: quid
enim ſignificarent, ſi diceretur, *ſi filius meus in pupillari ætate
deceſſerit, ſuperuiuente ſubſtituo*, certe nihil. At ſi dicatur, *ſuper-
uiuentes, aut ſuperuiuentem ſubſtituo*, vt refert Alexan. bene
ſenſus eſt perfectus, vnde putamus Baldum fuiſſe corru-
ptum, atque inde Iaſonem fuiſſe deceptum: & illa verba, *ſu-
peruiuentes ſubſtituo*, faciunt tacitam conditionem ſi ſuperui-
uent, & quatenus ſuperuiuent, vt late probat Alex. *conſ. 109.
col. 2. vol. 7.* nec eſt expreſſio eius, quod tacite ineſt, vt putat Iaſ.
imo longe differt ab expreſſione nominis proprij, vt de-
monſtrat Alex. *in d. l. qui patri. col. pen.* quem Iaſon non vidit,
quia † quando teſtator ſubſtituit per nomen proprium, vi- 73
detur voluiſſe, quod per ius accreſcendi, iunctum cum ſub-
ſtitutione, heres ipſius ſubſtituti ſuccedat, quia † teſtator præ- 74
ſumitur in dubio voluiſſe id, quod text. diſponit. Bart. *in d. §.
cum ita*, ſed vbi teſtator adiecit illa verba, *ſuperuiuentes ſubſti-
tuo*, ſecus eſſe debet; quia verba ſunt directa ad eos tantum,
qui ſuperuiuent; & in incertis, nō † certis, locus eſt coniectu- 75
ris. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig.* ergo talis expreſſio,
velut non vana, debet operari, quod Iaſ. non conſiderauit.

Secundo modo Iaſon etiam conatur tollere deciſionem
Baldi † *in d. l. quidam eulogio*, quod loquitur in ſubſtitutione 76
directa, prout etiā loquitur *lex qui patri*, ſecus in † fideicom- 77
miſſaria, quæ poteſt fieri tacite, & per coniecturas, vt in alio
propoſito tradit Caſtren. *in l. penult. C. de impub.* Sed & hæc
ſolutio nihil eſt; nam in caſu noſtro, fideicommiſſaria de ſcri-
ptis heredibus facta fuit quidem, ſed negamus adeſſe con-
iecturas teſtatoris, ex quibus, illis prædefunctis, vocantur
eorum filij, quæ tamen aderant in caſu Iaſonis, vt ille conſi-
derat: Vnde licet ibi poſſit eſſe locus tranſmiſſioni, non ta-
men hic eſſe debet: Quinimo dicimus, contra Iaſ. quod † fi- 78
deicommiſſaria minus regulatur à iure accreſcendi, quam
directa, patet, quia † *d. l. qui patri.* locum non habet in fidei- 79
commiſſaria, licet à primo iuncta cum iure accreſcendi, vt
ibi clarum eſſe teſtatur Imol. *col. fin.* quem ſequitur Ruin. *conſ.
181. col. 4. vol. 2.* & ante ipſos Bal. *conſ. 130. Albertus a lege. volum. 3.
in antiq.* Ripa *in d. §. cum ita. num. 66.* & poſt prædictos Hier.
Zanchus Bergomenſis, inſignis Modernus *num. 288.* vbi pari-
ter *ſupra nu. 286.* dicit, quod iſta † coniectura tranſmiſſionis, 80
ex vnione ſubſtitutionis, cum iure accreſcendi, non eſt bo-
na, & quod omnes Mod. ibi contrarium tenent, & Ruin. *in d.
conſ. 151. & in conſ. 152. col. pen. in fin. vol. 3.* Crau. *in l. cum filio famil.
in 2. par. num. 347. cum alijs per eum.*

Secundo principaliter reſpondetur ad contrarium for-
matum per Iaſ. *in d. conſ. 154.* ſuper † *d. l. qui patri.* quod ille tex. 81
procedit, quando non aderat alius ſubſtitutus datus pupil-
lo, præter illum, qui prædeceſſerat, ſecus autem ſi plures
fuiſſent ſubſtituti, tunc enim quantum ad vnum præceden-
tem, extingueretur non ſolum ſubſtitutio, ſed etiam ius ac-
creſcendi, & alij conſubſtituti ſuperſtites venirent; quia po-
tentius ius habent, videlicet † ius ſubſtitutionis, quod po- 82
tentius eſt iure accreſcendi, quo nituntur heredes præde-
functi, & ideo ſubſtituti prædefuncti ſuperſtites præferri de-
bent heredib. alterius ſubſtituti prædefuncti: ita tradit gloſſ.
fin. ſingulariter, *in d. l. qui patri. circa medium*, quam Dynus
Curt. Angel. & Bald. ſequuntur, & Bald. *in d. l. quidam eulogio,
col.* [illegible] *n.* & ibi Salic. *ad fin.* dum dicit, quod *in d. l. qui patri.* in ſub-
ſidium pupillo non habente heredem, coguntur heredes
prædefuncti: ſentit ergo, quod ſtante alio herede, ſubſtituto
pupillo, heredes ſubſtituti prædefuncti nullo modo admit-
tantur, etiam ſi velint, cum ceſſet ratio ſubſidij.

Tertio principaliter reſpondet obiecto memorato Ripa
in d. §. cum ita. num. 66. pluribus modis, inter cæteros tamen,
quod † *in d. l. qui patri.* ſubſtitutus pupillaris defunctus non 83
poterat repudiare ſubſtitutionem; vnde nō mirum, ſi tranſ-
mittit: at in caſu noſtro, potuiſſet d. Hier. ſubſtitutus, dece-
denti quandocunq; ſine filijs, remittere grauato ſpem fidei-
commiſſi; ſaltem facto. *l. 1. C. de pact. gloſſ. in l. ſi ita ſcriptum. §.
ſi ſub conditione. ff. de leg. 2.* Ful. *conſ. 101. teſtator.* Ergo *d. l. qui pa-
tri.* non videtur facere ad propoſitum, quæ cum loquatur
in † caſu mirabili, & ſpecialiſſimo, quem non admittunt, nec 84
verum putant, niſi Iuriſtæ bene fundati, vt inquit Bald.
in d. conſ. 9. volum. 2. in nouis. non videtur trahenda in conſe-
quentiam. *l. ius ſingulare. ff. de legib.* & cum Ripa reſidet et-
iam Torniel. *num. 69.* dans aliam ſolutionem, quam breuita-
tis cauſa non recenſemus; & quod inquit Ripa, fuit de

mente

mente Baldi, & Caſtrenſ. ibidem quos ſequitur Boer. *conſ. 57. volum. 3.* qui dixerunt, illud ibi procedere, propter aditionem hereditatis paternæ, ex qua inſtitutus & ſubſtitutus pupillo tenebatur ad recipiendam pupillarem, alias non tranſmittitur ad heredem, volentes dicere, quia fideicommiſſariam ſucceſſionem non tenetur quis recipere, cum poſſit eius ſpem grauato remittere, vt inquit Ripa.

Quarto reſpondet etiam d. Alciat. *in d. reſpon. 585. num. 9.*
85 quod † cum iuris accreſcendi inter diuerſas ſucceſſionum ſpecies nullus ſit effectus. *l. ſed cum patrono. ff. de bon. poſſ. l. 1. C. de teſt. mil.* non eſt dubium, directam, & fideicommiſſariam ſucceſſionem diuerſam eſſe, ideo in caſu noſtro nihil poteſt operari, maxime in damnum domini Ioan. Franc. ſicut & in caſu Alciati, cuiuſdam filiæ, vt per Iaſ. *in l. qui plures. ff. de vulg. & pup.* Bald. *conſ. 9. volu. 2.* & hoc idem clarius in terminis noſtris tradit Guil. Bened. *in c. Raynuldus. in ver. ſi abſque liberis 2. col.*
86 *pen. de teſt.* vbi dicit, quod † ſubſtitutio tranſmittitur, quando habet ius accreſcendi annexum, ſi non tractatur de præiudicio alterius tertij, quod eſt, quando ibi non eſt alius coheres, vel ſubſtitutus, de cuius præiudicio tractatur: At hic adeſt d. Ioan. Franc. coheres, & ſubſtitutus, ergo ceſſare debet tranſmiſſio in hac ſubſtitutione fideicommiſſaria. At ſecus erat in
87 caſu † *d. l. qui patri.* quia ibi tractabatur de duabus directis ſubſtitutionibus, vnde merito Ripa *in d. §. cum ita,* dixit, quod iſta ratio Socini eſt contra terminos iuris; Nec eius auctoritas nos mouere debet, vt ſubdit Alcia. quia ſi bene videatur, ipſe non audet firmare hanc opinionem, ſed dubitatiue loquitur per verbum, *forte*, & in fine illius lecturæ facit proteſtationem generalem, quod illa repetitio eſt ſcholaſtica, & quod quicquid ibi dixerit, nos admonet, quod non recedamus à communibus opinionibus in iudicando, & ideo ipſe alibi contrarium reſpondit, & tenuit, non eſſe locum tranſmiſſioni, *in conſ. 69. vol. 5. viſo teſtamento,* prout etiam refert Ripa *in d. §. cum ita. loc. citat.* Et ita ſublatis contrarijs remanet firma, & clara concluſio, ad fauorem dom. Ioannis Franciſci.

Pro Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Ferrariæ d. Paulo Leonino iureconſulto Clariſſimo & domino Antonio eius fratre.

ARG. Filiabus à matre in teſtamento inſtitutis, vna cum nepotibus ex filia prædefuncta æqualiter, & earum, eorumque liberis maſculis, & fœminis in infinitum, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua, ita vt eius hereditas tranſeat de herede in heredem primum maſculos, & poſtea fœminas non extantibus maſculis, in perpetuum, prohibita inſuper alienatione bonorum ſuorum immobilium in extraneos, ſi filiæ inſtitutæ deceſſerint, relictis pronepotibus ex maſculis deſcendentibus, & nepos inſtitutus deceſſerit, relictis ex filia nepotibus, an nepotes ex maſculis deſcendentes, præferantur nepotibus ex fœminis deſcendentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Inſtitutio an, & quando cenſeatur facta ordine ſucceſſiuo & nu. 4.*
3 *Verba, & ſingula commiſſa fuerunt locis & temporibus ſupradictis, debent intelligi ſingula ſingulis referenda.*
6 *Verba, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua, quid importent & n. 7.*
8 *Clauſula, quod ſi aliquis ex prædictis filijs mori contingat ſine filijs, quomodo intelligenda.*
9 *Teſtator ſtatim ſe corrigere voluiſſe non præſumitur.*
10 *An præferens & prædiligens aliquem ex inſtitutis in portione ſua cæteris alijs inſtitutis, pariter cenſeatur prædiligere deſcendentes ex eo maſculos cæteris maſculis deſcendentibus ex alijs inſtitutis & nu. 73.*
11 *Pater magis videtur diligere nepotem in portione patris, & ſic filij teſtatoris, quam in ea portione alium filium ipſius.*
12 *An cum mulier inſtituit fœminas, item nepotes ex filia prædefuncta, habeatur in his ratio conſeruandæ agnationis.*
13 *An in feudo pluribus fratribus conceſſo pro ſe, filijs maſculis, & fœminis in defectum maſculorum, vno decedente ſine filijs maſculis filia fœmina relicta præferantur patrui.*
14 *Fideicommiſſum eſt quid facti, quod non præſumitur, niſi probetur. Et eſt odioſum num. 15.*
16 *Alienatio permiſſa comprehendit etiam illam, quæ fit per heredis inſtitutionem vel legatum.*
17 *Et eſt fauorabilior ea, quæ fiunt inter viuos.*
18 *An ſi res ſubiectæ reſtitutioni poſſunt alienari inter viuos ex cauſa dotis, multo magis alienari poſſunt in vltima voluntate, cum ſit fauorabilior.*
19 *Alienare prohibitus, an cenſeatur prohibitus, relinquere heredem ab inteſtato & num. 20. & 21.*
22 *Alienationis prohibitio facta à teſtatore intelligitur de alienatione hominis, non autem legis & nu. 23.*
25 *Mens in fideicommiſſis eſt potius conſideranda quam verba.*
26 *Et eſt radix verborum & eorum ſubſtantia prima.*
27 *Cor eſt imperator linguæ, & habet eam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua. & num. 29.*
28 *Et ſemper recurritur ad intentionem diſponentis. & numero 30. & 31.*
32 *Fideicommiſſa fundantur in voluntate defuncti, & quælibet verba, coniecturæ ſeu præſumptiones ſufficiunt ad ea inducenda.*
33 *Series ſeu figura verborum non eſt potentior vnquam ipſa intentione & num. 34.*
35 *Mens & voluntas in quacunque diſpoſitione prædominatur. & eſt ſequenda ſecundum communes concluſiones & nu. 36. & 37.*
38 *Verba,* ſeruata ſexus prærogatiua, *ſignificant maſculos præferri fœminis.*
39 *Item ea verba,* ita vt eius hereditas tranſeat de herede in heredes maſculos, & poſtea fœminas *& num. 51.*
40 *Mater ſi ex ſtatuto excluditur an etiam filius eius excluſus cenſeatur. & num. 41.*
42 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, valet.*
43 *Maſculis deſcendentibus vocatis, etiam maſculi, nati ex maſculis, non ex fœminis, vocati cenſentur & num. 44.*
45 *Maſculi proximiores ſuccedunt, adiectis verbis ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua.*
46 *In fideicommiſſis teſtatori non grauato, nec vltimo defuncto ſucceditur, & num. 47. 48. 49. 50. & 51.*
47 *Alius attribuitur grauamento, non exequenti.*
52 *Dictio, ita, eſt ſui natura reſtrictiua, habens vim limitationis, & taxationis.*
53 *Verba,* modo prædicto, *inducunt repetitionem præcedentium, ac ſi denuo ſpecificarentur. & num. 54.*
55 *In Emphyteuſi conceſſa vſque in tertiam generationem maſculinam, & fœmininam ſaluo ſemper, quod maſculi præferantur fœminis maſculis deſcendentibus, relictis fœminis ex vna linea, & ex alia nepote ex fœmina, an nepos præferatur.*
56 *Verba generalia poſita poſt nominationem ſingulorum inſtitutorum, referri debent ad omnes.*
57 *Emphyteuſis conceſſa in perpetuum intelligitur donec extent deſcendentes, non facta reſtrictione temporis.*
58 *Verba,* in perpetuum, *habent tractum temporis in futurum, & denotant tempus in ſecula ſeculorum & ſine præfinitione.*
59 *Conſequens volens, vult & ſuum neceſſarium antecedens.*
60 *Verba, ſexus prærogatiua, in infinitum extenduntur.*
61 *Et verba omni tempore tollunt præſcriptionem.*
62 *Idem de verbo,* perpetuo.
63 *Excluſus à ſucceſſione non propter delictum ſuum, ſed ex alia cauſa, etiam natus ex eo cenſetur excluſus num. 80.*
64 *Dictio,* aliquem, *refertur ad omnes præcedentes etiam ad quid minimum. & num. 65.*
66 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
67 *Coniuncti præferuntur diſiunctis, ſi vtrique admittuntur.*
68 *Subſtitutio refertur ad inſtitutionem.*
69 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam in materia ſubſtitutionis.*
70 *Verba,* quod hereditas teſtatoris tranſeat de herede in heredem maſculos, *inducunt fideicommiſſum ſimplex. & abſolutum, in fauorem heredum maſculorum ex maſculis deſcendentium.*
71 *Singula ſingulis quando non ſint referenda.*
72 *Tranſmiſſibile fit ex voluntate teſtatoris, quod alias non erat tranſmiſſibile.*
74 *Sorores admittuntur vna cum fratre ſuperſtite, ex præſumpta voluntate teſtatoris, ob pluralem numerum quo teſtator vſus eſt. & numero 75.*
76 *Clauſula,* tribus ſic ſtantibus, *quomodo intelligatur.*
77 *Agnatio quando non conſideretur.*
78 *Filia nupta tranſeunt in aliam familiam.*
79 *Teſtator vocando maſculos prius quam fœminas, intellexit de maſculis deſcendentibus per lineam maſculinam, non fœmininam.*
81 *Excluſio matris operatur excluſionem omnium ſequentium venientium ex eius perſona.*
82 *Deciſio feudalis an poſſit allegari ad deciſionem caſus non feudalis & num. 83. 84. 85. 88. & num. 90.*
86 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & propter terminos non extenditur. & numero 88.*
89 *Pacta. & conuentio non extenduntur ad res, vel perſonas, non comprehenſas.*
91 *Pacta & conuentiones ſunt ſeruanda.*

po Leo

Digitized by Google

92 *Lex quando loquitur diſcretiue, id eſt. per ſe, de maſculo & per ſe, de fœmina, nunquam maſculinum concipit fœmininum. & n. 93.*
94 *Maſculi primo nominati, præferuntur fœminis poſtea nominatis & n. 95.*
95 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis & num. 96 & prædilectionis num. 97.*
98 *In fideicommiſſo familiæ facto primus nominatus præfertur, etiamſi non ſit proximior teſtatori.*
100 *In claris non eſt locus coniecturis.*
101 *Geminatio, & repetitio oſtendit unitatem voluntatem diſponentis.*
102 *Et inducit deliberatam, & appenſatam mentem diſponentis.*
103 *Dictio, poſtea, denotat temporis interuallum & num 104.*
105 *Argumentum à contrario ſenſu valet in vltimis voluntatibus.*
106 *Et fortiſſimum appellatur.*
107 *Et ſi procedit in contractibus, à fortiori locum habet in vltimis voluntatibus.*
108 *Teſtator præferens maſculos fœminis, dicitur etiam prætuliſſe maſculos deſcendentes ex maſculis deſcendentibus ex fœminis.*
109 *Vincula duo magis ligant, quam ſimplex funiculus.*
110 *Verba, vt hereditas tranſeat de herede in heredem, an probent fideicommiſſum. & num 111.*
112 *Dictio, ipſos, eſt perſonaliſſima, & non tantum relatiua, ſed etiam ad oculum demonſtratiua. & num. 113. 114. 115.*
116 *Clauſula in feudi conceſſione:* quod vaſallus poſſit illud alienare, vel quibus ille id dederit, *quid operetur & nu. 117. 118. 119.*
Et de ratione. num. 119.
119 *Verba debent aliquid operari.*
120 *Voluntas teſtatricis pro lege ſeruari debet.*
121 *Et in materia ſucceſſionis eſt attendenda.*
122 *Prohibitio alienationis in teſtamento an efficiat quo minus inteſtato morientis ſui deſcendentes ab inteſtato ſuccedant & num 123. & 124.*
124 *Dictio, vt* ſupra, *eſt relatiua præcedentium cum ſuis omnibus qualitatibus.*
125 *Dictio,* in perpetuum, *ſi ſit appoſita in prohibitione alienationis an tum prohibita cenſeatur etiam ſucceſſio ab inteſtato.*
126 *Vbi concurrit duplex prohibitio, tacita ſcilicet & expreſſa, cenſetur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato.*
127 *Duplex prohibitio ſcilicet legis & hominis quid operetur.*
128 *Feudatarius expreſſe prohibitus alienare à domino, non poteſt alienare etiam in caſibus. alias permiſſis à iure.*
129 *Alienatio rei ex fideicommiſſo reſtitutioni ſubiecta, an valeat irreuocabiliter, ſi fiat ab ignorante ignoranti & num. 130. 132 & 133.*
131 *Intellectus l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2.*
134 *Dictio,* dictorum, *eſt repetitiua, & relatiua præcedentium, quæ dicta fuerant ſuperius.*
135 *Alienatione prohibita, an tantum de alienatione inter viuos intelligatur. & num. 36.*
137 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
138 *Et ſucceſſio ex teſtamento an præferri debeat ſucceſſioni ab inteſtato.*

CONSIL. DCCLXXXII.

1 NObilis, & † generoſa D. Alda de Zabarellis, Patauina, inſtituit d. Eliſabetham, Catharinam, & Angelam filias ſuas, D. Camillum capitis liſtæ, & com. Herculem de S. Bonifacio, nepotes ſuos, ex alijs duabus filiabus eiuſdem teſtatricis prædefunctis, æqualiter, & earum, vel eorum filios, & deſcendentes maſculos, & fœminas, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua, in infinitum, ita vt eius hereditas tranſeat de herede in heredem, maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in perpetuum, modo prædicto, & ideo voluit, & ordinauit, quod aliquis dictorum heredum non poſſit, nec debeat vendere, alienare, nec per aliquem modum obligare bona immobilia hereditatis ſuæ, quia voluit, quod perueniant, vt ſuperius ordinauit: volens tamen, & declarans, quod inter ipſos heredes poſſint talia bona alienari, & non in alias perſonas. ea teſtatrice ſic defuncta, contigit, ex filiabus inſtitutis extare filios maſculos, & ex eis alios deſcendentes maſculos nunc ſupereſſe: Rurſus euenit, vt Com. Hercules, vnus ex duobus nepotibus, deceſſerit, relicto Comite Siluio, qui plures habuit filios maſculos, & habuit etiam filiam nomine Aldam, quæ habuit filios maſculos, qui nunc ſuperſunt. Quæritur, an illa portio bonorum, in quibus inſtitutus fuerat d. Com. Hercules, pertineat ad deſcendentes ex d. domina Alda maſculos, an vero ad Clariſſimum Iureconſultum dominum Paulum Leonium, conſiliarium ſecretum Sereniſſimi Ducis Ferrariæ, nunc vero Reuerendiſſimum Epiſcopum Ferrariæ, & D. Antonium eius fratrem, filios quondam domini Franciſci, nati ex domina Paulo, ſeniore filio, ex vna dictarum filiarum teſtatricis? Punctus iſte, de quo tractatur, pulcher eſt, & ſubtilis, ideoque diligenter examinandus.

Ex prima conſideratione dicendum videtur, deſcendentes maſculos ex d. Com. Hercule, in eius portione potiores eſſe debere: nam † inſtitutio facta de tribus filiabus, & duobus nepotibus, & ſuis filijs, & deſcendentibus, in quibus cadebat ordo charitatis, & neceſſitatis, ne tales deſcendentes rumperent teſtamentum, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, videlicet, vt primo filiæ, & nepotes eodem tempore æqualiter ſuccederent, poſtea vero defunctis illis deſcendentes, vt 2
eſt gloſſ. † communiter recepta per Bart. & omnes *in l. Gallus. §. quidam recte.* vt ibi Iaſ. refert, plures cumulans *nu. 12. ff. de lib. & poſthum.* Rurſus † intelligi debet, quod ſinguli deſcen- 3
dentes ſuccedant in portionem ſingulorum ſuorum parentum, vt exempli gratia, deſcendentes ex D. Eliſabetha in eius portionem, & ſic de cæteris ſingula ſingulis referendo, vt per gloſſ. quam notat, & commendat Ang. *in l. fin. C. de fideicom.* vbi per hoc infert, quod ſi † tres imputentur, vnus de 4
mandato, alter de auxilio, & fauore, & alius de principali delicto, & cuilibet ſuum tempus, & locus attribuatur, deinde in fine dicatur, & prædicta omnia, & ſingula commiſſa fuerunt locis, & temporibus ſupradictis; debet intelligi ſingula ſingulis referendo, idemque not. Ang. in alijs locis citatis per Dec. *conſ. 646. in fin.* Socinum *conſ. 125. n. 15. vol. 1.* dixi *conſ. 31. n. 99.* 5
& licet teſtatrix ſubiunxerit: † *ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua*; tamen non inde ſequitur, quod vno nepote decedente 6
ſine filijs maſculis, ad eius portionẽ filij maſculi deſcendentes ex filiabus, vel ex altero nepote venire debeant; Sed ſenſus eſſe debet, quod illo nepote decedente ſine filijs maſculis, deſcendentes maſculi ex fœminis ſuccedere debeant in eius portione, non autem fœminæ, item † proximiores, non 7
autem remotiores, ſic enim ſeruabitur gradus prærogatiua, vt in caſu ſubſtitutionis ſimiliter arguit Dec. *conſ. 186. column. 2. verſ. 4. conſiderandum.* vbi præmittit caſum, quod teſtator inſtituit filios Seij fratris, in dimidia, & filios Gaij fratris, in altera dimidia, deinde dixerat, quod ſi aliquẽ ex filijs Seij mori contigerit ſine filijs, & idem de filijs Gaij, ſuperuenientes ſuccedant, ſi quidem mortuo teſtatore, moriatur vnus filius Gaij, ſuccedere debent in eius portione cæteri filij eiuſdem Gaij, non autem filij Seij: quia illa † clauſula generalis, *quod ſi* 8
aliquẽ ex filijs, &c. in qua ſubſtituit tam filios Seij, quam Gaij, ſecundum præcedentia, venit intelligenda, referendo ſingula ſingulis, vt ſit ſenſus; quod ſi moriatur vnus ex filijs Seij, alij filij eiuſdem Seij coniunctim in eadem dimidia hereditatis admittantur, non autẽ filij Gaij, & eodẽ modo de filijs Gaij, quod vno moriente, alij filij eiuſdem Gaij in alia dimidia ſibi relicta ſuccedant, non autem filij Seij, confirmatque Dec. ratione, quia † non videtur teſtator voluiſſe ſe ſtatim corrigere. 9
l. non ad ea. ff. de cond. & dem. Vnde cũ teſtator filios Seij in vna dimidia, & filios Gaij in alia dimidia ſeparatim vocauerit, nõ eſt veriſimile, quod illam diuiſionem alterare voluerit per illam generalem ſubſtitutionem poſtremo loco factam, merito debet intelligi ſingula ſingulis referendo. ſic enim dicendum videtur in caſu noſtro, quod cũ teſtator inſtituerit tres filias, & duos maſculos nepotes æqualiter, & ſingulorũ filios maſculos, & fœminas, ſicque eos ſeparauerit in portionibus, vno nepote moriente ſine filijs maſculis, dici debet filios ex eius fœminis in eius portione ſuccedere, quales ſunt filij maſculi ex dicta Alda deſcendentes ab ipſo Com. Hercule, non autem ſuccedere debent in eius portione dicti Reuerendiſſimus dominus Paulus, & Antonius deſcendentes ex maſculis deſcendentibus ex vna dictarum filiarum inſtitutarum, cum fuerint ab illa portione Com. Herculis ſeparati, ſingula ſingulis referendo.

Secundo confirmatur; nam † ſicut prætulit & prædilexit 10
teſtatrix Com. Herculem in portione ſua, cæteris alijs inſtitutis, pari modo prætuliſſe, ac prædilexiſſe cenſetur deſcendentes ex eo maſculos cæteris maſculis deſcendentibus ex alijs inſtitutis, iux. doctr. Bart. *in l. fina. ff. ad Treb.* & Bal. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* vbi ſignanter inquit; quod † pater magis 11
videatur diligere nepotem in portione patris, & ſic filij ipſius teſtatoris, quam in ea portione alium filium ipſius teſtatoris, ſequitur D. meus Rimin. *conſ. 189. num. 14. conſ. 223. num. 32. & conſ. 520. colum. 2. verſ. nam ſicut*, citans etiam Baldum *in l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit.* ſicque pariter arguit Dec. *in alleg. conſ. 186. colum. 2. ver. & in præſenti caſu.* Curt.

conſ.

Digitized by Google

cõſ.44.num.26. Corn. *conſ.290.vol.4.verſ.nec refragatur. vol.3.*
Ceph.*conſ.46.n.34.*
12 Tertio conſiderandum eſt, quod † teſtatrix erat mulier,
& fœminas inſtituit, & nepotes ex fœminis prædefunctis,
in quibus omnibus non cadit ratio conſeruandæ agnatio-
nis, ſecundum Bal.*conſ.165.vol.3.* D. meum Rim.*conſ.231.nu.8.*
Soc.iun.*conſ.10.nu.10.vol.1.* Rol. à Vall.*conſ.32.nu.15.vol.3.* Ergo
maſculi deſcendentes à Com. Hercule, ſublatis omnibus
maſculis, ex eo præferri debent in eius parte cæteris maſcu-
lis deſcendentibus excluſis, ex alijs maſculis filiarum inſti-
tutarum.
Quarto deſeruire videtur huic concluſioni, quod ponit
13 D. meus Rim. *conſ.259. nu.31.* de † feudo pluribus fratribus
conceſſo pro ſe, filijs maſculis & fœminis, in defectum ma-
ſculorum: nam facta diuiſione ſi vnus decedat ſine filijs
maſculis, relictis filiabus, vult illas præferri patruis: ergo pa-
ri modo præferri debent in portione dicti Comit. Herculis
deſcendentes ex eius fœminis, alijs maſculis deſcendenti-
bus ex alijs inſtitutis, quantumcunque natis, & deſcenden-
tibus ex maſculis.
14 Quinto moueor: nam † fideicommiſſum eſt quid facti,
quod non præſumitur, niſi probetur, *l. in bello. §. facta. ff. de
cap. & poſtl. reuer.* vnde filij maſculi filiarum teſtatricis, qui
venire volunt ad portionem Com. Herculis nepotis mor-
tui probare debent, quod talis fuerit voluntas teſtatricis,
quod voluerit eos ſubſtituere, & ita ſi non volunt ex ſubſti-
tutione, eam probare debent, alias hoc non probando ſuc-
cumbere debent, *l. qui accuſare. C. de eden. l.2. ff. de probat.* Ita
Corn. arguit *conſil.161.col.fin.volum.2.* Cephal.*conſ.419.numer.*
15 *26.* & † cum fideicommiſſum ſit odioſum, *l. coheredi. §. cum
filiæ. ff. de vulgar. & pupill.* contra illud in dubio eſt pronun-
ciandum tanquam fauorabilius, vt tenent domini de Rota
deciſion. 864. teſtator. circa fin. in antiq. Crau. *conſil. 180. in fine.*
Cephal.*conſil.67.numer.27.& conſil.268.num.28.* Alciat.*reſpon.
325.nu.12. & reſponſ.ſequent. nu.6.* Rol.à Vall.*conſil.46.in prin.
vol.4.* At in huiuſmodi teſtamento non legitur, quod volue-
rit teſtatrix filios filiarum ſuarum venire ad portionem ne-
potum; ergo non debent admitti, & contra eos eſt pronun-
tiandum.
Sexto ſi proponatur, Com. Herculem aut Siluium teſta-
mentum feciſſe, & in ſuos deſcendentes de ſua portione
diſpoſuiſſe, res omni ſcrupulo carere debet, quoniam te-
ſtatrix poſt nominatos ſuos heredes, & inter eos ordinato
fideicommiſſo, ſubiunxit in fine, ſe velle & declarare, quod
16 inter ipſos heredes bona poſſint alienari: quotiens † enim
fit mentio de alienatione permiſſiue, intelligitur etiam de
illa, quæ fit per heredis inſtitutionem, vel legatum, *l. ſi quis
priorem. §. certum.* & ibi Bald. not. *C. de ſecun. nupt. l. ex hoc edicto.
§. alienare. ff. de alien. iud. mut. cauſa. l. ſicut. §. venditionis. ff. quib.
mod. pign. vel hyp. ſol.* ponit Bartol. *in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de
verb. oblig. & in l. peto. §. fratre. ff. de legat.2.* Rationeq; compro-
17 batur: nam † fauorabilior eſt alienatio, quæ fit in vltimis
voluntatibus, quam ea, quæ fit inter viuos, ſecundum gloſſ.
in l. quidam ita. §. ſi quis filium. ff. ad Treb. ergo multo magis in-
telligi debet permiſſa, prout ſic arguit Bartol. *in l. a filia. ff. ad*
18 *Treb.* dicens, quod † quemadmodum res ſubiectæ reſtitu-
tioni poſſunt alienari inter viuos ex cauſa dotis, multo ma-
gis alienari poſſunt in vltima voluntate, cum hæc ſit fauo-
rabilior alienatio; ſequitur Natta *conſil.78. num.1.& 2.* Si ve-
ro dicamus, d. Com. Herculem inteſtatum deceſſiſſe, dici
poſſe videtur adhuc, dictos ſuos deſcendentes in eius por-
tione ab inteſtato ſucceſſiſſe, licet ipſa teſtatrix prohibue-
rit, aliquem de ſuis heredibus poſſe vel debere alienare bo-
19 na hereditatis ſuæ: nam † prohibitus alienare, non cenſetur
prohibitus relinquere heredem ab inteſtato, *l. cum pater. §.
cum inter.* & ibi Bartol. *ff. de legat.2.* vbi Caſtren. Cuman. & I-
mol. ſequuntur Bartol. *in l. ſi ita quis. §. ea lege. num.7. ff. de ver-
borum oblig.* Bald. *in l. peto. §. fratre. ad fin. ff. de legat.2.* Caſtr.*conſ.
477. ſi iſte maſculus. in prin. vol.1.* Alex.*conſ.56. conſiderata. nu. 6.
vol.1. conſ.135. viſis & accurate. in prin. volum. 2. conſ. 59. attentis*
20 *verbis. nu.10.& 14. volum.3.* vbi dicit, eſſe † communem, cum
ſimilibus, quos cumulat Fran. Beccius *conſ. 26. num. 2.* ſub-
dens rationem eſſe, quare d. ſucceſſio non videatur prohi-
bita, quia † eſt alienatio legis, *l.3. §. de illo. ff. pro ſoc.* Pariſ.*conſ.* 21
71. n.28. vol.3. & † in dubio prohibitio alienationis facta à te- 22
ſtatore intelligitur de alienatione hominis, non autem le-
gis, ſecundum Are. *in l. Pamponius. §.1. ff. de acquir. hered.* Ruin.
conſ.39.n.27. vol.2. Tantoque magis confirmari videtur, quo-
niam teſtatrix dixit; *quod heredes non poſſint vendere, alienare,
nec per aliquem modum obligare bona immobilia hereditatis.* Sicut
enim † verbum, *vendere*, & aliud, *obligare*, pertinent ad actus 23
inter viuos, pari modo † verbum, *alienare*, poſitum in me- 24
dio, cum ex præcedenti & ſequenti declarationem recipiat,
l. ſi ſeruum plurium. §. fin. ff. de leg.1. ſicque tenet Fulg.*conſ.215. col.
2.* Corn.*conſ.96. col.3.& 4. vol.1.* Soc. *conſ.13. in fin. vol.4.* Ruin.
conſ.7. num.7. & conſ.116. num.16. vol.1. Ceph. *conſ. 394. num.39.*
Vnde ſiue Com. Hercules aut Siluius morientes per teſta-
mentum diſpoſuerint de dictis bonis, vel ab inteſtato in
ſuos deſcendentes, res plana videtur: & hæc ſunt, quæ in
præſenti puncto non mediocrem difficultatem reddere vi-
debantur aduerſus Magnificos & Clariſſimos dominos,
Paulum & Antonium, deſcendentes ex maſculis vnius ex
filiabus teſtatricis inſtitutis, quo minus ad portionem mor-
tui nepotis venire poſſent, aut in ea de iure ſuccedere de-
berent.
Quibus tamen non obſtantibus in contrariam ſenten-
tiam deſcendo; motus imprimis eo fundamento, quod in
fideicommiſſis † eſt frequentiſſimum, mentem teſtatoris 25
potius eſſe conſiderandam, quam verba, *l. cum virum. C. de fi-
deicom. l. cum proponebatur. ff. de leg.2.* D. meus Rimin.*conſ.78.n.
6.* Crot.*conſ.1. nu.14.* Ceph.*conſ.137. nu.31.* vnde Bal. inquit *in c.
mandatum. de reſcr.* quod mens † eſt radix verborum, & eius 26
ſubſtantia prima: nam † cor eſt imperator linguæ, & habet 27
eam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua, idemque dicit
paulo ſuperius, † quod ſemper eſt recurrendum ad inten- 28
tionem diſponentis, quia cedit † lingua cordi, & ſub iugo 29
mentis verba conſiſtunt, tanquam ſub ſuo proprio origina-
li & digniori; hinc & Baldo conformis Bero. *conſ. 104. nu.18.
vol.2.* citans tex. *in l. fin. C. de lib. præt.* corrupto tit. *pro C. de fidei-
com.* dicit, quod † frequentiſſimæ ſunt leges poſitæ, adiu- 30
uantes teſtatorum voluntates, & quod † teſtator ſenſerit, 31
prius eſſe ſpectandum, *l. ex facto. l. a grande. ff. de hered. inſt. l. non
aliter. de leg.3. l. in conditionib. primum locum. ff. de cond. & demon.*
& eſt pulchrior tex. in terminis fideicommiſſi, *in l. vnum ex
familia. §. ſi omiſſa. ff. de leg.2.* dicens: *ſi omiſſa ſint fideicom. verba,
& cætera, quæ leguntur, cum his, quæ ſcribi debebant, conueniant,
recte datum, & minus ſcriptum intelligitur.* Cui & alius non
minus elegans accedit *in l. quinquis. ff. de verb. ſig.* nam cum te-
ſtator ſcripſiſſet; *quinquis mihi alius filius, filiæve heres ſit, Labeo
ait non videri filiam contineri, Proculus contra; at Modeſtinus ſub-
dit, mihi Labeo videtur verborum figuram ſequi, Proculus mentem
teſtatoris;* demum reſpondet; *non dubito quin Labeonis ſenten-
tia vera non ſit, ſecutus vna cum Proculo voluntatem teſtatoris po-
tius quam verba.* & ſicut priorem text. citat vt ſingularem
Curt. iun.*conſ.121. nu.17.* ita poſteriorem Iaſ.*conſ.154. col. antep.
in fin. volum.4.* & præter illos tex. addit Iaſ.*conſ.108. col.3. vol.4.*
gloſſ. notabilem, quæ citari non ſolet, *in l. pater filium. §. pen.
ff. de leg.3.* & cum prædictis etiam concordat Fran. Marzar.
conſ.4. in vlt. ſolutione dubiorum, citans Alex.*conſ.120. n.5. vol.4.*
qui dicit magiſtraliter, † materiam fideicommiſſorum tali- 32
ter eſſe fundatam in voluntate defuncti, quod quibuscun-
que verbis, coniecturis ſeu præſumptionibus apparere po-
teſt, ſufficit ad inducendum fideicommiſſum; ſequitur
Cur. iun.*conſ.121. n.10.* Soc. iun.*conſ.75. n.35. vol.2.* & eleganter
Fortun. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num.165. ff. de lib. & poſth.*
quos latius deducit Marzar. *loco citato*, de quibus omnibus
ego memini *conſ. meo 21. n.23. cum ſeq.* quibus nunc adijcien-
dus eſt Ang.*conſ.293.* ſic dicens, quod † ſeries ſeu figura ver- 33
borum non eſt potentior vnquam ipſa intentione, & idem
Ang. *conſ. 222.* ſcribit, † quod vbi conſtat de voluntate, o- 34
mnis proſtergatur verborum rigor & forma; & in propoſi-
to multa refert Soc. iun. *conſ.103. n.20. vol.1.* ſicut & Pariſ.*conſ.
4. n.23. vol.2.* latius dicens, quod † mens & voluntas in qua- 35
cunq; diſpoſitione prædominatur, & eſt ſequenda, ſecun-
dum communes concluſiones, & † quod mens cuiuslibet 36
diſponentis ſatis ex coniecturis apparet, & ſatis declaratur

Digitized by Google

ex eadem ſcriptura, & qualibet ipſius particula, *l. qui filiabus.*
l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. ſequitur Rol. à Val. *conſ. 61.*
num. 35. vol. 2. & longe latius *conſ. 70. num. 52. vol. 3.* ſicut etiam
dicit eleganter Bal. *in l. 1. C. de his quæ ant. aper. tab.* ſolam men-
37 tem † teſtatoris ad diſpoſitionem inducendam ſufficere, ſi
colligatur ex aliis diſpoſitis, quamuis ex verbis non colli-
gatur, quem ſequitur Soc. *in l. heredes mei. §. cum ita. 5. col. ff. ad*
Treb. & in l. cum anus. num. & ff. de condit. & demon. in l. in ambi-
guo. col. pen. ff. de reb. dub. Anch. *conſ. 339. col. 1.* Cran. *conſ. 62. num.*
14. Cur. iun. *conſil. 116. col. pen.* Iaſ. *in l. Titius. §. Lucius. col. 2. ff. de*
liber. & poſth. & conſ. 140. col. 7. fundamento 6. vol. 2. Dec. *conſ. 55.*
col. pen. Hieron. Gabr. *conſ. 90. num. 17.* At teſtatrix in caſu no-
ſtro, poſtquam vocauit filias & nepotes, & earum vel eo-
rum filios, & deſcendentes maſculos & fœminas, ſubiun-
38 xit, † *ſeruata ſexus prærogatiua*, quod ſignificat maſculos præ-
ferri fœminis, idque ſtatim melius declarauit ſubdens; *ita*
39 *quod † eius hereditas tranſeat de herede in heredem maſculos, &*
poſtea fœminas, non extantibus maſculis; ergo præferri debent
maſculi deſcendentes ex maſculis filiarum inſtitutarum,
maſculis deſcendentibus ex fœminis, Com. Herculis, per
doctrinam ſingularem Caſtrenſ. *conſil. 339. præſuppoſito quod.*
40 *in 2. q. in meo libro.* vbi loquens de † ſtatuto, quod habebat
locum in hereditate matris, & aſcendentium per matrem;
& extabant filii maſculi, & nepos ex filia prædefuncta, di-
cit, quod ſicut ſi extaret filia, excluderetur per filios maſcu-
los, ita nepos ex ea debet excludi, ne melioris ſit conditio-
nis, quam eſſet illa, ſi viueret, *l. ſi viua matre. C. de bon. mater.* &
41 licet † ſtatutum deferat hereditatem maſculis, & nepos ſit
maſculus, non tamen admitti debet, quia debet intelligi
ſtatutum de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non au-
tem de maſculis deſcendentibus ex fœminis excluſis, ſe-
cundum Speculat. qui ſic determinat *in tit. de locat. §. nunc a-*
liqua. verſ. 146. & idem tradit Ruin. *conſ. 18. num. 5. vol. 3.* vbi
conſiderat in eo ſtatuto, Caſtrenſem explicite velle, quod
vbi vocat deſcendentes maſculos ad ſucceſſionem aſcen-
dentium, etiam fœminarum, tunc intelligitur vocare ſo-
lum maſculos deſcendentes ex maſculis, & illos nedum
fœminis præferre, ſed etiam filiis earum, etiam maſculis, &
ſic d. maſculi ex fœminis non ſunt comprehenſi in capite
ſtatuti incluſiuo maſculorum, ſed in capite excluſiuo fœ-
minarum; & huius quoq; ſententiæ plerique fuerunt, quos
refert & ſequitur Campeg. *in tract. quod ſtat. maſcul. q. 21. nu.*
93. & in feudo loquens Roman. *conſ. 1.* & poſt eum Mando-
ſius. Sicut igitur in ea materia ſtatuti declarat Caſtr. & in
materia contractus Specul. *d. verſ. 146.* pariter in materia te-
42 ſtamenti, de qua nos agimus, dicere debemus, cum † va-
leat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, *l.*
ſeruum filii. §. cum qui chirographum. & ibi not. de leg. 1. quod te-
ſtatrix voluerit eius hereditatem tranſire ad maſculos de-
ſcendentes ex maſculis, excluſis maſculis deſcendentibus
ex fœminis; quod etiam confirmat Ruin. *ex doctr. Caſtr. in l.*
Gallus. § nunc de lege. col. fin. ff. de liber. & poſth. vbi tenet, quod
43 ſi vocantur † in emphyteuſim deſcendentes maſculi, intel-
liguntur vocati nati ex maſculis, non autem maſculi nati ex
44 fœminis, ea ratione, quia † cum filia ſit excluſa, quæ eſt pro-
ximior, multo magis filius eius, etiam maſculus, debet ex-
cludi, cum ſit remotior, *d. l. ſi viua matre.* & cum eo tranſit A-
lex. & Aret. Idemque ſequitur Alexan. *conſ. 43. col. 2. vol. 3.* &
D. meus Rimin. *conſ. 253. nu. 31.* vbi concordantes *in addit.* ad-
duxi.

Secundo conſiderandum eſt, quod teſtatrix nedum di-
45 xit, *ſeruata ſexus*, ſed ſubiunxit, *& † gradus prærogatiua*, ita
quod voluit ſibi proximiores maſculos ſuccedere, prout in
46 fideicommiſſis † ſeruatur, vt ſuccedatur teſtatori, non au-
tem grauato, nec vltimo defuncto, *l. coheredi. §. cum filia. ff. de*
vulg. & pup. l. ſancimus. §. cum autem C. ad Treb. not. Bar. *in l.*
Marcellus. § quidam liberis. ff. eod. & recte hoc dicitur, vt ſcribit
47 Natta *conſ. 675. nu. 24.* quoniam † actus attribuitur ordinan-
ti, non ei qui exequitur, *l. pater ex prouincia. in fin. ff. de manu-*
miſſ. vindict. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſ. vniuer. nom.
48 Roman. *conſ. 366. quæritur nunquid. circa princ.* & licet † Soc.
contrarium tenuerit *in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. in l. heredes*
mei. § cum ita. ff. ad Treb. & conſ. 86. col. pen. & fin. vol. 3. conclu-
dens, ſpectari non qui proximus eſſet teſtatori, ſed proxi-
mus defuncto; tamen † opinionem Soc. confutat Iaſ. *conſ.* 49
215. primo dub. vol. 2. & conſ. 159. in prin. vol. 4. Ruin. *conſ. 142. col. 4.*
vol. 3. & Rub. *in l. Gallus. § quidam recte. ff. de lib. & poſth.* reſpon-
dentes argumentis Soc. quæ refert, & ſequitur Natta, & ex
aliis confirmat, & dicit eſſe † communem Rol. à Vall. *conſ.* 50
70. num. 74. vol. 3. quia ex filiabus & domino Camillo nepote
inſtitutis nati fuerunt maſculi, & ex illis maſculis alii ma-
ſculi ſupra memorati nunc extantes, qui ſunt teſtatrici pro-
nepotes, vel abnepotes; at ex Com. Hercule deſcendit Co-
mes Siluius, & ex eo maſculi, qui omnes deceſſerunt ſine fi-
liis maſculis, & etiam deſcendit d. Alda, quæ genuit maſcu-
los nunc extantes, qui ſunt teſtatrici abnepotes, & forſan
vlteriores, ſi Com. Siluius non fuit filius Co. Herculis. Igi-
tur cum proponatur, aliquos maſculos ex deſcendentibus
filiarum inſtitutarum proximiores in gradu reperiri teſta-
trici, quam ſint maſculi, qui reperiuntur ex deſcendentibus
Com. Herculis, dici debet, mentem claram teſtatricis fuiſ-
ſe, dictos maſculos proximiores in eius portionem ſucce-
dere, remotis illius deſcendentibus maſculis remotioribus
in gradu teſtatrici, cum alioquin ſalua gradus prærogatiua
reſpectu ipſius teſtatricis non remaneret vt ipſa diſpoſuit,
& dicta verba repugnant, quo minus vna perſona in locum
alterius debeat ſubrogari, *auth. defuncto. C. ad Tertull.* vbi
Caſtr. Dec. *conſ. 408. col. 2.*

Tertio confirmatur hæc concluſio: nam teſtatrix ſubiun-
xit; ita quod eius hereditas † tranſeat de herede in heredem, 51
maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in
perpetuum, modo prædicto. Pondero primo illam dictio-
nem, † *ita*, ſui natura reſtrictiuam, quia vim limitationis ha- 52
bet & taxationis, ſecundum Guil. & Ang. *in l. nulla. ff. de legib.*
Alex. *in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.* Ruin. *conſ. 18. nu. 11. & conſ.*
74. nu. 17. vol. 2. D. meus Rimin. *conſ. 85. nu. 14.* Vnde conſonat,
quod voluerit ad perſonas prius expreſſas fideicom. reſtrin-
gere, non autem ad alias illud dilatare; & dum ſubiunxit, *de*
maſculis, & fœminis, non extantibus maſculis, apparet, quod vo-
luit replicare ſexus prærogatiuam, quam volebat reſeruare;
dumq; ſubiunxit, *in perpetuum, modo prædicto*, voluit per illa
verba rurſus etiam denotare reſeruationem gradus præro-
gatiuam, quia verba, † *modo prædicto*, inducunt repetitio- 53
nem præcedentium, ac ſi denuo ſpecificarentur, *l. pluribus. ff.*
de verb. obl. Bar. *conſ. 7. Andreas Martini.* plene Ruin. *conſ. 83. col.*
3. vol. 2. Bart. *in l. ſi alia ſcriptura. ad fin. ff. de legat. 1.* Pariſ. *conſ. 21. n.*
15. vol. 2. Ceph. *conſ. 365. n. 12. & 20.* & in terminis ſubſtitutionis
D. meus Rim. *conſ. 326. n. 28.* vbi dicit, quod † verba, *modo an-* 54
tedicto, ſunt relatiua præcedentium, & modi, de quo ſup. di-
xerat teſtator, vt in caſu noſtro proximiores, & quod præfe-
rantur maſculi maſculorum maſculis fœminarum.

Quarto comprobatur hæc concluſio per ea, quæ ſcri-
bunt Anch. & quatuor alii ſubſcribentes *in conſ. 359.* loquen-
tes de † emphyteuſi conceſſa vſque in tertiam generatio- 55
nem maſculinam & fœmininam, ſaluo ſemper, quod ma-
ſculi præferantur fœminis. Euenit caſus, quod maſculi de-
ceſſerunt, relictis fœminis ex vna linea eorum, & ex alia; re-
licto nepote ex fœmina, dubitabatur, quis eſſet præferen-
dus, concludunt, nepotem; ſi tamen (vt ſubiungunt) exta-
rent maſculi, deſcendentes ex maſculis, præferrentur ne-
poti ex fœmina: & illi deciſioni conformis eſt ſupra relata
Speculatoris, *in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 146.* & licet Caſt.
in l. 1. C. de cond. inſer. eam tuleret in caſu ſuo, at ſecus dicat in
vlt. voluntate, quem ſequitur abunde Corn. tamen ex deci-
ſionibus per eũ cumulatis apparet, magis receptũ eſſe idem
in teſtamentis, cum potiſſime Caſtrenſis met *in d. §. cum de*
lege. huc ſequatur, & dicat eſſe perpetuo menti tenendum,
probatque ratione fundata *in d. l. ſi viua matre.* quod ſi mater
nepotis non admitteretur, ſi viueret, quia non eſt maſcu-
lus, multo minus admitti debet nepos ex ea, ne ſit melioris
conditionis, quã mater eius, quæ præcedit in gradu; ſubdit-
que, tene menti hanc rationem, per quam reſpondebis in
pluribus dubiis, concluditq; plures conſuluiſſe ſecundum
dictam rationem, & nullus ſciuit dare reſponſum. Vnde
pariter in caſu noſtro dici debet, maſculos natos ex maſcu-
lis, præferendos eſſe maſculis natis ex fœminis Co. Hercu-
lis in

lis in portione ſua, ne tales maſculi ſint melioris conditio-
nis matre ſua in teſtamento excluſa, donec extarent maſcu-
li prædicti ex maſculis nati.
Quinto confirmatur fundamentum præcedens: nam te-
ſtatrix dixit, ita quod eius hereditas tranſeat de herede in heredem
56 maſculos in perpetuum. quæ † verba generalia poſita poſt no-
minationem ſingulorum inſtitutorum, videlicet trium fi-
liarum, & duorum nepotum, referri debent ad omnes, l.
mulieri & Titio. ff. de cond. & demon. & ibi per Bar. & per eum
in l. Iulius Paulus eod. tit. Ruin. conſil. 104. nu. 6. vol. 3. Vnde com-
plecti debent nedum portiones aliorum inſtitutorum, ſed
etiam Com. Herculis, in quorum ſingulis ſuccedatur per fi-
deicommiſſum. Bar. conſ. 51. Sallimbene ioannelli, & in perpe-
tuum, videlicet per maſculos deſcendentes ex maſculis, &
ſic donec extent aliqui ex eis, in infinitum, vt per Bal. & a-
57 lios in l. etiam. ff. ſol. matr. vbi † conceſſa emphyteuſi in per-
petuum, intelligitur, donec extent deſcendentes, non fa-
cta reſtrictione temporis, pluresque cumulat ſingulariter
Cremenſis 115. & Ceph. confirmat conſ. 400. n. 22. meliusque
58 Pariſ. conſ. 30. num. 24. volum. 2. dicens, quod illa † verba, in
perpetuum, habentia tractum temporis in futurum, & de-
notantia tempus in ſecula ſeculorum, & ſine præfinitione,
vt dicit Bartol. in l. annua. §. Titia. ff. de ann. legat. Alexand. conſ.
43. col. 3. vol. 3. Soc. conſ. 12. col. pen. & conſ. 57. col. 1. vol. 3. Dec. conſ.
38. col. 2. non poſſent effectum ſortiri; niſi fideicom. grada-
tim eſſet inductum, vt dicit Cuman. in l. cum ita. §. in fidei-
com. ff. de leg. 2. Soc. in l. ſi cognatus. col. 10. ff. de reb. dub. conſ. 62. nu.
4. vol. 3. & Alex. conſ. 9. vol. 1. & conſ. 5. vol. 3. non enim aliter, niſi
per viam fideicom. hereditas ipſa de herede in heredem
59 ambulare poſſet; ergo qui † vult conſequens, cenſetur velle
ſuum neceſſarium antecedens, l. illud. ff. de acq. her. ſicq; Soc.
arguit conſ. 57. vol. 3. Dec. in alleg. conſil. 38. col. 3. Pariſ. conſ. 88. col.
3. & 4. vol. 2. Ceph. conſil. 392. col. 1. ſi ergo voluit teſtatrix por-
tionem Com. Herculis, velut ſub hereditate ſua compre-
henſam, tranſire de herede in heredem, maſculos, natos ex
alijs maſculis, non poteſt ea pertinere ad maſculos natos ex
fœminis Com. Herculis.
Sexto tanto magis hoc dici debet, cum teſtatrix paulo
60 ſup. dixerit, ſeruata ſexus prærogatiua † in infinitum, quod eſt
dicere, ſemper & omni tempore, ſiue ſub nulla temporis
61 determinatione; vnde videmus, quod † verba, omni tempo-
re, tollunt præſcriptionem, vt per Ang. in l. 1. ff. de concuſſ.
62 Ruin. conſ. 150. nu. 4. vol. 4. Rolã Vall. conſ. 25. per hoc † idem
dicens de verbo, perpetuo, tantoque magis dici debet idem
de verbo, in infinitum, id eſt, ſine fine.
Septimo non prætereo rationem ſatis claram; quod ſi vi-
ueret mater d. Alda iſtorum maſculorum, ſtantibus maſcu-
lis natis ex alijs maſculis, indubitanter excluderetur per
eos, ex ordinatione teſtatricis, quæ vocauit maſculos ante
fœminas; ergo per eoſdem debent excludi maſculi ex ea
63 nati, quia quotiens † quis excluditur à ſucceſſione, non
propter delictum ſuum, ſed ex alia cauſa, pariter natus ex
eo remanet excluſus, vt per illum tex. tradit Ang. in §. reli-
quum in auth. de hered. ab inteſt. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Ter-
tull. Dec. conſ. 85. in fin. & conſ. 634. col. fin. Quare patet ex his
rationibus & fundamentis, hanc partem ſatis iuridicam
reddi, quæ tanto clarior apparebit, diſſolutis contrarijs, ad
quod me totum accingo.
Non obſtat igitur imprimis deciſio Decij in conſ. alleg. 186.
verſ. 4. conſiderandum. nam caſus eius eſt longe diuerſus à no-
ſtro, prout in themate ſuo colligitur: teſtator enim inſtitue-
rat in dimidia duos nepotes ex Seio fratre ſuo, item qua-
tuor nepotes ex Gaio fratre ſuo, in alia dimidia, deinde
ſubiunxerat; quod ſi contingat aliquem ex filijs dicti Seij, vel ex eo-
rum deſcendentibus decedere ſine filijs maſculis; ſuperuiuens ſucce-
dat; eodemque modo de filijs & deſcendentibus Gaij diſ-
poſuerat, videlicet; quod ſi contingat aliquem ex filijs d. Gaij, vel
ex eorum deſcendentibus decedere ſine filijs maſculis; ſuperuiuens
ſuccedat. Cum enim plures eſſent filij Seij, ſicut & plures
Gaij, dicendo, ſi aliquem ex filijs Seij mori contingat, appa-
ret ex illa dictione, aliquem, teſtatricem ſenſiſſe de vno illo-
64 rum Seij, quia dictio † illa, aliquem, ad vnum ex eis refertur
& reſtringitur, etiam ad quid minimum, vt per gloſſ. in
clem. 1. in verb. parte. de for. compet. dom. meus Rimin. conſ. 210.
num. 7. dum vero ſubiunxit, † ſuperuiuens ſuccedat, intellexit 65
teſtatrix de alio fratre morientis, illi re & verbis coniuncto,
non autem de filijs Gaij disiunctis, cum † præſumatur, te- 66
ſtatricem ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris
communis, iux. not. per omnes in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad
Treb. Bar. in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſth. in l. vxorem. §. teſta-
mento ſecundo ff. de leg. 2. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberti. column. 2.
ff. de oper. lib. Soc. conſ. 31. num. 11. vol. 1. Iaſ. abunde conſ. 215. col. 5.
vol. 2. Dec. in l. emancipata. num. 16. C. qui admit. & in l. humani-
tatis. C. de impub. cum ſimilib. per Ceph. conſ. 436. num. 55. ſe-
cundum † quod coniuncti præferuntur disiunctis, & illis 67
ſemotis admittuntur, l. vnica. §. his ita diffinitis. C. de cad. toll.
eodemque modo dici debet, ſi aliquem ex filijs Gaij mori
contingat, hoc eſt, vnum, quod ſuperſtes ſuccedat, hoc eſt;
vnus, vel plures illius fratres, ei coniuncti, ſuccedant in illa
parte, non autem filij Seij disiuncti, per eandem rationem:
ergo bene dixit in eo caſu Dec. quod cum teſtator filios Seij
ſeparatim vocauerit in vna dimidia, & filios Gaij in alia,
non deberet filij Seij ad portionem filiorum Gaij venire,
nec è conuerſo, ſed ſuperſtes debet intelligi ſubſtitutus in
ea portione, in qua pariter fuerat inſtitutus, cum † ſubſtitu- 68
tio referatur ad inſtitutionem, l. 1. C. de impub. Cor. conſ. 94.
vol. 1. Dec. 371. n. 3. & Pariſ. conſ. 73. n. 16. vol. 2. ſic ad vnguem ci-
tans Decium in alleg. conſ. 186. & † in materia ſubſtitutionis 69
non fit extenſio de perſona ad perſonam, videlicet vt filij
Gaij veniant ad portionem, ad quam vocati fuerant filij
Seij, nec econtra, vt voluit Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. col. 4. ff. de liber. & poſth. Dec. in l. 2. cum res. col. 3. not. 6. ff. de
leg. 1. Dec. conſ. 211. n. 5. poſt Oldr. conſ. 21. quem deducit, vt per
eum, & alij quamplures cumulati per Rolã Vall. conſ. 55. nu.
24. vol. 3. & Natta conſ. 551. n. 25. At in caſu noſtro teſtatrix poſt
tres filias, & duos nepotes, nominatim vocatos, & eorum
filios & deſcendentes, ſubiunxit; ſeruata ſexus & gradus præ-
rogatiua in infinitum, ita quod eius hereditas tranſeat de herede in
heredem maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis. in
perpetuum, modo prædicto: ex quo verborum progreſſu patet,
quod voluit, deſcendentes maſculos ex maſculis inſtituto-
rum poſſe venire ad portionem aliorum inſtitutorum, qui
decederent ſine maſculis natis ex maſculis, vt contigit in
portione Com. Herculis; ſic fit enim tranſitus hereditatis
teſtatricis de herede in heredem, ſi portio Com. Herculis
heredis deficientis, vt ſupra, tranſeat ad maſculos maſculo-
rum heredes teſtatricis, in alia portione: namque illa † ver- 70
ba: quod hereditas teſtatricis tranſeat de herede in heredem maſcu-
los, inducunt fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, in fa-
uorem heredum maſculorum ex maſculis deſcendentium,
quorum cauſa prolata ſunt, vt in alio dicit propoſito Bar. in
l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. Caſtrenſ. conſil. 232. viſis &
conſideratis. column. 5. verſicul. circa primum. Aret. l. qui Romæ. §.
coheredes. column. 3. & Socin. column. 8. verſicul. 4. caſus. ff. de ver-
borum obligat. cum ſimilibus per Pariſ. in allegat. conſil. 30. num.
22. volumin. 2. Nec iſto caſu † ſingula ſingulis referenda ſunt, 71
vt dicebat Dec. cum teſtatrix vltra proceſſerit, quod non e-
rat in caſu Decij, prout ſupra declaraui; cuius teſtatricis vo-
luntas ſeruari debet; † vt ſicut quod non erat tranſmiſſibi- 72
le, ex voluntate teſtatoris ſit tranſmiſſibile, Bal. in l. vnic. col.
fin. C. de his, qui ant. aper. tab. & in l. ſi pater. q. 4. C. de inſt. & ſub-
ſtit. Dec. conſ. 117. conſ. 397. & conſ. 594. Iaſ. conſ. 4. vol. 2. conſ. 52.
col. final. volum. 3. Duran. de art. teſtan. lib. 5. caut. 23. col. fin. ſic ex
voluntate d. teſtatricis portio vnius heredum tranſeat ad
alios.
Ad ſecundum fundamentum, quo dicebatur, ſicut Co-
mes Hercules prædilectus ſuit in portione ſua cæteris alijs
inſtitutis, pariter deſcendentes ab eo maſculi prædilecti
cenſeri debent in ea portione; clare reſpondetur; † illud 73
non procedere, ſi alia præſumpta voluntas teſtatoris aliud
inducat, vt ſignanter declarat Bar. in d. l. fin. ff. ad Trebell. nam
vt videmus, quod ſi † teſtator filias inſtituit in certa re, filios 74
vero maſculos vniuerſales, deinde dicat, ſi quis eorum quan-
documque deceſſerit ſine filijs, ſuperſtiti ei ſubſtituit, altero ex ma-
ſculis defuncto, ſorores vna cum fratre vnico ſuperſtite
ſuccedunt, & admittuntur ex præſumpta voluntate teſta-

Pppppp 2 toris

Digitized by Google

75 toris id indicante, propter locutionem † pluralis numeri,
quæ non in vno, ſed in pluribus verificari debet, *l. vbi nume-
rus. ff. de teſtib.* ita Bart. ipſe declarat *in d. l. fin.* Caſtr. *conſ. 356. te-
ſtamento Michaelis.* Ioan. Durant. *lib. 5. cant. 20.* D. meus Rim.
conſ. 256. n. 13. At nos in hoc caſu, vel etiam fortiori verſamur,
quia cum teſtatrix voluerit, quod eius hereditas tranſeat de
herede in heredem maſculos, & poſtea fœminas, non ex-
tantibus maſculis, apparet, eius expreſſam, ne dicam, præ-
ſumptam voluntatem fuiſſe, quod portio vnius heredum,
qui deficeret ſine maſculis, deſcendentibus ex maſculis,
peruenire debeat ad alios maſculos, deſcendentes ex ma-
ſculis aliorum heredum, cum non aliter talis tranſitus de
herede in heredem fieri poſſit; ergo debent admitti in por-
tione alterius, licet in ea quoad inſtitutionem non fuerint
76 prædilecti. Quod etiam magis confirmatur: nam † cum in
qualibet diſpoſitione ſemper intelligatur clauſula; *rebus ſic
ſtantibus, & aliquo non ſuperueniente de nouo, c. quemadmodum.
de iureiur. in l. ſi a. ff. qui ſatiſd. cog. l. quod Seruius.* & ibi Doct. *ff. de
cond. ob cauſ.* Ceph. *conſ. 331. num. 11.* dici debet, quod illa præ-
dilectio teſtatricis erga Com. Herculem in eius portione
tenſeatur habita quoad ſuos deſcendentes maſculos, do-
nec extarent maſculi ex maſculis prouenientes; at ſi ceſſa-
rent, ſicque de nouo aliud ſuperueniret, vt quod extarent
maſculi maſculorum, ex alijs inſtitutis deſcendentes, dici
debet, quod in ea portione debeant admitti, remotis de-
ſcendentibus maſculis ex fœminis, in quibus ceſſat illa præ-
dilectio, ſecundum voluntatem teſtatoris, vocantis prius
maſculos, quam fœminas, & eam in maſculos.

Ad tertium, quod hic agitur de hereditate fœminæ, in
qua non cadit ratio conſeruandæ agnationis, ideo debent
admitti maſculi deſcendentes ex fœminis in portione Co-
mit. Herculis, & præſertim maſculis deſcendentibus ex ma-
77 ſculis inſtitutorum; dico verum eſſe, † rationem agnatio-
nis in caſu noſtro non cadere, ſiue conſideremus filias inſti-
78 tutas, quæ † nuptæ tranſiuerunt in aliam familiam, quam
paternam de Zabarellis, & de domo viri factę fuerunt, *l. fœ-
minæ. ff. de Senat. l. quinque. Cod. de re milit. libr. 12.* & declarat
Bartol. *in l. quotiens. Cod. de priuil. ſchola. eod. lib.* ſequitur dom.
meus Rimin. *conſil. 185. annuer. 31.* ita quod etiam nati ex eis,
licet maſculi, non potuerunt eſſe de familia Zabarella, ſiue
conſideremus duos nepotes inſtitutos: nam idem plene di-
ci debet de illis, qui fuerint de capitibus Liſtæ, & ſancto
Bonifacio, & ex domina Alda nati, pariter nomen alterius
79 familiæ ſortiti fuerunt. Sed bene dico, quod † teſtatrix, vo-
cando maſculos prius, quam fœminas, intellexit de maſcu-
lis deſcendentibus per lineam maſculinam, non autem per
fœmininam, ne melioris conditionis ſint maſculi deſcen-
dentes ex fœmina matre ſua, quam eſſet illa, ſi viueret, *l. ſi
viua matre. C. de bon. mat.* Vnde ſicut illa excluderetur per
maſculos deſcendentes ex maſculis, ita maſculi deſcenden-
tes ex ea debent excludi, prout arguit ſignanter, & tenet
Caſtren. *conſ. 339. præſuppoſito quod in primo. in antiq.* Et hæc eſt
regula nota ſatis in materia ſucceſſionis, vt in ſeptimo fun-
80 damento deduxi: quod † vbicunque quis excluditur à ſuc-
ceſſione alicuius, non propter ſuum delictum, ſed ex alia
cauſa; ſicut ipſe excluditur, ita & filius debet excludi, quam
per illum text. ponit Angel. *in authen. de hered. ab inteſt. §. reli-
quum.* idemque Bartol. *in l. ſecunda. §. videndum. ff. ad Tertul.
81 verſic. quæro, caueetur.* vbi dicit, quod † matre excluſa, pariter
omnes cognati, qui veniunt ex perſona matris, excludun-
tur: ſequitur Dec. *conſil. 85. in fine. & conſilio 634. column. final.*
at ex hoc teſtamento, ſtantibus maſculis, fœminæ fue-
runt excluſæ citra delictum ſuum, quia ſic placuit teſta-
trici ordinare; ergo & maſculi deſcendentes ab ipſis fœmi-
nis cenſeri debent excluſi, & maſculi maſculorum debent
admitti.

Ad quartum *de conſilio* D. mei Rimin. *250.* multa dici poſ-
ſent, ſed illud præ cæteris non eſt vllatenus omittendum,
82 quod illa † deciſio ſua feudalis, non eſt allegabilis ad deci-
83 ſionem caſus noſtri non feudalis: † conſuetudines enim
feudales cum non ſint regulæ, nec rationes à iure communi
traditæ, non ſunt allegabiles ad deciſionem cauſarum in a-
84 lia materia, quam feudali; quia cum ſint † ius conſuetudi-
narium, non ſunt ad conſequentias trahendæ, *l. in ſingulari.
l. quod vero. ff. de legib.* ita Bartol. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. in
princ. & circa medium. ff. de oper. liber.* Iacobus de Beluiſ. *in cap.
1. Epiſcop. vel Abbat.* Bald. *poſt gloſſ. in cap. 1. de feud. cognit.* vbi di-
cit expreſſe, † quod iure feudali non licet arguere in alia 85
materia. Idemque Salyc. *in l. 1. col. 4. C. de iure emph.* vbi dixit,
non † eſſe licitum arguere de iure non ſcripto ad materiam 86
iuris ſcripti, quod eſt dicere, de materia feudali ad aliam
non feudalem, pluribusque id genus confirmat Curt. iun.
in tract. de feud. in 1. par. q. 3. potiſſime vero ratione; nam con-
ſuetudo † dicitur eſſe ſtricti iuris, & proprios terminos non 87
excedit, *cap. quod ad tranſlationem.* & ibi not. Abb. *de offic. leg.*
Bar. *in l. poſt dotem. gloſſ. pen. ff. ſolut. matr.* Vnde ſignanter dixit
Bal. *in l. fin. verſic. vnum aliud ſcias. C. commun. ver. ind.* quod
conſuetudo † tantum habet de potentia & effectu, quan- 88
tum habet de vſu, adeo vt proprios facti vel vſus terminos
non excedat: ſed ſic eſt, quod † conuentio & pactum non 89
extenduntur ad alias res vel perſonas, quam verba pacti &
conuentionis includant, *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* ergo
nec conſuetudo; quare ſic eſſe debet de feudis, quæ in con-
ſuetudine fundantur. Hæcque † concluſio de plano proce- 90
dit, vt declarat idem Cur. iun. *in d. quæſt. 3. & conſ. 26. col. final.*
quando iura feudalia quid diſponunt contra regulas iuris
communis: nam tali caſu ſunt allegabilia in alia materia,
quam feudali, ſicque voluit Alex. *in l. diuortio. §. ſi fundum. ff.
ſolut. matrimon. & conſ. 146. column. penult. viſo themate. vol. 4. &
conſ. ſequen. column. 2.* poſt Imol. *in c. potuit. de locat.* pleniuſque
proſequitur Curt. iun. vt per eum confirmando, at caſus per
Riminal. propoſitus erat de feudo alicui conceſſo pro ſe &
filijs maſculis, & his deficientibus pro fœminis; vnde ſi
vult, quod ſi vnus ex filijs decedat, relicta filia & relicto fra-
tre, filia præferatur patruo, patet, quod illa ſua deciſio dica-
tur eſſe contra regulas iuris communis, quæ volunt, vt pa-
cta † & conuentiones ſeruentur, *l. iuris gentium. §. prætor ait.* 91
ff. de pact. item, quia † quotiens lex loquitur diſcretiue, id 92
eſt, per ſe de maſculo, & per ſe de fœmina, tunc nunquam
maſculinum concipit fœmininum, quia † expreſſum facit 93
ceſſare tacitum & præſumptum, prout declarat Bal. *in l. in
multis. ff. de ſtat. homin. & conſil. 186. qua allegationes. vol. 1.* Dec.
in l. 2. nu. 99. ff. de reg. iur. Igitur ſi fuerat inueſtitus quis pro ſe
& filijs maſculis, & his deficientibus pro fœminis, ſicque
ſeparauerat maſculos à fœminis, eos fœminis præferendo,
quod velit Rimin. neptem ex filio præferri patruo, & ſub
mentione filiorum comprehendi, negari non poteſt, quin
ſit contra regulam iuris prædictam; igitur dici debet, quod
illa deciſio ſua feudalis, poſito quod in ea materia defendi
poſſet, non debeat allegari poſſe ad deciſionem præſentis
caſus noſtri, qui de feudo non agit: & hæc eſt meo iudicio
realis & tuta reſponſio.

Ad quintum, quo dicebatur, fideicom. non præſumi, ni-
ſi probetur, illud voluiſſe teſtatorem diſponere, & ob id
aduerſus illud, velut odioſum, pronunciandum fore: re-
ſpondetur, hic ſatis de fideicommiſſo conſtare; cum enim
tribus filiabus, & duobus nepotibus inſtitutis, vocauerit
ſuos filios, & deſcendentes maſculos, & fœminas, per dicta
verba ſignificare voluit, † maſculos præferri fœminis, ma- 94
ſculos prius nominando: † ordo namq; ſcripturæ deſignat 95
ordinem voluntatis, vt per illum tex. notat Bald. *in l. quo-
tiens. ff. de vſufr.* dicens etiam, primo nominatum anteferri,
cum eſt æſtimatio voluntatis, & † quod coniectura ſumi- 96
tur ex ordine ſcripturæ; cui plus addens Ang. inquit, quod
ordo † ſcripturæ deſignat ordinem prædilectionis, & hoc 97
in fideicom. tenet Soc. *conſil. 51. nu. 31. vol. 4.* dicens, † in fidei- 98
com. familiæ facto nominatos primo præferri, dato quod
non eſſent teſtatori proximiores, quia ab eo cenſentur præ-
dilecti, *d. l. quotiens.* & idem tradit Soc. *conſ. 101. n. 24.* & ſecun-
dum hanc concluſionem conſuluit quoque Celſus Hugo
conſ. 20. num. 44. verſ. corroboro. quatenus † reputat inconue- 99
niens & abſurdum, quod poſterius vocatus, & ſic minus di-
lectus plus conſequatur, quam primo loco nominatus, &
ſic qui plus fuit dilectus.

Confirmatur & hæc voluntas teſtatricis: nam nominatis
primo loco maſculis, ſecundoque fœminis ſubiunxit, *fer-
mata*

Digitized by Google

nata ſexus prærogatiua, ad demonſtrandum, quod omnino
volebat maſculos præferri fœminis.

Tertio hoc etiam clarius patet ſine refugio coniectura-
rum, quia ſubiunxit ita, *quod eius hereditas tranſeat de herede in
heredem, maſculos & poſtea fœminas, non extantibus maſculis.* in
100 claris † enim non eſt opus coniecturis, *l. continuus. §. cum ita.
ff. de verborum obligat.* ex tot igitur geminatis verbis atque re-
petitis apparet, voluntatem teſtatricis fuiſſe vocandi ma-
ſculos ad fideicom. & fœminis eos præferendi, *l. baliſta. cum
ibi not. ff. ad Trebell.* Bar. *in l. cum ſcimus. Cod. de agr. & cenſ. libr. 11.*
101 Pariſ. *conſil. 12. num. 145. volum. 2.* dicens, quod † geminatio &
repetitio oſtendit enixam voluntatem diſponentis; & alibi
102 *conſil. 89. num. 22. volum. 3.* dicit, † quod inducit deliberatam
& appenſatam mentem diſponentis; & vocando maſculos,
103 & poſtea fœminas, apparet ex illa dictione, † *poſtea*, deno-
tari temporis interuallum, quod eſſe debet inter vocatio-
104 nem earum & maſculorum: nam dictio, † *poſtea*, de ſui na-
tura denotat interuallum, *l. iuriſconſ. §. quinimo. in fin. ff. de
pact. l. quotiens. §. ſi quis ita ſcripſerit.* & ibi Mod. *ff. de hered. in-
ſtit. l. non erit. §. fin. ff. de iureiurand.* & ibi not. in ſpecie Iaſ. ſicut
& *in l. fructus. ff. ſolut. matrimon.* vnde primo maſculos admit-
ti voluit, deinde fœminas: imo non contenta teſtatrix, ad
maiorem ſuæ voluntatis expreſſionem, ſubiunxit, *& poſtea
fœminas, non extantibus maſculis.* Vnde patet à contrario ſen-
ſu, quod extantibus maſculis eas non vocarit, ſed excluſe-
105 rit; quod † argumentum valet in vltimis voluntatibus, vt
ponunt Alexand. Iaſ. Dec. & ibi dixi *num. 364. ff. de offic. eius l.
1. §. huius rei.* firmatque Pariſ. *conſil. 69. num. 30. volum. 2.* Corn.
conſil. 270. num. 11. volum. 1. conſil. 301. num. 4. & Alciat. pulchre
106 *reſpon. 778. num. 3.* quo loco † fortiſſimum illud appellat in
vltimis voluntatibus & fideicommiſſis, & vt inquit Iaſ. *in d.
107 l. 1.* ſi † locum habet in contractibus, à fortiori procedere
debet in vltimis voluntatibus, in quibus fit latior interpre-
tatio, *l. in teſtamentis. ff. de regul. iur* quam in contractibus, *l.
108 quicquid aſtringendæ. ff. de verborum obligat.* & ſicut † teſtatrix
in caſu noſtro prætulit maſculos fœminis, pariter prætuliſ-
ſe dicitur maſculos deſcendentes ex maſculis, maſculis de-
ſcendentibus ex fœminis pluribus rationibus. Prima, ne ta-
les maſculi forent melioris conditionis fœminis eorum ge-
nitricibus, *l. ſi viua matre. C. de bon. matr.* qua ratione fuit ad-
ductus Caſtrenſ. *in allegat. conſil. 339. præſuppoſito. in antiq. & in
l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & poſthum.* & poſt eum Franc.
Aret. & Alexan. idemque pariter Alexan. *conſil. 43. columna. 2.
volum. 3.* dom. meus Rimin. *conſ. 253. num. 31. cum apoſtilla mea.*
Rimin. *conſ. 18. num. 5. vol. 3.* quos omnes adduxi ſuperius in pri-
mo fundamento; vnde propter hoc abſurdum vitandum
dici debet, quod quando teſtatrix vocauit maſculos, intel-
lexerit de maſculis maſculorum, non fœminarum. Secun-
da, quia ſicut ſi viueret mater horum maſculorum, exclu-
deretur per alios maſculos, ſecundum ordinationem teſta-
tricis, ita debent excludi maſculi ex ea nati, ſecundum re-
gulam, quam ponit Ang. *in §. reliquum. in auth. de hered. ab in-
teſtat.* cum alijs, quos adduxi ſuperius in ſeptimo funda-
mento. Tertia quoque ſuccedit ratio: nam maſculi, qui nati
fuerunt ex maſculis, duplici iure nituntur, vno, quod ſunt
maſculi, altero, quod ex maſculis orti ſunt: at maſculi nati
ex d. Alda vno tantum iure ſuffulti ſunt, videlicet quod
ſunt maſculi; igitur maſculi ex maſculis, veluti fortiores, de-
109 bent illis, veluti debilioribus, præponderare, quia † duo
vincula magis ligant, quam ſimplex funiculus, *l. baliſta. vbi
ſcribentes. ff. ad Trebel. l. cum ſcimus.* vbi Bar. *C. de agr. & cenſ. lib.
11.* Rol. à Vall. *conſ. 37. n. 13. conſ. 81. n. 20. vol. 2. & conſ. 25. nu. 35. vol.
4.* & eſt tex. in materia ſucceſſionis, iuncta gloſ. *in §. ſed hodie.
Inſt. de adopt. & in auth. de conſang. & vterin. fratr. in §. 1.* pluraq;
ad hoc cumulat Portius Imol. *conſ. 10. col. 1. & 2.* vnde patet, in
caſu noſtro, dici non poſſe, fideicom. non præſumi, niſi pro-
110 betur: † ſatis enim per ſe patet, & probatur ex prædictis, &
potiſſime per illa verba, quæ dicunt, *ita quod eius hereditas
tranſeat de herede in heredem maſculos, & poſtea fœminas, non ex-
tantibus maſculis, in perpetuum.* Nam cum dicta verba à teſta-
tore expreſſa ſonent in fideicom. ſine dubio fatendum eſt,
apparere de fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſecundum
Bar. *in l. centurio. 4. q. prin. verſ. idem ſi teſtator. ff. de vulgar. &
pup.* cuius † opinionem ſequitur, & communem teſtatur 111
Pariſ. *conſil. 30. num. 9. vol. 2.* ſequitur Franc. Beccius *conſil. 24.
num. 1.* vnde ſic diſcurrendo patet, quintum fundamentum
ceſſare.

Ad ſextum, de teſtamento forte condito per Com. Her-
culem, vel Siluium, ex diſpoſitione facta in ſuos deſcen-
dentes, quod potuit fieri, ſi factum fuit ex permiſſione te-
ſtatricis, & res clara manet ad eorum fauorem; reſpondeo,
quod animaduerti debeat ad verba teſtatricis, quæ dixit;
*volens tamen, & declarans, quod inter ipſos heredes talia bona poſ-
ſint alienari*: nam ponderari debet illa dictio, † *ipſos*, perſo- 112
naliſſima, & non tantum relatiua, ſed etiam ad oculum de-
monſtratiua, vt declarat Bal. *conſ. 304. vol. 5.* dicens, quod † ſi 113
verba dicant, *& ipſe heres non alienet*, prohibitio tantum
comprehendit prohibitum, & non heredes eius, tanquam
illa demonſtratio, *ipſe*, perſonam ipſam, velut ad oculum
demonſtret, nec eam egrediatur, ſequitur, & commendat
Iaſ. *in l. filiusfamilias. § diui. lect. 2. col. pen. ff. de leg. 1.* Ferd. Loaz.
num. 118. & Ripa *nu. 111.* Igitur ſi proponamus, dominam Al-
dam, aut eius filios, etiam maſculos, fuiſſe vocatos ex teſta-
mento, talis alienatio non valuit, quia ipſa domina Alda, &
filij ſui non fuerunt de heredibus à teſtatrice vocatis, & ipſa
permiſit alienationem tantum inter ipſos heredes, quos il-
la vocauit; & licet Rolan. à Vall. *conſil. 55. column. final. volum.
3.* conetur hanc concluſionem in dubium vocare, videli-
cet, quod † conceſſio alienationis ſit perſonalis, ex dictio- 114
ne, *ipſe*, quia non ſtat reſtrictiue, ſed demonſtratiue, nec va-
let (vt ille dicit) conſequentia: conceditur ipſi domino Al-
tobello facultas alienandi, ergo negatur heredibus, vt per
Dec. *conſil. 390. num. 8.* Iaſonem *conſ. 64. in fin. vol. 3.* & Nattam
conſ. 322. per totum. tamen † aduerti debet, quod vltra, quod 115
ipſemet Roland. *conſil. 59. num. 28. eod. vol. 3.* plenius tenet &
confirmat dictam concluſionem, per doctrinam Cattelani
Cottæ *libro memorialium, verbo, heredis appellatione.* gloſſ. *in §.
fuerat. Inſtit. de action* & Socin. iun. *conſil. 144. num. 13. volum. 3.*
Dec. Iaſ. & Natta per eum citati loquuntur in diuerſis ter-
minis, videlicet, quando † feudum conceſſum fuit alicui, 116
addito, quod ipſe poſſit alienare, vel quibus ipſe dederit,
iux. text. *in c. 1. de feud. non hab. propr. nat.* Illud enim pactum
eſt amplificatiuum, vt declarat Aluar. & Afflict. & debet o-
perari amplificationem: nam per illa verba, † *& quibus dede- 117
rit*, ampliatur contractus, quoquo titulo poſſit res trans-
ferri, non ſolum iure feudi, ſed etiam quolibet titulo alie-
nationis inter viuos, vel per vltimam voluntatem; eo enim
ipſo quod dixit, *&* † *quibus dederit*, videtur eſſe conceſſa li- 118
centia per dominum, quod illi, quibus eſt datum, habeant
libere, poſtquam non eſt dictum, quod habeant in feu-
dum. Nam † verba debent aliquid operari, *l. ſi quando. ff. de* 119
legat. 1. vnde ſi velimus dicere, quod illa verba ſolum impor-
tarent dationem in feudum, nihil operarentur, quia etiam
ſine dictis verbis potuiſſet vaſallus alteri infeudare, & ideo,
vt aliquid operentur, eſt dicere neceſſe, quod importent li-
beram traditionem, vel alienationem, prout vaſallo pla-
cuerit: at in caſu noſtro cõceſſio alienationis magis coarcta-
ta fuit, quia dicens teſtatrix, quod dicta bona poſſint inter
ipſos heredes alienari, apparet, nedum eam perſonaliter lo-
cutam fuiſſe reſpectu alienantium, ſed etiam reſpectu eo-
rum, in quos fieret alienatio, volens, quod vtrique ſint he-
redes, qui alienent, & in quos alienentur, & cum talis † vo- 120
luntas fuerit teſtatricis, illa pro lege ſeruari debet, *§. diſpo-
nat. in auth. de nupt.* dom. meus Rim. *conſ. 336. nu. 19.* & † in ma- 121
teria ſucceſſionis eſt attendenda, *l. in conditionibus primum lo-
cum. ff. de condit. & demon. l. pater Seuerinam. §. conditionem. cum
ſimil. eod. tit.* per dom. meum Rimin. *conſ. 186. nu. 16.* Sed quid
opus eſt tot verbis? cum teſtatrix ſe magis atque magis de-
clarauerit, ſubdens, *& non in alias perſonas*; permiſit ergo
duntaxat alienationem inter eos, qui eſſent eius heredes, in
alias vero perſonas non heredes ſuos eam prohibuit. Qua-
re patet, quam ſtricte fuerit locuta teſtatrix in caſu noſtro.
Poſtremo, dum dicebam, quod ſi Com. Hercules † inteſta- 122
tus deceſſit, potuerunt ſui deſcendentes ab inteſtato ſucce-
dere, non obſtante prohibitione alienationis in teſtamen-
to poſita, vt per Bartol. *in l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2.*

quia talis ab inteſtato ſucceſſio non eſt hominis alienatio,
123 ſed legalis, vt ſupra deduxi. Conſiderandum eſt, quod † teſtatrix prius dixit; *quod hereditas ſua tranſeat de herede in heredem maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in perpetuum.* deinde ſubiunxit: *& ideo voluit, & ordinauit, quod aliquis dictorum heredum non poſſit alienare bona immobilia hereditatis ipſius teſtatricis; quia vult, quod perueniat, vt ſupra ordinauit.*
124 pondero dictionem illam, † *vt ſupra*, relatiuam præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus, vt declarat Bar. *in l. 1. §. hoc edicto. ff. de poſtul.* Cur. *conſil. 51. column. 9. verſic. potiſſime.* Dec. *conſil. 172. num. 3. & conſil. 594. num. 1.* Pariſ. *conſ. 19. num. 68. vol. 2.* vnde ſenſus eſt teſtatricis, quod prohibuit illam alienationem bonorum, quia voluit quod peruenirent, vt ſupra ordinauit, hoc eſt, de herede in heredem maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in perpetuum. At vbi
125 in † prohibitione alienationis, ſeu in cauſa prohibitionis alienationis reperitur appoſita dictio, *in perpetuum*, tunc intelligitur prohibita etiam ſucceſſio ab inteſtato, quia aliter illud verbum verificari non poteſt: quoniam ſi fœminæ, prout in caſu noſtro domina Alda, vel filij ſui, per ſucceſſionem ab inteſtato, maſculos natos ex maſculis, poſſent excludere, non poſſent in perpetuum bona ad ipſos deſcendentes maſculos tranſire; ſed poſtquam fœminæ ſucceſſiſſet, poſſent ad alios peruenire: ita pulchre conſiderat & determinat Soc. inter conſilia Curtij *conſil. 40. ad fin.* pleniuſque deducit, confirmans ex alijs Ruin. *conſil. 147. num. 12. col. 2.* & hæc realis eſt, & pulchra ſolutio: ſed & aliam non minus pulchram ſubijcio, ſicut & veriſſimam, quod teſtatrix inter inſtitutos & eorum filios, & deſcendentes maſculos, & ſubinde fœminas, fecit ſubſtitutionem fideicommiſſariam, prout ſatis ſupra demonſtraui, per quam dicebantur illi tacite prohibiti alienare bona, *auth. res quæ. C. communia. de legat.* deinde eiſdem prohibuit expreſſe alienationem bonorum, dicens; *quod aliquis dictorum heredum non poſſit, nec debeat alienare bona hereditatis ſuæ.* Vnde quoad huiuſmodi bona in perſona dictorum heredum concurrit duplex pro-
126 hibitio, ſcilicet tacita & expreſſa, propter quam † duplicem prohibitionem contineri debet hæc alienatio, quæ fit per ſucceſſionem ab inteſtato, quæ alias non contineretur ſub vna tantum prohibitione, argumento §. *ſanctiſſimas. in auth.*
127 *de non alien.* vbi probatur, quod vbi † concurrit duplex prohibitio, ſcilicet legis & hominis, intelligitur prohibita alienatio in illis etiam caſibus, in quibus de iure ſpeciali fieri potuiſſet, ſi ſola fuiſſet prohibitio legalis; & idem probatur *in l. 2. C. de vſuc. pro emp.* ſecundum intellectum Bar. & aliorum *in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.* & not. gloſſ. *in c. licet mulieres. de iureiuran. in 6. & in c. verum. de cond. appoſ.* ſicut &
128 Bald. *in c. 1. §. præterea. de Capit. Corra.* vbi dicit, quod † feudatarius expreſſe prohibitus alienare à domino non poteſt alienare, etiam in caſibus alias permiſſis à iure, quia prohibitio legis dicto caſu concurrit cum prohibitione hominis: &
129 in propoſito noſtro probatur ex alio; nam licet † valeat irreuocabiliter alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſi, ſi fiat ab ignorante ignoranti, *l. fin. §. fin. ff. de leg. 2.* ſi ta-
130 men † heres grauatus ſit etiam expreſſe prohibitus alienare, non valet dicto caſu alienatio, ſecundum Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & in l. quidam teſtamento. §. fin. eod. tit.* vbi aſſignat dictam rationem, videlicet, quia tunc concurrit duplex prohibitio, & propterea dicendum eſt in propoſito, & caſu noſtro, quod ſit prohibita ſucceſſio ab inteſta-
131 to, quæ dicitur legalis alienatio, & ſic † §. *cum inter.* & ibi Bar. locum habet, quando aliqui fuerunt prohibiti alienare, & aliter non fuerunt per fideicommiſſum grauati; & iſto caſu proprie loquitur ille tex. ſed quando ſunt inuicem ſubſtituti, vt eſt in caſu noſtro, & illis etiam eſt expreſſe prohibita alienatio, non procedit ille tex. nec eius determinatio, per rationem prædictam. Ita formaliter declarat & concludit Ruin. *in alleg. conſ. 147. num. 14. vol. 2.* quod etiam
132 repetit *in conſ. 150. col. fin. eod. vol.* ſubdens, quod † ſicut quoad filios dicitur facta tacita & expreſſa prohibitio alienationis; pariter & quoad alios deſcendentes dici debet, velut ſub eodem verbo, *deſcendentes*, vocatos, vt æqualis fiat de-
133 terminatio, *l. nam hoc iure. ff. de vulgar.* & quia † non eſt veriſimile, quod teſtator filios inſtitutos magis dilectos voluerit magis prohibere, & in hoc plus grauare, quam alios deſcendentes vlteriores, *l. Publius. §. fin. ff. ad Trebel.* quod & in caſu noſtro dici debet ad vnguem: nam teſtatrix poſt inſtitutionem & ſubſtitutionem filiabus, nepotibus, & ſuis filijs deſcendentibus maſculis iniunctam ordinauit, quod aliquis dictorum heredum non poſſit alienare, &c. nam illa
dictio, † *dictorum*, eſt repetitiua & relatiua præcedentium, 134
& eorum, quæ dicta fuerunt ſuperius, vt tradit Bartol. *in l. talis ſcriptura. §. fin. verſ. quæro ergo. ff. de legat. 1.* per tex. *in l. 1. §. eum qui. ff. de poſtul.* Socin. *conſ. 62. num. 1. conſil. 112. num. 13. vol. 4.* Paril. *conſ. 86. num. 36. vol. 2. conſ. 1. num. 131. conſ. 21. nu. 37. vol. 3.* Rol. à Vall. *conſ. 86. num. 27. vol. 3.* vnde facta mentione ſuperius in inſtitutione & ſubſtitutione de filiabus, nepotibus, & ſuis filijs, & deſcendentibus maſculis, dicendo pariter, quod ſua hereditas vadat de herede in heredem maſculos, & poſtea fœminas, non extantibus maſculis, in perpetuum; quando ſubiecit, quod aliquis dictorum heredum non poſſit alienare, intelligi debet indubitanter de omnibus ſuperius expreſſis, nedum filiabus & nepotibus, ſed etiam de ſuis filijs & deſcendentibus maſculis, quibus prohibita fuerit alienatio bonorum propter vim dictionis, *dictorum*. ſicque ſucceſſio ab inteſtato cenſetur etiam remota, quatenus impediret fideicommiſſariam ſucceſſionem.

Et ad vltimum, quod dicebatur, † alienationem tantum 135
inter viuos, & ſic per contractum cenſeri prohibitam; re-
ſpondetur, † quod procedere poſſet, ſi non extaret fidei- 136
commiſſum omnibus iniunctum: at ſecus eo ſtante, quia cum per illud ſuccedatur ex teſtamento, debet ceſſare ſucceſſio ab inteſtato, & per teſtatricem dici debet eſſe prohi-
bita, quia † cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, *l.* 137
quamdiu. ff. de acquir. hered. & cum † cauſa ſucceſſionis ex te- 138
ſtamento duplici iure fungatur, teſtatoris imprimis, *l. 1. C. de ſacroſ. eccl.* & legis, *§. diſponat. in auth. de nup. l. lege obuenire. ff. de verb. ſign.* præferri debet ſucceſſioni ab inteſtato, quæ tantum legalis eſt, & lege fulcitur, *l. 3. §. 1. ff. pro ſoc.* fortior enim diſpoſitio dicitur, quotiens eſt teſtatoris & legis ſimul, iux. tex. *in §. ſanctiſſimas. in auth. de alien. & emph.* Alex. *in l. filiusfamilias. §. diui. column. 1.* Iaſ. *6. lectur ſecunda.* & Ruin. *3. ff. de legat. 1.* Alex. *conſ. 16. col. 3. volum. 3.* Socin. *conſil. 49. volum. 1. prope fin.* Ruin. *conſil. 41. num. 27. vol. 1. conſ. 109. num. 22. conſil. 118. num. 4. conſil. 123. num. 12. & conſil. 147. num. 14. volum. 2. conſil. 171. num. 10. vol. 4.*

Et ita remotis omnibus contrarijs remanet firma concluſio pro maſculis deſcendentibus ex maſculis, aduerſus maſculos ex domina Alda in portione Com. Herculis.

Pro Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Rauenna.

ARG. Conductor, qui ad pauimentanda ſuis ſumptibus granaria ſe obligauit, an etiam aſſeres, trabes, clauos, & cætera, quæ ad pauimentationem requiruntur, ſoluere teneatur, an vero locator ea præſtare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis & conductionis eſt ſtricti iuris.*
2 *Obligatio eſt odioſa, & quatenus reſtringenda. & nu. 3. 30. & 31.*
4 *Expreſſio vnius an ſit cæterorum excluſio. & nu. 37.*
5 *Conſequens qui vult, videtur velle eius neceſſarium antecedens. Etiamſi conſequens ſit maius antecedente. nu. 6. 7. & 8. Et materia ſit ſtricta. nu. 9. Vel etiam pœnalis. nu. 11.*
10 *Iudex qui pronunciauit ſuper conſequenti, cenſetur pronunciare etiam ſuper antecedenti neceſſario.*
12 *Pars vna ſcripturæ declarat aliam. Et ſequentia præcedentia. nu. 13.*
14 *Æqualitas in contractibus ſeruanda, vt eam ob cauſam etiam recedatur a proprietate verborum. numer. 15. Et permittatur extenſio. numer. 16.*
17 *Seruitutem habens in re aliena, puta itineris, qua vti non poſſit niſi opere facto, poteſt fodiendo vel ſubtrahendo iter facere.*
18 *Pactum quando intelligatur vt aliquid operetur præter ius commune.*
19 *Granarium locatum quid ſubintelligatur.*
20 *Verba pacti debent intelligi ſecundum naturam actus & ſubiectam materiam.*
21 *Contrahentes præſumuntur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

22 Ver-

22 *Verba contrahentium debent interpretari ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur, & cauſa ob quam fiunt.*
23 *Contractus ſunt ſtricti iuris & omiſſa in eis non veniunt.*
24 *Verba debent intentioni ſeruire, non e contra intentio verbis.*
25 *Extenſio principalis ad antecedens venit per interpretationem extenſiuam, cum verba deficiunt. & n. 26.*
26 *Nuptiis prohibitis etiam ſponſalia prohibita cenſentur.*
27 *Interpretatio extenſiua quid & n. 28.*
29 *Verba contra ſtipulatorem ſunt accipienda, quando ambiguitas prouenit ex verbis ſtipulatoris, ſecus ſi ex verbis promiſſoris.*
31 *Indulta in fauorem non debent in odium vel laeſionem retorqueri. & n. 32.*
34 *Contractus quando recipiant interpretationem ampliatiuam.*
35 *Et in eis potius inſpicitur mens veriſimilis contrahentium, quam verborum conceptio.*
36 *Factum non dicitur quamdiu aliquid ſupereſt addendum.*

CONSIL. DCCLXXXIII.

IN capitulis locationis factae per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum dom. Archiepiſcopum Rauennae, conductoribus de bonis, & iuribus Archiepiſcopatus ſui, continetur decimumſextum huius tenoris: *Item che li detti ſignori conduttori, ſiano tenuti, & obligati, fare a ſue ſpeſe ſaligare di nuouo li granari, di detto Signore Locatore, poſti in Argenta,* id eſt, *tenebuntur item, & obligabuntur domini conductores ſuis ſumptibus de nouo pauimentare granaria dicti domini locatoris, ſita in Argenta.* modo contigit in ſelegandis dictis granariis emere aſſeres, trabes, clauos, & id genus, pro adaptandis ſolariis marcidis, & male conditionatis, ad ſuſtinendum blada, ſuper eorum ſelegatis imponenda, ſine quibus expenſis, & mercedibus peritorum neceſſariis, non ſine magno periculo ruinae, & detrimento bladorum, potuiſſent dicta granaria ſelegari, quare nata fuit controuerſia inter dictos conductores, & reuerendiſſimum dominum; cum ad ſolam expenſam ſelegandi dicta granaria ſe teneri dicant conductores, & non vltra, at reuerendiſſimus dominus etiam ad caeteras ſupradictas expenſas eo teneri praetendat; quaeritur ergo quid iuris? & imprimis videbatur eſſe
1 reſpondendum pro dictis conductoribus, quoniam † contractus, qualis eſt iſte locationis, & conductionis, ſunt ſtricti iuris; ita quod quicquid omiſſum eſt verbis, pro omiſſo reputatur, aut certe ſecundum promiſſorem interpretantur; quia ſtipulatori liberum fuit verba latius concipere, *l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus, & l. quidquid aſtringendae, ff. de verbor. oblig.* vnde cum de ſolariis adaptandis aſſidibus, trabibus, clauis, & artificum operibus ad id exigendis, nil dictum fuerit, ſed de ſelegata tantum facienda, ad ea caetera praeter eam teneri non debent conductores.

Secundo confirmatur, quia per dictum capitulum 16. tractatur de illis obligandis, vt in eo dicitur, *che li detti ſignori conduttori ſiano tenuti, & obligati,* id eſt, *quod dicti domini*
2 *conductores tenebuntur, & obligati erunt:* at † obligatio dicitur odioſa. *l. cum quis. in ver. neque enim. & ibi gloſſ. recept. ff. ſi cert. pet. per l. damni. 3. in princ. ff. de damn. infect. l. Arianum. ff. de actionib. & obligat.* Signor. *conſil. 95. num. 13. verſ. praeterea ad idem. & conſil. 217. colum. fin.* Calder. *conſil. 5. de regul.* Calcan. *conſil. 124. num. 7.* Crauet. *conſil. 929. num. 21.* Igitur
3 attenta † materia obligationis odioſae, quae reſtringi debet, *c. odia. de reg. iur. in 6.* & contractus, qui non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam. Bald. *conſil. 145. caſus talis eſt; in quodam inſtrumento. colum. pen. volum. 3.* Roland. à Vall. *conſil. 58. num. 64. volum. 3.* & ego *conſil. 239. num. 68.* ſequi videtur, quod dicti Conductores ad praedicta non expreſſa in capitulo minime teneantur, nec obligati ſint.

4 Tertio comprobatur; quia † expreſſio vnius eſt caeterorum excluſio, vulgata *l. cum praetor. ff. de iudic.* ſed obligatio ſelegandi tantum fuit expreſſa; ergo caetera de ſolariis reparandis aſſidibus, & id genus ad ea conferendis, cenſeri debent excluſa à praedicta obligatione conductorum. Licet haec pro eis facere videantur, nihilominus probabilior & verior mihi de iure videtur ſententia fauorabilis Reuerendiſſimo dom. Archiepiſcopo, domino meo colendiſſi-
5 mo; moueor in primis ex regula ſatis nota, quod † qui vult conſequens, velle videtur ſuum antecedens ad illud neceſſarium. *l. ad rem mobilem. ff. de procur. l. illud. ff. de acquir. hered.* cum ſimilibus. de quibus ego dixi *in rubric. C. qui adm. num. 227.* quae regula procedit, vt ibi dixi, *num. 238.* poſt Decium, tam ibi, quam *in cap. praeterea. colum. 5. de offic. deleg.* † licet 6
conſequens ſit maius antecedente, per text. *in l. pen. in princ. C. de neceſſ. ſer. hered. inſtit. & in §. adeoque ſerui. Inſtit. quib. ex cauſ. manu.* vbi ſeruo inſtituto cenſetur etiam data libertas in antecedentiam, cum ſine illa corrueret inſtitutio: & tamen † libertas eſt quid maius inſtitutione, velut res ineſti- 7
mabilis. *l. libertas. ff. de regul. iur.* Tantoque magis illa regula; *qui † vult conſequens,* porrigitur ad maiora, quando alias a- 8
ctus, qui fit, redderetur nullus: tunc enim, qui volt, quod conſequens actus valeat, quem facit, videtur etiam velle omne ſuum neceſſarium antecedens, vt tradit ipſemet Dec. *conſil. 77. colum. penult.* † & adeo procedit haec regula, 9
licet materia ſit ſtricta, velut in ſententia iudicis; quia † iu- 10
dex pronuncians ſuper conſequenti cenſetur pronunciare etiam ſuper antecedenti neceſſario, Bart. *in l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vend.* vbi ſi in iudicio rei vendicationis condemnat iudex reum ad reſtituendam rem, videtur in antecedentiam neceſſariam declarare, actorem eſſe dominum, vt io. Caſtrenſ. *conſil. 232. in cauſa quae vertitur Piſis. colum. 1. volum. 1.* Aret. *conſil. 155. diligenter viſis. colum. 6. verſic. ergo datur.* Soc. *conſil. 134. colum. 3. volum. 1.* Crauet. *conſil. 42. num. 8. & conſil. 443. num. 10.* Imo † etiam procedit d. regula in materia poe- 11
nali, vt idem Crauet. dicit *conſil. 883. ſub num. 4* igitur in propoſito noſtro, ſi conductores teneri voluerunt, & ſe obligarunt ad ſeleganda granaria; quod eſt conſequens, id faciendi, ſuper ſolariis eorum, cenſentur voluiſſe teneri, & ſe obligaſſe ad reparanda, & adaptanda dicta ſolaria in antecedentiam, ſuper quibus erat conſeruanda ſelegata: nam ſine dictis ſolariis aptatis, & ſecuris ad onus bladorum ſuſtinendum, non potuiſſet fieri ſelegata ſecura, & quae non corrueret: Vnde conceſſa dicta ſelegata, & obligata fieri per conductores, cenſentur omnia quoque conceſſa, & per eos obligata fieri, ſine quibus dicta ſelegata fieri non potuiſſet, & ſic adaptandi d. ſolaria. *l. 2. ff. de iur. omn. iudic.* Bartol. *in l. ambitioſa. colum. 7. verſ. 2. regul. ff. de decret. ab ordin. fac.* cum ſimil. per Dec. *in c. praeterea. num. 6. de offic. deleg.* vbi poſt Abb. & Andr. Sicul. citat concordantes.

Secundo confirmatur efficaciter haec concluſio, per verba ſequentia, poſita *in d. cap. 16.* in quibus ſe conductores obligarunt. ibi; *& fare alzare il piano della cantina, doue al preſente ſono li tinazzi, quello che parerà, & ſarà iudicato neceſſario eſſere, per liberarſi dalla forza del Pò, per conſeruatione delle botte, & tinazzi;* id eſt, *& curabit extolli ſolum, ſeu pauimentum cellarii, in quo iam ſunt vaſa in quibus muſtum coquitur, quantum videbitur, & iudicabitur neceſſarium, ad arcendam irruptionem Padi, pro conſeruatione doliorum, & vaſorum, &c.* ſicut enim ſe obligarunt conductores, ad praedictam altitudinem peragendam, rationibus praedictis, ita dici debet, eos in obligatione ſelegatae facienda, ſe obligaſſe ad ſolaria munienda, quantum fuerit neceſſarium iudicatum, pro conſeruatione bladorum imponendorum ſuper dicta ſelegata: † vna namque pars ſcripturae aliam declarat. 12
l. qui filiabus. ff. de legat. 1. l. verum. ff. de per. hered. † & ſequen- 13
tia declarant praecedentia. *l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon.* Bartol. Alexand. & Iaſon. *in l. caetera. §. final. ff. de legat. 1. cum ſimilib. notis.* & ponit Decian. *reſponſ. 20. num. 33. volum. 2.*

Tertio me quoque plurimum mouent alia verba *d. cap. 16.* quae ſequuntur: *& in caſo, che detta locatione non duraſſe, ſe non tre anni, detto Signor Illuſtr. Locatore ſia tenuto menarli buono, nel vltimo anno, la ſpeſa, che moſtraſſero hauer fatto. & continuando. d. Signore Locatore, non ſia tenuto à coſa alcuno.* id eſt, *& caſu quo dicta locatio non durauerit, vltra tres annos, dictus Illuſtr. D. Locator tenebitur refarcire vltimo Anno expenſas; quas ſe feciſſe oſtendent, ſi vero continuauerit, dominus Locator ad nihil tenebitur.* pondero quod iſtud † pactum fuit factum pro- 14
pter aequalitatem in contractibus ſeruandam. *l. cum emptor, in princ. ff. de reſcind. vend. l. fin. ff. de accept.* plura ſcribit Fulg. *conſil. 200. colum. 1. in fin.* quem citat Crauet. *conſil. 973. num. 12.* vnde ſicut voluit Illuſtris D. Locator teneri ad expenſas

omnes conductorum, caſu quo locatio triennio tantum duraſſet, ita ratione æqualitatis ſeruandæ, voluerunt conductores eum ſubleuare ab expenſis eorum, caſu quo locatio duraſſet vltra triennium, vt durauit; igitur ad ipſas teneri debent.

15 Quarto conſidero quoque, quod † tanta vis eſt æqualitatis ſeruandæ, ad mentem diſponentium declarandam. *l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2.* Rom. *conſil. 295. donatio. col. 2. verſ. 4. principaliter.* Caſtren. *conſil. 102. colum. 1. in fin. volum. 1.* quod etiam receditur à proprietate verborum, vt æqualitas ſeruetur, vt tradit Socin. *in l. 1. not. 4. ff. de reb. dub.* & poſt eum Cranet. *conſil. 428. ſub num. 15. verſ. imo receditur.* qui pariter 16 *in conſil. 899. in fin.* dicit, † extenſionem permitti, propter æqualitatem ſeruandam. Igitur in propoſito noſtro voluerunt conductores, Reuerendiſſimum dominum Locatorem teneri, ad reficiendam expenſam, quam conductores oſtendent ſe feciſſe, non diſtinguendo magis vnam ſpeciem, quam aliam in caſu locationis triennalis tantum; ita ratione æqualitatis ſeruandæ gratia, ſubleuari debet Reuerendiſſimus in caſu locationis, vltra triennium continuatę, ab expenſis quibuſcunque, non ſolum reſpectu ſelegatæ, ſed etiam ſolariorum, & ad eas extenſio fieri debet, ratione prædictæ æqualitatis ſeruandæ.

Quinto, & vltimo, ſciens Illuſtriſs. & prudentiſs. Reue-17 rendiſſimus dominus, quod † habentes ſeruitutem in re aliena, puta itineris, qua vti non poſſunt, niſi opere facto, licet eis, & poſſunt fodiendo, vel ſubtrahendo iter facere. *l. ſi iter. l. ſeruitutes. §. ſi domo. ff. de ſeruit.* in neceſſitatem poſuit conductores, quod tenerentur, & obligati eſſent, adaptare granaria, vt ipſis ſeruire poſſent, in eis collocando Blada, vt finita locatione reſultaret hoc etiam ad commodum dicti Reuerendiſſimi locatoris, & habituris cauſam ab eo; ſimile legitur *in §. ſed neque heres. Inſtit. de teſtam. & de hered. inſt.* 18 *in princ.* vbi declarat gloſſ. ſicque id † pactum debet intelligi, vt aliquid operetur præter ius commune. *l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuileg. in 6.* & his, ne ſim prolixior, iuſtificatur intentio Reuerendiſſ. D. Archiepiſc. quæ clarior quoque reddetur, ſolutis obiectis, ſupra factis, ad quod nunc deuenio. Circa primum igitur conſidero, quod quando 19 locantur † granaria, debet intelligi, quod munita ſint eorum ſolaria bonis aſſidibus tabulis, & aliis oportunis & ſelegatis ſuper eis impoſitis, pro bladis in eis collocandis, nec iſtud indiget probatione, velut notorium, propterea ver-20 ba † pacti, quod conductores teneantur, & obligati ſint ſelegare granaria, debent intelligi ſecundum naturam actus, & ſubiectam materiam. *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de damn. infect. cum ſimilib.* & ſic, quod dicta granaria ſeleganda habeant ſolaria munita, ſuper quibus blada ſecure, & ſine periculo ruinę poni poſſint: Igitur verba dicti pacti debent intelligi ſecundum naturam actus, & ſubiectam materiam locationis granariorum, cui adhærent, vt in materia pacti tradit Decian. *reſpon. 13. num. 56. vol. 2.* motus ea ratione, quia 21 præſumuntur † contrahentes voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. *l. ſi duo.* vbi Caſtr. *ff. de acq. hered.* omnes *in l. tres fratres. ff. de pact.* Alexand. *in l. Gallus. §. 1. ad fin. ff. de liber. & poſth. & conſil. 127. viſo teſtamento. vol. 1.* Ergo ſequitur, quod dicti conductores obligati cenſeri debeant, ad adaptanda dicta granaria, prout eſſe debebant ad effe-22 ctum prædictum; quia † verba contrahentium debent interpretari ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, & cauſæ ob quam fiunt *l. ſi ſtipulatus. §. verum. ff. de vſur.* 23 Decian. *reſp. 3. num. 118. vol. 1.* & licet † contractus ſint ſtricti iuris, & omiſſa in eis non veniant, vt in obiecto primo dixi; tamen cum intentio contrahentium fuerit in caſu noſtro circa dicta granaria, quod eſſent idonea pro bladis ſecure 24 ponendis in eis, † verba debent intentioni ſeruire, nō autem econtra intentio verbis. *c. humanæ aures. 22. q. 5. c. 2. ſequitur. de appel.* & idem Dec. *reſp. 60. n. 20. vol. 3.*

25 Prætetea † extenſio principalis ad antecedens, venit per interpretationem extenſiuam, cum verba deficiunt. *l. ora-*26 *tio. ff. de ſponſ. in verb. ſuppleatur.* vbi † conſtitutio prohibens nuptias in perſona Senatorum, de ſponſalibus nihil locuta eſt, recte tamen dicitur, etiam ſponſalia nullius eſſe momenti, vt ſuppleatur, quod orationi deeſt, quæ lex, vt inquit Bald. *in l. 1. C. ſi rector pro eo, vel ad eum. col. fin.* eſt notabilis quod † interpretatio extenſiua non eſt aliud, quam inter- 27 pretatio ſuppletiua, vbi verba deficiunt, ſed non deficit ratio, vt ibi patet; & idem Bald. *in l. ſi furioſi. per illum text. C. de nupt. in verb. repleri, & in verb. deeſſe.* notat, quod † interpre- 28 tatio extenſiua eſt, vbicunque deficientibus verbis legis, trahitur legis effectus per ſimilitudinem rationis, ſubditq; Bald. quod ille textus eſt ita bonus, ſicut aliquis, qui reperiatur in corpore iuris: at in propoſito noſtro ratio de ſelegandis granariis, non alia potuit eſſe, niſi pro conſeruandis bladis à tineis; quæ non ita generantur in lapidibus, ſicut in aſſidibus, nec à muribus roduntur, ſicut in aſſidib. & ſimilis ratio cōſeruationis expreſſa fuit circa planitiem earum tollendam; propterea expreſſio facta circa conſequens, quod fuit ſelegatio, debet extendi ad antecedens ſuum, quod eſt adaptatio ſolarii, licet omiſſum proponatur, ſtante rationis identitate; ſicq; conductores, qui ſe obligarunt ad conſequens, cenſentur obligati quoque ad antecedens neceſſarium, & ſi bene conſideretur, non video, quid in contrarium dici poſſit. Et in quantum dicebatur, quod † verba 29 contra ſtipulatorem ſunt accipienda, procedit, quando ambiguitas prouenit ex verbis ſtipulatoris; ſecus ſi prouenerit ex verbis promiſſoris, vt poſt Dyn. & alios, quos citat, tradit. & limitat Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. col. 2. in 3. limit. ff. de verb. oblig.* & hic eſt caſus noſter; quia verba cap. dicunt, quod conductores ſint obligati ſelegare granaria: non autem dicunt, quod Reuerendiſſimus locator eos ad id obligauerit. Minus obſtat illud, quod dicebatur, obligationem † conductorum ſelegandi granaria, velut o- 30 dioſam, reſtringendam, vt non teneatur ſolaria reparare: nam tollitur ex eleganti doctrina Bald. *in l. quod fauore. in 7 oppoſ. C. de legib.* vbi ponitur illa regula; quod † inducta in 31 fauorem non debent in odium, vel læſionem retorqueri; pone modo, dicit Bald. conceſſum eſt alicui priuilegium ciuilitatis in ſui fauorem, certe amodo tenebitur ad datia, ſiue collectas, tanquam ciuis; eſt ne iſtud odium, certe non, proprie loquendo, ſed eſt de natura rei conceſſæ, cui eſt hoc onus annexum, vnde concludit Bald. quod ſi onus † prouenit ex natura eiuſdem conceſſionis, tunc eſt 32 poſſibile, quod fauor retorqueatur in læſionem; at hoc in caſu noſtro contingit ad vnguem; nam in locatione facta conductoribus, conceſſa fuerunt granaria ad fauorem, & commodum conductorum reponendi in eis recollectus, cum onere ea ſelegandi, & ſtrata ſiue ſolaria adaptandi, ſine quibus ſelegata non fuiſſet tuta, ſed cum periculo illius, & bladorum. Vnde hoc onus, velut annexum commodo, & ex natura conceſſionis, odium proprie dici non poteſt, & retorqueri poteſt in læſionem; vnde licet † obli- 33 gatio de ſe dicatur odioſa, tamen ſecus eſt, quando ſecum trahit quid oneris annexum, ex natura ipſius conceſſionis, vt in exemplo ciuilitatis dat notab. Baldus: Ad aliud vero, quod † contractus non recipiunt interpretationem 34 ampliatiuam, reſpondetur, illud in dubio procedere, ſecus ex intentione contrahentium; nam iuxta eorum mentem verba contractus interpretantur *l. fin. C. quæ res pign.* Hieron. Gig. *conſil. 65. num. 8.* & Crot. *conſil. 113. num. 9. vol. 1.* vbi dicit, quod † in contractibus potius inſpicienda eſt mens veriſi- 35 milis contrahentium, quam verborum cōceptio *d. l. fin.* ſed illud pactum de ſelegandis granariis, in locatione fuit appoſitum, pro bladis in eis ponendis, ſecure ibi ſtandis, ergo mens veriſimilis contrahentium fuit, quod ſolaria quoque repararentur, quibus non adaptatis, mens contrahentium potuiſſet eludi, nec effectum ſortiri: Igitur illa verba ſelegandi non debent attendi, ſed mens & intentio partium, quod & ſolaria deberent adaptari, ſuper quibus ſelegata fieri debebat; & ad ea cenſentur ſe obligaſſe conductores, ſicque intelligi debent ſe obligaſſe, idq; confirmatur; quia ſolaria dictorum granariorum erant in variis locis concaua, & deficiebant, ſignum, quod indigebant reparatione, ad imponendam deſuper in eis ſelegatam tutam, & ſuper ea blada tuta pariter; vnde intentio partium fuit de ſelegata facienda expenſis conductorum, ſolariis pariter adaptatis,

cura

36 cum † nihil factum dicatur, donec aliquid ſupereſt adden-
37 dum. *l.cum Silanianum.C.ad Orfic.* Poſtremo quod † dicebatur,
expreſſionem vnius, vt ſelegandi, eſſe cęterorum excluſionem, vt reficiendi ſolaria. *d.l.cum pretor.ff.de iud.* facile reſoluitur, vt illa regula non procedat, quando in non expreſſis militat eadem ratio, ſecundum gloſſ. & Dd. ibidem Petr.Gerar.de Petra ſancta *ſingul.7.* Felyn. *in c.nonne.col.2.limit.4.de praeſumpt.* D. meus Rimin. *conſil.251.num.4.& conſil.529.num.25.* ſicut & ego *Inſtit. de donat.in princ.num.861.* ſed in ponendis bladis in granariis militat eadem ratio, quod ſolaria tuta ſint, & accommodata, quæ in ſelegatæ, imo vero maior, cum pondus nedum bladorum, ſed & ſelegatæ debeant ſuſtinere: Ergo incluſio ſelegaræ non debet operari excluſionem ſolariorum reficiẽdorum. Et ita remotis contrariis hæc concluſio pro Reuerendiſſimo D. Archiepiſc. firma remanet, quod impenſa facta (vt audio) per conductores circa d. ſolaria, ad eos ſpectauerit, nec eis bona fieri debet in penſionibus per eos debitis.

Pro quibuſdam fratribus de Magris.

ARG. An arbitri, vel arbitratores cenſendi ſint, in quos, vti arbitros, & arbitratores compromiſſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *An arbitri vel arbitratores cenſendi ſint, in quos compromiſſum eſt. & vnde colligatur eorum qualitas n.2.3.4.& 5*
6 *Statuta loquentia de arbitris, intelliguntur de veris arbitris, non prætenſis*
7 *Prohibita appellatione an intelligatur prohibita reſtitutio in integr. Et ſupplicatio. n.8. Et nullitas n.9*
10 *In claris non eſt dubitandum, nec de ratione quærendum, nec vlla admittenda interpretatio n.11.& 12.*
13 *Si ſtatutum concedat iuriſdictionem arbitris ordinariam, ſine dubio ſunt ordinarij.*
14 *Et quid ſi in ſententia dicant: arbitramur, & arbitramentamur: condemnamus, & abſoluimus.*
15 *Præſumptio cedit veritati*
16 *Et ceſſat vbi de eo conſtat, & ſuperatur ab eo*
17 *Verba remota appellatione, & omni alia iuris & facti exceptione: nullitatem etiam comprehendunt.*
18 *Prohibitione legis, & hominis concurrente, prohibitum fieri nequit, etiam in caſibus à iure permiſſis.*
19 *Et p̄ vtramq; prohibitionem dicitur ſublata omnis alienatio, etiam in caſibus alias permiſſis.*
20 *Appellatio in dubio admittitur, eiq; defertur.*

CONSIL. DCCLXXXIV.

IN præſenti cauſa fratrum de Magris, cum eius qualitate, in qua dubitatur an eius appellationi deferendum ſit, *per conſil.* Bald. *169.num.6.vol.3.* cuius eſt intentio, loqui potius de arbitratore, quam de arbitro, & propterea ſtatutum, *de compromiſſis*, ei non obſtare prætenditur, quia loquitur de arbitris: Ego dico, quod imo dictum ſtatutum illi repu-
1 gnet: nam licet † compromiſſum factum fuerit in nominatos in eo, tanquam in arbitros, & arbitratores; tamen cum elegerint viam arbitri, iudicialiter procedendo, vt iudices, dici debet, eos arbitros fuiſſe. Ita Bart. Salyc. & Flor. *in l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.* Innoc. *in cap.Quintanal-*
2 *lis.de iureiur.* † ſecus ſi tales electi non apprehendiſſent viam ordinariam aliquam iudicii, ſed proceſſiſſent amicabiliter inter partes, omiſſa omni ſolemnitate iuris; tunc enim dicerentur fuiſſe arbitratores: vt per Abbat. & Imol. *ind.cap. Quintanallis.* Bapt. de S.Blaſ. *in tract.de arbit.& arbitr.quaeſt.4. verſ.6.* Lanfr. *in eod.tract.q.2.vlt.q.&* Cuman. *conſil.6.colum.1.*
3 *& 3.* vnde bene Bart. *in tract.de arbit.* dixit, quod † ſecundum viam, quam eligunt, ſunt arbitri, vel arbitratores, & idem Bart. *in l.in lege.ff.de iud.* dicit, quod certe poterit cognoſci, an arbiter vel arbitrator ſit, ex modo procedendi: nam procedunt vt arbitri, ſi ordinarium iudicium ſeruauerint, vt arbitratores vero procedunt, quando eum ordinem non ſeruant, & etiam poterit apparere ex ſententia, vtrum componãt amicabiliter, an vero determinetur ſecundum punctum iuris. *Auth.ſi vero contigerit. C.de iud.* & Alberic. *in l.ſi de meis. §.receptiſſe. ff.de arbitr.cum ſimil.* per Blanchum *in tractat. de compro.q.1.in verb. arbitrum, & arbitratorem. num. 29.* at iſti dicti, vt dixi, elegerunt viam arbitrorum, ſeruauerunt enim viam ordinariam iudiciorum, ergo dicuntur fuiſſe arbitri: probatur aſſumptum per libellum productum pro dictis fratribus, ſcripturam exceptionum pro reo, Capitula pro prædictis, citationes rei, ad reſpondendum, pronuntiatum, quod habita fuerint pro confeſſis, publicationem proceſſus: & alia, quæ ſeriatim referũt ſe vidiſſe dicti arbitri in præfatione ſuæ ſententiæ, & in proceſſu leguntur, & videri poſſunt. Et licet dixerint ſe electos arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores; non tamen dixerunt, ſe partes amicabiliter componere, ſed condemnarunt, & abſoluerũt, & ita ſecundum punctum iuris determinarunt, igitur ex d. proceſſu conſtat, eos fuiſſe arbitros, non arbitratores. Confirmatur vlterius: nam diſcurrendo totum proceſſum, in infinitis locis à me virgulatis, apparet, ipſos ſimpliciter ſe arbitros appellaſſe, & a Notario cauſæ ſic appellatos fuiſſe, non autem & arbitratores, & amicabiles cõpoſitores. Quare pro arbitris ſimpliciter capi debent, & vt tales ſimplici-
ter eos proceſſiſſe, cum † verba ſimpliciter capi debeant, 4
non autem ſecundum quid. *l.hoc legatum.ff.de legat.3.* Ex his apparet, nos optime verſari in terminis de compromiſſis, quod de arbitris loquitur, cum fuerint prædicti, de quibus agitur, veri arbitri, nec Baldus *in allegat.conſil.169.* repu-
gnat, ſed famulatur: nam dum dicit *num.6.* quod † diſcuſ- 5
ſio arbitratoris non dicitur iudicium, nec lis, nec cauſa, dato quod ſit verum, nõ verificatur in caſu noſtro, in quo fuit iudicium, lis, & cauſa, vt ex toto proceſſu conſtat; & dum
ſubdit in fine, quod † ſtatuta, quæ loquuntur de arbitris, in- 6
telliguntur de latis, ſcilic. ſententiis, a veris arbitris, non à prætenſis, quia cum de arbitro ſtatutum loquatur, oportet conſtare ipſum eſſe arbitrum, hic enim probaui, prædictos fuiſſe arbitros, & ſententiam eorum fuiſſe latam à veris arbitris, & non prætenſis; conſequenter ſic dici debet; propterea Baldus iſtis actoribus deſeruit, non autem contrariatur: Quæ cum ita ſint, ſuccedit dictum ſtatutum *de compromiſſ.* dicens, quod quicquid per ipſos arbitros dictum, vel ſententiatum fuerit, dictæ partes parere teneantur, omni appellatione, annullatione, in integrum reſtitutione, vel ſupplicatione prorſus reiectis, quod ſtatutum, quam ſit am-
plum & clarum, patet, tollens etiam † reſtitutionem in in- 7
tegrum, quæ alias non intelligeretur prohibita, prohibendo ſimpliciter appellationem, vt per Bald. *conſil.236.ſtatuto ciuitatis.vol.1.* Bart. *conſil.101.* Gerard. *in 2.dubio.* & alii, quos
cumulat Decian. *reſp.45.num.24.* † parique modo tollit ſup- 8
plicationem, quæ alias non intelligeretur prohibita, Bald. *in l.fin.C.de temp.appell.* Imol. *conſil.142.num.3.* Dec. *in l.fin.C. de edict.diui Adriani.tollen.num.50.cum ſimil.* per eundem De-
cian. *reſp.47.n.7.vol.1.* † ſicut etiam tollit nullitatem: quam 9
diſpoſitionem † ſtatuti cum ſic claram nos habeamus, non 10
eſt vlterius dubitandum, nec de ratione quęrendum, vt no. Bart. *in l.quod conſtitutum.ff de teſt.mil.* Bald. *in l.Gallus.§.ſi tam. in ſecundo not. ff de lib.& poſth.* & probat text. *in l.ille aut ille.*
§.cum in verbis.ff.de leg.3. & in l.ancilla. C.de furt. & † vbi cla- 11
ra ſunt verba, nulla eſt admittenda interpretatio. Bald. *conſil.343.colum.2.volum.1.& conſil.174.in fin.vol.2.* dicens, quod
vbi † verba ſtatuti ſeruiunt, non ſunt admittendæ cauilla- 12
tiones, & interpretationes aduocatorum, etiam ſi lex eſſet dura. & idem Bald. *conſil.452.vol.3.* Dec. *conſil.503.num.4.conſ. 658.num.2.& conſil.693.num.1.* Sed vlterius repugnat qualitati aliud ſtatutum, *de appellat.* quod binam prohibet appellationem, dicens, quod ſi appellans etiam in ipſa cauſa appellationis ſuccubuerit, tunc non poſſit, nec ei licitum ſit amplius appellare, ſed ſententia ipſa firma perduret. Nec valet reſponſio; quæ datur in dubiis, quod ſumus in diuerſis, eo quod illud ſtatutum loquitur in iudicibus ordinariis, vt puto voluiſſe dicere Clariſſimum dominum motiuantem, nos in arbitratoribus verſari: nam contrarium patet ex ſupra dictis, quod ſimus in arbitris, in quibus aliud ſtatutum de compromiſſis transfert iuriſdictionem ordinariam, dum dicit: *Et habeant prædicti arbitri, & habere intelligantur omnimodam iuriſdictionem in omnibus, & ſingulis, quæ ſunt neceſſaria, pro expeditione*

dicta

dicta cauſa, ac ſi illius cauſa litis, vel quaeſtionis forent iudices or-
13 *dinarij.* † cum enim dictum ſtatutum concedat eis iuriſdictionem ordinariam, ſine dubio ſunt ordinarij, vt declarat Bart. *in l. ambitioſa. in fin. ff. de decret. ab ordin. facien. & in diſputat. ſua. incipien. admonitia generalis in ſolutione illius quaeſtionis.* quem ſequitur Alexand. *in l. 1. §. opus nouum. ff. de oper. noui nunc.* & communiter ſcribentes ibi, prout teſtatur Blanchus *in d. tract. de compromiſ. in 6. q. princ. col. 3. verſ. ego in tanta.* latius declarans, vt ibi per eum: nec obſtat (vt nihil intactum
14 remaneat) quod in ſententia ſua dixerint; † *arbitramur, & arbitramentamur, condemnamus & abſoluimus* · nam cum ex illo verbo, *arbitramentamur,* poſſet oriri praeſumptio, quod fuerint arbitratores, tamen id veritati nocere non debet, quia arbitrati fuerunt, & verificatur illud verbum, *arbitramur,* ex toto proceſſu, in quo viam iudicii ordinarii ſeruarunt; & ſemper arbitri ſimpliciter nominati fuerunt, & à ſe met ipſis,
15 & à partibus, & à Notario: † debet ergo praeſumptio cedere veritati. Soc. *conſil. 154. column. 5. verſ. ſed hanc. volum. 2.* Collegium Florentinum; inter Conſilia Curtii ſen. *conſil. 21. col. 2.* Cranet. *in tract. de antiquit. tempor. num. 45.* & ego *conſil.*
16 *117. num. 79.* & latius *conſ. 366. col. fin.* vbi dixi, quod † praeſumptio ceſſat, vbi conſtat de veritate; & quod à veritate ſuperatur, ex allegatis ibi per me, qui videri poſſunt, tantoque magis, quod in fine ſententiae ſe ſubſcripſerunt ſimpliciter arbitros, nec illa nota, &c. notarii quid ſignificat, ſed abuſu quodam ſuo ponitur in infinitis locis proceſſus, vbi ſupervacanea reperitur, & ſine prorſus vllo ſignificatu. Quare vt ad ſtatutum *de appella.* redeã, vnde digreſſus ſui, patet; quod obſtat qualitati, qui contra illius prohibitionem fuit auſus à duabus conformibus appellare. Nec bina tantum prohibitio dictorum duorum ſtatutorum repugnat d. qualitati, ſed & tertia, ex pacto ſuo, cum dictis fratribus emanato in inſtrumento compromiſſi, vbi promiſit ſtare, & parere omni, & cuicunque laudo; & ſententiae, remota omni appel-
17 latione, & † omni alia iuris, & facti exceptione, quae verba etiam nullitatem comprehendunt, quę dicitur ius, & commune auxilium, vt eam diffinit Vantius *in princ. ſui tract. de nullit. ſententiae.* Quare cum tot prohibitionibus angatietur qualitas, bina legis, & tertia ſua, tanto minus admitti debet
18 appellatio ſua: nam † quando concurrit prohibitio legis, & hominis, non poteſt id, quod eſt prohibitum fieri, etiam in caſibus à iure permiſſis, quando extaret ſimplex prouiſio legis, vt eſt textus *in auth. de alien. & emphyt. §. ſanctiſſimas. & not. gl. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Vero. *conſil. fin. num. 18.* & Decian. *reſp. 40. num. 41. vol. 3.* quibus accedũt alii plerique, quos cumulat Cephal. *conſil. 254. num. 11.* qui
19 loquentes in materia alienationis, dicunt, † quod per prohibitionem; hominis, & legis, ſublata dicitur omnis alienatio, etiam in caſibus alias permiſſis, quare ſic, & in prohibitione appellationis eſt dicendum in caſu noſtro, ſtante
20 triplici prohibitione, de qua ſupra. Nec ſumus † in dubio, quod appellationi ſit deferendum. Caſtr. Alex. & alii *in l. 1. ff. ſi quis caut.* Dec. & Cagn. *in l. quotiens ff. de reg. iur.* ſed in claris, vt ex praedictis patet. Et ita clare remanent, & bene reſoluta dubia dom. iudicis, cui pro iuſtitia clientes meos, meque plurimum commendo, & offero. *Hippolytus Riminaldus Ferraria.*

Pro quodam Paraſino.

ARG. An in taberna, in qua merces reponuntur, per quam tranſitur in locum habitationis, quis capi poſſit, ſtante ſtatuto; Ne quis in domo habitationis vel aliqua eius ſtatione propria, vel conducta capi poſſit.

S V M M A R I V M.

1. *Capi quis non poteſt in taberna, per quam tranſitur in locum habitationis.*
2. *Statutum, quibus caſibus c. 23 col. 3. interpretatur.*
3. *Captura de iure fit, & tenet, facta in domo propria, vel conducta, in qua quis non habitat.*
4. *Statutum quatenus vltra l. plerique. ff. de in ius voc. priuilegium inducat & n. 9 10 & 11.*
5. *Pronomen, huic, refertur ad proximiora.*
6. *Domus tota dicitur vnum integrale, conſtans ex ſolo, parietibus & tecto.*
7. *Et qui ades mercatus eſt, non aliud quam hoc totum integrale dicitur fuiſſe mercatum.*
8. *Et in quacunque parte dominus habitat, dicitur domum, & totum integrale inhabitaſſe.*
12. *Argumentum à contrario ſenſu recipitur etiam in ſtatutis.*
13. *Camera dicitur cauſa proxima domus: porticus vero, vel hortus, remota, quarum prima magis debet attendi.*
14. *Grauatus in vno, in alio debet ſubleuari.*
15. *Contrahens in loco, vbi non erat vt aduena, & inde recedens rediens, an ibi capi poſſit.*

CONSIL. DCCLXXXV.

IN hac cauſa Pariſini carcerati, dixi priore † loco, quod 1
capi non potuit in illa camera, in qua tenebat ſuas merces, cum per eam detur aditus, & ingreſſus in aliam, in quam habitabat, vt teſtes dicunt; ſic enim decidit in terminis Socin: *in l. plerique. num. 59. verſ. quarta & vltima concluſio. ff. de in ius voc.* poſt genitorem ſuum, & D. Thomam Docinum, quibus addidi dom: meum Riminaldum *ibi; col. 1. verſ. item adde.* Nunc vero diligentius, & nouiter conſidero † ſta- 2
tutum noſtrum. *Quib. caſib. c. 23. col. 3.* dicens: *nec aliquis etiam capi poſſit in domo ſua habitationis, vel in aliqua eius ſtatione propria, vel conducta.* & huic priuilegio per partes renunciari non poſſit: Si enim ſtatutum vult inducere priuilegium, quod quis capi non poſſit in aliqua ſtatione domus propria, vel conducta, neceſſe eſt illud intelligere, quando captus non habitaret in dicta ſtatione, alias nullum induceret priuilegium, quia † de iure quis capi poteſt in domo, in qua non 3
habitat propria vel conducta: vt per Soc. *in d. l. plerique, quod in quinta quaeſtionum. 36.* licet † enim, reſpectu domus totalis, 4
ſtatutum ſe conformauerit cum *d. l. plerique.* dicens, in domo ſuae habitationis, tamen reſpectu ſtationis voluit inducere priuilegium, vt denotat illud † pronomen, *huic,* rela- 5
tum ad proximiora, iux. *l. talis ſcriptura. in fin. cum ibi not. ff. de leg. 1.* videlicet ad ſtationem, non autem ad remotiora, videlicet ad domum: Et ratio dictae differentiae ſtatuti ſubtilis aſſignari poteſt; † nam domus tota dicitur vnum integrale, 6
quod conſtat ex ſolo, parietibus & tecto. *l. cum qui aedes. ff. de vſuc.*
vbi qui † aedes mercatus eſt, non aliud, quam ipſas aedes, id 7
eſt, hoc totum integrale, ſecundum gloſſam dicitur poſſidere: nam ſi ſingulares res poſſidere intelligeretur, ipſas aedes non poſſideret, ſeparatis enim corporibus ex quibus aedes conſtant, vniuerſitas aedium intelligi non poterit, vt
ibi dicitur, † propterea in quacunque parte dominus habi- 8
tet, dicitur domum, & ſic totum integrale habitare; & verificari debet † ſtatutum, quod ille dicatur captus in domo 9
ſuae habitationis, quod ſtatutum prohibet, & capturam annullat in hoc conformе iuri communi. At ſi quis ex † tota 10
domo aliquam ſtationem ſibi reſeruauerit, ſi erat ſua domus, vel ſi erat aliena, ſtationem aliquam conduxerit, & ſic à toto integrali, quod erat tota domus, illam ſtationem ſeparauerit, quę non poterat dici domus ſuę habitationis, viſum fuit iniquum ſtatutũ, quod ille capi poſſet in ea parte, ſed induxit priuilegiũ, quod ille talis, vel dominus, vel conductor illius partis, in ea capi non poſſit, licet non diceretur domus ſuae habitationis, vt illa pars eſſet illius tutiſſimũ refugium, atq; receptaculum, ſicut de tota domo dicitur *in d. l. plerique,* & haec notabilis intelligentia iuncta ratione prędicta bene conſideretur ad hoc ſtatutũ vim faciens in priuilegio: nam ſi pars non dicitur habitatio domus de iure communi potuiſſet in ea capi: cuius contrarium ſtatutum induxit in priuilegium domini, vel conductoris.

Secundo pro iſto Pariſino deſeruit etiam ſtatutum praedictum; dum ſubdit † item nec in eccleſia aliqua, nec intra 11
Palatia Domini noſtri Ducis: & tamen illa loca non ſunt ſua habitatio, quod ſecus eſſe deberet, ſi requireretur quod omnino ſtatio domus deberet eſſe habitatio capti, ſed ſicut in d. locis quis capi non poteſt ob reuerentiam Dei & Principis, ſic nec in ſtatione, vt ſit tutiſſimum refugium, & receptaculum.

Tertio conſidero pariter idem ſtatutum in verſ. declarantes, vbi dicit declarantes illum haberi, & eſſe in domo ſuae habitationis, qui intra muros & parietes domus ſuę habitationis

Digitized by Google

bitationis fuerit, non ſi in porticu, vel horto non conti-
12 guo domui fuerit, igitur à † contrario ſenſu, quod & in ſtatutis recipitur, *l.1. cum ibi not.* & ibi dixi. *ff. de offic. eius cui man. eſt iur.* vult ſtatutum quod capi quis nõ poſſit in porticu vel horto contiguo domui: at camera mercium, in qua captus fuit hic Paritinus, ſine dubio vicina fuit, & eſt contigua cameræ habitationis ſuę, vt dicunt teſtes: igitur in ea capi non potuit ex diſpoſitione d. ſtatuti, quod ſi de porticu, vel horto loquitur, qui ſunt extra domum, fortius debet habere locum in d. camera mercium, quę eſt intus in ipſa domo, cum
13 d. camera ſit † cauſa proxima domus, porticus vero, vel hortus remota, quarum prima magis attendi debet, quam ſecunda *l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc. l. ſi mulier. ff. rer. amot.* gloſ. concordantes allegans *in cap. de caetero. de homic. cum ſimil.* per Decian. *reſponſ. 25. num. 101. volum. 1.* vnde meo iudicio caſus noſter tanto magis debet cenſeri deciſus per d. ſtatutum in ſuo caſu loquens.

Quarto licet prædicta ſufficiant ad nullitatem capturæ declarandam, mihi tamen placet addere text. *in l. heres abſens. §. 1. ff. de iudic.* vbi dat exemplum de his, qui conueniri poſſunt, & tenentur ſe defendere in loco, licet ibi non habeant domicilium, & ſic in eo non habitent, & dicit, quod ſi merces ibi vendidit, vel depoſuit, vel ſi tabernas, vel officinas certo loco conductas habuit, vel pergulam, horreum, vel armarium conduxit, ibique diſtraxit, vel egit, defendere ſe eo loci debebit, dummodo ibi non reperiatur vt aduena: ſicut ergo talis patitur illud incommodum, quod ibi conueniatur, debet in hoc ſubleuari, quod ibi capi nõ poſ-
14 ſit, quia † qui in vno grauatur in alio debet ſubleuari. *l. cum qui. ff. de iureiur.*

Quinto mihi quoque deſeruit, quod inquit Caſtrenſ. ibi
15 *colum. 3.* dicit enim, quod ſi quis † contraxit in aliquo vbi non erat vt aduena, & ſic ibi ſortiebatur forum, & inde recedat, deinde rediens, reperiatur ibi, vt aduena poterit capi ad inſtantiam creditoris; ergo vult Caſtrenſ. à contrario ſenſu, quod ſi nõn reperiatur in loco, vbi redit vt aduena, quod ibi capi non poterit: At nos ſumus in hoc caſu, quia Paritinus hic, vbi captus fuit, non fuit vt aduena repertus cum haberet tabernam, vel officinam cõductam, videlicet illam cameram in qua ſuas merces venales habebat, & Balanzonum ad eas pendendas, vt dicunt teſtes; ergo ſtat ibi quoque deciſio Caſtrenſ. *in d. §. 1.* ponderati à contrario ſenſu. Et hæc vltra prius dicta ſufficiant in præſenti cauſa.

Hippolytus Riminald. Ferraria.

Pro domina Iunipera Limiſana.

Arg. Si teſtator filios propriis nominib. inſtituit, & inuicem ſubſtituit, voluitque bona ſua peruenire ad ſuperſtites, & ad filios eorum, an filii vel nepotes ex filiabus deſcendentes admittantur: Et an fœminæ ſub maſculis comprehendantur; & qualitas maſculinitatis in prima inſtitutione poſita, an in ſecunda repetita cenſeatur; & an filiæ dicantur eſſe de domo, & familia teſtatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio incumbit ei qui dicit ſe vocatum in teſtamento.*
2 *Subſtitutio non debet induci quæ non legitur in teſtamento.*
3 *Filiorum appellatione in fideicommiſſis an veniant nepotes. & num. 4. 8 & 9*
5 *Dictio, eorum, eſt demonſtratiua perſonarum præcedentium. & n. 7. & perſonaliſſima. n. 6.*
10 *Cum verba teſtamenti non conueniunt, et nec diſpoſitio conuenit.*
11 *Dictio, ex, ſignificat cauſam immediatam.*
12 *Fœminæ non comprehenduntur, cum dictum ſint expreſſe de maſculis & n. 13.*
14 *Verbum, deſcendentibus, quando de maſculis intelligatur.*
15 *Subſtitutio vna ſecundum aliam declaratur*
16 *Si filii deſcendentes maſculi in vna parte teſtamenti nominati, & in alia, de filiis ſimpliciter dictum ſit, an qualitas maſculinitatis repetita cenſeatur.*
17 *Vocatio maſculorum cenſetur facta fauore agnationis.*
18 *Dictio, de, ſignificat cauſam materialem.*
19 *Illatio à diuerſis non valet.*
20 *Cauſa proxima & immediata plus attendi debet, quam remota. & num. 21.*
22 *Teſtator cum manifeſte diſpoſuit non eſt vlterius elaborandum.*
23 *Verba, in ſtirpem, & non in capita, ſignificant maſculum ſuccedere volentem, debere eſſe de ſtirpe maſculorum.*
24 *Filii in capita ſuccedunt, nepotes autem, & vlteriores in ſtirpes. & n. 42.*
25 *Extenſio an & quando fiat in materia fideicommiſſi, de perſona ad perſonam. & n. 26. & 43.*
27 *Reus abſoluitur actore non probante*
28 *Verba, per virilem ſexum, applicantur maſculis, & fœminis*
29 *Mulier quando dicatur deſcendere per virilem ſexum, ſeu maſculinum.*
30 *Verba, & omnes, & ſingulos deſcẽdentes de linea nepotum meorum, comprehendunt ſine dubio maſculos & fœminas.*
31 *Dictio, omnes, vniuerſalis eſt quæ nihil excludit:*
32 *Dictio, ſingulos, eſt diſtributiua quæ tantum operatur quantum ſingularis enumeratio rerum, vel perſonarum.*
33 *Verba, pro heredibus, & ſucceſſoribus omnibus, & ſingulis, quid operentur.*
34 *Fœmina nupta an dicantur de domo & familia teſtatoris n. 38 & agnata. n. 35. 36 37. & 38.*
39 *Mulier nupta an retineat originem & familiam patris*
40 *Teſtatorem præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris.*
41 *Conditio præcedentis legati non intelligitur repetita in ſequenti, cum in ſequenti noua conditio eſt inſerta.*
42 *Maſculinitas quando non cenſeatur repetita in ſecunda ſubſtitutione.*
44 *Repetitio præcedentium in ſequentibus quando cenſeatur facta. & n. 45. 46. 47 & 48.*
48 *Teſtator quod non diſpoſuit non poteſt argui eum voluiſſe ex ratione conſeruandæ agnationis.*
49 *Deſcendentes ſemper præferri debent in ſuccedendo agnatis tranſuerſalibus.*
50 *Ordo ſcripturæ denotat affectionem, & primo nominatus cenſetur prædilectus.*
51 *Teſtator cenſetur prædilexiſſe nepotes filiabus, ſi eos prætulit.*
52 *Non eſt inconueniens præferre remotiorem proximiori ex aliqua cauſa.*
53 *Agnati de iure communi præferuntur cognatis.*
54 *Maſculus, non comprehenditur ſub verbo fœminæ, nec econtra.*
55 *Dictio, ex, denotat cauſam proximam, & immediatam.*
56 *Subſtitutio facta alicui decedenti ſine filiis maſculis, euaneſcit, exiſtentibus filiis maſculis tempore mortis, quicquid poſtea de liberis contingat.*
57 *Et vbi locum habet in perſona primi ſubſtituti, ceſſat in perſona ſequentis.*
58 *Verbum, talium, demonſtrat quod talia ſunt ſubiecta, qualia ſunt prædicata.*

CONSIL. DCCLXXXVI.

Agit D. Georgius Balotta contra dom. Iuniperam Limiſanam, prætendens ſe vocatum in teſtamento dom. Nicolai Limiſani ad eius hereditatem, cuius oppoſitum totum illa contendit, ſuper quo caſu multum ſubtiliter, & copioſe ſcripſit ad fauorem dictæ dom. Clariſs. Do. Andreas Nicolius Rhodiginus, & eius conſilio ſe ſubſcripſerunt duo ſolemnes, & eximii Iuriſconſulti, in Gymnaſio Patauino publice profitentes: cum ergo & ego quid ſentiam requiſitus ſim, eandem ſententiam pro veritate concurrens, conſidero nouiter, & diligenter verba primæ ſubſtitutionis, deindæ ſecundæ, in quibus dictus Do. Georgius nullo modo dici poteſt vocatus; & † allegans ſe vocatum ex te- 1
ſtamento dom. Nicolai, id probare debet. Socin. *conſil. 63. n. 6. vol. 3.* Socin. iun. *conſ. 102. n. 23. & conſil. 111. n. 28. vol. 1.* † nec 2
ſubſtitutio debet induci, quæ non legitur in teſtamento, Socin. *conſil. 104. num. 8. vol. 3.* Rube. *conſ. 28.* Gozad. *conſil. 21. num. 8.* Nonnus *conſil. 33. num. 12.* In primis ponderõ verba primę ſubſtitutionis: nam teſtator inſtituit filios ſuos Girardinum, Ludouicum, & Alphonſum, & eos inuicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſic vt bona ſua perueniant ad ſuperſtites, & ad filios eorum, maſculos tantum: Sed dom. Georgius non eſt filius dom. Girardini filii teſtatoris; ſed pronepos ex Laura nepte dicti Girardini, vt in arbore; ergo non dicitur vocatus ſub nomine filiorum teſtatoris; quoniam † in fideicommiſſis ap- 3
pellatione filiorum non veniunt nepotes, multoq; minus pronepotes, vt late tenet Alex. *conſ. 1. colum. 6. volum. 1.* Corn. *conſil. 199. volum. 2.* dicens, Doctores Italiæ ita conſuluiſſe,

& ſecun-

…cundum hanc opin. fuiſſe iudicatum. Idemque late
… Dec. *conſil. 97. col. 3. & 4.* dicens, quod † in iſta con-
…luſione omnes conueniunt, nec ea videtur habere contra-
dicentes. Socin. iun. abunde *conſil. 30. vol. 3.* Natta *conſil. 191.*
num. 10. Alba. *conſil. 29. num. 12.* Tobias Non. *conſil. 33. num. 22.*
Alciat. *reſponſ. 479. num. 34. & conſil. 174. num. 39.* Secundo
confirmatur, & ſubtilius; inſtituit enim teſtator filios ſuos,
propriis nominibus eos exprimendo, videlicet Girardi-
num, Ludouicum, & Alphonſum: voluitque bona ſua per-
uenire ad ſuperſtites, & ad filios eorum, pondero dictio-
5 nem, † *eorum,* demonſtratiuam perſonæ ad oculum, & ex-
cludentem omnes alios, vt de dictione, *ipſorum,* not. Bald.
conſil. 304. num. 1. vol. 5. quod dicit valde ſingularẽ Iaſon. *in l.*
filiusfamiliae. §. diui. in repet. col. pen. verſic. pro ampliatione. vbi
etiam Ferdinan. Loaz. *num. 498.* & Ripa, *num. 111. ff. de legat. 1.*
6 & † eſt perſonaliſſima, ſtans demonſtratiue ad oculum cor-
poris, vt præter ſupradictos tradit Cagnol. *in l. 2. ſub n. 45. C.*
de pact. inter empt. & vendit. quem refert Cephal. *conſil. 353. n.*
29. & in terminis inſtitutionis, & ſubſtitutionis, in qua ſit
appoſita dictio, *eos,* idem Cephal. *conſil. 209. n. 28.* dicit, quod
7 repetat † cum ſuis qualitatibus, multos allegans, de qui-
bus per eum: dicens, quod teſtator ſenſit de eiſdem maſcu-
lis, quos reliquit dom. Ludouicus, & qui eidem ſucceſſe-
runt, non autem indiſtincte de omnibus maſculis deſcen-
dentibus dicti Ludouici: Sic igitur in propoſito noſtro,
cum teſtator inſtituerit Girardinum, Ludouicum, & Al-
phonſum filius ſuos, & eorum filios, debet intelligi de fi-
liis immediatis Girardini, qualis nõ eſt dom. Georgius, ſed
eſt filius dom. Luchini Ballottæ, & Lauræ, neptis dicti Gi-
rardini: propterea non comprehenditur ſub dictis verbis
teſtatoris expreſſis in eius teſtamento. Tertio magis adhuc
comprobatur: nam ſubſtituendo filios eorum, ſcilicet Gi-
rardini nominati ſuo nomine proprio, non poteſt venire
8 ſub dictis verbis D. Georgius pronepos, quia † appellatio-
ne filiorum, pro… nomine nominatorum, non veniunt
nepotes, tanto… …nus pronepotes, vt ponit Bartol. *in l.*
Gallus. § inſt. …num. 2. ff. de liber. & poſthum. & in l. 3. C. de
verbor. ſignif. C… *…n. 2. eod. tit.* Anch. *in clemen. 1. de baptiſ.*
Curt. iun. *conſil. … num. 3.* cum pluribus cumulatis per
Gabriel. Roman. *lib. … verbor. ſignif. concluſ. 1. num. 70.* qui
9 poſt eundem Curt. iun. *conſ. … 7. num. 2.* † communem te-
ſtatur: Et ego ſequor *conſil. 464. num. 26. & conſil. 604. num.*
57. Et per alios hoc eſt commune dictum. Quarto non o-
mitto, quod teſtator poſt filios ſuos inſtitutos, & filios eo-
rum vocatos, ſubiunxit: *& ſic deſcendendo de gradu in gradum*
dictorum filiorum meorum, & deſcendentium ex ipſis filiis meis
maſculis, ſed iſte dom. Georgius non eſt deſcendens ex ali-
quo filio maſculo domini Girardini, ſed ex Laura fœmi-
10 na, & illius nepte; propterea, † cum non conueniant ei
verba teſtamenti, nec diſpoſitio debet conuenire. *l. 4. §. to-*
tiens. cum ibi not. per Bartol. & ſequaces, maxime Ripam.
ff. de damn. infect. Quinto, tanto magis hoc dici debet, quia
teſtator locutus fuit de deſcendentibus ex ipſis filiis ſuis
11 maſculis; nam cum myſterio pondero dictionem, † *ex,* quæ
ſignificat cauſam immediatam Girardini filii defuncti, vt
per Alexan. *in l. Gallus. § nunc de lege. num. 3. ff. de liber. & poſth.*
Ruin. *conſil. 22. num. 5. verſic. & confirmatur. volum. 3.* cum aliis
per Menoch. *conſil. 234. num. 10. & conſil. 482. num. 2. cum ſi-*
milibus adductis. per dom. Conſulentem in 21. fundamento,
quibus addo me quoque *conſil. 358. num. 71. & conſil. 378. col.*
1. hic enim D. Georgius non immediate deſcendit ex dom.
Girardino filio teſtatoris, ſed inter eum, & Girardinum
ſunt intermediæ Agnes, & Laura, & quæ ſunt fœminæ, non
autem maſculi, de quibus teſtator dixit, *ex filiis meis maſcu-*
12 *lis;* nam clarum eſt, quod † vbi dictum fuit expreſſe de ma-
ſculis, fœminæ non comprehenduntur, vt tradit Abb.
13 *conſil. 56. videtur primo. volum. 1.* vbi dicit, quod † terminus
maſculus tantum conuenit viris, & non fœminis, idemque
Butrig. *conſil. 46.* & Ioan. de Anan. *conſil. 22.* quos refert Dec.
& ſequitur *in l. 2. n. 97. de reg. iur.*

Explicatis egregie verbis primæ ſubſtitutionis, & oſten-
ſo quod in eis non comprehenditur dom. Georgius, viden-
dum eſt quid de verbis ſecundæ ſubſtitutionis dicendum
ſit. Et in primis illius verba prima fronte deſeruire videban-
tur dom. Georgio, ad excluſionem lineæ tranſuerſalis, de
qua loquitur ſecunda ſubſtitutio; dixit enim teſtator: *qui-*
bus quidem filiis meis, & deſcendentibus deficientibus ſine filiis ma-
ſculis, ſubſtituo nepotes ex Antonio fratre meo, Hieronymum, &
Paulum: nam Laura deſcendens reliquit Georgium, & ſic
non deceſſit ſine filiis maſculis; ergo per eius exiſtentiam
ceſſauit ſubſtitutio tranſuerſalium. *iuxta conſilium Oldrad.*
21. de quo late memini pluribus cumulatis ad eum, *conſil.*
70. colum. 1. & conſil. ſeq. colum. 1. Sed quia fallax eſt in caſu no-
ſtro, hoc argumentum, debet aduerti, quod quando te-
ſtator dixit: *quibus quidem filiis meis, & deſcendentibus defici-*
entibus ſine filiis maſculis ſubſtituo nepotes meos ex fratre. ver-
bum † illud, *deſcendentibus;* ſane venit intelligendum de 14
deſcendentibus maſculis, quod facile colligitur ex ſubſti-
tutione præcedenti, de maſculis loquente, ibi, *ad filios eo-*
rum maſculos, & rurſus ibi, *& deſcendentium ex ipſis filiis meis*
maſculis. quia † vna ſubſtitutio ſecundum aliam declaratur 15
Ruin. *conſil. 149. num. 9. vol. 2.* do. Alexan. *conſil. 24. num. 7.* poſt
Dec. *conſil. 15.* & latius confirmat Menoch. *conſil. 1. num. 306.*
& ſeq. pro Triuultin condito. & ego corroboro *conſil. 146. nu-*
mer. 11. nunc addens Cephalum *conſil. 580. num. 13.* ſecundo
confirmatur, quia quando † teſtator in vna parte dixit de 16
filiis, aut de deſcendentibus maſculis, in ſequenti vero de
filiis, aut deſcendentibus ſimpliciter, & militat eadem ra-
tio, ſit repetitio maſculinitatis, vt egregie voluit Dec. *con-*
ſil. 480. colum. 2. Socin. iun. *conſil. 103. num. 55. volum. 1. & conſil.*
160. num. 37. volum. 2. Cardinal. Alban. *conſil. 23. num. 6.* & e-
go *conſil. 492. num. 26.* at † vocatio maſculorum facta in pri- 17
ma ſubſtitutione, facta dicitur fauore, & ratione conſer-
uandæ agnationis, Caſtrenſ. *conſil. 421. colum. 2. volum. 1.* So-
cin. *conſil. 12. in 1. dubio. & conſil. 69. colum. 8. circa finem volum. 4.*
Roman. *conſil. 16.* Cuman. *conſil. 4. colum. 1.* Guid. Papæ *queſt.*
184. Dec. *in l. 1. C. de pact. conſil. 270. num. 3.* & alibi tam ipſe,
quam plerique per me cumulati *conſil. 23. num. 83. & 84.*
ſicut etiam dixi *conſil. 563. num. 29.* Igitur quando dixit te-
ſtator; *quibus quidem filiis meis, & deſcendentibus deficientibus*
ſine filiis maſculis. intelligi debet de maſculis deſcendenti-
bus, fauore, & ratione conſeruandæ agnationis, quæ mili-
tat in nepotibus ex fratre eiuſdem agnationis Limiſanæ, at
iſtud verificari non poteſt in dom. Georgio, filio Lauræ,
& ab ea deſcendente, neque maſculini ſexus, & alterius fa-
miliæ, videlicet filiæ Iacobi Nicolæ, vt in arbore contine-
tur. Tertio non prætereo ad excluſionem dicti Georgii,
quatenus in ſecunda ſubſtitutione teſtator vocauit Hiero-
nymum, & Paulum, nepotes ex fratre ſuo, & filios eorum
maſculos, & omnes, & ſingulos deſcendentes de linea cu-
iuſcunque nepotum ſuorum: hic enim Georgius non eſt
de linea d. nepotum Limiſanæ, ſed Ballottæ, reſpectu Li-
chini patris & Nicolæ, reſpectu Lauræ matris, huicque rei
deſeruit illa dictio, *de linea cuiuſcunque nepotum;* quæ dictio,
de, † ſignificat cauſam materialem, vt notat Bald. *in l. ex ar-* 18
rali. C. de act. empt. Dec. & dom. meus Vbert. Zuccard. *in ru-*
bric. ff. ſi cert. pet. in princip. & in terminis ſubſtitutionis con-
ſiderat illam dictionem, *de,* Cephal. *conſil. 580. num. 12.* citans
d. Zuccardum. Sed materia vnde prouenit hic D. Georgius
tam reſpectu patris, quam matris, non eſt de linea Limiſa-
na; ergo per illa verba non poteſt dici vocatus; nec dicat a-
liquis, quod etiam materia lineę Limiſanæ verificatur in D.
Georgio, mediante perſona Lauræ ſuæ matris, & Agnetis
auiæ ſuæ, quæ deſcendit à Girardino Limiſano; quoniam
primo repugnant verba teſtatoris, qui locutus fuit de linea
cuiuſcunque nepotum ſuorum, qui fuerint de linea
Antonii; at mater, & auia Georgii, præter quam quod fue-
rant fœminæ, non autem maſculi, fuerunt ex linea Girardi-
ni filii, non autem fratris teſtatoris; vnde † argumentum & 19
illatio à diuerſis, non valet. *l. Papi. exuli. ff. de minor.* Secundo,
D. Georgius nõ poteſt dici de linea Limiſana, videlicet Gi-
rardini, proxima, & immediata, ſed longe remota, videli-
cet mediante Laura & Agnete; at † cauſa proxima & im- 20
mediata plus attendi debet quam remota. *l. factum qui. in*
eod. ff. pro ſoc. l. ſi mulier. ff. rer. amot. gloſſ. concordantes addu-
cens, in cap. de cætero. de homic. l. qui liberis. § hæc verba. l. ſed
& ſi

& ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. & pupil. Pariſ. *conſil. 73.*
num. 15. Crauetta *conſil. 205. num. 30.* & Decian. *reſponſ. 25. num.*
101. volum. 1. Ruſſus origo D. Georgii deſcendit à Laura ſua
matre de Nicolis, & à Luchino patre ſuo de Ballotis, quæ
21 cauſa † originalis attendi debet. *l. tutor datus. ff. de fideiuſſ. l. ſi*
id quod princip. ff. de donat. cum ſimil. per Decian. *reſpon. 124.*
num. 38. volum. 3. vnde Vlpianus *in l. 1. ff. de cenſib. in princ.* licet
in Syria Phenicæ plures ſint Coloniæ, quas enumerat, de ſe
tamen dicit, quod ſibi origo eſt ſplendidiſſima Tyriorum colo-
nia, nobilis regionis Syriæ, & ſic vbi originem immediatam
trahit. Ex prædictis igitur apparet D. Georgium non poſſe
dici vocatum ad fideicommiſſum ex d. teſtamento, poſt-
quam illius verba ſibi non deſeruiunt. *l. 1. in. accuſare. §. omni-*
bus. ff. de accuſ. §. nos igitur. in auct. vt reſ. fideic. cum pluribus
auctoritatibus ad hoc eleganter, & docte cumulatis per ex-
22 cellent. dom. Conſulentem, *verſ. ad cognoſcendum.* † Cum e-
nim manifeſtiſſimus fuerit ſenſus teſtatoris alios vocandi,
non eſt vlterius elaborandum. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff.*
de leg. 3. l. 3. C. de liber. præter. Tertio non prætereo quoque a-
liud fundamentum ad excluſionem dicti Georgii, quod
colligitur ex verbis teſtatoris; nam in prima ſubſtitutione
vocauit filios filiorum ſuorum, & deſcendentes ex illis ma-
ſculis in ſtirpem, & non in capita; quæ verba cum myſterio
bene conſideranda ſunt, maxime prolata à dicto teſtatore,
ſacrarum legum Doctore admodum perito. vt in principio
23 teſtamenti ſcriptum reperitur: dicta † namque verba, *in*
ſtirpem, & non in capita, ſignificant maſculum, tanquam ſub-
ſtitutum, volentem ſuccedere, oportere eſſe de ſtirpe ma-
ſculorū, & maſculi defuncti, cui vult ſuccedere; cum ſtirps
arguat deſcendentiam ipſius mortui. Bald. *in l. ſi quis in ſuo.*
colum. 1. ſecundo notab. C. de inoffic. teſtam. & pulchre Cephal.
conſil. 581. num. 17. & 18. citans textum *in auct. in ſucceſſione. C. de*
24 *ſuis & legit.* vbi dicitur, quod primi † quidem gradus æqua-
liter ſuccedunt; nepotes autem, & vlteriores in ſtirpes; at i-
ſte dom. Georgius non eſt de ſtirpe maſculorum defuncti
teſtatoris, videlicet Limiſana, ſed de ſtirpe Ballota, ſiue Ni-
cola, reſpectu patris, & matris: ergo pariter ex d. verbis, *in*
ſtirpes, excluditur.

Quarto diligenter etiam debet aduerti vnum, quod ve-
hementer obſtat dom. Georgio, ſiue primam, ſiue ſecun-
dam ſubſtitutionē conſideremus: nam in vtraq; vocati ſunt
maſculi, & in ſecunda, deſcendentes per maſculinum ſe-
xum; at iſte D. Georgius, licet ſit maſculus, non tamen de-
ſcendit per maſculinum ſexum, cum Laura mater ſua ſit
25 fœmina: ergo non debet admitti, quia † in materia fideicō-
miſſi non permittitur extenſio de perſona ad perſonam, vt
tradit Aret. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 4. ff. de lib. & poſt-*
hum. quem pleríque ſequuntur ibid. ſicut etiam Decian. *in l. il-*
lam. num. 11. C. de collat. conſil. 218. num. 9. conſil. 12. num. 5. Crauet.
conſil. 161. num. 11. Cephal. *conſil. 107. num. 19.* Quæ concluſio,
licet habeat aliquos contradicentes, quos ego retuli *conſ. 21.*
num. 59. attamen, vt ibi ſubiunxi *num. 60.* notabilem decla-
26 rationem, quod † extenſio non concedatur de perſona ad
perſonam, quando perſona ſubſtituti, & ſic honorati varia-
tur, ſecus autem, quādo perſona grauati mutatur; quia be-
ne toleratur, & procedit extenſio. Ita declarat Angel. *in d.*
§. & quid ſi tantum. colum. 3. Cuman. *colum. 2.* & alii propemo-
dum permulti, quos ibi cumulaui, qui cum videri poſſint
ſub *d. num. 60.* eos non tranſcribo: ſed nos ſumus in primo
caſu: nam ſubſtitutiones prædictæ loquuntur de maſculis,
deſcendentibus per virilem ſexum, & ſic à maſculis quo-
que, qualis non eſt hic D. Georgius: quoniam licet ſit ma-
ſculus, deſcendit tamen per fœmineum ſexum Lauræ ma-
tris, vnde variaretur perſona ſubſtituti, & honorati, de
perſona deſcendente per virilem ſexum, & extenderetur
ad ſubſtitutum diuerſam qualitatem habentem, videlicet
deſcendentem per fœmineum ſexum, quod dici non de-
bet neque permitti: & iſta fundamenta, collecta ex verbis
vtriuſque ſubſtitutionis, adeo clara ſunt vltra D. Conſu-
lentem, & D. Subſcribentes contra D. Georgium, vt no-
dum in ſcirpo quærant, qui contrarium aſſerere velint: &
cum D. Iunipera ſit in præſenti cauſa Rea, D. vero Geor-
gius Actor, concludi poteſt ex prædictis, quibus conſtat
ipſum non eſſe vocatum in teſtamento prædicto, ſicque
ſuam intentionem minime probaſſe, illam à petitis per
eum, abſoluendam eſſe; quia † actore non probante, reus 27
abſolui debet, licet ipſe nihil præſtiterit, *vulg. l. qui accuſare.*
C. de eden. ſufficit enim huic dominæ dicere, domino Geor-
gio, quoad te liberas ædes habeo. *l. loci corpus. §. competit.*
in fin. ff. ſi ſeruit. vendicetur cum ſimilibus. Nihilominus, vt appa-
reat, quod ipſa ius optimum foueat in teſtamento D. Ni-
colai, dico, quod ipſa comprehenditur in ſecunda ſubſti-
tutione, facta pro collateralibus in defectum deſcenden-
tium teſtatoris, inter quos illa reperitur, vt filia domini
Hieronymi: nam teſtator vocauit dominum Hierony-
mum, & Paulum, Doctores, nepotes ex Antonio fratre
ſuo, & filios eorum maſculos, & vt longius progrederetur,
quia appellatione filiorum non veniſſent nepotes, prone-
potes, & alii, vt ſupra dixi, in principio, ſubiunxit, *& omnes,*
& ſingulos deſcendentes de linea cuiuſcunque nepotum meorum
per maſculinum ſexum: ſub illis enim verbis comprehendi-
tur iſta D. Iunipera, vt longo ſatis apparatu, & docto com-
probauit D. Conſulens in octauo fundamento, potiſſime
vero per text. *in §. cæterum. verſ. adeo nos in plenum. Inſtit. de leg.*
agnat. ſucceſ. ibi; *noſtra conſtitutione ſancimus omnes legitimas*
perſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendentes, ſiue maſculini
generis, ſiue fœminini ſint. & per *l. lege duodecim tab. C. de leg. he-*
red. vnde § ille *cæterum.* deſumptus eſt, ibi; *per virilem ſexum*
deſcendentes, ſiue maſculini, ſiue fœminini generis ſint. quibus
addo pariter alium textum ſingularem *in §. ſed hæc quidem.*
Inſtit. de exher. lib. vbi dicit Imperator, quod ſimile ius intro-
duxit in filiis & filiabus, & in cæteris deſcendentibus per
virilem ſexum perſonis, & ſic illa † verba, *per virilem ſexum,* 28
applicantur maſculis, & fœminis; quando igitur teſtator
vocauit omnes, & ſingulos deſcendentes per virilem ſe-
xum, de linea dictorum nepotum, ſine dubio comprehen-
ditur hæc domina cum ſit de eorum linea, incipiendo à D.
Paulo, & ſubinde Ioanne Franciſco, demumque D. Hie-
ronymo patre ſuo; & licet in eodem gradu ponantur in ar-
bore Iacobetus, & Eliſabetha huius dominæ frater, & ſo-
ror; tamen cum prædeceſſerint, eorum portio accreuit huic
dominæ. *l. vnic. C. quando non pet. part.* & ibi dixi, & not. o-
mnes, *in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.* & in aliis locis ſæpe Docto-
res, in lecturis, & conſiliis: & hanc concluſionem, quod
D. † Iunipera dicatur deſcendens per maſculinum ſexum, 29
ex quo nata eſt ex domino Hieronymo, filio Ioan. Franci-
ſci, tenuit gloſſ. Bald. Alexand. & alii *in l. Gallus. §. nunc de lege.*
in verſic. tamet ſi. in fine. ff. de liber. & poſthum. quos abunde ci-
tat dom. Conſulens in octauo fundamento; quibus addo
Marſilium *ſingul. 33.* dicens eſſe menti tenendum, quia quo-
tidianum, & quod proximis diebus habuerim facto, & bis
conſuluit, deinde plures cumulat, de quibus per eum: Sed
eſto, ſine veri præiudicio, quod deficerent leges, & deci-
ſiones huic dominæ, quæ tamen adſunt, & ſibi mirum in
modum fauent, non tamen ei deficerent verba teſtatoris;
Imo vero ei quoque deſeruiunt: nam poſtquam vocauit
Hieronymum, & Paulum, nepotes ſuos, & filios eorum
maſculos, quos qualificauit, vltra maſculinitatem, ſub-
dens; *& legitime deſcendentes ex eis, ex legitimo matrimonio:*
ſub quibus verbis: *filios eorum maſculos,* non veniſſent fœmi-
næ, vt ſupra dixi, in quinto fundamento ſubſtitutionis; ad-
dit ipſe teſtator, *&* † *omnes, & ſingulos, deſcendentes de linea* 30
cuiuſcunque nepotum meorum, quæ verba ſine dubio com-
prehendunt maſculos, & fœminas, vt per dom. Conſulen-
tem, in vndecimo fundamento, cuius dicta confirmo: Pri-
mo, propter dictionem, † *omnes,* vniuerſalem, quæ nihil 31
excludit. *l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. omnes.* & ibi Dec. D. meus
Riminald. & alii, *ff. ſi certi. petat.* & abunde Crauetta *conſil.*
294. Secundo propter dictionem, † *ſingulos,* diſtributiuam 32
quæ tantum operatur, quantum ſingularis dinumeratio re-
rum, vel perſonarum, vt ponit Iaſon *in l. huiuſmodi. §. penul.*
colum. 1. ff. de legat. 1. Aret. *in l. ſi ex toto. §. ſi ita legat. vni. ff. eod.*
Dd. *in l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obligat.* hinc A-
lexand. & Imol. *in l. quod dicitur. eodem titul.* dicunt, quod
per illa verba † *pro heredibus, & ſucceſſoribus omnibus, & ſin-* 33
gulis: quicunque heredes, licet extranei, comprehendan-

tur in diſpoſitione, de cuius natura tales heredes non com-
prehenderentur, ſequitur Bero. *conſil. 81. num. 19. volum. 2.* &
ego dixi *conſil. 27. num. 12. & conſil. 59. num. 8.* & ideo vocan-
do ſingulos deſcendentes de linea dictorum nepotum,
comprehenduntur etiam fœminæ, ſicut ſi ſingulariter fuiſ-
ſent enumeratæ, & quod alias non fuiſſent comprehenſæ;
addit tamen temperamentum, quod eſſent deſcendentes
per maſculinum ſexum, & non fœmininum, vnde cum D.
Iunipera ſit [illegible] a Hieronymi, dicitur deſcendens per ma-
ſculinum ſexum, qualis eſt ille; ergo comprehenditur ſub
dictis verbis: Nec quicquam refert (vt audio) dici, quod
non fuerit de linea dictorum nepotum, ſicque de familia
Limiſana, veluti nupta; quia contrarium tenet, & optime
dom. Conſulens in ſeptimo fundamento, *per l. pronuncia-
tum. ff. de verbor. ſignific.* ibi; *nihil refert, nupta ſit, an vidua.* &
melius probatur *in l. voluntas prima. C. de fideicom.* quam pul-
chre deducit Deci. *reſponſ. 9. num. 23. volum. 2.* dicens, quod
34 ibi videtur caſus in terminis, quod † fœminæ, etiam nuptæ,
dicantur de domo, & familia teſtatoris; quia pater ibi pro-
hibuerat fieri alienationem extra familiam, & tamen ibi
dicitur, quod poteſt alienatio fieri per filium prohibitum, in ſo-
rorem, & ille textus nõ diſtinguit, an illa ſoror eſſet nupta,
vel non, ſed generaliter aſſignat rationem, quod filia non
eſt extra familiam, ideo generaliter intelligi debet. *l. 1. §. ge-*
35 *neraliter. ff. de legat. præſtan.* maxime † cum filia dicatur etiam
agnata *l. pronunciatio. in fine. ff. de verbor. ſignific.* & hoc ſentire
videntur ibi Bald. & Caſtrenſ. dum quærunt rationem du-
bitandi, quam dicunt fuiſſe, quia forte illa ſoror erat nu-
pta, ideo videbatur, quod non eſſet de familia teſtatoris,
qua tamen ratione non obſtante contrarium deciderunt; Et
Iaſon *in d. l. voluntas.* hoc idem tenet, ad quæ facit etiam, vt
36 ſubiungit Decian. quia † per matrimonium non tollitur a-
gnatio, vt dicitur *in d. l. pronunciatio. §. familia.* & quod ſoro-
ſes nuptæ ſint de familia, tenuit Socin. *conſil. 227. præſens con-
ſil. colum. 8. verſ. quib. non obſtantib.* & in ſpecie quoque con-
ſuluit Curt. *conſil. 64. antiquiſſima. colum. 16.* & ſequitur Ripa
in l. filiusfamil. §. diui. num. 2. ff. de leg. 1. vnde, ſi filia nupta dici-
tur de familia, pariter & de linea dici poteſt, vt etiam pro-
bat, & diſcurrit D. Conſulens in quinto ſuo fundamento:
37 Hinc eſt, quod † Bart. *in l. quotiens. C. de priuil. ſchol. lib. 12.* di-
cens, quod priuilegium conceſſum alicui, ex deſcendenti-
bus ſuis maſculis, & fœminis, non competit fœminis nu-
ptis, damnatur per Alexand. Decium, Curt. Aquenſ. & Ca-
38 gnolum *in l. cum quadam puella. num. 19.* qui † communem
teſtatur. *ff. de iur. omn. iud.* volentes, quod imo competat
etiam nuptis; quoniam propterea non deſinunt eſſe de de-
39 ſcendentibus talis perſonæ, & † mulier nupta, retinet
originem, & familiam patris, quo ad ea, quibus non ab-
ſtrahitur à ſeruitiis viri, vt declarat idem Bart. *in l. fin. § pen.
ff. ad munic.* vt eſt materia ſucceſſionis, de qua agimus, &
in hanc opinion. quoque rendit Dec. *in l. 2. num. 92. ff. de reg.
iur.* poſt Corn. *conſil. 177. circa quod eſt primo videndum. colum.
fin. vol. 4.*

Sexto, ſicut hæc domina, ſimpliciter, & per ſe potior eſt
in hac ſucceſſione, pariter & comparatiue, ſiue reſpectiue,
quo ad D. Georgium vincere debet, & illi præualere: vt e-
nim 15. loco conſiderat D. Conſulens, hæc D. Iunipera, ge-
nerata eſt de ſemine Limiſano, retinet familiam Limiſano-
rum, deſcendit per virilem ſexum, nec vllus agnatus exclu-
dit eam, iam mortuo D. Hippolyto, & aliis agnatis, de qui-
bus in arbore, quas qualitates non habet D. Georgius, vt
ſerioſe diſcurrit, & egregie D. Conſulens; ſequitur ergo,
quod iſta domina debeat abſolute reputari vocata, magis
quam iſte D. Georgius, qui nullas habet, vel longe paucio-
res, videlicet vnam tantum, quod eſt maſculus, non tamen
deſcendens per virilem ſexum Limiſanorum, *arg. l. quæritur.
ff. de ſtat. hom.* & ſic arguit in ſimili caſu Soc. *conſil. 288. colum.
6. verſ ſecundum probatur. vol. 2.* Dec. *conſil. 352. colum. 1.* & in eo-
dem met caſu Deci Soc. iun. *conſil. 37. num. 7. vol. 1.* quos ego
ſequor *conſil. 299. num. 16.* hæc igitur concluſio pro dom. Iu-
nipera, clara redditur, nec ex aliquibus obnubilatur, vt
quod, ſicut teſtator ſuperius, & inferius de filiis maſculis
fuit locutus; ita de illis ſentire voluerit, in illis, & omnes
& ſingulos deſcendentes, per virilem ſexum; Quoniam
præter multas reſponſiones, quas affert D. Conſulens, &
quidem validas, & pulchras, prima mihi multum placet;
quod teſtator iuris peritiſſimus, vbi de maſculis ſentire vo-
luit, id ſciuit exprimere; igitur vbi de illis non expreſſit,
creditur de illis non ſenſiſſe; quia facile ſibi fuiſſet id expri-
mere. *l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tollen.* & vltra
deductos à dom. Conſulente, ſic arguit quoque Socin.
iun. *conſil. 1. num. 4. & conſil. 4. num. 19. volum. 3.* & alibi ſæpe
Doctores; hocque confirmatur in caſu noſtro præſumptio-
ne iuris valida: nam cum illa verba, quibus vſus fuit teſta-
tor, *& omnes, & ſingulos deſcendentes per maſculinum ſexum,*
intelligantur, & exponantur de iure, tam de fœminis,
quam de maſculis. *d. l. voluntas. Cod. de fideicom. d. §. cæterum.
Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. & in §. ſed hæc quidem. In-
ſtit. de exhered. liber.* ſequitur, quod teſtator † præſumatur 40
ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris. *l. heredes
mei. §. cum ita.* & ibi notant ſcribentes omnes. *ff. ad Trebell.*
propterea bene ſub illis comprehenditur hæc dom. Iuni-
pera, quod de dom. Georgio dici non poteſt, quia non de-
ſcendit per maſculinum ſexum, ſed fœmininum, vt à Lau-
ra, quod noluit teſtator, ibi, *non fœmininum.* Item quia locu-
tus fuit de deſcendentibus, de linea cuiuſcunque nepo-
tum, de qua non eſt iſte dom. Georgius, ſed de familia Bal-
lotra: Mihi quoque placet ſexta reſponſio dom. Conſu-
lentis, quod repetitio maſculinitatis, excluſiua fœminei
ſexus, fieri non debeat, propter nouam conditionem ap-
poſitam, *in capita, & non in ſtirpes,* cuius totum contrariũ di-
xit in prima ſubſtitutione, ibi, *in ſtirpem, & non in capita,*
ſicut videmus, quod † in ſequenti legato non intelligitur 41
conditio præcedentis, vbicunque in ſequenti noua condi-
tio eſt inſerta, vt tradit Angel. *conſil. 294. colum. 2. in fin.* Bald.
conſil. 448. punctus. in fin. volum. 4. cum ſimilibus, adductis per
Cephal. *conſil. 599. num. 16.* quem dom. Conſulens citat;
Hancque differentiam prudenter fecit teſtator, iuris ſcien-
tiſſimus, ſciens in prima ſubſtitutione, in qua loquebatur
de † deſcendentib. filiorũ ſuorum, quod in ſtirpes ſuccedebant, 42
& non in capita. *§. cum filius. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. & in
auth. in ſucceſſione. Cod. de ſuis & legit.* In ſecunda vero ſubſti-
tutione, in qua de tranſuerſalibus loquebatur, ſuccede-
bant in capita; & non in ſtirpes. *authen. poſt fratres. Cod. eod.
tit.* & declarat Cephal. *conſil. 581. num. 18. & 19.* & hinc aliam
nouam reſponſionem adiungo; quod † cum in prima ſubſtitu- 43
tione, & in ſecũda, de diuerſis perſonis agatur, & de diuerſo
modo ſuccedendi, in prima de deſcendentibus teſtatoris,
in ſtirpes, & non in capita; In ſecunda, de collateralibus
in capita, & non in ſtirpes; vtique maſculinitas in prima
poſita, repeti non debet, neque fieri poteſt in ſecunda ſub-
ſtitutione collateralium, vt declarat Bart. *in l. Seia. §. Gaio.
ff. de fund. inſtr. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3.* Dec. *conſil. 190.
volum. 2. & 2. conſil. 213. num. 3. & 7. conſil. 309. colum. final.* & in
aliis locis relatis per Decian. idem tenentem, *reſponſ. 35. num.
112. volum. 3.* Idemque pulchre confirmat *reſponſ. 17. num.
38. volum. 1.* dicens, quod † quando præcedens clauſula dif- 44
fert à ſequenti, ratione diuerſarum perſonarum, nun-
quam fit repetitio præcedentium in ſequentibus, *gloſſ. in d.
l. in repetendis;* vbi etiam Bartol. & Cuman. *in l. Titia. §. idem
reſpondit primo. ff. de verb. oblig.* vbi Iaſ. *num. 5. limit. 4. cum ſi-
mil.* per Pari. *conſil. 38. num. 28. volum. 2.* & D. meum Rimin.
conſil. 224. num. 88. in fin. volum. 2. Quin & addit Decianus a-
liam rationem ſatis ingenioſam, negatiuam repetitionis,
num. 4. dicens, quod vbi † concurrunt duæ regulæ, quæ vi- 45
dentur contrariæ; vna affirmatiua, quod dictum in vna par-
te intelligatur in alia repetitum; altera negatiua, quod di-
ctum in vna oratione perfecta, & inter certas perſonas, non
cenſeatur repetitum in ſequenti oratione, etiam perfecta,
& quæ de diuerſis perſonis loquitur; † ſed vbi concurrunt 46
duæ regulæ, altera affirmatiua, altera negatiua, in dubio
debet attendi, & præferri negatiua. *l. 3. in prin. ff. de ſuſpect. tut.
l. ſi Ruffinus.* vbi Bald. *C. de teſt. mil.* & ita in terminis repetitio-
nis arguit, & tenet Dec. *conſ. 581. n. 8.* vbi dicit in ſpecie, † quod 47
in dubio ſemper debeamus interpretari, quod non fiat, quã
quod fiat repetitio præcedentis qualitatis, quod autem
ſimus

Digitized by Google

ſimus hic in diuerſis perſonis, & in diuerſis orationib. pro-
bat hic D. Conſulens, & per ſe patet, ex prima & ſecunda
ſubſtitutione, ſeparatis vna poſt aliam; vnde non eſt opus
alia probatione, ſtāte earum lectura clara. Quod vero dici-
tur, affectionem maſculinitatis, conſideratam à teſtatore in
multis ſubſtitutionibus, arguere eiuſdem teſtatoris volun-
tatem in ſexum maſculinum; bene reſpondet D. Conſulens
poſt Decianum *conſ. 1. num. 177. vol. 2.* quod & ego dixi *conſil.*
48 *602. n. 76.* videlicet, quod † ex hac ratione conſeruandæ a-
gnationis, ſeu familiæ, non poteſt argui, teſtatorem voluiſ-
ſe, quod non diſpoſuit, vt tradit Soc. *conſ. 155. n. 10. vol. 2.* Dec.
conſ. 291. col. 4. verſ. his præmiſſis. cum aliis per eundem Decian.
reſp. 26. n. 86. vol. 2. Sed in ſecunda ſubſtitutione teſtator nihil
diſpoſuit ad fauorem maſculorum, ſine agnationis, ſed col-
lateralium tantum; ergo quod non diſpoſuit, nec nos dice-
re debemus: Cætera quæ dicuntur ex aduerſo, quia tollun-
tur per D. Conſulentem, nec vrgent, conſulto prætereo, il-
lud tamen nō omittens, quod magis videtur in oppoſitum
facere, non eſſe veriſimile, quod ſi ex Inuenia, filia teſtato-
ris, extarent filii, voluerit eis poſtponere D. Iuniperam, na-
49 tam ex nepotibus fratris ſui, cum † primo præferri ſoleant
deſcendentes, & poſtmodum agnati tranſuerſales. *Inſtit. de
leg. agna. ſucc. in princ.* cui fundamēto, præter D. Conſulentē,
reſpondeo ex ordine dato in teſtamento per teſtatorem,
qui prętulit ſuos deſcendentes, deinde nepotes ex fratre, &
deſcendentes eorum; tertio vero loco, deficientibus illis,
vocauit deſcendentes ex Inuenia, filia ſua: ergo patet,
quod eos poſtpoſuit nepotibus & eorum deſcendentibus,
50 qui † ordo ſcripturæ denotat affectionem, & ordinem mē-
tis diſponētis, adeo vt primo nominatus in ordine ſcriptu-
ræ, prædilectus videatur. *l. pupillus. §. fin. ff. de cond. & demonſt.
l. quotiens. in princ. ff. de vſufr. l. 2.* vbi Ang. Imol. & alii. *ff. de her.
inſt.* cum ſimil. quos cōgerit Decian. *reſp. 63. n. 20. vol. 2.* dicens,
quod primo nominati cenſentur prædilecti, & poſtea no-
minati cenſentur in ſubſidium priorum expreſſi. Præterea
51 clarum eſt, quod † teſtator prætulit nepotes ſuos ex fratre,
& eorum deſcendentes Inueniæ filiæ, & eius deſcendenti-
bus; ergo dicitur prædilexiſſe eos deſcendentibus d. filiæ.
iuxta l. cum ita. §. in fideic. ff. de leg. 2. vbi gloſſ. & omnes, & in
ſpecie tradunt Alex. *conſil. 30. num. 11. vol. 3.* Ruin. *conſil. 159. n. 11.
vol. 2.* Cephal. *conſil. 46. n. 33.* & ideo poſito, quod extarent
deſcendentes ex d. Inuenia, voluit teſtator admitti omnes
deſcendentes ex d. nepotibus, qualis eſt D. Iunipera, deſcē-
dens, & filia D. Hieronymi, ſicque concludit Menoch. *con-
ſil. 318. num. 9.* quia ipſa dum viuit, eſt agnata, & agnationes
conſeruat, vt per Curt. iun. *conſ. 49. num. 7.* & Alciat. *reſpon. 58.*
52 *num. 3.* nec inconuenit, quod † teſtator remotiorem in gra-
du præferat ex aliqua cauſa proximiori, vt ex multis probat
Dec. *reſpon. 40. num. 31. vol. 1.* vt in caſu noſtro, quod D. Iuni-
53 pera eſt agnata, D. autem Georgius cognatus, & † de iure
communi agnati præferuntur cognatis, *Inſt. de ſucceſſ. cognat.
in princ.* & ex his, ne ſim prolixior, deſcendo in ſententiam
D. Conſultoris, & ſubſcribentium, de quo pariter fueram
requiſitus; ſed ne ſicco pede tranſirem, hæc latius conſide-
raui, cum materia mihi viſa fuerit delectabilis, & vt huic
dominæ deſeruirem pro viribus meis, quæ ius fouet. Poſt
editum conſilium meum pro D. Iunipera contra D. Geor-
gium, intellexi, quod ille vim conſtituit in quarta ſubſtitu-
tione, vnde requiſitus fui ſcribere; an intentio ſua ſit iuridi-
ca, cui quęſito reſpondens, dico, ꝙ de dicta quarta ſubſtitu-
tione non fui locutus; quia nihil prorſus D. Georgio ſeruit,
quod nunc oſtendo; nam teſtator in prima ſubſtitutione
poſt filios ſuos nominatim inſtitutos, vocauit eorum filios,
& deſcendentes maſculos, & in ſecunda vocauit nepotes
ex fratre, & eorum filios, & deſcendentes per maſculinum
ſexum, quæ verba comprehēdunt D. Iuniperam, vt in con-
ſilio dixi: In tertia vero ſubſtitutione, vocauit filios, & de-
ſcendentes maſculos ex Inuenia filia ſua; deinde ſubiunxit
quartam ſubſtitutionem, dicens; *& illis deficientibus, vt ſupra,
volo, quod bona vadant ad deſcendentes, ex dictis filiis meis, fœminas*
(vt in originali teſtamenti reperitur.) Pondero, quod in hac
quarta ſubſtitutione teſtator vocauit deſcendentes fœmi-
nas ex filiis ipſius teſtatoris, prout denotat illa dictio, *dictis,*
vt inquit Cephal. *conſil. 329. num. 7.* ſed D. Georgius non eſt
fœmina, ſed † maſculus; ergo non comprehenditur ſub 54
verbo, *fœminas,* ſicut econtra ſub maſculo, fœmina nō com-
prehenditur, vt tradit Abb. *conſil. 36. volum. 1.* Butrig. *conſil.
46.* & Ioan. de Anna. *conſil. 22.* Dec. *in l. 2. num. 97. de regul. iur.*
Gozad. *conſil. 87. num. 16.* & Cephal. *conſil. 312. num. 129. cum
ſimilib.* tantoque minus, ſtante illa præpoſitione, † *Ex,* quæ 55
denotat cauſam proximam, & immediatam. Bart. & omnes
in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.

Secundo pondero, quod vocauit deſcendentes fœmi-
nas ex filiis ſuis, illis deficientibus, ſcilicet deſcendentibus
ſuis, & collateralibus; Sed hic extat D. Iunipera, deſcendens
ex D. Hieronym. collaterali teſtatoris, ergo quarta ſubſtitu-
tio ceſſauit, & vocati per eam, vt eſt celebre conſilium Ol-
dradi 21. volentis, quod ſi † facta ſit ſubſtitutio alicui, dece- 56
denti ſine filiis maſculis, euaneſcat ſubſtitutio, exiſtentibus
filiis maſculis tempore mortis, quicquid poſtea de liberis
contingat; & illam deciſionem pluribus exornat Dec. *conſ.
291. col. 3.* qui paulo ſupra dicit, ꝙ † vbi ſubſtitutio locum ha- 57
bet in perſona primi ſubſtituti, ceſſat in perſona ſequentis,
*l. cum in teſtamento. in princ. ff. de hered. inſtit. l. ſi mater. §. 1. ff. de
vulg. & pup.* Vnde cum primo fuerit ſubſtituta D. Iunipera
ceſſare debet ſubſtitutio quarta ſequens, etiamſi in ea D.
Georgius comprehenderetur, prout vere non comprehen-
ditur, ex prædictis à me ſupra conſideratis, quæ breuitatis
cauſa non repeto. Minus etiam fundamentum facere po-
teſt D. Georgius in quinta ſubſtitutione, in qua dixit: *& ſi de
linea talium deſcendentium fœminini ſexus non reperientur, dicto-
rum filiorum meorū, vadant dicta bona ad deſcendentes ex Gabriel-
la nepte mea, filia prædicti Antonij fratris mei.* Ita quod in ſuc-
ceſſione talium deſcendentium, præferantur omnes ma-
ſculini ſexus, & in defectum maſculorum admittātur, quæ-
cunque reperientur ſexus fœminini: nam verba primæ par-
tis dictæ ſubſtitutionis nihil conferunt ad propoſitum, vel
commodum D. Georgii, qui non eſt fœminini ſexus, neq;
de linea deſcendentium filiorum teſtatorum, ſed Luchini
Ballottæ, patris ſui, ſiue Iacobi Nicolæ, aui ſui. Vnde, cum
ſubſtitutio loquatur de aliis perſonis, non debet extendi ad
D. Georgium, diuerſæ qualitatis, veluti nec fœminam, neq;
deſcendentem ex filiis teſtatoris; quia non fit extenſio,
quādo perſona ſubſtituti, & ſic honorati, variatur, vt in con-
ſilio dixi, in quarto fundamento: Verba quoque ſecundæ
partis dictæ ſubſtitutionis non conueniunt D. Georgio;
nam illa verba: *ita quod in ſucceſſione talium deſcendentium,* re-
ſtringunt præcedentia, vt not. *in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad
Trebell. & in l. hac edictali. §. hu illud. C. de ſecund. nupt.* quæ iura
citat in ſimili caſu Decian. *reſp. 7. num. 62. vol. 1.* dicens, quod
noluerunt contrahentes, quod indiſtincte omnes deſcen-
dentes D. Annæ admitterentur, ſed illi duntaxat, qui poſ-
ſent conſeruare nomen, & arma familiæ; ſic etiam dici de-
bet in caſu noſtro, quod teſtator noluerit ſimpliciter, & ab-
ſolute, omnes maſculini ſexus præferri, ſed deſcendentes
talium deſcendentium filiorum ſuorum, qualis non eſt D.
Georgius; cum enim verbum † *talium,* demonſtret, quod 58
talia ſunt ſubiecta, qualia ſunt prædicata. *l. quod vinum.* & ibi
Iacob. de Aret. *ff. de vino, trit. & ol. leg.* Alberic. *in verb. talia.* da-
tur intelligi, quod intellexit de deſcendentibus filiorum
ſuorum, de quibus ſupra dixit, non autem aliunde, prout
deſcendit D. Georgius à D. Luchino Ballotta, & D. Laura,
coniugib. Poſtremo non omitto, quod in quinta ſubſtitu-
tione teſtator vocauit deſcēdentes ex Gabriella, nepte ſua,
filia Antonii ſui fratris, & adiecit illam clauſulam: *ita quod in
ſucceſſione taliū deſcendētium præferantur omnes maſculini ſexus,
& in defectum maſculorum admittantur quæcunque reperientur
ſexus fœminini;* dico enim, quod cum d. clauſula non ponā-
tur per ſe principaliter, ſed veniat acceſſorie in contextu il-
lius quintæ ſubſtitutionis; ad illam tantum reſtringi debet,
vt notab. declarat Bart. *in l. fin. ff. de reb. dub.* ſequitur Alexan.
in l. ſi idem cum eodem. §. final. ff. de iur. omn. iud. vnde nec in illa
ſubſtitutione, facta reſpectu ſucceſſionis Gabrielle, nullum
habet participium D. Georgius, qui non eſt de linea tranſ-
uerſalium, ſicut nec deſcendentiū filiorum teſtatoris, & ita
aduerſus eam quocunq; modo concludo. *Hippol. Rim. Ferr.*

Pro domina Catharina Tromba.

ARG. An, & quando donatio abſenti facta, valeat, & ſtatutum de donationibus locum non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio præſumitur facta abſenti, cum in inſtrumento non dicatur, quod fuerit præſens. Et cum Notarius pro ea ſtipulatus fuit n. 2. Et cum facta fuit in loco, in quo donatarius ire prohibetur n. 3.*
4 *Statutum de donationibus cap. 99. lib. 2. quomodo intelligitur, & in quibus donationibus locum non habeat. n. 5. 6. 11.*
7 *Votum parentum eſt filiis bona parare.*
8 *Renuncians omni legum, & ſtatutorum auxilio, etiam ſtatuto de donationibus renunciaſſe cenſetur. & n. 9.*
9 *Renunciatio relata ad ſtatutum, omnes qualitates in ſtatuto expreſſas comprehendit.*
10 *Scriptum ad quod fit relatio, perinde habetur, ac ſi fuiſſet expreſſum ſpecifice.*
12 *Statutum prohibens, debitum probari per teſtes, non habet locum, cum ſcriptura ſimul cum teſtibus producitur.*
13 *Mixtum non continetur ſub caſu ſimplici.*
15 *Annullatio actus an & quando pro pœna habeatur. & n. 17.*
16 *Pœnæ locum non habent, niſi ſint expreſſæ.*
18 *Clauſula, ex tunc prout ex nunc, effectus. & n. 19.*

CONSIL. DCCLXXXVII.

PRo reſolutione ſtatuti, *de ſolemnitatibus in donationibus, c. 99. lib. 2.* quod in dubio datur dom. Catharinæ Trom-
1 bæ: quia ex facto ius oritur; aduerti debet, quod † donatio
de qua agitur, ei facta ſit, tunc abſenti; ſic enim præſumi-
tur, cũ non dicatur in inſtrumento, quod fuerit præſens, vt
declarat Caſtren. *in l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verbor. oblig.*
2 & idem † confirmatur ex Notario, qui pro ea ſtipulatus
fuit; cum ſi fuiſſet illa præſens, ſcripſiſſet Notarius, quod D.
Bernardinus donauit D. Catharinæ præſenti, ſtipulanti, &
3 acceptanti: demumque comprobatur † ex loco, vbi facta
fuit dicta donatio, videlicet in Sacriſtia fratrum S. Mariæ à
Roſa, in quem locum non ingrediuntur mulieres: hoc igi-
4 tur ſtante, dicitur † ſtatutum memoratum in hoc caſu lo-
cum non habere; quia debet intelligi de donatione facta
præſenti: quod colligitur ex alio ſtatuto: *de donationibus inter viuos. c. 70. lib. 2.* quod addit aliam ſolemnitatem, dicens:
5 *vt quilibet, cui præſenti donatio aliqua inter † viuos facta fuerit.*
nam ſecundum illud magis ſuperius debet intelligi, quam
ſecundum ius commune, vt tradit Anch. *conſil. 93. iſta domina. & conſil. 423. viſo puncto. colum. final.* Caſtrenſ. *conſil. 130. dubitatur primo. colum. 2.* Dec. *conſil. 11. colum. 4.* & ego *conſil. 328. num. 7.*
6 Secundo dico, † ſtatutum ceſſare; quia dicta donatio ne-
dum facta fuit dom. Catharinæ, ſed etiam filiis eius maſcu-
lis, eidem ſupra ſubſtitutis; Vnde maxime eius intereſt,
quod dicta donatio valeat, vt bona donata peruenire de-
7 beant ad eius filios, † prout eſt votum parentum, filiis bo-
na parare. *l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. ſcripto. in fine. ff. vnde cogna.*
non attento dicto ſtatuto; quod alias, vt in dictorum filio-
rum præiudicium, & odium conditum, veniret ex officio
iudicis reſcindendum. *l. quaſi grauatos. C. de conſtit.* Ripa *in l. quominus. num. 131. ff. de flu. cum ſimilib.* per me *conſil. 582. num. 21.* de ſecundo ſtatuto loquente, huic præcedenti conformi.
8 Tertio non prætereo, quod † donans in inſtrumento
donationis renunciauit omni legum, & ſtatutorũ auxilio;
quo ſtante, dicitur huic ſtatuto renunciaſſe, vt in alio caſu
dicit in terminis Dec. *conſil. 414. num. 5. & 6.* vbi pariter fuerat
renunciatum legibus, & ſtatutis obuiantibus; & tamẽ ſub-
dit, intelligi renunciatum ſtatuto, de quo agebatur; quia cũ
9 renunciatio † relata foret ad ſtatutum, omnes qualitates,
quæ erant in ſtatuto, dicebantur expreſſæ in renunciatione
l. aſſertoro. ff. de her. inſt. cum ſimil. per eum; & prius eo pulchre
10 ponit Butr. *conſil. 2. in fin.* vbi dicit, quod † alibi ſcriptum, ad
quod fit relatio, perinde cẽſetur, ac ſi fuiſſet expreſſum ſpecifice in ſcriptura, quæ ad aliam refertur. *l. ait prætor. §. ſi index. ff. de re iud. ibi, ſic accipiendum eſt. quaſi quantitatem nominauerit,* & vt ibi latius proſequitur Butrig.

Quarto conſidero, quod † dicta donatio facta fuit dom. 11
Catharinæ filiæ, & inſtitutæ, & ſic habenti, nedum titulum
donationis, ſed etiam filiationis, & inſtitutionis; ideo ceſ-
ſare debet in ea d. ſtatutum, triplex ius habẽte, velut in caſu
mixto, per doctrinam Baldi *in l. certi condictio. §. quoniam. col. final. ff. ſi cert. pet.* de † ſtatuto prohibente debitum probari 12
per teſtes, quod locum non habet, quando ſcriptum ſimul
cum teſtibus producitur, eumque ſequitur Alexand. Dec.
& Marſil. *in rubric. C. de probat. num. 13.* & quia † in his, quæ 13
ſunt ſtricti iuris, vel odioſa, vt ſunt ſtatuta, maxime pœna-
lia, vt eſt dictum ſtatutum, ponens pœnam annullationis
donationis, merito ſub caſu ſimplici non debet mixtus
contineri. *l. 2. cum ibi not. per Bart. & cæteros. ff. de verb. obl.* ſic-
que concluſi *in d. conſil. 582. in fin.* nunc confirmans, quod
annullatio † dictæ donationis dicatur pœna. *l. turpia.* & ibi 14
Dd. maxime Alexand. *not. 1.* & Iaſ. *num. 2. ff. de leg. 1. l. non dubium,* vbi Bald. *not. 1.* & Iaſ. *not. 4. C. de legib.* & in terminis do-
nationis tradit Alciatus *reſpon. 7. num. 27. lib. 2.* vbi dicit;
quod annullatio donationis eſt pœna, ſubiungens, quod
pœnæ † locum non habent niſi ſint expreſſæ. *l. & ſi quis. §.* 15
diuus ff. de relig. & ſumpt. fun. l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viol. & idem
ponit Alciat. *reſp. 31. num. 4. eod. lib.* tantoque magis hoc lo-
cum habet in caſu noſtro, in quo prouenit annullatio ex ſo-
la prohibitione ſtatuti, requirentis ſolemnitates, de iure
communi non neceſſarias; quo caſu bene procedit diſtin-
ctio Baldi, Salyc. & Fulg. quos ſequitur Iaſon *in d. l. non dubium. not. 3.* quod † vbi actus annullatur propter ſolam pro- 16
hibitionem legis, tunc annullatio actus dicitur pœna; ſic-
que loquitur ille text. & alius melior de iure *in l. Senatus. ff. de contrah. empt.* & idem Alexand. *in d. l. turpia. not. 1.* † ſecus ſi 17
aliter, quam per ſolam prohibitionem legis annullaretur;
quia tunc annullatio non eſſet pœna, qualis non eſt caſus
noſter; & cum prædictis etiam concordat Cephal. *conſ. 407. n. 43.* & ex his fundamentis, cum ceſſet dictum ſtatutum,
bene dictum fuit in ſcriptura replicatiua, quod non erat o-
pus ſeruare aſſertas ſolemnitates d. ſtatuti; quæ fundamen-
ta non expreſſit D. Procurator: caute tamen, vt ego feci: Ve-
rum quia opponi video ex aduerſo, in exceptionibus, quod
D. Bernardinus, tempore d. donationis tantum, de qua agi-
tur, vendiderat, & in ſolutum dederat, vnde non potuit in
d. donatione cõprehendi; breuiter aduerti debet, quod illi
facta fuit anno 1570. 24. Mar: contractus vero allegati fue-
runt tranſactionis, eodem anno, ſed 22. Iunii, & alius de
anno 1576. & licet in donatione dixerit donator, cum ve-
nerit caſus mortis, vxoris ſuæ; quę proponitur deceſſiſſe an-
no 1582. vt teſtes dicunt, attamen aduerti debet, quod ipſe
donator dixit, *ex nunc, prout ex tunc. & econtra:* videl. ex tunc
ꝓut ex nũc donauit D. Catharinę, Notario pro ea ſtipulãte:
quę clauſula: † *ex tunc. prout ex nunc:* in d. donatione poſita, 18
retrotrahitur, ſecundum gloſſ. Ang. & Iaſon. *in l. 1. C. de codicill.* Dd. *in l. huiuſmodi. 2. ff. de verbor. oblig. in l. lecta. ff. ſi cert. pet.*
Guid. Pap. *quæſt. 588.* Alexand. *conſil. 83.* Felyn. *in cap. licet cauſam. colum. 4. notab. 6. de probat.* & Socin. iun. *conſil. 106. num. 28. volum. 1.* nam dicta † verba faciunt actum incontinenti ha- 19
bere effectum, per retrotractionem. *gloſſ. in clem. 2.* & ibi
Cardin. *de hæret.* & idem Cardin. *in clemen. ſecunda. de conſtit.*
Ioan. Andr. *in cap. dudum. de probation. in 6.* Bolognet. *conſil. 9. num. 22.* vnde cum virtualiter donatio præceſſerit allega-
tos contractus, merito non impediunt eam locum ha-
buiſſe: & hæc ſufficiant in præſenti cauſa. *Hippolytus Riminald. Ferrarie.*

Pro Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Rauenna.

ARG. Locatione facta plurium rerum ſeu prædiorum ſub vnica penſione, adiecto pacto, ſi damnum vltra 200. aureos in rebus locatis eorumve fructibus contingat, quod locator eum tenebitur remittere penſionem, an damno in vno agro ſeu prædio contingente, quod ad eam ſummam aſcendat, ſit facienda remiſſio, an vero

vero prædiorum omnium, fructus & reditus ſimul computandi, & ita de damno æſtimatio facienda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Id quod conuentum eſt inter contrahentes, in locatione potiſſimum eſt obſeruandum.*
2 *Nihil magis conuenit æquitati, quam pacta ſeruare. & n. 19.*
3 *Remiſſio penſionis an fiat, cum damnum non eſt vltra dimidiam debitæ penſionis; ſi pacto aliter conuentum ſit.*
6 *Et quod ſi vno loco fructus per inundationem aquarum perierint, in reliquis autem locis in maiori quantitate percepti ſint, an facienda ſit remiſſio penſionis, propter damnum vnius loci. & num. 6. 7. & 22.*
8 *Remiſſio vt fiat, debet inſpici reditus omnium rerum conductarum ſimul, non autem vnius rei ſeparatim. Et quod deeſt in vno ob ſterilitatem ſupplebitur ex vbertate alterius. num. 9. 10. 13. 14. & 15.*
10 *Locatio dicitur vnica, cum plures ſub vnico pretio locatæ ſunt. & num. 11.*
16 *Verba debent operari aliquid, ſi poſſunt, ſecundum naturam actus, de quo agitur.*
17 *Damnum quod dicatur. & n. 22.*
18 *Interpretatio ea debet fieri, per quam conductor cum locatoris iactura non lucretur.*
19 *Pacta non ſeruare aliquando æquitas eſt.*
20 *Et dicitur ſummum ius, vel ſumma iniuria, vel crux, ea ad vnguem ſeruare, repugnante æquitate.*
21 *Pactum in contractu locationis appoſitum, quod fieri debeat remiſſio pro rata conductori laſo propter guerram, quomodo intelligendum.*
23 *Interpretatio fit ſemper aduerſus eos, qui potuerunt & debuerunt apertam legem conſcribere.*

CONSIL. DCCLXXXVIII.

LOcatæ fuerunt diuerſæ res Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Rauennæ, ſitæ in agro Ferrarienſi, pro ſcutis 5700. quolibet anno, per tres annos, incepturos primo Maii 1588. pacto conuento, quod ſi in caſu inundationis aquarum contingeret damnum, vſque ad ſummam ſcutorum 400. dictus Reuerendiſſimus non teneatur ad aliquam remiſſionem, ſed ſolum ad illud plus, quod per peritos iudicabitur; Anno præcedenti 1587. cum ſeminatum eſſet frumentum in villa Pauiolæ, vna ex rebus comprehenſis in affictu, pro recollecta primi anni 1588. de menſe Nouembris, contigit rupta Padi, propter quam dictum frumentum fuit amiſſum, vnde conductores petunt reſtaurum, ſub prætextu damni ſcutorum mille, quod excedit ſcutos 400. Quæritur ergo, quid de iure dicendum ſit? Et prima conſideratione dicendum videtur pro conductoribus, quod cum Reuerendiſſimus dominus pacto conuenerit, remiſſionem facere pro damno, quod excederet ſcutos 400. ſi damnum quod prætendunt dicti conductores eſt præter illam ſummam, de ſcutis mille, vel
1 plus, aut minus, ipſis reficiendum videtur, cum in † locatione potiſſimum ſit obſeruandum, quod inter contrahentes eſt conuentum, vt probatur *in l. licet. C. loca. cum ſimilibus.* per Henricum Boic. *in cap. propter ſterilitatem, locati.* &
2 ego *conſil. 92. num. 19.* † nihilque magis æquitati conueniat, quam pacta ſeruare. *l. 1. ff. de pact.* Nec obſtare videtur, ſi
3 forte tale damnum non eſſet † vltra dimidiam debitæ penſionis, quo caſu non fit remiſſio, ſecundum Iacob. de Aret. Bartol. & alios *in d. l. licet.* Caſtren. *in l. ex conducto. §. ſi vis. ff. eod.* Alexand. *conſil. 108. column. final. volum. 1. cum ſimilib.*
4 quos adduxi *conſil. 92. num. 13.* & qui † communem teſtatur, ſicut & Neuizan. *conſil. 9. num. 10.* quia tale pactum nihil operaretur, *contra l. ſi quando. ff. de legat. 1.* ſi ſic intelligeretur.

Secundo pro eis deſeruire videtur doctrina Baldi. *conſil. 434. pactum inter locatorem. vol. 1. in nouiſ.* quem ſequitur Castellanus Cutta *libr. memorial. in verſic. conductor non tenetur.*
5 *colum. 2.* volentis fieri † diminutionem penſionis quatenus fructus aliqui fuerunt perditi propter ruptam Padi, aliis perceptis in maiori quantitate; quam opinionem æquiorem appellat.
6 Tertio confirmari videtur: nam cum † circa perceptionem fructuum Pauiolę, deceptos ſe prætendant conductores, vltra dimidiam penſionis debitæ, pro rata dictæ Pauiolæ, remiſſio fieri debet illis per Reuerendiſſimum dominum, vt tradunt Butr. & Abb. & alii, *in cap. propter ſterilitatem.* Iac. de Aret. Bald. & alii, *in d. l. licet.* Caſtr. *in l. ex conducto. §. ſi vis. ff. eo.* Alex. *conſ. 108. col. fin. vol. 1.* Gozad. *conſ. 74. col. 2. cum*
ſimil. qui hanc † opin. communem firmant, vt Rum. *conſ. 81.* 7
in princ. vol. 1. Didac. *pract. quæſt. cap. 130.* Boſſ. *de remiſſ. merced. conduct. num. 4.* Soc. iun. *conſ. 68. n. 9. vol. 1.* & magis receptam teſtatur Aret. *conſ. 52. col. 2.* & Bero. *conſ. 143. n. 14. vol. 1.* de quibus memini *conſil. 92. n. 14.*

Licet tamen iſta videantur aliqualiter deſeruire conductoribus, nihilominus in contrariam ſententiam deſcēdo, quod eis deneganda ſit remiſſio; pro qua concluſione conſidero, quod plures res in locatione prædicta comprehenſæ ſunt, nedum Pauiolæ, ſed etiam in aliis locis expreſſis in ea, ſub vnica penſione dictorum ſcutorum 5700. annuorum, quo ſtante, an dicti conductores, à ſcutis, 400. ſupra, perceperint hoc anno ſufficientes ad penſionem promiſſam
ſcutorum 5700. vel minus, † debet inſpici reditus omnium 8
rerum conductarum ſimul, non autem habenda eſt ratio vnius rei ſeparatim, vt Pauiolæ, quantumq; ſit perceptum ex ea; ſed haberi debet ratio omnium fructuum, qui percepti ſunt ex aliis rebus, eis locatis, & ſub vna & eadem locatione comprehenſis, vt pulchre declarat Bald. *in d. l. licet. q. 9.* dicēs,
quod † ſi ex frumēto male ſit recollectum, & Oleæ late fluxerunt, quod deeſt de frumento, ſupplebitur ex olei vbertate; quia fructus vnus eſt totius anni; hancq; deciſionem Baldi ſequitur Natta *conſ. 449. col. 3.* tollens vnum obiectū, quod dici poſſet, quod quot ſunt res deſcriptæ, tot eſſe debent locationes, ideo debere reditum vniuſcuiuſq; rei ſe- 9
paratim conſiderari; quia reſpondet Natta, quod † imo vnica eſt locatio, ex quo cunctæ res ſub vnico pretio locatæ 10
ſunt. *l. ſi plura. & l. cum eiuſdem. ff. de ædil. edict. cum ſimilib.* per Nattam, qui ſubdit in fortioribus terminis, Cumanum *conſ. 41. ad primum quæſitum videtur dicendum, in ſecundo dubio,* vbi loquitur de illo, qui primo duas conduxerat domos
ſub ſeparato affictu ab eodem, deinde † vtramque domum 11
recepit ab eodem ſub vnico fictu, concludit per iura præallegata, quod ex quo vnica tantum expreſſa eſt quantitas, vnicum tantum eſſe contractum, & non plures, proſequiturque latius Natta confirmans hanc opin. ſed ſatis eſſe debet illa pulcherrima deciſio Bald. *in d. l. licet.* volentis, quod cōiungendi ſint ſimul reditus omnium rerum locatarum, quem ſequitur etiam D. meus Riminald. *conſil. 406. column. 2.* & idem tradit Calcan. *conſil. 23. col. 2.* vbi concludit, quod
ſi † conductor in aliqua ſpecie fructuum damnificatus ſit, 12
in aliis autem non, ſed tantum de ipſis habuit, quod aſcendit vltra dimidiam penſionis; non debeat ei fieri remiſſio, quia modicum damnum conductor æquo animo ferre debet, *l. ſi merces. § uis maior. l. ex conducto. §. 1. ff. loca.* cum ſimil. & cum prædictis concordat etiam D. Ioſeph. Lud. *concluſ. 14. colum. 4. verſic. declara tertio.* qui me citat, *in conſil. 40. n. 21.* vbi hanc concluſionem teneo. Secundo quoque moueor, dato, quod villa Pauiolæ defecerit frumento, propter di-
ctam ruptam, tamen cum hoc anno cætera † blada eo loco, 13
& in aliis locis locatis, tam excreuerint, & in dies creſcāt in pretio, valet enim nunc ſtarium frumenti ſol. 54. m. & non erimus ad feſtum natiuitatis Domini, quod valor eius aſcēdet ad vnum ſcutum, propterea conductores tantum recipient ex pretio frumenti, & aliorum bladorum ſaltem cum aliis reditibus, quod integra penſio ſolui poterit, & damnū ſi quod aderit, non excedet ſcutos 400. atque ita remiſſionis locus non erit. Ita pulchre Corne. declarat. *conſ. 228. col. pen. vol. 2.* quem refert, & ſequitur Rol. à Vall. *conſ. 86. num. 8. volum. 3.* & ambos dictus Ioſ. Lud. *loc. cit.* Tertio conſideranda ſunt diligenter verba pacti, quæ loquuntur de damno, videlicet, *che in caſo de inondatione d'acqua, che faceſſe danno, ſino alla ſumma de ſcudi 400. il predetto Illuſtriſſimo non ſia obligato à reſtoro alcuno, ma ſolamente à quel piu ſarà iudicato, che il danno paſſi la ſumma de ſcudi 400.* id eſt, *Et in caſu inundationis aquarum, quæ damnum inferret vſque ad ſummam 400. aureorum, prædictus illuſtriſſimus non obligabitur ad vllam eius refectionem, ſed eius ſolum, quod iudicabitur excedere ſummam aureorum 400.* ſed, ſi non obſtante dicta rupta padi, & inundatione aquę, ſimul vniantur fructus, & reditus, qui fuerunt hoc anno in

Digitized by Google

villa Pauiolæ,& in aliis locis Reuerendiſſimi domini loca-
toris,vtique conductores non patientur damnum penſio-
nis promiſſæ vltra ſcutos 400. igitur remiſſio eis fieri non
14 debet: conductori namq; † conceditur remiſſio, quando
propter aliquod impedimentum paſſus eſt damnum, non
autem quando non lucratur,quæ valde differunt. *l.fin. C. de
cod.* Ita Pariſ. *conſil.38.num.12.cum ſeq.vol.1.* vnde Cephal. *con-*
15 *ſil. 104. num.3.* poſito caſu,quod in caſu † tempeſtatis nota-
bilis fiat illud reſtaurum, quod cōcorditer declaratum fue-
rit per duos amicos, concludit, quod ſi non obſtante tem-
peſtate, conductor tot fructus percepiſſet, quibus non ſo-
lum penſionem integram ſoluere, ſed aliquid ſuperlucrari
potuit,ei remiſſio fieri non debeat, quaſcunque opiniones
Dd. ſpectemus,cum damnum conductoris exigant, & non
lucrum. Quarto,non prætereo ſignum euidens,quod dicti
conductores damnum non patiuntur penſionis promiſſæ:
nam facta Reuerendiſſimo Domino,vel agentibus ſuis de-
nunciatione,& remiſſione petita per ipſos conductores, i-
pſe Reuerendiſſimus, vel pro eo,ſui agentes,ſe paratos ob-
tulerunt,ſuo periculo recipere fructus,& remittere penſio-
nem,& mercedem; ſed eam oblationem recuſarunt,ex quo
datur intelligi,quod nullum damnum ſentiebant, ſed lu-
crum peroptabant,à quo omnino debent excludi: Ita pul-
chre tradit Pariſ. *in d.conſil.38.num.18.* Rol.à Vall. *in d.conſil.86.
n.9.vol.3.* & Ioſ. Lud. *in allegat.ſua concluſ.12.colum.4.* & ex his
optime fundatur intentio Reuerendiſſimi Do. Locatoris,
quæ concluſio clarior apparebit ſolutis contrariis ad quod
ego deuenio.

Non obſtat igitur,quod dicitur,de damno & eius pacto,
quod nihil operaretur,intelligendo de damno vltra dimi-
diam;quia primo reſpondetur,nullum damnum hic verſa-
ri,iungendo ſimul omnes reditus rerum locatarum,vt fieri
debet,ſecundum Bald. *in d.l.licet.& ſequaces ſuperius à me ci-*
16 *tatos.* Secundo reſpondetur, quod † verba debent aliquid
operari,ſi poſſunt,ſecūdum naturam actus, de quo agitur,
Bald. *in rubric.C.de contr.empt.q.9.* Dec. *in l. quotiens idem ſer-
mo.num.2.ff.de reg.iur.& conſil.473.n.11.* Goza. *conſil.74.num.16.*
& Cephal. *in d.conſil.104.num.8.* ſed ſi pactum,de quo agitur,
reſpectu tantum Pauiolæ intelligeretur,operaretur contra
naturam remiſſionis,quæ reſpicit omnes res comprehenſas
in affictu,& earum reditus, quorum ratio in remiſſione ha-
beri debet, pro damno, non autem pro lucro, vt per eum,
qui plenius ibi confirmat, *num.9.* videndus. Tertio, prout
idem ſubiungit, *num.21.* ſtante præſuppoſito, quod condu-
17 ctor nullum † damnum fuerit paſſus, quod eſt diminutio
patrimonii *l.3.ff.de damn.infect.* ſed potius aliquod lucrum
fecerit,vt dixi,coadunatis fructib. omnium rerum locata-
rum; ſequitur, quod remiſſio fieret cum lucro conducto-
rum, & diſpendio Reuerendiſſimi Dom. Locatoris: i-
18 gitur ea fieri debet † interpretatio, per quam conductor
cum locatoris iactura non lucretur, etiam ſi pactum nihil
operaretur, ſed omnino ſuperfluum redderetur; Sicut &
ſtatutum potius debet eſſe ſuperfluum, & nihil addere iuri
communi,quam vt quis indebite damnum patiatur, *l.fin.§.
in computatione.vbi omnes.C.de iure delib.* Iaſ. *in l.inſtitia.col.fin.
verſ.3.& ſortius.ff.de iuſt.& iur.* Ruin. *conſil.59.num.19.volum.3.*
cum ſimil. quos cumulat ipſe Cephal. *in d.conſil.104.* de ſta-
tuto arguens ad pactum, vt ibi per eum: & in quantum di-
19 cebatur; nihil † æquitati magis conuenire, quam pacta ſer-
uare; reſpōdetur,id eſſe verum regulariter, tamen aliquan-
do etiam æquitas eſt non ſeruanda, vt not. *in l.1.ff de minor.*
20 & tradit Dec. *in l.ſi quis iniquum.num.9.ff. quod quiſ.iur.* † ſer-
uare namque pacta ad vnguem, & verbotenus, repugnan-
te æquitate, dicitur eſſe ſummum ius, quod ſumma iniu-
ria, vel ſumma crux dicitur, vt per Anch. *conſil.81.volum.2.* &
Decian. *reſp.84.num.42.vol.2.* ſed certe,quod ſub velamen-
to damni prætēſi,de quo loquitur pactum, fieret ipſis con-
ductorib. remiſſio,qui damnum nō ſentiunt,ſed potius lu-
crum,iniquum eſſet; ergo & pactum ſic ruditer captum,nō
debet eis prodeſſe. Ad ſecundum de doctrina Baldi *conſil.
434. vol.1.in nouis,* præter id,quod reſpondi *in d.conſil.meo 40.*
nunc dico, quod ſicut voluit idem Bald. *conſil.339.vol.2.* ſi
21 pactum † ſit appoſitum in cōtractu locationis, quod ſi pro-
pter guerram fuerit læſus conductor,ei fiat remiſſio pro ra-
ta; nihilominus intelligitur tale pactum,ſi damnum ſit ta-
le, quod expoſtulet reparationem de iure communi; nam
tale pactum non alterat remiſſionem mercedis, quæ venit
ex natura contractus; ſequitur Gozad. *conſil.74.num.11.* &
Cephal. *in d.conſil.104.num.4.* pariter in pacto de quo agitur,
quod attendi debeat ad illud plus, quod iudicabitur da-
mnum tranſcendere ſummam ſcutorum 400. debet intel-
ligi, dummodo ſit tale damnum, quod remiſſionem me-
reatur,non autem quod computatis, & cōiunctis omnibus
fructibus rerum locatorum,non adſit damnum,ſed potius
lucrum,vt ſuperius dictum fuit. Ad tertium facilis eſt reſo-
lutio; quia † procedit in vna re tantum locata pro certa pen- 22
ſione: nam ſi damnum contingat in ea,dimidiam penſionis
excedens, fieri debet remiſſio; at nos ſumus in pluribus re-
bus locatis ſub vna penſione,quo caſu fieri debet, in conſi-
deranda penſione, conſeruatio omnium fructuum ſingu-
larum rerum, non autem vnius tantum, quæ damnificata
proponatur; & ſi ſimul vniti fructus ſufficiunt ad ſoluen-
dam penſionem,non fit remiſſio,qualis eſt caſus noſter, vt
ſupra ſæpius dixi. Poſtremo omnium conſidero diligenter
verba huius pacti, in ſecunda parte, in qua dicitur; *quod à
ſcutis 400. ſupra illud plus attendi debeat, quod iudicatum fuerit
damnum illam ſummam excedere:* nam ſine dubio tale pactum
in ea parte poſitum fuit ad fauorem conductorū, videlicet
quod Reuerendiſſimus teneatur eis remiſſionem facere;&
quod ad eorum fauorem fuerit appoſitum, conſtat ex eo,
quod cōcernit eorum fauorem,commodum, & vtilitatem
ſibi faciendi remiſſionem, iuxta text. *in l.ſi vt certo. §. nunc
videndum.ff.commo.l.ſi ſeruus legatus.§.cum quid.ad fin.ff.de lega.*
Bart. *in l.4.§.fin.ff.de lib.leg.* ſequitur Aret. *conſ.2.col.fin.verſic.
iſta concluſio.* & in pacto præciſe tradit Natta. *conſil.374.num.
15.cum ſimilib.* per Cephal. *conſil.199.num.27.* propterea † de- 23
bet aduerſus dictos conductores interpretari; quia potue-
runt,ac debuerant apertius legem conſcribere. *c.contra eum.
de regul.iur. in 6.l.veteribus ff. de pact.l.in contrahenda.* & ibi
Cagnol. *ff.de reg.iur.* Ruin. *conſil.137.num.8.vol.2.* & Dec. *conſ.
313.num.4.* ſicut & Cephal. *conſil.370.num.37.* at iſtud pactum
conciſe nimis fuit appoſitum, quod attendi debeat illud
plus damni,quod fuerit iudicatum excedere ſcutos 400.
nec dictum fuit, quantum eſſe deberet illud plus,magnum
vel paruum; & apertius dici poterat, & qualecunq; foret,
clarius exprimi; igitur ad fauorem Reuerendiſſimi domini
promiſſoris in ea parte debet interpretari,vt minus cenſea-
tur obligatus. *l.quicquid aſtringenda.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipu-
lationibus.ff.de verb.obl.* Ang. *conſ.67.ad fin.* Dec. *conſ.317.num.
4.& conſil.423.num.8.* & ſic ita demum,ſi damnum illud ex-
cedens ſcutos 400. ſit magnum, & notabile, vt etiam de
iure communi ſit interpretatio. *d.l.licet.& ibi omnes.* non au-
tem modicum, tantoque minus nullum, iuxta ſuperius di-
cta; vnde meo iudicio res vndique tuta dicitur pro Reue-
rendiſſimo D. Locatore, ne teneatur ad aliquam remiſſio-
nem conductoribus. *Hippolytus Riminaldus Ferrarie.*

Pro domino Leonardo Nicolutio.

ARG. Societate inter plures contracta, ſi vnus ex iis certam partem alteri in parte ſibi in ſocietate competente cedat; cum expreſſo pacto, qood nihilominus partem integram proprio nomine, & per modum accomandigiæ, & non alio modo, in ſocietate ſit exerciturus; iſque etiam cui pars prædicta ceſſa eſt, declarauerit ſe in caſu damni prædictæ ſocietatis, vltra partem ceſſam nolle teneri, an lapſa facultatibus ſocietate, is, cui pars, prædicto modo, ceſſa eſt, tantum pro rata conuenta, an vero, velut vnus ex ſociis, dictæ ſocietatis, in ſolidum teneatur. Et an ſtatutum reſpiciens ſolemnitates contractuum, attendi debeat extra territorium ſtatuentium.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Priuilegium amittitur per eum, qui non ſeruauit formam in eo requiſitam, eique renunciatum videtur, cum quis vſus fuerit iure communi nu. 2.

3 Ceſſionarius an ad idem teneatur, ad quod cedens tenetur. & nu. 4.

4 Adæquato res communicatur ei, cui adæquatum eſt.

5 Verba, & non alio modo, quam vim habeant & nu. 6 7 & 8.

9 Actus voluntaris non extenduntur vltra, quam geruntur.

10 Subſcriptio hæc, Ego N. confirmo prædicta omnia manu propria, quid includat.

11 Scriptura ſubſcripta manu Notarii rogati perinde habetur, ac ſi tota foret ſcripta eius manu

12 Et probat contra ſcribentem.

13 Socius ſocii mei ſocium meus non eſt.

14 Quæ requirantur ad faciendum aliquem ſocium.

15 Contractus ſocietatis mediante partium conſenſu initur, & non aliter. & nu. 16.

17 Socii vnius ſocietatis communis non tenentur ad debita alterius ſocietatis diuerſæ & ſeparatæ

18 Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.

19 Statutum reſpiciens ſolemnitates contractus an extendatur extra territorium & locum, vbi viget. & nu. 20. & 21.

22 Statuto diſponente ſimpliciter quid fieri, non annullando actum, an valeat actus, licet non ſit factum, quod ſtatutum diſponit. & nu. 23.

24 Ratio vnica ſtatuti licet non ſit expreſſa, tamen pro expreſſa habetur.

25 Ratione ſtatuti ceſſante ipſum ſtatutum ceſſat.

26 Reſeruatio totam promiſſionem qualificat, & ab illa declaratur.

27 Paria ſunt, non facere, aut inſufficienter facere.

28 Factum non dicitur, ſi aliquid etiam minimum ſuperſit agendum.

29 Verba debent intelligi contra proferentem & ſe fundantem in illis.

30 Tacens in præiudicialibus non cenſetur conſentire.

CONSIL. DCCLXXXIX.

CONTRACTA ſocietate de anno 1577. ſub nomine Michaelis de S. Cruce, Sebaſtiani de Bartolis, & ſociorum de Barletta, Bari, & in quibus participationem habebat pro certa rata Magnificus Lucas Antonius de Iuntis, idem Michael de anno 1584. omnem participationem, quam habebat dictus Lucas Antonius, ſibi applicauit pro ducatis 300. & de dicta parte ceſſit domino Leonardo Nicolutio quinque ex 12. partibus, pro ducat. 1333. conuenitque dictus Michael dictam ſummam exercere ſuo nomine proprio, & per modum acomandigiæ, & non alio modo, dominuſque Leonardus declarauit, ſe in caſu damni dictarum ſocietatum nolle teneri niſi ad dictam ſummam duc. 1333. vt latius in ſcripto inter eos confecto Bari. Decoxerunt deinde dictæ ſocietates, petiitque dominus Leonardus, declarari dictum Michaelem vt ſocium ipſius, per modum acomandigiæ, teneri ad reddendum rationem ſuæ adminiſtrationis, & ad ſeruandum pacta dicti ſcripti; at Michael & fratres de S. Cruce dixerunt, dictum Leonardum non eſſe ſocium tantum ſuum per viam acomandigiæ, quia dictum ſcriptum non fuit regiſtratum in libro Curiæ Mercantiæ, iuxta formam ſtatuti Mercantiæ, ideoque dictum Leonardum teneri debere in ſolidum pro damno aliarum ſocietatum. Quare quæritur, quis eorum melius ius prætendat? Et prima fronte reſpondendum videtur pro Michaele: nam cum ſtatutum prædictum priuilegiet contrahentes ſocietatem per viam acomandigiæ, faciendo id deſcribi in libro acomandigiarum dictæ Curiæ Mercantiæ, in forma ſolita,
1 & vt latius in dicto ſtatuto, dominuſque Leonardus † non ſeruauerit formam & priuilegium dicti ſtatuti, illud amiſit *l. eos. Cod. de aquæduct. libr. 11.* & ibi Io. de Platea. Ruin. *conſil. 28. numer. 5. volumin. 1.* quibus nunc addo Beroium *conſil. 175. numer. 23. volumin. 2. conſil. 76. numer. 11. & conſil. 144. numer. 17. vo-*
2 *lumin. 3.* Cum enim † fuerit vſus iure communi, videtur renunciaſſe priuilegio, *l. final. Cod. de pact.* Old. *conſil. 101. columna prima.* Crauet. *conſilio nonageſimo ſexto, numero decimo.* Nec ſe tueri poteſt dominus Leonardus aduerſus dictum ſtatutum, quod loquatur de pecuniis datis in acomandigiam alicuius ſocietatis in vniuerſum, non alicui in particulari, ſocio tamen aliarum ſocietatum, quoniam dictum ſtatutum loquitur etiam de datis alicui ſuo nomine, & ſic ſeparatim & particulariter ab aliis ſocietatibus, vt probatur in illis verbis ſtatuti, dicentis: *Poſſa ciaſcuno coſi in ſuo nome, come di qualunque compagnia dare in acomandita & per via de acomandita qualunque ſomma.* id eſt: *Poſſit quilibet, tam ſuo, quam ſocietatis cuiuscunque nomine, in acomandigiam & per viam acomandigiæ dare quamcunque ſummam.*

Secundo pro Michaele confirmare videntur eius intentionem verba chirographi, in quo ille † ceſſit domino Leonardo quintum ex 12. dictorum ſcutorum 3000. in eodem gradu, & eſſe, ſicut erant inter eum & Iuntam, ſocium communem cum aliis: at ille tenebatur ad damnum contingens in dictis ſocietatibus; ergo pariter teneri debet dominus Leonardus, per doctrinam Bar. *in l. 1. in princip. ff. de legat. 1.* vbi † quando vna res vel perſona adæquatur alteri, quicquid iuris eſt in re vel perſona, cui adæquatur, communicatur alteri, quæ adæquatur; ſequuntur alii, & Ruin. *conſ. 43. col. 1. vol. 5.* 3 4

Tertio, quia poſt promiſſionem Michaelis reddendi computum dom. Leonardo, ſubiicitur in dicto ſcripto: *Reſtando anchora detto miſſer Leonar. ſubiacere alla medeſima ſudetta ſcrittura, di conuentione, che era fra noi.* id eſt: *Erit etiam dictus dominus Leonardus ſubiectus eidem ipſa ſupradictæ ſcripturæ conuentionis inter nos initæ.* quæ eſſe debebat ad damnum & lucrum commune ipſorum ſociorum in ſocietate inter eos contracta.

Licet tamen hæc videantur pro Michaele deduci poſſe, nihilominus illis minime repugnantibus intentio dom. Leonardi melior eſt & verior de iure, quoniam Michael in chirographo verſus finem dixit, quod portio ceſſa per eum D. Leonardo, *s' intenda, & ſia da lui meſſa, in eſſa ragione, ſotto nome mio, in nome di acomodita, & non in altro modo.* id eſt: *intelligatur, & ab ipſo ponatur, in ipſa ratione, ſub nomine meo, & non alio modo.* quæ verba † præciſam habent naturam, nec modificationem aut interpretationem ſeparatam à verbis recipiunt, Dec. *conſ. 61.* Pariſ. *conſil. 92. num. 18. volum. 3.* Crau. *conſil. 201. num. 43.* Cephal. *conſil. 296. num. 2.* latius Bologney. *conſ. 10. num. 41.* & præter eos Soc. *conſil. 251. col. 4. verſ. poſtremo. vol. 2.* vbi dicit, † talia verba præciſa & prægnantia ita eſſe, quod non patiuntur diſpoſitionem, cui adiiciuntur, recipere alium ſenſum, quam verba ſonant; ſequitur Goz. *conſ. 3. num. 23.* Bero. *conſ. 31. num. 3. vol. 3.* Rol. à Valle *conſ. 57. num. 48. & conſ. ſequenti, num. 11. vol. 3.* Item † dicta verba ſunt tantæ efficaciæ & virtutis, vt faciant deficere conſenſum partium ita, vt nihil aliud egiſſe videantur, vt poſt multos inquit Ceph. *conſ. 118. num. 14.* &, vt ſcribit Pariſ. *conſ. 19. num. 10. vol. 2.* dicta verba † negant actum aliter poſſe ſortiri effectum, quam ſit expreſſum: ſequitur Rolan. à Valle *conſ. 63. num. 35. vol. 4.* Si ergo Michael fatetur ſe habere dictas pecunias à D. Leonardo, nomine ſuo, ipſius Michaelis, & in nomine acomoditatis, ſicque particularis ſocietatis inter ipſos duos, tum qui vult allegare ſocietatem fuiſſe aliter contractam, id probare debet *l. actor. ff. & C. de probat.* Cor. *conſ. 212. multum diffuſe. & conſ. 299. col. 2. vol. 4.* & ego *conſ. 636. num. 53.* actus † enim voluntarii, vt iſte fuit, ſocietatis particularis inter Michaelem & D. Leonardum non extenduntur vltra quam geruntur, *l. voluntarie. C. de excuſ. tut. l. fin. C. ne vxor pro marito. cum ſimil.* per Pariſ. *conſ. 54. num. 12. volum. 1.* & ego dixi *conſil. 386. num. 6.* 5 6 7 8 9

Secundo moueor ex declaratione particulari dom. Leonardi, poſita in dicto chirographo, vbi dicitur: *Dechiarando, che detto miſſer Leonardo, non vuole in caſo de danni, di detta ragione, potere perdere più, che la detta portione, che mette, di cinque 12. delli duc. 3000. come è detto.* id eſt: *Declarans, quod d. Dn. Leonardus in caſu damnorum dictæ rationis non poterit perdere amplius, quam dictam portionem, quam infert, ducatorum 3000. ſicut dictum eſt.* & illi ſcripto ſe ſubſcripſit Michael, dicens: *Io Michael S. Croce conſermo, quanto di ſopra, manu propria.* id eſt: *Ego Michael de S. Cruce confirmo omnia ſupradicta manu propria.* talis enim † ſubſcriptio dicitur includere & complecti effectum omnium promiſſorum per eum, ad quæ habet relationem, quia talis eſt natura termini referentis, *l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat.* Alexand. *conſil. 14. columm. 3. volum. 6. cum ſimil.* per Rolan. à Vall. *conſil. 44. numer. 29. volumin. 1.* qui ſubdit poſt Caſtrenſ. *conſil. 230. cont. dubio. in antiq.* quod † poſtquam ſcriptura eſt ſubſcripta manu Notarii rogati, perinde eſt, ac ſi tota foret ſcripta manu ſua, *l. emptor. §. Lucius. & ibi Bar. ff. de pact.* ſequitur Curt. iun. *conſilio 162. columm. 2.* & ego *conſilio 297. numero 42.* Ergo non poteſt Michael dictæ 10 11

12 ſcripturæ contrauenire, † quia probat contra ipſum ſcri-
bentem, *l.1.C.de eden.* & omnes *in d.l.admonendi.ff.de iureiur.*
Tertio, licet Michael admiſerit in ſocios nominatos in
illa ſocietate communi inter eum & illos, non tamen illi
dicuntur fuiſſe ſocii D. Leonardi, ſed ipſius Michaelis tan-
23 tum: nam † ſocius mei ſocii non eſt meus ſocius, *l.qui admit-
titur.cum l.ſeq.* vbi Odofred. Alber. Bald. & Fulg. *ff. pro ſoc.*
Petr. de Vbal. *in tractat.de duob.frat.in 10.par.prin.* Alex. *conſil.
139.num...volum.5.* Iaſ. *in epit.feudorum in 10.par.* Alciat. *in l.Mo-
deſtinus.num.3.ff.de verb.ſig.* & poſt eos *deciſ.Genu.27.col.2.* ergo
D. Leonardus teneri non debet ad damnum cæterorum
ſociorum Michaelis, qui ſui ſocii non fuerunt, nec cum illis
contraxit ſocietatem aliquam.
Quarto, totum quoque ſuccedit fundamentum, quod
D. Leonardus non poſſit vllo modo dici fuiſſe ſocius ſocio-
rum dicti Michaelis, in ſocietate communi inter eos inita,
24 quia † ſocietatis nullus per eum fuit initus contractus cum
eis, nec per librorum inſcriptionem, vt quod ſub eius no-
mine expreſſo vel tacito libri inſcripti fuerint: alterum e-
nim concurrere debet ad faciendum aliquem ſocium con-
uentionalem, vt de primo habetur *tot.tit.ff.& Cod. pro ſoc.* &
maxime *in l.4.vbi gloſſ.ff. eod.* de ſecundo vero habetur apud
Bar. & Bal. *in l.ſi paternus.C.commun.vtrunſ.iud.* Soc. *conſ.87.nu.
8.vol.1.* & Stracca poſt eos, *in 2.par.1.par.num.53.de mercatu.* de-
mumque *deciſ. Genu.39.num.6.* reſpondens quibuſdam, vt
per eam.
15 Quinto clarum eſt, † contractum ſocietatis mediante
conſenſu partium iniri, & non aliter, *Inſt.de oblig.ex conſen.&
16 in l.1.in prin.ff.pro ſocio.* & † ad obligandum aliquem requiri-
tur conſenſus, *l.conſenſu.ff.de action.& oblig.l.1.ff.de pact.* at D.
Leonardus, & alii ſocii Michaelis, nec inuicem contraxe-
runt, nec quicquam ſimul geſſerunt; ergo nullo modo di-
cuntur obligati dom. Leonardo, nec ille ipſis, ſicque arguit
deciſ.Genuen.14.num.31.cum ſeq. Propterea non tenetur quic-
quam eis reſpondere de damnis per eos paſſis, ſed Michae-
li tantum, pro parte ſibi dimiſſa.
Sexto & vltimo, ſi contigiſſet, ſocietatem communem
Michaelis cum Baſtiano de Bartolis, & ſociis de Barletta &
Bari, multum fuiſſe ſuperlucratam; particularem vero ſo-
cietatem d. Michaelis contractam cum D. Leonardo fuiſſe
damnificatam, vtique ſocii dictæ ſocietatis communis te-
nen noluiſſent ad reficienda damna dicti D. Leonardi, nec
17 de iure fuiſſent ad id obligati, quia † ſocii vnius ſocietatis
communis non tenentur ad debita alterius ſocietatis di-
uerſæ & ſeparatæ ab illa communi, vt in ſpecie declarat
Anch. *conſ.400.col.1.* quem refert Decian. *reſpon.11.num.1.vol.1.*
ergo iuri quoque conſentaneum eſt, quod ſi decoxit illa ſo-
cietas communis, D. Leonardus non teneatur ex ſua ſocie-
tate particulari contracta cum Michaele, ad damna reſar-
18 cienda pro d. ſocietate communi, vt † contrariorum ſit ea-
dem diſciplina, *l.fin.§.qua quoque.ff.de leg.3.* alias abſurdum
foret, D. Leonardum lucrum non ſentire de ſocietate com-
muni, & damnum pati de ſua particulari, *l.fin.§.licentia.C.de
iure delib.* & ita fundatur optime intentio ſua. Et hanc par-
tem tenendo non obſtant contraria; & primo quod D.
Leonardus non poteſt vti priuilegio acomandigiæ, de qua
ſtatutum curiæ Mercantiæ loquitur, quia non ſeruauit eius
formam, faciendo deſcribi in libro acomandigiarum ſocie-
tatem contractam cum Michaele; quia reſpondetur, quod
cum dictum ſtatutum non vetet fieri dictas acomandigias
ſimpliciter & abſolute, ſed requirat vt fiant cum dicta ſole-
mnitate eas regiſtrandi in libro acomandigiarum, cum
19 modis, de quibus in eo; tale † ſtatutum reſpiciens ſolemni-
tates contractus non debet attendi extra territorium & lo-
cum, vbi viget, ſed debet attendi locus Bari, in quo contra-
20 ctus celebratus fuit, vt in d. ſcripto, quia † quoad ſolemni-
tatem ſeruandam locus contractus inſpicitur, non vnde
perſona contrahens eſt ciuis, *l.ſi fundus.ff.de euict.l.1.C.de e-
man.liber.* Ita voluit Barr. *in l.cunctos populos.in 6.q.prin.C.de
ſumma Trin.* & poſt eum Signorol. & ex illa deciſione Bar.
21 Aret *conſil.54.* ſimilem caſum decidit: nam † ſtatuto Corto-
nenſi cauebatur, quod nulla mulier habens virum poſſet
obligari in aliquo contractu, ſine conſenſu viri, modo mu-
lier Cortonenſis, exiſtens Senis, donauerat cuidam magi-
ſtro, ſine interuentu mariti; dubitabatur, an potuiſſet; de-
terminat Aret. ex pluribus rationibus, quod ſic, & illa po-
tiſſimum deſumpta à Bart. de quo ſupra, quod cum ſtatu-
tum prædictum non abſolute prohibeat mulierem contra-
here, ſed ſine conſenſu viri, non comprehendit eam con-
trahentem extra territorium; & idem tenet Ruin. *conſ. 201.
ſub num.8.vol.1.* & ego *conſil.42.numer.74.cum ſeq.& conſ.427.
num.11.& 12.* & ideo ſcriptum celebratum Bari inter dom.
Leonardum & Michaelem regulari debet ſecundum ius
commune & pacta conuenta, quæ ob id inter eos ſeruanda
ſunt, *l.1.ff.de pact.cum vulgaribus.*
Secundo, poſito quod ſtatutum prædictum deberet at-
tendi, quia dominus Leonardus illi ſubiiceretur; attamen
aduerti debet, quod † cum ſimpliciter diſponat, quod v- 22
nuſquiſque poſſit dare in acomanditam, pecunias facien-
do deſcribi in libro acomanditarum, nec vlterius proce-
dat, annullando, vtique actus valuit, licet non fuerit facta
dicta deſcriptio, vt tenet Bald *in l. ſtatutu.* & ibi clarius Sal.
C.de ſent.ex peri.reci. & idem Bal. *in l.1.ff.de lib.& poſth.* quem
ſequitur ibi Caſtren. Imol. Alexan. Aret. & Socin. & Ale-
xan. *in l.hac conſultiſſima.col.2.C.qui teſtam.fac.poſſ.& conſ.24.
inſpecto procur.col.2.lib.4.* Iaſ. *in l.non dubium.C.de legib.* Fel. *in c.
cum dilectus.colum.16.de reſcr.* Dec. *conſ.229.col.2.* & Natta, qui
communem † teſtatur *conſil.19.col.1.* latius, vt per eum. 23
Tertio, cum prædictum ſtatutum nullam exprimat ra-
tionem, qua motum fuerit, non alia poteſt aſſignari, quam
vt omnibus innoteſcant vires acomandigiæ, vt qui contra-
here voluerint cum dicta ſocietate, ſciant cum quibus con-
trahunt, & eorum facultates, ne decipiantur, credentes
quempiam eſſe ſocium libere, qui poſtea inueniretur, e-
tiam ſocium per modum acomandigiæ; vnde † talis ratio v- 24
nica, licet non fuerit expreſſa, tamen pro expreſſa debet re-
putari, vt not. gloſſ. ſingularis, & poſt eam cæteri, maxime
Iaſ. *in l.quamuis.C.de fideicom. in auth.quas actiones.num.22.C.de
ſacroſanct.eccleſ.& in l.ſi conſtante.* vbi quoque Ripa, Crot. &
Socin. iun. *ff.ſol.mat.* Hieron.Gabr. *conſil.14.num.12.* co proſe
Feder. Scotus, quem Ferrariæ ſtudentem vidi, ſub dom. Al-
ciato ibidem legente *reſp.16.num.20.tomo 1.lib.3.& reſpon.34.
num.10.* Senat. Pedemont. *deciſion.21.numer.3.* Socin. iun. *con-
ſil.1.num.43.volum.1.* Menoch. *conſil.85.num.9.* Card. Alban. *in
ſuis lucubrationib.ad Bar.conſil.71.num.4.* quos omnes congeſ-
ſi *conſil.186.num.41.* ſicut & alius ſtudioſus indagator facere
poſſet. Nec ſufficeret allegari, plures eſſe rationes, niſi alia
probabilis allegaretur, qua poſſet in dubium reuocari,
quod non eſſet vnica, quæ allegatur, vt poſt Aquenſem te-
net Socin. iun. *in d.l.ſi conſtante.& repetit.in d.conſil.1.num.53.*
at iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, quia ſatis innotuit Michae-
li & Bardo, fratri ſuo, qui, qualis, & quas facultates haberet
dom. Leonardus, cum quo contraxerunt, ſubſcribendo
chirographum, *iuxta l.qui cum alio.ff.de regul.iur.* ergo † ceſ- 25
ſante ratione ſtatuti prædicti debet ipſum ſtatutum ceſſare.
Pariſ. *conſil.98.col.6.verſic.& etiam.ſub num.30.vol.1.* & Tiraq.
in tract.ceſſant.cauſ.parte 1.num.235. Nec verum eſt, quod v-
tendo iure communi videatur renunciaſſe priuilegio, quia
verum eſſet, ſi ſimpliciter contraxiſſet ſocietatem, nulla
mentione facta acomandigiæ, nunc autem aliter dixit, vi-
delicet; *la qual portione ſintenda, & ſia da lui poſta, in eſſa ragione,
ſotto nome mio, in nome de acomandita, & non in altro modo.* id
eſt: *quæ portio intelligatur, & ab eo ponatur in ipſa ratione ſub meo
nomine, nomine acomandita, & non aliter.* Quinimo quod do.
Leonardus ſibi reſeruauerit priuilegium, & eo vti voluerit,
conſtat aperte, cum dixit: *Dechiarando, che detto miſſier Leo-
nardo non vuole, in caſo de danni di detta ragione, poter perdere più,
che la detta portione, che mette di 12.quin. delli duc. 3000. come è
detto.* id eſt: *Declarans, quod dictus D. Leonhardus in caſu damno-
rum dictæ rationis nolit plus perdere, quam dictam portionem,
quincuncem videlicet aſſis, ſeu ſumma ducatorum 3000. ſicut di-
ctum eſt.* Dicta namque † reſeruatio totam illam promiſſio- 26
nem qualificat, & ab illa reſeruatione declaratur conſtitu-
tio ſocietatis præcedens, ſicut ab exceptione Regula, vt
pulchre tradit dom. meus Riminaldus *conſ.79.ad fin.* quem
ſequor *conſilio 276.numer.44.* & Decian. *reſponſ.32.num.128.
volum.*

Digitized by Google

volum. 2. & quod ſtatutum loquatur de ſocietate in acomanditam data alicui particulari, concedimus, ibi: *Poſſa ciaſcuno in ſuo nome.* id eſt: *Poſſit quilibet ſuo nomine.* ſed in alio ius ſtabat, circa deſcriptionem omiſſam, quam requirit, cui fuit plene ſupra reſponſum. Quo vero ad ſecundum contrarium, quod Michael ceſſit domino Leonardo portionem illam, in eodem gradu & eſſe, quo erat inter eum & Iunctam; ergo dominus Leonardus in ſolidum teneri debet, ſicut ille tenebatur cum aliis ſocietatibus: reſpondetur, quod illud poſſet eſſe verum, ſi ceſſio facta fuiſſet ſufficien-
27 ter; nam † paria ſunt, non facere. aut minus ſufficienter facere, *c. ſi quis iuſto. verſicul. ſi autem nullus ſunct. gloſſ. in verb. admitti. de elect. in 6.* Lapus *alleg. 22.* quia non fuit facta cum recognitione ſcripturarum, & earum traditione, vt tradit Baldus *in leg. ſi nomen. ff. de hered. vel action. vend.* Alexand. *in l. ſciendum numer. 10. ff. de verborum obligat.* Roman. *conſil. 163. nu-*
28 *mer. 5.* & factum † non dicitur, quando aliquid etiam minimum remanet agendum, Doctores *in l. ſtipulationes non diuid. ff. de verborum obligat.* & tradit decis. Genuen. *189. numer. 3.*
29 Secundo reſpondetur, quod † cum Michael ſe fundet in dictis verbis ab eo prolatis, debetit intelligi contra eum, *l. veteribus. ff. de pact.* puta, quod dicta portio ceſſa domino Leonardo, non eſſet alteri hypothecata, ſed in eo ſtatu, quo erat cum Iuncta, ante ceſſionem; non autem quod dominus Leonardus deberet obligari aliis ſocus, & pro damnis in futurum contingentibus dictis aliis ſociis, idque adeo, quia ſic eſſet opus ſubintelligere perſonas eorum, quod non fit, *l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus.* & ibi Bartol. Alexan. & alii notant, *ff. de verb. oblig.* Ad tertium reſpondetur, quod illa fuerunt verba prolata per Michaelem, quod do. Leonardus ſubiiceretur ſcripturæ conuentionum inter ipſum & Iunctam, quæ non officiunt ipſi Leonardo, cum non conſter de aliqua ſcriptura relata per Michaelem, *l. aſſe toto. ff. de hered. inſt. auth. ſi quis in aliquo.* & ibi Doct. *C. de eden.* Crau. *conſ. 957. n. 4.*

Secundo, ſi quid erat in illa ſcriptura conuentum, quod
30 poſſet eſſe † præiudiciale dom. Leonardo, vtique cum non expreſſe conſenſerit, tacendo non dicitur ſibi præiudicaſſe, quia tacens in præiudicialibus non dicitur conſentire, *l. quæ dotis.* vbi notant Doctores, *ff. ſol. mat.* Quinimo, quod noluerit conſentire in aliquod ſui præiudicium reſpectu ſocietatum communium, clare patet, dum ſubiunxit, *declarando, che il detto miſſer Leonardo, non vuole in caſo di danni di detta ragione, poter perdere più, che la detta portione, che mette delle. 12. delli ducati. 3000. come è detto.* & dictæ declarationi conſenſit Michael & eius frater, ſubſcribendo chirographum: quare res clara remanet ad fauorem ipſius D. Leonardi. *Hippol. Riminal. Ferrariæ.*

Pro domino Conſtantio Cauizano de Mutina.

ARG. An ſtatutum Mutinæ diſponens, quod ciuis occidens ruſticum non teneatur, niſi quantum in bonis habuerit ruſticus ille, habeat locum in ciue ex priuilegio, an vero in ſolo ciue originario.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de ciue, an de vero ſaltem ciue intelligatur, an vero etiam de ciue per priuilegium recepto & nu. 2. 10. 11. & 24.*
3 *Ciuitas an poſſit concedere ciuilitatem alicui in præiudicium ſui Principis & eius fiſci & nu. 31.*
4 *Vna pars ſtatuti declarat aliam.*
5 *Deſcendentes in infinitum vocantur in locum parentum; & qui veniant appellatione deſcendentium & nu. 6.*
7 *Ciuis ex priuilegio eſt verus ciuis ſicut ciuis originarius. & nu. 8. & 9.*
12 *Priuilegium conceſſum alicui & deſcendentibus, ad pronepotes vſque extenditur.*
13 *Relatiuum,* quibus, *refert præcedentes perſonas omnes cum omnibus ſuis qualitatibus. & nu. 14.*
15 *Clauſula,* omni meliori modo, *quæ ſit vis ad ſuſtinendos actus. & nu. 16 & 17.*
18 *Et an & quando ſit ſufficiens ad derogandum iuri communi & nu. 19. & 20.*
21 *Expreſſum id dicitur, in quo diſpoſitio poteſt effectum habere, ne reddatur inutilis.*
22 *Dictio, vt ſupra, eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*
23 *Ciues ſimpliciter creati an omnibus commodis & fauoribus potiantur, ſicut ciues originarii & nu. 28.*
25 *Expreſſum id dicitur, quod per relationem ad aliud fit.*
26 *Ciuilitas vera atque poteſt induci per ſtatutum, ſicut per originem.*
27 *Lex quando poteſt aliquid introducere per veritatem intelligitur introducere verè, non ficte.*
29 *Perfecta ætas intelligitur de 25 annis non de illa quæ ſuppletur beneficio Principis. Aliud eſt in ciuilitate. nu. 30*
32 *Conſenſus Principis præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis.*
33 *In aſtimo conſcripti cenſentur onera ciuium ſuſtinuiſſe & ſufficit aliquod ſaltem onus ſuſtinuiſſe, ad inducendam ciuilitatem.*

CONSIL. DCCXC.

CVM proponatur, D. Conſtantium Cauizanum occidiſſe Fabianum Gauiolum ruſticum, & opera ruſticalia exercentem, qui D. Conſtantius eſt ciuis Mutinæ, ex priuilegio, dictum fuit ad eius fauorem, quod condemnari non poſſit, niſi quantum in bonis habuerit dictus Gauiolus, iuxta formam ſtatuti Mutinæ *lib. 3. Rub. 52.* Sed quoniam huic intentioni ſuæ quædam dubia proponuntur obſtare, de his breuiter eſt perſcrutandum. Dicitur ergo, quod † ſta- 1
tutum prædictum, dicens, ſi quis ciuis occiderit aliquem ruſticum, debet intelligi de vero ciue, non autem de eo, qui receptus fuit ad ciuilitatem per priuilegium, vt tradit Bal. *in l. 3. § hæc verba. col. 1. ff. de neg. geſt. verſ. item ſi ſtatutum.* vbi dicit;
quod ſi † ſtatutum dicat, quod ſi quis offenderit ciuem, in- 2
telligitur loqui de vero & naturali ciue, non de eo, qui ad ciuilitatem receptus eſt; & illam deciſionem Baldi ſequitur Rol. à Vall. *conſ. 63. n. 20. vol. 1.* vbi citat etiam conſilium Alex. quod inuenire non potui. Secundo repugnare videtur:
nam † Communitas Mutinæ non videtur potuiſſe conce- 3
dere ciuilitatem D. Gaſpari, & deſcendentibus ſuis de Cauizanis, in præiudicium Principis, & eius fiſci, gl. *in l. vacuatis. & ibi Doct. C. de decur. libr. 10.* Romani *conſ. 252. col. 1.* Fel. *in c. accedentes. col. pen. verſ. octaua concluſio. de præſcr.* & Pari. *conſil. 68. in fin. vol. 1.* vnde ſub prætextu dictæ ciuilitatis non debet impediri confiſcatio bonorum Cauizani. Ego vero dico, dom. Conſtantium in plus non teneri, quam fuerit in bonis dicti Gaiuoli per eum occiſi; moueor ex ipſo ſtatuto Mutinæ ſuperius allegato, vbi primo dicitur: *Qui occiderit ciuem originarium, vel ex priuilegio, pœna vltimi ſupplicii puniri debeat, & bona ſua confiſcari debeant;* deinde ſubiicitur: *Vbi vero ciuis occiderit aliquem ruſticum, puniatur in ære, & in tantum, quantum in bonis habuerit dictus occiſus:* pondero, quod ſicut in prima parte ſtatutum dixit, de occidente ciuem originarium, vel ex priuilegio; pariter in ſecunda parte, vbi ſimpliciter dicit; *vbi ciuis occiderit ruſticum,* debeat intelligi de ciue
originario, vel ex priuilegio, quia † vna pars ſtatuti declarat 4
aliam, Bar. *in l. prætor. § erit autem. ff. de vi bon. rap.* Ang. *in l. vtrum. ff. de pet. her.* Corn. *conſil. 182. col. 3. vol. 3.* Soc. *conſil. 9. num. 8. vol. 3.* Soc. iun. *conſil. 102. num. 29. vol. 2.* & Ceph. *conſ. 329. num. 37.* Igitur D. Conſtantius beneficio d. ſtatuti frui debet, cum ſit ciuis ex priuilegio, iam diu conceſſo D. Gaſpari. & deſcendentibus ſuis de Cauizanis: vt enim declarat Cyn. *in*
tract. de ſucceſ. ab inteſt. in prin. deſcendentes † in infinitum 5
vocantur in locum parentum, & idem *in auth. ceſſante. in fin. C. de leg. her.* vbi & Alber. *ver. idem.* Decian. *reſpon. 9. n. 45. vol. 2.*
& † appellatione deſcendentium veniunt omnes in infini- 6
tum, *l. liberorum. in princ. ibi; cæterique qui ex his deſcendunt. ff. de verb. ſign.* cum ſimil. per Alex. *conſ. 161. col. 1. vol 2.* Cur. *conſ. 42. col. 4.* Dec. *conſ. 223. n. 2.* & Decian. *reſp. 103. n. 25. vol. 2.*
Secundo confirmatur: † nam ciuis ex priuilegio dicitur 7
vetus ciuis. Bal. *in l. in vrbe. in prin. ff. de ſtat. homin.* nec minus proprie ciuis dicitur, quam originarius, cum efficiatur ita ciuis per creationem, ſicut per originem, *l. 1. ff. ad munic.* & ibi Bar. *col. pen. verſ. not. ſecundo.* Alex. *conſ. 106. viſo inſtrumento. col. 3. vol. 2.* Afflict. *deciſ. 384. num. 14.* & Siluani *conſil. 1. num. 90. verſ.*
dico igitur. vbi ſecundum eos † non requiritur, quod ſit na- 8
tus, dummodo ſit receptus in ciuem, vel munera ſubeat, & dicitur ciuis vere & proprie, cum illa iura ſimpliciter loquantur, & vniformiter ſint intelligenda, tam de creato, quam nato & originario, *l. tam hoc iure. ff. de vul. & pup.* & in terminis tradit Aret. *in l. 2. in prin. col. pen. ver. in autem. ff. de ver. obl.* quem refert & ſequitur Ruin. *conſ. 227. nu. 2. vol 1.* & alios

ad hoc

ad hoc cumulat Ceph. *conſ.451.nu.18. cum ſeq.* potiſſime vero
9 Bartol. *conſ.62. punctus talis.* vbi dicit; † eſſe ciuem, non eſſe a-
ctum naturalem, ſed ciuilem; & fieri quandoque inſpecta
origine, quandoque inſpecta dignitate, & aliquando per
adoptionem; omnes tamen vere ac proprie ſunt ciues, vt
10 per eum, & vltra prædictos, † quod in ſtatuto loquente de
ciue, comprehendatur ciuis ex priuilegio, tradunt Alex. A-
ret. & alii *in l.1. ff. de leg.1.* Iaſ. *in l. ſi Ruffinus. col.2. limit.2. C. de teſt.
mil. & in repet. l. ſi is qui pro emptore. num.293. cum ſeq. ff. de vſuc.*
11 quos refert Decian. *reſp.2. n.112. vol.2.* & licet † ſubiungat; pri-
uilegium de ciuibus loquens non comprehendere abſen-
tes, cum tractetur de obligandis illis oneribus ciuitatis, vt
per Anch. *conſ.169.* & per Dec. *conſ.661. col.2.* tamen (vt ille
ſubdit) bene ciuilitas acquiritur, ſi de nouo conſentiant, vt
per Bal. *in l.1. C. de his qui fil. diſtr.* nec expreſſa requiſita fuit ra-
tificatio D. Conſtantii dicti priuilegii, ſed ſtatim cœpit ha-
bere effectum, ex quo de illo habuit notitiam, & eo vſus
fuit, ſecundum Alber. de Roſ. Bar. & alios *in l. fin. ff. de conſt.
Prin.* Abb. & alios *in c.2. de conſt.* & Soc. iun. *conſ.18. n.22. vol.3.*
12 & cum † non excedat gradum pronepotis dicti Gaſparis,
cui conceſſum fuit priuilegium & deſcendentibus ſuis, be-
ne ſub eis comprehenditur, vt per gl. notab. quam Bart. &
omnes ſequuntur *in l. liberos. ff. de ſenat.* quos etiam refert &
ſequitur Dec. *in d. reſpon.2. n.120. vol.2.*

Tertio conſidero diligenter, quod in priuilegio narra-
tur, quod D. Gaſpar de Cauizanis diu deſiderauit & deſi-
derat, ſe & eius deſcendentes fieri ciues ciuitatis Mutinę, &
ideo petitum fuit, ipſum & eius deſcendentes fieri & creari
ciues d. ciuitatis Mutinæ, & in numero aliorum ciuium
Mutinenſium numerari & deſcribi, ita vt ipſe & eius de-
ſcendentes gaudeant honoribus & beneficiis, quibus gau-
dent & gaudere conſueuerunt alii veri & originarii ciues
13 Mutinenſes. Pondero relatiuum † illud, *quibus*, cum ſe-
quentibus verbis, quod refert præcedentes perſonas o-
mnes, cum omnibus ſuis qualitatibus, annexis ſingulis per-
ſonis, id eſt, originarios ciues Mutinenſes, vt, quibus hono-
ribus & beneficiis illi gaudent & gaudere conſueuerunt,
gaudeant pariter Gerardus & eius deſcendentes de Caui-
14 zanis, quia † iſta eſt natura relatiui, vt referat præcedentia
cum omnibus ſuis qualitatibus ſuprascriptis, in termino, ad
quem fit relatio, vt notat Bar. *in l.1. §. vlt. ff. ſi fam. fur. feciſ. di-
cat. circa fin. & in l.1. ff. de receptat.* & idem Bart. *in l. ſi quis ſer-
uum. §. fin. verſ. ſed quæro, teſtator. ff. de leg.2.* per tex. *in l. a filio. §.
1. ff. de alim. & cib. legat.* at ciues originarii Mutinæ ſine dubio
gaudent & gaudere conſueuerunt beneficio dicti ſtatuti,
caſu quo contingeret eis, vel alicui eorum, occidere ruſti-
cum; ergo pariter idem vere debet eo ſtatuto vti in occur-
renti caſu, cum potiſſime ſubiiciatur in ipſo priuilegio: *quod
habito colloquio inter ipſos Sapientes, & obtento partito ad fabas
albas in totum, præfati Sapientes omni modo, via, iure & forma,
quo, & qua magis ac melius potuerunt, dictum Gaſparem & eius
deſcendentes fecerunt & creauerunt, vt ſupra, ciues dictæ ciuitatis
15 Mutinæ,* quæ clauſula, † *omni meliori modo*, eſt magnæ impor-
tantiæ, ad ſuſtinendos actus omni poſſibili modo, vt patet
ex deductis late per Felin. *in c. cum ſuper. col. pen. de offic. deleg.*
16 & † per eam ſapientes, qui ciuilitatem conceſſerunt, non
videntur ſe voluiſſe reſtringere ad ſpecificata, ſecundum
Bal. *in l. vinum. col.5. ff. ſi cer. pet. & conſ.489. in cauſa vertente, col.
5. vol.3.* Alex. *conſ.113. vol.3.* Socin. *conſ.142. col. antep. vol.1.* Ruin.
conſ.9. vol.5. Crau. *conſ. fin. n.15.* & ego *conſ.325. nu.8.* ſubiiciens,
17 quod † per eam ſuſtinentur actus, eo modo, quo poteſt, vt
not. Bal. *in l. cum pater. §. filius. ff. de leg.2.* Cardin. *in c. cum ex of-
ficii. de præſcr.* Dec. *conſ.14. col.2. & conſ.77. colum.2.* Celſus Vgo
18 *conſ.120. n.54.* & licet Natta *conſ.402. n.36.* dicat, quod † dicta
clauſula non ſit ſufficiens ad derogandum iuri communi,
19 tanquam nimis generalis, iuxta cum † ius commune habeat
clauſulam derogatoriam ad ſequentia reſcripta, *l. quotiens. l.
nec damnoſa. C. de precib. Imper. offeren.* debet eidem derogari
in ſpecie, & non in genere, nec reperitur, quod hæc clauſula
numeretur inter clauſulas derogatorias: attamen periculo-
20 ſa mihi videtur opinio Nattæ, quia per dictam † clauſulam,
omni meliori modo, mens apparere videtur derogandi, vt tra-
dit Bald. *conſil.226. volum.1. repetito conſil.173. in fin. vol.2.* idem-

que tradit Socin. *conſil.2. num.11. & ſequent. volum.3.* Ruin. *con-
ſil.11. num.13. volum.2.* Socin. iun. *conſil.143. num.2. in fine vol.2.* &
poſito, quod eſſet neceſſaria derogatio in ſpecie, ſatis ea di-
citur interueniſſe, & ſatis expreſſa, petendo, Cauizanos fie-
ri & creari ciues Mutinæ, & in numero aliorum ciuium
Mutinæ deſcribi, ita vt gaudeant honoribus & beneficiis,
quibus gaudent & gaudere conſueuerunt alii veri & origi-
narii ciues Mutinenſes, quæ ſunt beneficia ſtatutorum Mu-
tinæ: nam † expreſſum id dicitur, in quo diſpoſitio poteſt 21
effectum habere, ne reddatur inutilis, vt per Bar. *in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. in 6. q.* & ibi Crot. *n.127. ff. de ver. obl.* Rom. *ſing.
492. in legato.* & Crauet. *conſ.933. nu.28.* & cum ſapientes crea-
uerint eos ciues Mutinæ, vt ſupra, dicitur eos creaſſe ciues,
vt petitum fuit, ſcilicet vt fruantur & gaudeant beneficiis,
quibus gaudent & gaudere conſueuerunt alii veri & origi-
narii ciues Mutinæ, quia illa dictio, † *vt ſupra*, eſt relatiua 22
præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus. Bartol. *in l.
1. §. hoc edicto. ff. de poſtul.* Curt. *conſil.51.* Dec. *conſil.172. num.3.* &
ego latius *conſil.171. num.27.* Quinimo plus dici poteſt, quod
etiamſi ſine tot verbis, poſitum in priuilegio, † ſimpliciter eſ- 23
ſent creati ciues Mutinæ, vtique omnibus his commodis &
fauoribus potirentur, quibus & ipſi ciues originarii, dum
tamen fauores illi prouenirent ex conſtitutionibus ipſius
ciuitatis Mutinæ, quale eſt ſtatutum, de quo agitur, vt not.
Bartol. *in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. cum ſimil.* abunde
per Roman. qui ſic dicit & tenet *conſ.62. n.9.* & ibi Mandoſ.
in apoſtil. & ex his multum iuridica redditur intentio domi.
Conſtantii.

Nec obſtant in contrarium deducta, & inprimis doctri-
na Baldi *in d. §. hæc verba.* licet enim primo dicatur, quod ſi
ſtatutum dicat, ſi quis offenderit ciuem, intelligitur loqui
de vero & naturali ciue, non de eo, qui ad ciuilitatem rece-
ptus eſt per priuilegium, ſicut ſunt Iudæi in ciuitate; tamen
iſtud † limitat idem Bal. niſi in eorum priuilegio exprime- 24
retur, quod omnia ſtatuta loquentia de ciuibus vendica-
rent ſibi locum in perſonis eorum, argumento tex. *in l.1. §.
lex Falcidia. ff. ad l. Falcid.* quod hic ſatis factum dicitur, dicen-
do, quod gaudeant beneficiis, quibus gaudent & gaudere
conſueuerunt veri & originarii ciues Mutinenſes, quod eſt,
vt gaudeant beneficiis ſtatutorum Mutinæ: dicitur † enim 25
quid expreſſum, quod per relationem ad aliud fit, *l. vbi au-
tem. §. illud. ff. de verb. oblig.* late Dec. *in l. certum. n.3. ff. ſi cer. pet.*
pulchre Ruin. *conſil.165. num.8. vol.2.* Tiraq. *de leg. connub. gl.5.
num.187.* & Menoch. *conſ.72. in fine.* Quinimo dicit Bal. *in d. §.
hæc verba.* poſt Bar. *in l. ſi is qui pro emptore.* quod † vera ciuili- 26
tas ita poteſt induci per ſtatutum, ſicut per originem, cum
ciuilitas habeat ſub ſe plures ſpecies, & omnis ſpecies ſit ve-
ra ſpecies, *l. ciues. C. de incol.* vnde non eſt verum, quod iſti
ſint ciues ficti, imo ſunt veri ciues, quia † quotiens lex po- 27
teſt aliquid introducere per veritatem, intelligitur intro-
ducere vere, non ficte. Præterea dicit † Bald. poſito quod i- 28
ſti eſſent ficti ciues, † priuilegium vel reformationes eo-
rum recipiunt interpretationem paſſiuam, vt leges, quæ de
ciuibus loquuntur, porrigantur ad eos, tam ad fauorem,
quam ad odium, *d. §. Falcidia.* Propterea bene Decianus *re-
ſpon.2. nu.112. vol.2.* inter alios tenet, quod ſtatutum loquens
de ciue comprehendat ciuem ex priuilegio, citat Baldum *in
d. §. hæc verba.* qui ſic tenet; & licet ſubiungat Bald. licet ſit
argumentum contra *in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impet.* vbi ſi
fiat † mentio perfectæ ætatis, intelligitur de 25. annis, non 29
autem de illa, quæ ſuppletur beneficio Principis, quia pri-
ma naturalis eſt, & ideo vera, ſecunda vero ciuilis, & ficta;
tamen † non idem iuris eſt in ciuilitate, quia, eſſe ciuem, 30
non eſt actus naturalis, ſed ciuilis, vt inquit Bar. *conſ.62. pun-
ctus talis.* nec illi argumento dicitur adhæſiſſe Baldus, ſicut
nec quando in vltima opinione dicitur, *alii dicunt*, vt not. *in
l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iur. omn. iud.* & dom. meus Zuc-
car. *in rubr. ff. ſi cer. pet. in fin.* Ad ſecundum vero, quo dicebà-
tur, talem ciuilitatem non potuiſſe concedi in præiudicium
fiſci, ſeu Principis; † reſpondetur ſecus eſſe, ſtante illius 31
conſenſu, vt per Fel. *in d. c. accedentes. in fin.* † quæ ſolemnitas 32
conſenſus præſumi debet interueniſſe ex diuturnitate tem-
poris decurſi à conceſſione priuilegii dictæ ciuilitatis, facti
de an-

Digitized by Google

de anno 1472. & ſic præter annos centum, iux. not. per eundem Fel. *in c. ſicut de re iud. col. 17. cum ſequen.* & oor. Doctores
13 *in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & in alijs locis.* & † cum in æſtimo præceſſores D. Conſtantii & ipſemet fuerint deſcripti, patet, quod onera ciuiom ſuſtinuerint; & licet onus ſoluendi ſpeltas dicatur reale, nil refert, quia ſatis eſt, id vel aliud onus ſuſtinuiſſe ad inducendum ciuilitatem, iux. not. per Bal. *in l. quod fauore. in 7. opp. C. de legib.* & hæc ſatis. *Hipp. Riminal. Ferraria.*

Pro Communi Ferrariæ.

ARG. Bona data ſeu conceſſa alicui à Principe cum omnibus prærogatiuis, gratiis & priuilegiis, &c. an ſint immunia à collectis Communitati debitis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas cum qua quid permiſſum dicatur probanda eſt.*
2 *Princeps non creditur velle præiudicare iuri, quod quis habet non modo in re, ſed etiam ad rem.*
3 *Diſpoſitio generalis non comprehendit caſus in ſpecie priuilegiatos.*
4 *Donatio fit de rebus donantis, non de alienis.*
5 *Dictio, cum, poſita inter res, copulat acceſſoria.*
6 *Verba vbi non conueniunt, ibi nec diſpoſitio.*
7 *Priuilegium immunitatis conceſſum alicui pro bonis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec ad eum, in quem bona transferuntur.*
Et quando amittatur nu 12. & ei renuntiatum dicatur. ibid.
8 *Immunitas eſt odioſa. Et à collectis, vt valeat, continere debet clauſulam expreſſam,* non obſtante. *nu 10.*
9 *Periculum eius eſſe debet, cuius eſt commodum.*
11 *Argumento hoc, quod ſatis fuiſſet duobus verbis exprimere, vtuntur ſæpe conſulentes, & eſt validiſſimum.*
13 *Cautela ad faciendum quem perdere ſuam immunitatem.*

CONSIL. DCCXCI.

CVM proponatur in dubiis eleganter propoſitis, Seren. Ducem Borſium in inſtrumento liberationis à feudo, de anno 1457. donaſſe Comiti Laurentio Strozæ, & eius ſucceſſoribus res Hoſtellati, debuit Comes Palla probare,
1 ſe fuiſſe illius ſucceſſorem, quia † vbi quid permittitur cum aliqua qualitate, debet de illa qualitate conſtare, *l. 1. §. ait prætor.* & ibi Bartol. *ff. ne quid in loc. pub. l. fin. §. docere. ff. ne quis eum.* Natta *conſil. 436. num. 6.* hoc autem oon video probatum ab eo, ideo dicto inſtrumento niti non poteſt. Secundo, poſito, quod dictam ſucceſſionem probaſſet, adhuc tamen immunitate contenta in d. inſtrumento dictus Comes niti non poteſt, reſpectu collectarum, de quibus agitur, cum nulla de his ibi fiat mentio, quæ debentur Com-
2 muni Ferrariæ, quoniam † Princeps non creditur voluiſſe præiudicare iuri, quod quis habet, oon modo in re, ſed etiam ad rem, vt inquit Abb. *in c. in noſtra. not. 3. de reſcr.* Dom. post Ioan. And. *in c. ſi motu proprio. col. 1. verſ. quæro ſi impetrans. de preb. in 6.* ſequitur amplians Natta *conſ. 268. n. 3.*

Tertio confirmatur: nam Princeps de anno 1445. ſtatuit; *Quod quilibet ciuis de cætero in perpetuum ſoluere & ſubire teneatur, & debeat omnes collectas imponendas in ipſa ciuitate Ferrariæ, pro omnibus eius bonis immobilibus & iuribus, cuiuſcunque conditionis & qualitatis exiſtant, etiam non obſtantibus aliquibus decretis, priuilegiis, literis & inſtrumentis, quæ aliquis eorum haberet immunitatis & exemptionis ab ipſis collectis & grauaminibus, ſub quacunque forma verborum: nam ea omnia decreta, priuilegia, literas & inſtrumenta huiuſmodi caſſamus, irritamus & annullamus, & pro irritis caſſatis, & annullata de cætero eſſe, & haberi volumus, atque mandamus.* Quibus tam præciſis verbis ad fauorem Communis Ferrariæ, de ſoluendis collectis bonorum ipſi Communi, ſequitur, quod ſub illis verbis, in d. inſtrumento donationis factæ Comiti Laurentio, *bonorum Hoſtellati, cum omnibus prærogatiuis, gratiis, priuilegiis, & cæteris, quibuſcunque nominibus cenſeantur, emolumentis, ac aliis dependentibus, & decreto eiuſdem dom. Ducis, vel conſuetudine, vel aliter competentibus, actiue & paſſiue, tam ipſis hominibus dictorum locorum, quam ipſis locis & bonis, & rebus eorum;* non comprehenduntur onera collectarum, in quibus conſequendis ab omnibus Communitas eſt in ſpecie priuilegiata: diſpoſitio
3 enim † generalis non comprehendit caſus in ſpecie priuilegiatos, in caſu, de quo loquitur diſpoſitio generalis, vt in pleriſque locis firmat Dec. videlicet *in l. ſi certis annis. C. de pact. in l. ex teſtamento. C. vnde lib. in c. ſedes. nu. 13. de reſcr.* & in aliis, quos ego cumulaui, ſicut & concordantes, *Inſt. quib. alien. licet. in prin. n. 357.* prout ibi videri poteſt.

Quarto conſidero diligenter verba dicti inſtrumenti, quæ dicunt; *quod Dux Borſius donat Comiti Laurentio res Hoſtellati cum omnibus prærogatiuis, &c.* nam † donatio fit de re- 4
bus donantis, & non de alienis, *l. ſi filius. C. de donat.* ergo non comprehenduntur collectæ, quæ non pertinebant ad Principem, ſed ad ipſum Commune Ferrariæ.

Quinto plus accedit, quod Seren. ille Dux donauit dictas res Hoſtellati, cum omnibus prærogatiuis, gratiis, &c. quæ dictio, † *cum*, poſita inter res, copulat acceſſoria, *l. 1. cum* 5
ſeq. ff. de pecul. leg. Bar. & Doct. *in l. Titia textores. §. penul. ff. de legat. 1.* Rum. *conſ. 45. in prin. vol. 1.* & ſic comprehenſa fuerunt ſub illis verbis prærogatiuæ, gratiæ, &c. vt ſubiicitur, emolumenta, quæ venirent præſtanda d. Comiti, occaſione dictarum rerum, non autem grauamina & onera, cauſa dictarum rerum præſtanda dictæ Communitati Ferrariæ; vnde cum † verba dictæ donationis non conueniant caſui no- 6
ſtro, nec illius diſpoſitio conuenire debet, *vulgata l. 4. §. toties. ff. de dam. infect.*

Sexto, dictum priuilegium, vel ſi quid aliud conceſſum d. Comiti Laur. confirmatum reperitur in perſonam D. Leonæ, non autem Comitis Pallæ; ergo non debet communicari ei, poſito quod eſſet ſucceſſor in dictis bonis, quia † priuilegium immunitatis conceſſum alicui pro bo- 7
nis, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec ad eum, in quem bona transferuntur, *l. licitatio §. fin. ff. de public. a l. etatem. §. fin. ff. de cenſib.* Io. Andr. *in addit. Specul. in tit. de cenſib §. nunc dicendum. in addit. magna. verſ. tractauit Vbertus.* Io. Andr. Archid. & Domin. *in c. 1. de immun. eccleſ. in 6.* cum ſimil. per Nattam *conſ. 311. n. 5.* quæ videri poſſunt apud eum.

Septimo, poſito ſine veri præiudicio, quod in allegato ſæpius inſtrumento comprehenderetur immunitas à collectis, (quod ſemper negatur) attamen aduerti debet, quod ante de anno 1550. emanauerat proclama Ducis Borſii pro Communitate Ferrariæ, quod nemo cenſeretur immunis à ſolutione collectarum, ratione bonorum; quinimo derogauit ille Princeps quibuſcunque conceſſis in contrarium: & vlterius de anno 1488. mandauit ſeruari dictum proclama, nullamque exemptionem collectarum ſeruari, niſi de dicto proclamate ſit facta mentio; propterea dicta conceſſio in inſtrumento prædicto facta medio tempore, veluti annullata & correcta, reſpectu collectarum (ſi eas contineat, quod negatur) non debet attendi, nec allegari poteſt ad deciſionem præſentis cauſæ, pro dicto Comite Palla, velut correcta, prout de legibus correctis eſt tex. & ibi Bart. *ff. de falſ.* & notant ſcribentes *in c. 1. de conſtit.* quare concludendo ſequitur, Communitatem Ferrariæ, circa collectas exigendas ab ipſo Comite Palla, & ſuis heredibus ius omnino fouere.

Sed vlterius, octauo loco, diligenter ego conſidero, quod intentio Principis nunquam fuerit, iſtos nobiles Strozios à collectis liberare, debitis Communi Ferrariæ, pro bonis eorum Hoſtellati: nam video, quod in priuilegio Marchionis Nicolai, in quo redduntur immunes homines Hoſtellati, ſicut homines Milliarii, dicitur: *Ita tamen, quod in huiuſmodi noſtra exemptionis & gratia. ac conceſſionis recognitione dicti homines Hoſtellati ſoluant & ſoluere debeant Cameræ noſtræ Ferrariæ in feſto S. Michaelis, lib. 144. m.* cum enim † immu- 8
nitas odioſa ſit, *l. vacuatis.* & ibi gl. Bart. Ioan. Plat. & alii, *C. de decur. libr. 10. l. qui grauatos. C. de cenſib. & cenſito. lib. 11.* Fulg. *conſ. 120. ſuppoſita bulla. col. 1.* dicta immunitas diceretur odioſa valde, ſimul & præiudicialis Communi Ferrariæ, ſi dicti homines Hoſtellati dicerentur à collectis liberati, & nullam inde recognitionem, nec vtilitatem dictum Commune conſequeretur, ſed eam Camera Ducalis conſequeretur: igitur hinc manifeſte colligitur, quod priuilegium Marchionis Nicolai, quo dicti homines Hoſtellati redduntur immunes ab omnib. & ſingulis oneribus, &c. ſicut & aliud Ducis Borſii, quo res Hoſtellati donantur Comiti Laurentio, cum omnib. prærogatiuis, &c. debet intelligi de onerib.

præ-

prærogatiuis & gratiis pertinentibus ad Cameram Duca-
lem, quæ commodum pecuniarium ſingulis annis ea de
9 cauſa conſequitur, † quia eius periculum eſſe debet, cuius
eſt commodum, *l. quod ſi in venditione. ff. de hered. vel act. vend. l.
quia poterat in prin. ff. ad Treb. §. cum autem. Inſt. de emp. & vend.*
non autem debet intelligi de collectis ad Commune per-
tinentibus, quod nullum commodum conſequeretor; id-
10 que præterea confirmatur, quoniam † immunitas à colle-
ctis, vt valeat, continere debet clauſulam expreſſam, non
obſtante *l. vacuatu. C. de decur. libr. 10.* adeo quod non ſufficit
generalis, vt ponit Feſtaſius *in tract. de collect. cap. 7.* quæ clau-
ſula hic expreſſa non reperitur.

Nono, perſuaderi quoque poteſt, dicta priuilegia de li-
beratione dictorum hominum Hoſtellati à collectis non
loqui, nec intelligi debere, cum in eis manderut iudici ag-
gerum, Poteſtati milliarii, & conductoribus datiorum, ad
quos non pertinet obſeruantia collectarum ſoluendarum,
vel non, ſed ad Iudicem 12. Sap. de quo nulla fit in eis men-
tio, vt tamen fieri conſueuit, quando priuilegia ſolent dari,
in quibus diſponuntur aliqua, quæ pertineant ad ipſos iu-
11 dices 12. ſapien. † Vnde cum de facili fuiſſet duobus verbis
id explicare, *cap. ad audientiam. de decim. l. 1. §. ſin autem ad defi-
cientis. C. de cad. toll.* quo argumento, tanquam validiſſimo,
ſæpe vtuntur Conſulentes, vt per Bald. *conſil. 102. præmiſſis
duobus. & conſil. 328. cum in cauſa. col. fin. vol. 3.* & alibi Scriben-
tes, vt per Decian. *reſpon. 11. vol. 1.* datur intelligi, quod dicta
priuilegia de liberatione collectarum non loquantur, nec
ſint de illis vllatenus intelligenda.

Decimo & vltimo, bona dicti Comitis Pallæ reperiun-
tur in æſtimo Communis deſcripta, & in margine nota-
tum, quantum importent eorum collectæ, & ipſe id ſciuit,
vigore proclamatum editorum, quod vnuſquiſque debet
12 in æſtimo deſcribi facere bona ſua, ſub pœna; nec † tamen
ille per ſe, vel alios, comparuit ad allegandam immunita-
tem à collectis, ſi quam habebat, nec appellauit intra 10.
dies; ergo perdidit priuilegium d. immunitatis, nec amplius
audiri debet, quia videtur illi renuntiaſſe: doctrina eſt An-
geli, per illum tex. *in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando app. ſit.* vbi di-
cit eum tex. peregrinum, & communiter ignoratum; ſequi-
tur Ang. Aret. *ibidem,* hoc multum notans, & dicens, quod
nunquam exeat mentem tuam, idemque tenet Andr. de
Barulo *in l. 1. C. de his qui ſpon. muner.* & Felin. *in c. cum acceſſiſ-
ſent. col. 13. verſ. 3. regula. de conſtit.* Alexan. *conſil. 135. volum. 2.* Ga-
briel. *in tit. de iure immunit. concl. 1.* & Specul. aut. Marantæ
par. 6. num. 325. in tit. & quandoque appellatur. qui dicit, ex hoc
13 poteris extrahere † bonam cautelam in fauorem vniuerſi-
tatis, ad operandum, quod ciuis exemptus perdat ſuam ex-
emptionem, quod procuret vniuerſitas, vt deſcribatur in
libro ſoluentium, & notificetur ei, qualiter ſit deſcriptus, &
ſi non appellat intra dies 10. à die notitiæ, perdit priuile-
gium; & ipſe forte non aduertet in appellando, quia confi-
dit ſuo priuilegio, credens ſe poſſe illud quandocunque
producere, & ſic remanebit deceptus. Sed, vt dixi ſupra,
bona iſta Hoſtellati non ſunt à collectis exempta, prout
nec plura quorundam, de quibus in procur. & meminit do.
Robertus in inſtructione ſua, ad quam cauſa breuitatis me
remitto, vnde pro Communitate venit iudicandum. *Hipp.
Rimin. Ferrariæ.*

Pro Domino Bart. Triſtano.

ARG. Quibus clauicæ iuxta prouiſionem Rei-
pub. Ferrarienſis concedendæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Proximioribus illi intelligantur, qui proximius habitant, vel qui agros pro-
pinquiores habent.*
2 *Ratio motiua deliberationis pro expreſſa debet haberi.*
3 *Inſtitutio facta de aliquo, tanquam de filio, vel fratre, cum talis non ſit,
habetur pro non facta, & hæreditas eſt ex cauſa inteſtati.*
4 *Si quis relinquat filio naturali, ſed appellet eum legitimum & natura-
lem, corruit relictum.*
5 *Quod nullum eſt, imaginem rei non habet, nec tractu temporis reconua-
leſcit.*
6 *Promiſſio perſonalis facta aliquibus, eis defunctis, contra alios exerceri
non poteſt & nu. 7.*
8 *Dictio, tantum, eſt excluſiua omnium aliorum caſuum.*
9 *Clauica quæ dicatur baſtarda, & quæ magiſtra.*
10 *Errans non dicitur conſentire.*
11 *Falſa cauſa vitiat actum, etiamſi verba diſpoſitiua interuenerint.*
12 *Error probatur, probando rem aliter ſe habere.*
13 *Peritis in arte ſtandum eſt, velut iudicibus.*
14 *Præcedentia declarant ſequentia.*
15 *Contrarietas & correctio in quibuscunque diſpoſitionibus eſt vi-
tanda.*
16 *Ius tertii quando opponi poſſit.*
17 *Teſtis productus à parte probat contra eum.*

CONSIL. DCCXCII.

HERENES D. Michaelis Mirandulæ nituntur conceſ-
ſione facta de anno 1567. dicto Michaeli de clauica,
per Magnificum D. Iudicem 12. ſapientum, inhærendo de-
liberationi editæ in Communi Ferrariæ, de anno 1549. *de
clauicis concedendis in cuſtodiam familiis propinquioribus ipſis cla-
uicis;* at per teſtes examinatos pro parte D. Bartholomei Tri-
ſtani, ſecundum videlicet, patet, quod familia de Guare-
ſchis, ſeu Zaualcis eſt proximior dictæ clauicæ, quam fue-
rit, ſeu ſit familia dicti Mirandulæ; idemque tertius depo-
nit, licet ſecus ſubiungat, reſpectu terreni dicti Mirandulæ,
quod nihil refert, quia † proximioritas in hoc conſideratur 1
in habitantibus, qui debent habere curam clauicæ, non in
terreno inanimato: nec aliquid Mirandulas iuuat intelli-
gentia duorum eorum teſtium, primi ſcilicet & ſecundi, in
quantum dicunt, quod domus ipſorum de Mirandulis et-
iam propinquior ſit dictæ clauicæ, id enim dicitur velut de
intereſſatis; non autem intelligitur comprehendi eos, qui
ibi non habent intereſſe, quia talis intelligentia repugnat
deliberationi prædictæ, quæ vult concedi clauicas familiis
eis proximioribus: igitur licet earum particulariter non in-
terſit, eis tamen concedi debent propter intereſſe publi-
cum, & hæc fuit ſola † ratio motiua deliberationis, quę pro 2
expreſſa debet haberi, gl. & Doctores, vbi Iaſ. *in l. quamuis. C.
de fideic. & in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat.* His ita ſtantibus dico,
quod conceſſio clauicæ, de qua agitur, facta per D. Iudicem
12. ſapientum D. Michaeli Mirandulæ, fuit nulla, quia mo-
tus fuit inhærendo deliberationi prædictæ anni 1549. quæ
loquitur circa conceſſionem clauicarum familiis proxi-
mioribus ipſis clauicis, vt dixit: & ipſa conceſſio loquitur;
ſicque dicto Michaeli conceſſit dictam clauicam, velut ha-
benti familiam proximiorem dictæ clauicæ, cum tamen i-
ſtud ſit falſum, quia dicti de Guareſchis, aut Zaualcis, ha-
bent familiam illi proximiorem, igitur (vt dixi) dicta con-
ceſſio non valuit, & habetur pro non facta, *l. 3. C. de hered.
inſt.* vbi † inſtitutio facta de aliquo, tanquam de filio, vel 3
fratre, cum talis non ſit, habetur pro non facta, & hereditas
eſt in cauſa inteſtati, & iſtud aliis exemplis confirmat Ale-
xan. ibi, quæ videri poſſunt, quia qualitas adiecta fuit per
modum cauſæ finalis: hinc † etiam, ſi quis reliquit filio 4
naturali, ſed appellauerit eum legitimum, & naturalem,
corruit relictum, vt not. Ruin. *conſ. 63. nu. 7. vol. 2.* quare ſic &
in caſu noſtro dicamus, hanc conceſſionem clauicæ factam
D. Michaeli, tanquam habenti familiam illi proximiorem,
cum non haberet, pro non factam haberi, veluti nulliter
conceſſam, iuxta not. per Felin. *in cap. ex tenore. n. 5. cum ſeq. de
reſcript.* Decian. *reſp. 10. num. 34. vol. 1.* & vt idem ſcribit *reſpon.
8. num. 208.* quod † nullum eſt, imaginem rei non habet, nec 5
tractu temporis reconualeſcere, *l. vnica. C. de lati. liber. tollen.*
nec in eo aliquid fundari poteſt, *l. nulla. C. de acquir. poſſ.* Bal.
conſ. 350. col. 1. vol. 4. & ideo Mirandulæ heredes in d. conceſ-
ſione ſe fundare non poſſunt.

Secundo moueor: nam dictus D. Iudex conceſſit d. cla-
uicam dicto Michaeli gubernandam, per Andream Bona-
uenturæ ſuum laboratorem, qui promiſit eam cuſtodire &
gubernare, ac aperire, & claudere, eique promiſit dictus iu-
dex immunitatem vnius denarii æſtiui, durante cuſtodia;
vnde conſidero, quod iſta promiſſio facta d. Michaeli &
Andreæ fuit † perſonalis, quæ eis defunctis contra alios ex- 6
erceri non poteſt, *l. 1. § ſi heres percepto fundo. ff. ad Treb. & l. fin.
§. fin. ff. de contrah. emp.* Ergo ſopita fuit dicta promiſſio.

Tertio, dicta † promiſſio cuſtodiendi dictam clauicam 7
reſtricta fuit & limitata ad perſoná d. Michaelis & Andreæ;
igitur non procedit, nec extenditur ad alias perſonas, vt ad
here-

Digitized by Google

heredes dicti Mirandulæ.*l. in agris.ff. de acquir. rer. do. l. milites agrum.ff. de re milit. l. 2.* & ibi Bart. *C. de ſeru. expor.* Iaſ. *conſ. 230. num. 1. ad fin. vol. 1.* Dec. *conſ. 602. & alibi*, vt per Ceph. *conſ. 467. num. 12.*

Quarto corruit ex alio quoque fundamento dicta conceſſio, quia facta fuit, inhærendo dictæ deliberationi anni 1549. quæ annullauit omnes conceſſiones, factas de Clauicis, quæ non ſunt magiſtræ; & in ea ſapientes ſtatuerunt, Cla-
8 uicas magiſtras tantum concedendas &c. quæ dictio, † *tantum*, eſt excluſiua omnium aliorum caſuum. *l. ſi quidem.* & ibi Bart. *C. de tranſact. & in l. rationes. C. de prob. & in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. cum ſimil.* per Decian. *reſpon. 86. num 48. volum. 3.* ſed Clauica, de qua agitur, non eſt magiſtra, ſed baſtarda, vt clare dicunt, & affirmant teſtes Triſtani, periti, & experti, rationem reddentes de vno denario tantum, tanquam pro Clauica baſtarda; & Valenous optimam reddit
9 rationem quæ videri poteſt *fol. 6.* idemq; † Sauonutius *fol. 15.* dicit eam eſſe baſtardam, magiſtram vero eam eſſe, quæ eſt ad Padum, vbi dicitur *la mala volta*; ſubditque rationem, quare facta ſit baſtarda, de qua agitur, vt in eo videri poteſt: idemque tertius teſtis deponit *fol. 26.* Nec teſtes dictorum heredum vocarunt eam magiſtram, licet dicant, quod poſita ſit in aggere, qui coniungebatur cum aggere magiſtro Padi, vbi facta fuit alia ad Padum, quæ bene dicitur magiſtra, vt per eos latius; idemque clare deponit quintus teſtis ex aduerſarijs *fol. 83.* qui probat contra eos, maxime iunctis teſtibus Triſtani, nec teſtes veniunt contra inſtrumentum, vt dicitur in dubijs: quia diligenter aduerti debet, quod D. Iudex 12. ſap. conceſſit D. Michaeli Clauicam, nuncupatã *la chauica del argine maeſtro* poſitam *nel ſeraglio di Vigarano, che viene nelle Gollene, di eſſo miſier Michele*, credens d. Iudex eam eſſe magiſtram, cum non ſit, ſed alia ad Padum exiſtens: nec enim eſt veriſimile, quod ſi inhærebat D. Iudex dictæ deliberationi, annullanti conceſſiones omnes, factas de Clauicis baſtardis, voluiſſet hanc concedere, ſi bene ſciuiſſet eam eſſe baſtardam, oon autem magiſtram; vnde talis error veritati præiudicare non debet, nec ex tali conceſſione dicitur obligatus
10 fuiſſe; cum † errans non dicatur conſentire. *l. ſi per errorem. ff. de iur. omn. iud. l. error. ff. de iur. & fac. ign. l. non idcirco. C. eod.* & in ſpecie Dec. *conſ. 475. num. 28.* reſpondens ad illud quod dici poſſet: ſemel approbatum reprobari non poſſe: hæc enim
11 falſa † cauſa, conceſſionis Clauicæ baſtardæ, loco magiſtræ, & pro magiſtra, vitiat conceſſionem, etiam ſi facta fuerit per verba diſpoſitiua, vt per Bart. *in l. fin. §. idem quæſit. ff. de cond. inde.* & in ſimili pulchre decidit Caſtren. ibi, *& in conſ. 125. in 6. dub. volum. 2.* cum alijs, quos adducit Decian. *reſpon. 21. nu. 37.*
12 *volum. 2.* Error † autem ſatis probatur, probando rem aliter ſe habere. *l. de ætate. §. fina. ff. de inter. act. l. cum de indebito. §. 1. ff. de prob. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ignor.* & tradit Bart. *conſ. 85. in quæſt. Ioannis. in fin. & conſ. 90. dilecto domino. col. 3. verſ. 3. inſurgit dubium. & conſ. 208. ex facto propoſito in fine.* Nec elaborandum mihi videtur, quod iſta Clauica non dicatur magis magiſtra, licet alia ſit Pado magis vicina, vt plenius in dubijs deducitur: quia vis tota conſiſtit in optimis rationibus teſtium Triſtani, quibus oſtendunt, hanc Claui-
13 cam dici baſtardam, oon autem magiſtram; † quibus, vtpote peritis, in iſtis Clauicis, velut iudicibus aggerum, & ſic in arte ſua, ſtandum eſt. *cap. fraternitatis. de frig. & malef. cap. propoſuiſti*, & ibi Felin. & Dec. *de prob. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. cum ſimilibus.* Minus quoque me turbat, quod dicitur, prouiſiones anni 1549. 1550. & 1585. non conſtituere differentiam, an Clauica ſit magiſtra, vel baſtarda, ſed ſolum, quod detur magis vicino, & aptiori ad cuſtodiam; viciniores autem ſunt dicti fratres de Mirandulis; nam quod attinet ad primam prouiſionem, clara patet differentia inter Clauicas, quæ non ſunt magiſtræ, & ſic quæ ſunt baſtardæ, & magiſtras; cum primæ, & earum conceſſiones reuocantur, & annullantur, ſecundæ vero tantum conceduntur; ſecunda vero prouiſio anni 1550. quæ de cuſtodia Clauicarum non danda ſine licentia, & conſenſu Iudicis ſapientum, venit intelligenda de Clauicis magiſtris, vt in
14 præcedenti prouiſione; quia † præcedentia declarant ſequentia. *l. ſi ſeruum plurium. in fin. ff. de leg. 1. cum vulgaribus*, nec certe dici debet, quod prima prouiſio reprobans Clauicas non magiſtras, per ſecundam ſequentis anni fuerit correcta, eas permittendo; quia † contrarietas, & correctio in 15
quibuſcunque diſpoſitionibus eſt euitanda, vt per Alexan. *conſ. 141. colum. 4. volum. 2.* Parif. *conſ. 3. num. 25. volum. 3.* & Decian. *reſpon. 7. num. 75. volum. 1.* Quo vero ad tertiam prouiſionem, placuit ſapientibus de anno 1585. & ſic diutius per annos 35. prouidere, quod Clauicæ magiſtræ, vel baſtardæ dentur ad gubernandum perſonis aptis, & idoneis, cum immunitate duorum denariorum pro Clauica magiſtra, & vnius pro baſtarda, nec de vicinitate quicquiam dixerunt ſapientes, ſed quod perſonis aptis, & idoneis dentur per Iudices aggerum, cum participatione, & conſenſu iudicis 12. Sap. propterea licet Triſtanus non eſſet vicinior, non tamen eſſet curandum; cum dicta tertia prouiſio, qua nititur, eam qualitatem non requirat, ſed ſatis eſt, quod ſit aptus & idoneus, vt in dubijs quoq; conceditur, ad gubernandum Clauicam, de qua agitur; nec in hoc aduerſarij contendere poſſunt. Quod vero dicitur, non obſtare, quod Zaualij ſint magis vicini; quia eſt deducere ius tertij, quod non licet: Reſpondetur quod † quando ius tertij eſt excluſiuũ iuris agen- 16
tis, ipſo iure ſemper opponi poteſt. *l. fin. & ibi omnes. C. de rei vend.* Vnde actores audiri non debent, cum ſua non interſit, vt excluſi per primam prouiſionem, qua nituntur, ſicq; declarat Decian. *reſpon. 1. num. 14. volum. 3.* & licet ſint Zaluaci in alio Seraleo, nihil refert, cum eſſent huic Clauicæ viciniores; & ſic qualitas vicinitatis eis magis conueniret: & quæ dicuntur in primo dubio, ſcientiam & cognitionem claudendi, & aperiendi Clauicas à vicinitate pendere, non ab aptitudine Triſtani, maiore, tolluntur, ex vltima deliberatione, quia non conſiderat vicinitatem, ſed aptitudinem, & perſonam magis idoneam, qualis eſt Triſtanus, quid enim prodeſt vicinitas, ſi vicinus ſit rudis, & inexpertus, quando claudi, vel aperiri debeat Clauica, vel quo indigeat? certe nihil: propterea cũ myſterio tertia deliberatio conſiderauit, vt detur magis apto, & idoneo, qualis eſt Triſtanus, & quod ei magis ſit concedenda Clauica, de qua agitur, vt etiam dicit primus teſtis d. fratrum, † qui probat contra eos, vigore productio- 17
nis dicti ſui, vt firmat Crau. citatus in dubijs, *conſ. 201. num. 7.* poſt Rom. *conſ. 204.* Idemque Soc. iun. *conſ. 69. num. 12. volum. 1.* quia producens, cenſetur teſtimonia approbare; vt Doctores dicunt, nec aliter dici poteſt, quã quod primæ prouiſioni fuerit per tertiam derogatum, cum prima requirat vicinitatem, tertia nequaquam: item cum prima annulletur per Clauicas non magiſtras, tertia vero eas toleret; vnde cum cõcordari non poſſint in prædictis, per vltimam tollitur prior, *l. pacta nouiſſ.* & ibi Dec. & alij *C. de pact.* Quare, vt concludam, Triſtanus in hac cauſa præualere debet, & abſolui, vt ſperatur, iuſtitia mediante Clariſſimi domini mei Donaliſij.

Pro D. Ioanne Maria de Paulis.

ARG. An patri debeatur legitima in bonis filij emancipati, qui filias ſuas inſtituit heredes vniuerſales, extante ſtatuto, quod non extantibus filijs maſculis, aſcendentes maſculi ſuccedere debeant, excluſis filiabus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an matri præterita debeatur filio decedente cum filijs. & n. 7. 8 18. 19. 29*
2 *Et an teneatur quis inſtituere parentes aſcendentes extantibus deſcendentibus.*
3 *Filius non poteſt patrem præterire, nec eum legitima priuare. num. 16. etiam ſi ſit emancipatus. nu. 21 & 22.*
4 *Legitima debetur patri in bonis filij tit. inſtitutionis, ſicut è contra filio in bonis patris.*
5 *Et parentum legitima eſt hodie aucta, vti ſicut quoque legitima liberorum.*
6 *Et hæ duæ legitimæ æquiparantur, & quod dicitur de vna, idem & de altera dici debet.*
9 *Filia excluſa per ſtatutum an deſinat eſſe ſua, & habeatur inſtar extranea. & nu. 10. & 28.*
11 *Legitima debita patri non continetur ſub vniuerſali inſtitutione heredis, non facta ſpeciali mentione de ea.*
12 *Nec ei cenſetur renunciatum ſub generali renunciatione hereditatis, non facta de ea ſpeciali mentione.*

13 *Filius patri in legitima praeiudicare non poteſt*
14 *Filius, ſimpliciter acceptans relictum à patre, cum clauſula, quod nil vltra habeat reſpectu legitimæ, vel alia quacunq; ratione, an nihilominus ſupplementum petere poſſit.*
15 *Filius fideicommiſſo vniuerſali grauatus legitimam detrahit.*
17 *Diſpoſitio ſimpliciter facta non porrigitur ad caſum, in quo diſponens non habet poteſtatem.*
20 *Clauſula codicillaris operatur, vt filius à patre præteritus, rumpens teſtamentum, reſtituat bona hæredi ſcripto, retenta legitima, velut puri grauatus.*
21 *Filius emancipatus legitimam patri relinquere tenetur, etiamſi in emancipatione id dictum non ſit. num. 22.*
23 *Iura agnationis, quæ à patre procedunt, etiam ſine patria poteſtate durant.*
24 *Legitima quæ dicitur iure legitimum, cum honorabili tit. relinqui debet patri, ſicut è contra à patre filio.*
25 *Dictio, omnimodo, & omnino, quid importet & num. 26 & 27.*

CONSIL. DCCXCIII.

DOminus Bartholomæus de Paulis emancipatus à Dn.
Ioanne Maria patre ſuo, eo præterito, filiam, quam ſolam habebat, heredem vniuerſalem inſtituit, quo defuncto,
pater prætendit in bonis filij ſibi deberi legitimam, filia vero
contrarium; quæritur ergo quid iuris, & primo dicendum
videtur intentionem patris reddi periculoſam, per duas
2 quæſtiones Baldi *17. & 28. volum. 2. in nouis*, vbi tenet † matri
teſtatoris, qui deceſſit extantibus filijs, legitimam non deberi; quia prima cauſa eorum fuit in ſucceſſione, ideo per teſtamentum filij ſui potuit totaliter præteriri. *§. 1. in auct. de hered. ab inteſt.* & idem Bartol. *conſ. 215. an ſi teſtamentum.* dicens,
2 quod † non tenetur quis parentes aſcendentes inſtituere
donec ſunt deſcendentes. *l. ſi quis filio exheredato. ff. de iniu. teſt.* ſequitur Fabi. de Chiocis, *in auct. nouiſſima, num. 21. C. de inoff. teſtam.* citans Bartolum *in d. conſ.* variato numero, idem
tradit Ang. *conſ. 105. ad fin.* & plures cumulans Meno. *conſ. 206. num. 26.*

Iſtis tamen non obſtantibus, in fauorem patris deſcen-
3 do; primo quia † filio non licet patrem præterire. *§. ſancimus itaque. in auct. vt cum de appell. cogno. & in §. & ſimiliter.* vbi
Iuſtin. inquit, quod qui nunc filij ſunt, debent ſtudere parentum animos ſanare; quia & ipſi parentes fieri deſiderant,
& à ſuis filijs optantur honorari, vnde bene ſuprà dicit hæc
diſpoſuiſſe, vt & parentes, & filios à teſtamentorum iniuria
4 liberos redderet; ideo bene conſtitutum eſt, vt patri † legitima debeatur in bonis filij titulo inſtitutionis, ſicut è contra
filio debetur in bonis patris, vt eſt communis opinio, ſecundum Iaſon. *in auct. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* & quam defendit aduerſus eum, & Corraſium, Vaſquius *in libro ſuo de ſucceſſ. creat. in d. auct. nouiſſima. §. 20. num. 282.* ſubiungens
5 *num. ſequent.* quod † legitima parentum in bonis filiorum,
eſt hodie aucta, non ſecus quam legitima liberorum, ſecundum gloſſ. ibi. *& in l. omnimodo. ff. de vſufruct. & in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam.* quam plerique ſequuntur,
per eum relati, velut communem, ex quibus infert Vaſquius
6 *num. 284.* quod † iſtæ duæ legitimæ æquiparantur, & quod
de vna dicimus, debemus dicere de altera. *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. & in §. non autem. inſtit. eod. tit.* Quod
7 ſi † dicatur; patri legitimam deberi in bonis filij, ſi filius non
habeat filios, alioquin ſecus, vt notat Caſtren. *in l. pater filium. ff. de inoffic. teſtamen.* ergo ſtante filia D. Bartholomæi,
debet ceſſare legitima ſui patris; aduerti debet, quod iſtud
8 poſſet † eſſe verum, ſi filia non excluderetur per ſtatutum,
de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 2. cap. 139. vbi dicitur, quod ſi nulli filij,
aut deſcendentes maſculi fuerint, ſuccedant aſcendentes
maſculi, excluſis filiabus, & alijs fœminis, ſecus autem,
ſtante excluſione filiæ per ſtatutum; licet enim dubitetur,
9 an † filia excluſa per ſtatutum, deſinat eſſe ſua, vel dicatur
ad inſtar extranei; attamen, vt inquit Brun. *in tractat. quod ſtan. maſculis, in 10. artic. princip. num. 29.* putat, quod tutior
10 ſit ſententia, quod † datus ſit ordo prælationis, prout ſupra
retulit *in prin. illius quæſtionis tertiæ, num. 12.* vt voluit Bartol.
in l. 1. §. ſi pater. colum. 2. verſ. ex hoc concludo. dicens, quod tanquam ad ſucceſſionem venire non poteſt, propterea, quia
maſculus ei præfertur; & ſic ſentit Bart. vt ponderat Brun.
quod filia non intelligatur excluſa, ſed quod maſculus ei
præferatur, quaſi ſecundo loco fœmina vocetur: igitur hinc
infertur, quod iſte pater debeat conſequi legitimam in bonis filij, nec remoueri debet ab ea ex eo, quod iſta filia dicti Bartholomæi fuerit ab eo inſtituta hæres vniuerſalis;
quoniam † ſub tali inſtitutione non continetur, neq; com- 11
prehendi debet legitima, debita huic patri dicti Bartholomæi, ex quo de illa ſpecialem mentionem non fecit, ſicut
dicunt Bald. Salic. Caſtren. & Iaſon poſt alios, quos citat, *in l. ſi quando. §. & generaliter. colum. 2. C. de inoffi. teſta.* quæ fuit doctrina Guil. de Cun. *in l. de his. ff. de tranſact.* quod † in gene- 12
rali renunciatione hereditatis, non intelligitur renunciatum legitimæ, vel iuri petendi ſupplementum legitimæ, niſi
de ea fiat ſpecialis mentio. Idemque tenet Alexan. *conſ. 8. num. 21. volum. 3. & conſ. 89. num. 12. volum. 4.* Iaſ. *conſ. 152. volu. 2.*
Ruin. *conſ. 27. num. 10. volum. 1. conſ. 52. num. 5. volum. 2.* Soc. iun.
conſ. 122. num. 22. volu. 1. & conſ. 50. num. 2. volum. 2. Rolan. à Valle
conſ. 62. num. 11. volu. 3. Tiraquel. *in l. ſi vnquam. ver. ſuſceperit liberos num. 96. C. de reuoc. don.* Demumque late Gabriel. Rom.
lib. 6. tit. de legitima. concl. 8. & licet idem Bartholomæus, indurato corde, in codicillis ſuis, patrem † priuauerit etiam vſu- 13
fructu bonorum ſuorum, vt audio, tamen, in legitima patri
eius debita quicquam ei præiudicare non potuit, per ea,
quæ dicunt Bald. & Caſtren. *in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam.*
Bald. Salic. Caſtren. & Iaſ. *in d. §. & generaliter.* Angel. *in l. rubenus. C. ad Treb.* Alexan. *conſ. 69. volum. 1. & conſ. 8. volum. 3.* Ioan.
de Anna. *conſ. 99.* qui dicunt; quod † ſi pater reliquit filio 14
quid pro legitima, cum clauſula, quod non poſſit plus habere occaſione legitimæ, vel alia quacunque ratione, tamen
filius ſimpliciter acceptans, poteſt petere ſupplementum legitimæ, ex quo in acceptatione non fecit ſpecialem mentionem legitimæ; ſic ergo dicamus in caſu noſtro, quod in inſtitutione prædicta, licet vniuerſali, & in codicillis prædictis;
quod pater non poſſit aliquid habere de bonis Bartholomæi; non comprehendatur legitima debita patri ſuo, ex quo
dictus Bartholomæus de ipſa ſpecialem mentionem non fecit; Et prædicta quoque confirmantur; nam videmus † in- 15
ſtituto filio vniuerſali, & fideicommiſſo grauato, nihilominus legitimam de illo detrahendam eſſe, vt per Rom. *conſ. 189.*
Dec. *conſ. 11. & conſ. 236.* Ruin. *conſ. 57. num. 7. volum. 2.* Pariſ.
conſ. 55. num. 22. volum. 2. & conſ. 4. num. 13. volum. 3. Natta *conſ. 145. num. 22.* Grat. *reſpon. 9. num. 12. volum. 1.* & ego *conſ. 50. numero 77.* Imo plus ego dico, quod ſicut Bartholomæus non
potuiſſet † expreſſe priuare patrem legitima. *§. aliud quoque capitulum. multis ſequentibus. in auct. vt cum de appell. cogno.* 16
pari modo nec intelligi debet id eum feciſſe ſub verborum
generalitate; quia diſpoſitio † ſimpliciter facta non porrigi- 17
tur ad caſum, in quo diſponens non habet poteſtatem, vt
notat Bart. *in l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſt.* Bald. *in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib.* Dec. *conſ. 504. colum. 1.* Crau.
conſ. 106. num. 6. & ego *in dicto conſ. 50. num. 78.* & ex prædictis
remanet iſta concluſio pro dom. Ioan. Maria patre dicti Bartholomæi ſatis iuridica, quod debeat habere legitimam in
eius bonis: igitur ſola remanet difficultas in tollendis conſilijs ſupra relatis, Baldi, Bartoli, Ang. & Menochij: nam
quod attinet ad Baldum *in dicto. conſ. 17. & 28. in 2. volum. in nou.* ſicut & ad Bartolum *in d. conſ. 215.* dico quod loquuntur
in matre præterita, filijs inſtitutis, & de iure communi, dicuntque, quod præteritio matris, tali caſu non vitiat teſtamentum; mouenturque, quia prima cauſa in ſucceſſione eſt
filiorum. *§. 1. in auct. de hered. ab inteſtato.* quæ ratio procedit
in cauſa inteſtati; & quia † huic matri non debetur legitima, 18
quia ab inteſtato non eſt ſucceſſura. *l. cum quæritur. C. de inoff. teſtam.* & in hoc bene dicit Bald. & Bar. quia † legitima regu- 19
latur à ſucceſſione inteſtati, vt qui ab inteſtato non ſuccedit, nec legitimam habere debeat, vt tradit Bald. *in l. maximum vitium. colum. pen. C. de lib. præte.* Caſtren. *conſ. 286. colum. 2. volum. 1. & conſ. 67. & conſ. 96. volum. 2.* quem & alios cumulans
citat Menochius *conſ. 280. colum. 1. & 2.* ſed nos loquimur in
patre præterito à Bartholomæo filia eius inſtituta, qui pater
ab inteſtato fuiſſet ſucceſſurus, & filiam excluſiſſet vigore
ſtatuti, *de ſucceſſ. ab inteſt.* vnde ceſſant in eo rationes Baldi,
Bartol. & Auguſt. de quibus ſupra, & ideo ius legitimæ conſequi debet, ex dictis ſupra; ſed & præterea confirmatur; nam
ſicut † filius à patre præteritus in teſtamento, rumpit teſta- 20
mentum,

mentum, ſed virtute clauſulæ codicillaris, reſtituit heredi
ſcripto bona, retenta legitima, velut pure grauatus, vt notat
Iaſon *in l. ſi filius eius qui in poteſtate. colum. 3. ff. de lib. & poſthum.*
num. 13. verſ. & aduerte. Ioan. Durant. *de art. teſt. tit. 3. caut. 1. nu-*
mero 5. & Berous *in cap. in præſentia. num. 446. de prob.* ita verſa
vice debet eſſe in patre erga filium, cum Iuſtinianus eos æ-
quauerit circa præteritionem. *in §. aliud quoque capitulum. in*
diſcurſu ſuo. Nec quicquam facit, quod dictus Bartbolo-
21 mæus fuerit † emancipatus, à patre ſuo; quia ſatis compre-
henditur ſub verbis illius textus, *in §. ſancimus.* vbi dicit Impe-
rator; *non licere liberis parentes ſuos præterire in rebus proprijs, in*
quibus habent teſtandi licentiam; quæ verba noo ſolum verifi-
cari poſſunt in bonis Caſtrenſibus, vel quaſi, ſed etiam in
bonis filiorum emancipatorum, cum & ipſi, velut facti ſui
iuris per emancipationem, habeant teſtandi licentiam. *l. qui*
in poteſtate, à contrario ſenſu. cum ibi not. ff. de teſtamen. & in co-
22 ruio † filiorum emancipatorum bonis patris emancipanti
intelliguntur reſeruata omnimodo legitima iura, eaque ha-
bet; etſi non ſpecialiter ſibi ſeruauerit. *l. fin. C. de emancip. liber.*
& in §. fin. Inſtit. de legit. agna ſucceſſ. ex qua lege ſio. notat ibi
23 Bald. † iura agnatioois, quæ à patre procedunt, etiam ſine
patria poteſtate durare, licet non poſſint incipere, niſi à pa-
tria poteſtate, quæ eſſe debet in ſtipite maſculino: ergo ſi
fuerit pater præteritus in teſtamento à filio emancipato, vt
fuit hic, pater debet habere ius detrahendi, & conſequendi
24 legitimam in bonis filij ſui emancipati; † ea namque dicitur
eſſe ius legitimũ, cum honorabili tit. relinqui debeat patri,
ſicut econtra per patrem filio, vt tenent Doctores commu-
niter, io varijs locis, cumulatis per Iaſon *in d. auth. nouiſſima.*
num. 37. C. de inoff. teſtam. reiecto Bart. *ſup. l. filiæ. §. excludatur.*
ff. de iure patron. qui Iaſ. miratur, quod Bart. in ea ſolus opi-
nione, ex tam frequenti legiſtarum, & Canoniſtarum cater-
ua, nullum amicum inuenerit, qui cum eo tenuerit; & cum
textus *in d. l. fin.* dicit, quod pater emancipans habeat omni-
modo iura legitima in bonis filij emancipati, ſine dubio de-
bet intelligi reſeruatum ius conſequendi legitimam, virtute
25 illius vocis; † *omnimodo*; quæ importat, quod abſq; vlla pror-
ſus diſtinctione cum cæteris iuribus patri competentibus
babeatur dicta legitima. gloſſ. *in l. ſi cum exceptione. §. quate-*
nus. ff. quod met. cauſa, vnde dicit Iaſ. *in l. quod te. num. 28. ff. ſi*
26 *cert. pet.* quod iſta dictio, † *omnino*, ſignificat indiſtincte, &
ex omni parte, & præciſam adæquationem ſignificat, & vt
habetur *in cle. 1. de foro compet.* & per Felin. *in cap. audi[e]s. col. 4.*
de præſcript. ſequitur Decian. *reſpon. 5. num. 54. volum. 1. & re-*
27 *ſpon. 38. num. 4. volum. 3.* vbi dicit, quod bæc dictio † *omnino*,
idem importat, quod *in totũ*, & ideo velut vniuerſalis, inclu-
dit etiam legitimam; quia qui dicit omnia, vel in totum, ni-
hil exclodit. *l. Iulianus. ff. de leg. 3. cum vulgaribus*, quo vero ad
aliam rationem Baldi *in d. conſ. 17.* dicentis quod mater tem-
pore mortis filij oon obtinet primum locum, nec poteſt
rumpere teſtamentum filij: aduerti debet, quod licet mater
non obtineat primum locum infra, tenet tamen illum ſu-
pra. *§. 1. Inſtit. de gradib.* ſed ei non debetur legitima; quia ab
inteſtato non eſt ſucceſſura, vt ſubdit Bald. de iure commu-
ni; at ſecus eſt in patre, bene ab inteſtato ſucceſſuro, & fi-
liam excluſuro per ſtatutum *de ſucceſſ. ab inteſtato.* ergo ei
debetur legitima, per ſupra dicta; quia ſecundum aliquem,
28 filia † reputatur extranea, vel ſecundum Brunum *in d. tract.*
quod ſtant. maſcul. 10. art. pri. num. 27. dicitur datus ordo præla-
lationis, maſculo, qui præfertur filiæ, & propterea ei debe-
tur legitima. Conſilium quoque Angel. 105. caſum oostrum
non offendit, loquitur enim in ſtatuto, quod ab inteſtato
excludebat matrem, & admittebat deſcendentes, vel aſcen-
dentes, vel fratres, filio vero matrem inſtituente in minus
legitima, & fratre in reſiduo, petebat mater ſupplemen-
tum legitimæ; concludit Angel. quod cum dicta mater ab
inteſtato nihil eſſet habitura, propter exiſtentiã fratris, & ſic
eius legitima nihil eſſet, propterea nec ſupplementũ legiti-
mæ conſequi poſſet, & caſus noſter eſt ab illio diuerſus; extat
enim pater Bartholomæi, qui ab inteſtato fuiſſet ſucceſſu-
rus, & filiam Bartholomæi excluſorus, virtute ſtatuti memo-
rati; propterea debet bic eius pater cuoſequi legitimam: licet
enim Bartholomæus, præter, vel vltra legitimam potuerit
diſponere, & filiæ relinquere, tenebatur tamen patri ſuó,
quo ad legitimam, vt per Bald. *in proœm. Cod. col. 4. verſ. iuxta*
hoc quæro. Dec. *conſ. 557. num. 7.* & Menoch. *conſ. 272. num. 12.*
vnde remanet hæc concluſio pro patre firmiſſima. Quæ
tanto magis verificatur in caſu noſtro, ex bis quæ dixi *in con-*
ſil. 259. vbi conſului pro † matre præterita, ſtantibus maſcu- 29
lis, ſed non inſtitutis, & matre præterita, quod dicta mater
deberet habere legitimam; motus fui, quia ex quo ſtatutum
factum fuit ad fauorem maſculorum, ſi ipſi non ſuccedant,
quia non fuerunt inſtituti, mater non debet excludi à legi-
tima, vt notat Barto. *in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. 1.* &
idem Bart. *in l. ſi duo in fin. ff. de colla. bon. & in l. 2. §. videndum.*
ff. ad Tertul. ſequitur Dec. *conſ. 378. num. 2. conſ. 383. colum. 3. &*
conſ. 505. num. 4. ergò multo magis in caſu noſtro, in quo pa-
ter præteritus, qui ab inteſtato fuiſſet excluſurus filiam in-
ſtitutam, debet habere legitimam, ſi mater in illo caſu eam
erat babitura, quæ filiam ab inteſtato non erat excluſura; &
ita tandem reſideo in hoc articulo. *Hippol. Rimin. Ferraria.*

Pro dom. Iſaac de Cologna.

ARG. Hypothecaria, ſeu ius bypothecæ quanto tempore præſcribatur. Pactum de non petendo in perpetuum quid operetur. Et an alienatio fructuum bonorum eccleſiæ, vltra triennium, valeat.

SVMMARIVM.

1 *Quot anni ſufficiant ad præſcriptionem hypothecariæ.*
2 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
3 *Præſcriptionis exceptio dicitur litis finita.*
4 *Et opponens talem exceptionem, non videtur fateri debitum. & nu. num. 5.*
6 *Exceptio pacti perpetui de vlterius non petendo, eſt peremptoria, quæ ſemper obſtat agenti.*
7 *Alienatio fructuum bonorum eccleſiæ, an & quando vltra triennium valeat. & num. 8.*
9 *Contractuum materia eſt ſtricti iuris*
10 *Et contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etiam ſi ſine ea promiſſis ſtare non poſſit.*
11 *Pactum perpetuum de quicquam non petendo, operatur iuris ſui remiſſionem. Et per tale pactum poteſt renunciari lis nondum incepta. nu. 13.*
12 *Renuncians iuri ſuo, ad id regreſſum non habet.*
14 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
15 *Confeſſionis geminatæ quæ ſit vis.*
10 *Contractus non poteſt pro parte approbari. & pro parte reprobari.*
17 *Quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter.*

CONSIL. DCCXCIIII.

QVoniam Reuerendus hic D. Michael de Bardellis, agit
bypothecaria, contra D. Iſaac, filium D. Ioſeph de Co-
logna tertium poſſeſſorem domus, venditæ patri eius per D.
Ioannem de Bardellis, in primis dicó, quod cum dictus Io-
ſeph, & ſubinde D. Iſaac cum titulo & bona fide poſſederint
dictam domum, nedum per † annos 10. ſufficientes ad præ- 1
ſcribendum hypothecariæ, *vt in l. 1. & 2. C. ſi aduer. cred.* Bal-
bus *in tractat. de præſcript. in 4. part. 4. partis princip. quæſt. 3. in*
prin. & inferius in 6. concluſione, ſed etiam per annos 46. à die
celebrati inſtrumenti dictæ venditioois, de anno 1541. vſque
ad litem præſentem, motam anno 1587. vtique dicuntur
præſcripſiſſe dictum ius hypothecæ, vt notat etiam Roman.
conſ. 352. quæritur primo. volum. 3. & ſicut de titulo manifeſte
conſtat ex inſtrumento prædicto, ita & de bona fide dicti Io-
ſephi, & Iſaaci, quia in inſtrumentis, quibus nititur dictus
clericus, nõ nominantur, oec quicquam ſciuerunt de onere
ſoluendi ſingulis annis pecunias, frumentum, & vinum, de
quibus in eis, nec de iure patronatus Capellæ, de qua in eis;
& † io dubio præſumitur ignorantia. *l. verius. ff. de prob.* igi- 2
tur ſtante præſcriptione prædicta, non debet dom. Iſaac mo-
leſtari; quia † præſcriptionis exceptio dicitur litis finitæ. 3
l. fin. ff. pro ſuo. ibi, *vt ſit litium finis.* & ibi not. Bartol. idemque
Bald. & Alexan. *in apoſtil. in l. ſicut in fin. C. de præſcript. 30. ann.*
Alexand. *conſ. 213. viſo & opportune. volum. 2.* Felin. *in Rubr. de*
præſcript. colum. 4. Balbus *d. tractat. in 1. par. quæſt. 9.* & ego *conſ.*
408. num. 16. & hinc ſequitur, quod dicitur; † opponentem 4
exceptiooem præſcriptionis, non videri fateri debitum, vt

per Bart. *in l. non vtique. ff. de except.* Bart. Angel. & Imol. *in l. 10. ff. de verbor. oblig. cum ſimil.* per Nattam *conſ. 134. colum. 2.* qui
5 reddit † rationem pulchram; quia ſic eam opponit, vt excludat intentionem agentis, ideo non debet fieri interpretatio, vt includat, & hoc modo exceptio operetur contrarium effectum, & contra quam fuerat de intentione proponentis, quod fieri non debet. *l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.* & licet in dubijs negetur, clericum remiſiſſe actionem D. Ioſepho in Chirographo, ſecus tamen ego verius puto; cum fue-
6 rit ei † pactum perpetuum, de vlterius aliquid non petendo, talis enim dicitur exceptio peremptoria, quæ ſemper obſtat agenti, & ſemper rem de qua agitur, perimit, vt eſt textus *in §. perpetuæ. Inſtit. de except.* vnde, ſi tale pactum de non petendo perpetuo, perimit; igitur inde remitti dicitur actio. Nec me quicquam mouet, quod dicitur in dubijs, alienationem de fructibus bonorum eccleſiæ vltra triennium, non valuiſ-
7 ſe, velut prohibitam, *per † extrauag. ambitioſæ. Pauli ſecundi de*
8 *reb. eccleſ. non alien. in extrauag. communibus.* quia cum † illa ſit prohibitiua quorundam caſuum in ea expreſſorum, concedi debet diſpoſitio, facta in alijs caſibus non expreſſis in ea. iux. not. per gloſſ. *in l. 1.* & ibi Doct. *ff. de teſt.* at Sum. Pont. ibi prohibet omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, item conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, infeudationem, contractum emphyteuticum, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia: quæ ſingula verba, & eorum caſus ibi ſpecificati, caſui noſtro non conueniunt: cum dictus clericus non alienauerit res eccleſiæ, neque per pactum dominium earum tranſtulerit, neque conceſſerit, nec eas hypothecauerit, neque locauerit vltra triennium, nec infeudauerit, nec in emphyteuſin dederit, nec de fructibus earum diſpoſuerit; ſed cum prætenderet hypothecam ſuper domo laicali, poſſeſſa per dictum Ioſeph, vigore cõtentorum in inſtrumentis, de quibus in proceſſu, celebratis inter eius prædeceſſores, & Bardellos, de iure patronatus ſibi conceſſo, & illorũ promiſſionem, de ſoluendo annuas pecunias, frumentum, & vinum, ea iura remiſit dicto Ioſepho; quæ cum diuerſa ſint a diſpoſitis, & prohibitis in ea *extrau. ambitioſæ*, ad ea porrigi non debent,
9 cum † materia contractuum, de quibus illa loquitur, ſit ſtricti iuris. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. obligat. l. veteribus. ff. de pact.* Rolan. à Valle *conſ. 59. num. 32. volum. 3.* vnde Bald. *conſil. 145. caſus talis eſt, in quodam inſtrumento. colum. penul. volum. 3.* quem ſequitur idem Rolan. *conſ. 58. num. 64. volum. 3.* bene di-
10 xit, quod contractus † non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etiamſi ſine ea promiſſio ſtare non poſſet, quod exemplis pulchris demonſtrat, vt per eum, quem ſequor *conſ. 508. num. 22.* de duobus contractibus loquens, initis inter diuerſos, quod vnus alteri non deſeruiat; quod & hic verificatur ad vnguem, quia inſtrumenta clerici continent contractus initos inter diuerſos, & de re diuerſa, ab inito cum D. Ioſepho, vt ex ſingulorum lectura facile pa-
11 tere poteſt; Accedit quod per † pactum perpetuum dicti Clerici, de quicquam non petendo à dicto Ioſepho, dicitur ei remiſiſſe ius ſuum; vnde non poteſt amplius eo vti contra illum. *l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucc. edic. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de adil. edict.* Nemo enim audiendus eſt contra id, quod viua voce approbauit. *l. generaliter. C. de non num. pec. l. ſicut. C. de act. & oblig. l. generaliter. verſ. quis enim ferendus. C. de reb. cred.* cum alijs, cumulatis à Deciano *reſpon. 2. num. 150. volum. 1.* Sic
12 enim pro regula conſtitutum eſt; quod † renunciantibus iura ſua, non eſt vlterius dandus regreſſus. *l. ſi quis in conſcribendo* vbi Doct. *C. de pactis.* Pariſ. *conſ. 5. num. 155. volum. 4.* Rolan. à Valle *conſ. 95. num. 30. volu. 1.* Tiraquel. *de retrac. §. 1. gloſ. 9. num. 119.* Senat. Pedemon. *deciſ. 144. num. 6.* & ego dixi *conſ. 77. num. 12. & conſ. 105. num. 16.* Plus addo, quod dictus clericus promiſit dicto Ioſepho non mouere litem, nec alteri mouere volenti conſentire, quantum ſit reſpectu bonorum poſſeſſorum per dictum Ioſephum, & ſic domus prædictæ per
13 eum emptæ; vnde per tale pactum † bene potuit renunciare liti nondum inceptæ, de communi conſenſu, cum dicto Ioſepho, nec amplius eam mouere poteſt. *l. 1. cum ibi notatis per*
gloſ. & Doctores. & in l. poſtquam liti. C. de pact. Imo vero de euictione promiſit, nedum reſpectu ſui, ſed & aliorum, qui dicto Ioſepho vellent mouere litem; ergo tanto magis repelli debet ab agendo; quia † quem de euictione tenet actio, 14
eundem agentem repellit exceptio. *l. vendicantem. ff. de euictio.* confirmatur, nam nedum ſemel, ſed & bis conſenſit ei non mouere litem, nec alteri mouenti conſentire, ibi, *perche, come di ſopra, mi acquieto.* id eſt, *quia, ſicut ſupra dictum, acquieſco*, quam geminationem plurimum ponderat Iaſon *in d. l. 1. ſub num. 15.* confirmans, vt per eum, præter quem confirmatur;
nam † contra geminatam confeſſionem nihil opponi po- 15
teſt. Bart. *in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Caſtr. *conſ. 84. Quod præfata ſententia. in antiq.* Socin. *conſ. 25. viſis prædictis inſtrumentis. colum. 9. verſ. tertius vero.* Poſtremo non prætereo, quod in dicta ſcriptura dictus Ioſeph pariter promiſit, dictum clericum nullo modo moleſtare, nec facere moleſtari patrem ſuum, in iure, vel extra, donec viueret; quare ſequi-
tur, quod † dictus contractus, & indiuiduus, non poteſt ap- 16
probari pro parte, & pro parte reprobari. *l. cum fundus. §. fornicum tuum. ff. ſi cert. pet.* Iaſ. *in l. Pompon. §. cum quis. num 12. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Corn. *conſ. 310. num. 14. volum. 1.* Vnde ſicut clericus acquieuit dicto contractui, quatenus erat pro ſe, vel patre ſuo, ita debet acquieſcere, quatenus fuit contra ſe; vt contrariorum ſit eadem diſciplina. *l. fin. ff. de leg. 3. cum vulgaribus.* Et ex his ceſſant, quæ deducuntur in dubijs, tum ſtante præſcriptione decurſa, quæ tollit omne ius clerici, tum quia non fuit alienata aliqua res eccleſiæ, ſed dicta domus laicalis, & profana, de qua non loquitur textus *in d. extrauag. ambitioſæ*, vt ſupra dixi. Demumque debet aduerti, quod dicta ſcriptura loquitur de tempore vitæ ipſius clerici, quo caſu iura de alienatione rerum eccleſiæ prohibita, reſpiciunt præiudicium eccleſiæ, & ſic ſucceſſorum in ea. *cap. 1. & per totum de reb. eccleſ. non alien. & in 2. eod. tit.* quod hic factum non
fuit, ſed clericus de ſe tantum locutus fuit, & † quilibet in 17
re ſua eſt moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mand. cum ſimil.* & hæc ſufficiant, quibus ceſſant dubia. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro dom Barthol. Perundello.

ARG. Locator, qui promiſit conductorem indemnem ſeruare ab omnibus caſibus fortuitis, an teneatur conductori facere remiſſionem penſionis, ſi tempeſtas contigerit, per quam conductor, conſiderato valore fructuum, quos percepit, & habito reſpectu ad penſionem debitam, damno affectus non eſt. Et de pacto, ſeu promiſſione præſtandi caſus fortuitos, quomodo intelligendum.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum interpretatur contra eum, qui in eo ſe fundat. & quare, ibi.*
2 *Locator non tenetur conductori ad amiſſionem lucri.*
3 *In dubio non eſt diſcedendum à natura contractus.*
4 *Pactum appoſitum intelligitur ſecundum naturam locationis.*
5 *Caſus fortuiti quomodo conſiderentur, quoad remiſſionem faciendam conductori. & num. 6. Et ad quid teneatur locator, qui indemnem à caſibus fortuitis conductorem ſeruare promiſit. n. 6 7. 8.*
9 *Sint eius pariens valore autem, intellige debes de magno valore, non modico. & num. 10.*
11 *Locator promittens reſarcire conductori magnum damnum, quod patiatur, ad quid teneatur. & num. 28.*
12 *Emphyteuſis conceſſa cum facultate alienandi, an intelligatur, irrequiſito domino. & num. 18.*
13 *Periculum ſuſceptum ab aliquo ſimpliciter intelligitur, vt aliquid extra naturam contractus operetur. & nu. 14. & 19.*
15 *Verba quando interpretentur ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur. & num. 16. & 23.*
19 *Verba, periculum ſuſcipiens in ſe, quid comprehendant. & n. 20.*
21 *Intellectus regula l. ſi quando. ff. de leg. 1.*
22 *Verba, vt nihil operentur potius toleratur, quam vt iniquitas, ſiue iniquitas inducatur.*
24 *Promiſſio quando intelligatur ſecundum naturam actus, vel præter.*
25 *Et an & quando cenſeatur idem repetitum in ſequenti ſtipulatione quod in prima inerat. & num. 26. & 27.*
29 *Locator ſuſcipiens in ſe caſum tempeſtatis, ad quid teneatur. & numero 30.*

31 Con.

Digitized by Google

31 Conductor domus promittens eam quouis modo non dirui, deuaſtari, vel deteriorari ſine dolo, culpa, cauſa, negligentia, vel defectu, ea combuſta, non tenetur. & eur. num. 32. 33. 34.
35 Argumentum valet de conductore ad locatorem.
36 Et ſunt correlatiua, quo ſit, vt diſpoſitum in vno, cenſeatur etiam diſpoſitum in alio.
37 Locatore promittente facere remiſſionem conductori ob grandinem, vel aliud impedimentum, intelligitur quando ob id lucrum amiſit.
38 Suſcipiens in ſe caſus fortuitos, ad inſolitos non tenetur.

CONSIL. DCCXCV.

DOminus Bartholomæus Perundellus locauit poſſeſſionem ſuam quandam D. Orabono de Orabonis, penſione inter eos conuenta, & in inſtrumento affictus promiſit idem locator, poſſeſſionem, ipſumque conductorem indemnem conſeruare ab omnibus caſibus fortuitis: Demum pendente affictu, contigit ſuper dicta poſſeſſione tempeſtas, quæ (vt in facto ſupponitur) conductorem non damnificauit, conſiderato valore fructuum, quos percepit, habito reſpectu ad penſionem debitam; Quæritur ergo, an dictus locator teneatur facere remiſſionem, dicto conductori, ob dictam tempeſtatem? & omiſſis argumentis, dico indubitanter, quod non. Moueor, quia cum D. Orabonus ſe fundet in
1 pacto, † illud aduerſus eum venit interpretandum, cum potuerit legem apertius dicere. *l. veteribus. ff. de pact. cap. contra eum. de regul. iur. in 6.* Bart. per illum text. *in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig.* cum ſimilibus per Alex. *conſ. 11. viſo. colum. 2. verſ. 8. quia. volum. 2.* Ruin. *conſ. 42. num. 23. volum. 1.* Dec. *conſ. 170. num. 5.* nam cum vellet D. Orabonus, Perundellum
2 teneri ad remiſſionem nullius, vel modici damni, aut † verius ad amiſſionem lucri, quod non eſt ex propria natura locationis, debebat concipere pactum tam clare, quod non poſſet, niſi pro eo interpretari, vt arguit in ſimili Bal. *in conſ. 160. facta fuit. verſi. item iſta. vol. 1. & conſ. 340. num. 4. volu. 5.* vn-
3 de † in dubio non eſt diſcedendum à natura contractus, ſecundum eum per *l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur.* ſequitur Cæphal. *conſ. 596. num. 19.* igitur in propoſito noſtro bene ſequitur,
4 quod † in materia locationis pactum appoſitum, ſecundum naturam locationis intelligatur. *l. ſi vno. ff. locat.* Alexand. *conſ. 127. colum. 1. volum. 5.* Ripa *in tract. de peſte. verſ. circa tertium. num. 39.*
5 ſed † ſecundum naturam locationis, caſus fortuiti, quoad remiſſionem faciendam conductori, conſiderantur, quando detractis expenſis, fructus, qui ſuperſunt, non aſcendunt vſque ad dimidiam debitæ penſionis, vt tradit Bart. & Bald. *in l. licet. C. loca.* quem ſequitur, & dicit
6 eſſe † communem ſententiam Alexan. *conſ. 3. colum. 3. volu. 1. conſ. 107. colum. penult. volum. 3.* Aretin. *conſ. 52. colum. 2.* Pariſ. *conſ. 38. colum. fin. volu. 1.* Gozad. *conſ. 74. in prin.* Soc. iun. *conſ. 68. nu. 9. volum. 2.* Grat. *conſ. 161. n. 6. volum. 2.* ergo pactum, & promiſſio, de qua ſupra, debet intelligi facta in caſu prædicto, quo à iure conſiderantur caſus fortuiti, non autem, quando conductor modicum damnum patitur, imo nullum, ſed tantum lucrum non capit, vt in caſu iſto, & poſito, quod
7 Perundellus † promiſerit conſeruare Orabonum, ab omnibus caſibus fortuitis; & ſic vniuerſaliter fuerit locutus; tamen dicta verba reſtringi debent ad ea, quæ ſunt de natura contractus locationis, vt ſupra dixi, & ſecundum eius ſubiectam materiam capi, vt per Cæphal. *conſ. 272. num. 123.* & pro-
8 batur *in l. ſi vno. in prin. ff. loca.* ideoque † procedit, etiamſi ſint generalia. Bald. *in l. à procuratore. C. mand. & in l. 1. num. 4. verſ. & adde. C. commod.* Iaſon *in l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* Dec. *in l. quotiens idem ſermo. colum. 2. ff. de reg. iur.* Ruin. *conſ. 109. numero 4. vol. 1.* Chaſſan. *conſ. 56. num. 9.* Natta *conſ. 582. num. 26.* Beccius *conſil. 105. nu. 31.* & poſt eos Surdus *conſil. 150. num. 66.*

9 Confirmatur hæc interpretatio optimo ſimili, de † ſtatuto, puniente vulnerantem, quod intelligitur de magno vulnere, non de modico, vt tradit Bald. *in l. fina. colum. 1. C. de ædil. act.* Marſ. *in practic. crimin. §. & quia. colum. 1. in ſing. 276.* ea ra-
10 tione, † quia vulnuſculum non eſt à iure conſiderabile. *l. 1. §. proinde. ff. de ædil. edict.* ergo & in caſu noſtro, iſta promiſſio debet intelligi, de caſu fortuito, afferente magnum damnũ, non modicum, vel nullum, ſed tantum lucrum impediente. Bene verum eſt, quod contra locatorem, in caſu iſto, opponebatur ex aduerſo *de conſil.* Ruin. *81. volum. 1.* qui loquitur in ſimili pacto † locatoris, qui promiſerat reſarcire da- 11
mnum magnum, & notabile conductori, quod pateretur; vt enim verba aliquid operentur. *l. ſi quando. ff. de legat. 1.* vult, quod intelligantur de damno magno, quod non eſt modicum, licet non aſcendat ad dimidiam penſionis, deductis expenſis; alias eſſent ſuperflua, ſi à iure communi interpretationem reciperent: mouetur ex notat. per Imol. *in cap. potuit. pen. char. loca.* per Alexan. *conſ. 172. volu. 2.* vbi † emphy- 12
teuſis conceſſa cum facultate alienandi, intelligitur irrequiſito domino, & ſic præter naturam contractus, vt verba aliquid operentur, quæ alias eſſent ſuperflua. Item mouetur ex notatis per Bart. *in l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.* poſt gloſſ. vbi etiã ponit Caſt. & alij, vbi † conuentio, per quam quis 13
ſuſcipit in ſe periculum ſimpliciter, intelligitur ſic, vt aliquid extra naturam contractus operetur, & addat; Vnde † ſi 14
promittens, ex natura contractus tenebatur de leui culpa, tenebitur nunc de leuiſſima; ſi vero tenebatur de leuiſſima, tenebitur de caſu fortuito. Poſtremo mouetur, quia quando † ſtipulatio interponitur ex neceſſitate, verum eſt, quod 15
verba interpretantur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur. *l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. vt leg. nom. cau.* qui textus loquitur in ſtipulatione prætoria. *l. 1. in princip. eod. titu.* & ideo non eſt præſumendum, quod promiſſor in plus voluerit obligari; † Sed vbi ſtipulatio eſt voluntaria, vt in quæſtio- 16
ne noſtra, tunc non interpretantur ſecundum naturam contractus; quia ceſſat neceſſitas, quæ ponderatur in caſu proximo, ſed debet intelligi, vt aliquid operetur; adducit notata per Caſtren. *in l. ſi dare ff. de verbor. oblig.* ex quibus concludit Ruin. in caſu ſuo, illam promiſſionem locatoris facere, vt teneatur vltra naturam contractus: ergo idem & in pacto, de quo in caſu noſtro dicebatur. Sed ab his dictis Ruini facile defendi poteſt concluſio hic firmata pro locatore; nam ad ea, quæ Ruinus adducit, quæ conſiſtunt in eo, quod verba debeant aliquid operari, † primo reſpondeo, id 17
non procedere, quando verba exprimunt illud, & per eundem modum, quod tacite inerat de iure: ita Alexan. *conſ. 33. colum. 2. volum. 1.* vt hic. vbi promiſſa eſt conſeruatio per locatorem conductori à caſibus fortuitis; qui etiam inerant de iure, eodem modo, licet non fuiſſet expreſſum; & in caſu Ruini, illa verba, *magnum, & notabile damnum*, de quo erat facta promiſſio, erant verba æquiuoca, & ambigua, & ſic non erat facta expreſſio, vt inerat de iure, vnde debet aliquid operari in ſuo caſu, vt ipſe idem conſiderat, adducendo Aretin. *in l. ita ſtipulatus. §. decem. el primo. in 2. not. ff. de verb. oblig.* & hæc ſolutio quadrat ad allegata per Ruinum † de emphy- 18
teuſi eccleſiæ conceſſa, cum poteſtate alienandi: ibi enim erat facta expreſſio aliter, quam inerat de iure tacite, quo non ineſt poteſtas alienandi, *l. fin. C. de iure emphyt.* † idem in 19
ſuſcipiente in ſe periculum, quod eſt verbum latum, comprehendens caſum obuenientem cum culpa, & ſine, vt per Caſtren. *in d. §. quæſitum.* vnde † cum ſit verbum æquiuocum, 20
& ambiguum, dicitur expreſſio facta aliter, quam tacite inerat: ergo operatur aliquid, & addit.

Secundo reſpondeo, quod dicta † regula *l. ſi quando.* non 21
procedit, quando intelligendo expreſſionem, eo modo, quo fit, reſultat contrarius intellectus iuris communis, ita Alex. *in d. conſ. 33.* poſt Gemin. *de quo per eum, vt hic*, nam intelligendo ſimpliciter, quod locator teneatur, veniente caſu fortuito, licet non damnificante, vltra dimidiam conductorum; vt verba videntur ſonare, reſultat intellectus cõtra ius commune, iuxta commun. opin. Bart. *in d. l. licet*; ergo verba nihil debent operari vltra ius commune.

Tertio dico, quod † potius toleratur, vt verba nihil ope- 22
rentur, quam iniquitas inducatur, ſeu aliquod illicitum, vt tradit Crau. *conſ. 70. in fin.* poſt Caſtren. & Corn. quos citat, & quam, quod quis indebite damnum patiatur, vt not. Doct. *in l. fin. §. in computatione.* vbi Iaſ. *C. de iure delib.* ſed quod locator teneatur conductori facere remiſſionem pro modico damno; imo fortius, non pro damno, ſed pro lucro non capto, vt hic, eſt iniquum, & illicitum. *d. §. vis maior.* & per Pariſ. *d. conſ. 38.* & eſſet facere eum pati damnum indebite contra ius: ergo iſta verba nihil potius debent operari, quam vt aliquid operentur, & ex hac ſecunda, & tertia ſolutione puto

Ruinum etiam in caſu ſuo male loqui; contra quem tenet etiam Cepb. *conſ. 204.* Non obſtat etiã illa diſtinctio Ruini, inter
23 ſtipulationem † ex cauſa neceſſaria, & voluntaria; quia in voluntaria non abſolute dicit Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi dari*, eam in-
24 telligi extra naturam actus, ſed † diſtinguit inter promiſſionem ſimpliciter factam, rei alias promiſſæ, puta, *promittis quod alias promiſiſti*, vel alio modo factam; vt primo caſu intelligatur ſecundum naturam præambulam primæ promiſſionis; ſecundo ſecus. In primo enim caſu verſamur: hæc enim promiſſio conſeruandi à caſib. fortuitis, eſt ſecundum naturam obligationis iuris communis; ſed in caſu Ruini erat aliter, propter verba æquiuoca, vt ipſe conſiderat.

25 Præterea Paul. de Caſt. ibi *in fin.* dicit † prædicta procedere in his, quæ non ſunt de natura obligationis, ſed de accidenti; quia ſic partes expreſſerunt, vt eſt, quod obligatio magis ſit pura, quam in diem, vel conditionalis; hoc n. eſt ex acciden-
26 ti, ex conuentione partium: ſed in † his quæ ſunt de natura, & diſpoſitione legali, dicit Paul. de Caſt. cenſeri idem repetitum in ſequenti ſtipulatione, quod in prima inerat; & iſte eſt
27 caſus noſter; nam † iſta promiſſio locatoris, de conſeruando indemnem conductorem à caſibus fortuitis, eſt ſuper his, quæ ſunt de natura locationis, & diſpoſitione legali. *d. §. vu maior. cum ſimilib.* ergo in ea cenſetur repetitum, quod in diſpoſitione legali continetur, vt ſcilicet teneri velit, quando damnum eſſet vltra dimidiam.

Vltimo, ceſſat omnis difficultas, attento, quod conductor
28 hic damnum non patitur, licet lucrum non capiat: & † caſu quo etiam velimus, verba hæc debere operari aliquid, extra naturam contractus, & ius commun , ſatis eſt, quod operari poſſint, caſu quo conductor damnum pateretur, licet intra dimidiam, vt erat in caſu Ruini; ſed quod operentur eo etiam caſu, quo lucrum non habet, damnum vero non, hoc eſſet nimia extenſio, quam nec Ruinus, nec alij faciunt.

Quarto, hoc in terminis decidit Salicet. *in d. l. licet. in fin.* quem ſequitur Gozad. *conſ. 74. colum. 2. in fi.* vbi dicunt: quod
29 ſi † locator ſuſcepit in ſe caſum tempeſtatis, intelligitur, ſi damnum notabile afferat, alias non tenetur; & tamen vt bene ponderat Salic. etiam abſq; pacto, ex prouiſione legis, caſus ſterilitatis ad locatorem ſpectabat, ſed fit interpretatio ſecundum naturam locationis, poſito quod illa verba nihil operentur, vt per Soc. *conſ. 156. colum. 6. verſ. confirmatur. vol. 2.* & per Goz. *d. conſ. 74. num. 16.* Ecce ergo, quod iſti Doctores
30 caſum noſtrum decidunt. Cum † enim locator promiſerat conſeruare conductorem à caſibus fortuitis, dicitur eos in ſe ſuſcepiſſe, & in eis venit caſus grandinis: debet ergo fieri interpretatio, vt voluerit conſeruare dictum conductorem, caſu quo tempeſtas grande damnum afferret, alias ſecus, vt hic.

Quinto confirmatur authoritate eiuſdem Goz. *in conſ. 63.*
31 vbi ponit caſum de † conductore domus, qui promiſit eam quouis modo non dirui, deuaſtari, vel deteriorari ſuo dolo, culpa, cauſa, negligentia, vel defectu; deinde domus combuſta fuit, dubitatum fuit, an conductor teneretur vigore dicti pacti: concludit Goz. quod non, *nu. 19.* eo potiſſimum argu-
32 mento: quia illa † verba intelliguntur ſecundum ſubiectam naturam locationis, licet nihil operentur: ergo intelliguntur, vt teneatur conductor de dolo, lata, & leui culpa, non et-
33 iam † leuiſſima, ad quam conductor non tenetur, vt late per Iaſ. *in l. domum. ff. de leg. 1.* Dec. *in l. contractus. num. 28. ff. de reg. iur.*
34 ergo talis conductor de illo † incendio non tenetur; cum illud in dubio ex leuiſſima tantum culpa præſumatur contingere, vt late per Iaſ. *d. l. domus.* ſicut ergo ibi verba illa nihil plus operantur, quam teneretur conductor de iure communi, alio non dicto, ita & in caſu noſtro dicendũ eſt, quod iſta promiſſio nihil plus releuet, quam mera iuris diſpoſitio, ſecundum quam locator de graui damno tenetur cõductori, & non de leui *l. ſi vno § 1. l. ſi merces. ff. loca. §. vu maior. cum ſimil.*
35 de † conductore, enim de quo Goz. loquitur, ad locatorem, de quo in caſu noſtro, validum argumentum eſſe debet;
36 cum ſint † correlatiui; & ob id in vno diſpoſitum in alio intelligitur eſſe diſpoſitum, vt per Bartol. & alios, vbi late Iaſ. *in l. fin. C. de indi. vidui. tollen.* per Iaſon. *in l. non tantum. ff. de re iudic.*

Sexto, & vltimo accedit; quia iſta † materia remiſſionis 37
faciendæ conductori per locatorem, ob grandinem, vel aliud impedimentum, non debet intelligi, quando ob id lucrum amiſit, vt abunde ponit Pariſ. *in d. conſ. 38. colum. 2. volum. 1.* Socin. iun. *conſ. 78. colum. 1. & 2. volum. 2.* vbi multa. Idque ego vltra ipſum confirmo; nam videmus, quod † ſuſcipiens in ſe 38
caſus fortuitos, ad inſolitos non tenetur. Bar. *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fin. ff. ſi quis caut. in l. Seio. §. medico ff. de ann. leg.* Alexan. *conſ. 28. colum. 4. in primo. conſ. 30. colum. 4. in quarto. num. 10.* Imol. *in l. precia rerum. colum. fin. ff. ad l. fal.* Ripa *in tract. de peſte. in 2. parte. verſ. 4. reſtrictio.* Rubeus *conſ. 153. num. 2.* & tamen ex eis aduerſarius grauiter damnificari poteſt; ergo à fortiori, non debet teneri, quando ex eis aduerſarius damnum non patitur, licet lucrum non capiat, prout in caſu noſtro contingit: maior enim viget ratio, vt teneri deberet, contingente damno aduerſario, quam ceſſante lucro. *arg. l. fin. §. illud. C. de codicil.* vnde ſi primo caſu non tenetur, tanto minus in ſecundo, qui eſt caſus noſter.

Ex quibus patet pro iſto locatore omnino de iure, fore, & eſſe pronunciandum. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro domino Leonello de Tertiis.

ARG. An, & quando clericus poſſit habilitari ad feudum in præiudicium agnatorum, & poſſit per ſubſtitutum ſeruire. & quid de muliere ſtante conſuetudine. An & quando præſens alicui actui, & tacens, ſibi non præiudicet. Item an, & quando Princeps, ex plenitudine poteſtatis poſſet alicui auferre rei ſuæ dominium.

SVMMARIVM.

1 *Clericus eſt ad feuda inhabilis.*
2 *An Princeps ſcienter clericum de feudis inueſtiens, eum habilitare cenſeatur.*
3 *Mulier ex conſuetudine aliquorum locorum ſuccedit in feudis: & poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*
4 *Omnia locum habentia in feudis maſculi etiam locum habent in feudo fœminæ. & num. 5.*
6 *In feudis ſucceſſione proximiores admittuntur & num. 7.*
8 *Clericus ad quæ feuda habilis reputetur & num. 9. 10.*
11 *Princeps an ſine cauſa poſſit habilitare clericum ad feudum, in præiudicium agnatorum num. 37. 38.*
12 *Clericus feudorum eſt incapax, & inhabilis, & quo ad hoc æquiparatur fœminæ, & nato imperfecto. num. 13. & 14.*
15 *Idem in omnibus qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi.*
16 *Præſens agnatus inueſtituræ, facta filio alterius agnati, vel alienationi feudi, an ſibi præiudicet & num. 19. 20.*
17 *Præſens & tacens an præſumatur conſentire in ſui præiudicium.*
21 *Feudum quando dicatur antiquum, vel ex pacto & prouidentia, & quando hereditarium. & num. 22.*
23 *Inueſtitura non poteſt per dominum fieri illi, ad quem non pertinet ſucceſſio in feudo, in præiudicium debentis ſuccedere.*
24 *Et facta illi non præiudicat, in feudo paterno num. 25. & 26.*
27 *Filius feudatarij dicitur feudatarius etiam viuo patre, eoq; mortuo, non dicitur ſuccedere, ſed feudum retinere & num. 28.*
29 *Princeps an per reſcriptum poſſit ſine cauſa auferre alicui rei ſuæ dominium directum, vel vtile. num. 31.*
32 *Inueſtitura prima prævalere debet ſecundæ.*
30 *Princeps an poſſit dominium ex feudo quæſitum, ad nutum reuocare & num. 34. & 35.*
33 *Legitimatus ad feuda, ſuccedit in præiudicium agnatorum, licet ante fuerit incapax.*
38 *Imperator an poſſit auferre alicui rei ſuæ dominium etiam nulla cauſa ſubſiſtente, de plenitudine poteſtatis. & num. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43.*
44 *Citatio agnati an ſit neceſſaria, vt illo feuda priuetur & nu. 45. 46. 47. 48. Et cum clericus incapax ad feudum habilitatur, & inueſtitur. num. 52. 53.*
49 *Princeps in dubio non videtur velle tertio nocere, etiam in iure, quod habet in ſe tantum.*
50 *Citatio an requiratur, cum Princeps concedit alicui priuilegium. & num. 66.*
51 *Licet citatio non requiratur, non tamen tollitur per illud reſcriptum, aut priuilegium ius alteri quæſitum, quinimo ſi ſit præſens, citandus eſt.*
54 *Cum princeps procedit per viam extraiudicialem, tollendo ius alterius, an requiratur citatio & num. 55. & 56.*
58 *Intellectus §. 2. l. hoc conſequenter ff. fam. her.*
59 *Vaſallus factus clericus ipſo iure amittit feudum.*

60 *Et poteſt opponere contra alium vaſſallum de non petita inueſtitura, & ſic de iure tertij, etiam eo inuito.*
61 *Arma clericorum ſunt orationes, & lachrymæ.*
62 *Quo ſit, vt clericus inhabilis reputetur ad feudum, requirens ſeruitium perſonale & num. 68.*
63 *Et dicitur ſuo facto excluſus à feudi ſucceſſione perpetuo, & inhabilis factus.*
65 *Dictio, aliquod, verificatur etiam in minimis.*
67 *Princeps concedens priuilegium, aut gratiam fundatam in conſuetudine etiam aliqua, debet intelligi, etiam agnatis, vel expreſſe conſentientibus, vel eis non extantibus.*

CONSIL. DCCXCVI.

REuerendus dominus Leonellus de Tertijs coram Camera Ducali, ciuitatis noſtræ Ferrariæ comparendo, petijt à D. Leonello de Tertijs, nepote ſuo, ex Franciſco fratre ſuo, certam portionem poſſeſſionis feudalis, obuentam D. Leonello, mediante patre ſuo, occaſione mortis Herculis de Tertijs, fratris ſui ſine deſcendentibus, Item quaſdam alias portiones dictæ poſſeſſionis, poſſeſſas olim per Petrum Antonium de Tertijs eius fratrem, & ſucceſſiue per Borſium, eius nepotem, nunc occupatas per dictum Leonellum. Videndum eſt ergo de iuribus agentis, & rei. Et primo pro hoc clerico agente bene facit, quoad portiones dicti Herculis; nam poſt eius mortem, fuit à Sereniſſimo Duce noſtro habilitatus ad ſucceſſionem dicti feudi, & ſucceſſiue
1 inueſtitus: Vnde cum iam eſſet † clericus, & ſic inhabilis iux. *tex. in cap. qui clericum, ſi de feu. fuer. contro. & in cap. 1. an mut. vel*
2 *al. imper.* & † princeps hoc ſciret, certe conceſſio ei facta, valere debet, & ipſe poterit per ſubſtitutum ſeruire, etiam hoc in inueſtitura non expreſſo, vt voluit And. de Iſer. *in cap. 1. in fin. de mil. vaſ. qui arm. bell. & in cap. 1. §. fin. de ben. fœm.* ſequitur Alexan. *conſ. 10. colum. penult. volum. 5.* Idemque tradit Cur. iun. *in tract. de feud. 3. par. q. 10. nu. 39.* & Afflict. *in c. qui clericum. in prin. ſi de feud. fuer. contron. inter do. & agna.* cum declaratione tamen, de qua dicetur infra.

Secundo confirmatur auctoritate Specul. *de feud. §. quo-*
3 *niam. verſ. 21.* vbi dixit, quod † cum ſit conſuetudo in aliquibus locis, quod mulier ſuccedat in feudo iux. *c. ſignificauit, de reſcript.* ſi quæratur, qualiter ſeruiet domino, dicendum eſt, quod per ſubſtitutum, *argumento tex. in l. vnica. §. ne autem. verſ. ſin autem in faciendo. C. de cad. toll.* Alexan. *in d. conſ. 10. nu. 20.* Idemque ponit Afflict. *in cap. mulier habens. num. 19. ſi de feud.*
4 *fuer. contro. inter do. & agna.* vbi dicit, eſſe tenendam † menti regulam; quod omnia quæ locum habent in feudo maſculi, ſibi locum vendicent in feudo fœminæ; quia ſi fœmina eſt habilitata ad feudum, cenſetur maſculiata, & conſequenter poterit leuare faidam, & ſeruire per ſubſtitutum, ſicque te-
5 net etiam Ioan. Andr. † non faciens differentiam inter feudum fœmineum, & maſculinum, *vt in cap. 1. in prin. de his, qui feud. dar. poſſ.* ſed in caſu noſtro, videtur eſſe conſuetudo admittendi clericos in feudo, ſeruiendo per ſubſtitutum; vt in vltima inueſtitura dicitur: ergo debet admitti, & per ſubſtitutum ſeruire, vbi opus ſit, & dictam partem hereditatis Herculis conſequi debet, tanquam eius frater. Quo vero ad portiones domini Borſij, res adhuc magis clara videtur, ſtante alia habilitatione ſibi facta, & inueſtitura inde ſecuta poſt mortem dicti Borſij; cum ſit proximior in gradu dicto
6 Borſio, quam iſte Leonellus; & † clarum eſt in ſucceſſione feudi, proximiorem admitti, vt per Decium, qui alios refert, *in conſ. 445. num. 19.* quod autem ſit proximior, patet; cum ſit patruus Borſij, & ſic in tertio gradu; hic autem Leonellus, frater patruelis dicti Borſij, & ſic in quarto gradu. *l. iuriſ-*
7 *conſultus. §. 3. & 4. gradu. Inſtit. de grad.* & hoc † computando gradus ſecundum ius ciuile, quod in ſucceſſionibus attenditur, vt per Dec. *conſ. 444.* etiamſi feuda exiſtant. Bald. *in cap. 1. §. & quia videmus. ad fin. in tit. de his, qui feud. dar. poſ.* Vlterius,
8 quando etiam iſte † clericus nullam haberet habilitationem, ſatis tamen de iure habilis reputaretur, ſtante eo, quod hoc feudum continet ſeruitium reale annuatim præſtandum; quo caſu clericus admittitur, & habilis reputatur, ſecundum Cyn. *in auct. ingreſſi in fin.* Salic. & alios. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Abb. *in c. in præſentia. num. 69. de probat.* vbi Felin. *numero 56.* Dec. *num. 84.* Corn. *conſil. 16. num. 11. volum. 1.* ideo ſine dubio debet admitti ad portiones per eum petitas.

Præterea, eſto etiam, quod † ſeruitium perſonale conti- 9
neatur, dummodo honeſte per clericum præſtari poſſit, debet admitti, & reputari habilis, & ſeruire per ſubſtitutum. gl. Bald. & Aluar. *in cap. 1. de benef. feud.* ſed ſeruitia hic præſtanda ſunt ſecundum cap. fidelitatis, *de quibus in cap. 1. de noua for. fide.* quæ omnia licite præſtari poſſunt per clericum, excepto eo, ire ad exercitum, quod ibi non continetur, vt per Aluar. *in cap. fin. de cap. qui cur. ven.* Socin. *conſ. 257. colum. 2. in fin. volum. 2.*

Vltimo, hic † clericus eſt habilitatus in vita ſua tantum, & 10
ſic Leonellus non in totum priuatur iure ſuo, ſed ſibi differtur; ergo modice læditur, quod † Princeps ſine cauſa poteſt 11
facere. Felin. *in c. quæ in eccleſiarum. n. 32. ext. de conſtitut.* Alex. *conſ. 216. col. 5. vol. 2.* & Brun. *in termino. conſ. 1. colum. 8.* Campeg. *conſ. 2. col. 9.*

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure verius eſſe dico, eo potiſſimo fundamento, quia † clericus feu- 12
dorum eſt incapax. *d. c. qui clericum. & d. cap. 1. an mut. & in ca. de vaſ. mil. qui arm. cum ſimilibus.* de quibus in fortioribus terminis, videlicet in milite Hieroſolymitano, late dixi *conſ. 527. per tot.* poſt Crau. *conſ. 303. & conſ. 938. col. 2.* & alios de quibus ibidem *num. 54.*

Secundo confirmatur ex infinitis, qui hanc partem tenent, quos ſerioſe refert Curt. iun. *in tract. de feud. 3. p. ar. qu. 10. n. 16. per duas col.* & multis iuribus comprobat, potiſſime per text. *in c. 1. an mut. vel alias imperf.* vbi textus æquiparat † na- 13
tum imperfectum, fœminam, & clericum, quantum ad hoc, vt ſint inhabiles ad feudum: illud autem exploratum eſt, eſſe prorſus inhabilem ad ſuccedendum in feudo. *cap. 1. §. & quia videmus. de nat. feud.* ſecundo mouetur Curt. per tex. apertum *in cap. 1. §. ex hoc. de benefic. fœm.* vbi textus vtitur termino vniuerſali; *nullo modo*, dicens, quod † clericus nullo modo in 14
beneficio paterno ſuccedit, etſi poſtea hunc habitum poſtpoſuerit. Idemque † ſubijcit textus in omnibus, qui habitum 15
religionis aſſumunt, vt conuerſi: hi enim nec poſtea in feudum ſuccedunt, & ſi quod habent, perdunt.

Sola ergo remanet difficultas, in tollendis contrarijs, & primo inueſtitura ei facta poſt mortem Herculis, viuente Franciſco eius fratre, patre huius Leonelli, quoad ipſum Franciſcum, non præiudicauit, licet ei fuerit præſens, nec expreſſe contradixerit, ex quo nec expreſſe conſenſit, ſecundum Pileum *in ſumma feud.* quem refert, ac ſequitur Afflict. *in cap. 1. de ſucceſſ. feud. §. 1. colum. 5.* vbi dicit, quod ſi † agnatus 16
fuit præſens inueſtituræ, factæ filiæ alterius agnati, ſibi non præiudicat: bene facit vulgaris regula; quod † præſens, & ta- 17
cens, non præſumitur conſentire his, quæ tendunt in eius præiudicium. *l. filiusfam. §. inuitum. ff. de procur.* Doct. *in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr.* Dyn. *in l. is qui. ff. de reg. iur.* Natta *conſ. 131. nu. 4.* Sim. de Præt. *conſ. 138. num. 80.* & ego *conſ. 275. num. 57.* niſi † quis 18
eſſet præſens in iudicio, qualis non eſt caſus noſter: Ita ergo dicamus in iſto Franciſco præſente inueſtituræ factæ huic clerico; cum de fœmina ad eum, valeat argumentum in hac materia, ſecundum Alex. *conſ. 10. in fin. vol 5.*

Quo vero ad hunc Leonellum, filium tunc dicti Franciſci viuentis, idem concludo; cum nec citatus fuerit, nec de conſenſu eius appareat, moueor ex notatis per gloſſ. quam ibi Andr. de Iſer. Afflict. & alij ſequuntur, *in d. §. 1. gloſſ. 2.* vbi ſi † frater conſentiat fratri, vt inueſtiri faciat filiam ſuam, non 19
tamen præiudicat eius filio, quo minus poſſit contrauenire, quando feudum eſt antiquum, ſeu ex pacto, & prouidentia quæſitum, quod idem eſt, non autem hæreditarium; & idem voluit dicere Cyn. *in l. 2. C. de liber. & eorum lib.* ſecundum Affl. *in d. §. 1.* idemque tradit Bald. *conſ. 82. proponitur quod inueſtitura. 2. dub. volum. 1.* & pro regula traditum eſt, quod † alienatio, 20
ſeu alia diſpoſitio, facta per vaſallum de feudo antiquo, etiam cum conſenſu domini, in præiudicium agnatorum vocatorum, vigore primæ inueſtituræ non valeat, nec eis præiudicet, vt not. Doct. *in c. 1. de alie. feu. pat.* per illum text. tradit Curt. *in tract. feu. 2. par. n. 43.* Dec. abunde *conſ. 269. num. 5.* Goz. *conſ. 90. colum. 1.* Socin. iun. *conſ. 103. num. 16. volum. 2.* ſic ergo & in caſu noſtro dicamus, nullum præiudicium eſſe factum huic Leonello, filio Franciſci, ad quem feudum erat reuerſurum

Digitized by Google

21 ſurum: Quod autem † feudum, de quo agitur, ſit antiquom,
ſeu ex pacto, &c. patet; quia in inueſtitura Buldrini dicitur,
pro ſe, & ſuis filijs, & deſcendentibus, nec apponitur verbum, *he-
redibus, vel ſucceſſoribus*, vt declarat Andr. de Iſer. Afflict. *in d. §.*
22 *1.* late Dec. *conſ. 208. num. 7.* tunc † enim diceretur heredita-
rium, quando pro ſe, & heredibus fuiſſet conceſſum, vt præ-
dicti tradunt. Alexand. *conſ. 10. colum. 4. conſ. 55. volum. 5.* Dec.
conſ. 305. num. 4. Campeg. *conſ. 2. nu. 14. inter conſilia Bruni, cum
ſimilibus, per me conſ. 9. nu. 87.* & idem Curt. iun. vbi ponit mul-
tos effectus, quem vide *in d. tractat. 1. par. num. 19. octaua par.
prin.*

Quo vero ad ipſum Principem, qui hunc clericum ha-
bilitando inueſtiuit, dico adhuc, ipſi Leonello præiudicium
fieri non potuiſſe, vt notat Bald. Aluar. & alij, maxime Afflic.
4. not. cap. 1 de alien. feud. pat. per illum textum, dicentes, quod
23 dominus † non poteſt inueſtire illum de feudo, ad quem
non pertinet ſucceſſio, in præiudicium debentis ſuccedere
24 in feudo, & † ſi facta ſit inueſtitura, nō præiudicat illi deben-
25 ti ſuccedere: quod † ſecundum Afflictum, procedit in feu-
do paterno, prout eſt hoc, quod quæſitum fuit à Buldrino;
auo huius Leonelli, vt notat Aluar. *in 5. not.* poſt. Bal. *in d. §. 1.*
late Decius *in d. § 208. colum. 3.* & vltra Bald. Aluar. & Afflict.
idem tradit Iaſon *in conſ. 8. colum. 3. inter conſilia Bruni.* Alexan.
conſ. 15. colum. pen. volum. 5. Dec. *conſ. 445. num. 22.* Ruin. *conſ. 7.
colum. 6. circa finem. volum. 2.* Soc. *conſ. 6. colum. 2. conſ. 10. colum. 6.*
Neuiz. *conſ. 12. colum. 16. inter conſilia Bruni.* Cæph. *conſ. 23. n. 47.*
26 & ego *conſ. 44. num. 27.* Proceditque † ſine dubio iſta con-
cluſio, licet tempore dictæ inueſtituræ factæ huic clerico, vi-
ueret Franciſcus, Pater Leonelli; quia iſte Leonellus in in-
ueſtitura Buldrini vocatus erat, ex illo verbo, *& deſcendenti-*
27 *bus*, & in † hac materia, filius feudatarij, dicitur feudatarius,
viuo patre: ita vt per mortem patris non dicatur ſuccedere,
ſeu acquirere feudum, ſeu retinere, vt tradit Bald. & ſequitur
Afflict. *in cap. 1 an mut. vel alien. imperſ. in fin gloſſ. in cap. 1. de feu.
cogn.* quam Bald. ibi commendat, *& in l. cum antiquioribus. n. 9.
C. de iure delib.* Marinus Freccia. *lib. 2. feudor. c. de differ. feudo.
regal. in tertia differentia. & in tract. libri 3. quaſt. 26. num 2.* late
Iacob de Leonar. *conſ. 114. inter conſilia Bruni. num. 138.* vbi
28 poſt Bald & † Iaſon. dicit, filium poſſidere feudum viuo pa-
tre, nec illud acquirere poſt mortem patris; ſed in vita pa-
tris iam quæſitum capere, & ego latius, *conſ. 18. num. 98. cum ſe-
quen.* Ergo ex facto Principis ei præiudicari noo debuit. Quo
vero ad aliam inueſtituram, huic clerico poſtremo factam,
29 idem concludo: ſicut enim per † reſcriptum Principis non
poteſt auferri dominium directum alicui ſine cauſa. *l. fin. vbi
not. C. ſi cont. ius.* ita nec vtile. Bart. *in l. 2. C. de fun. patr lib. 11.* po-
tuit; ergo Princeps habilitando hunc clericum, priuare non
poteſt Leonellum vtili dominio huius feudi, ſibi quæſito ex
morte Borſij: ita in terminis Alexan. *conſ. 3. colum. 2. volum. 5.*
Socin. *conſ. 7. colum. 2. conſ. 10. colum. 6. inter conſilia Bruni.* Caſtr.
conſ. 1. ... 30, & examinato puncto. late Neuizan. *conſ. 12. colu. 16.
inter eadem conſilia Bruni*, & eſt caſus *in cap. 1. de nat. feu* vbi Bal.
30 & alij notant. Imo † conceſſio prius facta huic Leonello in
inueſtitura Buldrini, præualere debet huic factæ ſecundo
loco, huic clerico, late Alexan. *d. conſ. 3.* Dec. *conſ. 286. 292. co-
lum fin. 432. in prin. 498. num. 19.* Curt. iun. *conſ. 42. num. 2.* Goz.
31 *conſ. 14. per totum.* & † licet a prædictis diſſentiat Brun. *conſ. 1.
colum. 6.* Campe. *conſ. 2. colum. 4.* Curt. iun. *conſ. 1. col. 6.* ea ratio-
32 ne, quia † tale dominium ex feudo quæſitum eſt de iure ciuili,
& ob id ad nutum principis reuocabile, iuxt. not. per Angel.
in l. Lucius. ff. de euict. & per notata *in cap. naturales. ſi de feu. fuer.*
33 *controuer.* vbi † legitimatus ad feuda ſuccedit in præiudi-
cium agnatorum, licet ante fuerit incapax; ſic ergo & in quę-
ſtione noſtra: tamen à priori ſententia non recedo, pluribus
34 teſtibus confirmata: quod enim de † dominio iure ciuili quæ-
ſito traditur, non procedit, vbi ex contractu Principis quæſi-
tum eſt, vt tradit Dec. in terminis *in c. qua in eccleſiarum. nu. 36.
de conſt.* quod eſt in caſu noſtro, & ponit Iaſ. *in d. conſ. 8. col. 4. in
3. fundamento. latiſſime* Ruin. *in conſ. 7. num. 30. & ſeq. volum. 1.*
35 Idque † tanto magis, ſtante clauſula, *ſine præiudicio tertij*; in
hac inueſtitura & alia ſuperiore contenta, quod ſecus erat in
caſu Bruni, & ſequacium: imo ibi erant clauſulæ; *motu pro-
prio: ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*; quæ nec et-
iam ſatis operantur: licet † enim Ang. *in l. item ſi verberatum.* 36
§. 1. ff. de rei vend. clare dixerit; Imperatorem poſſe mihi auffer-
re dominium rei meæ, etiam nulla cauſa ſubſiſtente, de ple-
nitudine poteſtatis; & quod qui contrarium dicunt, men-
tiuntur, & idem voluit, *in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur.*
ſequitur Soc. *conſ. 83. volum. 3.* Andr. Sicul. *conſ. 64. colum. penul.
vol. 4. cum ſimil.* per me cumulatis. *conſ. 45. nu. 41.* Conſideran-
do maximam, & incomparabilem poteſtatem Imperatoris:
tamen † in oppoſitum plures verſantur, vt Bald. Alex. & Iaſ. 37
in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. Crau. *conſ. 241. num. 10.* Menoch.
lib. 1. de arb. iud. q. 48. n. 7. Port. Imol. *lib. 5. regularum. concl. 15.* vbi
citat infinitos, qui † communem, & communiorem teſtan- 38
tur: quæ venit intelligenda, de iure, & non de facto, prout
declarat Cyn. *in l. reſcripta. col. fin. C. de precib. Imper. off.* vbi di-
cit, quod † de iure non poſſit, licet de facto hoc faciat, tunc 39
enim ſuccedit, quod inquit Boſſi. *in tit. de principe, num. 25.*
quod contra ſtimulum non poſſumus calcitrare, vnde quæ-
ſtio præſens referri debet ad ius, non ad factum: quod & Bal.
eleganter præſenſit *conſ. 345. ad euidentiam. col. 2. vol. 1.* dicens,
quod † clauſula; *de plenitudine poteſtatis*; intelligitur de pote- 40
ſtate bona, & laudabili, nō vituperabili, vel tyrannica, & vt la-
tius plura dixi, *conſ. 45. nu. 49.* & Soc. *in n. 57.* adduxi † Crau. *conſ.* 41
241. nu. 20. dicentem, quod Angelus, non vt Angelus locutus
eſt, ſed vt homo mendax: & † Mod. Galli poſt Dec. *conſ. 269.* di- 42
xerunt, illud Angeli dictum eſſe falſum, & adulatorium. No-
tata vero *in d.* † *c. naturales.* vere non procedunt ſtantib. agna- 43
tis capacibus, ſed ſolum eius deficientibus, ſecundum Iac. de
Bel. And. de Iſer. Afflict. & alios *ibi* Alex. *conſ. 59. col. 1. vol. 2.* Vel
non procedit, ſecundum Affl. ibi, quando feudum eſt pater-
num, vel auitum, non autem nouum, quod primum eſt in
caſu noſtro, vt ſupra deduxi. Confirmatur iſta concluſio, ad
fauorem huius Leonelli, quoniam † citatus non fuit; ergo 44
feudo priuari non potuit, ſine citatione, vt not. Bar. & Imol.
in clem. paſtoralis. §. cæterum per illum text. de re iud. late Socin. *d.
conſ. 7. col. pen.* vbi dicit, hanc eſſe † communiorem, & verio- 45
rem opinionem, latiſſime Neu. *d. conſ. 12. col. 27. verſ. 3. ratio.* id-
que † potiſſime procedit, quando Princeps voluit vti pleni- 46
tudine poteſtatis, ſed poteſtate tantum ordinaria, vt hic ſtan-
te dicta clauſula; *ſine præiudicio tertij* Ita Soc. *conſ. 164. col. antep.
vol. 2.* Fel. *c. cum olim. col. 13. verſ. 3. declaratio. de re iud.* vbi † vult, 47
quod conſtet, quod Princeps voluerit præiudicare parti, ad
hoc, vt citatio non requiratur, & ibid. *col. 6. ver. 2. declaratio*, di-
cit, quod † oportet, quod appareat, Principem vti plenitudi- 48
ne poteſtatis, quando concedit reſcriptū, vel gratiam, in prę-
iudicium alterius non vocati; quia † in dubio non videtur 49
velle nocere tertio, etiam in iure, quod ille habet in ſpe tan-
tum *per l. 2. in ver. non facile. ff. de natal. reſt.* hic autem totum
contrarium patet; ergo &c. & ex hoc tollitur, quod tradit Brun.
conſ. 1. col. 10. Camp. *col. 5. conſ. 2.* Ioan. de San. Iul. *conſ. 3. col. 2.* lo-
quuntur enim, quando conſtat expreſſe, quod Princeps vo-
luerit præiudicare agnatis, vt tunc non requiratur citatio; quod
non eſt hic, ſed totum contrarium. Pariq; modo tollitur de-
ciſ. Bald. *in l. nam ita diuus. ff. de adopt.* quam ſequitur Dec. *conſ.
498. col. fi.* quod † cum Princeps concedit priuilegium vel re- 50
ſcriptum, non eſt de more, quod quis citetur; procedit enim
modo prædicto. Item † licet citatio non requiratur, non ta- 51
men tollitur per illud ius alteri quæſitum, imo ſi eſt præſens,
citandus eſt. Ita Fel. *in d. c. cum olim. col. 6.* declarat Bal. *in d. l. nam
diuus.* quæ militant hic: ius enim quæſitum eſt Leonello, ex
morte Herculis & Borſij. Item erat præſens tempore huius
reſcripti; ergo &c. Sed vltra Bal. intelligitur in reſcripto, † per 52
quod cauſæ cognitio alicui committitur, non autem abſolu-
te quid cōceditur; tunc enim is, cui cauſæ cognitio commit-
titur, debet citare; ideo per reſcribentem citatio non requi-
ritur; ita idem Bal. *in Rubr. de reſcript. col. 1. num. 6.* Sed in caſu
noſtro per hoc reſcriptum cauſæ cognitio fuit commiſſa Fa-
ctori generali; vnde † licet in hoc reſcripto non fuerit neceſ- 53
ſaria citatio, fuit tamen neceſſaria in habilitatione, & inue-
ſtitura, facta huic clerico, quæ cum non interuenerit, non
valet in præiudicium huius Leonelli.

Non obſtat etiā, quod † vbi Princeps procedit, ius tollen- 54
do alterius per viam extraiudicialē, vt hic, citatio non requi-
ratur, Rom. *conſ. 369. quinto dubio*, quia, † Romanus loquitur, 55
quando

quando princeps iuſta ex cauſa id agit, & ita etiam loquitur
l. Lucius. ff. de euictio. & l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vend. vt
56 per Doct. *ibi.* & † iuſta cauſa dicitur, ſi concernit publicam
vtilitatem, Felin. *in cap. quæ in eccleſiarum. num. 20. de conſtitut.*
Crauet. *conſ. 5. num. 4.* quæ publica vtilitas hic non militat,
conſ. 2.
Non obſtat etiam, quod tradit Brunus *conſ. 18.* volens,
57 quod † Princeps, qui poteſt obijcere de ſeruitijs ſibi præſtan-
dis perſonaliter, vel per ſubſtitutum, poteſt admittere cleri-
cum ad feudum, nec agnati poſſunt opponere de inhabili-
tate, vel indignitate eius, cum reſpiciat fiſcum, iuxta l. *bis*
conſequenter. §. 1. ff. famil. hercisc. vbi de iure tertij non op-
58 ponitur; quia reſpondeo † *d. §. 1.* procedere in iure tertij ex-
cluſiuo, non ipſo iure, ſed per ſententiam, ſecundum gloſſ.
Bald. & Doctor. ibi not. Bald. Aluar. & alij, *Si de feu. fue. con-*
59 *trouer.* vbi ſi † vaſallus fit clericus, ipſo iure feudum amittit; &
hic Leonellus habet cauſam à domino directo, quo caſu li-
cet opponere de iure tertij, excluſiuo ipſo iure, licet tertio
volente tantum, vt per Dyn. & Alberic. *in l. loci corpus. §. com-*
petit. ff. ſi ſer. vend. Aret. *in l. cum ſeruum. colum. 2. verſ. 2. concluſio.*
C. de ſer. fugi. & in terminis in feudo ponit ibi Caſtren. *colu. 2.*
60 vbi † vaſallus poteſt opponere contra alium vaſallum, quod
ceciderit, ob inueſtituram non petitam, & ſic de iure tertij,
etiam illo inuito, ſecundum Caſt. quia habet cauſam ab eo, &
ſic Brunus male loquitur ex prædictis, quod nota.
Poſtremo non obſtat, quod dicebatur, per clericum præ-
ſtari poſſe ſeruitium perſonale, quod honeſte præſtari po-
teſt; quia negatur, omnia de quibus *in cap. 1. de no. for. fidel.*
honeſte præſtari per clericum, vt eſt illud *in verſi. ſi ſeruero.* vi-
delicet iuuare dominum, vel ad defenſionem, vel ad offen-
ſionem alterius, vt ad eum occidendum, ſecundum Afflict.
not. 19. cum enim hoc ſeruitium requirat arma, licere non de-
61 bet clerico; quia † arma eius ſunt orationes, & lachrymæ, vt
per Afflict. *in §. ſi ruſticus. de pac. tenen.* & ego dixi *conſ. 527. nu-*
62 *mero 24.* Propterea † clericus debet inhabilis reputari, vt
per Calder. *conſ. 2. de feudo.* Felin. *in cap. in præſentia. num. 56. de*
probat. & quod non omnia contenta *in d. c.* poſſint per cleri-
cum explicari, ponit Afflict. *dec. 320. num. 9.* Imo vero Curt.
iun. *in tract. de feud. in 3. part. quæſt. 10. ſub num. 18. verſ. ſexto.* di-
63 cit, quod † clericus ſuo facto dicitur perpetuo excluſus à
feudi ſucceſſione, & inhabilis factus; quia omnia expreſſa *in*
c. 1. de non. form. fidelit. ſunt clericis interdicta, quod lector vi-
dere poterit diligenter.
64 Ad aliud vero, de † habilitatione in vita, quæ modice læ-
dit; reſpondetur, id procedere, quando conſtat de voluntate
Principis, alias non præſumitur in dubio id velle. Ita Dec. *in*
d. cap. quæ in eccleſiarum. num. 35. & in cap. ſuper eo. colum. 2. ff. de
offic. deleg. & eſt de mente Iaſon. *in l. quotiens. C. de precib. Imp.*
offer. ſed hic iſtud non conſtat, imo contrarium, per clauſu-
lam poſitam in inueſtitura; *quod non inferatur aliquod præiu-*
65 *dicium alteri*; nam † dictio, *aliquod*, verificatur etiam in mi-
nimo, Iaſon *in l. eam qui. ff. de iuriſd. omn. iud.* Dec. *conſ. 455.*
& 456.
Præterea, vt inquit Felin. *in d. cap. cum olim. colum. penult.* in
66 conceſſione † priuilegiorum, & gratiarum, vt hic, nunquam
præſumitur tolli ius alterius, & ſemper eſt ſaluum ius oppo-
nendi de præiudicio alterius; vnde non mirum, ſi non eſt ne-
ceſſaria citatio. Poteſt ergo Leonellus opponere de præ-
iudicio ſuo, & ſic tales inueſtituræ ſibi nocere non debent: &
67 ita tenendo patet ex prædictis tolli contraria; Nam † vtraq;
conceſſio Principis, fundata etiam in conſuetudine allegata,
debet intelligi, citatis agnatis, vel expreſſe conſentientibus,
vel eis non extantibus.
Non obſtat etiam, quod de ſeruitio reali dicitur; quia ve-
rum eſt, vbi hoc tantum feudum continet, vt Doctor. lo-
68 quuntur ſupra citati: ſed hic adeſt etiam † ſeruitium perſo-
nale, & incertum, quia non ad certum genus ſeruitij reſtri-
ctio facta eſt, vt in inueſtitura prima, & alijs videri poteſt;
quo ſtante, clericus excluditur, nec per ſubſtitutum quidem
admittitur, ad ſeruiendum, quia videtur electa induſtria per-
ſonæ; Ita ijdem Doctor. ſupradicti loquuntur in feudo alicui
quæſito ante clericatum, an per tranſitum ad clericatum re-
tineatur, vel ad dominum redeat; & iſte non eſt caſus noſter:
ſecus autem eſt in feudo, obuento mulier poſt clericatum,
vt hic, vbi partes Herculis fratris, & Borſij, nepotis, ex eo-
rum morte, vacarunt, hoc clerico iam facto; & iſto caſu cla-
rum eſt, eas ſibi non competere, ex quo ab initio huius feudi
contingentis reperitur inhabilis, nec etiam per ſubſtitutum
ſeruire poteſt. Ita Bald. *in l. quiſquis. C. de epiſcop. & cler.* Aretin.
in d. c. in præſentia. nu. 81. col. 18. poſt multos Doctores *in cap. 1. de*
benef. fæm. licet Cor. ſen. *in conſ. 62. col. 2.* & male contra teneat,
& ample comprobat Curt. iun. *in tract. de feud. in 3. part. qu. 10.*
num. 19. cum ſeq.
Et ex his ad fauorem huius Leonelli, & contra clericum
eſt pronunciandum. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro Magnifico Michaele de Rizzardis.

ARG. Promittens pro re ſibi in vſum, vel emphy-
teuſin conceſſa, certã annuam penſionem ſol-
uere, & recipiens in ſe tres caſus fortuitos, nem-
pe belli, grandinis, & inundationis Padi, ob
quos remiſſionem penſionis petere non poſſit,
appoſito inſuper pacto iurato de non appel-
lando, an Rheno inundante, ex quo maximum
damnum patiatur, remiſſionem petere, & ap-
pellare poſſit, non obſtante pacto iurato.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſſit ſtante pacto iurato, in inſtrumento de non appellando, à iure approbato & num. 4. & nu. 8. 9. 10. 31. 38.*
2 *Iuramentum non vergens in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.*
3 *Et operatur vt quis deliberatè, & ex certa ſcientia dicatur ad actum acceſſiſſe.*
5 *Appellatio an deſiciat ex defectu mandati ſpecialis, & indiuidui. & num. 32.*
6 *Extenſio fit de caſu excluſo, ad incluſum, quando militat eadem ratio.*
7 *L. cum prætor. ff. de iudic. limitatur.*
10 *Statutum volens ſtare iuramento damnum paſſi, de damno dato, etiam in damno emergente locum habet.*
11 *Et ſtatutum volens fieri compromiſſum inter affines, etiam in cauſis emergentibus, & articulo incidenti locum habet.*
12 *Promittens non petere remiſſionem in certis caſibus expreſſis non prohibetur petere, ſi damnum eueniat extra illos caſus.*
13 *Contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etiam ſi ſine ea promiſſio ſtare non poſſet.*
14 *Omiſſum in contractibus pro omiſſo habetur.*
15 *Tenor ſtipulationis de qua in inſtrumento, diligenter eſt inſpiciendus.*
16 *Contractus verba ſunt forma contractus.*
17 *Et in contractibus talis fit interpretatio, vt quis minus obligetur.*
18 *Fiduciæ expreſſè conſentiens venditioni certarum rerum, cenſetur tantum renunciaſſe iuri hypothecæ quod habebat in illis bonis, in reliquis non item & num. 19.*
19 *Renunciationis materia ſtricti iuris eſt, & in ea veniunt tantum expreſſa.*
20 *Et limitata ad certos caſus, limitatum debet effectum producere.*
21 *Obligatio cum ſit odioſa, vitanda eſt.*
22 *Contractus, & conuentiones omnes habent implicitam illam clauſulam; rebus ſic ſtantibus.*
23 *Locatio, & conceſſio ad vſum, pro annua penſione fraternizant.*
24 *Conuentio penalis locatoris, de non expellendo conductore intra tempora locationis, intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ſi conductor ſoluerit ſolueritque penſionem.*
25 *Clauſula, rebus ſic ſtantibus, ſubintelligitur in iuramento, & in ſtatuto iurato.*
27 *Renunciatio etiam iurata, non trahitur ad ius ſuperueniens de futuro. & cur. num. 28. cum q. exemplum. num. 29.*
28 *Debitor iurans ſoluere in tali termino, ob ius ſibi ſuperueniens compenſandi cum eo, quod debet, admittitur ad compenſandum, tanquam de hoc iure non fuerit cogitatum & num. 30.*
33 *Statutum prohibens appellationem, veluti odioſum, ſtricte debet intelligi.*
34 *Identitas non cadit inter Rhenum, & Padum.*
35 *Argumentum non valet de caſu raro, ad frequentem.*
36 *Nec procedit à ſimili, quando correctio iuris induceretur.*
37 *In correctoriis non fit extenſio à ſimilitudine rationis.*
38 *Cauſa incidens aſſumit naturam cauſæ principalis, quando ſumus in fauorabilibus, tuncque diſpoſitum in principali locum habet in emergente. & nu. 39. Exempla vide. num. 40. & 41.*
42 *Fallit in odioſis, quia tunc diſpoſitum in principali non habet locum in emergente. & num. 43. 44. & 45.*
46 *Appellatio admitti debet in articulo dubio, vbi non minus periculum præiudicialis.*

CON-

CONSIL. DCCXCVII.

MAgiſter Michael de Rizzardis, Mareſchalcus Sereniſſi-
mi Ducis noſtri per inſtrumentum promiſit Dn. Ale-
xandro Sandeo ſoluere libras 30. mil. annuas, pro re ſibi ad
vſum conceſſa, in rationem lib. 6. pro quolibet centenario,
treſque caſus excepti ſunt, Belli, Grandinis, & ruptæ Padi,
quos in ſe ſuſcepit, nullamque remiſſionem petere poſſe vo-
luit, pactumque de non appellando iuratum in inſtrumen-
to fuit appoſitum; Cum vero ex rupta Reni fluminis maxi-
mum damnum eſſet paſſus, petijt ſibi fieri remiſſionem, de-
mumque reportata in contrarium ſententia, appellatum
fuit pro parte ſua, per eius procuratorem, oppoſitumq; fuit,
non deuoluere. Quæritur ergo quid iuris?

1 Et quidem prima fronte dicendum videtur, † appellatio-
nem non deuoluere, ſtante dicto pacto, de non appellando,
à iure approbato, vt eſt caſus *in l. fin. in fin. & ibi notant omnes.
C. de temp. appell.* late Ang. *conſ. 187. A. & B. per illum text. & per
l. 1. §. ſi quis ante, vbi eſt caſus. ff. à quibus app. non lic.* cui & accedit
2 iuramentum † illud magis corroborans, cum ſeruari poſſit
ſine diſpendio ſalutis æternæ. *ca. ad noſtram. c. & ſi Chriſtus. de
iureiur.* & ego dixi *conſ. 150. num. 0.* cum potiſſime † iura-
mentum operetur, vt quis deliberate, & ex certa ſcientia di-
catur ad actum acceſſiſſe. Butr. *in cap. quamuis. de pact. in 6. & in
cap. ſi diligenti. de for. comp.* Roman. & Alex. *in Rubr. ff. de verbor.
oblig.*

4 Comprobaturque hoc † pactum à ſtatuto noſtro Ferra-
riæ *ſub Rubr. de pact. de non app.* quod quidem diſponit, ſtante
dicto pacto, de non appellando, iurato, in inſtrumento,
appellari non poſſe, etiam ſi de euidenti iniuſtitia, vel ini-
quitate ſententiæ conſtaret ex actis, vt in fine colligitur,
iunctis præcedentibus, vbi appellatio conceditur in dictis
duobus caſibus, ſtante dicto pacto ſine iuramento; vnde
cum in fine dicatur, prædicta locum non habere, appoſito
iuramento in inſtrumento, ſentit etiam in dictis caſibus ap-
pellari non poſſe.

5 Secundo principaliter videtur omnino, † d. appellatio-
nem non deuoluere, ex defectu mandati ſpecialis, & indiui-
dui, quod procurator non habebat tempore appellationis
per eum interpoſitæ; quod mandatum requirit dictum ſta-
tutum, alias procuratorem non admittit ad appellandum,
& cum myſterio ponderari debet d. ſtatutum, quod nedum
de mandato ſpeciali locutum fuit, ſed & indiuiduo, videlicet
præciſe, in caſu, de quo agitur, cum mandatum ſatis dicatur
ſpeciale, licet non addatur, in tali cauſa, contra talem, vt tra-
dit Bart. *in l. filiusfam. ff. de donat.* Bald. *in l. 1. C. etiam per procur.*
Caſtren. *conſ. 80. ſuper dubio. col. 2.* Dec. *conſ. 20. num. 4.* Bartol. &
alij *in l. illud. §. fin. ff. de minor.* Bellamc. *deciſ. 32.* Caſſad. *deciſ. 1.
de procurat.* Crot. *in l. non ſolum. §. morte. num. 69. ff. de oper.
nou. nunc.* cum ſimilibus, per me cumulatis *conſ. 203. nu-
mero 58.*

6 Tertio comprobatur; nam † quando in caſu excluſo mi-
litat eadem ratio, quæ in incluſo, tunc ad eum fit extenſio,
7 ceſſatque † regula *l. cum prætor. ff. de iudic.* vt ibi gloſſ. & Do-
ctor. dicunt, ſequitur Petr. Gerar. de Peſan. *ſing. 7.* Felin. *in cap.
nonne. colum. 2. limit. 4. de præſumpt.* D. meus Rimin. *conſ. 251.
num. 44. & conſ. 529. num. 21.* ſicut & ego *Inſtit. de donat. in prin-
cip. num 861.* ſed ſimilis eſt caſus, & eiuſdem rationis, teneri
de rupta Reni, quod de rupta Padi; ergo debet incluſus cen-
ſeri, ſicque reſpondit in materia remiſſionis Cæph. *conſ. 257.
nu. 17.* de quo memini *conſ. 99. num. 21.*

Et licet ſententia lata contra dictum magiſtrum Michae-
lem, ſuper remiſſione ſibi denegata, non dicatur lata pro-
8 prie, ſuper † caſu principali, in dicto inſtrumento contento,
qui eſt de ſoluendis libris 30. mil. annuis, ſed magis lata di-
catur ſuper quodam incidenti, & emergenti ad illum ca-
ſum, quod eſt remiſſio petita ab illa annua ſolutione; tamen
adhuc videbatur omnino dicendum, vigore dicti pacti de
non appellando, & dicti ſtatuti, illud approbantis, ab hac
ſententia ſuper hoc incidenti lata, appellari non poſſe; ea
9 quidem ratione, quia † cauſa incidens aſſumit ſibi naturam
cauſæ principalis. *vt not. in clemen. diſpendioſam. de iudi. & in l.
10 quotiens. C. eod.* hinc † eſt, quod ſi ſtatutum velit, quod in
cauſis damnorum datorum, ſtetur iuramento damnum paſ-
ſi, idem erit in caſu emergenti, & quicquid illam cauſam
quocunque modo incidenter tangit, poterit per iuramen-
tum probari. *l. cum hi. in princip. ff. de tranſact.* tradit Bart. *in l.
ſolent. colum. fin. ff. de alim. & cib. leg.* Bald. *in l. 1. colum. 2. verſ. ſed
pone. C. de reb. cred.* Caſtren. *in d. l. cum hi.* & latius Iaſ. *in d. l.
quotiens. colum. 1. C. de iudic.* Parique modo videmus, quod ſi
ex forma † ſtatuti debeat fieri compromiſſum inter affines, 11
vtique etiam in cauſis emergentibus, & articulo incidenti
faciendum eſt; puta ſi dubium ſit ſuper hoc incidenti, an fa-
ciendum ſit compromiſſum, vt ponit Barto. licet non pro
conſtanti firmet *in l. penult. C. de pact.* quod tamen poſt eum
firmant Fulgoſ. Pau. de Caſtr. Alexan. d. Ant. de Alexan. Iaſ.
Dec. Curt. iun. & omnes ibi. ex quibus & in quæſtione noſtra
vtique concludi poſſe videtur, ſtante dicto pacto de non ap-
pellando, & ſtatuto illud firmante, ab hac ſententia, lata ſu-
per hoc incidenti, de remiſſione petita, appellari non poſſe
per hunc M. Michaelem.

Quibus tamen non obſtantibus, vlterius cogitanti mi-
hi, contraria ſententia vti verior, & humanior videtur eſſe
amplectenda: Moueor; nam iſte M. Michael promiſit in in-
ſtrumento, ſoluere dictos annuos vſus, & remiſſionem non
petere in dictis tribus caſibus expreſſis, pacto † appoſito de 12
non appellando iurato: modo caſus euenit extra illos tres,
videlicet rupta Reni, ob quam ipſe petijt remiſſionem, & ſic
clare patet, nos eſſe extra terminos, & caſus in inſtrumento
comprehenſos, ideo dicendum eſt, dictum pactum de non
appellando ad hunc caſum non porrigi; caſus eſt *in l. ſi vnus. §.
ante omnia. ff. de pact.* inquit enim textus *ante omnia anim-
aduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, in alia re no-
ceat.*

Secundo comprobatur magis in terminis noſtris: nam
cum dictus M. Michael tres illos caſus in ſe ſuſceperit, quo-
rum euentu teneri voluit, ad non petendam remiſſionem
à dicto Sandeo, excipiendo dictos tres caſus; datur intelli-
gi, quod de alio Reni teneri voluit, poſſe petere remiſſio-
nem, vt tradit Ioan. Andreæ *in addit. Specul. in tit. de locat. §.
iam dicendum. in addit. magna. in fin.* poſt Alberic. & Odofred.
Ruin. *conſ. 87. num. 4. volum. 1.* Calcan. *conſ. 23. verſ. ſexto.* Pa-
riſ. *conſ. 38. colum. 1. in fin. volum. 1.* quod etiam poſui *in. l. 1. nu.
406. ff. de off. eius cui man. eſt iur.* Alexan. *conſ. 46. num. 5. volum. 2.*
Ioan. Botta *conſil. 81. num. 51.* tertio, & idem dixi *conſilio 60.
num. 20.*

Tertio comprobatur, nam † contractus non recipiunt 13
interpretationem ampliatiuam ſeu arctatiuam, etiam ſi ſine
ea promiſſio ſtare non poſſit, vt tradit Bald. *conſ. 145. caſus ta-
lis eſt, quodam inſtrumento. colum. pen. colum. 3.* Rolan. à Valle
conſ. 58. num. 64. volum. 3. & ego dixi *conſ. 289. num. 17.* Imo † ve- 14
ro quicquid in eis omiſſum eſt, pro omiſſo habetur. *l. ſi cum
dotem. ff. ſolut. matr.* Burſ. *conſ. 229. num. 24.* & Natta *conſ. 404.
num. 7.* qui ſubdit, propterea dici quod † tenor ſtipulationis, 15
de qua in hoc inſtrumento, diligenter eſt inſpiciendus. *l. ſi
quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verb. obl.* & vt addit, † verba con- 16
tractus ſunt forma contractus. Bal. *in l. quotiens. col. 2. C. de ſuis
& legit.* & formæ nihil addi, vel detrahi poteſt. *vt not. in l. 1. ff.
de lib. & poſthum.*

Quarto prædictis accedit, quod in † contractibus fit in- 17
terpretatio, quod quis minus obligetur. Angel. *conſ. 77. nu-
mero 52.* Pariſ. *conſi. 96. num. 22. volum. 3.* Ruin. *conſ. 59. num. 11.
volum. 4.* Menoch. *conſ. 34. num. 52.* quod ex alijs corrobo-
ro, *conſil. 575. numero 19.* quæ cum videri poſſint, non tranſ-
ſcribo.

Quinto confirmatur hoc ex pulchra deciſione Pauli de
Caſtro *in conſ. 127. incip. breuiter in caſu præſenti dicendum
eſt*, vbi dicit, quod † ſi filius expreſſe conſenſit venditioni 18
certarum rerum paternarum factæ per patrem, licet videa-
tur renunciaſſe iuri hypothecæ, quod habebat in illis bonis
venditis, occaſione dotis maternæ. *l. ſicut. §. ſi voluntate. ff.
quibus mod. pig. vel hyp. ſol.* non tamen per hoc intelligitur re-
nunciaſſe iuri hypothecæ, quo ad alia bona paterna nō ven-
dita per *l. iubemus. C. ad Velle.* quam deciſionem refert, & ſe-
quitur Iaſon *in d. §. ante omnia.* & Petr. Gerar. de Petra ſan.
in ſing. ſuo 32. ſic ergo & in caſu noſtro, licet iſte M. Michael
renun-

Digitized by Google

renunciauerit appellationi, quo ad ſolutionem annuam fa-
ciendam, & remiſſionem non petendam, occaſione illo-
rum trium caſuum expreſſorum; non tamen per hoc intel-
ligitur renunciaſſe remiſſioni non petendæ, quo ad alios
19 caſus vltra illos tres, prout eſt is, de quo agitur. † Renun-
ciationis enim materia ſtricti iuris eſt, & in ea veniunt tan-
tum expreſſa. Card. *conſ. 5. de preben.* Pariſ. *conſ. 110. colum. final.*
20 *volum. 1.* & † ad illos tres caſus limitata, limitatum debet effe-
ctum producere. *l. in agru. ff. de acquir. rer. dom.* Bald. Caſtr. &
alij *in l. pactum. C. de collat.* Dec. *conſ. 379.* Pariſ. *conſ. 19. num. 51.*
21 *volum. 3.* & ego dixi *conſ. 1. num. 27.* & cum agatur † de obli-
gando dicto Michaele, ad non petendam remiſſionem, ob
ruptam Reni, talis obligatio dicitur odioſa, quo ad eum,
& ob id vitanda. *l. cum qui. verſi. neque enim.* & ibi gloſſ. *verſ.
receptum. ff. ſi cert. peta. l. Arianu. ff. de action. & obligat.* Signo.
conſ. 95. num. 10. verſ. præterea. conſ. 217. col. fin. cum ſimil. per Crau.
conſ. 929. num. 21. & ego dixi *conſ. 569. nu. 96.* merito debet poſſe
appellare.
22 Sexto moueor; nam † contractus, & conuentiones
omnes habent implicitam illam clauſulã *rebus ſic ſtantibus.
l. continuum. §. cum quis. ff. de verbor. obl. l. quod ſeruum. ff. de cond.
ob cau.* & in promiſſione de ſoluendo tradit Cor. *conſ. 189. co-*
23 *lum. 3. volum. 2.* & in terminis noſtris, † locationis, eu quoad
penſionem, & vſum annuum, fraternizat hæc conceſſio ad
24 vſum, eſt caſus *in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.* vbi † con-
uentio pœnalis locatoris facta conductori, de eo non ex-
pellendo intra tempora locationis, intelligitur, ſi ille pen-
ſiones ſoluerit, & ſic, rebus ſic ſtantibus, prout ille condu-
ctor promiſit; hancque regulam firmat Anch. *conſ. 82. prima
facie.* Corn. *conſ. 89. præallegato.* Dec. *conſ. 335.* Rubeus *conſ. 147.
num. 3.* Natta *conſ. 148. num. 22.* & ego dixi, dans exempla *conſ.*
25 *263. num. 25 & conſ. 499. num. 46.* eademque † clauſula in iu-
ramento ſubintelligitur. *ca. breui. de iureiuran. l. ſi. ff. qui ſatiſd.
cog.* Iaſon *in d. l. quod Seruum.* Rubeus *conſ. 147. num. 3.* Socin.
conſ. 58. colum. 2. volum. 3. Brun. *conſ. 98. circa fin.* Parique modo
26 etiam † in ſtatutis iuratis ſubintelligitur, vt tradit Bald. *in l.
clari iuris. C. de fideicom.* Iaſon *in d. l. quod Seruum.* & Rubeus
d. conſ. 147. num. 3. ergo promiſſio d. M. Michaelis de ſoluen-
do vſus, & pactum, de non appellando, debet intelligi, caſu
quo nullus caſus fortuitus accideret, vel aliqui tantum de
expreſſis in inſtrumento: cum ergo alius caſus, ab illis ſepara-
tus, & diuerſus euenerit, patet nos non eſſe in terminis re-
rum ſic ſtantium: igitur dicta promiſſio, & pactum & iura-
mentum non operantur, quo minus liceat appellare.
27 Septimo accedit: nam † renunciatio etiam iurata, non
trahitur ad ius ſuperueniens de futuro. *cap. cum inter. de re-
nunc. & ibi not.* Doctor. maxime Imol. ſequitur Iaſon *in d. l.
quod Seruum. num. 10. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum. 6.
ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſ. 95. num. 29. volum. 3.* Alexan. *conſ. 116.*
28 *num. 12. volum. 6.* quod non alia † ratione procedit, niſi quia
talis renunciatio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & de illo
iure futuro non videtur cogitatum, vt tradit Frederic. de
Sen. *conſ. 77. quidam Abbas, & conſ. 271.* Butr. & Imol. *in cap. cum
contingat, num. 79. de iureiuran.* & ego *conſ. 316. colum. fin.* Curt.
conſ. 48. colum. 17. Dec. *conſ. 266. colum. 1. & 2. verſ. nec obſtant.*
29 Pariſ. *in d. conſ. 95. colum. 3. volum. 3.* Hinc † eſt, quod ſi debi-
tor iurauit ſoluere in tali termino, & ei poſt debitum con-
tractum ſuperuenerit ius compenſandi cum eo quod debet,
admittitur ad compenſandum, tanquam de hoc iure non
fuerit cogitatum tempore iuramenti, præſtiti per eum, de
ſoluendo; ita Tyndarus voluit, *in tract. ſuo de compenſat.* ſequi-
tur Soci. *in l. Iulianu in fin. ff. de condit. & demonſt. deciſ. Neapol.
381. colum. 2.* & Pariſ. *conſ. 121. colum. fin. volum. 1.* & hoc caſu ſal-
30 uatur opinio † Bartol. *in l. amplius. colum. fin. ff. rem rat. hab.*
communiter reprobata per Canoniſtas *in cap. ad noſtram. de
iureiur.* ex quibus pari modo in quæſtione noſtra dicendum
eſt, hanc renunciationem appellationis factam per M. Mi-
chaelem, non extendi debere ad hoc ius, quod ipſi ſuperue-
nit de nouo, extra caſus in inſtrumento comprehenſos, tan-
quam de illo non videatur cogitatum tempore renunciatio-
nis & iuramenti deſuper præſtiti per eum.
Et iſtam partem tenendo, non obſtant adducta in con-
31 trarium. Ad primum enim † de pacto de non appellando
quod valeat iure communi, & ſtatutario, id fateor: ſed dico,
illud caſum noſtrum non comprehendere; cum de alia re
agatur, vt in primo fundamento, & res non ſit in eodem ſta-
tu, vt in ſexto argumento, & in caſu de quo non fuit cogita-
tum tempore iuramenti, vt in ſeptimo fundamento ſupra
dictum eſt.
Ad ſecundum, de defectu † mandati ſpecialis, dico, quod 32
ſtatutum hoc requirens, loquitur in caſu, quando procura-
tor vellet appellare à ſententia lata ſuper aliquo articulo, ſu-
per quo principale pactum fuerat, non appellare, ſed vbi
procurator appellaret ſuper aliquo caſu contingente extra
pactum de non appellando, & ſub eo non comprehenſo, vt
eſt in caſu noſtro, non video, cur hoc ei denegandum ſit,
cum alio ſtatuto *ſub Rubr. quod ſi procurator.* hoc ei facere
concedatur, ſufficitq; hoc caſu primum mandatum, in cau-
ſa principali factum, cum clauſula generali, *& ad appellan-
dum*; vt eſt in caſu noſtro, & ita quotidie obſeruatur; confir-
marique poteſt; quia dictum † ſtatutum, prohibens appella- 33
tionem, velut odioſum, ſtricte debet intelligi, vt notat Bart.
in l. 2. C. quorum appel. & conſ. 165. in quæſtione. Angel. *conſ. 107.
Iacobus & Lucas.* Dec. *in l. pri. colum. fin. C. de pact. & conſ. 499.
Specul. aureum, in ſecundo actu. num. 356.* & ego dixi, *conſ. 209.
num. 9. ſicut & conſ. 486. num. 23.* ergo debet intelligi modo
quo dixi; & ad illud, quod dicebatur; caſum ſimilem non
cenſeri excluſum, quando habet eandem rationem; negatur
hæc † identitas inter Renum, & Padum, cum Renus plerun- 34
que ruat, & agros inundet, non autem Padus; vnde de † caſu 35
raro ad frequentem, non valet argumentum. *l. non ad ea. ff. de
legib.*
Secundo reſpondetur, quod † argumentum non proce- 36
dit à ſimili, quando correctio iuris induceretur, per nota.
in auten. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. & idem Bald. *in cap.
inter cæteras. colum. fin. verſ. & ſcias. de reſcript.* cuius rationem
ponit Dec. *in c. tranſlato. lectur. 1. num. 10. de conſt.* quia † in cor- 37
rectorijs non ſit extenſio à ſimilitudine rationis, vt per gloſſ.
in d. auct. quas actiones.
Ad illud, de cauſa † incidenti, quæ aſſumit naturam cau- 38
ſæ principalis, per quam Bart. *in d. l. ſolent. & in d. l. pen. C. de
pact.* infert ad quæſtiones ſupra relatas, dico, omiſſis pluri-
bus limitationibus, quas tradit Alexan. *in l. Titia. ff. ſolut. ma-
trim.* & Iaſ. *in d. l. quotiens.* quod hæc eſt vera † diſtinctio, quod 39
aut ſumus in materia fauorabili, & diſpoſitum in princi-
pali habet etiam locum in emergenti; † Exemplum in ſta- 40
tuto, de quo Bart. loquitur *in d. l. ſolent.* quod in cauſis da-
mnorum datorum ſtetur iuramento damnum paſſi: id enim
eſt fauorabile, vt delicta puniantur, iuxta doctrinam Barto.
in l. 2. §. exercitu. ff. de his, qui not. infa. Iaſ. *in l. cum quidam. 4. li-
mit. ff. de lib. & poſthum.* Dec. *conſ. 10. col. 1. num. 2.* Idem † in ſta- 41
tuto, cogente ad compromiſſum, vt tradit Bald. *in l. qui ſe pa-
tri. colum. pen. & ibi cæteri. C. vnde lib.* Anch. *conſ. 187.* Dec. *in d. l.
pen. col. fin. C. de pact.* Aut † vero loquimur in materia odioſa; 42
exemplum in † ſtatuto prohibente compromiſſum, quod 43
dicitur odioſum; & tunc diſpoſitum in principali non cen-
ſetur diſpoſitum in emergenti; & ita procedit, quod tradit
Bald. *in l. cum proponas. verſ. ex prædictis not. C. de reb. cred.* idem
in terminis noſtris, † in ſtatuto prohibente appellationem, 44
quod intelligitur in cauſa principali, ſecus in emergenti, vt
tradit Bald. per illum textum *in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.
ff. de min.* Peruſ. *in c. ap. paſtoralis. in prin. colum. pen. de appell.* Dec.
in d. l. penult. colum. fin. quod eſt ea † ratione, quia eſt odioſum 45
prohibere appellationem, & ob id ſtricte debet intelligi, vt
not. Bart. *in d. l. 2. C. quorum appell. & in conſ. 165.* Ang. *conſ. 107.*
Iacobus, & Lucas Dec. *conſ. 49. in prin.* de quibus ſupra: & ita
hanc diſtinctionem facit Dec. *in d. l. penult. colum. fin. in eius ſe-
cundo capite.* quo noſtra verſatur, vt patet: ergo dictum pa-
ctum, de non appellando, à ſtatuto cõfirmatum, appoſitum
ſuper principali negocio, de ſoluendo iuxta terminos in-
ſtrumenti, non debet habere locum ſuper hoc incidenti, de
remiſſione petita ex hoc caſu, contingente, præter expreſſos
in inſtrumento, & ob id appellatio, interpoſita pro parte di-
cti M. Michaelis, debet deuoluere, potiſſime, quia † dato, non
tamen conceſſo, quod hic articulus eſſet ambiguus, admitti
deberet appellatio, velut minus præiudicialis partibus, vt
per

per gloſſ. & omnes. *in cap. vt debitus. de appell.* Caſtren. Alexan. & Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis caut.* Alexan. *conſ. 113. colum. 1. volu. 5.* Socin. *conſ. 195. colum. 3. verſ. præterea.* Dec. *conſ. 439. numero 1. conſilio 524. num. 2.* Decian. *reſpon. 45. in fine.* & ego *conſ. 416. in fine.*

Et ita iure medio pronunciandum eſt. *Hippol. Riminal. Ferrariæ.*

Pro Reuerendo dom. Affranio Canonico Ferrariæ.

ARG. Penſionis parte, annuatim ex Camera ſecundum Bullam Clem. 7. ſoluendæ per Chirographum, item tranſactionem, remiſſa ab eo, cui ſoluenda erat, ſub hac conditione, ſi debitor in futurum in ſolutione moram non commiſerit, eoque moram deinde committente, & compromiſſo etiam deſuper facto, & laudo lato, in quo remiſſio ad minorem ſummam reducta fuit, an mora denuo commiſſa, non obſtante laudo, & remiſſione, integra penſio peti poſſit. Item an pœna promiſſa committatur abſque interpellatione. Laudi executio, an petita reductione, impediatur, & quouſq; peti poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Verba prolata per participium de futuro ſunt conditionalia.*
2 *Contraueniens conditione, perpetuo excluditur.*
3 *Chirographum factum ſub conditione, ea non impleta non tenet. & vide num. 4.*
4 *Paria ſunt nihil eſſe factum, vel ſub conditione non purificata.*
5 *Exceptio an cenſeatur reiecta iudice procedente ad vlteriora, licet non appareat ſuper ea fuiſſe cognitum, num. 6. 7.*
8 *Chirographum nil operatur, tranſactione poſt illud facta, mutante naturam eius.*
9 *Iuramentum operatur, ne error aut ignorantia allegari poſſit. Et habet tacitam conditionem, ſi id ſuper quo interpoſitum eſt, fuerit impletum num. 10. 11. & ſecundum id reſtringitur. no. 12. & 13.*
14 *Contractus & conuentiones habent ſemper implicitam illam clauſulam, rebus ſic ſtantibus.*
15 *Repetitio impeditur ob contrarietatem.*
16 *Pœna determinata in fine legis, precedentem etiam capitula determinat.*
17 *Verba pluralis numeri, requirunt pluralitatem duo.*
18 *Ac vis propria verborum in dubio non recedit ur.*
19 *Et verba in dubio ſunt referenda ad intellectum verū.*
20 *Et ſi proprietas & vis verborum patiatur, etiam lata ſit interpretatio, in materia ſtricta, odioſa, & pœnali.*
21 *Verba quæ ſunt clara, aliter interpretari non poſſunt.*
22 *Pœna promiſſa an committatur, abſq; interpellatione, ſi adſit iuramentum & num. 23. 25. 26. & 27.*
23 *Mora non committitur ſine interpellatione, fallit ſi interuenerit iuramentum num. 24.*
28 *Laudi executio an peti poſſit, pendente Reductione, & quouſq; peti poſſit Reductio.*
29 *Paria ſunt non fieri, aut minus legitime fieri.*
30 *Reductione intra legitimum tempus non petita, laudum tranſit in rem iudicatam.*
31 *Idem eſt ſi reductio ſit facta deſerta.*
32 *Acta faciunt notorium.*
33 *Clericus an ligetur ſtatuto virtute approbationis per ipſum factæ.*

CONSIL. DCCXCVIII.

REuerendus Dn. Alphonſus Ciſtarellus, Archidiaconus Ferrariæ, ex bulla Papæ Clementis Septimi tenebatur ſoluere ducatos 16. de Camera annuos, Reuerendo Dn. Affranio de comitibus, Canonico Ferrariæ, in terminis & per modum de quibus in dicta Bulla: Demum dictus Reuerendus D. Affranius, motus interuentu Reuerendiſſimi Cardinalis Ferrariæ, fuit contentus in futurum recipere ducatos tantum octo, à dicto Reuerendo Archidiacono, ſub iſta tamen conditione, per hæc verba videlicet: *Non ceſſando però detto Reuerendo meſſer Alfonſo, & ſucceſſori, dalli pagamenti a tempi debiti;* id eſt, *dum tamen dictus reuerendus Alphonſus, & ſucceſſores eius in ſolutione, debito tempore non ceſſent, aut moram committant,* vt apparet in ſcripto priuato iurato manu dicti Reuerendi domini Affranij: Deinde mortuo dicto Archidiacono, & in Archidiaconatu relicto ſucceſſore, Reuerendo D. Sebaſtiano Ciſtarello, cum à ſolutione ducatorum octo tempore debito ceſſaret, & ob id contra eum Reuerendus D. Affranius inſtaret, ad ſolutionem ducatorum 16. iuxta tenorem Bullæ, & deſuper lis eſſet mota, ad tranſactionem iuratam deuenerunt, in qua cautum fuit, vt dictus ſucceſſor ſolueret ducatos 12. annuos in futurum, quos non ſoluendo temporibus debitis, de quibus in Bulla, teneretur ad ducatos 16. & ad cenſuras, & alia de quibus in dicta Bulla: poſtmodū, adhuc eo non ſoluente ducatos 12. cum adhuc contra eum inſtaretur ad 16. per d. Reuer. Dn. Affranium, fecerunt compromiſſum in Reuerendū D. Vicarium Ferrariæ, qui in eius laudo reduxit ſummam ducatorum 16. ſecundum Bullam, 8. ſecundum Chirographum, 12. ſecundum tranſactionem, ad 9. ſubijciendo in eius laudo hæc verba, *cum pœnis, obligationibus, & cautelis, de quibus in d. Bulla, & inſtrumento tranſactionis:* Nouiſſime vero, adhuc dicto ſucceſſore nec ducatos 9. ſoluente, inſtat dictus Reuerendus Affranius coram Reuerendo Decano, & Reuerendo D. Scipione Æſtenſi, iudicibus delegatis, à Reuerendiſſimo Cardinali Marono, Legato Bononiæ, vt dictum ſucceſſorem compellant, ad ſolutionem ducatorum 16. iuxta tenorem Bullæ ſupradictæ. Quæritur ergo, quid iuris? &c. Et breuiter dico, quod intentio eius ſine dubio fundata eſt in dicta Bulla: Nec ei obſtat dictum

Chirographum: quia primo dico, quod cum illa † verba, *non* 1
ceſſando però &c. ſint conditionalia; quia ſunt prolata per participium de futuro, vt tradit Bart. *in l. 1. 7. q. ff. de condit. & demonſtrat.* Alexan. *in l. 1. num. 46. ff. ſi cer. pet.* & in terminis *in conſ. 2. colum. 4. volum. 4.* ſequitur, quod cum dictus ſucceſſor temporibus debitis non ſoluerit, & ſic conditionem non ad-
impleuerit, non poteſt opponere de Chirographo; † quia 2
qui actū contrarium facit conditioni, perpetuo excluditur. *l. pen.* vbi Bald. *C. de cond. inſer. & in l. 1. colu. fin. C. de furt.* Cuma.
in l. illis. ff. de condit. & demonſt. Quinimo, † cum dicta con- 3
ditio non fuerit impleta, & ſic defecerit, perinde eſt, ac ſi dictum Chirographum non fuiſſet factum. *l. neceſſario. in prin. ff. de peri. & comm. rei vend. l. pecuniam quam. in prin.* & ibi Iaſ. & Dec. *num. 4. ff. ſi cer. pet.* Soc. iun. *conſ. 4. num 16. & conſ. 180. nu. 4.*
volum. 2. & † paria ſunt, nihil eſſe factum, vel ſub conditio- 4
ne, quæ non purificetur, Rip. *reſpon. lib. 1. cap. 2. num. 23.* cum ſimilibus per Crauet. *conſ. 113. num. 51.* & ego dixi *conſ. 233. num. 112.*

Secundo reſpondetur, quod † exceptio d. Chirographi 5
tacite fuit reiecta per iudicem, per proceſſum ad vlteriora, nam die 13. Septembris dictus ſucceſſor comparuit, & illud produxit, & tamē die 18. Reuerendus D. Vicarius declarauit, eum incidiſſe in pœnas, & cenſuras Bullæ, iuxta petita, pro parte Reuerendi D. Affranij, vnde per talem proceſſum ad vlteriora, videtur pronunciaſſe tacite, dictū Chirographum
non obſtare, licet † non appareat ſuper eo cognitum fuiſſe. 6
c. ex parte, de app. vbi late Peruſ. *col. 3.* Dec. Fel. & alij. Felin. *in c.*
ſubortæ col. 2. de re iud. Cor. qui dicit eſſe † communem *conſ. 35.* 7
vol. 4. maxime quia Reuerendus D. Vicarius pronunciauit; dictum ſucceſſorem incidiſſe, &c. niſi per totam diem pronuntiæ cōparauerit, & aliquid reuelans oppoſuerit, ſentiens dictum Chirographum ab eo productum non releuare, & ſic videtur ſuper eo cognouiſſe.

Tertio reſpondetur, dictum † Chirographum non no- 8
cere ex alio, videlicet virtute dictæ tranſactionis poſt illud factæ, in qua ſolutio redacta fuit ad ſummam ducatorum 12. remanente tamen firma Bulla in caſu inobſeruantiæ, *iuxt. l. pacta nouiſſima,* & ibi Doct. *C. de pact.* quod vltima contraria prioribus ea tollunt, idemq; D. meus Rimin. *conſ. 369. num. 6.* & ego *conſ. 233. num. 30.*

Nec quicquam prodeſt domino ſucceſſori eius comparitio deinde facta, producendo dictum Chirographum, & allegando errorem dictæ tranſactionis; quia hoc ceſſat ſtan-
te † eius iuramento, quod operatur, vt error, & ignorantia 9
allegari non poſſit, ſaltem quando iurans eſt certus de facto, vt erat iſte ſucceſſor, qui dicti Chirographi ſcientiam habebat, & alias id produxerat, vt plene tradit Dec. *conſ. 350. & 351. colum. final. cum ſimilibus.* Nec obſtat etiam † iuramentum præſtitum in d. Chirographo, per dictum Reuer. D. Affranium, quaſi quod videatur periurus, petendo ducatos 16.

ob non

ob non ſolutionem ducatorum 8. quia dico, quod tale iu-
ramentum habet tacitam conditionem, ſi ſoluatur tempo-
re debito, argumento l. quæro. ff. locat. Card. in c. fin. ne præl. vic.
11 & probatur: nam † iuramentum recipit tacitam conditio-
nem promiſſionis, cui adhæret, & ad plus non extenditur,
quam virtus promiſſionis, vt not. Ang. in conſ. 315. col. 1. late
Dec. conſ. 240. num. 2. conſ. 350. num. 5. & conſ. 366. num. 8. Item
12 ſolum † refertur ad caſum, in quo diſpoſitio loquitur, & ſe-
cundum illam reſtringitur. Bart. in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. in
fin. ff. ſi quis caut. Dec. conſ. 408. nu. 8. ſed promiſſio chirogra-
phi de ducatis 8. tantum ſtat conditionaliter, vt ſupra; ergo
ad dictum caſum reſtringitur dictum iuramentum, & di-
ctam conditionem recipit, qua ceſſante, vt ſupra dixi, & iu-
ramentum ceſſat, nec nocet dicto Reuerendo domino Af-
franio.

13 Quinimo † cum dictus ſucceſſor non adimpleuerit
contenta in dicto ſcripto, videlicet ſolutionem ducatorum
8. temporibus debitis, vt in eo dicitur, potuit Reuer. domi-
nus Affranius illi chirographo contrauenire, non obſtante
iuramento per eum præſtito; ita Alexan. conſ. 105. col. 5. vol. 3.
Iaſ. in l. cum proponas. l. ſecunda. 4. not. & poſt eum Dec. num. 5.
C. de pact. Rub. conſ. 30. col. final. Roman. conſil. 241. Barbat. conſ.
14 36. pen. char. nu. 3. in 2. vol. & † vltra contractus & conuentio-
nes habent ſemper implicitam illam clauſulam, rebus ſic
ſtantibus. Rub. conſ. 147. num. 3. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb.
obligat. l. quod Seruius. & ibi Iaſ. ff. de condict. ob cauſam. c. quem-
admodum. de iureiurand. iuncta gloſſ. quę plura commemorat
exempla, potiſſime ſi mihi ſeruabitur fides, quam non ſer-
uauit Reueren. Archidiaconus Reuerendo D. Affranio, &
illam regulam confirmat Natta conſ. 148. nu. 22. poſt Anchar.
conſ. 82. num. 1. & Rub. conſ. 147. num. 3. poſt Corn. conſ. 189. col. 3.
volum. 2. & ego dixi conſ. 263. num. 26. ergo dictum ſcriptum
iuratum debet intelligi, vt loquitur, ſi ſoluat tempore de-
bito.

Non obſtat etiam, ſi dicatur, quod Reuerendus domi-
nus Affranius non poteſt petere vltra nouem ducatos, pro-
pter laudum reducens ſummam ducatorum 16. vel 12. ad 9.
cum enim in illa parte vltra nouem contrarietur Bullæ &
tranſactioni, non poteſt d. pars dici repetita in laudo, vigo-
re illorum verborum, cum pœnis, obligationibus, & cautelis, de
quibus in Bulla & instrumento tranſactionis, quia ſic in laudo re-
ſultaret contrarietas, videlicet quod ſumma ducator. 16. vel
15 12. ſit reducta, & non reducta, † ob quam contrarietatem
impeditur repetitio, Alexan. conſil. 48. col. pen. vol. 1. Crau. conſ.
90. num. 3. cum ſimilibus. Quia ego dico, quod imo nulla reſul-
tet contrarietas, conſiderando laudum in terminis, in qui-
bus loquitur, videlicet, de ſoluendis ducatis 9. in terminis
dictæ Bullæ: petitio autem 16. eſt in caſu contrauentionis,
vt in dicto inſtrumento tranſactionis; ergo repetitio duca-
torum 16. per dicta verba, cum pœnis, &c. bene poteſt in-
duci.

16 Comprobatur hoc: nam quando † finis legis determi-
nat aliquam pœnam, præcedentia cap. videntur eadem
pœna determinari, Bal. per illum tex. in l. quiquis. C. ſi cert.
pet. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de lib. præt. & in l. talis ſcriptura. in fin. ff. de
leg. 1. ergo reductio laudi ad ducatos 9. dicitur determinata
à pœnis, de quibus in inſtrumento tranſactionis, videlicet
de ſoluendo ducatos 16. in caſu inobſeruantiæ, ad quas pœ-
nas laudum in fine ſe retulit, in dictis verbis, cum pœnis, &c.
17 Confirmatur & aliter: nam illa † verba, cum pœnis, &c.
ſunt pluralis numeri, vt patet; ergo requirunt plures pœ-
nas, ſaltem duas, vt verificentur, l. vbi numerus. ff. de teſtib. ſed
ſumma ducatorum 16. quoad Bullam, non eſt pœna, ſed in-
cipit tantum eſſe pœna, quoad tranſactionem: ibi autem,
vltra iſtam pœnam, adeſt vna alia tantum, videlicet con-
uentionalis; vt ergo verbum, pœnis, in duabus ſaltem verifi-
cetur, neceſſe eſt comprehendi iſtam de ſoluendis ducatos
18 16. Et hæc eſt † vis propria verborum, à qua in dubio non
eſt recedendum, l. non aliter. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in
verbis. eod. tit. Corn. conſ. 30. nu. 5. vol. 3. Suadetur & tertio, quia
19 verba † ſententiæ in dubio ſunt referenda ad intellectum
iuris; ita Petr. Anchar. conſ. 6. num. 7. Soc. conſ. 134. col. pen. vol. 1.
Caſtr. conſ. 270. col. 2. vol. 2. ſed certe iuri conſonum erat, vt ſi
ex laudo pars aduerſa hoc commodum reportabat, quod
ſumma ducatorum 12. de qua in tranſactione, & in caſu
conuentionis 16. reducebatur ad 9. quod in caſu contra-
uentionis teneretur ad 16. iux. not. in l. cum quis. ff. de iureiur.
& in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.

Corroboratur & quarto, quia † etiam in materia ſtricta, 20
odioſa & pœnali, lata ſit interpretatio, quatenus proprietas
& vis verborum patitur. Cald. in conſil. 1. de conſan. & affin.
Ang. in l. final. num. 9. ff. de conſtit. prin. Aret. per illum text. in l.
cum lege. in prin. ff. de teſtam. Dec. conſ. 228. in fine. conſ. 344. num.
1. Crau. late conſ. 118. nu. 12. ſed illa verba, cum pœnis, &c. ex pro-
prietate & vi ſua poſſunt ſignificare & complecti hanc pœ-
nam ſcutorum 16. ergo eam debent continere, & de illa et-
iam debent hæc verba interpretari. Quinimo ex hoc infe-
ro, cum † ſint clara, aliter interpretari non poſſunt, vt in 21
verbis ſententiæ propriæ dicit Bar. in l. ab executione. col. 2. ff.
de appell. ſequitur Iaſ. poſt Angel. & Aret. in l. quicquid aſtrin-
genda. 3. not. ff. de verb. oblig. & hæc eſt vera intelligentia dicto-
rum verborum, cum pœnis, &c.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod ita demum † pœna promiſ- 22
ſa committitur, quando promiſſor potuit dare, & non de-
dit, ſi tamen fuerit interpellatus, & non aliter, vt voluit
Bart. in l. ita ſtipulatus. in 6. q. prin. col. fin. ff. de verb. oblig. poſt
gloſ. in verbo, agendum. & per l. ſi pœnam. ff. quando dies leg. quam
gloſſ. & opin. tenent omnes in d. l. ita ſtipulatus. vt ibi per A-
lex. num. 22. Iaſ. col. 4. Imol. col. 6. Aret. col. 4. Caſtren. in ver. Sa-
binus. col. 2. Dec. conſ. 2. Crau. conſ. 64. cum ſimilibus. hic autem
dominus non fuit interpellatus; ergo non poteſt dicta pœ-
na teneri, licet in dictis verbis laudi comprehendatur: quo-
niam reſpondeo, ſtante iuramento, de quo in tranſactione,
interpellationem non requiri. Probo; nam pari modo mo-
ra † non committitur ſine interpellatione, l. mora. ff. de vſur. 23
Bar. Alex. Iaſ. Dec. & omnes in l. quod te ff. ſi cert. petat. & † ta- 24
men ſtante iuramento committitur ſine interpellatione, vt
per Ioan. Andr. & Imol. in c. breui. de iureiur. Iaſon & Dec. in
d. l. quod te. Crau. d. conſ. 64. num. 2. plures citans; ergo idem in
pœna dicamus; & ita ſenſit Aret. in d. l. ita ſtipulatus. col. 3. vbi
poſtquam multa dixit de interpellatione, ſubiunxit hoc de
iuramento, quod bene nota; & in terminis clare tradit Cur.
iun. conſ. 74. col. 4.

Secundo dico, quod licet † alias, quando pœna impo- 25
nitur pro facto negatiuo, ſine tempore, requiratur moni-
tio, vt per Innoc. Butr. Imol. & alios in c. extirpandæ. de præ-
bend. late per Alex. in d. l. ita ſtipulatus. num. 13. Deciſ. Neap. 370.
num. 9. quo caſu debet intelligi Bar. in d. 6. q. vbi loquitur de
eo, qui ſimpliciter promiſit, & ſic non adiecto tempore; ta-
men † quando ad incurrendam pœnam eſſet appoſitum 26
tempus, tunc non requireretur monitio, ita Bald. in l. 2. C. de
ſponſal. Domin. in c. licet. §. 1. de elect. in 6. Imol. in l. ſi mora. in fin.
ff. ſol. matr. Anch. conſ. 65. in fin. pro clariori. Felin. in c. 2. col. 2. de
magiſtr. ſed hic pœna eſt appoſita dicto ſucceſſori pro facto
negatiuo, videlicet ſi non ſoluat, & cum tempore, vt in
tranſactione; ergo, &c.

Tertio, dicta † pœna fuit adiecta ipſo iure per verba præ- 27
teriti temporis, vt in dicto inſtrumento, ibi, contra eum com-
miſſa ſit, &c. quo caſu etiam non requiritur monitio. Anch.
d. conſ. 65. in fin. per Bar. in l. Imperator. ff. de iur. fiſ. in l. iubemus. §.
ſane. C. de ſacroſ. eccl.

Venio nunc ad ſecundum, in quo dicitur, quod ſtante
pendentia † reductionis petitæ per d. ſucceſſorem à laudo 28
ſupradicto, quod fieri potuit, cum duret vſq; ad 30. annos,
non obſtante quacunque cautela verborum, vt late ponit
Dec. & dicit eſſe communem, conſ. 39. certe non videtur fie-
ri, nec peti poſſe eius executio, vt ponit Peruſ. in c. dilecto. 10.
q. limit. 4. de appell. Cum. conſ. 30. in fin. maxime cum opponat
ſucceſſor de pendentia dictæ reductionis, nec replicet Re-
uer. D. Affranius, minuſque conſtet de eius deſertione, quo
caſu bene fieri poſſet executio, vt not. idem Peruſ. in c. ex ra-
tione. eod. tit. Quia ad hoc eſt diligenter aduertendum; &
primo dico, quod dicta reductio petita fuit, & eſt ipſo iure
nulla, vtpote contra ſtatutum noſtrum de compro. col. 6. eam
in totum tollens, à ſententia vnius tantum arbitri, vt in ca-
ſu noſtro; vnde cum dicta reductio ſit nulla, nullum poteſt

effectum producere, nec de ipſa curandum eſt, iux. not. per Doct. *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* Felin. *in c. ex tenore de reſcrip.* & Pariſ. *conſ. 171. vol. 4.* Ceph. *conſ. 164. nu. 17. & conſ. 229. nu. 11.* & ego *conſ. 333. nu. 12.* ideo executionem impedire non debet.

Secundo, dato quod potuiſſet peti, dico quod fuit minus legitime petita, videlicet coram Locumtenente Reuer. domini Vicarii Epiſcopi Ferrariæ, cui erat inhibitum per ſupradictos in cauſa delegatos, quo fit vt d. reductio habea-
29 tur pro non facta & petita, quia † paria ſunt, quod non eſſe factum, vel non legitime factum, *l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſ. vni. nom. deciſ. Neap. 366. num. 10.* Marc. Mant. *conſ. 125. num. 30.* Grat. *conſ. 7. num. 14. vol. 1. conſ. 138. num. 20. vol. 2.* ergo non poteſt executionem impedire.

30 Tertio, poſito quod † legitime fuiſſet petita, non tamen fuit petita infra 10. dies immediate laudum ſecutos, iux. ſtatutum noſtrum, *de comprom.* imo fere poſt tres annos à laudo dato; (licet de iure communi det tempus 30. annorum, Dec. *d. conſil. 39. deciſ. Neap. 132.*) ergo laudum tranſiuit in rem iudicatam, & ob id executio impediri non poteſt, tali reductione nullatenus obſtante.

Quarto, poſito quod infra debitum tempus eſſet petita,
31 deſerta † tamen eſt ſine dubio, vt nouiter dictum eſt pro parte Reuerendi D. Affranii, cum d. ſtatutum terminum vnius tantum menſis reductioni præfigat, alias vult ſtandum eſſe laudo; & tamen à die reductionis petitæ 13. menſes pre-
32 terierunt, vt patet ex actis, † quę faciunt notorium. Doctor. *in l. 1. ff. de oper. non. nunc.* ergo patet, executionem fieri poſſe d. reductione non obſtante.

33 Sola ſupereſt difficultas, an prædicto † ſtatuto *de comprom.* ſit ligatus dictus ſucceſſor, qui eſt clericus: in qua quicquid ſit de iure communi, quod ponit Felin. *in c. eccleſia San. Mariæ. de conſtit.* & ibi Dec. *num. 50.* clarum eſt, eum teneri, virtute approbationis dicti ſtatuti, factę per clerum, vt conſtat ex atteſtatione Notarii Curiæ epiſcopalis; ſed vltra dico, eum teneri hoc ſtatuto, cum ei ſe ligauerit, faciendo compromiſſum, iuxta formam dicti ſtatuti, vt in inſtrumento compromiſſi clare dicitur: & quando etiam de ſtatuto nulla eſſet facta mentio, de iure tamen cenſeri deberet, d. ſucceſſorem voluiſſe ſe ſubiicere dicto ſtatuto, iux. not. per Bar. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libertorum.* Barbat. *conſ. 42. col. 6. vol. 1.* Pariſ. *conſ. 53. num. 25. vol. 1.* Crau. *conſ. 186. n. 9. cum ſimilib.* *Hipp. Rimin. Ferrariæ.*

Pro quodam vulnerante carcerato, an & quando ex eo vulnere vulneratus mortuus præſumatur.

ARG. De vulnerato, an & quando ex vulnere, vel Medicorum aliave culpa præſumatur mortuus, & qua pœna vulnerans teneatur.

SVMMARIVM.

1 Vulnerans tenetur de occiſo, cum vulnus illatum eſt mortale, etiamſi poſt longum interuallum vulneratus moriatur nu. 3. 4. 5.
2 Et tunc non eſt neceſſe in accuſando mortem vulnerati expectare.
6 Vulnerans de vulnerato tantum tenetur, non de occiſo, cum vulnus illatum non eſt lethale & nu. 7. 9.
8 Et tunc mors præſumitur ſecuta culpa Medici, vel infirmi.
10 In dubio, cum non conſtet de negligentia aliqua, aut culpa vulnerati, vulneratus præſumitur deceſſiſſe ex vulnere & punitur vulnerans de homicidio nu. 11 & 12.
13 Vulneratus moriens poſt octo menſes, ex vulnere non præſumitur mortuus & nu. 14.
15 Idem ſi perierit ſine alia ſuperueniente percuſſione.
16 Euentus mortis oſtendit vulnus fuiſſe mortale.
17 Vulneratus allegans non fuiſſe adhibitam diligentiam per vulneratum, id probare debet.
18 Iudex in dubio debet inclinare in meliorem partem.
19 Et in dubio mitior pœna eſt imponenda.
20 Duabus mulieribus rixantibus ſi altera alteri dicat, ego non adulteraui, nec homicidium feci, non inſimulandi alteram, ſed ſuiipſam eſt laudandi cauſa id dixiſſe præſumitur.
21 Mors ſæpe ſanis ex ſuffocato contingit.
22 Coniectura nonnulla, quibus præſumitur vulneratum periiſſe aliunde, quam ex vulnere & nu. 23. 24. 25. 26. 28.
27 Vulneratus in dubio, ſi alia cauſa, puta febris ſuperuenit, vel antea morbo aliquo laborauerit, ex febre vel morbo illo, non ex vulnere mortuus præſumitur.
29 Cum contra aliquem proceditur per præſumptiones, & non per veras & claras probationes, vt in criminalibus requiritur, non poteſt infligi pœna ordinaria, ſed lenior.
30 Argumentum à contrario ſenſu non valet, cum abſonum inde reſultat.
31 Interpretatio benignior fieri debet in dubiis.

CONSIL. DCCXCIX.

IN facto proponitur, Titium à Gaio vno tantum vulnere in pectore vulneratum fuiſſe, demum 38. die poſt illatum vulnus Titium periiſſe; nunc vero Gaium in carceribus detineri; vnde oritur quæſtio, An præſumendum ſit, Titium ex vulnere periiſſe, & ob id Gaius de occiſo teneatur pœna mortis, an vero alia de cauſa Titius præſumatur mortuus, vt ſic de vulnere tantum Gaius teneatur; pro cuius difficultatis intelligentia tres ſunt caſus conſiderandi & præmittendi.

Primus eſt, cum † conſtat omnino vulnus illatum fuiſſe 1
mortale, & tunc vulnerans ſine dubio tenetur de occiſo, & eſt certum; ita Salyc. *in l. 1. C. de emen. ſer.* Florian. *in l. ita vulneratus. col. 3. ff. ad l. Aquil.* Bal. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* Alber. *in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruum. ff. ad l. Aquil.* Bar. *in l. ſi in rixa. col. fin.* vbi etiam Marſ. *ff. de ſicar.* Soc. *conſil. 178. col. 2. verſic. pro cuius. 2. vol.* Fel. *in c. presbyterum. de homic.* cum aliis plene deductis per Boer. *deciſ. 323. num. 4.* quibus addo Odofredum *in tract. de percuſſion. in princ.* vbi tali caſu dicit non eſſe locum dubitationi. Hinc eleganter Bal. *in l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infect.* quem ſequitur Anton. Columba. *in tract. procedendi in controuer. criminal. art. 203.* dixit, † quod cum vulnus eſt 2
mortale, non eſt neceſſe, vt in accuſando mortem expectemus; & hunc caſum plene proſequitur, & confirmat pulchre Crot. *conſ. 132. col. 1.* vbi citat text. pro caſu prædicto, *in l. ait lex. ff. ad l. Aquil.* vbi dicitur, quod ſi † aliquis fuerit morti- 3
fere vulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus fuerit, tenebitur percutiens de occiſo, & idem probatur *in l. ſi ex plagis. eod. titul.* vnde tali caſu dicit Bar. *in l. fin. ff. de*
ſicar. † quod ſtamus certitudini, nec excuſaretur vulnerans, 4
allegando quod percuſſus deceſſit ex eo, quia nullus fuit adhibitus Medicus, nec qui vulnus curaret, vel quod imperitus fuit adhibitus, vel vulneratum deceſſiſſe culpa ſua, quia licet per huiuſmodi mors percuſſi potuerit accelerari, tamen per hoc non minus vulnerans de occiſo tenetur; & in hanc quoque partem conſentit Didac. Couar. *in 2. part. relectionis. §. 2. col. antepen. verſ. ſecundus caſus.* poſt Alexan. *in l. ſi ab hoſtibus. §. 1. col. 2. ff. ſol. matr.* & alios, vt per eum: & cum prædictis etiam concordat Clarus in §. *homicidium. lib. 5. ſentent. ſub num. 40. verſ. quandoque etiam.* vbi citat inter alios D.
meum Rimin. *conſil. 281. num. 7.* † dicentem, quod in hoc ne- 5
mo eſt, qui diſcrepet; & hunc quoque caſum confirmat
Crot. *d. conſ. 132. per d. §. final.* vbi expreſſe dicitur, quod † ſi 6
quis vulneratur non mortifere, tenetur vulnerans de vul-
nerato, non autem de occiſo. Et † ratio eſt, quia in quabbet 7
diſpoſitione conſideranda eſt cauſa immediata, quia cauſæ mediatæ nulla eſt habenda conſideratio, *l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc.* Bartol. *in pulchra q. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ liber.* gloſſ. *in l. ſi mulier. ff. rer. amot. & in c. de cætero. de homi-*
cid. Talique caſu † mors præſumitur ſecuta culpa Medici, 8
vel infirmi, & ob id non aſcribitur vulneranti, vt not. Ioan. Plat. *in l. nec ſemel. C. de re mil. lib. 10.* cum aliis per Didac. *loc. cit. verſ. 3. caſus.*

Secundus caſus eſt econtra, quando conſtat, quod † vul- 9
nus non erat mortale, puta quia erat in manu, vt tradit Cæpol. *conſ. 28. col. 5.* Decius *conſil. 415.* vel in natica, vt inquit Bal. *conſ. 195. vol. 1.* Boer. *vbi ſupra. num. 3.* vel quod Medici retulerunt, vulnus non eſſe mortale, vt ſcribit Ioan. de Anan. *conſ. 43. num. 4. lib. 1. crimin.* Grammat. *voto 24. num. 7.* Dec. *conſ. 415. in fin. cum ſimil.* per Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 274. nu. 11.* & tunc vulnerans non tenetur de occiſo, ſed tantum de vulnere, *l. qui occiderit. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Dec. *d. conſ. 415.* Cæpol. *d. conſ. 28.* Soc. *d. conſ. 178.* Ang. & Sal. *in d. l. 1.* Boer. *vbi ſupra. num. 7.*

Tertius eſt caſus, quando ſumus † in dubio, an vulnus 10
fuerit mortale, vel non, puta quia erat in capite, gula vel pectore: hæc enim loca periculoſa ſunt, & in eis illata vulnera poſ-

ra poſſunt eſſe mortalia, vt tradit Bal. d. conſ. 195. Fel. in c. ſigni-
ficaſti. 2. col. 4. verſ. ratione partu. de homicid. Cuman. conſ. 134. in
prin. Corn. conſ. 274. vol. 1. Soc. d. conſ. 170. in prin. Boer. vbi ſupra,
11 n. 3. Et in hoc † caſu ſi non conſtat de aliqua negligentia, vel
culpa vulnerati, ex euentu ſecuto, præſumitur deceſſiſſe ex
vulnere, & punitur vulnerans de homicidio: ita Gand. de
12 maleſic. in tit. de homicid. dans † exemplum in ruſtico, qui in
capite vulneratus iuit ad laborandum cum bobus ad So-
lem, & per illud dictum Gandini dicit Signor. conſ. 163. nu. 6.
quod ter ita iudicari obtinuit; ſequitur Clarus in d. §. homici-
dium. ſub n. 42. circa finem. Et vltra prædictos prima conſide-
13 ratione dicendum videtur, Titium † iſtum præſumi debere
mortuum fuiſſe ex d. vulnere. Primo per tex. in c. 2. de cler.
14 percuſ. vbi † vulneratus moriens poſt octo menſes à die vul-
neris illati non præſumitur ex eo mortuus; ſecus ergo à con-
trario ſenſu, ſi ante octo menſes, vt in caſu noſtro, in quo
trigeſima octaua die periit, & ita tenere videtur Bar. in d. l. ſi
in rixa. allegando dictum c. 2. vt ponderat Soc. qui hoc argu-
mento vtitur in d. conſ. 178. ſicque arguit pariter Odoſr. in d.
tract. de percuſſionib. col. 2. n. 6.

15 Secundo moueor, quia † cùm iſte ſine ſuperuenienti
percuſſione perient, verum eſt dicere, illum fuiſſe à vulne-
16 rante occiſum, d. l. huic ſcriptura. §. ſi ſeruus. & † euentus mor-
tis oſtendit, vulnus fuiſſe mortale, arg. l. aut facta. §. euentus.
ff. de pœn. iux. illud: Exitus acta probat. l. rem non nouam. in fin. C.
de iud. ita Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amit. & in proœmio Digeſt. col.
3. in prin. Bar. in tract. de percuſ.

Tertio hanc partem decidere videtur Alber. in l. item
Mela. §. Celſus. ff. ad l. Aquil. Florian. in d. l. ita vulneratus. Capol.
conſ. 40. col. 4. verſ. tertio venient. & conſ. 61. col. pen. verſ. aut ſumus
in dubio. Signor. de Hom. conſil. 163. Quidam Simonellus. Soc. d.
conſ. 178. col. 2. verſ. aut ſumus in dubio. Boer. vbi ſupra, n. 8. Salyc. in
l. 1. C. de emen. ſer. Gand. in tract. de maleſic. in Rub. de homicidia-
rus. ad fin. Flor. in d. l. qui occiderit. §. fin. Aug. de Ari. de maleſ. in
verbo, ex interuallo dictus Titius. Natta conſ. 108. nu. 6. & Crot. d.
17 conſ. 132. n. 6. vbi rationem allegat in hoc caſu; quod † percu-
tiens, qui allegat, non fuiſſe adhibitam diligentiam, id pro-
bare debeat, l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. qua probata, be-
ne excuſaretur à morte, vt per Angel. in l. quod ſi nolit. §. ſi
mancipium. ff. de ædil. edict. Bar. & Doct. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1.
Florian. in l. ait lex. §. 1. ff. ad l. Aquil. & per Didac. loc. cit. ſub n. 9.
ſed nulla probatione facta ſit præſumptio contra vulne-
rantem: ex quibus concludendum videtur, hunc Gaium de
occiſo teneri.

Iſtis tamen non obſtantibus, ſecundum ea, quæ mihi in
facto ſupponuntur, vlterius cogitanti, contrarium verius
eſſe videtur: & primo capio illam concluſionem, quam po-
ſuit Bal. conſ. 195. vol. 1. conſ. 329. in fin. vol. 2. quem ſequitur Dec.
conſ. 415. n. 1. Gram. conſ. 2. n. 9. & Menoch. in allegato caſu 274.
18 ad finem. qui tenent, quod † ſi res eſt dubia, debet iudex in-
clinare in mitiorem partem, quia vbi agitur de vita homi-
nis, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. fin.
C. de probat. ita quod debeant omnino concludere, iuxt. re-
gulam, l. non hoc. C. vnde legit. & can. præſentia. de probation. qua
19 in † dubio dicitur, mitiorem pœnam imponendam; cuius
exemplum ponit pulchrum Petr. de Vbal. conſ. 27. nu. 3. lib. 1.
crim. de inquiſito, quod iniuriam perſonalem commiſerit,
capiendo quem per mantellum: cum enim non diceret in-
quirens, illud mantellum dorſo cohæſiſſe, & ab eo potuit
eſſe ſeparatum, puta ſuper haſta vel enſe delatum, debet in
dubio pœna mitior imponi, pro reali tantum iniuria. Sed
20 & † aliud exemplum ponit Vbert. de Bobio conſ. 7. de dua-
bus mulieribus rixantibus, quarum altera dixit alteri, ego
non adulteraui, nec homicidium feci, quærebatur, an ex in-
iuria teneretur, veluti quod inferre voluiſſet, aliam mulie-
rem talia feciſſe; an vero potius cauſa ſe iactandi? & conclu-
dit, in dubio præſumi, quod iactandi ſe gratia ſic dixerit,
cum in dubio pœnæ ſint molliendæ, non exaſperandæ, l. in-
terpretatione. ff. de pœn. & in l. ſi præſes. ibi: mitior pœna erit ſe-
quenda. eod. tit. Sed non ſequitur; Gaius iſte Titium vulnera-
uit, & Titius periit; ergo ex illato vulnere, cum ex alia cauſa
21 mori potuerit, † & ſæpe etiam ſanis mors ex inſperato con-
tingat, ita Corn. conſ. 194. 2. vol. Dec. d. conſ. 415. in princ. Secun-
do, in caſu noſtro concurrunt quædam coniecturæ, ex qui-
bus præſumitur, hunc Titium aliunde, quam ex d. vulnere
periiſſe.

Prima eſt coniectura, quod poſt † triduum illati vulne- 22
ris iſte Titius ſurrexit, & circumcirca perambulauit, quo
ſtante, ex d. vulnere mortuus non præſumitur, gl. eſt not. in
d. l. 1. de emen. ſer. quam Cyn. Fab. Bar. & alii ſcribentes ibi paſ-
ſim ſequuntur. Ang. de maleſ. in ver. & ex interuallo. in prin.
Ang. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edict. Felin. in d. c.
presbyterum. Corn. d. conſ. 194. col. 2. & alii quos congerit Marſ.
in prac. crim. §. & quia. n. 16. in d. l. ſi in rixa. nu. 63. & conſ. 7. nu. 27.
Dionyſius de Peruſ. conſ. 36. n. 8. lib. 2. crim. Clar. in d. §. homici-
dium. num. 44. ad fin. qui alios citat, & dicit eſſe communem.
Comprobaturque d. gl. tenendo opin. Abbatis in d. c. 2. non
habentis reſpectum ad ſpatium temporis, quo vulneratus
vixit; ſed ad bonam vel malam eius valetudinem ſubſecu-
tam: ſi enim ſemper proceſſit de malo in peius, & tandem
deceſſerit, præſumitur ex dicto vulnere mortuus, ſecundum
Abb. puta quod perſeuerantia vomitus & febris ab initio
continuata fuit, vt poſt Bald. Abb. Ioan. de Anan. Fel. Vero-
nenſem, Signor. & Corneum tradit Boer. in alleg. q. 323. nu. 13.
quem ſecutus fuit Petrus à Plac. lib. 1. epit. c. 13. n. 27. ſiue dolor
continuus ob neruos vulneratos, vt per Boer. loc. cit. num. 16.
dummodo ſpaſmus non ſuperuenerit vulneri non lethali,
ſecundum Dec. conſ. 415. n. 9. Menoch. d. caſu 274. lib. 2. centur.
3. nu. 7. de arbitr. iud. & cum prædictis etiam tenet Clar. in d. §.
homicidium. verſic. at enim ſi ſub. nu. 43. ex hoc enim infero, d.
gloſſam eſſe veriſſimam, cum ex ea appareat, quod vulne-
ratus non proceſſit de malo in peius, quia ſi proceſſiſſet de
malo in peius, non ſurrexiſſet poſt triduum, circumcirca
perambulando, & ideo, ſi poſtea deceſſit, non præſumitur
mortuus ex vulnere, ſed ex aliqua alia cauſa, ideo vulnera-
tus non tenetur de occiſo. Ita proprie conſiderat Marſ. in d.
§. & quia. & in d. l. ſi in rixa. Boer. vbi ſupra. nu. 2. col. ſeq. & licet
Angel. in d. l. 1. & Flor. in l. ait lex. col. 2. ff. ad l. Aquil. Manſuer. in
pract. ſua. tit. de præſumpt. n. 8. Aug. Aret. conſ. 58. n. 45. lib. 2. crim.
dixerint, illam gl. loqui ſecundum legem Moſaicam; ſecus
ergo ſecundum ciuilem vel canonicam: tamen ab ea gl. non
recedo, quam omnes ſequuntur, & in ſpecie Corn. in d. conſ.
194. & Boer. vbi ſup. 10. col. Angelum damnant rationibus, de
quibus per eos, quas breuitatis cauſa prætermitto.

Secundo accedit alia coniectura, quod iſte † vulneratus 23
vitam male regulatam geſſit, vinum purum, & magnum
bibendo, & Medico non parendo; quo caſu, facto & culpa
ſua, non autem ex vulnere mortuus præſumitur, nec vulne-
rans de occiſo tenetur; ita Bald. in l. qui occidit. §. fin. ff. ad l. A-
quil. Flor. in l. ſi ex plagis. eod. titul. Bald. conſ. 105. ad euidentiam.
volum. 1. Bald. in addit. Specul. in rubric. de homicid. & in d. cap. 1.
quibus mod. feud. amitt. Bologn. conſ. 5. col. 3. Socin. d. conſ. 178. co-
lum. penult. Angel. de maleſic. & Auguſt. poſt eum, vbi ſupra.
ver. quæro, aliquis fuit. Felin. in d. capit. presbyterum. Corn. conſ.
273. col. final. & conſ. 283. in princ. vol. 3. ver. in dict. §. & quia. num.
19. & in dict. conſ. 7. num. 47. Boer. vbi ſupra. num. 20. Gram. vero
24. num. 11. conſil. 2. num. 5. & 6. conſil. 49. num. 4. Veroonen. conſil.
28. col. pen. conſ. 62. Marſ. conſ. 7. n. 47. Alex. de Neuo conſ. 87. col.
fin. lib. 1. crim. Petr. à Placa lib. 1. epit. delict. c. 13. nu. 27. in fin. Ioan.
de Villa Marta in l. diuus. nu. 121. ff. ad l. Corn. de ſicar. Menoch.
loc. cit. n. 10.

Præterea cum † vulnus eſſet in pectore, & ſic in loco pe- 24
riculoſo, non debuit exire domum, nec ad aerem, ſed domi
incluſus remanere, donec perueniſſet ad certam & indubi-
tatam ſalutem, & vulnus conſolidatum fuiſſet; aliter ergo
faciendo ſuit ſuo culpa, & Gaius de occiſo non tenetur; ita
Ang. de maleſic. vbi ſupr. Socin. d. conſ. 178. col. pen. Gram. conſ. 2.
Boer. vbi ſupr. n. 20.

Tertio concurrit alia coniectura, quod iſte † adhibuit 25
Medicum imperitum, quo caſu ſi moritur percuſſus, non
imputatur vulneranti; ita Bal. & Ang. in d. §. ſi mancipium. Fe-
lin. d. c. ſi presbyterum. Corn. d. conſ. 194. colum. fin. & in d. conſil.
273. colum. penult. Marſil. d. §. & quia. num. 20. Boer. vbi ſupra. co-
lum. pen. in fin. Menoch. poſt alios, quos allegat loco memora-
to. n. 10.

Quarto concurrit, quod iſte † Titius ex poſtfacto fuit 26

viſus à Medicis peritis, & concluſum, eum petiiſſe ex gutta
tabida, ſicque ex alia infirmitate ſuperueniente, non autem
ex dicto vulnere iam conſolidato; ergo Gaius de occiſo
27 non tenetur, quia † quando ſumus in dubio, an vulnus fue-
rit mortale, vel non, ſi alia cauſa ſuperuenit, puta febris,
præſumitur in dubio, ex febre vel cauſa mortuus, non au-
tem ex vulnere; *arg. l. ſ. fauorabiliores. ff. de regul. iur.* ita Signor.
de Homod. *d. conſ. 163.* Cæpol. *d. conſ. 61. colum. fin.* Gram. *d. con-
ſil 2. colum. fin.* Sicut è conuerſo videmus, quod ſi vulneratus
ante fuerat infirmus, præſumitur mortuus ex antiqua infir-
mitate potius, quam ex vulnere, quia talis præſumptio dici-
tur magis fauorabilis, veluti tendens ad liberationem vul-
nerantis à morte, vt ponit Angel. de Aret. *conſ. 58. num. 15. 2.
lib. crim.*

28 Quinto accedit, quod iſte † Titius non infra paucos
dies periit, vt inquit tex. *in d. c. presbyterum. & in c. ad audien-
tiam. de homic. in ver. aliquamdiu* quod alibi exprimitur de
diebus octo, vt *in c. continebatur. eod. tit.* & alibi de triduo, vt
in c. ſi qua fœmina. 50. diſtinct. & ob id Dd. tempus hoc arbitra-
rium fore dixerunt, vt ponit Florian. *in d. l. aut lex.* Bar. *in d.
tract. de percuſſ.* Dec. *d. conſ. 315. col. 2.* Odofr. *in tract. de percuſſ.
col. 2.* & Bar. *in l. ſi in rixa. ff. ad l. Cor. de ſicar.* ſed ex ſatis notabi-
li interuallo (vt bonus iudex cenſere debet) poſt vulnus de-
ceſſit, videlicet 38. die: ergo non ex d. vulnere præſumitur
periiſſe, maxime concurrentibus coniecturis ſupradictis, vt
de 36. diebus concludit aperte Corn. *d. conſ. 273. nu. 8. vol. 3.* de
25. Dionyſius de Peruſ. *conſ. 36. n. 7. 2. lib. crim.* & de 13. Marſ. *d.
conſ. 7. nu. 26.* & ſic in minori tempore loquuntur, quam ver-
ſamur; ergo tanto magis caſus noſter redditur clarus. Et
plures aliæ coniecturæ afferri poſſent ad defenſionem vul-
nerantis, ne teneatur de occiſo, quas enumerat Foller. *in
pract. ſua crim. in rubr. recipiant defenſiones reorum.* ad quem
Lectores in gratiam breuitatis delego, remiſſiue vero po-
tius tangit Boſſius *in tit. de homic. col. pen.*

Sexto & vltimo plus dico, quod etſi nullæ coniecturæ
extarent, quod vulnus illatum Titio eſſet mortale, eumque
ex illo periiſſe, tamen nec iſte Gaius de occiſo puniri debe-
29 ret, quia quotiens † contra aliquem proceditur per præ-
ſumptiones, & non per veras & claras probationes, vt in
criminalibus requiritur, *d. l. fin. C. de probat.* tunc ideo non po-
teſt imponi vera ſeu naturalis pœna delicti, ſed leuior &
mitior; ita Innoc. *in c. quia veriſimile. de præſumpt.* Bald. *in l. non
eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. conſ. 220. col. 2. vol. 3.* Cæpol. *conſ. 6.
col. 3. conſ. 27. col. fin.* late Marſ. in terminis noſtris *d. conſ. 7. n. 36.*
Barth. Bertazzol. mihi tanquam frater honorandus, & in
ciuitate noſtra primarius Aduocatus, ac eminentiſſimo
Duci noſtro gratiſſimus, *conſ. 70. nu. 35. & 36. 2. tom. crimin.* Ex
quibus patet, hunc Gaium de occiſo puniri non poſſe vllo
modo.

Non obſtant contraria; & primo text. *in d. c. 2. de cler. per-
cuſ.* quia loquitur in caſu claro, in quo ſummus Pontifex
habet pro claro, quod poſt tam longiſſimum interuallum
non cenſeatur quem ex vulnere periiſſe: & illud tempus o-
cto menſium denotat facti contingentiam, non quod ſi
minori tempore vixiſſet, præſumeretur ex vulnere periiſſe.
30 Nec † ſumi debet argumentum ibi à contrario ſenſu, quia
abſonum reſultaret, ita Corn. *d. conſ. 194. col. 4.*

Non obſtat etiam ſecundum argumentum, quia proce-
dit quoad pœnam irregularitatis contrahendæ, non quoad
pœnam mortis inferendam in iudicio ſeculari, de qua agi-
mus: prima enim facilius, quam ſecunda contrahitur, ita la-
tius in terminis noſtris declarat Cæpol. *dict. conſil. 40. colum.
6.* Grammat. *in d. voto 24. num. 10.* Marſil. *dict. conſil. 7. num. 54.
& 56.*

Non obſtat tertium, quia procedit in dubio, ſecus vbi
conſtat de mala vita infirmi, vel eius inobedientia erga
Medicum, vt præfati Doctores met declarant, Salyc. *in d. l. 1.*
Soc. *in d. conſ. 170. col. fin.* qui ſic reſpondet; quinimo Marſ. *d.
conſ. 7. n. 59.* non tenet dictas deciſiones, quia Bal. & Cuman.
31 per eum relati tenent contrarium, † & quia in dubiis beni-
gnior interpretatio fieri debet, vt latius ibi per eum. Ex qui-
bus pro Gaio iudicari debet, quod de vulnere tantum te-
neatur. *Hipp. Rimin. Ferraria.*

Pro Ioanne Baptiſta Gaiardo.

ARG. Conuentus rei vendicatione an & quan-
do rem propter melioramenta & expenſas in
ea factas retinere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta potens quid deducere & probare debeat.*
2 *Impenſa an eo vſque duntaxat debeantur, quo fundus factus eſt pretio-
ſior, licet plus ſit impenſum & nu. 9.*
4 *Retentio rei permiſſa eſt, licet nondum fuerit exceptum de meliora-
mentis.*
5 *Poſſeſſor condemnatus ad reſtitutionem rei, nulla facta mentione melio-
ramentorum, in executione ſententiæ poteſt excipere de melioramen-
tis, & illa probare, retinendo rem, quoad vſque illi ſoluantur.*
6 *Forma ſententiæ in materia reſtitutionis rei.*
7 *Sententia prius exequi nequit quam liquidata ſint expenſa & meliora-
menta.*
8 *Expenſæ vtiles à bonæ fidei poſſeſſore iure retentionis repetuntur, quate-
nus res eſt facta pretioſior; ſecus eſt in neceſſariis. Eas enim in totum
recuperat bonæ fidei poſſeſſor. nu. 9.*
10 *Probatio per euidentiam facti nunquam cenſetur excluſa.*

CONSIL. DCCC.

IOANNES Baptiſta Gaiardus reperitur in poſſeſſione cu-
iuſdam petiæ terræ, & conuentus rei vendicatione, op-
ponit excipiendo, ſibi licere eam retinere, vigore quarun-
dam expenſarum, & melioramentorum per eum in ea fa-
ctorum, in reficiendo domum ibi poſitam, & effodi facien-
do quædam foſſata, & ſuper dictis expenſis induxit teſtes,
de ipſis, & earum ſumma deponentes. Sed contra eum op-
ponit iudex excellen. quod hoc non obſtante condemnan-
dus ſit, quia vt impenſa melioramentorum † debeatur, de- 1
duci & probari debet, non modo quantum ſit impenſum,
ſed & quantum res ſit meliorata, hoc eſt, facta pretioſior ex
d. impenſa, quam eſſet ante, alias obtinere non poteſt; ita
voluit Neguſ. *in tract. ſuo de pignor. 4. memb. 5. par. nu. 2.* motus
per tex. cum gloſſ. *in l. in fundo. ff. de rei vend.* vbi redditur im-
penſa † vſq; eo dumtaxat, quo fundus factus eſt pretioſior, 2
licet plus eſſet impenſum, ſecundum gloſ. & Doct. ibi, Abb.
in c. 1. de reſtit. in integ. n. 4. Felin. *in c. cum cauſa. col. pen. de re iud.*
hoc ergo etiam deduci debet & probari, quod minime in
caſu noſtro factum eſt.

Ad quod dubium triplici modo dico reſponderi poſſe,
omiſſo argumentorum apparatu.

Primo enim dico ego, iſtud procedere quoad hoc, vt ta-
les † expenſæ debeantur, & effectualiter recuperari poſ- 3
ſint, prout proprie loquitur Neguſ. & Doct. ſupra allegati,
& tex. *in d. l. in fundo. in ver. reddat impenſam.* ſecus quoad re-
tentionem loci, in quo factæ ſunt tales impenſæ: nam † re- 4
tentio permiſſa eſt, licet nondum fuerit exceptum de me-
lioramentis factis, nedum probatum, quod eſt plus: ſi enim
poſſeſſor, † qui fecit melioramenta, condemnatus fuerit 5
ad reſtitutionem rei, nulla facta mentione expenſarum &
melioramentorum; tamen in ipſa executione ſententię po-
terit excipere de melioramentis, & illa probare, & rem reti-
nere, donec ei ſoluantur, vt voluit Caſtr. *conſ. 17. in cauſa quæ
vertitur. in fin. in nouo.* & plenius Neguſ. *in d. 5. par. in 4. memb.
n. 10.* ergo tanto magis in caſu noſtro licita eſſe debet reten-
tio, in quo deductæ fuerunt impenſæ & probatæ, licet non
fuerit deductum, nec probatum, quantum res fuerit me-
liorata: hoc enim in executione ſententiæ poterit liquida-
ri, vt tradit Caſtr. *in terminis conſ. 270. viſo puncto. in prin. vol. 1.* &
longe latius ſic arguit Decianus *reſpon. 18. col. fin. vol. 2.* Quin-
imo † forma ſententiæ propriæ eſt in hac materia, vt con- 6
demnetur reus ad reſtitutionem rei, recepto eo quod eſt
impenſum, vt ponit gloſſ. mag. *in d. l. in fundo.* quam ibi not.
Bar. Bal. Ang. & Doct. indifferenter; † demum in executio- 7
ne liquidantur expenſæ & melioramenta, nec ante ſenten-
tia exequi poteſt, vt tradit Caſtren. *d. conſ. 270. ſecundo dub.* ſe-
quitur Neguſ. *vbi ſup. verſic. 3. concluſio.* licet variato numero
dictum conſilium alleget, quod forte ex varia impreſſione
cauſatum eſt, vt arbitror.

Secundo, & alio modo reſpondeo, quod diſtinctio, de
qua *in d. l. in fundo.* in tex. & gl. ibi, procedit in † expenſis vti- 8
libus, prout ſunt communiter, ædificare, de nouo plan-
tare,

ſtre, inſerere, & id genus: tales enim à bonæ fidei poſſeſſore iure retentionis repetuntur, quatenus res ex eis eſt facta pretioſior; ſecus autem eſt in expenſis neceſſariis, prout ſunt factæ in reficiendo domum, quæ minabatur ruinam, & ſic quibus non factis res erat peritura, vt tradit Salyc. *in l. domum. col. fin. C. de rei vend.* Ioan. Fabr. Are. *in §. certe illud. col.*
9 *pen. Inſt. de rer. diuiſ.* late Nicol. Boer. *deciſ. 44. n. 7.* nam † tales expenſas recuperat bonæ fidei poſſeſſor in totum. Ita poſt gl. clare determinat Ang. *in d. l. in fundo. col. fin.* & fuit de mente Bar. ibi *in 1. q. col. 2. nu. 6.* dum dixit, quod diſtinctio illius legis non habet locum in expenſis neceſſariis; idemque tradit Boer. in loco præallegato, dum vult, expenſas vtiles bonæ fidei poſſeſſorem conſequi, quatenus res eſt facta pretioſior, iuxta *d. l. in fundo.* neceſſarias vero ſimpliciter, & ſic in totum, non habita dicta diſtinctione, inſpecto valore earum tempore reſtitutionis rei, de qua agitur, vt determinant Dd. *in l. domos. ff. de leg. 1.* Bertran. *conſ. 22. Thema conſultationis. n. 15. lib. 1.* & melius *conſ. 344. viſo caſu.* Ruin. *conſ. 127. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 55. n. 22. vol. 3.* Rip. poſt Alex. *in l. vbi pure. §. fin. ff. ad Treb.* Afflict. *deciſ. 87. ad fin.* & diffuſe Rol. à Vall. *conſ. 28. nu. 14. vol. 1.* Ex quibus infero ad caſum noſtrum, cum impenſæ, de quibus agitur, fuerint neceſſariæ, tam reſpectu domus refectæ, vt dicunt teſtes, quam dictorum foſſatorum, quibus non extantibus terræ inundantur, & ſegetes pereunt, vt experientia docet, & ob id neceſſariæ expenſæ dici poſſunt, licet de nouo factæ, iux. not. per Bart. *in d. l. in fundo. col. 2.* & d. Boer. ſatis fuit probare Gaiardo, quantum fuerit impenſum; ſecundum vero, videlicet quantum res ſit facta pretioſior, non fuit opus deducere, neque probare, cum non ſimus in expenſis vtilibus, quo caſu loquitur *d. l. in fundo.* & Neguſ. allegatus in dubio, qui per eam mouetur, ſed in neceſſariis, quę in totum & ſimpliciter repetuntur, ſecundum Angel. & Doct. ſupra citatos.

Tertio & aliter dico, etiamſi ſecundum, de quo ſupra, deduci & probari debuiſſet, (quod tamen ex prædictis negatur) nihil tamen impedit, quo minus adhuc id fieri poſſit: poteſt enim Gaiardus dicere; hodie conſtat, &c. id eſt, conſtare poteſt, quæ & quanta ſint melioramenta, *l. fin. à quo. ff. vt in poſſ. legat.* nec enim ſubeſt periculum in differendo ſententiam, per aliquot dies, quouſque per peritos illuc mittendos, hoc videatur, & reportetur iudici, more ſolito, & per eum terminetur, *l. ab arbitro. ff. qui ſatiſ. cog.* ita in terminis noſtris fortioribus decidit Caſtr. *d. conſ. 270. colum. 3. in prin.* vbi loquitur, poſt ſententiam, in eius executione, quod eſt fortius, quam in caſu noſtro, vbi ſumus ante ſententiam: eligantur ergo periti, qui ad locum accedant, & eius qualitate cognita tam nunc, quam ante, dictas expenſas factas referant iudici, quantum locus iſte fuerit melioratus; & per iudicem quæſtio debito fine terminetur; idque fieri poſſe impedire non debet proceſſus publicatio, cum de proba-
10 tione per † euidentiam ſuffragatur, quæ nunquam cenſetur excluſa. Bald. *in Rubr. de probat. poſt prin.* Pariſ. *conſ. 67. in fine. vol. 1. Hippol. Riminal. Ferrariæ.*

Pro Magnifico Antonio Cauatia.

ARG. Præſcriptio an & quatenus contra infirmum, impeditum, ignorantem & abſentem currat, eique detur contra eam ex clauſula generali reſtitutio in integrum. Et quando infirmus & impeditus teneatur mittere procuratorem, ad interrumpendam præſcriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus excuſatur, ſi non comparuit, & quare.*
2 *Impedimentum iuſtum ſemper excuſat à contumacia.*
3 *Impedito quando tempus non currat in præſcriptione. & nu. 4. Et quando tempus pro rata impedimenti detrahatur. nu. 5. 35. 36. 30.*
6 *Quæ in præſcriptione iuris communis obtinent, etiam in ſtatutaria illi ſubrogata obtinere debent.*
7 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa. &c. an & quando denegetur.*
8 *Infirmus & abſens quando æquiparantur. & nu. 9. 13. 22.*
10 *Statutum diſponens in abſente, videtur etiam diſponere in infirmo, etiam in materia correctoria. nu. 11. 12.*
14 *Abſenti ſuccurritur ope reſtitutionis in integrum, ſicut & ignoranti factum. & nu. 15.*
16 *In infirmo præſente præſumitur ſcientia Cridarum. & nu. 23. Et quæ ignorantia dicitur ſupina, quæ non excuſat. nu. 17. 18.*
19 *Experientia rerum magiſtra.*
20 *Abſens præſumitur ignorare, quæ geruntur in ciuitate.*
21 *Magis ſuccurritur abſenti, quam minori.*
22 *Infirmitas an impediat præſcriptionem. Et an infirmus præſumatur ignorare, quæ publice in ciuitate geruntur. nu. 23.*
24 *Ignorantia eorum, quæ publice in ciuitate fiunt, non excuſat.*
25 *Culpa in dubio non præſumitur.*
26 *Cum ſumus in dubio, an culpa interuenerit, nunquam pro culpa ſit condemnatio.*
27 *Actor in culpa rei ſe fundans debet illam probare, alias reus abſoluitur.*
28 *Ad culpam euitandam præſumitur factum quod veriſimiliter fieri debuit.*
29 *Exceptio declarat regulam, & confirmat in caſibus non exceptis.*
30 *Intellectus l. quæſitum ff. de re iud.*
31 *Impeditus an & quando teneatur mittere procuratorem ad excuſandum contumaciam. & nu. 32.*
33 *Impeditus vt excuſetur an teneatur proteſtari. & nu. 34.*
37 *Præſcriptio currit excommunicato, quatenus non potuerit agere, non curanti petere abſolutionem.*
39 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali denegatur, ſi ſtatutum dicat, quod quis vltra terminum ſeu tempus ad præſcript. præfixum audiri non debeat.*
40 *Verba, nullus audiatur, adeo inhabilitant actorem, vt operentur nullitatem proceſſus ipſo iure, etiam parte non opponente.*
41 *Verba, vt cuique poſt curſum temporis ſilentium imponatur, denotant, quod iudex ei ius non reddat.*
42 *Separari poteſt imbere, ne iudex in cauſa procedat nec alicui ius reddat poſt curſum certi temporis.*
43 *Ignorantia qualis eſſe debeat, vt reſtitutio in integ. ex clauſula generali detur. & nu. 45.*
44 *Præſens in ciuitate præſumitur ſcire bannimenta facta publice in ea. & nu. 46.*
47 *Reſtitutio ex clauſula generali ceſſat, cum ex ſcientia ſuperuenienti quis potuit præſcriptionem interrumpere, & id neglexit.*

CONSIL. DCCCI.

MAGNIFICVS D. Ant. Cauatia, poſt emptam domum, fecit fieri Cridas de menſe Iulii, tandemque comparuit magiſter Franciſcus, dicens ſe infra 14. menſes à ſtatuto *de præſcrip. temporis* limitatos comparuiſſe, detrahendo menſem Auguſti, quo probat ſe infirmum fuiſſe, qui que detrahi debeat: dubitat imprimis dominus iudex, *ex l. quæſitum. ff. de re iud.* vbi † infirmus excuſatur, ſi non comparuit; 1
& † iuſtum impedimentum ſemper excuſat à contumacia, 2
l. contumaciam. §. pœnam. ff. de re iud. in extrauag. ad reprimendam verb. neglexerat. vbi Bar. *& in conſ. 228. Catherina. vers. tex. optimus. in l. ob commiſſa. C. de vectig.* cum ſimilibus per Decian. *reſpon. 14. nu. 10. vol. 3.*

Secundo, quia † in præſcriptione tempus impedito non currit, Felin. *in c. ex tranſmiſſa. de præſcript.* † ſaltem mediante 3 4
reſtitutione in integrum, etiamſi tale impedimentum proueniret ex culpa impediti, quando culpa ad id non erat ordinata, vt probatur *in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb.* Dec. *in l. 1. lect. 1. n. 27. & in ſecunda n. 68. C. qui adm. & in c. cum inter. n. 23. verſ. prædicta concluſio. de excep.* Crau. *conſ. 201. n. 29.*

Tertio, † quatenus currat, pro rata impedimenti detra- 5
hitur, Balb. *in tract. de præſcrip. in 1. par. 6. part. prin. nu. 26.* quæ cum ita ſint in præſcriptione iuris communis, † & in ſtatu- 6
taria eſſe debent illi ſubrogata, vt per eundem Balb. *ibi n. 19.* per Bal. *in l. ſuperuacuam. C. de temp. in integ. in c. 1. quæ temp. mil.* per Rom. *conſ. 38. nu. 5.* Corn. *conſ. 180. col. 2. n. 3.* Bal. Ang. & omnes *in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.* cum ſimil. per Alex. *conſ. 99. videtur. col. 2. vol. 4.* Dec. *reſp. 6. n. 58. vol. 1.*

Quarto, quia † ex clauſula generali, *ſi qua iuſta, &c.* reſti- 7
tutio denegari non poteſt, de qua *in l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* quæ & petita fuit, & concedenda videtur, ne illicita fiat extorſio per Cauatiam à d. Franc. ius in dicta domo prętendente præſcriptionis auxilio: ſic enim conceditur reſtitutio. Bal. *in l. 1. C. de cond. indeb.* Bartol. *in l. admonendi. ff. de iureiur. n. 12. verſ. nono fallit.* & ibidem Curt. *n. 30.* & Sfortia Oddo *in tract. de reſt. in integ. par. 2. q. 73. nu. 36.* ſicq; videtur d. Franciſcus audiri debere.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium de iure verius puto; moueor: aut enim † æquiparamus infirmum & 8
abſentem, vt æquiparat Bar. *in l. ſi poteſt. col. 4. nu. 17. ff. de acq. hered.* per tex. *in c. cum in tua. qui matrim. accuſ. poſſ.* cum quo tranſeunt Imol. Alex. & alii ibidem. Socin. *in conſ. 155. col. pen. verſ. 5. nam mater 2. vol.* conſentitq; Iaſ. *n. 64. in d. l. ſi poteſt.* etſi

9 talis † erat infirmitas, qua quis pateretur mentis exilium,
prout loquitur tex. *in d. c. cum in me.* & ibi Abb. *in 3. not.* &
tunc cum iſti duo caſus reperiantur æquiparati per legem
10 antiquam, † ſtatutum noſtrum ſuperueniens, in abſente
diſponens, cenſetur etiam diſponere in infirmo, iux. gl. no-
tab. quam Bar. & cæteri ſequuntur, ibi, *in l. ſi quis ſeruo. in fin.*
11 *C. de furt.* & ego dixi *conſ. 26. nu. 16.* quæ † concluſio etiam in
materia correctoria procedit, ſecundum Bar. Alex. & alios
in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb. plene Iaſ. *in l. transfigere. col. 5. C.*
12 *de transf.* Rub. *conſ. 151. col. 2. cum ſimil.* Vnde, ſicut † ſtatutum
non conſiderat abſentiam, niſi per totum tempus 14. men-
ſium, vel duas partes eorum, non autem vnius tantum
menſis, ita nec infirmitatem; ergo etiamſi hic Franciſcus
fuerit infirmus taliter per menſem, quod pateretur mentis
exilium, licet hoc probatum non videam; non tamen po-
teſt hanc infirmitatem allegare, cum ſtatutum eam reiiciat,
ſicut & abſentiam: potuit enim ea finita comparere infra
tempus.

13 Præterea † æquiparatio abſentis & infirmi præſentis eſt
14 dubia: ſicut enim † ignoranti factum ſuccurritur ope reſti-
tutionis in integrum, Bart. *in l. 1. §. ſi quis. ff. de itin. actu. que priu.*
cum infinitis, quos cumulat Sfort. Odd. *in tract. de reſt. in in-*
15 *teg. q. 8. artic. 9.* ſic † & abſenti, *l. vnica. C. de vſucap. transf.* vt ille
ſubdit, *col. 2.* ſe remittens ad plene dicta per eum ſupra *q. 6.*
16 *& 7.* ſed † ſecus in infirmo præſente, quia præſumitur in eo
17 ſcientia Cridarum, vt mox dicam; ignorantia † enim talis
infirmi ſupina dicitur, quæ non excuſat, *l. nec ſupina. ff. de iur.*
18 *& fact. ign.* cum † videamus, infirmos cupidos eſſe ſciendi,
quæ fiant in ciuitate, interrogantes ſuos de domo, vel ami-
19 cos, & eos, qui viſitant eos, vt † experientia docet, rerum
magiſtra, *c. occupantes. & c. quam ſit. de elect. in 6. c. ſtatutum. de*
reſcrip. eod. lib. & in auth. de appell. & intra quæ temp. cum vulgar.
20 quæ ignorantia ceſſat in † abſente, cum nec per ſe, nec per
alios certiorari poſſit, & præſumatur ignorare intra ſua, *l. Ti-*
tius. §. Lucius. ff. de lib. & poſt. l. plane. vbi Bal. *ff. de excuſ. tut. l. tres*
fratres. vbi Ang. *ff. de pact.* cum ſimilibus per Dec. *conſ. 38. nu. 7.*
21 & Decian. *reſpon. 13. n. 43. vol. 2.* imo vero † magis ſuccurritur
abſenti, quam minori, vt eſt gl. & poſt eam Albet. & Bal. *in l.*
ſi qua militi. in prin. ff. ex quib. cauſ. maior. per illum text. iunct. l.
auxilium. ff. de min. Sign. *conſ. 187. col. 1.* Sal. *in l. 1. C. de reſtit. mil.*
Fulg. *conſ. 85. col. 1. & conſ. 147. col. fin.* Soc. *conſ. 153. col. fin. vol. 2.*

22 Aut vero ſupponimus, hunc † infirmum quidem fuiſſe
ſanum tantum mente, prout de iure hoc præſumitur, niſi
contrarium probetur, *l. nec codicillos.* & ibi not. Alex. poſt a-
lios, *C. de codic.* Iaſ. *in l. ſanum. poſt prin. C. de transf.* Dec. plenius
in l. ſenium. n. 9. C. qui teſt. fac. poſ. quo caſu ceſſat æquiparatio,
de qua ſupra, vt Iaſ. aduertit *in d. l. n poteſt.* & tunc ſicut ſtatu-
tum præſentem excludit, qui per dictum tempus tacuit, ita
23 & talem infirmum; † ſicut enim in præſente ſano præſumi-
tur ſcientia eius, quod publice factum eſt in ciuitate, vt ſunt
iſtæ Cridæ, ſecundum Bart. *in d. l. n poteſt.* & iuxta notata per
Card. *in Clem. 1. de for. comp.* Abb. *in c. 11. de poſtul. præl.* per Alex.
in l. ſi pupillus. in addit. Bart. ff. de inſtit. action. per Bal. *in l. manda-*
tum. penul. quæſt. C. mandat. & ob id à ſtatuto repellitur: non e-
24 nim † excuſat ignorantia eorum, quæ publice facta ſunt in
ciuitate, & in notitiam tranſiuerunt, vt tradit Roman. *con-*
ſil. 127. in fin. & Iaſ. *in §. rurſus. in fin. inſtit. de action.* imo dicitur
ſupina, & quæ latam præſupponit culpam, & ob id non di-
citur iuſta cauſa reſtitutionis, *l. nec ſupina. ff. de iur. & fact. ign.*
Felin. *in cap. vigilanti. col. 4. verſic. limita 3. de præſcr.* Dec. *conſil.*
36. col. pen. cum ſimilib. per Decian. *reſpon. 18. 257. vol. 1.* ita in hoc
infirmo, præſente in ciuitate, dicendum eſt, tum quia præ-
ſenti ſano æquiparatur, non autem abſenti, ſecundum Iaſ.
in d. l. n poteſt. tum quia præſumitur à viſitantibus, vel à fami-
lia ſua certioratus de Cridis factis, ne in ea culpam argua-
25 mus, † quæ in dubio non præſumitur, vt not. gloſſ. & Do-
ctor. *in l. ſi quis ex argentariis. §. final. ff. de eden.* Bar. *in l. ſi credi-*
26 *tor. poſt gloſſ. C. de pign. act.* Pariſ. *conſil. 90. num. 48. vol. 1.* & † vbi
ſumus in dubio, an ſit admiſſa culpa, nunquam quis poteſt
pro culpa condemnari. Bal. ibi, quod dictum pro notabili
refert, & ſequitur Alex. *conſ. 183. col. 2. poſt medium. verſic. quin-*
imo. vol. 7. Crau. *conſ. 1. num. 30.* Vnde Caſtren. eleganter *in d. §.*
27 *fin.* dicit, quod ſi † quis conueniretur, tunc aduerſarius a-
gens, & in culpa rei ſe fundans debet illam probare, alias
reus abſolueretur, ſequitur Laurentius Kirchoff. *conſ. 25. col.*
1. in 1. tom. diuerſ. Germania. & ego *conſil. 48. num. 32.* imo † ad 28
euitandam culpam præſumitur factum, quod veriſimiliter
fieri debuit, Bar. *in l. ſi cum venderet. §. fin. ff. de pig. act.* Deciſ.
Neap. 13. Crau. *conſ. 1. n. 20.*

Confirmatur hæc opinio, vt enim patet, ſtatutum ponit
regulam, deinde excipit in abſente, & aliis, inter quos de
infirmo nil ponit; ergo ille remanet ſub regula ſtatuti. Ex-
ceptio † namque declarat regulam, eamque confirmat in 29
caſibus non exceptuatis, vt not. Bart. *in l. quæſitum. §. fin. ff.*
de fund. inſtruct. & in §. vt autem. in auth. de non alien. cum aliis
copioſe deductis per Dec. *in l. 1. num. 27. ff. de reg. iur.* vbi et-
iam Cagnol. Ferrarius & Guil. Mayner tradunt, & ego *con-*
ſil. 103. num. 37. Si ergo infirmus perſonaliter, vel per legiti-
mam perſonam, quod ſtatutum concedit, *col. fin. in prin. ibi:*
Cum vero aliquis petitor perſonaliter, vel per legitimam perſonam
non comparuerit infra tempus, non comparuit, vtique ex regu-
la illius ſtatuti debet eſſe excluſus.

Non obſtant adducta in contrarium: ad primum enim
de † *l. quæſitum. ff. de re iud.* conſiderandum eſt, quod quan- 30
doque quæritur, an ex † parte rei impediti debeat mitti 31
procurator, ad contumaciam eius excuſandam, & tunc, ſi
impedimentum eſt neceſſarium & probabile, parumq; du-
raturum, excuſatur ipſe, ſi non comparuit, neq; etiam tene-
tur mittere procuratorem, ita procedit *d. l. quæſitum.* Quan-
doq; † vero quæritur ex parte actoris impediti, an mittere 32
debeat procuratorem ad præſcriptionem interrumpen-
dam, & tunc ſine dubio, ſi ipſe comparere non poteſt, de-
bet mittere procuratorem, alias non excuſatur, iſte eſt text.
cum gloſſ. *in l. 1. ff. de diuer. & tempor. præſcr.* & ita Bar. ibi di-
ſtinguendo declarat; cum quo etiam in his conſentit Imol.
in d. l. quæſitum. Abb. *in c. cum dilecti. col. 4. in fin. de dolo & con-*
tum. cum ergo iſte Franc. eſſet actor, & reperiret ſe impedi-
tum de menſe Auguſti ob infirmitatem, agereturq; ex par-
te ſua de interrumpenda præſcriptione incepta per hunc
Cauatiam, vtique ipſe debuit mittere procuratorem, quod
& ſtatutum ei concedit, vt ſupra oſtendi: ergo ſi non miſit,
ſibi imputandum eſt; & ob hoc iſtud tempus infirmitatis
detrahi non debet. Idq; confirmatur, quia tunc † demum 33
impedimentum excuſat, cum de illo facta fuit proteſtatio,
l. 2. §. quod dicimus. ff. ſi quis caut. & ibi Doct. copioſe Boer. *q.*
40. n. 40. Ripa *in tract. de peſte. tit. de priuil. iudic. nu. 22. & 24.* Pa-
riſ. *conſ. 101. n. 95. & conſ. 124. n. 3. vol. 1.* Soc. iun. *conſ. 104. n. 26. vol.*
3. Menoch. *conſ. 100. n. 118.* & ego *conſ. 398. n. 28.* Ergo neceſſaria
fuit miſſio procuratoris, qui dictam proteſtationem face-
ret; & de hac proteſtatione neceſſaria plures cumulat au-
ctoritates Crau. *conſ. 401. n. 8.* qui licet ſubiungat, crebriorem
Doctorum ſententiam hanc neceſſitatem proteſtationis
non admittere, tamen præ † cæteris caſibus, in quibus eſt 34
neceſſaria, præcipuus is eſt, quotiens id agitur, vt ius alicui
quæratur, vt tradit Gozad. *conſ. 66. col. 3.* quod etiam præſen-
ſit Aret. *conſ. 61. col. 2.* quem ponderat Crauet. *loc. cit.* quod
caſui noſtro conuenit, vt ius Franciſco quæratur aduerſus
præſcriptionem.

Ad ſecundum vero dico, illud procedere in † impedi- 35
mento iuris: tunc enim non currit præſcriptio, *l. 1. in fin. C. de*
ann. excep. & iſte non eſt caſus noſter; ſecus autem in impedi-
mento facti, vt in caſu noſtro: tunc enim bene currit præ-
ſcriptio, *l. & Atilicinus. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* ita poſt Iac. Buer.
declarat in effectu Bartol. *in l. Senatus. num. 3. ff. de offic. præſid.*
quem ſequitur Abb. & Felin. *in d. c. ex tranſmiſſa. col. fin.* vbi &
alios citat *de præſcript.* idemque tenet Corn. *in conſil. 191.*
col. 2. vol. 3. cum quo tandem tranſit Balb. *in d. 2. part. 6. part.*
prin. nu. 18. in fine. Claud. Aquenſ. *in l. naturaliter. n. 40. ff. de vſu-*
cap. Et licet iſti Doctor. videantur conſentire, quod † detur 36
reſtitutio in integrum, quando fuit impedimentum iu-
ſtum, prout in infirmitate proprie contingit, tamen animo
aduertendum eſt, iſtud ſane intelligendum eſſe, quando
impeditus tale impedimentum remouere non potuit; ſi ve-
ro illud potuit remouere, & fuit negligens in remouendo,
non reſtituitur aduerſus curſum temporis, ita in notabili caſu
dixit Roman. *in conſ. 9.* vbi tenet, quod non audiatur, petens

redu-

reductionem poſt terminum ſtatuti, allegando ſe fuiſſe im-
peditum eam petere, propter iuramentum, cum in termi-
no potuerit petere abſolutionem à iuramento, & reductio-
nem petere; & ſic cum non potuerit remouere impedimē-
tum, & non fecerit. Idemq; tradit Bald. *in c.1. in fin. de præſcr.*
37 volens, † quod currat præſcriptio excōmunicato, quamuis
nō potuerit agere, ſi potuit petere abſolutionem, & nō cu-
rauit; quia paria ſunt, nō fuiſſe impeditū, vel impedimentū
tollere potuiſſe, idemq; tradunt Cardinal. Abb. & Imol. *in
cap. cum inter. de except.* & ibi ſequitur Felyn. *col. 12. verſ. vtrum
excommunicatm. num. 19.* & poſt eum Dec. abunde *num. 21. col.
7.* idemq; Felyn. plura congerit *in d. c. ex tranſmiſſa. col. 2.* & vl-
tra eum confirmatur ex dictis, & notatis per Barto *in l. qui-
bus diebus. in vlt. not. ff. de condit. & demonſtr.* Alexand. *conſil. 72.
colum. 3. in fin. vol. 3. conſil. 146. colum. pen. in fin. verſ. beneficiis.
volum. 5. conſil. 62. colum. 2. volum. 6. & conſil. 68. colum. fin. vol. 7.*
cum ſimilibus per Crauet. *conſil. 327. num. 25.* & præter eum
Balb. *in d. tract. de præſcript. in d. 1. part. 6. part. princip. num. 23.* &
nouiſſime Dec. *in l. 1. in vltima lect. num. 69. C. qui admit. & in l.
qui poteſt facere.* vbi etiam Cagnol. abunde, *ff. de reg. iur.* ma-
xime poſt Dom. meum Riminaldum, *in l. procurator. in vlt.
nota. Cod. de edend.* Sed in caſu noſtro hic Franciſcus infir-
mus, ob id impeditus comparere, potuit tale impedimen-
tum remouere, non dico infirmitatem; tuſi cura Medici, &
vita ſobria; ſed mittendo procuratorem legitimum, quod
ei ſtatutum concedit, & ad quod de iure communi etiam
tenebatur, ſi volebat præſcriptionem interrumpere, iuxta
not. per Bart. *in d. l. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.* Ergo ſi hoc
non fecit, ſibi imputare debet, tempuſque debere eſſe de-
curſum, ſine ſpe alicuius reſtitutionis: nam quod infra cer-
tum tempus agendum eſt, tempore finito, euaneſcit. *l. epi-
ſtola. §. fin. ff. de pact. l. Imperator. ff. de poſtulan. l. 1. §. ſi mulier. ff. de
libe. agnoſc. l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſ. tut.* Bart. *conſ.
100. à D. Cyno. col. 2. in ſecundo puncto.* Bald. *conſil. 142. quidam D.
Paſinus. col. 1. vol. 2.* & Crauet. latius *conſ. 233. num. 7.* ex hacque
ſolutione colligitur pari modo reſponſio ad tertium cōtra-
38 rium, quod erat, vt † tempus detrahi debeat pro rata impe-
dimenti, id enim procedit, quando ſumus in caſu, in quo
impeditus meretur reſtitui, vt quia nō potuit impedimen-
tum remouere, tunc enim reſtituitur ad tantundem tem-
poris, quo fuit impeditus. Et ita proprie loquitur Balb. ſu-
pra allegatus: ſecus autem eſt, quando impeditus potuit
remouere impedimentum, & non fecit; tunc enim ex quo
non reſtituitur, ſecundum omnes, quos ſupra citaui, fruſtra
quæritur, de detractione temporis, quo impeditus fuit; ſi
enim detraheretur, in effectu reſtitueretur; cuius contra-
rium omnes volunt; ergo dicendum eſt, tempus nō detra-
hi; ne quod vna via prohibetur, alia concedatur. *c. cum quid.
de reg. iur. in 6.* idque pulcherrime comprobatur: nam vbi-
cunque reſtitutio non datur aduerſus aliquem actum, non
datur etiam aduerſus alium, ſi per illum actum præiudica-
tur illi actui, aduerſus quem lex prohibet reſtitutionem da-
ri; ita poſt Bart. *in l. ſi ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. verſ. nono
reſtitutio. ff. ex quib. cauſ. maio.* dicit Capit. *deciſ. 152. n. 2.* quem
refert & ſequitur Sfortia Oddo, *in tract. de reſtit. in integr. par.
1. q. 15. num. 15.*

Ad vltimum de reſtitutione concedenda ex clauſula ge-
nerali, pluribus modis reſpondeo: Primò enim dico, quod
39 cum hoc † ſtatutum in principio dicat, quod vltra dictum
terminum nullus audiatur, volens aliquam litem, vel quæ-
ſtionem, ſeu controuerſiam mouere contra ipſum empto-
rem, ſed vnicuique, poſt curſum dicti temporis, ſilen-
tium imponatur; ſequitur ex his verbis, reſtitutionem in in-
tegrum tolli; vt in ſimili ſtatuto Ferrariæ ample docet Are-
tin. *in conſil. 104. in 2. dub.* vbi pari modo dicebatur, quod præ-
ſcribens non poſſit moleſtari, vel turbari directe, vel indi-
recte, à quauis perſona, &c. concludit enim ex his verbis,
tolli reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem
decurſam; & eum ſequitur Felyn. *in c. vigilanti. in 6. limita. de
præſcript. in 6.*

40 Confirmatur & melius: nam † illa verba; *nullus audiatur*,
quę ſic actorem inhabilitant, operantur nullitatem proceſ-
ſus, ipſo iure, & ſic etiam parte non opponente, vt voluit Ia-
cob. de Aret. *in diſput. quæſtio eſt. ſi lata eſt ſententia.* quem re-
fert, & ſequitur Bald. *in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccl. col. 2.
& l. edita. col. pen. verſ. item quando. C. de eden. & in quæſtione per
eum diſputata. ſtatuto cauetur, quod fœnerator.* Ioan. Andr. *in ad-
dit. Specul. de ſen. prolat. §. iuſt. a. verſ. item eſt nulla.* Imol. Alex. &
Iaſ. qui dicunt eſſe magis communem, *in l. 1. §. ſublata. ff. ad
Treb.* Alex. *conſ. 37. col. 2. vol. 2.* Dec. *conſil. 275. col. 3.* poſt Aret.
conſ. 15. col. 2. dicens, quod cum iſta ſit communis opinio, nō
eſt ab illa recedendum, quam ſequitur etiam Tiraq. *in l. ſi
vnquam. verb. reuertatur. n. 175. C. de reuoc. donat.*

Sed & vlterius comprobatur ex verbis dicti ſtatuti ſe-
quentibus, quæ dicunt; † *ſed vnicuiq. poſt curſum dicti tempo-* 41
ris ſilentium imponatur. quæ verba denotant, quod iudex ei
ius non reddat, nec in cauſa procedat, † quod à ſuperiore 42
iuberi poteſt. *l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.* & ibi Bald. poſt
Cyn. dicens, quod Marchio prohibere poteſt omnibus iu-
dicibus, ab eo in Marchia deputatis, ne vtantur iuriſdictio-
ne. Ideinque Bald. *in l. 1. circa fin. C. quomodo & quan. iud.* cum
ſimilibus per Iaſ. *conſ. 144. col. 2. vol. 2.* & ita ſignanter per præ-
dicta in terminis huius ſtatuti dixi *conſil. 74. num. 30. cum ſeq.*
Quibus addo nunc, quod Sereniſs. Dux noſter Alphonſus
II. in literis ſuis, ſtatuta, in quibus hoc eſt inſertum, de nouo
conceſſit, ea præcipiens perpetuo ſeruari, & ſic audientiam
denegari volenti agere; quod indubitanter facere poteſt,
vt tradit Cardin. & Imol. *in c. quia diligentia. de elect.* Soc. *in l.
Gallus. §. & quid ſi tantum. n. 17. ff. de lib. & poſth.* Pariſ. *conſ. 1. n. 38.
& conſ. 51. num. 133. vol. 4.* Ruin. *conſ. 55. num. 9. vol. 5.* & ego *conſ.
54. num. 14.*

Secundo reſpondetur, quod tunc demum † reſtitutio 43
datur ex clauſula generali; *ſi qua mihi iuſta cauſa. &c.* cū quis
fuit in iuſta, & probabili ignorantia; ſecus ſi ſupina, & craſ-
ſa; idemque ſi fuit in præſumpta ſcientia, vt in coniuncto,
l. octaui. ff. vnd. cogn. vtrobique enim ceſſat talis reſtitutio, vt
de primo tradit Imol. *in c. fin. col. 3. de præſcript.* Roman. *conſ.
127. in fin.* Aret. *conſ. 15. in fin.* Dec. *in l. 2. C. qui admit.* de ſecun-
do Anch. *in conſil. 170. principaliter contra iſtos legatarios. col. 2.*
Felyn. *in d. c. vigilanti. in 3. limitat.* poſt Aret. *in d. conſil. 15.* A-
lex. *conſil. 162. viſo proceſſu cauſæ. vertentis col. fin. in princ. vol. 2.*
Socin. *conſil. 2. colum. pen. verſ. vltra rationes. vol. 3.* Curt. ſen.
conſ. 82. colum. 2. Gozad. *in conſ. 8. col. fin.* Balb. *in d. tract. de præ-
ſcript. in 4. part. 4. part. princ. q. 29. num. 8.* late Pariſ. *conſ. 23. num.
218. cum duob. ſeq. vol. 1. & in conſ. 16. n. 139. vol. 2.* ſed ſic eſt, quod
in hoc Franciſco cadat præſumptio ſcientiæ, aut ſupina, aut
craſſa ignorantia: probatur primum, † præſens enim in ci- 44
uitate præſumitur ſcire bannimenta, facta publice in ciui-
tate, vt ſupra oſtendi, & generalius; præſens præſumitur
habere ſcientiam, gloſſ. & Bald. *in l. ſi tutor petitus. Cod. de
pericul. tutor.* ſequitur Alciat. *in l. 1. in princ. num. 1. ff. de ver-
bor. oblig. at.* & Cephal. *conſil. 481. num. 16.* idque etiam in in-
firmo ſanæ mentis cadit, vt ſupra dixi: ergo non video,
quomodo ei concedi poſſit reſtitutio ex hac clauſula genē-
rali, contra communem omnium Doctorum ſententiam,
de quibus ſupra.

Secundum vero deducitur auctoritatē Bald. *in repet. l. fin.
col. 13. verſ. ſed iuxta hoc quæro. C. de præſcript. long. temp.* quem
refert, & ſequitur Balb. *in d. 29. q. num. 9.* vbi dicit, quod eſt
quædam † ignorantia facti, quæ non tollit negligentiam; 45
verbi gratia, ego ſcio fundum eſſe meum, ſed ignoro ipſum
poſſideri per tertium, vtique dicor ego eſſe in negligentia,
non eundo ad eius poſſeſſionem, neque cuſtodiendo rem
propriam, eaque non fruendo; itaque non obſtante tali er-
rore facti, præſcriptio procedit contra me, ipſo iure; & in ef-
fectu hoc eſt aduerſus reſtitutionem, idemque clarius Fe-
lyn. *in d. c. vigilanti. in 5. limitat.* damnans Petrum de Peruſ.
dicens, quod tali caſu, quando quis ſcit rem eſſe ſuam, ſed
ignorat eam ab alio poſſideri, ſemper ex ignorantia craſſa,
denotans meram negligentiam in cuſtodiendo rem ſuam,
eaque fruendo; vnde non competit ei iuſta petitio reſtitu-
tionis: talis enim ignorantia ſupina latam culpam præſup-
ponit, nec dicitur iuſta cauſa reſtitutionis, vt per Fely. *in d. c.
vigilanti. limitat. 3.* Dec. *conſ. 36. col. pen. verſic. & per hoc tollitur.*
Roman. *conſ. 340. in fin.* vbi dicit, quōd talis ignorantia neq;
eam alleganti prodeſt, & habetur pro ſcientia, ſequitur

Marſ. *in l. qui ignorans. ff. de falſ. & in l. qui falſam. num. 94. cod. tit.* Gozad. *conſil. 8. colum. fin. & conſil. 68. num. 14.* Decian. *reſp. 18. num. 257. vol. 1.* ſed ſic eſt, quod iſte Franciſcus habebat inſtrumentum dotis maternæ, & ſic ſciebat hanc domum eſſe ſuam, vigore d. dotis, de qua in d. inſtrumento. *l. non eſt ferendus.* & ibi Bald. *ff. de tranſact.* Dec. *conſil. 383. conſ. 607. n. 4. conſ. 613. num. 3.* & Decian. *reſp. 24. num. 97. vol. 1.* & ex aliis, Cephal. *conſil. 452. num. 3.* Dato igitur, quod etiam ignorauerit eam emptam fuiſſe, & poſſideri, per hũc Cauanam, tamen reſtitui non debet; quia hæc fuit ignorantia craſſa, & ſupina in non cuſtodiendo rem ſuam, ſecundum Bald. Balb. & Felynum.

Tertio, dato etiam, quod tempore, quo fuit infirmus,
fuerit in iuſta, & probabili ignorantia; quia tamen poſt in-
firmitatem, durante adhuc, nec dum finita, præſcriptione
14. menſium, ſuperuenit in eo ſcientia, ſeu ſuperueniſſe
46 præſumitur; quia † præſens, & ſanus, præſumitur ſcire pu-
blice ſacta in ciuitate, ſecundum Bart. *in d. l. ſi poteſt.* cum a-
47 liis ſupra deductis; vtique non eſt concedenda talis † reſti-
tutio: quia ex quo ſcientia ſuperueniente, potuit præſcriptionem interrumpere, & eam interrumpere neglexit, ceſſat iuſta cauſa concedendi reſtitutionem, ex dicta clauſula generali. Ita ad ſcopum declarat Ruin. eleganter *in conſil. 139. colum. fin. in princ. 2. vol.* vnde ex tot reſponſionibus à ſufficienti partium enumeratione factis, patet, talem reſtitutionem nullatenus eſſe concedendam, huncque Franciſcum audiendum non eſſe, principalemque meum omnino abſoluendum fore. *Hippol. Rimin. Ferrar.*

Pro eodem Cauatia.

ARG. Statutum de præſcriptione generaliter loquens, an comprehendat dotem, aliasq; res, ſeu cauſas priuilegiatas. De poſſeſſione ciuili & naturali. Et an reſtitutio in integrum ex clauſula generali, contra ſtatutum, cõcedi poſſit, propter infirmitatem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de præſcript. temp. generaliter loquens, an comprehendat cauſam dotis & n. 2.*
3 *Statutum diſponens, emptorem ad Cridas non poſſe inquietari, non habet locum in cauſa dotis.*
4 *In dubio pro dote reſpondendum.*
5 *Dos nondum recuperata ſoluto matrimonio habet omnia priuilegia dotis excepta alienatione prohibita.*
6 *Omne priuilegium dotis tranſit ad heredes excepto priuilegio prælationis & n. 7.*
8 *Statuto vtens, & in eo ſe fundans, debet probare qualitates illius concurrere in caſu ſuo.*
9 *Tempus cum eſt fundamentum intentionis alicuius explicite, probari debet.*
10 *Poſſeſſio an transfertur per conſtitutum.*
11 *Poſſeſſio in heredem continuatur.*
12 *Nemo dat quod non habet.*
13 *Reſtitutio in integrum an propter infirmitatem detur ex clauſula generali.*
14 *Contumax quatenus præſumatur ſcire facta contumacis.*
15 *Impedito ad proſequendam appellationem vno menſe, etiam ſi ſuperfuerint 11 menſes, datur ſecundus annus.*
18 *Donatio ex cauſa dotis, an reuocetur ob ingratitudinem.*
20 *Bonorum poſſeſſio militis, an vltra tempora determinata agnoſci poſſit. & n. 21. 22.*
23 *Statutum generaliter loquens, an referatur etiam ad caſus priuilegiatos & n. 24.*
25 *Dos multa habet priuilegia.*
26 *Dotalia inſtrumenta non comprehenduntur ſub ſtatuto, ſanciente, quod inſtrumenta non probent non regiſtrata in memorialibus, & ex n. 27.*
28 *Neguſantius & alij refelluntur & n. 29. 30. 31. 47.*
31 *Regiſtratio an ſimilis ſit inſinuationi. Et quid ſit inſinuatio, & coram quo fieri poſſit. n. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
32 *Simile non eſt idem.*
40 *Doctores alium allegantes debent intelligi ſecundum eum, quem allegant.*
41 *Legatum dotis non venit in renunciatione generali legatorum.*
42 *Renunciatio generalis non extenditur ad legitimam.*
43 *L. bene à Zenone. non habet locum in præiudicium dotis. & numer. 46.*
44 *Fiſcus non vtitur priuilegio ſuo contra dotem.*
45 *Dos alienari non poteſt, & in hoc dicitur ſpecialiter priuilegiata, de iure communi.*
48 *Opinio communis dicitur ea, quæ plurium Doctorum teſtimonio comprobatur.*
49 *Dos in materia præſcriptionis, non eſt ſpecialiter priuilegiata.*
52 *Opinio quæ dotis fauet an ſit tenenda, ſi communis opinio ſit in contrarium. & n. 53. 54.*
55 *Opinio communis ſemper verior præſumitur, & eſt approbatior.*
56 *Poſſeſſio naturalis actualiter apprehendi poteſt, non obſtante quod alius ciuiliter poſſideat.*
57 *Et quod hæc poſſeſſio non includatur à ſtatuto de præſcript. & numer. 58.*
59 *Apprehenſio rei, quam alius ciuiliter poſſidet, dicitur clandeſtina.*
60 *Habens potentiam in re ab eo per præſcriptionem poteſt excludi.*
61 *Verbum, vnicuique, quid comprehendat.*
62 *Verbum, vnicuique, eſt ſignum vniuerſale.*
63 *Statuti expoſitio.*
64 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali quando locum non habeat, & quibus non datur. n. 65. Et quando per ſtatutum cenſeatur ſublata. n. 66. 67. 68. 69.*
70 *Præſens in ciuitate præſumitur ſcire Cridas, & ſimilia.*
71 *Scientia aliter. & factis præſumitur in eo, qui fuit vocatus ad præſtandum conſenſum inſtrumento.*
72 *Et tunc ceſſat ignorantia præſumpta in contumelis, circa contractum.*
73 *Tempus dicitur de forma, quando limitate reperitur appoſitum in aliqua diſpoſitione.*

CONSIL. DCCCII.

IN caſu in ſuperiori conſilio propoſito, ex aliis quibuſdam nouis fundamentis, clariſſimus dominus Iudex dubitauit contra D. Antonium Cauatiam; Imprimis enim in-
quit; † ſtatutum hoc, *de præſcript. temp.* generaliter loquens, 1
non comprehendit cauſam dotis, vt iſta eſt, de qua agitur, ob dotem enim maternam Franciſcus aduerſarius in hac domo ius prætendit, citat Neguſ. *in tract. de pign. in 1. memb. 8. part.* vbi poſt Iaſ. *in l. 1. 3. notab. ff. ſolut. matrim.* Salyc. *in l. fin. C. de iur. dot.* Bald. *conſil. 323. quemadmodum Imperator.* Socin. *conſil. 46. num. 25. volum. 4.* Franciſcum Pepu. *in conſil. 76. colum. fin. inter conſil. Socin. volum. 4.* Bald. Nouell. *in tract. dot. in 6.*
part. priuileg. 47. in fin. concludit, hanc eſſe † communem o- 2
pinionem; quibus etiam addit dominus Iudex Caſtan. *conſil. 12.* Ruin. *conſil. 194. & ſeq volum. 1.* & vltra ipſum addo ego, Guil. Pont. *in d. l. 1. num. 18.* Iaſ. *in l. filiusfam. §. diui. num. 64. ff. de leg. 1. & in l. quod dicitur. la ſecunda. num. 5. ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſil. 81. num. 9. volum. 3.* Martil. *ſing. 442. in fin.* & vltra
in terminis terminantibus reperio, quod Ripa *in d. l. 1. n. 15.*
citat Bald. *conſil. 126. vxor agens. vol. 5.* tenentem, quod † tale 3
ſtatutum, diſponens, emptorem ad Cridas, nõ poſſe inquietari, non habeat locum in cauſa dotis; quo nihil melius adduci poteſt, & ego inueni conſilium tale, *in 2. volum. 292.*
quin etiam ſubdit excellentiſ. Iudex, quando etiam hæc
opinio † eſſet dubia, tamen in ambiguis pro dote reſpon- 4
dendum eſſet, vt tradit Barbat. *conſil. 60. volum. 2.* Dec. *in cap. 1. volum. fin. de conſtit.* Imo inquit ipſe, ſatis in caſu noſtro hoc
priuilegium dos habere debet, cum, † licet ſolutum fuerit 5
matrimonium, non tamen vnquam fuerit recuperata, quo caſu ei competũt omnia priuilegia dotis, præterquam quo ad alienationem prohibitam, vt tradit Socin. *in rubr. ff. ſolut. matrim. colum. 2. poſt princ.* & licet dominus Iudex non dicat, vltra Soc. Iaſ. *in d. l. 1. num. 26.* ponderat Bart. ibi velle, quod
omne † priuilegium dotis tranſeat ad heredes, excepto pri- 6
uilegio prælationis, quod eſt duplex; Parique modo vltra Iaſ. Bald. Nouell. *in d. tract. dot. in 12. part. in 8. q.* remittendo ſe ad dicta ſuperius, circa multa priuilegia dotis, concludit
ea, & † heredi competere, quia competunt dict. *l. inter pa-* 7
res ff. de re iud. & l. in ambiguis. ff. de reg. iur. ſimpliciter dicat doti fauendum eſſe.

Secundo principaliter monetur D. Iudex: ſtatutum enim hoc *de præſcript. temp.* requirit, quod fundans ſe in eo, & ſic acquirens, rem tenuerit, & poſſederit per ſe, vel per alium quiete, & ſine contradictione alicuius per 14. menſes à die acquiſitionis, ſed hic non conſtat, quod Cauatia dominum hanc poſſederit per dictum tempus à die acquiſitionis, vſque ad comparitionem huius Franciſci excluſiue; er-
go debet iſte Cauatia ſuccumbere; tum quia † fundans ſe in 8
ſtatuto, probare debet qualitates ſtatuti concurrere in caſu
ſuo,

Digitized by Google

ſuo, iuxt. doct. Bart. *in l. ait prætor. §. 1. ff. ne quid in flum. publ.*
Ioan. Andr. *in cap. 1. de homic. in 6.* quos ſequitur Dec. *conſ. 18.*
num. 4. conſ. 44. in princ. conſ. 356. num. 4. conſ. 550. num. 4. conſil.
589. num. 7. conſ. 434. conſ. 440. in princ. Marſ. *ſing. 187.* Rube.
conſil. 16. num. 14. Rimin. D. meus *conſil. 58. in fin. conſil. 114.*
9 *num. 8. cum ſimilibus*; tum quia † quando tempus eſt funda-
mentum intentionis alicuius, explicite, probari debet, a-
lias ille ſuccumbere debet. *gl. in l. eum actum.* quam Bart. ibi
not. *ff. de negot. geſt.* Iaſ. *in rubr. C. qui adm. num. 6.* Bart. Alex. &
alii *in leg. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de oper. non. nunc.* Dec.
conſil. 210. colum. penul. in fin. Crauet. *conſ. 6. nu. 106.* & per con-
ſequens, hoc non probato, videtur, quod iſte Franciſcus
comparuerit in termino; nec vigore conſtituti appoſiti in
inſtrumento dicitur conſtare de poſſeſſione ipſius Caua-
10 tiæ: tunc enim demum per † conſtitutum transfertur poſ-
ſeſſio, ſi probetur, quod conſtituens tempore cõſtituti poſ-
ſidebat, alias fundans ſe in conſtituto, ſuccumbit, ita gloſſ.
notab. quam Ang. Alexan. & alii ſequuntur, *in l. quamuis. §. ſi*
conductor. ff. de acquiren. poſſeſſ. Alexand. *in l. quod meo. num. 22.*
eod. tit. Dec. *in conſ. 246. num. 3. Deciſ. Neapol. 335.* Rimin. meus
conſil. 410. num. 8. conſil. 466. num. 3. Quinimmo, vt ſubdit do-
11 minus iudex, de † poſſeſſione aduerſarii conſtare videtur,
ex eius teſtibus, deponentibus, quod mater eius hanc do-
mum, vſque ad mortem, pro dote ſua poſſederit; vnde in
hunc, vt eius filium, & heredem, videtur continuata poſ-
ſeſſio, vigore ſtatuti noſtri; *Quod poſſeſſio defun.* Ergo auctor
Cauatiæ non potuit in eum poſſeſſionem transferre, argu-
12 men. *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.* † nemo enim dat quod
non habet, iuribus vulgaribus.

Tertio ſubiungit Dn. iudex, ex aliis per eum dictis, in
prioribus dubiis; hunc Franciſcum omnino ex clauſula ge-
13 nerali reſtituendum fore; propter † infirmitatem; quo tem-
pore non fuit negligens; nec enim talis reſtitutio à ſtatu-
to ſublata videtur, quicquid dixerit Aret. *in conſ. 104.* alias
per me citatus: contra eum enim tenet Felyn. *in c. vigilanti.*
col. 2. in 1. limitat. de præſcr. citans Alex. *in conſ. 309. ad fin.* Nec
quæ de præſumpta ſcientia, aut ignorantia craſſa alias de-
duxi, obſtare videntur; quoniam vt inquit Bal. *in l. quoniam*
14 *ſororem. C. de iur. deliber.* † coniunctis præſumitur ſcite facta
coniuncti, quo ad mortem, iura ſanguinis, & ſimilia, non
quo ad contractus; cum ſint momentanei, non autem tra-
ctum ſucceſſiuum habeant; quod etiam tradit Paulus de
Caſtr. *in l. 1. ff. ſi cert. petat.* Alexan. *conſ. 71. col. pen. in fin.* Rimin.
meus *conſ. 528. num. 32.* Ruin. *conſ. 174. num. 2. vol. 1.* Vnde ceſ-
ſat præſumpta ſcientia, & ignorantia non dicitur craſſa, ſed
excuſabilis, ſtante infirmitate dicti Franciſci; nec ſuperue-
niens ſcientia, vt ego dicebam tempore pendenti, vide-
tur eum debere excludere à dicta reſtitutione, *ex conſ.* Ruin.
139. in fin. volum. 2. quoniam dicit Dn. iudex, Ruin. non ſa-
tis probare concludenter opinionem ſuam, & contrarium
tenet Bart. *in auth. item ſi appellatione. Cod. de tempor. appellat.*
15 & Caſtr. *conſil. 27. colum. final. in antiquis.* vbi † impedito ad
proſequendam appellationem vno menſe, etiam ſi ſuper-
fuerint 11. menſes, datur ſecundus annus: ſic ergo & in eo,
cui ſuperuenit ſcientia pendente termino, debet reſtitui
tempus, quo ignorauit, aut impeditus fuit.

Iſtis tamen non obſtantibus, quod ſuperiore conſilio
meo concluſum fuit, indubitanter eſt verius, & de iure te-
nendum; quod, vtpote ſatis roboratum, non vlterius con-
firmabo; Solum igitur deueniam ad hæc, quæ nouiter ob-
iiciuntur.

16 Et quo ad primum, aduerti debet, quod illa † concluſio;
ſio; quod lex, aut ſtatutum generaliter loquens, non com-
prehendit cauſam dotis, non ita paſſim procedit, ſed tunc
demum, quando dos reperitur ſpecialiter priuilegiata de
iure communi, in illo caſu, de quo lex, aut ſtatutum gene-
17 rale loquitur: † ſi vero non reperitur in ſpecie priuilegiata
dos eo caſu, tunc indubitanter cõprehenditur ſub lege, aut
ſtatuto generali: Ita in plurib. locis firmauit Dec. videlicet
in l. ſi certis annis. C. de pact. in l. ex teſtamento. C. vnde libe. in l. 1. in
2. not. ff. de reg. iur. in c. ſedes. num. 13. de reſcript. in conſil. 5. in conſil.
301. conſil. 496. colum. pen. & in conſil. 536. num. 8. idem tenet
Crot. *in d. l. 1. ff. ſolut. matr. num. 12. in 4. notab.* & ibidem Ripa
larius *num. 15.* Curt. iun. *in l. heres abſens. ff. de iudic.* idem con-
cludit Ripa *in l. fin. in 51. q. C. de reuoc. donat.* volens † dona- 18
tionem ex cauſa dotis reuocari, ob ingratitudinem mulie-
ris, iuxta regulam illius textus, cum dos in hoc priuilegiata
non reperiatur. Idem etiã tenuit Hieron. Cagn. *in d. l. 1. n. 16.*
ff. de regul. iur. Alciat. *in l. in generali. ff. de verb. ſign. & lib. 4. pa-*
rad. cap. 10. Catelanus Cotta *lib. ſuo memorial. in verb. dos ha-*
bet. in fin. Andr. Tiraquel. *in lib. ſuo de retract. in §. 1. gloſſ. 14.*
num. 103. Socin. iun. *conſil. 12. num. 12. vol. 2.* Gratus *conſil. 130. num.*
9. in 2. volum. Gozad. *conſil. 97. num. 7.* & illud idem videtur
fuiſſe de intentione Ruini *conſil. 195. num. 4. in fin. volum. 1.* vbi
adaptando caſum ſuum ad vnam reſponſionem, datam ex
aduerſo deciſioni Salyc. *in d. l. fin. C. de iur. dot.* quod ibi dos
eſſet ſpecialiter priuilegiata de iure communi, in caſu, de
quo ſtatutum loquebatur, in caſu vero Ruini ſecus: re-
ſpondet ipſe, quod reſponſio talis eſt fugitiua, quia imo
quo ad promiſſionem † dotis, de qua agebatur in caſu ſuo;
quæ fit pro alia per mulierem, dos in ſpecie habet priuile- 19
gium, vt promiſſio valeat, quæ non valeret ex alia cauſa fa-
cta. *l. ſi dotare. l. fin. C. ad Vell.* & ſic in caſu ſuo dos erat ſpecia-
liter priuilegiata, & per conſequens videtur Ruin. ibi ſe de-
clarare, quod in quantum in ſuperiori conſilio determina-
uit in ſtatuto generali, de quo cõſulebat non comprehen-
di dotem, per doct. Salyc. *in d. l. fin.* id eſſe, quia in caſu dicti
ſtatuti dos erat ſpecialiter priuilegiata de iure communi: i-
ta quod ſic eum declarando, patet, eum eſſe pro hac parte,
non autem pro contraria: & in hac opinione reſidere quo-
que videtur Gabriel. Roman. *lib. 6. de legib. & conſtit. concl. 1.*
in fin. licet multum confuſe loquatur; & inſuper idem te-
net Roland. à Vall. *in tract. de lucr. dotis. q. 105. n. 8.* citans Dec.
in d. conſ. 5. & in aliis locis, vbi tenet hanc opinionem, quam
etiam tenui, *Inſtit. quib. alien. lic. in princ. & in l. pretib. n. 84. C.*
de imp. & ali. ſubſtit. probaturq; per text. notabil. & ibi Bald.
perpendit. *l. in fraudem. §. fin. ff. de teſt. mi. milit.* quem citat et-
iam Dec. *in d. conſil. 5. & alibi.* nam dicitur ibi; † bonorum 20
poſſeſſionem vltra tempora edicto determinata, nec mili-
tis agnoſci poſſe; quia generalis eſt iſta determinatio, & ſic
ibi vult text. quod † edictum generale prætoris, de agno- 21
ſcenda bonorum poſſeſſione, infra tempus determinatũ,
centum dierum in extraneis, anni vero in parentibus, & li-
beris. *l. 1. §. largim. & §. fin. ff. de ſucc. edict.* comprehẽdat etiam
bonorum poſſeſſionem, delatam ex teſtamento militis;
quantumcunq; tale teſtamẽtum ſit priuilegiatũ. *l. 1. ff. de teſt.*
milit. q. † ex eo cauſatur; quia in eo caſu edicti prætoris non 22
reperitur in ſpecie priuilegiatum teſtamentum militis;
& hoc eſt, quod cum magno myſterio voluit dicere Bald.
in d. §. fin. notans, quod † generale ſtatutum refertur etiam 23
ad caſus priuilegiatos, dummodo per hoc non infringatur
priuilegium, in hac enim modificatione, quã poſtremo lo-
co ſubiecit, ſenſit ſecus eſſe, quãdo priuilegium infringere-
tur, hoc eſt, quando caſus eſſet in ſpecie priuilegiatus in ter-
minis ſtatuti generalis: nam tali caſu illud non referretur ad
illum caſum particulariter priuilegiatum, ſed *in d. §. fi.* refer-
tur illa diſpoſitio edicti generalis ad teſtamentum militis
priuilegiatum, quia per hoc non infringitur priuilegium, ex
eo, quia teſtamentum militis in terminis illius edicti gene-
ralis, non eſt in ſpecie priuilegiatum; vnde quod ibi ſic de-
ciditur † in dote, pariter decidi debet, vt ſub regula genera- 24
li comprehendi debeat, quando non reperitur in terminis
regulæ ſpecialiter priuilegiata.

Et hæc opinio, vltra rationes, quibus vtitur Dec. *in locis*
prealegatis. corroboratur etiam alia colorata, quia mouetur
Curt. iun. *in d. l. heres abſens.* & Cagnol. *in d. l. 1.* nam † dos ha- 25
bet multa priuilegia, de quibus notatur *in l. 1. ff. ſolut. matrim.*
ſuper quibus Dd. multum laborãt, ſed ſi verum eſſet, quod
cauſa dotis paſſim eſſet exempta ab omnibus legibus ge ne-
raliter loquentibus, non eſſet opus vt Dd. laborarent ſuper
priuilegiis ſpecialibus, ſemper enim intelligeretur excepta
in omni caſu.

Quinimo, ſi recte metiamur Doctores ex aduerſo cita-
tos, videbimus eos loqui in effectu in caſu, in quo dos erat
ſpecialiter priuilegiata, in caſu, de quo lex generalis, aut ſta-
tutum loquebatur; & ſic extra hunc caſum eos aliter ſentire;
hoc

Digitized by Google

hoc enim imprimis patet in terminis Salyceti *in d.l.fin.* nam
ibi de iure communi dos erat in ſpecie priuilegiata, vt non
26 requireretur inſinuatio, vnde infert Salyc. quod † ſi ſtatuto
cauetur, vt inſtrumenta non probent, niſi reperiantur in
memorialibus regiſtrata, ſub eo inſtrumenta dotalia non
27 comprehenduntur: † id enim eſt, vt inquiunt Dec. & alii
ſequaces ſupra citati; quia de iure cõmuni dos erat ſpeciali-
ter priuilegiata, vt non requireretur inſinuatio, & ſic in ca-
28 ſu ſtatuti; & licet † Neguſ. vbi ſupra, contra ſentiat, quia ius
commune de inſinuatione loquebatur, ſtatutum autem de
regiſtratione in archiuo publico, quæ diuerſa ſunt: & ſic fal-
ſum eſt, ſecundum eos, quod dos eſſet in ſpecie priuilegiata
29 de iure communi in caſu dicti ſtatuti. † Conſenſitq; in hoc
Soc. iun. *in d. conſil. 12. num. 14.* dicens, ſe hoc alias tentaſſe.
in d.l.1. ff. ſolut. matr. nec ſatis bene videtur replicari per Curt.
30 iun. *in d.l. heres abſens.* & Cagn. *in d.l.1.* dicentes † quod imo e-
rat priuilegiata dos de iure communi; quia non requireba-
tur inſinuatio; vnde nec eo a n debebat eſſe neceſſaria regi-
31 ſtratio, de † qua ſtatutum loquebatur, quæ inſinuationi ſi-
milis eſt: eo tum etiam argumentum procedit à ſimili, vt pa-
32 tet: ſimile † autem non eſt idem. *l. Nerua. ff. depoſ.* Vnde ex
hoc non probatur, ꝙ dos ibi eſſet priuilegiata in ſpecie, in
caſu ſtatuti; tamen ego replicando dico quod, imo in eo-
33 dem caſu † ſtatuti dos ibi erat ſpecialiter priuilegiata: nam
34 inſinuatio, † de qua *d.l. final.* loquebatur, nihil aliud eſt,
quam rem, & actum redigere in ſcriptis coram iudice, vt
tradit Bart. *in l. donationes. C. de donat. & in l. Modeſtinus. vbi et-
iam Roman. ff. eod.* Bald. *in l. illud. colum. 2. C. de ſacroſ. eccl. in l. 3.
C. eod. in auct. ſi omnes. C. ſi minor. ab her.* Oldr. *conſil. 253. in fin.*
35 Soc. iun. *conſil. 69. num. 19. volum. 2.* † eiuſque natura eſt, vt co-
ram quocunque iudice fieri poſſit, vt tradit Roman. *in d.l.
Modeſtinus. colum. fin. per text. in §. illud. in auct. vt frat. fil.* & po-
36 nit Guid. Pap. *q. 325.* Quinimo † etiam coram notario de-
putato ſecundum Bald. *in l. iubemus. §. ſane. el 1. colum. pen. C.*
37 *de ſacroſ. eccl.* Alex. *in l. acta. ff. de reg. iur.* eſt † enim actus vo-
luntariæ iuriſdictionis, ſecundum Bal. *in l. in hac. C. de donat.*
Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de inſt. edit. §. porro. verſ. donatio.*
38 Cor. *conſ. 71. n. 7. vol. 2.* ex quibus fit, † quod inſinuare, & regi-
ſtrare quid in publico, idem ſunt; quod etiam confirmatur
ex *l. ſancimus.* & ibi not. gloſſ. & Bald. *C. de diuer. reſcr.* vbi tex.
loquens de regiſtratione inſtrumentorum, ſeu reſcriptorũ
vtitur verbo, *inſinuentur,* quod gloſſ. exponit, *in iudicium o-
ſtendantur,* non mirum ergo, ſi Salyc. in caſu illius ſtatuti di-
cat, dotem non comprehendi, quia in veritate illa regiſtra-
tio à ſtatuto requiſita, nihil aliud erat quam inſinuatio,
39 quicquid male † Neguſ. & Socin. iun. in hoc contra ſenſe-
rint, qui terminos ſupradictos non guſtarunt: Sed extra il-
lum caſum, & alium, in quo dos eſt in ſpecie priuilegiata,
voluit Salyc. dicere, quod leges generaliter loquentes non
40 comprehendant eam: Inde etiam ſequitur, quod † qui ſim-
pliciter eum allegant, vt Pariſ. *in d. conſ. 81.* Iaſ. *in d.l.1. & alibi.*
Marſil. *in d. ſingul. 442.* Franciſc. Pepus *in d. conſil. 76.* aut de-
bent intelligi ſecundum Salycet. quem allegant, iuxta not.
per Bart. *in l. non ſolum. §. liberationis verbo. ff. de libe. legat.* & ſic
quãdo dos erat in ſpecie priuilegiata, in caſu, de quo lex, aut
ſtatutum generale loquebatur, aut male ſentiunt: perpe-
ramq; ipſum citant, ſi loquuntur in caſu, quo dos non eſt
ſpecialiter priuilegiata de iure communi: & vltra Ripa in
ſpecie *in d.l.1. ſolut. matrim.* perpendit, quod Paul. de Caſtr. *in
conſil. ſuo 263. alias 109. incip. licet iſta domina Bif* , in
41 generali renunciatione † legatorum non venire legata
dotis, loquitur in dote ſubrogata loco legitimæ, quæ repe-
42 ritur in ſpecie priuilegiata, vt † generalis renunciatio non
extendatur ad legitimam. *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.* & ibi
Laſon. *in §. & generaliter. & in l. ſed & ſi quis. in fin. ff. ſi quis
caut.* & ponit Dec. *reſpon. 39. num. 63. volum. 3.* & ſic dos erat in
ſpecie priuilegiata in caſu dictæ generalis renunciationis.
Similiter aduertit Ripa Baldum *in d. conſil. incip. quemadmo-
dum Imperator.* quo caſu loquitur etiam Soc. *in d. conſ. 46. vol.*
43 *4.* volentem, quod diſpoſitio *l. bene* † *a Zenone.* non habeat
locũ in præiudiciũ dotis, loqui in caſu, quo dos erat in ſpe-
44 cie priuilegiata: nam cautum erat, quod fiſcus † non vtatur
priuilegio ſuo contra dotem, *vt not. gl. in l. 2. C. de priuil. fiſc.* de
quo priuilegio fiſci loquitur *d.l. bene à Zenone.* ergo non mi-
rum, ſi non comprehendat dotem: idq; ego vltra Rip. con-
firmo alio modo: † Dos enim alienari non poteſt, & in hoc 45
eſt ſpecialiter priuilegiata de iure communi. *Inſtit. quib. alie.
lic. in prin. l. 1. ff. de fund. dot.* † lex autem, *bene à Zenone.* loquitur 46
generaliter, de alienatione facta per fiſcum, aut Imperato-
rem, rei, vt ſuę, quod ſtatim valeat: Non mirum ergo, ſi non
comprehendit dotem in hac materia alienationis in ſpecie
priuilegiatam; vnde his ſic ſtantibus, facile conſtat, † erraſſe 47
ſatis in calculo Neguſ. *in d. tract. de pign.* atteſtando commu-
nem in aduerſum, cum imo longe plures ſint, qui expreſſe
declarant & tenent, vt ſupra; qui & tãto plures ſunt, ſi Rui-
num, Salyc. Caſtr. Bald. Socin. Gabriel. Roman. & Roland.
à Valle; de quibus ſupra, adiicias, declaratos vt ſupra, qui i-
dem ſentiunt: ſic enim erunt 18. Dd. Contra vero 8. tãtum,
videl. Bal. Nouell. Franc. Pepos, Guid. Pont. Iaſ. Marſ. Pariſ.
& Calcan. Conſtat † autem, communem opĩ. illam dici, 48
quæ plurium Dd. teſtimonio comprobatur, *l. 1. ver. & ſane
crebrior. ff. de offic. quæſt.* tradit Iaſ. *in auct. ſi qua mulier. C. de ſa-
croſ. eccl. in auct. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* & hæc plurium
ſententia, caſui noſtro congruenter adaptari poteſt: quo-
niam † in hac materia præſcriptionis, de qua ſtatutum hoc 49
loquitur, non reperio, quod cauſa dotis in ſpecie ſit priui-
legiata, & ſic quod in ea non currat præſcriptio, imo currit,
& ſic contrarium reperitur cautum, ſicut & in cęteris cauſis
regulariter; caſus eſt *in l. in reb. §. fin. C. de iure dot. l. cum notiſſi-
mi. §. illud autem. C. de præſcript. 30. ann.* cum ſimilib. ergo † ſub 50
hoc ſtatuto generali, debet cauſa dotis comprehendi; & † ſi 51
Bald. *in d. conſil. allegato per Ripam.* contrariũ dixit, male con-
ſuluit, & contra communem opin. quę cum ita ſint, iam ap-
paret noſtrũ caſu dubio non eſſe, & ob id non eſſe pro dote
iudicandũ, vt Barb. & Dec. ſupra citati dicunt, licet † enim 52
in dubio ſit amplectenda opinio quæ doti fauet, vt ipſi di-
cunt: fallit tamen, niſi illa eſſet communiter reprobata, vt
tradit Imol. *in d.l.1. col. 4. ff. ſol. matr.* quem refert & ſequitur
Ant. Capic. *deciſ. 176. n. 21.* & Guid. Mayn. *in d.l. in ambiguis. in
princ.* Hinc † Ripa *in d.l.1. col. 1.* reprehendit Barb. *in conſil. 6.* 53
vol. 4. dicentem, quod fauore dotis licebat recedere à com-
muni ſententia, & contra eam iudicare, quem etiam taxat
Catel. Cotta *in d. verb. dos habet. col. 1.* Hancq; partem quoque
tenet & probat Ant. Corrat. *in tract. commun. opin. lib. 2. tit. 9.
caſ. 20. n. 110.* vbi relatis ſupra contrariis, dicit, quod † cõmu- 54
nis opinio etiam habens contraria, quæ fauent cauſæ priui-
legiatæ & fauorabili, ſeruanda ſit, citatq; Barbat. ſibi con-
trarium *conſ. 3. col. pen. ſub n. 9. verſ. nec obſtat. vol. 1.* quia † com- 55
munis opin. ſemper verior præſumitur, & eſt approbatior,
& ibi plures cumulat, & in terminis dotis Imol. *in l. 1. col. pen.
ff. ſolut. matr.* & Soc. iun. *conſil. 73.*

Ad ſecundum dubium deueniens, dico, aduertendum
eſſe, quod dato quod Franciſcus poſſideret † ciuiliter, & iu- 56
ſte hanc domum, ex cauſa de qua ſupra; tamen poſtea Ca-
uatia eam acquirens, & actualiter in ea habitans, potuit ap-
prehendere naturalẽ poſſeſſionem, quam Franc. nõ retine-
bat, cum eſſet extra domũ iuxta *l. clam poſſidere. §. qui ad nun-
dinas. ff. de acquir. poſſ. l. nemo. cum ibi not. C. eod.* hoc ſtante, dico,
quod in hoc ſtatuto videtur ex mente ſtatuentium decidi
caſus noſter; quia † d. ſtatutum non curat, quod acquirens 57
poſſederit naturaliter tantum; patet quia quando † primo 58
poſſidens poſſidebat ciuiliter animo, prout eſt, quando nõ
eſt in domo, vel fundo, ſi alius, non habens cauſam ab eo,
occupet poſſeſſionem, talis dicitur apprehendere, & acqui-
rere † poſſeſſionem naturalem, quę appellatur clandeſtina, 59
& iniuſta, reſpectu primi ciuiliter poſſidentis *d.l. clam poſſi-
dere. § fina.* & ſic prior poſſeſſor habet in ipſa poſſeſſione
potentius ius, vt in iuribus proxime allegatis, & *in l. 1. C. vti
poſſid.* & tamen † ſtatutum prædictum vult, quod ſi iſte; qui 60
habet potentius ius in poſſeſſione, fuerit negligens in mo-
uendo controuerſiam infra tempus Cridarum, excluda-
tur, ibi, *vltra dictum terminum nullus audiatur; volens aliquam
litem, vel quæſtionem, ſeu controuerſiam mouere contra empto-
rem, vel alio iuſto titulo acquiſitorem, occaſione ipſius poſſeſſionis,
vel quaſi, ſed vnicuique poſt curſum temporis ſilentium imponā-
tur, &c.*

Ponde-

61 Ponderandum enim eſt illud † verbum, *poſſeſſionis. vel*
62 *quaſi*, iuncto illo verbo, † *vnicuique*, quod eſt ſignum vniuerſale. *L. hoc articulo. ff. de hered. inſtit.* & velut ſynonymum verbo, *cuicunque*, quod comprehẽdit omnem ſignificationem verbi, cui adiicitur, etiam ſi ſit impropriiſſima, vt pulchre Bal. ponit *in c. 1. in prin. col. pen. verſ. ſed quid ſi cõceſſum eſt. de prohib. feud. alien. per Feder.* quem deducit, & ſequitur Dec. *reſp. 33. num. 32. & ſeq vol. 3.* vnde in propoſito vult dictum ſtatu-
63 tum, quod † quicunque eſſet, qui haberet potentius ius, etiam in poſſeſſione, excludatur ſilentio dicti temporis: nam ſtatuentis intentio fuit eos excludere, qui aliquod ius in re haberent, vel poſſeſſione, non qui nullum; alias eſſet ſuperfluum: merito ergo ciuilem habens, & anteriorem, debet excludi, vt in caſu noſtro; ita per hoc fundamentum, & alia plura in terminis huius ſtatuti, decidit Alex. *in conſil. 201. vol. 7.* reſpõdendo etiã quibuſdam obiectis, quę fieri potuiſſent vt ibi latius per eum. Vnde patet, quod nihil repugnat poſſeſſio ciuilis aduerſarii, quominus iſte Cauatia ex naturali ſola poſſit ſe tueri hoc ſtatuto, ſecundum Alex. *in d. conſ.*

64 Ad tertium dico, imo † reſtitutionem ex dicta clauſula generali non eſſe cõcedendam, per dicta in ſuperiore conſilio, & vltra ea, quia cum vigore ſtatuti prædicti, ius perfecte fuerit quæſitum Cauatiæ, quod ſtatutum vult alium non audiri, ſed ſilentium ei imponi; ſequitur, quod reſtitutio in integrum dicto Franciſco ſit deneganda, vt ex multis congerit Tiraquel. *in tractat. de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 10. num. 68.* Ruin. *conſil. 45. num. 19. prope fin. verſic. nec prædictu.* & præclare *conſil. 72. num. 13. vol. 3.* Cephal. *conſil. 356. num. 34.* Item,
65 quia † reſtitutio conceditur tantum conuento, in cuius poteſtate non fuit, quando conueniatur, ſecus in actore, cui imputandum eſt, quod non ſe informauerit, & certificauerit de iuribus ſuis, cum ſit in poteſtate ſua, quando vult agere: ita hanc differentiam facit Dyn. *in c. cum quis in iur. de reg. iur. in 6.* quem Bart. Ang. Imol. Caſtr. Alexan. & Iaſ. ſequuntur *in L. cum filius §. in hac. ff. de verb. oblig.* Curt. *conſil. 58. num. 4. ver. 3. ſolidos.* ſed iſte Franciſcus eſt actor; ergo talis reſtitutio ceſſare debet.

66 Et ex hoc infero, fruſtra eſſe opponere, quod talis † reſtitutio non cenſeatur per ſtatutum ſublata: Hæc enim dubitatio poſſet admitti, caſu quo competeret hæc reſtitutio: tunc enim poſſet quæri: an ſtatuto tolli poſſit, ſeu ſublata
67 cenſeatur: Sed vltra dico, ꝙ † etiam quando alias competeret, tamẽ ſublata videtur in hoc ſtatuto, iuxta *d. conſ.* Aret. *104.* quod non impugnat Fel. imo ſequitur *in d. c. vigilanti. in 6. limit.* licet in prima non ſatis ſibi conſtet, nec ibi loquitur in iſto caſu: ſed in alio; an contra præſcriptionem longiſſimam detur reſtitutio: imo, ex d. 6. limitatione, & etiam ex
68 ſecunda patet, quod † reſtitutio ceſſat, quando ſtatutum dicit; quod quis vltra moleſtari non poſſit; vel ſimilibus verbis vtitur, per tex. *in c. 2. de præſcript. in 6. & l. fin. C. de fund. patr.*
69 *lib. 10.* verba † autem ſtatuti noſtri non ſunt minus fortia: ibi; *defendi, & manuteneri debeat:* & ibi; *ſilentium imponatur, &c.* Dum verò ego ſcientiam præſumptam induxi in conſilio meo, non eo tantum motus fui, quod iſte Franciſc. eſſet
70 de coniunctis venditoris huius domus, ſed ex † præſentia ſua in ciuitate; quo caſu præſumitur ſcientia Citadarum, & id genus, quę publice fiunt in ciuitate, ſecundum Bart. & alios *in l. is poteſt. ff. de acquir. hered.* cum aliis in conſilio deductis:
71 ſed vltra ibi deducta, ad arguendum hanc † ſcientiam, videatur inſtrumentum met acquiſitionis huius domus, factę per Cauatiam: in eo namque apparet, iſtum Franciſcum, tanquam vnum de attinentibus venditoris, citatum fuiſſe, ad præſtandum conſenſum ei, iuxta formam ſtatuti, & eum comparuiſſe coram notario, & proteſtatum fuiſſe, ſe nolle conſentire huic contractui ob intereſſe, ꝙ habere dicebat in d. domo virtute dotium ſuarum, & matris ſuæ, vt latius in inſtrumento dicitur, & in actis notarii, ex quo patet de manifeſta ſcientia huius Franciſci circa hunc contractum;
72 Ergo † ceſſat ignorantia præſumpta etiam in cõiuncto, circa contractus, vt Bald. Caſt. & alii ſupra citati dicunt. Et ſi dicatur; ſtante ergo comparitione iſtius, Cauatia hoc ſtatuto vti non poteſt, ꝙ loquitur, quando nemo cõparuit; Reſpondeo ego primo, ſtatutum loqui de comparitione poſt acquiſitionem facta, ibi; *à die acquiſitionis tenuerit, & poſſederit ſine quæſtione, & cõtrouerſia:* non ergo ſufficit quæſtio mo-
ta ante, quando enim † tempus limitate reperitur appoſitũ 73
in aliqua diſpoſitione, dicitur eſſe de forma, *auth. quæ ſupplicatio. de precib. imper. off.* & ibi Bald. Salyc. & Iaſ. *& in l. 1. §. editiones. ff. de eden.* idemq́, Bald. *in l. poſt mortem. col. pen. verſ. modo quæro. C. de fideic.*

Secundo dico, quod requiritur, quod comparitio fiat iudicialiter coram Poteſtate, vel eius vicario, vt in duobus locis ſtatutum expreſſe dicit; non ergo ſufficit coram notario, & extraiudicialiter, vt iſte fecit: itaque bene ſtatutum iuuat Cauatiam.

Circa vero conſilium Ruini, ex quo iſte ſemper ſcriuit, fruſtra eſt diſputare; an bene dicat; ſed opinio eius eſt multum iuridica, & Bart. & Caſt. allegati in diuerſa materia loquuntur, ſcil. quando impeditus non potuit remouere impedimentum, alias ſecus, vt in caſu noſtro, per ea, quæ dixi in conſilio ſuperiore, ad quę pro breuitate me remitto. *Hippolyt. Riminald. Ferrariæ.*

Pro quibuſdam pronepotibus.

ARG. Teſtator qui ſubſtituit quoſcunq; nepotes maſculos ex filiis naſcituros, & ſucceſſiue nepotib. quoſcunq; pronepotes maſculos in ſtirpes, non in capita, cenſeatur iniunxiſſe fideicommiſſum nepotibus, de reſtituendo non ſolum pronepotibus ipſorũ filiis, ſed etiam pronepotibus ex aliis filiis, ſeu nepotibus natis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator quod non expreſſit, noluiſſe videtur.*
2 *Nec ſufficit teſtatorem ita voluiſſe, niſi ad diſpoſitionem tranſierit.*
3 *Et quod ipſe non dixit, nec nos dicere debemus.*
4 *Fideicommiſſum quatenus ſit ſtrictè iuris, & eius materia odioſa, cum contineat onus grauaminis. & n. 20.*
5 *Quo fit vt ſubſtitutio facta de nepotibus & pronepotibus vnius filij, non extendatur ad nepotes & pronepotes alterius filij & n. 6.*
7 *Per hæc verba ſubſtitutionis,* in ſtirpes, & non in capita, *etiam pronepotes alterius nepotum cenſentur ſubſtituti. & n. 9. 10.*
8 *Verba non debent eſſe ſuperflua, & ſine fructu operandi.*
11 *Verba in ſtirpes, & non in capita non conueniunt in ſubſtitutione deſcendentium adinuicem & n. 12. 13.*
14 *Fideicommiſſum operatur, vt ſuccedatur teſtatori non grauato.*
15 *Filij ſicut ſuccedunt in locum patris, ſic & nepotes & pronepotes in locum parentum ſuorum.*
16 *Verba,* in ſtirpes, & non in capita, *verificantur inter eos, qui faciunt diuerſas ſtirpes, non vnam tantum.*
17 *Fideicommiſſum præſumitur, quando in ſubſtitutionibus nepotum & pronepotum fit ſemper mentio maſculorum, fœminis ſic excludendis: quod factum cenſetur, vt bona conſeruentur in familia.*
18 *Bona conſeruantur in familia per maſculos non per fœminas.*
19 *Conſequens qui vult, cenſetur etiam velle antecedens.*
21 *Extenſio de perſona ad perſonam quando admittatur in fideicommiſſis & n. 22.*

CONSIL. DCCCIII.

FElinus de Campis in teſtamento ſuo inſtitutis in legitima Ioan. Franciſco, Bartholomæo, & Priore, filiis ſuis; Vxore autem vniuerſali, ſeruante vitam caſtam, &c. ei, poſt mortem ſuam, aut non ſeruanti, &c. ſubſtituit quoſcunque nepotes maſculos ex dictis filiis naſcituros, & ſucceſſiue dictis nepotibus, quoſcunque pronepotes maſculos, & eorum quemlibet in ſtirpes, & non in capita. Demum eo mortuo, & Bartholomæo, ſine filiis, ex Ioanne Franciſco natus eſt Dominicus; ex Dominico autem plures filii; ex Priore autem Hannibal, qui inſtituta vxore ſua, ſine filiis periit: Quæritur ergo; an ſicut teſtator iniunxit fideicommiſſum nepotibus, de reſtituendo pronepotibus, eorum filiis, ita & reſtituendo pronepotibus natis ex aliis filiis, & ſic an Hannibal cenſeatur grauatus reſtituere iſtis pronepotibus filiis Dominici?

Et prima conſideratione dicendum videtur, quod non; quoniam de tali caſu teſtator non loquitur: nam bene Dominicus intelligitur grauatus reſtituere filiis ſuis, & eorum filiis,

Digitized by Google

filiis; ſicut & Prior; ſed non repeniuntur grauati filii reſti-
tuere filiis, & eorum filiis, fratrum ſuorũ nepotibus, & pro-
nepotibus teſtatoris: ergo non præſumitur de illo voluiſſe
prouidere. Bald. *in l. vnic. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc.*
1 *tollen.* Dec. *conſil. 89. n. 2.* Teſtator † enim quod non expreſ-
ſit, noluiſſe videtur, *d. § ſin autem.* ibi, *nam ſi contrarium vole-
bat, nulla erat, &c.* & optimus text. *in c. 2. de transl. prælat.* ibi,
ne quod de ceſſione dicitur: & hoc modo arguit Bald. *in l. in mul-
tis. ff. de ſtatu hom.* & bonus text. *in cap. ad audientiam. de decim.*
ſicque pariter arguit Anchar. *conſ. 119. pro clara. in fin.* & Soc.
conſ. 227. colum. fin. Ioan. de Anan. *conſ. 22.* Dec. *conſ. 416. num.*
2 *17.* & Decian. *reſponſ. 55. num. 44. vol. 3.* Nec † ſufficit, teſtato-
rem ita voluiſſe, niſi ad diſpoſitionem tranſierit. Bald. & I-
mol. *in l. quidam cum filium. ff. de hered. inſtit.* Dec. *d. conſil. 89. co-
lum. penult. & conſ. 159. num. 5. cum ſimilibus.* Quia quod teſta-
3 tor † non dixit, nec nos dicere debemus. *l. cum proponebatur.*
vbi Bald. *ff. de leg. 2. l. voluntatis.* vbi etiam Bald. *C. de fideicom.*
cum ſimilibus per Socin. *conſil. 4. colum. 3. volum. 4.* & per
4 Dec. *conſil. 89. num. 2.* & cum materia † fideicommiſſi ſit ſtri-
cti iuris, & odioſa, quia continet onus grauaminis, prout
tradit Caſtr. *conſ. 170. ne improprius. col. 2.* Corn. *conſil. 182. colum.
3. conſil. 199. colum. 12. vol. 2.* Curt. *conſil. 45.* cum ſimilibus per
Dec. *conſ. 95. colum. 4. & conſ. 545. num. 9.* Rube. *conſil. 28. col. 1.*
5 Roman. *conſil. 230. col. fin.* & Port. Imol. *conſ. 11. n. 28.* non † vi-
detur hæc ſubſtitutio facta de nepotibus, & pronepotibus
vnius filii, extendi poſſe ad nepotes, & pronepotes alterius
6 filii: quia de perſona † ad perſonam non fit extenſio, vt per
Aret. & alios *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. 4. colum. ff. de lib. &
poſth.* quem ſequitur Dec. *in l. ille. C. de collat. n. 11. conſ. 118. n. 9.
conſil. 372. num. 2. & conſil. 465. col. 3.* Crauet. *conſ. 161.* Cephal.
conſ. 107. num. 19.

Iſtis tamen non obſtantibus, cõtrarium de iure conclu-
7 dendum eſt; poſtquam enim † teſtator vxori ſuæ nepotes,
& nepotibus pronepotes ſubſtituit, ſubiunxit; *& eorum
quemlibet in ſtirpes, & non in capita,* per quæ verba, pronepo-
tes aliorum nepotum, dicuntur ſubſtituti nepotibus, alias
8 dicta † verba ſuperflue, & ſine fructu operandi remanerent,
contra *l. ſi quando. de leg. 1.* Bald. *in rubr. C. de contrahen. empt. q.*
9 *9.* nam clarum eſt, † pronepotes nepotibus, eorum parenti-
bus ſuccedere, abſque illa diſtinctione, in ſtirpes, & non in
10 capita; & vltra † ſatis illi fuerant vocati per illa verba: *& ſuc-
ceſſiue dictis nepotibus, &c.* hanc ſententiam reperio voluiſſe
Soc. *conſ. 104. num. 5. vol. 3.* vbi conſiderando iſta verba: *In ſtir-*
11 *pes,* † *& non in capita,* dicit, quod bene cadunt, quando de-
ſcendentes vnius ex filiis tractant de ſuccedendo alteri fi-
lio; non autem conueniunt in ſubſtitutione deſcendentiũ,
12 ad inuicem; nam inter † deſcendentes ex filiis, non ſuccedi-
tur in ſtirpes, ſed in capita. *auth. poſt fratres. C. de legit. hered.* &
ſic apparet, Socinum velle, quod iſta verba inducant fidei-
commiſſum proprie inter natos ex diuerſis, vt in caſu no-
ſtro. Idemque in terminis noſtris tradit Pariſ. *in conſil. 36. co-
lum. 2. volum. 2.* Ibi enim agebatur de teſtamento aui, & pro-
13 aui reſpectiue, cuius † fideicommiſſi caſus euenerat per
mortem vnius nepotis, extabantque alter nepos ex filio,
duoque pronepotes ex altero nepote, & tamen concludit,
ex illis verbis, *in ſtirpes, & non in capita,* nepotem illum non
modo, verum & pronepotes admitti, & in ſimili caſu ponit
etiam Decian. *reſpon. 55. num. 33. vol. 3.* ergo & in caſu noſtro
dicendum eſt, per mortem Hannibalis, nepotis Feliſii, eue-
niſſe caſum fideicommiſſi ſui, ad quod cẽſentur vocati filii
Dominici, pronepotes Feliſii, licet ab Hannibale non de-
ſcendant. Conſiderauit enim Feliſius, ſi plures pronepotes
extarent ex diuerſis nepotib. hi non modo nepotib. eorum
parentib. ſuccederent per illa verba: *& ſucceſſiue,* cum ſeq.
ſed etiam aliis nepotibus, in ſtirpes tamen, & non in capita;
14 prout ſubiungit; quia † in fideicommiſſo, vbi ſuccedittur te-
ſtatori non grauato. *l. coheredi. §. cum filiæ. & ibi not. ff. de vulg. l.
ſancimus. §. cum autem. C. ad Treb.* not. Bart. *in l. Marcellus. §. qui-
dam liberis. ff. ad. & in l. ſi cognatis. col. fin. ff. de reb. dub. & in l. peto.
§. fratre. 4. 1. ff. de leg. 2.* vbi dicit Petr. de Bellapert. Dynum, &
omnes ita tenere: & Iaſ. *conſ. 215. vol. 2. & conſ. 159. col. 1. volum. 4.*
concludens ita tenẽdum eſſe in ſubſtitutione fideicommiſ-
ſaria, per quam ſuccedittur teſtatori, vt in bonis ipſius teſta-
toris, non autem filiorum, vel heredum, & alii plures idem
tenent à me cumulati, *conſ. 313. num. 24.* & prius *conſil. 246.*
col. pen. ſicut † filii in locum patris, ſic nepotes, & pronepo- 15
tes in locum parentum ſuccedunt. *§. cum filius. Inſtit. de here.
quæ ab inteſt.* Alex. *conſ. 26. vol. 3.* Dec. *conſ. 217. col. 2.* & licet nõ
euenerit caſus ita punctualiter, de pluribus pronepotibus
diuerſorum nepotum, qui etiam adſunt, ſunt ex Dominico,
& ſic ex vno tantũ nepote, totam tamen partem Hanniba-
lis conſequi debent, qui dimidiam tantum fuiſſent conſe-
cuturi, ſtantibus pronepotibus ex alio nepote, vt in ſimili
caſu, contrario tamen, arguit text. *in l. heredes mei. §. cum ita.
ff. ad Treb.* & vltra Soc. & Pariſ. qui hunc caſum concludunt,
addo Corn. *in conſil. 49. num. 4. volum. 4.* vbi pari modo vult,
quod iſta verba; † *in ſtirpes, & non in capita,* verificentur inter 16
eos, qui faciunt diuerſas ſtirpes, non vnam tantum; quia ſe-
cundo caſu non cadit iſta mutatio in ſtirpes, & non in ca-
pita.

Secundo confirmatur hic adeſſe † fideicommiſſum alio 17
fundamento: nam in ſubſtitutione nepotum, vxori, & pro-
nepotum, nepotibus, Feliſius de maſculis ſemper dixit, &
ſic fœminas excluſit, iuxt. *l. cum prætor. ff. de iud.* quod factum
cenſetur, vt bona conſeruentur in familia, † quæ conſer- 18
uantur per maſculos, non fœminas. *§. cæterum. Inſtit. de legit.
agnat. ſucc.* ſic enim voluit Caſtr. *conſ. 21. quod iſta mater. col.
2. vol. 1.* Soc. *conſ. 12. in 1. dubio. & conſil. 63. col. 8. vol. 3.* Rom. *conſ.
16.* Cuman. *conſil. 2. col. 1.* cum multis aliis quos adduxi *conſil.
23. num. 83. & conſ. 246. num. 65.* cum ergo † teſtator hoc con- 19
ſequens voluerit, cẽſetur etiam ſuum antecedens voluiſſe,
hoc eſt, inducere fideicommiſſum in perſonam Hanniba-
lis, vt non potuerit vxorem inſtituere, ſed ad eius portio-
nem vocaſſe filios Dominici: ita plenius conſiderando, fi-
deicommiſſum inductum eſſe, probat Pariſ. *conſ. 11. col. 2. vol.
3.* etiam ad excluſionem filii grauati, quod eſt plus, quam
vxoris, vt hic.

Et ita tenendo, contraria ceſſant, cum appareat Feliſium
hoc caſu locutum, & ad diſpoſitionem tranſiuiſſe.

Et quod dicebatur, materiam † fideicommiſſi ſtricti iu- 20
ris eſſe, & odioſam, Reſpondetur, id locum non habere,
quando teſtator ad agnationem reſpexit, tunc enim dici-
tur fauorabilis, rationabilis, & publicam vtilitatem con-
tinere; vt tradit Curt. iun. *conſil. 23. num. 15. & conſil. 111. num.
12.* Pariſ. *conſil. 63. num. 27. volum. 2.* Alexand. *conſil. 37. volum. 6.*
Cephal. *conſil. 137. num. 40.* cum ſimilibus, quos retuli *conſil.
23. num. 74.*

Et ad illud de † extenſione, de perſona ad perſonam, 21
non permiſſa, reſpondetur inter cætera, limitari, quando
extenſione non facta, minus dilectus eſſet melioris condi-
tionis magis dilecto, vt declarat Ruin. *conſ. 168. num. 19. vol. 3.*
Soc. iun. *conſ. 129. col. pen. vol. 3.* Cephal. *conſ. 251. & 252. n. 20.* &
ego dixi *conſil. 21. num. 63.* vt eſſet hic, quod vxor Hannibalis,
minus à teſtatore dilecta, velut nullo modo nominata à te-
ſtatore, præſumatur nepotibus & pronepotibus Dominici
nominatis prælata.

Item non procedit illa † concluſio Aret. & ſequacium, 22
quando non facta extenſione diſpoſitio redderetur eluſo-
ria; nam ne id ſequatur, extenſio fit etiam in pœnalibus, vt
not. Gemin. *in c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6.* Crauet. *conſ. 135.
num. 25.* Soc. iun. *conſil. 129. num. 37. vol. 3.* Ripa *in l. ſi conſtante.
num. 73. ff. ſolut. matr.* vt ego dixi *in d. conſ. 21. col. fin.* & hic con-
tingeret, quia diſpoſitio teſtatoris, qui reſpexit ad agnatio-
nem, quæ ſua bona conſequeretur, vana redderetur, admiſ-
ſa vxore Hannibalis. *Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

Pro D. Barth. à Sala.

ARG. De exceptionibus quibuſdam, ex ſtatuto contra ſequeſtrum opponendis, ad id annullandum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quid in ſequeſtro imponendo requirat.*
2 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem. & n. 12.*
3 *Conditio formam inducit. & n. 12.*
4 *Forma non poteſt adimpleri per æquipollens.*
5 *Diſiꝗ, tamen, eſt limitatiua.*

6 Ordo

6 *Ordo ſtatuti eſt ſeruandus, alias vitiatur proceſſus.*
7 *Tempus à ſtatuto limitatum, debet attendi. & cur. n. 8.*
9 *Sequeſtrum à iudice non fit, niſi prius facta fide, nedum de debito, ſed etiam de quantitate debiti.*
10 *Forma à ſtatuto videtur tradita, cum vtitur ablatiuis abſolutis. & num. 13.*
14 *Forma ſtatuti non ſeruata, actus eſt nullus. & n. 15.*
16 *Stylus communis ſeruandus eſt, & debet attendi.*
17 *Permiſſum ad tempus ex ſtatuto, poſt tempus cenſetur ab eo prohibitum.*
18 *Tempus ſtatutum cenſetur de forma, & non obſeruans tempus ſtatuti, non dicitur ſeruaſſe formam, & actus eſt irritus ipſo iure.*
19 *Sublato ſequeſtro, etiam tollitur præceptum factum ſequeſtrario.*
20 *Nullitatis oppoſitio eſt ſalubre remedium contra legis transgreſſores inductum & oppreſſores, & in quem finem hoc remedium introductum ſit n. 21. 22.*
23 *Proteſtatio facta ex iuſta cauſa quid operetur. & n. 24. 25.*
26 *Parte ſunt, quid valere, vel eſſe nullum, & ut nullitate dicere non poſſe.*
27 *Nullitas opponi non poteſt, nec de ea dici, elapſo tempore ad dicendum de illa, etſi eſſet notoria. n. 29.*
28 *Conſtitutio annullans dicitur pœnalis: & in dubio non extenditur.*
30 *Nullitas qualis ſit remedium, & an fauorabile, & benigne interpretandum.*
31 *Nullitas notoria opponi poteſt, non obſtante ſtatuto, tempus præfigente.*
32 *Sententia incerta nulla eſt. & n. 33.*
34 *Sententia quatenus ex actu declaretur, & certa efficiatur. num. 35. 36 & 37.*
38 *Intereſſe lucri ceſſantis in ſolito negociari quomodo conſideretur.*
39 *Vſura vſuræ non debetur.*
40 *Iudex debet iudicare de ea nullitate, quam cognouit. Et pars, quæ repelli poterat, ſemel admiſſa, amplius repelli non poteſt. n. 41.*
42 *Sicut pars non poteſt nullitatis exceptionem euitare, ita nec eam iudex reiicere debet.*
43 *Nullitatem declarare, vel non, reſidet in arbitrio iudicis.*
44 *Iudex denegans iudicium nullitatis iniuriam facit proponenti.*
45 *Exceptio generalis, & obſcura non releuat.*
46 *Nullitas ſimpliciter, & nulla expreſſa cauſa, in iudicio deducta dicitur informis, & per eam expeditio cauſæ retardari non debet.*
47 *Quando generalitas illa, & nullitas informis habeatur pro ſpecificata.*
48 *Præceptum valet non liquidata quantitate pœnæ.*
49 *Sine cauſæ cognitione factum, non ligat inobedientem.*
50 *Sententia diffinitiua vitiantur ob incertitudinem.*

CONSIL. DCCCIV.

SER Philippus Mantuanus cum prætenderet, ſe eſſe creditorem domini Bartholomæi à Sala de libris 108. & ſold. 12. m. pro mercede trium inſtrumentorum; his productis coram Poteſtate Ferrariæ, petiit ab eo fieri ſequeſtrum apud eximium artium, & Medicinæ Doctorem, Magiſtrum Sigiſmundum Nigriſollum, dicti D. Bartholomæi debitorem, pro dicta ſumma, deinde citari dom. Bartholomæum ad contradicendum, ne mandetur ſequeſtrario; qui comparens, dixit dictum ſer Philippum non eſſe audiendum, niſi prius refectis expenſis, factis ante in cauſa alterius ſequeſtri ſuper hoc facti, in actis ſer Iulii de Hippolyta, in quibus fuerat condemnatus; & ſi ſecus factum fuerit, proteſtatus fuit de nullitate: Idemq; Procurator ab eo conſtitutus oppoſuit: Tandem vero eo citato, Poteſtas mandauit ſequeſtrario, vt exburſare deberet pecunias penes eum ſequeſtratas liquidandas per d. ſer Philippum; contra quam pronunciam, & præceptum, oppoſitum fuit de nullitate, & quatenus valerent, petitum fuit reuocari: videndum eſt igitur, quid iuris ſit in themate ſupradicto. Et proſequendo fundamenta, quæ pro reo fieri poſſunt, relatis reſponſionibus, quæ dantur, eiſque reiectis, patebit, iuxta petita per eũ, de iure pronunciandum eſſe, per D. Prætorem, ſucceſſorem eius, qui pronunciauit, vt ſupra relatum eſt. Imprimis igi-
1 tur contra ſequeſtrum opponitur, quod † ſtatutum, *de permiſſ. ſequeſtr. bon.* imponit iudici facere ſequeſtrum pro concurrenti quantitate debiti, facta tamen prius fide de debito: Pondero imprimis, quod ſtatutum loquitur per illos
2 ablatiuos † abſolutos, qui faciunt conditionem. *l. à teſtatore.*
3 cum notat. ibi per Dd. *& in rubr. ff. ſol. matr.* & conditio † formam inducit. Bart. & Dd. *in l. 1. ff. de cond. & demonſtr.* Bald. *in auctentic. matri & auiæ. Cod. quand. mul. offic. tutel.* Decianus *reſponſ. 82. num. 21. volum. 2.* ſubdens notandam eſſe re-
4 gulam, quod † forma non poteſt adimpleri per æquipollens, vt notant omnes. *in l. 1. ff. de liberis & poſthumis.*
Secundo pondero dictionem, † *tamen*, limitatiuam. 5
Bart. *in l. 1. in princip. §. ſi quis ini. dic. non obtemp.* & ſic ſtatutum, permiſit ſequeſtrum, cum hac limitatione, vt fiat fides de debito.

Tertio dicit, quod prius fiat, quam imponatur ſequeſtrũ, cuius † ordinis omiſſio vitiat proceſſum. Dec. *in c. cum* 6
ſpeciali. num. 8. de appell. eſtque gloſſ. notab. *in l. 1. C. eod.* Ceph.
conſil. 438. num. 75. & cum † tempus ſit à ſtatuto limitatum, 7
quod prius quam imponatur fieri ſequeſtrum, facta ſit fides de quantitate debiti, non poteſt poſtea fieri; quia † de- 8
terminatio vnius temporis non recipit alterius temporis functionem. *l. vxori vſumfructum. ff. de vſufr. leg.* Bald. *in c. licet. col. 1. de ſupp. negl. prælat.* Iaſ. *in auct. quæ ſupplicatio. col. 2. C. de precib. Imper. offer.* & ego *conſil. 148. num. 44.* Igitur † ſi ſequeſtrũ 9
fieri debet pro concurrenti quantitate debiti, fides de debito, quæ præcedere debet, facienda eſt, non modo de debito, hoc eſt, de cauſa debiti, verum etiam de quãtitate debiti, alias impoſſibile eſſet iudici facere ſequeſtrum pro cõcurrenti quantitate debiti, ſi de hac fides non præceſſerit: hoc autem minime factum fuit in caſu noſtro, ſed tantum inſtrumenta fuere producta, petita eorum mercede, non tamen taxata, nec fide facta, quanta eſſet, prout fieri debebat, eligendo notarium, qui ea taxaret: demum eam taxam cum inſtrumentis producendo, vt alias ſeruari vidi: ergo ex
hoc capite tale ſequeſtrum fuit nullum; † forma enim tra- 10
dita videtur à ſtatuto, dum vtitur ablatiuis abſolutis: ibi;
facta tamen prius fide, &c. qui † important conditionem. *l. à* 11
teſtatore. ff. de cond. & demonſt. & † conditio formam inducit, 12
vt dixit, & tradit Bald. *in auct. matri & auiæ. col. 1. C. qu. m. mul.* Decius *in l. ſi mater. 2. not. C. de inſtit. & ſubſtit.* Andr. Tiraq. *de retract. §. 1. gloſſ. 21. n. 13.* Ruin. *conſil. 55. in fin. vol. 3.* late Andr.
ab Exea, *pactorum libro. n. 469* & in terminis † ſtatuti ſic lo- 13
quentis in ablatiuis abſolutis, quod formam inducat. Dec.
in conſ. 11. n. 9. ex hoc inferens, quod † forma dicti ſtatuti non 14
ſeruata, actus ſit nullus, ſecundum allegata per eum ibi, quibus addi poſſunt abunde notata per Felynum *in c. cum dilecta. de reſcript.* Soc. *conſil. 24. num. 21. volum. 1.* per omnes *in l. 1. ff. de libe. & poſthum. & in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact.* quæ caſui noſtro conferunt, vt non ſeruata forma huius ſtatuti in hoc, ſequeſtrum ſit nullum; & in terminis huius ſta-
tuti, quod † non ſeruata eius forma, ſequeſtrum ſit nullum, 15
puta ſi non iurauit creditor, ſe ſuſpicari, non poſſe conſequi creditum ſuum, niſi cum magna difficultate, vt inquit ſtatutum, ſed ſimpliciter iurauit, ſecundum formam ſtatuti, ponit Grat. *in conſil. 28. vol. 1.* vnde idem dici debet, non facta fide de quantitate debiti.

Sed alio quoque ex capite nullum eſt: nam ſtatutum, *de facili modo executiuo,* dans facultatem notario comparendi coram præſidente memoria, diſponit, quod facta debita præſentatione inſtrumenti ad officium regiſtri, poſſit procedi ad ſequeſtrum; demum idem per Poteſtatem fieri cõcedit, facta tamen ei fide de præſentatione prædicta: idque ſtatutum in vſu receptum eſſe, & ſeruari, probatum eſt ex
ſtylo † communi in cauſa producto, qui ſeruandus eſt, & at- 16
tendi debet. *deciſ. Neap. 78. in fin.* Pariſ. *conſil. 14. num. 9. volum. 3.* Sed in caſu noſtro nulla fides eſt facta Poteſtati, de præſentatione iſtorum inſtrumẽtorum ad officium regiſtri, & ſtatutum hoc pari modo loquitur conditionaliter, ex illis ablatiuis abſolutis, ſicque formam inducit, vnde ex hoc etiam ſequeſtrum fuit nullum, iuxta deciſiones ꝓxime allegatas, quæ huic ſtatuto pariter conueniunt. Et licet (vt audio) poſt præceptum, ſit facta d. præſentatio, & eius fides, hoc tamen
non releuat; quia † permiſſum ad tempus, ex ſtatuto, poſt 17
tempus cenſetur ab eo prohibitum. Socin. *conſil. 273. colum.*
pen. volum. 7. Item tempus † cenſetur de forma, ita quod nõ 18
obſeruans tempora ſtatuti, non dicatur ſeruare formam, & actus eſt irritus ipſo iure, vt tradit Iaſ. late *in aucten. quæ ſupplicatio. colum. 2. C. de precib. Imp. off.* & Alexand. *conſil. 74. colum. 2. volum. 4.* dum citat Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. colum. 3.* quo ſtante, licet ex poſt facto ceſſet cauſa, propter quam actus fuit nullus, vt hic, vbi poſtea interuenit iſta præſentatio, & eius fides, non tamen per hoc

Digitized by Google

actus nullus ab initio, confirmatur, vt tradit Decius *in l. quod*
in initio. num. 7. ff. de regul. iur. qua nullitate modo ſic ſtante,
infero ad præceptum factum ſequeſtrario, quod pari mo-
19 do ſit nullum ipſo iure. Cum enim † veniat acceſſorie ad ſe-
queſtrum, ſublato ſequeſtro, neceſſe eſt & illud collabi. §.
liberis. Inſtitut. de pupill. l. cum principaliter. ff. de regul. iur. cum ſi-
milibus.

Sed vltra ex ſuperabundanti concurrit in caſu noſtro, quod
D. Bartholomæus, citatus ſtatim, facto ſequeſtro, ante præ-
ceptum factum ſequeſtrario, comparuit, opponendo pro-
ut ſupra in themate dictum fuit, & proteſtando de nulli-
20 tate, ſi ſecus factum fuerit, quæ quidem † nullitatis oppoſi-
tio dicitur ſalubre remedium contra legis tranſgreſſores in-
ductum, & oppreſſores: nam ea nõ inuenta, potuiſſet vnuſ-
quiſq; inauditus, ac nulla præcedente cauſa, & cognitione,
etiam per non iudicem, rebus, ac proprio patrimonio pri-
uari, & ſpoliari, contra naturalem iuſtitiam, ac propriã ſub-
ſtantiam legis, ſecundum ea quæ poſuit Innoc. *in c. quæ in ec-*
cleſ. de conſti. cum ſimil. per Alex. *conſ. 77. in cauſa. col. 4. vol. 2. ver.*
nam ratio. Dec. *conſ. 410. col. 4. vol. 5.* taliterq; priuatus, & ſpo-
liatus, quaſi nudus, & inermis, ſine auxilio, & legis admini-
21 culo remanſiſſet; ad hoc igitur † lex introducit remedium
nullitatis obiiciendæ, per quod nihil aliud prætenditur, quàm
quod leges, & iura fuerunt contempta, & non ſeruata, in
præiudicium alicuius, petiturq; ex integro canonice, & le-
gitime procedi, & perperam factum, in irritum reuocari, &
de facto factum, de facto tolli, & in priſtinum reduci. *c. pa-*
22 *ſtoralis. de re iud. in fin.* quod † Iudex facere debet: nam ſicut
fuit facilis ad faciendum, ita facilis eſſe debet ad perperam
factum reuocandum. *l. 1. §. hoc edictum. ff. ſi mul. ven. no.* quem
pro ſingulari Roman. ad hoc ponit *ſing. 766. poſſeſſio. & conſ.*
320. cum ſimilibus per Vantium, qui hæc ponit, *in tractat. de*
23 *nullit. ſentent. in tit. quid ſit nullitas. n. 16.* & quæ † proteſtatio,
ex dicta vera, & iuſta cauſa facta, cum facta fuerit cum com-
miſſione, & auctoritate iudicis; vt in actis patet, operatur,
vt illi debuerit actor iſte parere, dato quod etiam non fue-
rit oſtenſa veritas d. cauſæ, propter quàm fiebat, & ſic quod non
eſſet facta fides de quantitate debiti, vt tradit Bar. *in l. non ſo-*
lum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. dum tractat de proteſtatione
inhibitoria. *num. 55. per l. fin. ff. de leg. comm.* vbi etiam hoc idẽ
tradit, & idem tradit Anchar. *in clem. 1. de exceſſ. prælat.* Alex. *in*
l. de pupillo. §. qui procur. ff. de oper. no nunt. & in conſ. 78. col. 2. in fi.
vol. 5. facit Roman. *conſil. 6.* & ponit etiam *deciſ. Neapolit. 328.*
24 *col. 1. in fin.* & late confirmat Iaſ. *in d. §. morte. n. 29.* & † ex hac
proteſtatione nullitatis ſequitur, quod conſeruatum fuerit
ius ipſius D. Bartholomæi proteſtantis aduerſus hanc nulli-
tatem proceſſus, poſtea emanatã, ita quod ſecuta nullitate,
dicitur iam in præteritum de ipſa oppoſitum, priusquam
25 contingeret: † proteſtatio enim ius proteſtantis conſeruat,
vt abunde colligitur per Iaſ. *d. § morte. num. 18.* poſt Bart. &
late ponit Pariſ. *in conſ. 87. num. 12. vol. 1. & in conſil. 70. num. 20.*
vol. 3. Ruin. *conſil. 45. in princ. vol. 5.* Tiraq. *de retract. in §. 1. gl. 7.*
n. 71. & eſt caſus in d. gl. & ibi notant Dd. *in l. ſi debitor. §. 1.*
ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. ex quibus infero ad ea, quæ
dicunt in dubiis, quod facto præcepto, debuit D. Bartho-
lomæus appellare, vel de nullitate dicere infra quinque
dies, iuxta diſpoſitionem ſtatuti *de appell. in princ.* cum enim
hoc non fecerit, firmum debet remanere dictum præceptũ,
26 poſito quod alias fuiſſet nullum; quia † paria ſunt, quid va-
lere, vel eſſe nullum, & de nullitate dicere non poſſe, vt per
Angel. *in conſil. 187. A. & B. in fin. gloſſ. fin. in l. qui habebat. §. 1. ff. de*
man. teſta. Dec. *conſil. 456. n. 1. & conſil. 557. num. 13.* & poſt eum
Vant. *in d. tract. tit. qui poſſit dicere de nullitate. nu. 42.* & quia
27 elapſo † tempore ad dicendum de nullitate non poteſt am-
plius de ea dici, etiam ſi eſſet notoria, vt per Alexan. *conſil.*
105. col. 2. vol. 5.
28 Confirmaturque, quoniam † annullare, & deſtruere a-
ctum, dicitur pœna, & conſtitutio annullans, dicitur pœ-
nalis, propterea in dubio non videtur extendenda. *c. cum ec-*
cleſia noſtra. verſ. denique. de elect. glo. in c. decet. §. ordinarii. in ver.
proceſſus. de immun. eccleſ. in 6. quam commendat Abb. *in cap.*
quæ fronte. colum. 2. de appell. Felyn. *in c. 2. num. 28. de teſtib.* Caſ-
ſad. *deciſ. 6. de præbend.* & Vant. *loco citato.* Quoniam dico ego,
ante hanc nullitatem, de ipſa fuiſſe dictum & proteſtatum,
caſu quo ea in futurum contingeret; & ſic facta fuit proui-
ſio in hoc ſufficiens: ſed vltra dico, infra tempus fuiſſe di-
ctum de nullitate, poſt præceptum, ſi videãtur acta; id enim
emanauit 2. Maii, notificatum vero fuit D. Bartholomæo,
& eius procuratori 11. Maii, vnde ante non currit tempus,
vt in d. ſtatuto, *de appell.* ibi, *à die latæ ſententiæ, & illati graua-*
minis, & ſcientia, excluſiue: eadem autem die comparuit do-
minus Procurator, & fecit ſuſpendi dictum præceptum,
dixitque de nullitate in forma; & ſic bene infra quinq; dies
fuit hoc factum.

Præterea quod dicit Alex. *in d. conſil. 105. vol. 5.* non † poſſe 29
dici de nullitate euidenti, ex inſpectione ſententiæ, poſt
tempus præfixum à ſtatuto ad dicendum de nullitate peri-
culoſum eſt in iure: contrarium enim tenet Burtius *in cum*
Bertoldum. de re iud. pen. chart. verſic. quintus caſus. Peruſ. late *in c.*
dilecto. de appell. 54. quæſt. ſunct. q. 50. n. 165. in fin. col. & Ruin. *con-*
ſil. 29. 2. col. vol. 5. meliusque idem tradit *in conſil. 37. col. pen. &*
fin. eod. vol. vbi facit mentionem *de d. conſil. Alex. 105.* & ei re-
ſpondet.

Præterea, cum † nullitas ſit iuris remedium, legum tuta- 30
men, pœna temerariorum, auxilium commune, & vera de-
fenſio oppreſſorũ, & ob publicã cauſam introductum, dici
poteſt, quod ſit fauorabile, & benigne interpretandum, vt
in ſimili dicit tex. *in l. ſi quis in graui. §. hi quoq;.* ibi, *quia in com-*
mune vtile eſt. ff. de Senat. cum aliis per Caſtr. *conſil. 23. viſo pun-*
cto. colum. 2. quem probat Dec. *conſil. 669. num. 5.* & Vantius
in tit. quid ſit nullitas. num. 17. Vnde Burtius & alii ſupra citati,
qui propriè loquuntur in ſtatuto, † diſponente, poſſe dici 31
de nullitate infra quatuor, aut decem dies, & non vltra; &
dicunt, quod tale ſtatutum locum non habeat, quando de
nullitate appareret ex inſpectione ipſius ſententię, allegan-
do *c. per tuas. de ſenten. excommun. & l. ſi expreſſim. ff. de appella.*
ſentiunt id etiam, quia nullitatis exceptio fauorabilis eſt,
ſed in caſu noſtro præceptum factum ſequeſtrario, ex in-
ſpectione ipſius, continet nullitatem euidentem, quia fa-
ctum eſt ſine certa quantitate. Mandatur enim ſequeſtra-
rio, vt exburſare debeat actori pecunias, liquidandas per
eum: Sententia † enim quæ certa ferri potuit, ſi incerta fe- 32
ratur, nec ex actis probationis in proceſſu factis, certificari
poteſt, nulla eſt, *l. penult. & fin. C. de ſentent. quæ ſine cert.*
quant. tradidit Ruin. *conſil. 38. num. 6. & in conſil. 133. num. 10.*
volum. 5. Corn. *conſil. 315. num. 3. colum. 3. volum. 3.* nec per pro-
bationes † faciendas poſtea ex interuallo, poſt præceptum, 33
potuit facere dominus Poteſtas, quod ſententia incerta va-
leret, dum dixit, pecunias liquidandas, vt poſt gloſſ. tradit
Bald. Bart. & Salyc. *in l. cum iudex. C. de ſentent. & interlocut.*
Imol. *in l. qui Romæ. §. Angerius. ff. de verbor. obligat.* Alexand.
conſil. 73. ad fin. volum. 3. cum aliis per Ruin. *conſil. 38. num. 7.*
volum. 5.

Nec contra prędicta quicquam facit, quatenus in dubiis
dicitur, † ſententiam ex actis declarari, ſecundum Felyn. *in* 34
c. examinata. col. 5. ver. ſed lege hic. de iud. ſed ex actis conſtat per
inſtrumenta producta, iuncto ſtatuto, loquente de merce-
de notarii pro inſtrumentis, quantum mercedis ſolui de-
beat; ergo ſententia per relationem ad talia acta, ſatis dici-
tur certa, iuxta regulam, quod † paria ſunt, quid eſſe certum 35
per ſe, vel per relationem ad acta, vt per Alex. *in l. vbi autem.*
§. illud. 1. notab. ff. de verb. oblig. quoniam † hæc admitterem, 36
quando relatione immediate facta, ad acta ſententia red-
deretur certa, vt quia in inſtrumentis contineretur expreſ-
ſio certæ mercedis, vel quia in eis eſſet producta taxa nota-
rii, de mercede dicturum inſtrumentutum; ſic enim loqui-
tur Alex. *in d. §. illud.* quando in actis immediate cõſtabat de
certitudine, quæ † in qualibet diſpoſitione proxima, & im- 37
mediata debet attendi, & eſt conſideranda, nõ autem me-
diata, *l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſoc.* Bart. *in l. pulchra quæſt. in l. cum*
oportet. in princip. Cod. de bon. quæ lib. gloſſ. in l. ſi mulier. ff. rer.
amot. & in c. de cætero. de homicid. dixi *conſil. 119. num. 3.* Sed in
caſu noſtro ſecus eſt; acta enim de ſe, vt ſunt inſtrumenta
producta, non declarant, quanta ſit merces; ergo ſenten-
tia per relationem, ad ea immediate factam, non poteſt eſ-
ſe certa.

Nec

Digitized by Google

Nec quod relatio fieri debeat præter inſtrumenta, etiam ad ſtatutum, de mercede loquens, debet eſſe in conſideratione; ſic enim res in infinitum procederet, & talis certitudo eſſet extra acta, non ex actis. Sic in ſimili tradit Dec. *in c.*
38 *cum venerabilis. de except. col. 6. verſ. ſed retenta.* vbi † in ſolito negotiari demum vult intereſſe lucri ceſſantis conſiderari, quando ſumus in primo lucro, quod immediate poteſt conſiderari, non autem attendi debet, quod ſi habuiſſet illud lucrum ceſſans, iterũ ex eo potuiſſet lucrari; talis enim diſcurſus fieri non debet, quia res procederet in infinitum, & tale intereſſe venit extra rem, & à remotis, ſecundũ eum. Idemq; etiam in effectu ponit Ruin. *conſil. 55. n. 15. 2. vol.* vbi
39 ſicut † vſura vſuræ non debetur, ita nec intereſſe intereſſis, cum ſit acceſſio acceſſionis, ex quibus ſic & in caſu noſtro pariter conſiderari poteſt.

Præterea vlterius dico, quod ſi pars aduerſa prætẽdebat, nos de nullitate dicere non poſſe, vigore allegati ſtatuti, *de appellat.* debebat ab initio repellere hanc oppoſitionem noſtram, quando comparuit poſtea, dicendo de nullitate dicti præcepti, nos dicere non poſſe: & quatenus poſſemus, dictum præceptum eſſe validum, & non eſſe reuocandum. Sed ſi videantur acta, pars aduerſa tacite nos admiſit ad dicendum de nullitate, ſolum dicendo, præceptum fuiſſe validum, & non eſſe reuocandum, & ſic primam oppoſitionẽ noſtram admiſit; ſecundæ vero contradixit. Idq; etiam patet; quia bis fecit nos citari, ad audiendam intentionem, ſuper hinc & inde deductis, & petitis. Ergo ſtante hoc, quod fuimus admiſſi, ad dicendum de nullitate, & de ipſa cõſtat, tam reſpectu ſequeſtri, quam præcepti, ex ſupra deductis, vtique talis ſententia debet pronunciari nulla; quia ex quo
40 iudex † de tali nullitate cognouit, de illa debet iudicare *l. de qua re. l. ſolemus. ff. de iudic.* ita tradit eleganter Corn. *conſil. 4. col. 3. num. 9. vol. 1.* proprie loquens in ſententia, quæ dicebatur nulla, ex eius inſpectione, & opponebatur, de tali nullitate dici non poſſe, vetante ſtatuto: Concludit enim, quod
41 ex quo † pars ab initio potuit alteram repellere, ne de nullitate diceret, ſed eam admiſit, & de nullitate conſtat, pronunciari debere, ſententiam nullam, vt latius per eum ibi, quod ad caſum noſtrum optime adaptatur, vt patet. Et ſic-
42 ut † pars euitare nõ poteſt hanc exceptionem nullitatis, ita nec iudex eam reiicere debet; licet enim iudicis officiũ nullum præſupponat obligationem. *l. Quintus per colluſionem. §.*
43 *fin. ff. de action. empt. l. Quintus. ff. de annu. leg.* adeo † quod declarare, vel non nullitatem, reſidere videatur in arbitrio iudicis, tamen, ex quo officium iſtud, quod imploratur, ex iure partibus competenti, inſurgit, & tanquam auxilium legale, & proprium ipſorum litigantium, in iudicio actionis loco proponitur, neceſſe eſt, vt iudex illud impartiatur, & illi ſeruiat, vt declarat Specul. *de offic. iud. §. poteſt. ver. ſed qua vis eſt. l. 4. C. de poſtu. l. metum. & ex hoc edicto. ff. quod met. cauſ.* & ponit Innoc. *in c. fin. in princ. de offic. iudic.* ſequitur Vant. *in tit.*
44 *quid ſit nullitas. col. 2.* ſubdens, quod ſi † iudex denegaret iudicium nullitatis coram ſe propoſitum cognoſcere, faceret iniuriam proponenti, iuxta ea, quæ ponit Bart. *in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiu.* latiusq; proſequitur ibi Vantius, vt per eum.

Non obſtat etiam, inquantum dicitur in dubiis, exce-
45 ptiones noſtras † non releuare, vtpote generales, & obſcuras, iuxta doctrinam Bart. *in l. 2. ff. de except.* cum aliis per Alex. Aret. & Iaſ. *in l. Titia textores. n. 5. ff. de leg. 1.* & per Cur. iun.
46 *conſil. 149. n. 6.* nullitas † enim ſimpliciter, & indiſtincte, & nulla expreſſa cauſa, in iudicio deducta, dicitur informis, & informiter propoſita; ideo per ſimilem generalem & informem nullitatis propoſitionem, curſus, & expeditio cauſæ retardari non debet, vt eſt de mente Innoc. *in c. cum Bertoldus. de re iud.* & Bald. *in l. in teſtamento. in princ. ff. de excuſ. tut. & in l. tale pactum. §. qui procurauit. q. 15. ff. de pact.* Lanfr. de Oria. *in c. quoniam contra. verſ. interlocutoriæ. n. 59. de probat.* Rota *deciſ. 145. nota, quod intentans, & deciſ. 749. nota quod ſi principalis. in antiq.* ſequitur Vant. *in tit. quib. mod. ſen. null. defend. n. 29.* opponi enim debebat, à præceptis non eſſe inchoandum, & agendum eſſe ordinarie, & ſic in ſpecie, non autem in genere, vt dictum fuit, non eſſe mandandum ſequeſtrario, ſtantibus rebus prout ſtant: quoniam aduertendum eſt, dum diximus, non eſt mandandum ſequeſtrario, ſtantibus rebus prout ſtant, vt in actis; certe † cum talis generalitas 47
reſtringatur ad acta, ex quibus nullitas apparet, ob non factam fidem de quantitate pecuniæ debitæ, dicta generalitas in ea tantum verificabilis, habetur pro ſpecificata, iuxta notata *in l. 2.* vbi late Iaſ. *ff. de lib. & poſthum.*

Non obſtat etiam, dum dicitur, quod ſicut valet † præ- 48
ceptum, non liquidata quantitate pœnæ; puta ſi iudex præcipit parti, quod compareat ſub pœna arbitrio ſuo inferenda, vt tradit Bart. & alii *in l. 1. in fin. princ. ff. ſi quis ius dicen. non obt.* Iaſ. *in l. nec quicquam num. 15. ff. de offic. proconſul.* ita valere debet in caſu noſtro mercedis liquidandæ; cum ita priore caſu verſetur incertitudo, ſicut in iſto, quoniam de illo præcepto Doctores remittunt ad notata per Imolam *in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. 1.* vbi diſtinguit late, & poſt eum Alexand. & alii; & in effectu loquuntur in † præcepto nudo, 49
& ſine cauſæ cognitione facto, quod non ligat inobedientem; nos autem loquimur in præcepto facto in executione ſequeſtri, quod aliud poſt ſe non expectat, niſi executionem facti, & fit cum cauſæ cognitione, vnde debet regulari, ſicut † aliæ ſententiæ diffinitiuæ, quæ vitiantur ob incer- 50
titudinem. *d. l. penult. C. de ſent. ex peric. recit.* & ſic ſumus in diuerſis terminis.

Et ex iſtis ſequitur pronunciandum eſſe, ad fauorem D. Bartholomæi, iuxta petita per eum. *Hippolytus Riminald. Ferraria.*

Pro Dom. Petro Moretto.

ARG. An & quando is qui veniam ætatis impetrauit, poſſit bona ſua immobilia ſine decreto alienare: vbi de clauſulis; Ex certa ſcientia: de plenitudine poteſtatis, & non obſtante, &c.

SVMMARIVM.

1 *Minor poſt veniam ætatis impetratam an prædia ſine decreto alienare poſſit. n. 3. 6. 7. 8. 9. 23. & 30.*
2 *Decretum exigitur nedum in alienatione directi, verum etiam vtilis dominij.*
4 *Reſcriptum continens diſpenſationem ſtricte interpretandum, & cur. num. 5.*
10 *Conceſſio veniæ debet intelligi eo modo, quo ipſum reſcriptum. & cur. num. 11.*
11 *Actus attribuitur ordinanti, non exequenti.*
12 *Reſcriptum Principis ad preces emanatum, eas non amplians, aut limitans, ſecundum eas debet intelligi.*
13 *Verbum clauſula, ex certa ſcientia. n. 14. 15. 16. 18. & 19.*
17 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, idem importat, quod clauſula ex certa ſcientia, & eſt ea potentior.*
20 *Verbum clauſula, non obſtante.*
21 *Alienatio mobilium per minorem poteſt fieri ſine decreto. & numero 22.*
24 *Superflua ſunt reſecanda. & n. 25.*
26 *Conſuetudo introducens ſuperflua remedia, velut irrationabilis, reprobatur.*
27 *Vbi ſuperfluum eſt præceptum, non committitur pœna, ſi ei non paretur.*
28 *Nedum clauſula, ſed nec minimum verbum debet eſſe ſine virtute, aliquid operando.*

CONSIL. DCCCV.

ILluſtris quidam Comes Thomas Calcagninus minor annis viginti quinque, venia ætatis impetrata iure Liuelli alienauit 30. Tornaturas terræ in territorio Tuſignani, D. Petro Moretto, de cuius contractus valore, nunc eo mortuo, dubitatur; quia † minor, etiam poſt veniam ætatis im- 1
petratam, prædia ſine decreto alienare non poteſt, vt hic tactum fuit. *l. 2. C. de his, qui ven. ætat.* tradit Iaſ. *in l. 2. colum. 1. ff. de offic. eius.* Fabi. *in tractat. de empt. & vendit. 3. quæſt. in fin.* exigiturq; tale decretum † nedum in alienatione directi, 2
verum etiam vtilis dominii, vt in caſu noſtro. Bald. *in conſil. 184. ad intelligentiam. in 2. volum. alias 47. in primo prout in meo libro Pariſ. conſil. 85. num. 35. volum. 3.* Ruin. *conſil. 63. n. 11. volum. 1.*

Nec obſtare videtur, quod hæc † venia petita fuerit latio- 3
ribus verbis; quia non videtur conceſſa ad alienationem

4 immobilium ſine decreto, cum hoc non dicat; & reſcriptū
eam concedens, cum contineat diſpenſationem, ſtricte ve-
nit interpretandum, iuxta naturam diſpenſationis. *c. requi-
ritis. §. niſi rigor. 97. diſt. c. quod dilectio. de conſang. & affin.* Pariſ.
5 *conſil. 88. num. 10. vol. 2.* nam † diſpenſatio odioſa eſt. Anch.
conſil. 242. Dec. *conſil. 338. n. 3.* meritoque reſtringenda. Bella-
met. *q. 477.* Pariſ. *conſil. 136. num. 23. vol. 4.* & ego *conſil. 54. n. 40.*
6 ſatisq; eſt, † veniam operari, reſpectu mobilium, quorum
alienatio conceditur ei, qui veniam ætatis impetrauit. *l. 3. C.
de his, qui ven. ætat. in verb. immobilium:* à contrario ſenſu: & ſi-
7 ne † venia non concederetur. *l. lex quæ tutores. Cod. de admin.
8 tut.* † minimoq; facta in precibus, de iudice remouendo, &
ſic decreto non adhibendo, reſpectu ſtatuti Ferrariæ *de con-
tract. minor.* cenſetur facta, & intelligi debet, non etiam re-
ſpectu iuris communis, vt per Caſtr. *in d. l. 2. ad fin.* & Ruin. *in
conſil. 126. num. 6. vol. 5.*

Quibus tamen non obſtantibus, veritas eſt in oppoſi-
tum; in caſu enim noſtro, diſpoſitioni *d. l. 2.* cenſetur fuiſſe
9 derogatum, & ob id hæc † alienatio valuit, licet ſine decre-
to probatur, quoniam in precibus petitum fuit, concedi
veniam ætatis, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſta-
tis Sereniſſimi Ducis Alphonſi Ferrariæ, isq; conſilio iuſti-
tiæ commiſit auctoritate Ducali, eam cōcedere, vt petitur:
10 ex quo duo reſultant; alterum, quod † conceſſio ætatis fa-
cta per Conſilium iuſtitiæ, veniens in executione reſcripti
Ducalis, hoc imponeotis, debet intelligi eo modo, quo i-
pſum reſcriptum. *l. ſi pecuniam. §. 1. in fin. ff. de con. ob cauſ.* quem
text. ad hoc propoſitum, citat Caſtr. *in conſ. 94. licet plura. col.
fin. vol. 2.* ſequitur Crauet. *in conſil. 145. num. 13.* quia actus attri-
11 buitur † ordinanti, non exequenti. *l. vnum ex familia. ff. ſi de
Falcidia.* & ibi Bart. *ff. de leg. 1.* Roman. *conſil. 360.* Natta *conſil.*
12 *434. num. 13.* & ego *conſil. 6. num. 112.* Alterum, quod † reſcri-
ptum Principis, dictis precibus emanatum, eas non am-
plians, aut limitans, ſecundum eas debet intelligi, vt tradit
Bald. *in c. inter dilectos. §. cæterum per illum tex. de fid. inſtr.* But.
in conſil. 19. Alex. *conſil. 84. col. fin. vol. 1.* Dec. *conſ. 142. colum. pen.
num. 6.* Iaſ. *in l. 1. col. 2. C. de diuer. reſcript.* Crauet. *conſil. 7. in fin.*
Rubeus *conſil. 16. num. 2.* Ruin. *conſil. 3. col. 2. vol. 1. & conſil. 37.*
13 *in princ. vol. 5.* virtus † enim talis clauſulæ, *ex certa ſcientia*, eſt,
vt legi contrariæ dicatur eſſe derogatum, etiam non appo-
ſita clauſula, *non obſtante.* ſecundum gloſſ. *in c. 1. in ver. noſca-
tur de conſtit. in 6. & in l. ætas. C. de reſcind. vend.* Bart. & Bald.
14 *in l. idem Vlpian. ff. de excuſ. tut.* & dicta † clauſula tollit reui-
15 ſionem; quia † quod facit Princeps ex certa ſcientia, non
poteſt in dubium reuocari. Bart. *in l. conſi. iuntur. ff. de iure
16 codic. & conſil. 196. ciuitate Camerini.* Oldrad. *conſil. 157.* † nec
audiri debet quis aduerſus illud, quod fecit Princeps ex
certa ſcientia, ſed repelli, & illi perpetuum ſilentium impo-
ni. Bald. *in c. 1. §. ſi quis autem. de pace Conſtan.* Dec. *conſil. 161.
num. 3. conſil. 266. num. 19.* Curt. ſen. *conſil. 49.* & iunior *conſil.
174. num. 6. cum ſimilibus à me cumulatis. conſil. 54. num. 10.* idem-
17 que importat † clauſula, *de plenitudine poteſtatis:* hic inſerta,
quæ etiam præcedenti potentior eſt, idem refert ſecun-
dum Abb. *in c. ad hæc. de reſcript. in c. cum inter. colum. 1. de ex-
cept. in conſil. 84. colum. 3. vol. 1.* Dec. *conſil. 191. colum. pen. cum ſi-
18 milibus.* ex † dictis enim clauſulis cenſetur *d. l. 2.* derogatum,
vt tradit Ruin. in terminis *in d. conſil. 126. num. 2. volum. 5.* &
19 de qua pono pariter *in d. 54. num. 11.* Nec hic † cadit aliqua
Principis ignorantia facti, quo caſu dictæ clauſulæ non o-
perantur, vt ibi dixi: Quinimo, vltra dictas clauſulas ad-
eſt & alia; *non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facienti-
bus*, de qua etiam meminit Ruin. *in d. conſil. 126.* Sed vltra di-
20 citur, † *non obſtante ſtatuto, de contract. minor. & legibus, quæ
loquuntur de ſolemnitatibus contractuum minorum, & obligatio-
num eorum*, ita vt non modo ſpecialiter, verum etiam ſin-
gulariter dicatur facta mentio. *d. l. 2.* licet hoc neceſſarium
non eſſet, *iuxta not.* per Bart. *in l. fin. in fin. C. ſi contr. ius.* & ab-
unde per Crau. poſt Caſtr. & plures alios, quos citat *in conſ.
186. col. 1. & 2.* ſi ergo derogatū fuit *d. l. 2.* ſequitur, alienatio-
nem, de qua agitur, licet ſine decreto factam, valuiſſe.

Et hanc partem tenendo, non obſtant contraria: & pri-
21 mo; quod † talis conceſſio, reſpectu mobilium duntaxat
ſit intelligenda, hoc enim attentu, non erat opus tot clau-
ſulis, & derogatione *d. l. 2.* Cum his omnibus remotis, ex
ſimplici † venia ætatis conceſſa, potuiſſent alienari mobilia 22
ſine decreto *d. l. 2.* ne ergo nihil operentur, contra doctri-
nam Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæſt. 9.* Dec. *conſil. 47.* di-
ci † debet, talem conceſſionem, etiam reſpectu immobiliū, 23
operari, & intelligendam eſſe: nam † ſuperflua ſunt reſecan- 24
da. gloſſ. *in c. legebatur. de maior. & obed.* Curt. *conſil. 98. num. 5.
vol. 3.* Vnde dicitur, † quod ſuperfluis actibus vti non debea- 25
mus. *l. hac ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. l. non cogendum. §.
Sabinus. ff. de procur. & bonus text. in c. 2. de probat.* vbi † conſue- 26
tudo introducens ſuperflua remedia, velut irrationabilis,
reprobatur à ſummo Pontifice, nec valet, vt ibi dicitur: &
addit Bald. *in l. 1. 6. oppoſit. C. de his, quæ pen. nom.* quod vbi præ-
ceptum † eſt ſuperfluum, pœna non committitur, ſi ei non 27
paretur, ſequitur Natt. *conſil. 338. num. 7.* Hinc idem Bald. *in
d. rubric. Cod. de prob. q. 9.* nedum † clauſulas, ſed etiam mini- 28
mum verbum non debere eſſe ſine virtute aliquid ope-
randi; ſequitur Dec. *conſil. 47. & in c. paſtoralis. in princip. de
appellat.* D. meus Riminald. *conſil. 388 num. 33.* & ego *conſil.
227. colum. 1.*

Secundo non obſtat, quod † remotio iudicis dicatur fa- 29
cta, quo ad ſtatutum tantum; quia imo etiam quo ad ius
commune: tum ex clauſulis: *ex certa ſcientia, & de plenitudi-
ne poteſtatis*, ſecundum Ruin. *in d. conſ. 126.* & ob id poſtea i-
pſe in ſcriis inaduertenter locutus eſt; tum etiam, quia di-
ctum fuit, non obſtantibus legibus, quæ de ſolemnitatibus
contractuum minorum loquuntur, *& ſic d. l. 2.*

Nec obſtat etiam deciſio Caſtr. *in d. l. 2.* loquitur enim in
ſimplici † conceſſione veniæ, quæ bene non operatur, quo 30
ad alienationem immobilium ſine decreto; ſecus autem,
quando additæ ſunt clauſulæ, ex quib. *d. l. 2.* & iuri commu-
ni derogatum dicatur, prout in caſu noſtro.

Et ita paucis concludo pro validitate huius alienationis.

*Pro inſtante ſententiam latam fuiſſe infra inſtan-
tiam in cauſa tenuta.*

ARG. An & quando ſententia dicatur lata ex-
tra, vel intra inſtantiam ſtatuti in cauſa tenutæ,
& à quo tempore incipiat inſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de ſubhaſt. quale dubium hic faciat.*
2 *Dictio à, an ſtet incluſiue, vel excluſiue n. 19. & 20.*
3 *Terminus anni datus à ſtatuto à quo die incipiat.*
4 *Tenuta accepta vigore inſtrumenti conſeruationis indemnitatis, opera- tur vt ſummarie procedatur.*
5 *Statutum de ſubhaſt. dans annum à die capta tenuta, quomodo intelli- gendum & n. 7. 8. 17.*
6 *Inſtantia de iure ciuili quando incipiat.*
9 *Vnum ſtatutum potius recipit declarationem ab alio, quam à iure com- muni.*
10 *Inſtantia in cauſis tenutarum quomodo calculetur ex ſtylo Notario- rum, & communi obſeruantia.*
11 *Statutum interpretandum eſt ſecundum communem obſeruantiam & ſtylum.*
12 *Et à tali ſtylo non eſt recedendum, licet in contradictorio iudicio non fuerit obtentus. n. 13. 14.*
15 *Statutum prohibens fieri interpretationem, non intelligitur de interpre- tatione ex communi ſtylo.*
16 *Quando ſententia dicatur lata intra inſtantiam.*
18 *Statutum tollitur per contrarium vſum decem annorum.*
21 *Litis conteſtatio, eſt actus iudicialis. Captio autem tenutæ, extraiu- dicialis n. 22.*
23 *De diuerſis ad diuerſa, non recte infertur.*
24 *Cauſa an & quando dicatur ſummaria, vel ordinaria vigore inſtru- menti producti.*
25 *Priuilegio conceſſo contra ius commune, an contra tertium vti poſ- ſim.*
26 *Iudex in dubio mitiorem partem, & quæ minus lædit amplecti debet.*

CONSIL. DCCCVI.

LAta fuit ſententia condemnatoria, in cauſa tenutæ, quę
nunc in appellatione dicitur lata extra inſtantiam, qua-
tenus inſtantia incipiat à die captæ tenutæ, quatenus ve-
ro à die aſſignationis termini, & ſic cauſa ordinaria, lata
eſt infra inſtantiam: Nunc vero Dominus Iudex dubi-
tat, ex † ſtatuto, *de ſubhaſtat.* quod imponit capienti 1
tenutam,

tenutam, eam proſequi, & finire infra annum, à die acce-
ptæ tenutæ connumerandum; ſi enim connumerat annum,
quatenus datur pro inſtantia particulari, cauſæ tenutæ; vt
dicit, à die captæ tenutæ; ergo hæc ſententia lata eſt extra
inſtantiam, iuxta relationem.

Confirmatur, quia ſtatutum connumerat annum à die
2 captæ tenutæ, quæ † dictio à, ſtat incluſiue. *l. à caligato. C.*
3 *de nupt.* & ibi not. Bald. & alii cum Oldrado, quod † ter-
minus anni incipit illo die, & eum includit, quo capta fuit
tenuta.

Secundo dubitat, quoniam † qui tenutam accepit, id fe-
4 cit, & egit vigore inſtrumenti conſeruationis indemnitatis
ſibi factæ per eum, pro quo fideiuſſit, quo caſu ſummarie
proceditur, ex ſtatuto. *Quib. caſib. ſumma. proc.* ergo adhuc ex
iſto ſecundo capite ſententia lata eſt extra inſtantiam, vt in
ſequenti parte relationis.

Ego vero teneo contrarium: & quo ad primum dubium,
5 dico, † ſtatutum de ſubhaſta, ibi, *infra annum à die accepta te-
nuta*, intelligendum eſſe, cum iſta ſubauditione, & aſſigna-
tione termini, primo ex ſtatuto ſuperiore. *quant. temp. dur.*
6 *inſtan.* vbi † in omni cauſa ciuili dicit, inſtantiam durare à
die litis conteſtationis, hoc eſt, aſſignationis termini, prout
7 practicatur; † per illud enim hoc ſequens declarari debet.
Auchar. *conſil. 423. viſo punſto. col. fin.* Dec. *conſil. 65. num 4. conſ.
301. num. 10.* Pariſ. *conſ. 22. num. 87. volum. 2.* Socin. iun. *conſil. 1.
num. 29. volum. 2.* Idque ſuadetur: nam alias hoc illi eſſet
8 contrarium: † Vnde ſic debet intelligi, vt ad illius concor-
diam redigatur. Abb. *in c. gratum. de offic. deleg.* Dec. *conſ. 520.
n. 11.* Pariſ. *conſ. 166. n. 14. vol. 4.*

Confirmatur, quia † vnum ſtatutum potius recipit de-
9 clarationem ab alio ſtatuto, quam à iure communi; quia in
habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus, vt inquit An-
char. *conſ. 93. iſta domina.* cum ſuperius allegatis, quos ego ci-
taui pariter *conſil. 228. num. 63.*

10 Secundo moueor † ex ſtylo, & communi obſeruantia
notariorum, qui inſtantiam in cauſis tenutarum calcula-
runt, ſicque obſeruari viderunt (vt teſtantur) ab aſſignatio-
ne termini, & non ante, cui ſtandum eſt, & non verbis ſta-
11 tuti; † imo dictum ſtatutum, ſecundum hanc obſeruantiam
communem eſt interpretandum. Bald. *conſil. 11. præmiſſis ver-
bis. verſic. contrarium dico. conſil. 103. ſtatuto Tergeſti. vol. 1.* late Io.
12 de Ana. *conſil. 42. num. 18.* & † à tali ſtylo non eſt recedendũ.
Salycet. *in l. exemplo. C. de probat.* Felyn. *in c. ad audientiam. con-
cluſion. 9. de præſcript.* Alexand. *conſil. 14. num. 20. volum. 6.* et-
13 iam † quod in contradictorio iudicio non fuerit obtentus;
non enim hoc requiritur ſecundum communem, de qua
14 late Crauet. *conſil. 55. num. 6.* & † cum ſit interpretatiuus, at-
tendi debet, non obſtante ſtatuto, *de obſeruan. ſtatut.* quod
loquitur de contraria ſtatutorum forma, & ſic extra caſum
15 noſtrum: ita Dec. *conſil 11. num. 10.* imo nec † ſtatutum prohi-
bens interpretationem fieri de hac declaratiua intelligi-
tur. Caſtr. *conſil. 199 ſuper hoc puncto. colum. pen.* Dec. *conſil. 475.
num. 37.* ſic ergo intelligendo dictum ſtatutum, † ſententia
16 lata eſt infra inſtantiam, cum incipiat à die captæ tenutæ, &
aſſignationis termini; quo caſu relatio vult eam eſſe latã in-
tra inſtantiam, dummodo ſit cauſa ordinaria, prout eam ſic
17 eſſe ſtatim oſtendam: ſi vero intelligas hoc † ſtatutum iu-
xta corticem, tunc dico, non apparere, quod in vſu fuerit
receptum, ſed contrarium ſeruatum apparet ex iſto ſtylo,
probato, ab eius publicatione citra: Ergo non ligat in hac
parte. Bart. *in l. fin. §. ſed cum antiquitas. C. de cur. furio. conſ. 144.
iudex communis Aſiſii.* Dec. *conſil. 649. num. 8.* Crauet. *conſil. 10.
num. 5.* cum ſimilibus à me deductis *conſil. 221. num. 15.* & per
18 contrarium † vſum 10. annorum tollitur ſtatutum, Ruin.
conſil. 144. num. 24. vol. 5. præualetq; ſecundum Baldum, *conſ.
128. in fin. volum. 3.* attento ergo ſtylo, ſententia non eſt lata
extra inſtantiam.

19 Nec obſtat illa dictio, † à, in ſtatuto poſita, quæ, vt dice-
bam, ſtat incluſiue; quia & quandoque ſtat excluſiue. *l. ratio.
§. fin. ff. de actio. empt. l. 41. & c. ff. de cenſib.* vnde pro reſolutione
recurrendum eſt ad diſtinctionem Cyni *in d. l. à caligato.*
20 quod † ſi quidem dictio à, profertur à lege, (in quo caſu ver-
ſamur) ſi quidem incluſio eſſet legi contraria, ſtat excluſi-
ue: at in propoſito noſtro ſtatutum, *quanto temp. dur. inſtan-
tia.* vult eam incipere ab aſſignatione termini; ergo, quia ſi
dictio à, ſtaret incluſiue, eſſet talis incluſio contraria dicto
ſtatuto, *quanto temp. dur. inſtantia.* vnde dicere debemus;
quod dictio à, ſtet excluſiue: Confirmatur, quia † litis con- 21
teſtatio, de qua ſtatutũ illud *quanto temp.* loquitur, eſt actus
iudicialis, qui medio iudicis expeditur, aſſignantis termi-
num probatorum. † at captio tenutæ eſt actus extraiudi- 22
cialis, de qua notarius rogatur in loco, & re, cuius tenuta ca-
pitur: ergo † de diuerſis ad diuerſa non recta fit illatio. *l. Pa-* 23
pinianus exul. ff. de minor.

Quo vero ad ſecũdum dubium, † ſtatutũ illud loquitur, 24
quando agitur contra eum, qui fecit inſtrumentũ conſer-
uationis; ſecus quando contra tertium hypothecaria, vigo-
re pacti; tunc enim cauſa non eſt ſummaria, ſed ordinaria;
ita Bald. *in l. 1. col. 1. C. commun. de leg.* Alex. & Iaſ. *in l. 1. § ſi heres,
ff. ad Trebell.*

Confirmatur hoc; quia † vbicunque aliquod priuilegiũ 25
contra ius commune conceditur inſtrumento, illud priui-
legium ſolum intelligitur eſſe conceſſum, quando vtor in-
ſtrumento contra eum, cum quo confectum eſt, vel eius
heredes, qui eum repræſentant; ſecus autem contra tertiũ,
Alexand. *in conſil 83. colum. pen. volum. 3.* Dec. *conſil. 410. col. 3.*
quod ergo cauſa ſit ſummaria in hoc inſtrumento, proce-
deret contra eum, qui fecit non contra tertium, cum quo
eſt iudicium; ergo ſententia eſt lata intra inſtantiam, vt in
relatione.

Poſtremo, pars hæc eſt † mitior, neminem lædens, cum 26
appellans poſſit ſibi conſulere, ſi ius fouet, in faciendo pro-
nunciari, male iudicatum: contraria vero concluſio læde-
ret agentem, propter expẽſas, ad quas teneretur, & nouam
litem, quam ſubire teneretur. Prima eſt ergo tenenda, iux.
notata per Caſtren. Alexand. & Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis caut.* Dec.
conſil. 49. 439. 524. deciſ. Neapol. 373. in fine. *Hippolytus Rimi-
nald. Ferraria.*

Pro quibuſdam nobilibus Ferrarienſibus.

ARG. De moræ purgatione. An is qui factum,
vtpote aggeres facere, promiſit, poſt longum
tempus elapſum, moram purgare, & eos qui
viceverſa pecuniæ certam ſummam ei promi-
ſerunt, ad pecuniæ ſolutionem compellere
poſſit. An in terris Eccleſiæ ſaltem ius Cano-
nicum obſeruetur. Et an Nouatio expreſſe
rantum inducatur, an vero etiam per coniec-
turas.

SVMMARIVM.

1 *Tempore certo non appoſito in promiſſione facti quale tempus inſit, vel ſubintelligatur & n. 3*
2 *Tempus quod tacite ineſt promiſſioni æque interpellat, ſicut expreſſum.*
4 *Promiſſa non ſeruanti, nec ei ſeruanda ſunt.*
5 *Promiſſiones duæ cum ſint correſpectiuæ, vna ceſſante ceſſat & alia. & n. 9 etiamſi iuramentum interuenerit n. 8.*
6 *Et quæ dicantur correſpectiuæ.*
9 *Cui fides non fuit ſeruata, nec ipſe ſeruare tenetur, etiamſi iuramentum interuenerit.*
10 *Iurans ſeruare promiſſa in inſtrumento, & deficiens, vti periurus cadit ab omni commodo illius, quod ex illo inſtrumento petere poterat.*
11 *Nec agens ex eo inſtrumento audiri debet.*
Et eſt communis opin. n. 12
13 *Nec innouatur, purgando moram per lapſum temporis, cum nunquam de hoc ſibi fuerit in mora, nec moram conteſtata. & n. 14.*
14 *Mora an purgari poſſit, quamdiu lis mota, aut conteſtata non eſt. & n. 15. & 16.*
15 *Amplia, & intellige hoc procedere in reo.*
Fallit tamen in actore. & quare. n. 16.
17 *Tempus, an ſit modicum, vel longum, ſtatur arbitrio iudicis.*
18 *Et longum, & non modicum tempus reputatur annorum quinque.*
19 *Terminus intra quem mora purgari poſſit, non debet ſex menſes excedere.*
20 *Annus non eſt modicum tempus ad purgandum moram.*
21 *Nec ſpatium 11. menſium.*
22 *Idem de quadrimeſtri, & ſex menſium tempore dicendum. n. 23.*
24 *Breue tempus eſt decem menſium.*

25 *Mora purgari non debet in præiudicium aliorum, quibus ius iam eſt quæſitum & n.31.*

26 *Mora purgatio tunc conceditur, cum purganti prodeſt, & alteri non nocet.*

27 *Ius quæritur ipſo iure illi, cui promiſſa non fuerunt obſeruata & n 28*

29 *Pœna l.ſi quis maior. C.de tranſact. ipſo iure imponitur, ita vt non ſit opus ſententia condemnatoria, ſed declaratoria tantum.*

30 *De iure quæſito, & radicato, idem cenſetur, quod de damno.*

32 *Mora non purgatur cum pœna imponitur ipſo iure, & facto.*

33 *Item cum pœna imponitur ipſo iure, venienti aduerſus tranſactionem iuratam.*

34 *Et cum executio ſit à lege, vel ab homine.*

35 *Mora an purgari poſſit de æquitate canonica, non obſtante iuramento & n.41.*

36 *In terris eccleſiæ, an tantum ius Canonicum ſeruetur. num. 37. 38. 39. & 40.*

42 *Moræ purgatio ceſſat, cum ei eſt renunciatum.*

43 *Et quando colligatur renunciatum.*

44 *Mora an cenſeatur remiſſa noua dilatione conceſſa. & n 46.*

45 *Dominus recipiendo penſionem præteriti temporis ſine alia proteſtatione, emphyteutæ moram & caducitatem remiſiſſe cenſetur.*

47 *Delictum maius reputatur propter illius frequentiam. & n.48.*

49 *Delictum aggrauatur per ſecundam contumaciam.*

50 *Et per ſecundam contumaciam pœna aggrauatur.*

51 *Impedimentum quem non excuſat, etiam probato, niſi & probetur adhibitam fuiſſe diligentiam pro actu expediendo.*

52 *Et an etiam requiratur proteſtatio*

53 *Nouatio an non inducatur, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, niſi expreſſe agatur, an etiam per coniecturas & n.54.55.56.*

57 *Expreſſum etiam dicitur, quod ex coniecturis apparet.*

58 *Nemo ſuum iactare præſumitur.*

CONSIL. DCCCVII.

QVæritur, an nobiles Ferrarienſes, in inſtrumentis mihi exhibitis, teneantur ad obſeruationem contentorum in primo inſtrumento, de anno 1542. 13. Decembris celebrato, cum nobili D. Ioanne Iacobo de Aſtis, ciue Brixienſe? & breuiter dicendum eſt, quod non: quoniam in dicto inſtrumento, dicti Ferrarienſes promiſerunt d. Ioanni Iacobo dare certas pecunias, & ad alia ſe obligarunt; ipſe promiſit facere fieri quoſdam aggeres, in loco ſuo, appellato
1 *Bagnacaualla*, nec tali operi faciendo † tempus certum fuit appoſitum, vel expreſſum; quo caſu ineſt dies, & tempus tacite ſubintellectum à lege, infra quod fieri poſſit arbitrio iudicis *l.continuus.* §. *item qui Inſulã.* & ibi not Bart. Imol. Cu-
2 man. Caſtr. & alii. *ff.de verb.obligat.* hoc † autem tempus tacitum, & ſubintellectum, ita interpellat, eiusque lapſus in mora conſtituit, ſicut tempus expreſſum, vt not. Barto. *in l. ita ſtipulatus. la grande. in 2. quæſt. principali. ff.de verb. oblig.* Caſtrenſ. *in d.* §. *item qui Inſulam. & in l.ſi Inſulam.* vbi etiam Iaſ. *in ſecundo notab.* & Rip. *num.4. ff. eod. tit.* & pro comperto ſupponitur, quod tempus à die d. inſtrumenti celebrati, vſque ad tempus ſecundi inſtrumenti, quod fuit celebratum de
3 anno 1544. 17. Mart. fuit menſium 15. & fuit † tantum tempus, infra quod commode, & arbitrio iudicis tales aggeres potuiſſent fieri: idque etiam conſonat, cum in d. ſecundo inſtrumento promiſerit, ſeque obligauerit d. D. Ioannes Iacobus, ad dictam aggerationem perficiendam, per totum menſem Aprilis, ſeu dies 8. Maii proxime futuri, & ſic infra duos menſes, & minus; ergo tanto magis potuiſſet eam expediri facere infra 15. menſes: vnde cum lapſum fuerit illud tempus 15. menſium, infra quod dictos aggeres nec fieri fecit, nec incepit quidem; ſequitur eum in mora fuiſſe, & contrauenisſe, ſeu non obſeruaſſe promiſſa per eum in d.
4 primo inſtrumento: Ergo † nec iſti nobiles Ferrarienſes tenentur ad obſeruationem eorum, quæ d. D. Ioanni Iacobo promiſerunt in primo inſtrumento *l.quæro.* §. *inter locatorem.* & ibi not. Bart. *ff. loca.* Bald. *in l.inciuile. Cod. de rei vend. l. qui fidem. ff. de tranſaction.* not. Iaſon *in l. cum proponas. colum.2. Cod. de pact.*

5 Idque confirmatur, quia † quando duæ promiſſiones ſunt correſpectiuæ, ſi vna ceſſat, ceſſat & alia *l.etiam.* §. *ex cauſa. ff. de minor. l.fin. ff. de except.* Feder. de Sen. *conſil.237.* quia
6 indiuiduæ reputantur, vt per Crauet. *conſil.359. n.3.* † & correſpectiuæ dicuntur, quãdo vna facta fuit reſpectu alterius, & vno contextu, Crauet. *conſil.246. num.3. & conſil.298. num. 13. & in reſponſ. pro genero. num.203.* & ego dixi *conſil.662. num. 18.* At hic promiſerunt Ferrarienſes, dictas pecunias D. Ioanni Iacobo, quia & ille promiſit conſtrui facere dictos aggeres: igitur † ceſſante promiſſione ex parte dicti Ioannis 7
Iacobi, ceſſare quoque debet ex parte Ferrarienſium; proceditque † iſta concluſio etiam, quod iuramentum in- 8
teruenerit in dicto inſtrumento primo; ex quo enim d. Ioannes Iacobus † non obſeruauit fidem, & promiſſa, non 9
tenentur hi Ferrarienſes, ad obſeruationem eorum, quæ cum iuramento illi promiſerunt, text. eſt *in c. 3. & ibi not* Innocent. cæterique Canon. *de iureiurand.* maxime vero Felyn. Idemq; tradit Abb. *in c.ſicut.el vltimo eod. tit.* Iaſ. late *in d. l.cum proponas. in 4. notab.*

Quinimo, cum pari modo † d. D. Ioannes Iacobus iura- 10
uerit ibi attendere, & obſeruare in ampla forma, nec obſeruauerit: iam patet ipſum fuiſſe, & eſſe periurum, ſicque eum ab omni commodo, quod ex tali inſtrumento poterat ſperare, cecidiſſe. *l.ſi quis maior. C. de tranſact.* & † ſi velit 11
agere ex d. inſtrumento contra iſtos nobiles Ferrarienſes, cum in eo fuerit periurus, audiri non debet, vt tradit Alex. ibi, *col.fin.* Iaſ. *notab.12.* Cagnol. *n.119.* Alex. *conſil.17. col.2. vol.3.* Felyn. & Dec. *in c. intelleximus. de iudic.* Dec. *in c. dilecti. num. 3. de except.* vbi dicit, eſſe † communem. Pariſ. *conſil. 43. in fin.* 12
vol.1. Com. *conſil.215. num.5. volum.3.* & Ioan. de Sylua *in tract. de beneſic. in 2. quæſt.3. part. num.24.* Et ſi dicatur, aduertendum eſſe, quod tametſi dictus D. † Ioannes Iacobus per la- 13
pſum dicti temporis fuerit in mora, nec obſeruauerit promiſſa, ex quo tamen nunquam ei fuit lis mota, multo minus conteſtata cum eo, vtique moram purgare poteſt, & faciendo liberari, *vt eſt text. in d. l. ſi Inſulam.* & ibi not. Dd. & habetur *in d.* §. *item qui Inſulam.* Ergo ſi faciat dictum opus, adhuc remanebunt obligati iſti Ferrarienſes ad promiſſa per eos: Dico ego, quod † etſi quando mora commiſſa eſt, 14
per lapſum temporis ſubintellecti à lege, poſſit purgari, vſque ad litis conteſtationem, vt in dictis iuribus; hoc † ta- 15
men ſignanter in reo procedit, vt loquuntur illa iura, non in actore, qui † ſemper debet eam purgare infra modicum 16
tempus, vt declarat Ripa *in d.l. ſi Inſulam. num. 32.* & ante ipſum Caſtr. & Alex. *col.4. per tex. in l.ſi ita quis.* §. *Seia cauit. ff. eod.* idemque late tenet Gram. *in conſil.19. cauſarum ciuilium. num.2.* vnde ſi D. Ioannes Iacobus prætendit purgare moram, ad iura ſua, & actionem conſeruandam, contra iſtos Ferrarienſes, debuit indubitanter infra modicum tempus eam purgare; & quia, † an modicum ſit, vel longum tempus 17
ſtatuit arbitrio iudicis. *d.* §. *Seia cauit.* & ibi not. Bart. *in l. 1. per illum text. ff. de iure delib.* Alexan. *conſ.14. col.1. vol.2.* Ripa *in d.l. ſi Inſulam. num.31.* Abb. *conſil. 67. colum.2. vol. 2.* Anch. *conſil. 420. in 3. dubio.* Iaſ. *conſil.9. vol.4. conſil.32. colum.2. volum.1.* à die autem lapſi temporis infra quod potuit d. opus fieri iam ſunt elapſi quinque anni; quia potuiſſet expediri dictum opus, infra tempus intermedium, primo, & ſecundo inſtrumento, & longe minus, *vt dixi ſupra.* ergo † lapſus huiuſ- 18
modi quinque annorum non debet reputari modicum tempus, imo vero potius magnum, vt in terminis de tanto tempore tradit Gram. *in d. conſil.19. num.3. colum. 2. in princip.* quinimo fortius Bart. & alii poſt gloſſ. *in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. in oppo. l. ſancimus. C. de fideiuſſ.* † concludit, in obli- 19
gato ad factum explicandũ per alium, prout in fideiuſſore, de iudicio ſiſti, terminum infra quem mora purgari poſſit, velut infra modicum tempus, non debere ſex menſes excedere, alias non diceretur modicum; & idem tradit Ruin. *in conſ.198. num.9 vol.1.* concludens in caſu ſuo, † annum non eſ- 20
ſe modicum tempus ad purgandam moram: Idemque in alio caſu tradit Dec. *in conſil.452. num.20.* & de † ſpatio 11. mẽ- 21
ſium, quod non ſit breue tempus arbitrio iudicis iudicandum, tradit Com. *in conſil. 149. col.pen. vol.4.* & † de quadrimeſtri 22
idem iudicat Ripa *in d.l. ſi Inſulam. n.36. & n.93.* & de tempore † ſex menſium, quem ſequitur Decian. *reſp.10. n.11. vol.1.* 23
& ego *conſ.124. n.68.* ergo tanto minus in caſu noſtro tempus quinquennii modicum eſſe poteſt: † breue autem tem- 24
pus duorum menſium cenſeri poſſet, vt arbitratur Fulgoſ. *conſ.7. col.4.* quod non eſt in caſu noſtro; vnde ſit, vt purgationi moræ locus non ſit.

Præterea cum ex dicta † inobſeruantia d. Ioannis Iacobi, 25
ius quæſitum fuerit his dominis Ferrarienſibus, vt ad promiſſa per eos amplius nõ teneantur, talis moræ purgatio nõ debet

[illegible] anni Iacobo in præiudicium iſto-
[illegible] atur ad omnia, de quibus in d. primo
[illegible] ultrum nociua: tunc enim † demum quis ad
[illegible] em moræ admittitur, quando per eam fit, quod
[illegible] & aduerſatio non noceat, *l. 2. §. item Varus. in fin. ff.*
[illegible] damn. infect. tradunt Alex. & Iaſ. poſt alios *in d. l. & ſi poſt*
tres. in primo not. Alex. *in d. l. ſi inſulam num. 25. verſ. 4. fallit.* Pa-
27 riſ. *conſil. 19. nu. 239. 2. vol.* & † cum iſtud ius quæſitum his Fer-
rarienſibus fuerit ipſo iure ex dicta inobſeruantia, vt tenet
Bar. *in d. l. ſi quis maior. colum. final.* Ang. *num. 6.* Riminal. meus
colum. pen. Alex. *notab. 7.* Claud. Acquen. *num. 16.* Cur. ſen. &
iun. ille *num. 38.* hic *in fin.* Alciat. *in ver. mox commoda.* qui di-
28 cunt eſſe † communem. Imol. *in d. l. ſi inſulam. col. 7. verſ. 5. fal-
lit.* Alexan. *in 12. limitat.* Moder. Bonon. *in fin. num. 88.* Corn.
conſil. 121. num. 14. vol. 1. in conſ. 266. col. 2. vol. 3. poſt Salyc. *in re-
29 pet. l. ſemel mora. ff. ſolut. mat.* concludentes omnes, † quod
pœnæ *d. l. ſi quis maior.* ipſo iure imponuntur, adeo vt non ſit
opus ſententia condemnatoria, ſed declaratoria tantum;
30 quare ſequitur, † quod de tali iure quæſito & radicato i-
dem quod de damno cenſeri debeat, iuxta not. per Bal.
Ang. Imol. Alex. & Iaſ. *in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1.* Alexan.
conſil. 69. & conſil. 164. vol. 5. Dec. *in l. iuris ignor. in 1. C. qui adm.*
31 Pariſ. *in conſ. 19. num. 244. volum. 2.* † vnde talis purgatio moræ
tanquam in damnum & præiudicium iſtius iuris quæſiti
32 auferendi admitti non debet: quotiens † enim pœna im-
ponitur ipſo iure & facto, non eſt locus pœnitentiæ, & ſic
purgationi moræ. Bald. *in auct. habita. col. pen. C. ne fil. pro patr.*
per gloſſ. quam reputat ſingularem *in clem. ne in agro. §. quia
vero. verſ. ipſo facto. de ſtat. monach.* ſequitur Alexan. *in d. l. ſi in-
ſulam limit. 11.* & poſt eos Natta *conſ. 364. ad fin.* qui per hoc
infert in terminis noſtris poſt Bartol. Ang. & ſequaces *in d. l.*
33 *ſi quis maior.* quod cum † pœnæ imponantur ipſo iure ve-
niens verſus tranſactionem iuratam, impeditur purgatio
34 moræ, quia † vbicunque executio facta eſt à lege, vel ab
homine, non poteſt mora purgari, *l. qui ob rem. ff. de condict.
indeb.* cum aliis per Nattam, quem ſequor *in dict. conſil. 124.
num. 75.*

35 Nec dicatur ſaltem de † æquitate canonica moram pur-
gari poſſe, etiam non obſtante iuramento, vt voluit Bald. *in*
36 *l. qui crimen. 11. q. C. qui accuſar.* idque † in terris Eccleſiæ ſer-
nari, vt teſtantur Bald. & Cagnol. *in dict. l. ſi quis maior.* ille *q. 5.*
37 hic *num. 156.* Ciuitas † autem Ferrariæ, vbi inſtrumentum
celebratum fuit, eſt de terris Eccleſię, Cardin. *conſil. 2. in prin.*
38 in eaque † ius canonicum ſeruari debet, ſecundum eum:
39 quoniam reſpondeo, deciſionem † Baldi procedere non
paſſim, nempe in foro contentioſo, ſed in pœnitentiali tan-
40 tum, quia † vbi non reperitur contrarium deciſum de iure
canonico, ſtamus iuri ciuili, etiam in terris Eccleſiæ, *cap. 1. de
non oper. nunt.* ita Alex. *in d. l. ſi inſulam in 12. limitat. num. 38.* &
poſt eum Mod. Bonon. *num. 78. in fin.* Cot. *in conſ. 121. colum.
pen. vol. 1.* Roman. *conſ. 427. nu. 7. & in ſingul. 454. iuramentum
excludit.* Decius *conſ. 452. num. 15.* Gozad. *conſ. 7. num. 18. in
fin.* Catella. Cotta. *memorial. ſuor. libro, in verbo, mora non ob-
ſtante.* Lancell. Dec. & Aquen. *in d. l. ſi quis maior. colum. 3.* Pa-
riſ. *in d. conſ. 19. 241.* qui omnes ita declarant deciſionem Bal-
di *in d. l. qui crimen.* quos ego ſecutus fui *in d. conſil. 124. numer.
69.* addens Horatium Mandoſ. *in add. ad Roman. in d. conſ. 427.*
41 Vnde fit, † quod nec etiam de æquitate canonica talis mo-
42 ra purgari poſſit, tantoque magis hæc † purgatio ceſſare de-
bet, quandoquidem ei fuit renunciatum per hunc domi-
num Ioannem Iacobum, prout de iure poteſt, vt per Salyc.
43 *in l. magnam. C. de contrah. ſtipul.* quæ † renunciatio colligitur
ex renuntia facta in inſtrumento, omnium legum & iuris
auxilio, prout tradit in terminis Dec. *in d. conſil. 452. col. pen. in
fin.* Gozad. *in conſil. 57. nu. 19. & deciſion. Neapol. 174. colum. pen.
in fin.* ſicut & ego *conſil. 124. in fin.* addens Crotum *in d. l. ſi in-
ſulam. col. fin.*

Et ſi dicatur vlterius aduertendum eſſe, quod eſto, quod
dictus dominus Ioannes Iacobus fuerit in mora, nec eam
44 poſſit purgare, vt ex prædictis patet; attamen per † ſecun-
dum inſtrumentum cum eo celebratum fuit ei remiſſa talis
mora, ex quo noua dilatio ei conceſſa fuit, ad faciendos di-
ctos aggeres, iuxta not. per gloſſ. & Doctor. *in l. cum ſtipula-
tus ſim mihi a Proc. ff. de verbor. oblig.* & ex not. per gloſſ. Cy-
num, Salyc. & Doctor. communiter *in l. 2. C. de iure emphyt. v-
bi dicunt*, quod † dominus recipiendo penſionem præte- 45
riti temporis, ſine alia proteſtatione, renuntiaſſe videatur
iuri expellendi emphyteutam, & conſequenter videtur
moram remiſiſſe, *l. poſt diem. ff. de leg. commiſſ. l. commiſſoria. C.
de pact. inter emp. & vend.* & in commiſſione moræ ita clare
decidit Ruin. *conſ. 139. in fin. volum. 1. & in conſil. 154. colum. 2. &
3. volum. 1.* Ergo adhuc remanere debent obligati illi domini
Ferrarienſes, ad conuenta per eos in dicto primo inſtru-
mento: reſpondeo ego, conſiderandum eſſe, quod ex quo
elapſus † fuit nouus terminus, & tamen d. D. Ioan. Iacobus 46
non adimpleuit promiſſa per eum, licet pluries literis &
nuntiis fuerit requiſitus & interpellatus, propter quod e-
tiam fuit in carceribus Ferrariæ detentus, vt in tertio inſtru-
mento dicitur, ſecum poſtea celebrato, iam pater ipſum
notorie in mora fuiſſe, & ideo incidiſſe in pœnas *d. l. ſi quis
maior.* vt in terminis tradit Ruin. *conſ. 198. num. 13. vol. 1.* Quod
etiam confirmatur: ſicut enim † maius delictum reputatur 47
propter illius frequentiam, *l. omnes.* & ibi Bar. & Ioan. Plat.
C. de delator. lib. 10. & pluribus ego comprobaui *conſ. 199. num.
33. & 35.* & eſt tex. not. *in l. 3. in fin. C. de epiſc. aud.* vbi † grauius 48
puniendus eſt ſecundo delinquens quam primo, quia deli-
ctum primum aggrauat ſecundum, vt ex ſecundo plus pu-
niatur, etiamſi primum fuiſſet punitum, vt not. Io. And. *in
add. Specul. in rub. de fur.* & pulchre Bald. *in auth. qui ſemel. C.
quomodo & quando iud.* vbi † per ſecundam contumaciam 49
aggrauatur delictum, ita d. Io. Iacobus non contentus pri-
ma dilatione, ea elapſa ſecundam impetrauit, ad faciendos
dictos aggeres, & eos adhuc non fecit; & literis, & nuntiis
ſemper defecit, non debet poſſe moram purgare: nam per
ſecundam contumaciam † prima grauatur, vt in caſu ſimili 50
pono *conſ. 433. n. 13.* poſt Decian. *reſp. 27. n. 6. vol. 2.*

Nec admittenda eſt excuſatio allegata per eum in d. ter-
tio inſtrumento, quod iuſtis de cauſis fuerit impeditus,
quoniam † allegans impedimentum non excuſatur, etiam 51
illud probando, niſi probet ſe adhibuiſſe diligentiam, &
non potuiſſe actum expedire, vt poſt Innoc. & alios late
tradit Felin. *in c. ex tranſmiſſa. in prin. de except.* & Boer. *deciſ. 40.*
Ruin. *conſ. 15. n. 5. vol. 4.* Dec. *conſ. 454. n. 6. & conſ. 552. n. 3.* Boer.
in allegata deciſ. 40. Vantius *de null. ſen. ex defec. iuriſd. num. 166.*
Menoc. *de arb. iud. caſu 118. ad fin.* Natta *conſ. 258. n. 6.* & ego *conſ.
115. n. 50.* Crau. luculenter *conſ. 151. n. 22.* vbi vult † quod etiam 52
requiratur proteſtatio, de quo latius per Fel. *in d. c. ex tranſ-
miſſa. col. 3. & 4.* Sed de his nulla probatio vel fides apparet:
ergo, &c. propterea ſequitur ex his adhuc, ipſos Ferrarien-
ſes eſſe liberatos à nexu promiſſorum per eos in d. primo
inſtrumento d. dom. Io. Iacobo, ex eius inobſeruantia.

Sed vlterius alia principali ratione concludi poteſt, hos
nobiles Ferrarienſes non teneri ad conuenta per eos in d.
primo inſtrumento, quoniam d. eorum promiſſio ibi facta,
fuit nouata, ſaltem ope exceptionis per ſecundum inſtru-
mentum: licet enim † hodie nouatio non inducatur, nec i- 53
pſo iure, nec ope exceptionis, niſi expreſſe agatur, *l. final. &
ib. not. omnes. C. de nouat.* Alex. late *in l. qui vſumfructum. col. pen.
ff. de verb. obl. in conſ. 9. col. 3. vol. 2. conſ. 12. col. 3. eod. conſ. 58. vol. 6.
conſ. 72. col. fin. eod. & conſ. 73. col. pen. vol. 2.* Marian. *conſil. 21. col.
3.* Curt. iun. *in l. decl. a. num. 9. ff. ſi cert. pet.* & ibidem Dec. *num.
13.* & plene Dec. *in l. ſingularia. in l. pecuniam quam. ff. eod. in fin.*
Grat. *conſ. 89. col. 2. vol. 1.* Rip. *in l. 2. § ſi ex conuentione. n. 9. ff. de re
iud.* in quibus locis dicunt hi Moderni, hanc eſſe magis † re- 54
ceptam ſententiam, quam & ego late firmaui *conſ. 201. nu. 8.
cum ſequentib.* Attamen, † quando ex manifeſtis coniecturis 55
conſtaret contrarium, fatentur prædicti, nouationem in-
duci ſaltem ope exceptionis, moti per gloſſ. not. *in d. l. fin.*
dum dat † exemplum de illo, qui multas cautiones fecit al- 56
teri per diuerſa tempora ſuper eodem debito: non enim agi
poterit ex omnibus, quia præſumitur animo nouandi fa-
ctum; & hanc opin. tenuit etiam Imol. *in l. delegare. ff. de no-
uat.* cum aliis per Alex. cumulatis *in conſ. 71. col. 2. vol. 2.* idémq;
firmat *deciſ. Neap. 44. nu. 15.* cum † expreſſe dicatur fieri, etiã- 57
ſi ex coniecturis appareat, ſecundũ Ang. *in §. ſi vero expreſſim.
in auth. de her. & fal.* & propterea ſatisfactũ dicit *d. l. ſi.* quæ re-

quirit expreſſionem, vt nouatio inducatur: quod etiam dixi *in conſ. 20.nu.15.* Sed in caſu noſtro ſunt coniecturæ ſatis euidentes, & quidem duæ, altera in ſecundo inſtrumento, in quo promittunt hi Ferrarienſes mutuare libras 2000. d. do. Io. Iacobo, & vltra donare duc. 200. auri in auro, ad quæ vtique non eſt veriſimile eos veniſſe, niſi animo recedendi à tot & tantis obligationibus per eos factis in primo inſtrumento, alias vtique ſatis ſupini fuiſſent, ſi vltra d. obligatio-
58 nes voluiſſent & iſtas addere, † cum nemo ſuum præſumatur iactare velle, *l. cum de indeb. ff. de probat.* Si ergo venerunt ad hunc paſſum donandi, vtique præſumitur id eos feciſſe animo ſubleuandi ſe à dictis primis obligationibus.

Confirmatur & alia coniectura, de qua in tertio inſtrumento, in quo ipſi donant dicto domin. Ioan. Iacobo duc. 271. auri in auro prius illi exburſatos, ad computum dictarum libr. 2000. quod vtique arguit, tanto magis eos voluiſſe à priſtinis obligationibus primi inſtrumenti recedere. Vnde tam ex iſto vltimo fundamento, quam ex aliis ſupra deductis concludo, hos Nobiles Ferrarienſes non teneri dicto dom. Ioan. Iacobo ad obſeruationem eorum, quæ in primo inſtrumento continentur. *Hippol. Rimin. Ferrar.*

Pro D. Benedicto & eius fratre de Philippis.

ARG. An & quando per oppoſitionem nullitatis teſtamenti impediri poſſit, ne heres in teſtamento ſcriptus *ex l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* in poſſeſſionem bonorum hereditariorum mittatur. Et de ſtatuto Exino, requirente in teſtamento mulieris præſentiam fratrum, in defectum filiorum, vel aliorum propinquorum, cum clauſula annullatiua, an ſufficiat fratrem initio fuiſſe præſentem, licet ſtatim deceſſerit, nec interfuerit lectioni ſeu publicationi teſtamenti. De negatiua ex inſpectione ſcripturæ ſeu inſtrumenti probanda; item ad reuocationem teſtamenti habentis clauſulam derogatoriam quid requiratur. In hac eadem cauſa redditum eſt etiam conſ. 759. ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Negatiua probatur per inſpectionem ſcripturæ, ſi in ea actus non legatur aut contineatur.*
2 *Probatio per euidentiam facti cæteras probationes vincit, nec vnquam excluditur.*
3 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*
4 *Poſſeſſio petita vigore l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll. impeditur, cum conſtet de vitio viſibili ex ipſo teſtamento, vel in continenti conſtare poteſt.*
5 *Probationes imperfectæ plures, etiam diuerſæ ſpeciei, tendentes ad vnum, plene probant.*
6 *Ætas probatur per ſcripturam natiuitatis, vel ex aliis demonſtrationibus legitimis.*
7 *Præſumptiones etiam plenam faciunt probationem, cum aliæ indicium.*
8 *Præſentia fratris requiſita à ſtatuto in teſtamentis qualis eſſe debeat. & nu. 10. 11. 12.*
9 *Mulieris aſſertioni de præſentia fratris an credatur.*
13 *Subſtitutio facta alicui decedenti ſine filiis tum demum euaneſcit, ſi filii extiterint tempore mortis illius.*
Tempus lege vel ſtatuto determinatum non recipit alterius temporis functionem. ibid.
14 *Tempus dicitur eſſe de forma actus.*
15 *Cum certum determinatum tempus eſt de ſubſtantia actus, illud attenditur, non autem quod præcedit, vel ſequitur.*
16 *Id quod ſtatutum de nouo inducit, quod non requirebatur de iure communi, dicitur eſſe de forma.*
17 *Et forma debet formaliter & ad vnguem impleri, nec ſufficit per æquipollens. & nu. 18. 19. 20.*
21 *Poſſeſſione petita & exceptionibus oppoſitis, ſi per ambas partes ad vlteriora proceſſum, & capitula producta, & reliqua à iudice admiſſa ſint, an ſuper eis cognoſcendum ſit, & non ſuper poſſeſſorio.*
22 *Præſens & tacens an & quando præſumatur conſentire. & num. 23. 24. & 85.*
25 *Verba, niſi immineat periculum mortis, quomodo intelligenda. & nu. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 106. 108. 109.*
28 *Vna pars alternatiua declarat aliam.*
33 *Teſtes de auditu non probant, niſi dicant à quibus audiuerint.*
34 *Teſtis vnicus non probat. & cur. nu. 35.*
36 *Nec in pia cauſa vnicus teſtis ſufficit.*
37 *Nec etiamſi procedatur ſola facti veritate inſpecta.*
38 *Arbitrator qui vnico teſti deferre facit litem ſuam.*
39 *Nec de conſenſu partium fieri poſſe vt vnicus teſtis plene probet.*
40 *Notarii neſcientis ſtatuti ignorantia dicitur ſupina & inexcuſabilis.*
41 *Notarius tenetur ſpecialiter certificare mulierem de ſtatuto & beneficio incluſo in corpore iuris.*
42 *Notarius non eſt idoneus teſtis ſuper his quæ tangunt eius honorem.*
43 *Notarius debet curare vt teſtamentum fiat cum ſolemnitate à ſtatuto requiſita, alias tenetur ad intereſſe.*
44 *Præſentia mariti & fratris requiſita ad teſtandum per mulierem, concurſus amborum requiritur, nec ſufficit vnius.*
45 *Dictio*, inſuper, *copulatiua ſubiecta, exponitur pro* vltra. *Et facit ad amplíandum. nu. 46.*
47 *Dictio*, quocunque, *vniuerſalis, adiecta caſibus de quibus in ſtatuto, de quolibet, demonſtrat eorum cumulationem. Et omnes caſus includit. nu. 48.*
49 *Conditio ſeu qualitas in ſtatuto adiecta probanda eſt.*
50 *Clauſula exceptiuæ, vel ſimilis, poſita ſub vnica oratione, referri debet ad omnia, & ad omnem caſum, in quo maxime verificari poteſt. nu. 51.*
52 *Verba*, contraxerunt, geſſerunt, *non pertinent ad ius teſtandi. & nu. 56.*
53 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, & quando*
54 *Teſtamenti propria ſignificatio vnde petenda.*
55 *Teſtamenti definitio.*
57 *Societas non poteſt vltra mortem porrigi.*
58 *Mulier cenſetur ſe conſtituiſſe in obligatione, cum in teſtamento appoſuit clauſulam*, caſſam & irritam, *derogatoriam in ampla forma. & nu. 112. 113. 114. 115.*
59 *In reuocatione teſtamenti habentis clauſulam derogatoriam quid requiratur. nu. 60. 61. 62. 63. 64. 67.*
65 *Dictio*, videlicet, *eſt reſtrictiua & limitatiua.*
66 *Et modus reſtrictus hoc modo per verbum*, videlicet, *eſt omnino ſeruandus.*
68 *Dos ſpecialiter priuilegiata an comprehendatur ſub ſtatuto generaliter loquente. & nu. 69. 70. 71. 72. 75.*
73 *Edictum generale de agnoſcenda bonorum poſſeſſione intra tempus determinatum an comprehendat etiam bonorum poſſeſſionem delatam ex teſtamento militis.*
74 *Statutum generale an & quando referatur etiam ad caſus priuilegiatos.*
76 *Statutum eſt de forma circa diſpoſita in eo*
77 *Forma præciſe eſt ſeruanda, & ei nihil addi aut detrahi poteſt.*
78 *Formæ omiſſio in qualibet minima parte ſeu qualitate totum proceſſum vitiat.*
79 *Solemnitates à ſtatuto requiſita an & quando per æquipollens adimpleri poſſint. & nu. 80.*
81 *Quando quid dicatur eſſe de ſubſtantia actus. & nu. 82. 83. 84.*
86 *Teſtis patiens multos defectus nullam fidem facit, etiamſi veritas aliter haberi non poſſet.*
87 *Sicut permittitur vnicuique vitam defendere, ita etiam famam & honorem. & nu. 88.*
89 *Idem iudicatur de infamia, quod de pœna corporali: vnde periculum infamiæ & periculum mortis æquiparantur.*
90 *Vaſallus æque feudum perdit, ſi non defendat vitam domini, ſicut ſi non defendat eius famam.*
91 *Actum nuliter factum nemo prohibetur emendare.*
92 *Actus nullus ob aliquam cauſam, ea ceſſante non ceſſat effectus nullitatis.*
93 *Et vbi effectus cauſa conſummatus eſt, ceſſante cauſa non ceſſat effectus.*
94 *Teſtes de auditu, non deponentes à quibus audiuerint, & ſingulares an poſſint coniungi ad efficiendam plenam probationem.*
101 *Statutum exorbitans à iure communi ſtricte eſt interpretandum.*
102 *Ex proœmio cauſa finalis elicitur.*
103 *Statutum fauore mulieris principaliter inductum dicitur abſolute fauorabile.*
104 *Semper conſiderandum eſt id, propter quod principaliter diſpoſitio eſt introducta.*
105 *Dictio*, aliqua, *eſt vniuerſalis.*
107 *Verba ſpecialia reſtringunt generalitatem ſtatuti præcedentem.*
110 *Qualitas ſtatuti probanda eſt ab eo, qui in eo ſe fundat. & 111.*
116 *Dictio*, aliquo, *velut vniuerſalis, verificatur in quacunque obligatione, tacita vel expreſſa.*
117 *Re libere non vtitur, qui patitur aliquod impedimentum.*
118 *Libertas quid*
119 *Proprium libertatis eſt viuere vt vis.*
120 *Obligatio quid.*
121 *Argumentum non procedit à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.*
122 *Teſtamenti reuocatio generalis an ſufficiat abſque ſpeciali mentione clauſulæ derogatoriæ.*
123 *Superfluitas regulariter non toleratur.*
124 *Contractus & obligatio poteſt per teſtes probari, annullato inſtrumento.*

CONSIL. DCCCVIII.

CONSVLVI pro D. Benedicto de Philippis & eius fratre, nepotibus ex D. Dionyſio fratre D. Pieræ, quæ inſtituit D. Zenobiam & Franciſcam, ſorores, quæ peterunt ſe mit-

Digitized by Google

ſe mitti in poſſeſſione bonorum dictæ teſtatricis, ex reme-
dio *l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* ſed illis ſe oppoſuerunt dicti
fratres, de nullitate teſtamenti dictæ Pieræ, vigore ſtatuti
Exii *lib. 2. Rubr. 47.* quod requirit præſentiam fratris, cum
clauſula annullatiua: item ex dementia dictæ Pieræ, quæ
permittitur opponi contra teſtamentum, per aliud ſtatu-
tum *lib. 2. Rubr. 14. de exceptionibus, quæ poſſunt opponi.* Super
quibus late ſcripſerunt pro ſcriptis heredibus duo magni
nominis Iuriſconſ. do. Franc. Burſatus, & do. Cæſar Bar. ad
concedendam illis miſſionem petitam: pro illa vero dene-
ganda, vt Rei prætendunt, D. Borgninus Caualcanus, & D.
Matthæus Roſſinus, ſicut & alii, quorum ſcripta non vidi;
pro quibus reis tandem quoq; requiſitus fui ſcribere, quid
ego ſentiam, quod onus, licet non leue, poſt tot celeberri-
mos viros verba facere, declinare nolui: paucis tamen vſu-
rus, cum nihil fere mihi dicendum remanſerit, quod omiſ-
ſum fuerit, aut non cogitatum. Igitur inprimis ego dico,
quod ſtatutum Exii *Rub. 47.* clare dicat, quod ſi mulier face-
re voluerit teſtamentum, debeat illud facere cum præſentia
fratris, ſeu fratrum carnalium, ſi ipſos habet, in defectum fi-
liorum, alias teſtamentum non valeat, nec teneat ipſo iure;
at ex lectura teſtamenti D. Pieræ claro patet, quod eius pu-
blicationi non fuit præſens D. Dionyſius frater eius, & hic
1 eſt optimus modus † probandi negatiuam, ex inſpectione
ſcripturæ, in qua quis non legitur, nec nominatur, vt decla-
rat & exemplificat Bar. *in l. fin. C. de reb. cred.* & not. per Dec.
& alios *in c. quoniam contra. de prob.* idemq; Dec. *conſ. 424. col.
fin. conſ. 484. n. 4. & conſ. 551. n. 8.* Natta *conſ. 266 n. 15. & conſ. 560.
n. 13.* Rola. Vall. *conſ. 48. n. 5. vol. 4.* & ego *conſ. 336. n. 7.* adeoque
2 potens eſt hæc † probatio per euidentiam facti, viſo teſta-
mento, in quo aliquid non reperitur, quod erat neceſſa-
rium dici, quod cæteras probationes vincat, nec vnquam
excludatur, vt tradit Bal. *in l. contra neg. mem. ad fin. C. ad leg.
Aquil.* Alex. *conſ. 4. vol. 4.* Goz. *conſ. 34. nu. 10.* Ioan. de Arnono.
Epit. 25. & ego *conſ. 340. n. 26.* vnde cum nullum ſit teſtamen-
tum, ex dicto defectu præſentiæ fratris D. Pieræ, iuncto di-
cto ſtatuto, nullus effectus inde ſequi debet, ad immiſſio-
nem petitam concedendam. Imo vero deneganda eſt, quia
3 quod † nullum eſt, nullum operatur effectum, *c. non præſtat.
de reg. iur. in 6. l. 4. § condemnatum. ff. de re iud.* Ceph. *conſ. 164. n.
17. & conſ. 229. n. 2.* & ego *conſ. 333. n. 12.* Et hoc eſt quod longo
apparatu deduxit excellen. dom. Borgninus in ſuo quinto
requiſito, citans inter cætera Menoch. *in tract. de adipiſc. poſſ.
remed. 4. nu. 729. q. 85.* quem & alias allegaui in allegationibus
meis incluſis in litera transmiſſa ad excell. D. Roſſinum:
4 vult enim Menoch. † poſſeſſionem petitam impediri, cum
de ipſo vitio inuiſibili conſtat ex ipſomet teſtamento, vel
quando in continenti conſtaret, vt hic, iuncto ſtatuto,
quod de præſentia fratris requiſita loquitur, quæ non inter-
5 uenit in teſtamento prædicto: nam quando † plores proba-
tiones imperfectæ, etiam diuerſæ ſpeciei, tendunt ad vnum,
plene probant, quia coniunguntur, vt eſt gl. notab. *in l. 2. poſt
6 prin. verſ. legitimis. ff. de excuſ. tut.* nam cum tex. dicat, † ætatem
probari natiuitatis ſcriptura, vel ex aliis demonſtrationibus
7 legitimis, gl. ſubdit, etiam † præſumptiones plenam facere
probationem, cum aliis indiciis, quia quæ non proſunt ſin-
gula, multa iuuant; & idem Bal. *in l. ſpadonem. § qui tot a mul-
ta. ff. eod.* vbi rationem deducit fauoris publici, ne facultas
probandi reſtringatur: ſequitur abunde poſt Abb. & alios
Dec. *in c. cum cauſam. n. 12. de probat.* & ego *conſ. 309. in prin.* & v-
bi res non patitur dilationem, aut ſaltem paruam, debet
impediri miſſio in poſſeſſionem, vt tradit Burſat. *conſ. 234. n.
18.* quod allegat in conſ. ſuo in hac cauſa reddito, poſt addu-
ctos ibi per eum, quod verificatur hic ad vnguem: nam per
oſtenſionem teſtamenti D. Pieræ & d. ſtatuti non cadit di-
latio magna, ſed longe parua & momentanea. Nec defendi
poteſt dictum teſtamentum D. Pieræ, eo prætextu, quod aſ-
8 ſeritur, D. Dionyſium fuiſſe † præſentem, dum Notarius il-
lud ſcriberet, non autem ſtipulationi & eius lecturæ, ſed re-
ceſſiſſe, intellecto, quod ipſe non inſtituebatur, quoniam
quod non fuerit præſens lecturæ teſtamenti prædicti, ve-
rum eſt, ſed quod diſceſſerit, vt aſſeritur, & ibidem fuerit
9 ante, commentitia ſunt, nec † aſſertioni do. Pieræ, (de qua
non conſtat) ex quo libere teſtari non poterat, ſine præſen-
tia fratris, eſſet credendum, iuxta notata per Bart. *in l. ſi for-
te. ff. de cuſtr. pec.* quem ſequuntur Alex. Iaſ. Dec. & do. meus
Rim. *in l. ſi donat. C. de coll.* qui plures concordantes cumu-
lant, & ego *conſ. 335. n. 90.* nec † teſtes (vt ſupponitur) hæc di- 10
cunt, qui fuerunt præſentes; & dato quod dicerent, D. Dio-
nyſium fuiſſe præſentem, cum Notarius ſcribebat teſta-
mentum, non inde ſequeretur, quod intellexerit quid ille
ſcriberet, quia ad alium finem fuit præſens, vt per Fel. *in c. 2.
nu. 29. in fin. de iud.* & Cephal. *conſ. 285. nu. 21.* nec † talis intelli- 11
gentia detegi aut percipi ſolet, niſi cum Notarius legit te-
ſtamentum. Præterea conſiderandum eſt ſtatutum dicens,
*quod ſi mulier voluerit facere teſtamentum, debeat illud facere cum
præſentia fratris, &c.* Nam † dicta qualitas præſentiæ fratris, 12
adiecta factioni teſtamenti, regulari debet ſecundum tem-
pus, quo illud faciebat D. Piera, *l. in delictis. § ſi extraneus. ff. de
noxal.* & pulchre ponit Dec. *conſ. 276. nu. 5.* de † ſubſtitutione 13
facta alicui decedenti ſine filiis, quæ euaneſcit ita demum,
ſi filii extiterint tempore mortis illius: propterea præſen-
tiam fratris ad factionem teſtamenti non ſufficit ante vel
poſt interueniſſe, vt tradit Octau. Simoncel. *in tract. de de-
cret. & ſolem. in contract. minor. in proœm. ſub num. 54. verſ. aut eſt
conſenſus.* Et præterea cum confirmatur: nam cum tempus in
lege vel ſtatuto determinatum reperitur, non recipit alte-
rius temporis functionem, *l. vſusfructus mihi in biennium. ff. de
vſufr. leg.* Bal. *in c. licet. de ſupplen. neglig. præl.* Iaſ. *in auth. quaſ ſup-
plicatio. col. 2. C. de precib. imp. offer.* Natta *conſ. 435. col. 2.* & ego
conſ. 271. n. 20. Idq; bene procedit, quia † tempus dicitur eſſe 14
de forma actus, vt notant Bal. Sal. & Iaſ. *in d. auth. quaſ ſuppli-
catio.* vnde inferunt, quod qui non obſeruat tempus conſti-
tutionis, non dicitur ſeruare formam eius, quæ imponit
metam temporis, ſequitur Caſtr. *in l. qui Romæ. § Callimachus.
ad fin. ff. de verb. obl. & in l. ſi in lege. in prin. ff. locat.* idemq; Bal. *in
l. obſeruare. § fin. q. 3. ff. de offic. Proconſ.* Grat. *reſp. 74. nu. 35. vol. 2.*
hinc egregie poſt Ang. Iacob. à S. Georg. *in l. ſi fundum. § poſ-
ſeſſor. ff. qui ſatisd. cog.* notat ex illo text. quod quando certum
determinatum † tempus eſt de ſubſtantia, illud attendi- 15
mus, non autem quod præcedit vel ſequitur, quæ ſimul o-
mnia cumulaui *in d. conſ. 271. nu. 23.* velut ad rem ſatis accom-
modata. Quod ſi igitur ſtatutum prædictum Exii 47. requi-
rit præſentiam fratris, cum mulier facit teſtamentum, & ſic
tempore quo legit & publicat illud Notarius; certe non
ſufficit fratrem fuiſſe præſentem ante vel poſt, ſed nullum
debet eſſe teſtamentum, veluti non ſeruata forma dicti ſta-
tuti. Quod quidem ſtatutum, † cum de nouo inducat præ- 16
ſentiam patris aut filiorum, ſeu fratris, deminqoe conſan-
guineorum ſucceſſiue, in factione teſtamenti, quæ non re-
quirebantur de iure communi: ſequitur, quod quicquid
exprimitur in eo, dicitur eſſe de forma, vt tradit Anch. *conſ.
242. ex tenore priuilegii. in fin.* Dec. *conſ. 531. n. 2.* ſubdens ex hoc,
quod † forma ſtatuti debeat formaliter impleri, nec ſufficit 17
per æquipollens. Bal. *in l. 2. ff. de lib. & poſth. cum ſimil.* quia for-
ma ſtatuti † debet ad vnguem impleri & ſeruari. Bald. poſt 18
gl. *in cap. 1. quo temp. mil. & in auth. qui ſemel. C. quomodo & quan.
iud.* D. meus Rimin. *conſ. 180. num. 4.* & ibi dixi *in apoſtill.* adeo,
quod † qui contemnit ſeruare formam, dicitur recuſare fa- 19
cere actum, *l. non vnquam. & ibi not. ff. de collat. bon.* Bruo. *in
tract. de forma. fol. 48. col. 3. verſ. 18. effectus.* ſubdens *in 19. effectu*,
quod † formæ defectus inducit priuationem facultatis a- 20
ctum faciendi; ſequitur Paris. *conſ. 19. num. 90. vol. 2.* & hæc ſuf-
ficiant quoad primum fundamentum, quod immiſſio in
poſſeſſionem, petita per ſcriptos heredes, non ſit conce-
denda, ſed de meritis cauſæ ſit cognoſcendum. Sed & ſe-
cundo plus concurrit in caſu noſtro, quod facta prædicta
petitione miſſionis in poſſeſſionem, & factis exceptioni-
bus, per reos fratres de Philippis, de nullitate teſtamenti,
tum ex ſtatuto, tum ex dementia dominæ Pieræ † proceſ- 21
ſum fuit ad vlteriora per ambas partes, producta capitula,
interrogatoria, teſtes, & id genus in iudicio facta, de quibus
conſtat in proceſſu ſuper eis celebrato & inſtructo, quibus
ita ſtantibus, & à iudice admiſſis, ſuper eis eſt cognoſcen-
dum, non autem ſuper poſſeſſorio tantum, vt ponit Neui-
zan. *conſilio 8. in fine.* poſt Bald. *in dict. leg. final. numer. 42.*

C. de edict. diui Adr. toll. quos allegat & ſequitur Menoch. *de a-*
dipiſ. poſſ. remed. 4. quæſt. 85. num. 734. & ſequitur Sebaſt. Med.
in tract. de acq. & conſeru. rer. dom. gloſſ. 1. par. 2. nu. 189. & Crauet.
conſil. 815. nu. 10. & 11. quos adducit excellen. dom: Borgninus
in ſecundo præmiſſo, ad impediendam dictam immiſſio-
nem petitam. Quod etiam præter eum confirmo, quoniam
22 licet alias † præſens & tacens non præſumatur conſentire
his, quæ tendunt in eius præiudicium, *l. filiusfamil. §. mutui.*
ff. de procur. l. quæ dotis. ff. ſol. matr. Dyn. *in c. ſi qui tacet. de reg. iur.*
in 6. Natta *conſil. 131. nu. 4.* dom. Sim. de Præt. *conſil. 138. num. 80.*
23 *& conſ. 144. num. 38.* tamen dicta regula † fallit, quando eſt
præſens & tacens in iudicio, quia tunc etiam ad incommo-
dum ſuum conſentire præſumitur; ita voluit Guido de Su-
zaria *in l. licet. C. de procur.* Bald. *in l. 1. ff. de negot. geſt.* Alexan. *in*
l. ſæpe. num. 93. verſ. ſeptimo ſaluari poteſt. Ruin. *in l. 1. in prin. num.*
4. ff. de verbor. obligat. Crauet. *conſil. 1. ad finem.* Natta, qui & a-
lios citat, *conſil. 252. num. 7.* & ego dixi *conſil. 275. num. 58.* vnde,
ſiue aduerſarii inſtiterint, ad vlteriora procedi, vt audio,
velut priores, ad capitulandum ſuper ſana mente dominæ
Pieræ, per eos allegata; ſiue acquieuerint dicto proceſſui ad
vlteriora, & ſic tacite iudicialiter conſenſerint, res eſt plana,
quod dicantur ſibi præiudicaſſe circa remedium *dict. leg.*
24 *final.* eorum fauore inductum, cum † quilibet fauori ſuo
poſſit renunciare, *leg. penultim. Cod. de pactis. cum vulga-*
tibus.

Nec meo iudicio tuta ſatis eſt exceptio dicti ſtatuti, de
25 præſentia † neceſſaria fratris, niſi immineat mortis pericu-
lum, quæ verba non ſunt conſideranda de caſu, vel puncto
mortis, vel quod tunc teſtatrix decedat, ſed hoc tantum,
quod adſit timor & periculum vitæ, prout declarat Corn.
conſ. 53. col. 3. vol. 4. ſuper quo vim magnam facit D. Burſatus
in ſuo conſilio præſentis cauſæ, quia cum Celſo dicam,
quod inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua parti-
cula eius propoſita, iudicare vel reſpondere, *l. inciuile. ff. de*
legibus. ſiquidem ſtatutum, propoſitis illis verbis, *niſi immi-*
26 *neat mortis periculum,* ſubdit, † *vel peſtis,* quibus locus & tem-
pus non patiantur prædictorom habere vel expectare præ-
ſentiam, cum videamus peſtiferum, momento viuere &
27 mori; eodem modo intelligi debet † ſtatutum, de periculo
28 mortis momentaneæ, quia † vna pars alternatiuæ declarat
aliam, *l. 1. ff. de rebus dub.* Bartol. *in l. 1. col. 3. verſic. ſed reſpondeo. ff.*
de offic. proc. Roman. *conſil. 42. num. 5.* Corn. *conſ. 96. col. 3. vol. 1.*
29 *cum ſimil.* idque verbum, † *immineat,* hunc intellectum con-
firmat, cum verbum, *imminere,* ſignificet, *ſouraſtare,* id eſt,
impendere, vnde in terminis de morte dicit Cicero *1. Tuſcul.*
30 *Mors † propter incertos caſus quotidie imminet.* Sed & Vlpianus
31 *in l. 2. ff. de don. cauſa mort.* hoc belliſſime demonſtrat, † duas
ſpecies donationum cauſa mortis deſcribens; vnam, cum
quis nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola co-
gitatione mortalitatis donat; aliam, cum quis imminente
periculo, ſcilicet mortis, commotus ita donat, vt ſtatim fiat
32 accipientis: & ſic † imminens periculum mortis capit Vl-
pianus pro morte inſtante & proxima; propterea bene ſub-
iunxit ſtatutum, *quibus locus, reſpectu peſtis, & tempus, reſpectu*
mortis inſtantis, non patiantur, prædictorum habere vel expectare
præſentiam. Et in caſu Cornei magna erat peſtis in ciuitate,
vbi mulier fecerat teſtamentum, vnde verba ſimilis ſtatuti
huic noſtro poterant verificari, qui caſus non erat in hoc
teſtamento D. Pieræ, nec in ciuitate Exii, cum tunc ibi non
eſſet peſtis aliqua magna vel parua, & ſic de diuerſis ad di-
uerſa non recte fit illatio; & ſic ſub regula ſtatuti nos verſa-
mur. Minus quoq; me commouet, de præſentia D. Dionyſii
ſatis conſtare, licet diſceſſerit ſine cauſa, vt latius ſcribit D.
33 Burſatus in ſuo conſilio, quoniam † duo ſunt tantum teſtes,
qui dicunt, quod audiuerunt dici, quod D. Dionyſius fuerit
præſens, ſed non dicunt, à quibus audiuerunt, vnde non
probant, vt declarat Cur. iun. *conſ. 17. in prin.* dicens, quod ad
hoc, vt teſtes de auditu concludant, oportet, quod ſaltem
nominent duos, à quibus audiuerunt dici, vt videatur, an
dictum eorum habeat auctores, nec ne, vt eſt tex. ſingularis
in c. licet ex quadam. & ibi not. Andr. Sicul. & Mod. *de teſtib.* i-
demq; tradit Aret. *conſ. 37. col. pen. & in c. tam literis. col. fin. de*
teſtib. Natta *conſ. 170. col. 2.* Marſ. *conſ. 20. nu. 11.* Et late Io. Bapt.
Ferret. *conſ. 86. n. 9.* quos egò ſequutus fui *conſ. 186. nu. 58.* Solus
adeſt D. Dominicus Beccarinus, rogatus de teſtamento D.
Pieræ, de præſentia D. Dionyſii quid dicens: ſed inprimis
aduerti debet, vltra Do. Conſulentes pro D. Benedicto &
fratre de Philippis, quod † vti ſolus non probat, ſiquidem 34
nulla cauſa eſt, quæ vnius teſtimonio, quamuis legitimo,
terminetur, *c. licet vniuerſis. in fin. de teſtib.* etiamſi præſidali
præfulgeat dignitate, *d. c. licet ex quadam.* quia vox vnius, vox
nullius, & vnius teſtimonium nec iuſtificat, nec conde-
mnat, *c. admonere. 33. q. 2.* ſicq; declarat Specul. *in tit. de teſte. §.*
reſtat de numero. col. 3. idemq; firmat Caſtr. *in l. ſi à fratre. C. de*
teſtam. milit. & poſt eum Natta *conſ. 630. n. 8.* dicentes, quod ſi
vnus † teſtis ſufficeret, poſſet de facili committi falſitas, i- 35
demq; tradit Senat. Pedemont. *deciſ. 76. nu. 43.* licet quantæ-
cunq; ſit dignitatis, vt ſcribit Ruin. *conſ. 147. n. 6. vol. 1. conſ. 92.*
nu. 20. vol. 3. & conſ. 99. nu. 5. vol. 5. Idemq; in † pia cauſa, in qua 36
nec vnicus teſtis ſufficit, vt inquit Decius *conſ. 159. nu. 6. verſ. ſ.*
quia. Et idem, † ſi procedatur in cauſa, ſola facti veritate in- 37
ſpecta, ſecundum Alex. *conſ. 79. viſo. col. fin. verſ. nec prædictis.*
vol. 4. Corn. *conſil. 163. num. 6. 7. & 8. volum. 2.* hinc † arbitrator, 38
qui vnico teſti defert, facit litem ſuam, vt Alexan. ponit *con-*
ſil. 209. num. 24. volum. 6. Et quod eſt † fortius, nec de conſen- 39
ſu partium fieri poteſt, vt vnius teſtis plene probet, Gloſſ.
Dynus, & cæteri *in l. Theopompus. ff. de dot. prælég. & in l. 1. §. fin.*
ff. de verb. obl. vbi Alciat. *num. 23.* Alexan. *conſ. 47. num. 4. volum.*
1. & conſ. 54. num. 1. volum. 2. Iaſ. *in l. iniurandum, quod ex conuen-*
tione. col. 2. ff. de iureiur. Cephal. prædicta ponens *conſ. 438. nu.*
33. cum ſeq. ſicut & ego nunc addo per me dictis *in conſil. 39.*
num. 36.

Sed vlterius accedit, & obſtat aliud dicto Notario, quod
ei nullatenus ſit credendum: nam ſatis eſt clarum, dictum
ſtatutum ciuitatis Exii, *rubr. 47.* diſponens, mulierem facere
debere teſtamentum cum præſentia fratris; alioquin non
valeat, nec teneat ipſo iure, vt in eo: dictumque † ſtatutum 40
Notarius ille bene ſciuit, aut ſcire debuit, alioquin ſupina
ſatis fuiſſet ignorantia eius, quæ neminem excuſare ſolet, *l.*
nec ſupina. ff. de iur. & fac. ignor. cum ſæpius de teſtamentis
mulierum rogaretur, & neſciret eas non poſſe facere teſta-
mentum ſine præſentia fratris, imo taxari mereretur, ſicut
refert Pomponius *in l. 2. ff. de orig. iur. verſ. Seruius autem.* Ser-
uium Sulpitium à Quinto Mutio obiurgatum fuiſſe, quod
neſciret id, de quo eum interrogauit, dicente, turpe eſſe pa-
tritio & nobili viro, & cauſas oranti, ius in quo verſaretur i-
gnorare. Et ſi ſciebat formam ſtatuti prædicti, poſito quod
dictus Dionyſius fuiſſet præſens, dum ipſe Notarius ſcribe-
ret illud, & quod etiam D. Piera dixiſſet; *perche cauſa vi voletè*
partire, la roba è la mia, & ne voglio fare quello, che mi pare. id eſt:
qua de cauſa vn diſcedere, res meæ ſunt, & faciam cum iis, quod li-
bet. vt ille dicit; debuit certiorare dictam dominam Pieram,
quod non poterat facere teſtamentum ſine præſentia Dio-
nyſii fratris ſui, ſtante d. ſtatuto, quia † certificatio Notarii 41
iure ſpeciali requiritur in muliere, vt certificetur de benefi-
cio incluſo in corpore iuris, vt ponit Cephal. *conſ. 335. nu. 27.*
aut abſtinere debuit à rogitu dicti teſtamenti, ne illa faceret
actum nullum, cuius nullitatis ille particeps eſſet. Cum i-
gitur de prædictis † taxari poſſit dictus Notarius, quæ tan- 42
gunt honorem eius, eumque lædunt, & illi verecundiam
inferunt. ſequitur vt non ſit idoneus, vt tradit Specul. *in tit.*
de teſte. §. 1. verſ. ſed pone. Alex. *conſ. 85. colum. penul. volum. 2.* Abb.
conſ. 16. col. fin. vol. 1. Curt. iun. *conſ. 165. colum. pen.* & ego *conſ. 31.*
num. 55. Et certe negari non poteſt, quin ad dictum † Nota- 43
rium pertineret curare, quod dicta Piera faceret teſtamen-
tum cum dicta ſolemnitate præſentiæ fratris à ſtatuto re-
quiſita, alioquin ea prætermiſſa culpa Notarii, qui dictam
Pieram non certificauit, & ob id teſtamentum ab ea fa-
ctum fuit nullum, fuit obligatus ad intereſſe inſtitutorum,
ſecundum Bartol. *in l. ſi librarius. num. 7. ff. de reg. iur.* Angel. *in*
l. iubemus. C. de teſtam. & ego dixi *conſil. 269. num. 37.* Vnde pa-
tet ex prædictis, teſtamentum omnino fuiſſe nullum, ex de-
fectu præſentiæ fratris, nec contrarium probatur; & quæ
ſubiiciuntur à D. Burſato, nos eſſe in illa exceptione dicti
ſtatuti, niſi immineat periculum mortis, deducendo, vt per
eum, quia ſublata ſunt à me ſupra *in verſ. nec meo iudicio tuta*
ſatis.

Digitized by Google

ſtatū; vlterius non inſiſto, vt ad alia me conferam, quæ ſub-
iungit: nam quod loquit, tanto magis teſtamentum prædi-
ctum valuiſſe, cum maritus præſentialiter interuenerit, vna
cum alio nepote; nam diligentius aduerti debet ad verba
dicti ſtatuti, quod ſubiungit: *Et inſuper in quocunque caſu viri*
44 *præſentia debeat adhiberi, ſi ipſum habet*. Cum † enim ad validi-
tatem teſtamenti per mulierem celebrandi requiratur præ-
ſentia fratris & mariti, requiritur concurſus præſentiæ am-
borum, nec ſufficit vnius tantum præſentiam verificari, vt
eſt doctrina Bartoli notabilis, *in l. ſi heredis plures. ff. de cond. in-*
ſtit. & in l. ſi is qui. & §. vtrum. colum. penult. ff. de reb. dub. Socin.
conſ. 33. col. 2. vol. 3. Senat. Pedem. *deciſ. 71. n. 66.* & ego dixi *conſ.*
45 *92. n. 3.* Confirmatur ex dictione, † *inſuper*, illi copulæ ſubie-
cta, quæ exponitur pro *vltra. l. Seia. §. ex parte. ff. de fund. inſtr.*
vnde venit ampliatiue, videlicet, quod vltra præſentiam
fratris requiratur etiam mariti; pro quo bene facit tex. *in §.*
& alia. Inſt. de donat. vbi poſitis quibuſdam neceſſariis ad do-
nationem ſubiungit Iuſtin. & alia inſuper multa ad vberio-
rem exitum donationum inuenimus, quem textum ad hoc
ponderaui *conſ. 482. num. 38.* & in caſu noſtro; quæ verba de-
46 monſtrant, illam † dictionem, *inſuper*, venire ad amplian-
dum, quod nedum ſuperiora requirantur, ſed vlterius alia,
de quibus ſe remittit, vt ibi dicit Imperator. Sed vlterius ac-
cedit, quod idem ſtatutum ſubdit: *Et inſuper in quocunque ca-*
47 *ſu viri præſentia debeat adhiberi*: nam illa dictio, † *quocunque*, v-
niuerſalis adiecta caſibus ſupra memoratis, primo de præ-
ſentia patris, ſecundo de præſentia filiorum, tertio de præ-
ſentia fratris, demum duorum proximiorum conſangui-
neorum, plane demonſtrat, ſemper cumulatiue requiri
præſentiam viri, & ſic, vt in caſu noſtro fratris & mariti, non
autem mariti tantum, quando mulier habet fratrem, quia
48 illa dictio, † *quocunque*, vniuerſalis omnes includit, *l. Iulia-*
nus. ff. de legat. 3. l. omnes. C. ſine cenſu vel reliq. l. à procuratore. C.
mand. cum ſimilib. quibus id confirmo *conſ. 399. n. 90.* Et quod
dicitur, de iudicis aditu, neceſſario ceſſare, propter pericu-
lum vitæ D. Pieræ, tollitur per ea, quæ ſupra dixi, circa di-
ctum periculum vitæ. Non prætereo quoque, quod latius
ſubiungit idem D. Burſatus, ſtatutum prædictum non ſim-
pliciter apponere, nec abſolute, decretum anullatiuum
contractibus & teſtamentis, citra præſentiam fratris cele-
49 bratis, † ſed ſolum ſub conditione, ſi in ipſo actu dicta mu-
lier aliquo modo appareat obligata & læſa, vnde non pro-
bata qualitate læſionis & obligationis locus exceptionis
nullitatis non erit, vt per Bartolum *in l. ſi quis non dicam rape-*
re. C. de epiſcop. & cleric. & eſt alia doctrina vulgaris Bartoli *in*
l. prima. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. Ioan. Andr. *in capitul. 1.*
de homicid. lib. 6. Dec. *conſ. 18.* D. mei Riminal. *conſ. 58. in fin.* &
50 aliorum per me *conſ. 479. num. 38.* Et cum † dicta clauſula ex-
ceptionis ſub vnica oratione ſit poſita, referri debet ad o-
mnia, & ſic, nedum ad contractus, ſed etiam ad teſtamen-
tum, in quo bene mulier obligari poteſt, & lædi, *l. iubemus.*
C. de teſtam. Boer. *deciſ. 85. numer. 5. cum ſimilibus.* at in hoc te-
ſtamento D. Pieræ nulla reperitur eius obligatio vel læſio;
ergo ſumus extra diſpoſitionem ſtatuti teſtamentum mu-
lieris annullantis. Sed huic motiuo reſponderi poteſt, præ-
51 ter alios conſulentes, quod dicta † clauſula, ſi in ipſo actu
dicta mulier aliquo modo appareat obligata & læſa, referri
debeat ad eum caſum, in quo magis apte & proprie verifi-
cari poteſt, vt per Iaſ. *in l. 1. nu. 23. ff. de vulg. & pup.* de quo
memini *conſil. 509. num. 8.* ſed aptior & proprior erit relatio, ſi
fiat ad contractum, donationem, obligationem & quieta-
tionem, de quibus ſupra dixit ſtatutum, quam ad teſtamen-
tum, de quo ſubiunxit, tanquam à contractu differens &
diuerſum, *l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſign.* vbi dicitur,
52 quod † verba, *contraxerunt, geſſerunt*, non pertineant ad ius
teſtandi, vbi & Alciat. & Pet. Rebuff. varias differentias
ponunt, & hoc eſt, quod ponit Decius poſt alios, quos alle-
53 gat *in capit. 2. requiris. numer. 4. de appell.* quod † clauſula in fi-
ne poſita refertur ad omnia præcedentia, quando nulla ra-
tio aſſignari poteſt, quare magis ad vnum quam ad aliud re-
feratur capitulum; ſecus autem, cum ratio diuerſitatis aſſi-
gnari poteſt, vt hic inter contractus, in quibus regulariter
cadit obligatio, *l. ſicut. Cod. de action. & obligation.* ſecus in te-
ſtamento, *l. 4. in fine. ff. de adimend. legatis.* Et probatur ex diſ-
finitione † teſtamenti, ex qua propria ſignificatio colligi- 54
tur, vt per Bartolum *in leg. omnes populi. in ſexta quæſtion. prin-*
cipal. ff. de iuſtit. & iur. Nam † teſtamentum dicitur volunta- 55
tis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem
ſuam fieri voluit: non enim dicit, quod obligauerit teſta-
tor, ſed fieri voluit, ſcilicet ab herede, legatario, vel ab alio
in teſtamento grauato. Et hæc etiam fuit intentio ipſius ſta-
tuti, quod poſita annullatione contractus, &c. quod non
valeat, nec teneat ipſo iure; ſubdit, nec pro ipſa muliere, vel
contra ipſam, aliquem ſortiatur iuris effectum: nam in te-
ſtamento non contingit aliquis effectus pro ipſa muliere,
vel contra ipſam, ſed totum teſtamentum tendit ad com-
modum, vel incommodum heredum, vel aliorum vocato-
rum in eodem, *l. ſecunda. ff. de bonorum poſſeſſion. cum ſimilibus.*
propterea quando ſubiungit ſtatutum, *ſi in ipſo actu dicta*
mulier aliquo modo appareat obligata & læſa, referri debet illa
clauſula ad contractum, & alia ſuperius poſita, in quibus
bene poteſt cadere obligatio, *l. Labeo. §. contractum. ff. de ver.*
ſign. non autem † ad teſtamentum, ſui natura mutabile, nec 56
etiam reſtringibile, *l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc.* vbi
dicitur, † ſocietatem non poſſe vltra mortem porrigi: & id- 57
eo nec libertatem de ſupremis iudiciis conſtringere pote-
rit, quæ bene notanda ſunt. Remanet igitur ex prædictis re-
gula ſtatuti firma, teſtamentum mulieris annullantis, licet
in eo non fuerit obligata vel læſa, quia dicta conditio refer-
ri debet ad contractus, & alia, de quibus ſupra, non autem
ad teſtamentum: ſed vlterius adhuc dici poteſt, in hoc teſta-
mento † D. Pieram ſe obligaſſe, & in obligatione ſe conſti- 58
tuiſſe, quia in fine appoſuit clauſulam, *caſſans & irritans*, de-
rogatoriam in ampla forma, dicens: *Caſſans & irritans d. te-*
ſtatrix omne aliud teſtamentum, & quamcunque aliam vltimam
voluntatem per d. teſtatricem hactenus factam, & factum cuiusvis
Notarii, etiam cum clauſulis derogatoriis quibuſcunque, & præſens
teſtamentum, & eius vltimam voluntatem voluit omni prævalere,
cum vult, & intendat, quod non cenſeatur derogatum per quam-
cunque aliam vltimam voluntatem, ſeu teſtamentum forte condi-
tum, per dictam teſtatricem, in futurum ſub quibuſcunque clauſu-
lis, etiam derogatoriis quibuſcunque, niſi expreſſe appoſita fuerint
infraſcripta verba, videlicet, Confitemini Domino, &c. Quæ clau-
ſula ſic concepta fuit per verba derogatoria voluntatis, vt
apparet ex verbo, *voluit*, & ex aliis, *cum vult & intendit, &c.* in
quo † caſu ad reuocationem dicti teſtamenti requirebatur 59
ſpecialis mentio eius, & clauſulæ derogatoriæ in eo inſertæ,
puta quia dicat, non obſtante alio teſtamento habente ta-
lem clauſulam derogatoriam, ſecundum Bar. *in l. ſi quis. in*
prin. ff. de leg. 3. n. 8. cuius † opinionem dicit eſſe communem 60
Cor. *conſ. 86. vol. 4.* & quod requiratur mentio ſpecialis clau-
ſulæ derogatoriæ dicit eſſe communem Soc. *conſ. 163. poſt n.*
7. verſ. 2. præmitto. & poſt n. 14. vol. 2. Guid. Pap. *conſ. 64. n. 2.* ſub-
dens, quod hanc † opin. approbat communis vſus in iudi- 61
ciis & obſeruantia, & idem Ruin. *conſ. 10. nu. 5. vol. 2.* Soc. iun.
conſ. 124. n. 3. vol. 1. quem refert Did. *in rub. de teſta. in 2. par. poſt n.*
15. verſ. tertia concl. & † licet Iul. Clarus *in §. teſtamentum. q. 99.* 62
ſub num. 5. dixerit, hanc opin. quod ſcilicet non aliter dicatur
fieri ſpecialis mentio primi teſtamenti, niſi facta mentione
clauſulæ derogatoriæ in eo inſertæ, ſemper ſibi viſam fuiſſe
duram, vt per eum; attamen in caſu noſtro mihi videtur et-
iam veriſſima, quia D. Piera dixit; niſi expreſſe fuerint ap-
poſita infraſcripta verba, videlicet, *Confitemini Domino*: id e-
nim verbum † *expreſſe* potentius eſt ad annullationem a- 63
ctus, quam tacitum, vt per gloſſ. & Doctores *in l. cum quid. ff.*
ſi cer. pet. & ibi Iaſ. *n. 17. in 2. lect.* Confirmatq; D. meus Ruin. *n.*
22. & ego *conſ. 234. nu. 44.* & illa verba, † *infraſcripta verba*, re- 64
lationem habent ad ſequentia, *Confitemini Domino.* Bar. *in l.*
qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. Paris. *conſ. 93. n. 13. vol. 1.* &
ego *conſil. 251. num. 41.* nec his contenta teſtatrix dixit, *videli-*
cet, Confitemini Domino: nam illa dictio, † *videlicet*, eſt reſtri- 65
ctiua & limitatiua, *l. cum quidam. §. 1. ff. de vſu. c. ſtatutum. ſecun-*
do. de heret. in 6. & tradit Bar. *in l. 1. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.*
per Pariſ. *conſil. 63. numer. 2. volumin. 3.* & Decian. *reſpon. 56. nu-*
mer. 6. volum. 3. & plenius *reſponſ. 34. numer. 90. eodem volumin.*
vbi loquens in terminis teſtamenti dicit, quod iſte † mo- 66
dus

dus, per quem ſe reſtrinxit teſtator per verbum, *videlicet*, o-
mnino ſeruandus eſt. Et hanc concluſionem quoque con-
67 firmat Clarus loco ſupra citato, vbi dicit; quod † quando
clauſula derogatoria habet inſertam aliquam ſpecialem
formam, puta, nolo aliud teſtamentum per me faciendum
valere, niſi in eius princ. ſit poſita oratio Dominica, vel hu-
iuſmodi, vt in iſto, *Confitemini Domino*, procedit communis
opin. quod ſcilicet fieri debeat mentio ſpecialis ipſius clau-
ſulæ derogatoriæ, concluditque Clarus, quod hæc opin. ſua
magnam habet æquitatem, creditque, quod iudex, qui il-
lam ſequeretur, non erraret. Quare nos quoque conclu-
dentes dicere debemus, quod D. Piera ſe ſatis obligauerit,
& læſa fuerit in auferendo, vel ſaltem coarctando ſibi libe-
ram facultatem, mutandi teſtamentum, de quo agitur, niſi
facta mentione ſpeciali dictæ clauſulæ derogatoriæ, & eam
cum illo reuocando; propterea ſumus adhuc in terminis
annullationis dicti teſtamenti, ex defectu præſentiæ Dio-
nyſii fratris dictæ Pieræ. Poſtremo cum D. Burſatus vim fa-
ciat in legato dotis, facto per D. Pieram D. Zenobræ, nepti
68 ſuæ, quę † dos, veluti priuilegiata, non debet comprehendi
ſub d. ſtatuto generaliter loquente, iuxta notata per Iaſ. *in l.
1. ff. ſolut. mat.* Neguſ. *in tract. de pignor. in 1. memb. 8. part.* cum a-
liis, quos citat; ego alias ſuper hoc motiuo ſcripſi in hac cau-
ſa, vt patet in allegationibus meis, nunc vero deduco ple-
69 nius & latius, & dico, quod illa concluſio; quod † lex aut
ſtatutum generaliter loquens non comprehendat cauſam
dotis, non ita paſſim procedit, ſed tunc demum, cum dos
reperitur in ſpecie priuilegiata, in illo caſu, de quo lex aut
ſtatutum generale loquitur: ſi vero dos non reperitur in
ſpecie priuilegiata in eo caſu, tunc indubitanter compre-
henditur ſub lege aut ſtatuto generali; ita in pluribus locis
diſtinguens firmauit Dec. videlicet *in l. ſi certu annu. C. de
pact. in l. ex teſtamento. C. vnde liber. in l. 1. ſecundo not. ff. de reg. iur.
in c. ſedes. n. 13. de reſcr. in conſ. 5. conſ. 301. conſ. 490. col. pen. & conſ.
536. n. 8.* Idemque tenet Crot. *in d. l. 1. ff. ſol. mat. not. 4. n. 12.* & i-
bidem Ripa latius *n. 45.* Cur. iun. *in l. heres abſens. ff. de iudic.* Ri-
pa *in l. final. quaeſt. 51. C. de reuoc. donat.* Cagnol. *in d. l. 1. de reg. iur.
num. 16.* Alciat. *in l. in generali. ff. de verb. ſignificat.* Gabriel Ro-
man. *lib. 6. de legib. & conſtitut. concluſ. 1. in fin.* Rolan. à Valle *in
tract. de lucro dot. quaeſt. 105. num. 8.* citans Decium *in d. conſ. 5.* &
in aliis, vbi tenet hanc opin. quam ego quoque tenui, *Inſtit.
quib. alien. lic. in prin. & in l. precibus. num. 84. C. de impub. & aliis
70 ſubſt.* & nouiter nunc eam confirmo: nam † cum diſtinguat,
& contrariam cum iſta conciliet, tenenda eſt & recipien-
da, ſecundum Salyc. *in l. filiæ eius. C. famil. erciſ.* Grat. *reſpon. 3.
71 num. 30. & reſp. 118. num. 7. vol. 1.* Nam † opiniones per diſtin-
ctionem reducendæ ſunt ad concordiam, vt not. Imol. *in
cap. ſuper literis. in prin. de reſcrip.* & ego dixi *conſ. 26. nu. 50.* nec
ſane deſunt alii quamplures, hanc opinion. ſequentes, vt
Alciat. *lib. 4. Paradox. cap. 10.* Cattellia. Cotta. *lib. memorial. in
verbo, dos habet. in fin.* Tiraq. *de retract. § 1. gloſſ. 14. num. 103.* Soc.
iun. *conſ. 12. num. 12. vol. 2.* Grat. *reſp. 130. num. 9. volum. 2.* Gozad.
conſil. 97. num. 7. Ruin. *conſil. 195. num. 4. in fin. vol. 1.* ſi bene con-
ſideretur. Et ratione comprobatur multum colorata, quam
deducit Cur. iun. *in d. l. heres abſens.* & Cagnol. *in d. l. 1.* nam
72 dos † habet multa priuilegia, de quibus notatur *in d. l. 1.* ſed
ſi verum eſſet, quod cauſa dotis paſſim eſſet exempta ab o-
mnibus legibus generaliter loquentibus, non eſſet opus, vt
Doctores tantum laborarent ſuper priuilegiis ſpecialibus:
ſemper enim intelligeretur excepta in omni caſu. Quinimo
probatur hæc concluſio ſic, vt ſupra diſtinguens per tex. no-
tab. *in l. in fraudem. §. fin. ff. de teſt. mil.* quem citat etiam Dec. *in
d. conſ. 5.* & alibi: nam dicitur ibi, bonorum poſſeſſionem vl-
tra tempora edicto determinata, nec militis agnoſci poſſe,
quia generalis eſt iſta determinatio, & ſic vult ibi tex. quod
73 edictum † generale prætoris, de agnoſcenda bonorum poſ-
ſeſſione, infra tempus determinatum, centum dierum in
extraneis, vel anni in parentibus & liberis, *l. 1. §. largius. & §.
ſi intra. ff. de ſuc. edi.* comprehendit etiam bonorum poſſeſ-
ſionem delatam ex teſtamento militis, quantumcunque
tale teſtamentum ſit priuilegiatum. *l. 1. ff. de teſtam. mil.* quod
ex eo cauſatur, quia in eo caſu edicti prætoris non reperitur
in ſpecie priuilegiatum teſtamentum militis: & hoc eſt,
quod cũ magno myſterio voluit dicere Bal. *in d. §. fin.* notãs,
quod † generale ſtatutum refertur etiam ad caſus priuile- 74
giatos, dummodo non infringatur per hoc priuilegium, in
hac enim modificatione, quam poſtremo loco ſubiecit,
ſenſit ſecus eſſe, quando priuilegium infringeretur, hoc eſt,
quando caſus eſſet in ſpecie priuilegiatus in terminis ſtatuti
generalis: nam tali caſu illud non referretur ad illum ca-
ſum particulariter priuilegiatum, ſed *in d. §. fin.* refertur illa
diſpoſitio edicti generalis ad teſtamentum militis priuile-
giatum, ex eo, quia teſtamentum militis in terminis illius e-
dicti generalis non eſt in ſpecie priuilegiatum; vnde quod
ibi ſic deciditur, pariter in dote decidi debet, vt ſub regula
generali comprehendi debeat, quando non reperitur in
terminis regulæ ſpecialiter priuilegiata. Sed in caſu noſtro,
licet † dos ſit alias priuilegiata, quoad ſolemnitatem teſta- 75
menti, vt notant Doctores *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfe-
cto. C. de teſt.* & ibi Iaſ. & *in c. cum omnes. de teſt.* tamen non re-
peritur priuilegiata, quod fieri poſſit ſine præſentia patris,
filiorum, ſeu fratrum, de qua ſolemnitate loquitur ſtatu-
tum Exinum: ergo dos comprehendi debet ſub eius gene-
ralitate, & ob id teſtamentum factum ſine præſentia fratris
debet eſſe nullum; & quæ de citatione D. Dionyſii non ne-
ceſſaria dixit D. Burſatus, & ſatisfactum fuiſſe d. ſtatuto, ſa-
tis ſublata video per D. Aduocatos fratrum de Philippis. I-
taque non inſiſtam, ſed duntaxat addam, quod cum di-
ctum † ſtatutum circa diſpoſita per illud ſit de forma, vt bis 76
exprimit, ibi: *contra vel præter formam præſentis ſtatuti.* & ibi:
quæ adhibetur per formam præſentis ſtatuti. ſequitur, ea præciſe
non ſeruata, propter defectum D. Dionyſii, qui præſens
non fuit, teſtamentum fuiſſe nullum, *c. cum dilecta.* & ibi Fe-
lin. *in verſ. geſta contra formam. de reſcr. col. 2.* vbi citat inter alia
Bal. *in l. 2. col. 2. C. de ſuis & leg.* dicentem, quod † formæ nihil 77
addi poteſt, vel detrahi, quia quod perfectum eſt non ſuſci-
pit in ſe ex interuallo magis & minus, & Butrium *in c. Piſa-
nis. de reſtit. ſpol.* quod † omiſſio formæ in qualibet minima 78
parte, ſeu qualitate proceſſus, vitiat totum proceſſum; ſe-
quor ego *conſ. 592. n. 38.* vnde non potuit adhiberi nepos lo-
co D. Dionyſii. Præterea, ſi verum eſſet, quod inquit Nota-
rius, eum diſceſſiſſe, quia non nominabatur in teſtamento,
datur intelligi, quod eo inuito requirebatur præſentia ſua:
igitur citari debuit, iuxta doctrinam Bartol. & aliorum *in l.
1. ff. de in ius voc.* licet illi Notario non ſit aliquo modo cre-
dendum, multis rationibus, quas in ſcripturis exhibitis mi-
hi, deductis eleganter & docte, vidi.

Hactenus reſoluta ſunt omnia, quæ dixit excellentiſſi-
mus D. Burſatus in ſuo conſilio, & oſtenſum, non animo
ſecum contendendi, ſed veritatis indagandæ gratia, præ-
ſentiam D. Dionyſii neceſſariam fuiſſe, cum dom. Piera fe-
cit teſtamentum, & ſine ea illud nullum fuiſſe, ex ſtatuto
Exino. Nunc videnda ſunt, quæ ſuper hoc articulo ſcripſit
excellentiſs. do. Cæſar Bartol. in alio ſuo conſilio, cuius co-
pia mihi fuit exhibita, quę ſi tollantur, (vt ſpero) nullitas di-
cti teſtamenti remanebit clara: diſtinguit igitur inprimis,
quod † aliquando lex requirit expreſſionem alicuius rei, 79
vel aliquam ſolemnitatem in aliquo actu, principaliter
cauſa notitiæ, demonſtrationis, vel certitudinis, vel ad cer-
tum aliquem finem & effectum; & tunc ſufficit, ſi de tali re,
perſona vel effectu conſtet per æquipollens: aliquando ve-
ro id non requirit principaliter cauſa demonſtrationis, vel
certitudinis, ſed pro forma ſubſtantiali actus, & tunc non
ſufficit impleri per ęquipollens, ſed in ſpecifica forma legis;
ita formaliter diſtinguit & declarat Gomeſ. *variar. reſolut.
tom. 1. cap. 2. ſub numer. 7.* Pariſ. *conſil. 33. numer. 34. 35. volum. 2.* Et
Doctores *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* vbi Alexand. *num. 8.* Iaſ. *5.
& 11.* Socin. *nu. 8.* Alciat. *10.* & Emanuel Suar. *in add. ad Gomeſ.*
vbi dicit, hanc eſſe † veriſſimam reſolutionem, & commu- 80
niter admiſſam teſtatur, at inquit D. Cæſar, quod in præſen-
ti caſu dictum ſtatutum requirit præſentiam fratris, ad effe-
ctum certitudinis notitiæ & demonſtrationis, & amouen-
di dubietatem, falſitatem, vel fraudem: non autem pro for-
ma ſubſtantiali, ita quod actus ſine illa præſentia ſit omni-
no nullus; ideo ſatis fuit, quod D. Dionyſius fuerit præſens,
& notitiam habuerit teſtamenti, quod ſcribebatur: hoc
enim

Digitized by Google

enim modo cenſetur ſatisfactum dicto ſtatuto, interuenien-
te maxime marito, & alio proximiore conſanguineo, per
æquipollens: Ingenioſa ſane fuit hæc diſtinctio dom. Con-
ſulentis, ſed quæ retorquetur aduerſus eum, cum ſimus in
eius ſecundo membro, non autem in primo, vt ille putat: id-
81 que oſtendo, nam † quid dicitur eſſe de ſubſtantia actus,
quando actus fieri non poteſt ſine illo requiſito: exemplum,
82 in emptione † precium dicitur eſſe de ſubſtantia illius, quia
ſine precio emptionis contractus eſſe non poteſt. *§. precium.
Inſtit. de empt. vend.* & ibi Aretin. notat, & eſt caſus clarus *in
l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt.* ibi, *quoniam emptionis ſub-
ſtantia conſiſtit ex precio.* & ibi notat Gl. Bart. & alij, & pulchre
Zaſ. *reſpon. lib. 1. cap. 12.* breuitatis cauſa videndus, idque con-
83 firmat Dec. *in l. edita. num. 40. C. de edend.* vbi dicit, † id eſſe
ſubſtantiale, quo primum res aliquid eſt; ſequitur Cæphal.
conſ. 171. num. 20. concludens id eſſe de ſubſtantia, ſine quo
actus fieri non poteſt, & vt idem ſubdit *conſ. 421. num. 6.* ea
84 quæ † ſunt de ſubſtantia actus, illa ſunt quæ eodem tempo-
re, quo actus fit, interuenire debent. gloſſ. & Doctores *in l.
vniuerſa. C. de precib. Imper. offer.* Bart. *in l. filio præterito ad finem.
de iniuſt. teſt. gloſ. in cap. 1. verſ. tertio.* ibi, *præter tempus. 75. diſtinct.*
Gemin. *in cap. vt circa. §. 1. in fin. de elect. in 6.* at dictum ſtatu-
tum requirit, quod mulier, quæ facere vult teſtamentum,
id facere debeat, cum præſentia fratris, & quod aliter, id eſt,
ſine eius præſentia, nullum ſit teſtamentum: ergo negari non
poteſt, quin talis præſentia ſit de ſubſtantia teſtamenti, vigo-
re dicti ſtatuti cum ſine ea nō poſſit mulier id facere, & quod
debeat interuenire, tempore, quo fieri debet ipſum teſta-
mentum: Propterea ſequitur, quod talis præſentia fratris im-
pleri non potuerit per æquipollens, vt per interuentū mari-
ti, in omni caſu neceſſarij, vt in eodem ſtatuto, neque per in-
teruentum vnius conſanguinei, loco fratris, & vltra, quod
ſtatutum requirit interuentum duorum, *l. vbi numerus. ff. de
teſtib.* Nec verum eſt, D. Dionyſium haberi pro conſentien-
te, quia interuenit aliquis actus cum præſentia, & taciturni-
tate, imo defecit, ex quo diſceſſit nihil reſpondens D. Pieræ,
85 vt notarius dicit (ſi verum fuit) quia † tacens in præiudiciali-
bus, dicitur diſſentire, & contradicere. *l. qua dotis. cum ibi no-
tatis. ff. ſolut. matrim.* & quæ ſubijciuntur, quod forma cita-
tionis potuerit ſperni, cum modus, qui interuenit, fuerit
ſufficiens, videlicet, quod ante fuerit certioratus, per Bru-
num *in tract. de forma.* quem, & alios adduxi *conſ. 268. num. 44.*
ceſſant, abnegando, quod ſufficiat ille modus, cum ſi Diony-
ſius fuiſſet præſens, potuiſſet aliter conſulere dom. Pieræ, &
eam in ſuam ſententiam trahere. *l. duo ex tribus. cum ibi not. ff.
de re iud.* & ſi contra dixiſſet, illa teſtari potuiſſet, vt ibi dicitur,
& ad periculum imminens, ex ipſis verbis ſtatuti iam ſupra
reſpondi. Dum verò dom. Cæſar ingreditur ad defenſionem
notarij, rogati de teſtamento prædicto D. Pieræ, magni fa-
ciens eius fidem, cum potiſſime nullum lucrum, neq; com-
modum ſentiat de ſuo teſtificatu, conaturq; ſubuertere, quæ
in oppoſitum dixit excellen. D. Mathæus Roſſinus, ego ſane
non intendo me interponere inter hos duos duellantes;
quoniam hoc præſens conſilium meum, facile tranſiret in
ſeptimum librum Conſiliorum meorum, quem poſt aliquos
86 menſes editurus ſum; dicam tamen interim, quod † tot, ac
tanti defectus opponuntur dicto Notario, per ipſum D.
Roſſinum, vt nullam fidem prorſus mereatur, etiamſi veri-
tas alias haberi non poſſit, vt per Bald. *in l. ea. C. de teſtib.* And.
Sicul. *conſ. 75. colu. 4. volum. 4.* Marſ. *conſ. 102. num. 12.* Gramma.
conſ. 45. num. 23. Grat. *reſpon. 59. num. 41. volum 2.* de quibus me-
mini *Inſt. quibus alien. lic. in prin. nu. 242.* & alios addidi *conſ. 269.
num. 91. cum ſequentibus.* quos videre licet in eo, breuitatis cau-
ſa, ne nunc eos ſigillatim tranſcribam: nec meo iudicio ve-
rum eſt, quod ille notarius nullum lucrum, vel commodum
ſentiat ex teſtificatu ſuo. Imo vero maximum ſortitur hono-
ris ſui, ſi teſtamentum D. Pieræ, de quo rogatus fuit, valeret,
87 vt prætendit: ſicut † enim licet vnicuique vitam ſuam de-
fendere, ſic etiam famam, & honorem ſuum, Iaſ. Claud. A-
quenſ. & ibi dixi *in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure.* quam, & alias
partes iuris ciuilis matutinas, nunc Typis excudendas dedi:
88 non † minus enim honorem, quam vitam æſtimare debe-
mus, vt per Alexan. *in l. ſi victum. ff. de re iud. & in l. ſæpe. num. 10.
in tit.* qui poſt Bald. dicit, quod † idem iudicandum ſit de in- 89
famia, quod de pœna corporali, & periculum infamiæ peri-
culo mortis æquiparatur; vnde Barb. *in addit. Bald. in §. ep. 1. in
prin. quib. mod. feud. amit.* infert, quod ſi † vaſallus feudum per- 90
dat, quod non defendat vitam domini, pariter illud amittit,
ſi non defendit eius famam: quoniam famæ periculum æ-
quiparatur vitæ, ſequitur Cæph. *conſ. 39. nu. 43.* & ego *conſ. 468.
num. 61.* Sed inſuper accedit, quod credidit ille notarius, & te-
ſtamentum D. Pieræ defendere, & honorem ſuum, quod
fuerit rogatus de teſtamento valido, & tamen dedecus ſuum
ac vituperium ſuum detexit, non certiorando D. Pieram,
quod teſtari non poterat ſine præſentia D. Dionyſij fratris
ſui, & abſtinendo à rogitu dicti teſtamenti: Parique modo
perſuadendo dicto Dionyſio, quod non recederet, ſed præ-
ſens remaneret factioni dicti teſtamenti: namque aut ille
ſtetiſſet ibidem, & teſtamentum valuiſſet; aut poſtquam in
dictū errorem inciderat, curare debuit, quod citato D. Dio-
nyſio poſt diſceſſum, modo quo mandat dictum ſtatutum,
dom. Piera faceret iterum dictum teſtamentū: nam † in acti- 91
bus extraiudicialibus, & in facto conſiſtentibus, per actum
nullum poteſtas non expirat, quominus male, & nulliter fa-
ctum poſſit iterum bene fieri, vt per Innoc. & alios, *in c. in li-
teris.* vbi Felin *col. 3. verſ. octauo limit. de offi. deleg.* & Abb. *in ca.
gratum. num. 17. de poſtu. prælat.* Bald. *in l. ſi vt propon. prima. ver-
ſicul. & hec faciunt, C. quomod. & quand. iudex* *in leg. quod
quis. prope. finem, C. de proc.* quos refert, & ſequitur Vant. *in
tractat. de nullit. ſent. tit. quoties, & intra quod tempus. num. 33.*
cum igitur dictus notarius tractauerit honorem ſuum, & fa-
mam tueri, dedecusque, & vituperium incurrerit, non cer-
tiorando D. Pieram, nec alia faciendo, quæ poterat, ſequitur
aperta concluſio ſupra firmata, quod ſibi de honore, vel vi-
tuperio ſuo tractanti, nullatenus ſit deferendum, & hæc ad-
denda ſunt cæteris abunde dictis, & eleganter, & docte con-
tra ipſum per dictum do Roſſinum non repetendis. Vnum
tamen ſupereſt quoque dicendum, circa partem aduerſam;
quod ſi credit hoc teſtamentum nullum, ex defectu præſen-
tiæ Dionyſij, potuiſſe conualidari, per interuentum viri, &
nepotis D. Pier. quaſi ceſſauerit cauſa annullatiua dicti teſta-
menti, ex defectu præſentiæ dicti Dionyſij, per ſubrogatio-
nem prædictorū illius loco, fallitur & toto, vt aiunt, aberrat
cælo: nam † quoties reperitur actus nullus, propter aliquam 92
cauſam, licet ea cauſa poſteà ceſſet, non tamen ceſſat effectus
nullitatis, id eſt non recōualeſcit actus propter ceſſationem
cauſæ, probatur *Inſt. de exhere. lib. in prin. & in l. Papin. in prin. ff.
de inoff. teſt.* quæ iura citat Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſæ. limit. 19.
in prin.* nam † vbi effectus cauſæ conſummatus eſt, ceſſante 93
cauſa, non ceſſat effectus. *in l. fin. ff. vnde libe. l. inter ſtipulantem.
§. ſacram. ff. de verb. obl.* Cyn. *in l. generaliter. col. 2.* & Bal. *col. 3. C.
de epiſc. & cler.* cum infinitis congeſtis à Tiraq. *in d. tract. limit. 12.*
& ego ſecutus ſum *conſ. 343. nu. 33* nec inſuper (vt iſtud omiſ-
ſum non prætercam) quod inquit D. Cæſar, † adiuuari fidem 94
notarij per alios duos teſtes de auditu, quos nominat, quic-
quam facit: cum enim ſint de auditu, nec à quib. audiuerint,
deponant, & vltra ſint ſingulares, loco, & tempore, vtique
coniungi non poſſunt cum dicto notarij, ad integrandam
vnam plenam probationem, velut probationes imperfectæ
in ſua ſpecie, vt tradit Bal. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. not. 4. ff.
de eden.* Alex. *conſ. 13. col. fi. vol. 1. & conſ. 11. ſextio. vol. 4.* Fel. & Dec.
in c. cum cauſam. col. fi. de prob. & ego quoque dixi *conſ. 315. col. fi.
& alibi.* Proſequitur deinde D. Cæſar, exceptionem d. ſtatuti,
conſiderans, in qua non eſt opus præſentia fratris, ibi, *niſi im-
mineat periculum mortis,* quod probatur ex aſſertione notarij,
dicentis in principio teſtamenti, quod D. Pier. erat ægrota in
lecto, in graui periculo vitæ, & plures teſtes cōfirmant, quod
erat † grauiter infirma, & ſtabat in periculo mortis, & dubi- 95
tabatur de morte, ex quo fortiter grauata; ex his enim con-
cludit Cor. in terminis ſimilis ſtatuti huic Exino. *in conſ. 53.
num. 3. & 4. vol. 4.* præſentiam conſanguineorum non eſſe ne-
ceſſariam; quare nec in iſto præſentiam fratris, intelligendo
talem exceptionem periculi mortis, pro eius timore, vel ſu-
ſpicione, non autem pro caſu, ſeu puncto mortis, vt ibi per
Cor. ſed, vt ſupra dixi, ſuper hoc, circa conſi. D. Burſati, debet
aduerti quod hoc ſtatutum non ſimpliciter loquatur de pe-

[illegible] mortis, ſed quod immineat periculum mortis, vel
[illegible] quibus locus, & tempus non patiantur prædictorum,
ſcilicet patris, filiorum, vel fratris, habere vel expectare præ-
ſentiam, quæ verba pariter in illo ſtatuto Cornei, ſatiſque veri-
ficari poterant, quia in ciuitate tunc vigebat maxima peſtis,
vt enim declarat Ripa *in tract. de peſte in 2. parte qu. 13. num. 165.*
faciens mentionem de Corneo variato numero præſumco-
dum eſt eo tempore peſtis, quod nemo velit ſe in diſcrimine
96 vitæ ponere, quia † naturaliter quilibet mortem timet, ſtu-
detq; illius periculum euadere, *ca. noliſe timere 11. q. 3. cum gloſſ.*
& talis timor eſt adeo à natura mentibus hominum impreſ-
ſus vt nulla ratione poſſit euelli, ſecundum Abb. *in c. 1. col. 3. de*
97 *ſumma tri.* Imo † vero contrahentes, propter imminens pe-
riculum, iuſte poſſunt abhorrere multitudinẽ perſonarum,
& coniecturari, vnum eſſe ſanum, cæteros vero de conta-
gione ſuſpectos: igitur in ſtatuto Cornei, ſtante magna peſte
in loco ſtatuti, procedit eius deciſio; at in caſu noſtro ſecus;
quia tempore teſtamenti D. Pieræ non erat in ciuitate Exij
peſtis aliqua (quod probetur); vnde ſtatutum Eximum, re-
ſpectu loci, conſiderauit peſtem, quæ non pateretur haberi
præſentiam prædictorum, videlicet patris, filiorum, aut fra-
98 trũ, rationibus Ripæ, reſpectu vero temporis † conſiderauit,
quod immineret mortis periculũ, id eſt, quod ſic inſtaret, & præ-
ſens eſſet, vt inquit tex. *in l. Senatus. §. mortis. ff. de don. cauſa mor.*
ibi *ex præſenti vitæ periculo*, & vt dicitur *in l. 2. eod. tit.* cum quis
imminente periculo commotus, vt tempus non pateretur
eorum præſentiam expectare, quia dum citarentur per nun-
cium, & relatio fieret iudici, vel notario, mulier poſſet mori:
at hoc de D. Piera dici nõ poteſt, cum ſuperſtes manſerit ex
illa infirmitate, & ſic nõ erat ita vicina morti, quin eam tunc
euitauerit, cuius rei ponit è conuerſo exemplum Crau. *conſ.*
99 *956. num. 10.* dicens † non eſſe nouum in facto, etiam proprio,
erroris præſumptionem admitti, cum fato proximus teſta-
tor eſſet, qui tertiam horæ partem ſuperſtes teſtamento non
fuit: at hæc D. Piera nedum per horam, ſed per menſes, & an-
nos ſuperuixit, vt in facto ſupponitur; ergo ſequitur, quod
tempore teſtamenti ei periculum mortis non imminebat. Et
licet ego conſentiam, quod illa exceptio ſtatuti; *niſi immineat*
100 *mortis periculum*, pro actu mortis capi non debeat; quia † cõ-
ſtitutus in articulo mortis, mortuo æquiparatur. *l. in hac. ff. de
condi. triti.* Bald. *in l. dos data. C. de don. ante nup. gloſſ. in l. qui Sti-
chum. ff. de confeſſ.* Tiraq. *in tract. de legi. connub. leg. 15. num. 18.* &
Sebaſt. Medic. *in tract. at. mors omnia ſoluit. in 1. par. num. 114.* cu-
ius exemplum dari poteſt, Saluatoris noſtri, qui pendens in
Cruce, dixit: in manus tuas Domine commendo ſpiritum
meum, & inclinato capite emiſit ſpiritum, & Stephani pro-
tomartyris, quem cum Iudæi lapidarent, dixit, Domine ne
ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt, & hoc
dicto, obdormiuit in domino; tamen ex graui duntaxat in-
firmitate D. Pierę nunquam dixerim, quod ei mortis pericu-
culum immineret, cum non dicant teſtes, quod extremam
vnctionem recepiſſet; nec quod parochianus animam ſibi
commendaſſet; non enim ſic periculum mortis imminere
dicebatur, quin haberi, vel expectari potuiſſet præſentia fra-
tris, propterea non ſumus in exceptione ſtatuti prædicti, ſed
in eius regula, in qua requiritur præſentia fratris, aliás ea de-
ficiente, teſtamentum annullatur. Nec ſane mihi placet,
101 quod dicunt ambo, dom. Burſatus, & Cæſar, † ſtatutum præ-
dictum, velut exorbitans à iure communi, ſtricte interpre-
tari debere. *l. quod vero. l. ius ſingulare. ff. de leg.* exceptionem ve-
ro de periculo mortis large intelligendam; ſed totum con-
trarium dico, & conſtanter affirmo: quatenus enim pertinet
102 ad regulam ipſius ſtatuti. conſidero illius † procemiũ, ex quo
ratio finalis colligitur, vt tradunt Bart. Caſtr. Imola, cæteriq;
ſcribentes *in l. fin. ff. de hered. inſt.* Alex. *conſ. 36. volum. 5.* Dec.
conſ. 10. col. 2. conſ. 410. col. 3. Rub. *conſ. 11. in prin. & conſ. 89. num. 5.*
D. meus Rimin. *conſ. 93. num. 19.* & ego *conſ. 236. num. 45.* dicit
enim procemium ſtatuti, *indemnitatibus mulierum, quarum ſe-
xus eſt fragilis, hac ſalubri lege, prout melius poſſumus, prouidentes*
103 *ſtatuimus, &c.* cum enim † fauore mulierum principaliter ſit
inductum dictum ſtatutum, dicitur abſolute fauorabile, vt
declarant Bart. Caſt. Alex. & Iaſ. *in l. qui exceptionem. ff. de cond.
inde.* Alex. *conſ. 197. col. 1. vol. 7.* Dec. & Curtius. *in l. 2. C. de in ius
voc.* & abunde Tiraq. *in tract. de retract. §. 30. gloſſ. 1. n. 5.* † ſemper 104
enim cõſiderare debemus id, propter quod diſpoſitio prin-
cipaliter eſt introducta, vt ſcribit Roman. *conſ. 328. colum. 2.* &
ego *conſ. 243. num. 48.* quare patet quod ſtatutum prædictum
late ſit interpretandum in ſua regula; *quod ſi aliqua mulier velit
facere teſtamentum, illud facere debeat cum præſentia, &c.* quod
etiam confirmatur ex † dictione *aliqua*, vniuerſali, *gl. in clem. 1.* 105
de foro compet. cum ſimil. per Iaſ. *in l. eum qui. verſ. 3. pondera. ff. de
iur. omn. iud.* Dec. *in l. cum quid in prin. ff. ſi cer. pet. in l. ſi ſenium.
num. 26. C. qui teſt. fac. poſſ. & conſ. 11. num. 2.* Crau. *conſ. 294. nu. 4.*
Tiraq. abunde *in l. ſi vnquam, in gloſſ. omnia, vel partem aliquam.
C. de reuoc. don.* & Cæph. *conſ. 347. num. 14.* ergo quæcunque ſit
mulier, minor, vel maior, domi, vel foris, vno tempore, vel
alio, debet in teſtando formam illius ſtatuti ſeruare, de præ-
ſentia fratris adhibenda: † exceptio vero, quam ſubiungit 106
ſtatutum, *niſi immineat periculum mortis, vel peſtis*, ſtricte venit
interpretanda, propter relatiuũ, *quibus*, ſine copula ſequens,
l. ea tamen adiectio, & ibi Bart. *ff. de leg. 3.* & ego *conſ. 289. num. 15.*
Item quia verba dictæ exceptionis per ſe reſtrictiua ſunt,
dum dicunt; *quibus locus, & tempus non patiantur prædictorum
habere vel expectare præſentiam*, & ſic mulier in loco, vel tem-
pore teſtetur, quod per interuentum fratris habendum, vel
expectandum, mulier interim moriatur; Igitur dicta † verba 107
ſpecialia, reſtringunt generalitatem ſtatuti præcedentem, vt
locum non habeat in dictis caſibus, vbi dilatio eſſet allatura
periculum, iuxta notata per Bart. *in l. ſed ſi adijciatur. ff. pro ſoc.*
Goz. *conſ. 60. colum. fin.* Rub. *conſ. 50. colum. pen.* Pariſ. *conſ. 102.
num. 12. volum. 1.* & ego *conſ. 312. num. 13.* quia tamen non verſa-
mur in terminis exceptionis, vt ſupra probaui, remanemus
in terminis regulæ dicti ſtatuti, ſecundum quam nullũ red-
ditur teſtamentum D. Pierę, propter defectũ pręſentiæ fratris
ſui, & inquantũ ſubiungit D. Cæſar, quod † ſtatutum requirit 108
periculum mortis tempore actus, igitur tempus teſtamenti
debet inſpici, quicquid poſtea ſuperuenerit, vt per Cor. *in d.
conſ. 53. volum. 4.* quem ſequitur Pariſ. *conſ. 33. ſub num. 32. verſ. 3.*
Ripa *in tract. de peſte. in tit. de priuileg. contra peſtem. num. 34.* &
Sebaſt. Medices *de caſibus fortuis. par. 2. q. 6. ſub num. 44.* reſpon-
deo, quod † id verum eſſet, ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur 109
de periculo mortis, at ſecus, cum loquatur de periculo mor-
tis qualificato, videlicet imminente, & quod non patiatur
haberi, vel expectari præſentiam fratris, quæ qualitates pro-
bari debuerunt ex aduerſo, vt quod do. Piera ſumpſiſſet oleũ
ſanctum, fuiſſet anima ſua commendata, vel ſignata cum
candela benedicta, vt fit circa morituros, non autem ſimpli-
citer eſſet grauiter infirma, aut de vita dubitaretur, vt dixi ſu-
pra, quia † qualitates ſtatuti probari debent ab eo, qui ſe in 110
eo fundat. Bart. *in l. 1. § ait prætor. ff. ne quid in loco pub.* Dec. *conſ.
554. num 14. conſ. 550. num. 4.* Port. Imolen. *conſ. 64. num. 4.* vbi
dicit, quod † ſiue in loco, ſiue in tempore, ſiue in alia qualita- 111
te conſiſtat alicuius intentio, ſemper probari debeat, alias
conuentus abſolui debet, ſequitur Rolan. à Val. *conſ. 10. nu. 13.
volum. 4.* & ego *conſ. 260. nu. 36.* & ita patet, nos in regula ſtatuti
verſari, non autem in eius exceptione, ſicque teſtamentum
D. Pieræ fuiſſe nullum, quia frater non fuit præſens. Progre-
ditur deinde D. Cæſar vlterius, circa † clauſulam derogato- 112
riam, poſitam in teſtamento dom. Pieræ, quod non induca-
tur ad aliquam deceptionem, vel læſionem, ſed ad conſerua-
tionem teſtamenti, maxime mulierum, ne precibus & per-
ſuaſionibus inducantur (vt facile poſſent) abſque probabili
cauſa ad illud reuocandum, vt per Durand. *de arte teſtandi.
cautela. 2. tit. 10.* & Soc. iun. *in l. ſi quis in princip. num. 38. ff. de leg. 3.*
propterea non verificatur in caſu noſtro illa conditio ſtatu-
ti, annullantis teſtamentum, ſi mulier in eo appareat obliga-
ta, & læſa: quia annullatio dicti teſtamenti pendebat à vo-
luntate dictæ D. Pieræ.

Sed huic obiecto probabiliter reſpondetur, poſito quod
reuocatio † dicti teſtamenti, & clauſulæ derogatoriæ, pende- 113
ret à voluntate D. Pieræ, reuocando dictam clauſulam, per
modum quo ſupra declaraui: Tamen negari nõ poteſt, quin
extra id, quod agebat D. Piera, induceretur obligatio tacita
non reuocandi dictum teſtamentum, per aliud, cum clauſu-
la, *caſſans & irritans*, ſimpliciter prolata; quia non ſufficeret,
& duraret illa obligatio, vt per [illegible] *l. ſi quis. in prin. an l. ſi
nulla.*

mihi, & tibi §. in legatis. ff. de leg. 1. vbi late Iaſon, Socin. & Ruin.
114 ſic enim videmus, quod † plerumque extra id quod agere-
tur, tacita obligatio naſcatur, vt dicit elegans textus *in l. fin.*
qui. in fin. ff. commod. & in l. ſi in area. ff. de cond. indeb. vbi dici-
tur, quod is qui non debitam pecuniam ſoluit, hoc ipſo ali-
quid negocij gerat, quod & expreſſius repetit Imperator *in*
§. item is cui. Inſtit. de oblig. ex quaſi contractu, dicens, quod
perinde obligatur is, qui accipit, ac ſi mutuum ei daretur, &
ideo condictione tenetur: nam vt pulchre declarat Caſtren.
in d. l. ſi in area. num. 2. poſt gloſſ. illud negotium non eſt con-
tractus, ſed quaſi contractus, quia non intendo contrahere,
cum ſoluo indebitum, ſed diſtrahere, id eſt, me liberare, &
hoc dicit, quia videtur actum tacite præſumptione iuris, vt
ſi non ſit debita pecunia, eam mihi reſtituas, & ſic oritur ex-
tra id, quod expreſſe agitur. Sic etiam dici debet in propo-
115 ſito noſtro, quod D. Piera, cum † fecit teſtamentum cum di-
cta clauſula derogatoria, extra id quod egit expreſſe, tacite
nata fuit obligatio, ad non reuocandum ſimpliciter illud
teſtamentum, propterea ſumus adhuc in conditione ſtatuti,
annullantis teſtamentum mulieri, ſi in ipſo aliquo modo ap-
pareat obligata, & læſa; quia pro libitu non poterit illud re-
uocare. Et ex abundanti ponderari poſſunt illa verba, *aliquo*
modo appareat obligata. nam dictio, † *aliquo*, velut vniuerſalis,
116 verificatur in quacunque obligatione, tacita, vel expreſſa,
vt per Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam. in gloſſ. omnia, vel partem ali-*
quam. & Cæphalum *conſ. 347. num. 14.* de quibus ſupra, qui-
bus & aliùs addo *conſ. 493. num. 38.* quibus accedit textus ille
vulgaris, ſed celeberrimus, Imperatoris Conſtantini, *in l. 1. C.*
de ſacroſanct. eccleſ. dicentis, nihil enim eſt quod magis homi-
nibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtquam
aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod ite-
rum non redit, arbitrium, & alius *in l. ſi fratres. §. idem reſpon-*
dit. ff. pro ſocio. dicens, & ideo nec libertatem de ſupremis iu-
dicijs conſtringere quis poterit: Si enim Dom. Piera non po-
terat libere aliud teſtamentum facere propter impedimen-
tum, quod patiebatur, aut pati poterat ex dicta clauſula de-
117 rogatoria; † quis enim non dicitur vti libere, qui patitur ali-
quod impedimentum, vel pati poteſt, vt tradit Ruin. *conſ. 119.*
colum. 3. volum. 1. ſequitur Rolan. a Valle *conſ. 62. num. 20. volu. 1.*
& ego *Inſt. de donat. in prin. num. 1328.* & hinc, vt ibi ſubiungo,
118 libertas deducitur, quæ † dicitur eſſe quædam naturalis fa-
cultas, de re ſua ad libitum diſponendi, quam coarctare con-
tra rectum dictamen rationis, eſt contra ius naturale, vt tra-
dit Socin. *conſ. 172. colum. 3.* Brun. *conſ. 56. colum. 1.* Rol. à Valle
119 *conſ. 22. num. 11. volum. 2.* vnde Cicero *de officijs* dicebat; † pro-
prium eſſe libertatis ſic viuere vt velis, & in paradoxis ſcri-
ptum reliquit; quod libertas eſt poteſtas viuendi vt velis, &
conſeruatio libertatis ſit valde fauorabilis. *l. libertas. ff. de reg.*
iur. Cæphal. *conſ. 549. num. 29.* & ego *conſ. 440. num. 32.* certe di-
ci non poteſt, quod ipſa D. Piera libere teſtari potuiſſet, nec
in libertate teſtandi rurſus fuiſſet, propter impedimentum
dictæ clauſulæ, non reuocando eam, vt oportebat, quod nec
iuris periti vix ſcirent bene facere: Propterea dicitur obliga-
ta fuiſſe, & læſa ex dicta libertate ſibi prærepta, aut ſaltem re-
120 ſtricta: † obligatio namque dicitur iuris vinculum quo ne-
ceſſitate aſtringimur, *Inſtit. de obligat. in princip.* vnde bene ſe-
quitur teſtamentum eius fuiſſe nullum, cum in ea remanſerit
obligata, & læſa, libertate illud ad libitum reuocandi ſibi
adempta: ſicque bene probatur obligatio, & læſio eius, quod
negat D. Cæſar, & male, ſicut quod nullum ei fuerit paratum
præiudicium ambulatoriæ voluntatis; quia potuiſſet D. Pie-
ra quandocunque reuocare teſtamentum: nam fallax eſt
hoc dictum D. Cæſaris: non enim potuiſſet illud ſimplici-
ter, & abſolute reuocare, ſed ſecundum quid tantum, vide-
licet modis, & verbis quibus dicunt Doctores, in reuocatio-
ne teſtamenti, habentis clauſulam derogatoriam, vt ſupra
121 quoque dixi: propter ea non procedit † argumentum, à ſe-
cundum quid, ad ſimpliciter tale, vt notant Ortan. Niger, &
Mod. Parau. *in rubr. de offic. eius.* And. Sicul. *in rubr. de offi. deleg.*
Corraſ. *Miſcellan. lib. 3. cap. 19.* D. meus Zuccar. *in rub. ff. ſi cer. pet.*
num. 20. & ego *conſ. 216. nu. 42.*
122 Et in quantum ſubiungit idem D. Cæſar quod † ſufficiat
generalis reuocatio teſtamenti, abſque ſpeciali mentione
clauſulæ derogatoriæ, vt per Barbatiam Pariſ. & Didacum,
quos allegat Burſat. *conſ. 47. num. 18.* qui de muliere loquitur,
aduerti debet, quod eorum dicta meo iudicio non procede-
re poſſunt in terminis huius teſtamenti D. Pieræ, quæ dixit,
caſſans, & annullans omne aliud teſtamentum, factum per
eam manu cuiuſuis notarij etiam cum clauſulis derogatorijs
quibuſcunque, & præſens teſtamentum voluit omni præ-
ualere, cum vult, & intendit, quod non cenſeatur deroga-
tum per quamcunque aliam vltimam voluntatem, ſeu teſta-
mentum, conditum in futurum per ipſam teſtatricem, ſub
quibuſcunque clauſulis etiam derogatorijs quibuſcunque,
niſi expreſſe appoſita fuerint infraſcripta verba, videlicet,
confitemini Domino. Clara namque fuerunt verba nimis di-
ctæ clauſulæ derogatoriæ, cuius D. Piera audiendo publica-
tionem, ſeu vulgarem expoſitionem, ſatis intellexit, tam
ipſa, quam notarius, quid importaret in ſui generalitate,
quod intendebat illud teſtamentum valere, nec illi derogari
poſſe, nec annullari in futurum, vt in ſimili de clauſula codi-
cillari, dicit eleganter Ripa *in l. centurio. num. 84. ff. de vulg. &*
pupill. igitur negari non poteſt obligatio, & læſio D. Pieræ,
cauſata in dicto teſtamento, ex dictis verbis, vt ſupra prola-
tis, & per conſequens, locus eſſe debet, nullitati dicti teſta-
menti ex defectu præſentiæ D. Dionyſij, quæ requirebatur,
vt in ſtatuto Exino ſæpius ſupra memorato. Neque mihi
placent vllo modo, quæ ſubiungit ipſe D. Cæſar circa illas
clauſulas dicti ſtatuti, *& aliter factum teſtamentum à muliere*
non valeat, nec teneat ipſo iure, nec pro ipſa muliere, vel contra
ipſam aliquem ſortiatur iuris effectum; quod in vltima ceſſat
ſuperfluitas, quia cenſetur appoſita ad maiorem, & certio-
rem, & validiorem declarationem primæ; quia non exem-
plificando dictam declarationem, non tolleretur ſuperflui-
tas † quæ regulariter non toleratur, Bald. *in rub. de contrahen.* 123
empt. quaſt. 9. l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priui. in 6. cum vul-
gar. Propterea puta probabiliter, & pulchre declarationem
ſecundæ clauſulæ in hoc adduci poſſe, † quod cum alias an- 124
nullato inſtrumento, poſſit contractus, & obligatio per te-
ſtes probari, vt Imola, Cuman. Caſtren. Alexan. Aretin. & Iaſ.
ponunt *in l. ſi ſeruum filij. §. cum qui chirographum. ff. de leg. 1.*
Dec. *conſ. 17. colum. fin.* Caſtren. *conſ. 75. volum. 2.* D. meus Rim.
conſ. 254. num. 16. & ego *conſ. 72. num. 14.* Statutum, poſita an-
nullatione teſtamenti, facti per mulierem, ſine præſentia
fratris, ſubiungit, nec pro ipſa muliere, vel contra ipſam; ali-
quem ſortiatur effectum, ſi per teſtes qui interuenerunt,
quid diceretur pro ipſa muliere, vel contra ipſam, quod illud
quod diceretur, attendi non debeat, ſed nullum ſortiatur ef-
fectum, quod bene notandum eſt: cætera vero quæ commi-
ſcentur per illas clauſulas, & conditionem ſequentem: *Si in*
ipſo actu, dicta mulier aliquo modo appareat obligata, & læſa, non
releuant, ideo ex induſtria miſſa facio, & ex his tandem ſub-
lata remanent conſilia Clariſſimorum Burſati, & Cæſaris, &
nullitas firma teſtamenti D. Pieræ, propter defectum præ-
ſentiæ fratris ſui, quæ ſine dubio euitari non poteſt ex prædi-
ctis, quæ ſi forte prolixiora videbuntur excellentiſſ. D. Iudi-
ci, cum in principio me paucis vſurum fuerim pollicitus, de-
bet veniam D. Iudex concedere, quoniam in fundanda in-
tentione clientum meorum, & in tollendis tot ac tantis ex
aduerſo dictis, non potui in anguſtum fluminis alueum ma-
re collocare.

Pro eiſdem fratribus de Philippis.

A r g. De teſtamento à demente condito, an &
quando valeat, & an quis ſanæ mentis, vel de-
mens præſumatur. Item an ex ordinatione te-
ſtamenti legitime & ſapienter facta, ſana mens
teſtatoris præſumi, vel probari poſſit. Demen-
tia item, & ſanitas mentis quomodo & à quibus
probanda. Et an Notario, in ſcriptura teſta-
menti, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis aſſerenti,
credatur. Et an is ſit idoneus teſtis, ad id pro-
bandum. Item an iudex de poſſeſſorio tantum
pronunciare, ſeu ſententiam ferre poſſit, ſi par-
tes ad vlteriora, quæ petitorium concernunt,

producendo capitula, teſtes &c. proceſſerint, eaque iudex admiſerit.

SVMMARIVM.

1 Mens ſana in quolibet præſumitur præſumptione naturæ.
2 Notario de ſana mente teſtatoris in teſtamento vel in examine atteſtanti, an credatur. & num. 4. 13. 14. 15. 74. 75. 76. 77.
3 An magis credatur teſtibus de ſana mente deponentibus, quam de dementia & num. 18.
4 Quod teſtatrix fuerit ſana mentis eo tempore, quo fecit teſtamentum, probare debet ad hoc vt valeat.
5 Tempus cum eſt fundamentum intentionis alicuius præciſe probari debet.
6 Media probantur, probatis extremis. Et de medio idem iudicatur, quod de extremis num. 8 & 9.
7 Argumentum valet de furore ad dementiam, & quod de vno dicitur habet locum in alio.
10 Præſumptio ſanæ mentis locum non habet, probata dementia per extrema, tum enim medio quoque tempore præſumitur dementia.
11 Vna præſumptio tollit aliam.
12 Probatio ſufficiens dicitur quæ inducit iudicem ad credulitatem.
16 Similitudo notarij, & nuncij reſpectu credulitatis, non eſt bona. & etiam num. 17.
19 Inſania quomodo percipiatur.
20 Teſtes deponentes magis in ſpecie plus probant, & eis magis creditur, quam alijs in genere deponentibus.
21 Et cum deponunt de aliqua animi qualitate debent teſtificari per actus exteriores quos viderunt.
22 Teſtamentum legitime & ſapienter factum à demente vel furioſo, an ſuſtineatur. & præſumatur factum tempore dilucidi interualli & num. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38.
24 De exemplis denotantibus dementiam.
32 Semel probata qualitate dementiæ ſemper præſumitur perſeueraſſe, niſi probetur contrarium.
38 Probato per multos teſtes, in præteritum quem fuiſſe dementem, an præualeat probationi per duos teſtes, quod tempore actus fuerit ſanæ mentis. & num. 39. 40.
41 Præſumptio tollitur per veram probationem.
42 Ius diuerſum conſtituitur ex diuerſitate facti & num. 43.
44 Teſtes numero qui præferri debeant.
45 Probatio ſicut ampliatur ex pluribus adminiculis, ita ex pluribus defectibus annihilatur, & tollitur.
46 Propoſitum quod operatur in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſita.
47 Teſtes digniores, & ditiores quando præferantur. & nu. 58.
48 Et quando præferantur deponentes de ſana mente alicuius. & nu. 50.
49 Homo naſcitur bono ſenſu ſanus.
51 Coniecturæ ceſſant in claro.
52 Teſtes deponentes ſuper affirmatiua vtraque iura comprobatæ, probant, & eis omnino creditur.
53 Affirmatiua quando non differat à negatiua.
54 Præſumptio validitatis actus ſ. teſtamenti, an, & quando ſuperet omnes alias præſumptiones num. 55. 56.
56 Cum pro reo ſtat vna præſumptio, & alia pro actore, vtra reputetur firmior. & num. 57.
59 Quæ dicatur præſumptio neceſſaria, & vnde naſcatur num. 60.
61 Et teſtibus deponentibus de tali præſumptione, magis eſt deferendum, quam alijs.
62 Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, an & quando ſuſpecti reddantur & num. 63.
64 Diligentia inſolita in capitulando ſuſpicionem fraudis inducit.
65 Fraus non præſumitur in dubio.
66 Suſpicio omnis tollitur de teſtibus, quos ipſe teſtator elegit.
67 Dictiones, forte, & forſan, ſunt dubitatiuæ.
68 Signum notabile Arioſti Poetæ diuini ad denotandum dementiam in aliquo.
69 Poetæ authoritas poteſt allegari ad deciſiones cauſarum.
70 Teſtes reprobatorios exceptio etiam leuiſſima repellit.
71 Actus æquiuoci, & generales qui etiam fatuis ſunt communes.
72 Probatio debet concludere per neceſſe, non per poſſibile.
73 Et ſit interpretatio contra facientem talem probationem non concludentem.
79 Dictio, aliquis, iuncta verbo modo, eſt vniuerſalis.
80 Verba vniuerſalia ex ſua vi comprehendunt omnia.
81 Verba, aliquid impedimenti, verificantur in quolibet impedimento.
82 Verba, aliqua lege, comprehendunt etiã legem impropriam, & terminus cui hæc dictio, aliqua, adiungitur, late & contra propriam eius naturam intelligitur num. 83.
84 Legis natura eſt, vt ſit poſſibilis.
85 Verba, aliquo modo, adiuncta verbo, læſa, de qua læſione ſint intelligenda.
86 Læſio inducitur ex clauſulis prægnantibus, cum concurrit minor ætas, vel fragilitas ſexus.
87 Forma à ſtatuto inducta debet præciſe ſeruari & ad vnguem, neq; vel addi aut detrahi poteſt.
88 Et eius omiſſio, etiam in qualibet minima parte, vitiat actum, & an per æquipollens poſſit impleri. num. 89. 90. 91.
92 Præſens non dicitur fuiſſe teſtamento, qui in principio adfuit, ſed non permanſit, vſq; ad finem.
93 Clauſula annullatiua in ſtatuto poſita, dat ipſo iure formam præciſam actus.
94 Forma etiam in modica parte non ſeruata, totum actum deſtruit, & nullum ipſo iure reddit & num. 95.
96 Funiculus duplex magis operatur quam ſimplex.
97 Libertas eſt res ineſtimabilis.
98 Super poſſeſſorio an pronunciari poſſit, cum proceſſum eſt ad vlteriora petitorium reſpicientia per ambas partes, iudexque ſuper ijs cognouit.
99 Petentes immiſſionem bonorum quæ non erant defuncti, contra eorum poſſeſſores non audiantur.
100 Et ſi probatum ſit illas poſſeſſiones non pertinuiſſe ad defunctum, talis probatio ſuper petitorio facta, non patitur ferri ſententiam ſuper poſſeſſorio primo, vel poſtea intentato & etiam num. 102.
101 Exceptiones reſpicientes inualiditatem tituli debent impedire, & retardare immiſſionem in poſſeſſionem & nu. 104.
102 Exceptiones petitorium reſpicientes, quæ incontinenti probari poſſunt, admittuntur in poſſeſſorio.
103 Argumentum à contrario ſenſu valet in ſtatutis.
104 Præſentiam alicuius in aliquo actu non interueniſſe probatur, quia in inſtrumento id non dicitur.

CONSIL. DCCCIX.

In eadem cauſa.

SVpereſt, vt ſecundum caput aggrediar, quod clientes mei
de Philippis proponunt, ad nullitatem dicti teſtamenti,
D. Pieræ dementis, quando illud fecit: ſuper quo tam late
ſcriptum fuit, hinc & inde, quod breui negocio diffidam me
expedire poſſe: rem tamen attingam breuius quam potero.
In primis igitur excellentiſſimus D. Burſatus, quod D. Piera
fuerit ſanæ mentis, inquit, iuuatur præſumptione naturæ,
ſecundum quam † quilibet ſanæ mentis præſumitur *l. nec co-* 1
dicillo. C. de codicill. & allegans dementiam debet illam pro-
bare *l. diuus. §. congruit. & §. furioſi. ff. de offic. præſi.* ſed & ex atte-
ſtatione † notarij, in teſtamento facta, cui magis quam de 2
relatione, nuncio credi debet, vt per Iaſ. *in l. ſenium. C. qui teſt.*
fac. poſſ. demumque per plures † teſtes, firmantes D. Pieram 3
fuiſſe ſanæ mentis, quibus magis in hoc credi debet, quam
de dementia deponentibus, Dec. *conſ. 448. num. 10.* Iaſ. *conſ. 2.*
volum. 1. Pariſ. *conſ. 88. num. 22. volum. 3.* Socin. iun. *conſ. 133. nu. 15.*
volum. 2. magiſque duobus de ſana mente creditur, quam
mille de inſania, Boer. *deciſ. 23. num. 4.* & Ioan. Mantic. *in tract.*
de teſtib. rubr. teſtes deponentes de ſana mente. Sed ſuper his, quæ
late diſcurrit, eleganter, & docte excellentiſſimus D. Roſſi-
nus, aduerti debet præter eum, quod † teſtamentum D. Pie- 4
ræ ſit factum anno 1569. 8. Febr. quo ſtante, probari debuit
ex aduerſo, quod illo tempore illa fuerit ſanæ mentis, ad
hoc, vt valeat teſtamentum eius, vt in ſimili quæſtione nota-
bili dicit Card. *in clem. 1. de hom. col. 2. verſ. ex hoc ſequitur.* vbi in
quæſtione facti dicit, cũ ageretur ex cauſa mutui, fuit oppo-
ſitum, quod ille erat furioſus, cui mutuum factum fuit, ab
alia vero parte probatum fuit, quod haberet dilucida inter-
ualla. concludit enim Cardi. quod non ſufficit hoc probare
ſimpliciter, ſed ſpecialiter requiritur, vt probetur, quod fue-
rit ſanæ mentis tempore contractus, & ita dicit ſe conſuluiſſe
poſt Anch. qui ibidem dicit, & refert Alexan. *in l. furioſum. C.*
qui teſt. fac. poſ. & in multis conſilijs, quæ cumulat cum alijs, &
ſequitur Decius *num. 13. & in conſ. 584. nu. 4.* quorum deciſio
probatur optime; quia † cum tempus eſt fundamentum in- 5
tentionis alicuius, illud debet præciſe probari, Gloſſ. Bart &
Doct. *in l. cum actum. ff. de nego. geſt.* pulchre Bart. dans exem-
plum *in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de oper. non. nunc.* Dec.
conſ. 210. colum. penult. cum ſimilib. quos ego cumulaui *conſ. 186.*
num. 67. & alios, conſ. 355. num. 7. vnde cum heredes ſcripti in
hoc teſtamento, dixerint illud eſſe validum, & à D. Piera ſa-
næ mentis factum, cum clientes mei ſecus dixerint, quod
imo fuerit demens; ſequitur quod dicti heredes præciſe pro-
bare debuerint, quod illa dicto anno 1569. 8. Febru. fuerit
ſanæ mentis, quod minime probant teſtes eorum, quos per-
curri relatos in ſcripturis exhibitis, ideo ſuccumbere de-
bent, non probato præciſe tempore dicti conditi teſtamen-
ti, quod erat fundamentum intentionis eorum. Secundo
diſcurrendo factum, prout late proponit illud excellentiſſi-
mus D. Roſſinus, cum ante tempus teſtamenti D. Piera inſa-
niuerit,

biuerit ex variis ſignis, & verbis ſuis, & vſque ad mortem
cõtinuauerit de malo in peius, ſequitur, vt inquit ille, proba-
biliter, & docte, quod tempore medio teſtamenti D. Piera
6 pariter inſanæ mentis fuerit; quia † probatis extremis pro-
bantur media. *cap. inter dilect. & ibi* Butr. Abb. & Felin. *de
fide inſtru.* Anch. *conſ. 5. num. 4.* & Ruin. *conſ. 67. num. 2. volum. 1.*
7 qui de † furore loquuntur; ſed de illo ad dementiam, valet
argumentum, & quod de vno dicitur locum habet in alio,
vt ponit Dec. *in d. l. furioſum. in prin.* & dicta regula extremo-
8 rum ex medio comprobatur; † nam de medio idem iudica-
tur, quod de duabus extremis. *l. Titia Seio. §. Seia libertu. ff. de
leg. 2.* Bald. *in l. 1. §. pro ſecundo colum. pen. ver. in contrarium. C. de
cad. toll. & conſ. 223. punctu. vol. 1.* Iaſ. *conſ. 96. colum. 3. ad fi. ver. 30.
9 facit. vol. 4.* Soc. *conſ. 73. colum. pen. vol. 1.* Imo † quando duo ex-
trema conueniunt non eſt curandum de medio *l. ſi chorus. §. pe.
& ſin. ff. de leg. 3. & in l. quod ſi iterum. ff. de adi. leg.* quæ iura ad
hoc inducit Dec. *reſpon. 7. num. 130. volum. 1.* Et hinc tollitur, id
10 quod inquit D. Burſat. † quem præſumi ſanæ mentis præ-
ſumptione naturæ: nam ſecus eſt, probata dementia per ex-
trems; quia medio quoque tempore præſumitur fuiſſe de-
11 mens, & † vna præſumptio tollit aliam. *l. diuus. ff. de in int. reſt.*
Bart. *in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt.* D. meus Rimin. *conſ. 93.
12 num. 33.* & alij quos cumulaui *conſ. 211. num. 6.* & † in materia
probationis, illa dicitur eſſe ſufficiens probatio alicuius
actus, quæ inducit iudicem ad eius credulitatem, vt per Soc.
conſ. 11. colum. 2. volum. 3. & conſ. 98. col. 3. vol. 3. Dec. *conſ. 510.* & ego
conſ. 274. num. 12. vt in caſu noſtro, quod ſi Dn. Piera fuit de-
mens ante teſtamentum, & poſt medio quoque tempore
cum illud fecit, talis fuiſſe præſumitur. Parique modo tolli-
13 tur, quod † notario credi debeat de atteſtatione notarij, in
principio teſtamenti D. Pieræ, quod fuerit ſanæ mentis,
ſicut nuncio de citatione, vt per Iaſ. *in l. ſenium. C. qui teſta. fa-
ce. poſſ.* quia Iaſ. *ibi & in l. ſenium. C. de tranſ.* atteſtatur commu-
14 nem † opinionem eſſe in contrarium, & inter cæteros A-
15 gelum citat, *in l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſti.* dicentem, † caue-
ant notarij facientes inſtrumentum teſtamenti, pro eo qui
non eſt ſanæ mentis, quia licet in ſcriptura atteſtentur, quod
fuerit ſanæ mentis, eis non credetur, quia non pertinet ad
eorum officium; & ibi plenius confirmat, vt per eum, quod
vlterius non proſequor, quia ſatis eſt nos habere commu-
nem opinionem, quod atteſtationi notarij non ſit creden-
dum, à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendũ,
16 iuribus vulgaribus. Nec eſt bona ſimilitudo † nuncij, cui cre-
ditur de citatione, quia actus ille percipitur corporis ſenſu;
at quod quis ſit ſanus mente, vel nõ, eſt quid inuiſibile; quod
non percipitur ſenſu corporis, ſed magis intellectu, de quo
non ſtaretur etiam dictis teſtium, *vt not. in l. ſolam. C. de teſtib.*
17 Ergo nec notarij, hancq; pariter opinionem † communem
firmat Mantica *in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 5. colum. fin.
num. 17.* & Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 1096. num. 27.* vnde
18 ſtat firma dicta concluſio. Quod vero pertinet ad † teſtes
partis aduerſæ, deponentes de ſana mente D. Pieræ, quod eis
ſit magis credendum, quam deponentibus de illius demen-
tia, pro D. fratribus de Philippis, reis conuentis; Reſponde-
tur, quod id procederet, ſi rationem ſanæ mentis adduce-
rent, non autem ſimpliciter, quod fuerit ſanæ mentis, quod
intellectu percipitur, non autem ſenſu corporis; at nõ idem
de teſtibus reorum dici poteſt, qui deponunt, quod D. Piera
cœperit inſanire in domo ſua, in contrata puſternę, priuſquã
accederet ad habitandum in domo ſui mariti, nouiter con-
19 ſtructa, vbi † inſaniuit, loquendo iniuriando maritum, quod
eſſet vn beccazzo futtuo, extra propoſitum vocãdo ſe ipſam,
Piera, Piera, percutiendo pectus, lacerando veſtes, & capillos,
20 & id genus minimę congrus perſonæ ſanæ mentis: † igitur
cum magis in ſpecie deponant de dementia, quam teſtes ad-
uerſarij, de ſana mente, magis teſtibus reorũ, quam heredum
credendum eſt, magiſque deferendum, vt per Innoc. & Do-
ctores *in cap. auditu. de præſcript.* Alex. *conſ. 88. colu. 2. & conſ. 120.
colum. 7. volum. 5.* Aretin. *conſ. 83. colum. pen. verſ. aduertat.* Crau.
conſ. 94. num. 3. dom. meus Rimin. *conſ. 432. num. 17.* & ego dixi
conſ. 102. num. 41. & iterum *conſ. 261. num. 94.* Sicque ſoluta re-
manent, quæ primo, & ſecundo loco dixit aduerſus hanc de-
mentiam D. Pieræ, D. Burſatus in ſuo conſilio: nam vt decla-
rat Bart. *in l. 1. §. diuus. ff. de ſicar.* cum † teſtis de aliqua animi 21
qualitate deponit, debet teſtificari per actus exteriores, quos
vidit, vt ego latius quoq; dixi *conſ. 88. nu. 15. & conſ. 551. num. 56.*

Nunc ad tertium quod ſubiungit accedo, videlicet, quod
vbicunque † furioſus, vel demens fecerit teſtamentum, legi- 22
time, & ſapienter, ſuſtinetur, cum præſumatur factum inter
dilucida mentis interualla ſanæ mentis, vt voluit late Andr.
Sicul. *conſ. 58. colum. 6. volum. 1.* Marſ. *ſing. 380.* Gramma. *deciſ. 73.
num. 36.* Ludouic. *deciſ. 1. Rot. Peruſ.* & abunde Mantic. *de con-
iect. vltim. volun. lib. 2. tit. 5. num. 7.* plura dans exempla, de qui-
bus per eum: Sed † teſtamentum D. Pieræ prudenter reperi- 23
tur factum, ſi legantur in ea per eam diſpoſita; igitur vt vali-
dum ſeruari debet. Et iſta fuit deciſio notab. Ioan. Andr. *in c.
cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi refert quod alias per Sena-
tores Romanos fuerit approbatum teſtamentum cuiuſdam
furioſi, quia bene diſpoſuerat, & refert Valerium hoc recita-
re, ſequitur Bald. *in cap. 1. colum. 2. per quos inueſt.* Alexan. & Soc.
in conſiliis allegatis per Marſ. in d. ſingul. & ego dixi *conſ. 376. n. 33.*
vbi memini de Senatoribus Romanis, ſicut & Mantica *loco
citato.* qui ſubdit † exempla quædam denotantia demen- 24
tiam quotundam, quæ cum videri poſſint, non tranſcri-
bo, &c.

Sed & hic nodus diſſolui poteſt, quia verum eſt, quod
quando † nõ apparet, vtrum teſtamentũ ſit factum tempore 25
furoris, vel dementiæ, debeat probari contrarium, videlicet,
quod tempore facti teſtamenti fuerit ſanæ mentis; ita dicit
Gloſſ. † communiter approbata, *in c. fin. in verb. compotem. de* 26
ſucceſſ. ab inteſt. & in c. iudicas. 3. q. 9. ſicq; tenent Card. & Anch.
in clem. 1. de hom. Butr. & Imol. *in c. cum inter. de elect.* & alij, quos
congerit, & dicit † etiam communem, Curt. iun. *conſ. 151. nu. 7.* 27
& infinitis exornat Maſcard. *de proba. volum. 2. concluſ. 825.* qui-
bus addo Alex. *conſ. 141. col. 3. vol. 1* & D. meum Rimin. *conſ. 536.
colum. 2.* Confirmatque pulchre Caſtren. *in l. qui teſtamento. §.
nec furioſus. ff. de teſta.* dicens, quod † qualitas furoris, ſeu de- 28
mentiæ non eſt qualitas, quæ varietur ex varietate temporis,
eo modo, quo † variatur ætas, in qua bene eſt verum illud, 29
quia non ſequitur, ſemel quis fuit minor, ergo nunc eſt. *l. ſpa-
donem. §. qui abſolutus. ff. de excuſ. tut.* nec † eſt quantitas, quæ 30
de facili mutetur, eo modo, quo mutatur poſſeſſio: vnde non
ſequitur: talis ſemel poſſedit, ergo nunc poſſidet, iux. not. *in l.
ſine poſſidetis. C. de prob.* Imo ſolet durare, quia † communiter 31
dicitur, quod qui ſemel incipit fatuizare, nunquam libera-
tur. Ideo concludit Caſtren. quod † dicta qualitas dementiæ, 32
quæ ſemel probatur affuiſſe, ſemper præſumitur perſeueraſ-
ſe, niſi probetur contrarium, vel quod teſtator haberet dilu-
cida interualla, & eundem Caſtrenſem refert, & ſequitur ad
vnguem Boer. *deciſ. 23. num. 86.* citans ibidem Aretinum, &
alios plures, de quibus per ipſum Boerium. verum quidem
eſt, vt nihil releuans omittam, quod Baldus *in d. l. furioſum. in
prin.* ponit quandam † diſtinctionem, quæ videtur in ſecun- 33
do membro contrariari, dicit enim, ſi non apparet, an quis
fecerit teſtamentum tempore furoris, an in dilucidis inter-
uallis, aut tempus teſtamenti erat vicinum tempore furoris,
aut ab eo tempore multum remotum; primo caſu, ſi qualitas
teſtamenti arguit magis ad partem ſani conſilij, vt quia eſt
cuiuslibet ſanæ mentis, legitima ordinatio teſtamenti, quod
etiam luculenter apparet ex ſerie ipſius teſtamenti; vt quia
continetur in eo inſtitutio filiorum, legata pro anima, & hu-
iuſmodi, & tunc ex ipſius actus qualitate præſumitur ſanæ
mentis, ſecundo vero caſu, quando tempus teſtamenti re-
motum erat à tempore furoris, ſubdit Bald. non præſumo ſe-
mel furioſum ſemper furere, maxime ſi fuerit probatum, ꝙ
medij temporis qualitas fuerit furori contraria, ſecundum
Oldradum. Omiſſo namque primo caſu, qualem non puto
noſtrum fuiſſe, quia ſi D. Piera inſanire inceperat in domo
ſua, non eſt credendum, quod maritus eius voluerit inconti-
nenti ei domum, de nouo conſtructam, conducere, ne parie-
tibus nouis, & humidis, illa magis infirmaretur, ſed expecta-
uerit tanto tempore, quod eſſent exſiccati, & ſalubres facti:
Igitur ſi verſamur in hoc ſecundo caſu Baldi, repugnate vi-
detur deciſio eius, ꝙ dicta Piera non præſumeretur demens,
ſed ſanæ mentis, teſtando, ꝑut fecit, vt quilibet ſanæ mentis
feciſſet. Super hac igitur diſtinctione Bal. conſiderandũ eſt,

Digitized by Google

quam refert etiam Mantica *loco citato* & Maſcar. *in d. concl. 825. num. 7.* ſed breuiter dico, quod caſum noſtrum non offendit:
nam loquitur Bald. quando furioſus habuit dilucida inter-
ualla, ſicque declarat, ſeu reſtringit eam materiam *verſ. 4. &
vlt.* de quibus dilucidis interuallis D. Pieræ, nihil eſt proba-
34 tum quod releuet. & in iſto caſu, quando † conſtaret furio-
ſum non habuiſſe dilucida interualla, concludit aperte Ma-
ſcard. *in d. loc. num. 16.* quod actus prudens à furioſo geſtus,
fortuito potius, quam integra ratione perfectus iudicabi-
tur, ſicq; caſum noſtrum decidit ad vnguem. Sed & aliter
euitari poteſt dicta deciſio Baldi, in ſecundo caſu, ex notabi-
li declaratione Cornei *in d. l. furioſum. col. fi. in verſ. 2. poſſet. n. 13.*
35 inquit enim, quod † limitari poſſet illa concluſio, quod poſt
longum temporis ſpacium à furore factum teſtamentum,
non præſumatur in furore factum, ſed vt ab homine ſanæ
mentis, quando probaretur, quod ipſe teſtator per ſe ipſum
ordinauerit teſtamentum conueniens viro prudenti; maxi-
36 me ſi haberet multas partes; † nam de facili contingit, quod
demens, & furioſus dicat, & faciat aliqua conuenientia ho-
mini ſanæ mentis, ſed non perſeuerat in multis verbis, vel fa-
37 ctis continuis: Itaq; † ſi dixiſſet coram ſeptẽ teſtibus, ſciatis
teſtes, quod ego omnia bona relinquo tali eccleſiæ, crederẽ
eum iudicandum ſanæ mentis, per dictam rationem pauco-
rum verborum: vnde ſuperflua eſt dictio, *no*, in commento
Cornei: ſecundo ſic ſubdit ille, ſi produceretur inſtrumen-
tum teſtamenti continens multas partes, quæ ſpectarent ad
hominem prudentem, non de facili iudicarem hoc fuiſſe fa-
ctum in quiete: quia potuit per alium ordinari. Ita Corneus
in d. l. furioſum. quod eſſe potuit in caſu noſtro, licet notarius
in ſuo teſtificato dixerit, quod D. Piera ei dixerit, totam ſuam
intentionem: nam infinitæ ſunt partes dicti teſtamenti, per
duas integras columnas, & vltra tot legata, ſubſtitutiones, &
alia, quæ illa, ſi fuerat demens, capere, vel intelligere, aut ex-
primere neſciuiſſet, propterea præſumi debet, quod non fue-
rit in quiete ſanæ mentis, ſed quod ab alio ſic illud fuerit or-
dinatum, ſicut etiam dicit excellen. D. Roſſinus, inter quaſ-
dam coniecturas, quas ille diligenter, & admodum docte
proſequitur, vt per eum, cuius dictis accedit D. Ioan. Maria
Bottus, vnus ex teſtibus heredum, dicens, quod non viderit,
quod *Ser Dominco ſcriueſſe niente, ſe non che ſtipulò detto teſta-
mento*, id eſt, *quod D. Dominicus quicquam ſcripſerit, ſed quod tan-
tum ſtipulatus ſit dictum teſtamentũ*: ſignum, quod ab alio fue-
38 rit ſcriptum, qui † teſtis velut inductus à parte, contra eam
probat, vt per Rom. *conſ. 104.* & Iaſ. *in rubr. ff. de iureiur. in fine.*

His ergo modis euitari poteſt deciſio Baldi, *in d. l. furioſum.*
Et ad illud exemplum Senatorum, qui approbarunt teſta-
mentum fatui, quia rite & prudenter videbatur factum, re-
ſpondet, & Iaſ. & Dec. *in d. l. furioſum. nu. 14. & 15.* igitur ad eos
in gratiam breuitatis me remitto. Sed vlterius accedit, quod
teſtamentum D. Pieræ non dicatur ab ea prudenter factum,
ſed vt à demente, vt idem D. Roſſinus dicit, quia cum D. Dio-
nyſius frater eius ſolus ab inteſtato ſuccederet, excluſis ſoro-
ribus, & earum filijs, ex ſtatuto Exino, *de ſucceſſ. ab inteſt.* D.
Piera prætulit in certa parte Dionyſio D. Zenobiam, ſoro-
rem ſuam, & in alia parte eam inſtituit, & ſi decederet ſine fi-
lijs, ſubſtituit eum, & filios alterius ſororis, qui caſus nondum
euenit, & à futuro incerto pendet: Quę ſic diſpoſita, ſane de-
monſtrant, eam non fuiſſe ſanæ mentis, velut contra ſtatu-
tum prædictum, & reſpectu filiorum D. Dionyſij, contra *l.
cum acutiſſimi, in fin. C. de fideic.* vt conſiderat pulchre Soc. *conſ.
98. vol. 3.* inductus ab ipſo D. Roſſino. Quod & ego magis in
terminis confirmo, per textum valde notabilem, de fratre,
& filijs fratris loquentem, *in l. Lucius 2. in fin. ff. de hæred. inſt.* vbi
inſtituto fratre, & ſi heres eſſe noluerit, aut filios non habue-
rit, ſubſtitutis Sticho, & Pamphilo, dicit Scæuola, quod ſi fra-
ter adierit hereditatem, Stichus & Pamphilus heredes non
erunt, quos eo amplius heredes eſſe noluit, ſi frater, prius-
quam hereditatem adiret, deceſſerit liberis relictis: nam pru-
dens conſilium teſtatoris animaduertitur, non enim ſolum
fratrem prætulit hæredem ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos:
ecce quo nam pacto Scæuola prudentem vocat teſtatorem,
qui nõ ſolũ prætulit fratrem ſubſtitutis, ſed etiam eius filios:
igitur inſipiens, & imprudens fuit D. Piera, quæ neq; filios
Dionyſij prætulit, nec nominauit, nec ipſũ primo nomina-
uit, ſed ſecundo loco ſubſtituit, contra illud: *Grata magis mihi
ſunt nunc pulli † oua futuris*, & vulgo dicitur, *lè meglio un tien,* 39
tien, che cento piglia, piglia, id eſt, *melius eſt vnum retine, retine,
quam centum, accipe, accipe*: quia vt dicit de fera Iuſti. *in §. illud.
Inſt. de rer. diu.* multa accidere poſſunt, vt eam non capias, vt
D. Dionyſio contigit, cuius ſubſtitutio, dum viuit, non eue-
nit. mitto cæteras coniecturas huius inſipidæ diſpoſitionis
D. Pieræ, quas D. Roſſinus recenſet, ne ſim prolixior: ſicut &
circa fidem teſtium, quibus magis, quam heredum ſit cre-
dendum: quæ cum ſigillatim proſequatur, eius dictis me
ſubſcribo.

Nunc ad aliud conſilium D. Cæſaris Bart. me conuerto,
qui late tangens articulum teſtium partis aduerſæ, ſuper ſana
mente D. Pieræ, quod eis ſit deferendum, primo dicit, quod
licet † probatum fuerit per multos teſtes, aliquem in præte- 40
ritum fuiſſe dementem, ſi tamen per duos teſtes ſaltem pro-
betur tempore actus, quem geſſit, eum fuiſſe ſanę mentis, illa
ſecũda probatio præualet. *c. indicas. 3. q. 1.* quia prima probatio
non infert in tempore, de quo agitur, niſi præſumptiue: quæ
præſumptio † tollitur per veram probationem *l. nuptura. in fi.* 41
ff. de iure dot. citat ad hoc Cor. *conſ. 83. vol. 2.* Boer. *deciſ. 23. nu. 97.*
& me quoq;, qui teſtamentum defendo, per hanc rationem,
in indiuiduo, *conſ. 376. n. 30. cum ſeq.* deinde cõcludit D. Cæſar,
quod nedum per duos teſtes, ſed etiam plures, qui fuerunt
præſentes tempore conditi teſtamenti, probetur, quod ipſa
teſtatrix erat ſanæ mentis, reddendo rationes probabiles, &
concludentes ſani intellectus. Sed aduerti debet, quod caſus
illius conſilij mei longe differat ab iſto, † vnde diuerſitas facti 42
diuerſum ius conſtituit. *l. interpoſitas. C. de tranſ.* Alb. *in l. ſi ex
plagis. §. in Cliuo. ff. ad l. Aquil.* Senat. Pedem. *deciſ. 99. nu. 33.* Et
ſecundum diuerſitatem † punctorũ diuerſum redditur con- 43
ſilium, Bald. *conſ. 12. quidam nomine Angelutius. vol. 2. alias 178. in
antiquis.* ſequitur Dec. *in l. precibus. not. 2. C. de impub. & al. ſub.*
Port. Imol. *conſ. 168. nu. 13.* & ego *conſ. 99. num. 32. conſ. 247. nu. 115.
& conſ. 449. nu. 23.* non enim probatum erat *in illo meo conſilio
376. num. 30. & ſeq.* quod poſt teſtamentum quoque fatuus ille
perſeueraſſet in dementia, ſicut hæc D. Piera, & ſic extrema
non fuerant probata, quibus probatur medium, ſicut hic, vt
ſupra dixi; qua diuerſitate facti ſic ſtante, mihi non contra-
dico, nec verum eſt, hic per teſtes aduerſæ partis conſtare de
vera probatione, quod tempore teſtamenti D. Piera eſſet ſa-
næ mentis: nam primus teſtis, nomine Hippolytus, tantum
dicit quod in ſua infirmitate erat ſanæ mentis, & intellectus,
ſed non deponit de tempore teſtamenti, vt erat opus, *vt dixi
ſup.* poſt Dec. *in d. l. furioſum.* & alios, quos ibi citat, nec per ſen-
ſum corporis, ſed intellectus, quod non ſufficit, vt ſup. dixi,
prout nec, quod inquit M. Matthæus Bottachiarus, alter te-
ſtis, *quod D. Piera non ſi demoſtrò pazza, i. e. quod D. Piera ſe non ex-
hibuerit dementem*, hoc enim non eſt deponere de ſignis ex-
trinſecis, ſed intellectu tantum. cæteri vero teſtes, quos ex-
hibitos legi, de hoc nil dicunt. Et quoniam D. Cæſar conſi-
derat, quod † teſtes aduerſarij ſunt plures numero, ideoque 44
præferri debeant, Noni. *conſ. 2. n. 11.* dico ego, poſito q; eſſent
plures, quia me ad veritatem remitto, poſſet obiectum pro-
cedere, data paritate teſtium, in cæteris; ſecus autẽ cum plu-
res defectus patiantur, quos diſcurrit excellen. D. Roſſinus:
quia ſicut † plura adminicula ampliant probationem, iuxta 45
not. per Doct. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Ita plures defectus
eam annihilant, & deſtruunt: quia † quod operatur propo- 46
ſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito. *l. ſi
vt proponis. C. de nup.* Ita Soc. arguit *conſ. 118. col. 5. vol. 1.* conclu-
dens ſuper tali probatione quem ſe fundare nõ poſſe, quem
ſequitur Gram. *conſ. 45. nu. 22.* Grat. *reſp. 59. n. 51. vol. 2.* late Rol.
à Val. *conſ. 57. nu. 41. vol. 4.* Marſ. *conſ. 102. num. 13.* & ego *conſ. 524.
num. 9. lib. 5.* Nec quod † teſtes actorum ſint digniores, aut 47
ditiores, vt idem D. Cæſar ſubiungit, operari debet, ſtantib.
tot varietatibus inter ſe, & alios, alijsq; multis aduerſus eos,
quæ latiſſime proſequitur D. Roſſinus, & potiſſime, q; ſunt
teſtes actorum, quæ etſi in aliquo excederent teſtes reorum,
nihilominus ipſi rei debent præferri in eis abſoluendis. *l. fa-
uorabiliores.* & ibi not. *ff. de reg. iur.* Et quæ ſubiungit D. Cæſar,
præferendos † eſſe teſtes actorũ, deponentes de ſana mente, 48
quia

quia concordant cum præſumptione iuris, & deponunt de
49 qualitate naturali intrinſeca; quia † homo naſcitur bene ſen-
ſatus, vt tradit Boer. *in d.q.23. num.93. & 94.* Dec. *conſ. 448. n.35.*
Pariſ. *conſ.88. num.23. volum.3.* & Dec. *reſpon.127. n.35. volu.3.* hæc
50 enim † procedunt, quando non conſtat quem prius fuiſſe
non ſanæ mentis, nec poſt actum, quem fecit, vt in caſu no-
ſtro teſtamentum, alias ſecus; quia ſemper præſumitur fuiſſe
inſanus, velut probatis extremis inſaniæ, quibus media quo-
que probata dicuntur, & ſemper inſanus fuiſſe præſumitur,
vt ſup. dixi, & bene declarat D. Roſſinus, *verſic. & in quantum
ad ſecundum*, vbi tollit allegatam præſumptionem naturæ.
Quod vero magis veriſimilia deponant, negat idem *colu. pen.*
ſtante manifeſta inſania D. Pieræ, dum vixit ante & poſt te-
51 ſtamentum; quia † in claris ceſſant coniecturæ. *l. continuus. ff.
de verb. obl. §. cum ita.* nec in eis eſt opus diſputatione, nec du-
bitatione. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg.3.* Cæph. *cõſ. 545.
num.19.* & ego *conſ.485. nu.19.* ſicut & alibi: & quæ dicit D. Cæ-
52 ſar ſeptimo loco; quod † teſtes actorum deponant ſuper
affirmatiua, vtroque iure comprobata, ideo eis omnino cre-
dendum veniat. Bal. *in c. dudum. col.3. de præſumpt.* Iaſ. *conſ.2. nu-
mero 8. vol.1.* Boer. *in d. deciſ.23. n.94.* reſpondeo, quod etiam te-
ſtes reorum deponant ſuper affirmatiua, & negatiua; quia af-
firmando quod D. Piera fuerit demens, negant eam fuiſſe
ſanę mentis; ſicut aduerſarij teſtes; ſi affirmant eam fuiſſe ſa-
næ mentis, negant eam fuiſſe dementem, & propterea bene
53 Boer. *in d. nu.94.* dicit, † non eſſe differentiam inter affirmati-
uam, & negatiuam, vt puta quod res ſit vitioſa, vel non vitio-
ſa, vel quod aliquis ſit furioſus vel nõ furioſus, aut mortuus,
vel non mortuus, vel ægrotus, aut non: quare non poſſumus
ex vno modo deponendi maius fundamentũ ſumere, quam
ex alio, & ideo ſuper hoc non eſt inſiſtendum. Sed in quan-
54 tum D. Cæſar ſubiungit, quod † adiuuat teſtes actorum præ-
ſumptio validitatis actus, videlicet teſtamenti D. Pierę, quod
valuerit, quæ præſumptio ſuperat omnes alias præſumptio-
nes, vt per Dec. *in c. quoniam Abbas. n.16. de offic. deleg.* Dec. *conſ.
344.* Pariſ. *conſ.80. num.51. vol.3.* Cæph. *conſ.294. num.45.* Rolan.
a Val. *conſ.61. num.27. vol.3.* & ego quoq; dixi *conſ.275. num.16.* &
alibi ſuper hoc diligentius aduerti debet: nam ex duobus no-
uiter à me deducendis, euitari poteſt in caſu noſtro dicta de-
55 ciſio, tam vulgata: primum † illud eſt, nam procedit, quan-
do præſumptio validitatis actus ſtat pro vna parte tantum,
56 nec pro altera ſubeſſi aliqua præſumptio; ſed † ſi pro reo
ſtat vna præſumptio, & alia pro actore, firmior, & potentior
reputatur & iudicatur præſumptio, quæ eſt pro reo, quam
illa quæ eſt pro actore: Ita Menoch. *de arbit. iud. lib.6. caſu 472.
num.23. & in tract. de præſumpt. q.29. num.11.* vbi præter Crau. ci-
tat Curt. iun. *conſ.90. num.2.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg.2.
præſump.21. in fine.* & Blanc. *in pract. crimin. in ver. hus ſic præmiſſis.
57 nu.5.* & hæc † præſumptio pro reo, quæ debet præualere præ-
ſumptioni quæ ſit pro actore, fundatur *in l. fauorabiliores. ff.
de reg. iur.* quam latius explicat idem Men. *in d. tract. de præſum.
58 lib.2. q.90.* vbi *num.8.* dicit, quod licet † actoris teſtes ſint ali-
quantulum digniores teſtibus rei, adhuc iudicandum eſt pro
reo, confirmans, vt ibi per eum. Igitur in propoſito noſtro,
cum pro Reis ſit præſumptio dementiæ D. Pieræ quando fe-
cit teſtamentum, quia talis ante illud, & poſt illud fuit, vt ſup.
dixi, præferri debent teſtes eorum de hac præſumptione de-
ponentium præſumptioni, ſine teſtibus actorum, quatenus
deponunt de ſana mente dictę Pieræ, quando fecit teſtamen-
tum, quod ex prædictis non admitto. Secundum eſt, quod
egregie certe deducit Menoch. *in d. tract. de præſump. lib.1. qu.3.*
59 vbi † præſumptionem neceſſariam appellat, cum aliquibus
poſitis, neceſſario inde efficimus, quod intendimus, quam
præſumptionem violentiſſimam Doctores appellant, Rhe-
tores vero ſignum, eamq; dicit Menoch. quod ſtatutum Ve-
60 netum *in prologo ſecundo. num.10.* appellat neceſſariam, † & à
principiis naturalibus, vel ab humanis naſcitur, exemplifi-
cando latius, vt ipſe Menoc. ſubiungit, quod non proſequor
breuitatis gratia; nam clarum dari poteſt exemplum in caſu
noſtro, quod cum D. Piera fuerit demens ante, & poſt teſta-
mentum probatis dictis extremis, medium quoque neceſſa-
rio dicitur probatum, pręſumptiue, quod fuerit demẽs tem-
61 pore teſtamenti, prout ſupra deduxi: igitur † teſtibus de tali

præſumptione violentiſſima, & neceſſaria deponentibus,
magis eſt deferendum, quam teſtibus actorum, qui ſtare co-
nantur pro validitate teſtamenti, ſicque duobus modis eui-
tatur obiectum prædictum: Circa vero nonum, quod in-
quit dom. Cæſar, † teſtes reorum per eundem, quaſi præme- 62
ditatum ſermonem, deponere, & ideo ſuſpectos reddi, quod
ſint ſimul locuti, & ſubornati. Bald. *in l. teſtium. C. de teſt. verſ.
tertio iudex inſtruetur.* & in terminis tenet Dec. *conſ. 448. ſub
num.23.* & Pariſ. *conſ.88. num.74.* Tollitur ex eodem Decio,
quod † procedat, quando capitula ſuper quibus debuerunt 63
teſtes examinari, aut magna, & exquiſita, & inſolita dili-
gentia formata fuerunt à peritiſſimis viris, qui voluerunt
inſtruere teſtes, ad probandam dementiam, vnde iſta † inſo- 64
lita diligentia ſuſpicionem fraudis inducit gloſſ. *in l. ſi quis ſub
conditione. ff. de cond. inſt.* & ibi Bal. *in fi. & in l.3. C. plus vale.* cum
ſimil. per Veronen. *in tract. ſimula. præſum.9.* Soc. *conſ.215. col.3.*
& Fel. *in ca. ſecundo. de reſcript.* vnde ſi poſtea teſtes examinati
dicunt eodem modo, vera eſſe cõtenta in capitulis, redduntur
tur ſuſpecti: Sed hoc nõ verificatur in caſu noſtro, nec † frau- 65
dis ſuſpicio præſumi debet in dubio. *arg. l. merito. ff. pro ſoc.*
Imo vero, ſi † teſtes ſunt de electis à D. Piera, propter eorum 66
fidem habitam, ab ea tollitur omnis ſuſpicio, vt ponit Aret.
in l. ut, cum lege. ff. de teſt. & Decia. *reſp.49. n.35. vol.1.* Et circa deci-
mum, de ſignis, & actibus exhibitis per D. Pieram, per quos
iudicarunt teſtes, illam fuiſſe fatuam, dicit dom. Cæſar, quod
errare potuerint dicti teſtes, cum potuerint fieri ex malin-
conia, & malos mores mariti forſan adulteri, & fornicantis
in atram bilẽ eam deducentis, & vt in his latius verſatur D.
Cæſar. Ego vero, nuſſo, quod loquitur per dictionem † *for-* 67
te & forſan, quæ ſunt dictiones dubitatiuæ, non autẽ veri-
tatem de ſui proprietate ſignificantes, nec id quod poſſibile
eſſe poteſt. *§. ſancimus. in auth. de hered. & falci.* quem adducit
Decian. *reſp.49. n.51. vol.2.* dico, ſi † ſignis, & actibus denotare 68
voluimus dementiam D. Pieræ ſine tot teſtibus, adducamus
in medium, quod eleganter cecinit Areoſtus, vates egregius,
& ſplendor vrbis Ferrariæ, altricis meæ, dicens;

E qual' è di pazzia ſegno più eſpreſſo,

Che, per altri voler perder ſe ſteſſo. id eſt, *Et quod eſt ſignum
dementiæ expreſſius, quam pro alijs ſe ipſum velle perdere.* Nam
cum D. Piera voluerit inuenire modum, quo teſtamentum
mutare non poſſet, aliud ſimpliciter faciendo, iuxta *§. poſte-
rior. Inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* fecit illud cum clauſula de-
rogatoria, vt ſupra retuli, qua ſibimet libertatem ademit,
illud pro libitu reuocandi, igitur hoc fuit, & eſt ſignum cæ-
teris expreſſius fatuitatis, vnde non egemus in hoc teſtibus,
ſtante auctoritate tanti † vatis, quem bene licet allegare ad 69
deciſionem cauſarum, vt notant omnes *in l.1. ff. ſi cer. pet.* &
ego dixi *inſt. de don. in prin.* quod ſumme notandum eſt. Quod
vero dicit D. Cæſar de teſtibus reorum repulſans, actorum
ſecus, videantur tot repulſæ, quas eis annectit D. Roſſinus,
& ceſſabit obiectum; tantoq; magis quod nedum † valida, & 70
vrgens exceptio, ſeu repulſa, ſed etiam leuiſſima repulſa re-
pellit teſtes reprobatorios: vt voluit pulchre Bal. *in ca. cum
Ioannes. de fide inſtr.* Curt. *conſ.55. col.2.* & Gram. *conſ.12. col. fin.
num.31.* vt per eos.

Ad duodecimum, quod ſubiungit D. Cæſar, de teſtibus
actorum ſuper ſana mente D. Pieræ, quæ reſpondebat ad in-
terrogata, & id genus, quæ ſanæ mentis ſunt ſigna, vt per
Dec. *reſp.127. volum.3. cum ſimil.* ſupra reſpondi poſt Corneum
conſ.73. volum.1. Pariſ. *conſ.87. num.44. volum.3.* & Mantic.
de coniect. vlt. vol. tit.5. in fin. lib.2. quorum ſententiam con-
firmo, quia † matronali inceſſu ire, muliebribus exercitijs 71
occupari, ire ad miſſas, & id genus, ſunt actus æquiuoci, &
generales, etiam fatuis quandoque communes, vt experien-
tia docet, vnde † talis probatio non concludit per neceſſe, vt
eſſe debet, ſed per poſſibile. *l. non hoc. C. vnde legit.* & tradit 72
Crau. *conſ.161. num.16.* quem ſequor *conſil.371. num.38. & con-
ſil.221. num.29. ſiue & conſ.468. num.16.* vbi plus addidi,
quod † contra facientem talem probationem non conclu- 73
dentem, ſit interpretatio. *cap. in præſentia. de proba.* Parique
modo, ſi dicunt teſtes actorum, de ſacramento ſumpto per
eam, reſpondetur, quod datur etiam dæmoniacis. qua-
lis erat ipſa exorcizata, & in ſumma, cum illa eſſet infirma

grauiter, in lecto iacens, non potuit ſigna prædicta facere,
quæ ſcribit Dn. Cæſar eam feciſſe tempore teſtamenti ſui.
74 Poſtremo, dum annectit prædictis † aſſertionem notarij,
tam in teſtamento, quam in examine de ſana mente D. Pieræ, quæ præbent coniecturam veritatis ſimul cum alijs, vt
per Cor. *conſ. 85. col. 2. vol. 2.* Alexan. *conſ. 33. num. 9. vol. 3.* Simon.
75 de Prætis *de interp. vlt. volun. lib. 2. ſolut. 4. num. 15. & 16.* † reſpondetur, quoad aſſertionem notarij in teſtamento, eam nil
prodeſſe, quia ei non creditur, vt per omnes, *in l. ſanum. C. de*
76 *tranſact.* vbi Iaſ. teſtatur † communem, *& in l. ſenium. C. de teſta.* quo vero ad examen, cum de honore, vel vituperio tractet, pro ſuſtinendo teſtamento, nil probat, vt ſupra dixi.
77 Quod vero talis † aſſertio notarij multum faciat, vel adminiculetur, vt per Corn. *conſ. 91. num. 34. vol. 4.* & Pariſ. *conſ. 88.*
78 *num. 20. vol. 3.* quos citat Mant. *loc. cit. num. 17.* † procedere poſſet, alio non obſtante fidei notarij, alias ſecus, vt late per excellentem D. Roſſinum. Cætera vero quæ conatur D. Cæſar euellere circa dicta D. Roſſini, quia iam per me ſublata remanent, conſulto prætereo, ſicut & alia, quæ dicit circa præſentiam D. Dionyſij teſtamento D. Pieræ, quam negant Rei; Itẽ circa clauſulam obligationis, de qua in ſtatuto Exino *Rub. 47. lib. 2.* & aliam, *nec aliquem ſortiatur effectum:* quia ſuper his ſingulis ſatis ſupra dixi, dum de conſilio quoq; D. Burſati locutus ſum, ideo tandem huic negocio finem impono, ne clariſſimi D. Iudicis aures offendam.

Poſtremo ſilentio præterire non poſſum quædam motiua Clariſſimi dom. Iudicis, facta D. Roſſino, & per eum tranſmiſſa Menochio, ſicut & mihi; dicit enim circa caput nullitatis, ex defectu ſolennitatis ſtatuti Exini, *lib. 2. Rub. 47.* quod illud requirat læſionem, & ſic prouidit mulieribus actu læſis, non autem, quæ poſſint lædi: ſed hanc difficultatem tollunt verba illa præcedentia, *ſi in ipſo actu dicta mulier aliquo modo*
79 *appareat obligata, & læſa.* cum enim † dictio, *aliquo,* iuncta verbo, *modo,* ſit vniuerſalis, vt alias dixi *conſ. 493. num. 38.* & ſupra
poſt Cæphal. *conſ. 347. num. 14.* ſequitur, quod ſtatutum conſiderauit læſionem quocunque modo, non ſolum actu, ſed
80 potentia quoque; quia † verba vniuerſalia ex ſua vi comprehendunt omnia. *l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. a procuratore. C. manda. cum ſim.* per Crau. *conſ. 294. col. 3. & conſ. 308.* & ego *conſ. 166. n. 6.* & in ſpecie de dictione, *aliquo,* Soc. *conſ. 112. multũ abunde. col. 6. vol. 1.* quod etiam reperitur *in conſ. 172. vol. 2.* & idẽ *conſ. 272. col. 5. verſ. 7. iſta concluſio, eo. lib. & conſ. 3. vol. 3.* dicit, quod illa verba,
81 *aliquid impedimenti,* verificantur in quolibet impedimento, quia hęc dictio, *aliquid,* eſt vniuerſalis, & omnia cõprehendit, hinc & Iaſ. *in l. legitima. ff. de pact.* ponderat illum text. in ver-
82 bis † *aliqua lege,* ꝗ comprehendant etiã legem impropriam, & idem Iaſ. *in l. qui filiabus. §. ſi quis ita. ff. de leg. 1.* & in alijs locis, quos memorat Tiraq. *in l. ſi vnquam. in verſ. omnia, vel partem aliquam. ſub num. 14. verſus finem. C. de reuoc. don.* pulchre dicit,
83 quod † terminus, cui hæc dictio, *aliqua,* adiungitur, late, & contra propriam eius naturam intelligatur, quæ cum ita ſint, verba prædicta ſtatuti Exini; *Si in ipſo actu dicta mulier aliquo modo appareat læſa,* debent intelligi vel actu, vel poten-
84 tia, & ſic, quod potuerit lædi. cum potiſſimum de † natura legis, inter alias eius proprietates ſit, vt ſit poſſibilis. *cap. erit au-*
85 *tem lex. 4. diſtinct.* quia illa verba, † *aliquo modo,* adiuncta verbo, *læſa,* operantur, vt intelligi debeat de læſione poſſibili, contra propriam naturam læſionis, quæ non ſolet iudicari ex damno, quod quis poſtea lædi poſſit. *l. verum. §. ſciendum. ff. de minor. l. ſi voluntate. in fin. C. de reſcin. vend.* quibus ita ſcribit Crauet. *conſ. 599. num. 14.* poterat enim contingere D. Pieræ, quæ ſuperuixit per plures annos, vt forte pœnituiſſet dicti teſtamenti, & voluiſſet aliud facere, & nec fuiſſet illud primum reuocare, habens illam clauſulam derogatoriam
86 tam amplam, & præciſam, vt in eo legitur: ſic † enim clauſulis prægnantibus inducitur læſio, quando concurrit minor ætas, vel fragilitas mulieris, vt in caſu notab. tradit Decian. *reſpon. 39. cap. fina. volum. 2.* & hæc ſufficiant quo ad reſolutionem primi motiui Clariſſimi dom. Iudicis. Nunc ad ſecundum accedo, quo dicitur, ſatisfactum eſſe ſtatuto Exij prædicto per interuentum D. Dionyſij, fratris dom. Teſtatricis, quando ſcribebatur teſtamentum: cui motiuo late reſpondi ſuperius *in primo conſilio ab hoc ſeparato. circa 3. colum. verſ. nec defendi poteſt,* quæ ibi facta, ſi Clariſſimus dom. Iudex videbit, & matura conſideratione perpendet, vt debet. *cap. iudicantem. 30. quæſt. 5.* quod & eum facturum ſperamus, pro ſua ſolita iuſtitia, ceſſabit ab eius animo penitus hoc obiectum: ſed vlterius ex abundanti nunc ibidem dictis addo, quod
cum † ſtatutum prædictum formam inducat, requirendo 87
præſentiam fratris, cum mulier facit teſtamentum, & eo tempore præciſe, talis forma debuit ad vnguem ſeruari, & ei nihil addi, vel detrahi potuit, ſecundum Bald. *in l. quotiens. co-*
lum. 1. C. de ſui. & leg. & † omiſſio formæ etiam in qualibet mi- 88
nima parte, vitiat actum, vt inquit Butrius *in cap. Piſanus. not. 7. per illum text. de reſtit. ſpoliat.* vnde Bart. *in l. legitimos. ff.*
de leg. tut. dicit, ſe vidiſſe † multas tutelas caſſari, quia in eis 89
non fuerat appoſitum formaliter, quod tutor promittebat defenſionem ſuſcipere pro pupillo, ſicut requirit textus. *in l. fina. §. omnem. C. de admin. tut.* ſequitur hæc Natta *conſ. 214.*
num. 12. & 13. qui per hoc pulchre dicit, † non ſufficere, ſi tu- 90
tor aſſerit iudici, ſe ſine dolo, & fraude omnia poſuiſſe in Inuentario, vt requiritur *in d. l. fin. §. cum autem.* ex quo in ſubſcriptione id non dixit, hinc, & in ſtatuto loquens Me-
noch. *conſ. 388. num. 2.* dicit, quod vbi † quædam pro forma re- 91
quiruntur, quod indicant clauſulæ annullatiuæ, debeat ad vnguem impleri ipſa forma, nec ſufficit, ſi per æquipollens ei ſatisfiat, vt ibi latius per eum, quod & in caſu noſtro dici debet, non ſufficere, nec eſſe ſatisfactum ſtatuto prędicto, requirenti pro forma præſentiam fratris, dum mulier facit teſtamentum, cum clauſula annullatiua, ſi frater fuerit præ-
ſens, antequam teſtaretur mulier, quia † non dicitur fuiſſe 92
præſens, qui ante teſtamentum fuit, ſed eius tempore non ſtetit, *l. qui ſic. ff. de ſolut. cum vulgar.* vnde vere ceſſat & hoc ſecundum motiuum.

Tertium ſupereſt motiuum reſoluendum, in quo dicit dom. Iudex, quod ſi ſibi non videatur clare probata nullitas teſtamenti, neque dementiæ dom. Pieræ, poterit ipſe prætermittere caput nullitatis, & ferre ſententiam tantum in poſſeſſorio, concedendo immiſſionem; quia licet plene fuerit cognitum de nullitate, in vtroque capite, id euenit, quia non poterat aliter fieri, attento quod ſtatutum *Rub. 14. lib. 2.* vtramque exceptionem admittit, videlicet dementiæ, & defectus ſolennitatis, quæ quidem exceptiones, licet à principio retardari faciant immiſſionem, nihilominus quando clare non apparent probatæ, non debent operari, quin poſſit in ſententia concedi dicta immiſſio. Vnde præſupponit dom. Iudex, non eſſe ſibi neceſſe ſententiare ſuper dictis exceptionibus, licet de illis plene fuerit cognitum, poſtquam pars non poterat contradicere, cum eſſent admiſſæ à ſtatuto, & quod exceptio, quæ ab initio retardat immiſſionem, non tamen poteſt impedire eam in ſententia. Sed & ſuper his diligentius eſt, meo iudicio, conſiderandum: nam primo negari non poteſt, quin ſit probata nullitas teſtamenti, ſtante dicto ſtatuto, & defectu præſentiæ fratris, quæ pro forma requirebatur, vt late ſupra deduxi, & per ipſum ſta-
tutum inducitur, tum ex † clauſula annullatiua, in eo poſi- 93
ta, quæ dat ipſo iure formam præciſam actui, vt ſcribit Oldrad. *conſ. 319.* Caſſado *deciſ. 12.* latiſsime Brunus *in tractat. de forma. in parte, quid & quando cenſeatur.* Dec. *conſ. 531. & 532.*
numer. 2. & 5. & ſi † in modica parte non ſeruetur, totum 94
actum omnino deſtruit, & nullum ipſo iure conſtituit. *l. ſi vnus. C. de teſt.* quod deducit Brunus *in d. tract. tit. de poteſt. & effectu formæ. verſ. 2. ampliatur.* Boer. late *deciſ. 1. num. 44.* Ruin. *conſ. 70. volum. 3.* Burſat. *conſ. 55. num. 10.* & ego *conſ. 336.*
num. 19. tum etiam quia hoc † eſt de iure communi, quod 95
forma non ſeruata, actus ſit nullus. *l. 1.* cum ibi not. per Bald. & cæteros. *ff. de lib. & poſt.* & Felin. *in ca. cum dilecta. de reſcript.* vnde D. Piera, quæ duplici forma, ſtatuti, & clauſulæ annullatiuæ arctabatur, ad præſentiam fratris adhibendam, tanto
magis, ea non adhibita, fecit teſtamentum nullum, quia † fu- 96
niculus duplex magis operatur, quam ſimplex. *auth. itaq. C. commun. de ſucceſſ.* Rol. à Val. *conſ. 14. nu. 17. vol. 4.* & ego *conſ. 239. num. 44.* Quod vero pertinet ad aliam nullitatem teſtamenti, ex capite dementiæ D. Pieræ, & illa ſatis abunde probata fuit, tum ex teſtibus reorum, tum auctoritate præclari vatis Areoſti, ſupra relati, cum per clauſulam derogatoriam priuaue-

Digitized by Google

priuauerit ſe libertate reuocandi teſtamentum ſimpliciter
97 per aliud, quæ † libertas eſt res inæſtimabilis *l. libertas. ff. de re-*
gul. iur. vnde illud: *Non bene pro toto libertas venditur auro*: & alia
quæ ad id deducit Decian. *reſpon. 11. num. 8. volum. 3.* Nec aſſen-
tiri poſſum, quod omiſſo capite nullitatis, ſententiari poſſit
in poſſeſſorio tantum, concedendo immiſſionem; ſtante
98 proceſſu † ad vlteriora per ambas partes, producendo capi-
tula, interrogatoria, teſtes, & id genus admiſſis à iudice; Ita-
que ſuper eis eſt cognoſcendum, non autem ſuper poſſeſſo-
rio tantum, vt ponit Neuizan. *conſ. 5. in fine*, poſt Bald. *in l. fina.*
C. de edict. diui Adria. tollen. verſ. ſecundo eneruando. num. 42. Me-
nochius *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. quaeſt. 85. num. 734.* cum alijs
allegatis, *in alio conſil. meo huius cauſæ*, & eſt celebre, & in ter-
minis *conſilium Ancharani conſ. 146. colum. 1. & 2.* vbi loquens,
99 de † actoribus, petentibus immiſſionem bonorum, quæ de-
functi non erant, contra poſſeſſores, dicit eos non audiri,
nec obſtare, ſi dicatur, quod horum diſcuſſio non eſt facien-
da in iudicio poſſeſſorio, ſed reſeruanda ſit in petitorio, vt
ius commune diſponit. *l. fin. C. de edict. diui Adria.* quia ſubdit
100 Anch. quod poſtquam eſt per † confeſſiones & inſtrumenta
in primo iudicio liquidatum, quod illę poſſeſſiones non per-
tineant ad defunctum, iſta liquidatio ſuper petitorio non
ſinit ferri ſententiam ſuper poſſeſſorio, prius, vel poſtea in-
tentato: Sic etiam dici poteſt in caſu noſtro, cum ſit facta li-
quidatio in petitorio, circa nullitates prædictas, talis liquida-
tio non ſinit ferri ſententiam ſuper poſſeſſorio intentato. Si
ergo non ſinit, non eſt in facultate dom. iudicis, omiſſis di-
ctis nullitatibus, aut reſeruatis, iudicare ſuper poſſeſſorio
tantum, ſed ſuper eis eſt iudicandum; & ad hoc allegat An-
char. textum, & caſum notabilem *in ca. paſtoralis. de cauſa poſſ.*
& pro. vbi ſi quis intentauerit petitorium, & cum fuerit in
cauſa proceſſum, nouum iudicium ſuper poſſeſſorio nititur
inchoare, ſi quidem fuerit concluſum, vt iam poſſit cauſa
proprietatis diffinitiuę ſententię calculo terminari, cauſa nõ
deciſa, poſſeſſorio non erit vtendum, niſi iudex qui de cau-
ſa cognoſcit hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire, quæ
iuſta cauſa hic non concurrit, ſed iniuſta; qui actores ten-
dunt ſolum ad poſſeſſionem conſequendam, vt hæc lis fiat
immortalis ſuper petitorio, & verificetur illud vulgare: *Baron*
chi tiene, & Barucula chi domanda, id eſt, *Baro eſt qui poſſidet, Ba-*
runculus vero qui petit. Quare ſequitur, quod imo iudex cogi-
tur ſuper dictis exceptionibus iudicare, omiſſo poſſeſſorio,
101 cum de illis plene cognouerit, tantoque magis dictæ † exce-
ptiones impedire debent, & retardare miſſionem in poſſeſ-
ſionem cum reſpiciant inualiditatem tituli, hoc eſt teſta-
menti D. Pieræ, quæ teſtari non potuit ſine præſentia fratris,
102 vt in ſtatuto Exino; & quæ erat fatua: † quo caſu tales exce-
ptiones opponi poſſunt, ſi probationes in continenti de illis
offeruntur, vt ponit Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 5. quaeſt. 9.*
num. 46. cum duob. ſeq. vbi licet ſupra loquatur in beneficiali-
bus, tamen ſubdit hoc eſſe commune, etiam in profanis, vt
in hoc iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis, admit-
tatur defectus proprietatis exceptio, quæ in continenti pro-
bari poteſt, vt ſupra ſe remittit *in 4. remed. quaeſt. 88. num. 751.*
vbi Baldum, & alios infinitos allegat, de quibus per eum, ſi
enim talis probatio incontinenti, impedit, & retardat miſſio-
nem in poſſeſſionem; ergo ſuper ea non cogitur, nec debet
iudicare, & in quantum præſupponit (vt audio) quod licet
ab initio retardent dictæ exceptiones immiſſionem, non ta-
men impedire debent eam in ſententia, ex quo pars eas im-
pedire non poterat, cum admittantur à ſtatuto; meo iudicio,
nedum repugnat deciſionibus allegatis per Menoch. *in locis*
citatis. in 4. & 5. remedio. quia impedire, & retardare immiſſio-
nem, non eſt aliud dicere, niſi quod ſuper ea non ſit iudican-
dum, ſed etiam retorquetur ſtatutum Exinum, *de exceptioni-*
bus, quæ poſſunt opponi. lib. 2. rubr. 14. vbi poſtquam dixit, quod
contra teſtamenta poſſit opponi, quod fuerit demens ille,
qui condidit teſtamentum, ſubdit in fine, quod ſi aliquis op-
poſuerit aliquam aliam exceptionem, Iudex coram quo op-
ponitur, non audiat ſuper tali exceptione opponentem, ſed
ſtatim pronuntiet dictam exceptionem non obſtare: igitur
103 à contrario ſenſu, † quod argumentum valet in ſtatutis, vt
per omnes, & ibi dixi *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* vult
id ſtatutum, oppoſita exceptione dementię teſtatricis, oppo-
nentem de illa audiri, & pronunciari eam obſtare petenti im-
miſſionem. Idemque dici debet de alia exceptione nullitatis
teſtamẽti ex alio ſtatuto Exino *Rub. 47.* ſtante clauſula annul-
latiua in eo poſita: quia † inualiditas tituli pariter impedit 104
dictam immiſſionem, vt per Menoch. *in d. 5. remed. q. 9. nu. 48.*
nec negari poteſt dictas exceptiones incontinenti probatas
etiam: nam quo ad primam nullitatis teſtamenti, ob † defe- 105
ctum præſentię fratris D. Pieræ, patet ex eo quia non legitur
interueniſſe, iuxta not. per Bartol. *in l. fin. C. de reb. cred.* cum ſi-
mil. adductis à me *in alio conſ.* iuncto d. ſtatuto, reſpectu vero
dementiæ probatur: nam ſi fuit illa demens ante teſtamen-
tum, & poſt, dum vixit, præſumitur quoque fuiſſe demens
tempore illius medio; quia probatis extremis probantur
media, vt *in d. conſ.* latius dixi. Quibus adornatum adiunxi illa
duo Carmina pulchra Arcoſti ſupra relata: perdidit enim li-
bertatem dom. Piera reuocandi teſtamentum, per aliud ſim-
pliciter, quod facere vellet, apponendo in iſto, vti fecit, illam
clauſulam derogatoriam, quam peritiſſimi vix intelligunt,
nec de illa ſe ſatis extricare ſciunt, quod eſt ſignũ expreſſum
dementiæ, de quo diuinus ille vates cecinit. Quare tandem
ex longo progreſſu maris mea nauis in portum venit, vt ſe
firmare poſſit, & iden concludo, de meritis agendum & iu-
dicandum fore, poſſeſſorio prætermiſſo, quæ latius conſide-
rabit Clariſſimus dom. Iudex, cui me cauſamque clientum
meorum commendo.

Pro Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Rauennæ.

ARG. Pactum Locationi adiectum: quod damno inte locata per inundationem aquarum contingente, ſi ad certam ſummam aſcendat, locator id conductori in penſione remittenda, reſarcire debeat, quomodo intelligendum. Et qualiter damnum id æſtimandum ſit, an ex vna re tantum, eiuſque reditu, vel omnibus rebus, earumve fructibus ſimul computatis. Et quale damnum requiratur, vt remiſſio penſionis locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Damnum ob quod conductori promiſſa eſt remiſſio penſionis, quomodo æſtimandum, ſeu computandum & nu. 3. 6. 7. 8. 15. 58. 59.*
2 *Damna in hac materia appellantur perditiones, & diminutiones fructuum & num. 47. 48.*
4 *Contractus qui ſunt ſtricti iuris, terminos ſuos non egrediuntur.*
5 *Nec recipiunt interpretationem ampliatiuam ſed reſtrictiuam.*
7 *Conductores non poſſunt petere remiſſionem, niſi de damno, habito reſpectu ad penſionem, ſtante pacto exprimente certam ſummam damni.*
8 *Quod colligitur ex repetitione dictæ ſummæ damni partis penſionis & quod de fructibus dicatur.*
9 *Particula ſed, eſt aduerſatiua.*
10 *Damnum proprie dicitur eſſe diminutio patrimonij. Tunc q. quis dicitur damnum pati cum eius patrimonium minuitur, non quando aliquid non acquirit num. 13.*
12 *Remiſſio penſionis non fit conductoribus, cum ex fructib. aliarum rerum tot perceperint, quot ad integram penſionem ſoluendam ſufficiunt.*
14 *Intellectus nunquam ſumendus qui nos reducat ad abſurditatem*
15 *Remiſſio mercedis fit habito reſpectu ad penſionem quæ ſoluitur, non autem ad lucrum, quod conductor amittit propter caſum,*
16 *Quale damnum requiratur vt locator cogatur remittere penſionem, variant Dd. num. 17.*
18 *Communis eſt opinio, quod fiat remiſſio, cum fructus percepti non ſufficiunt pro medietate penſionis. & num. 19. 48 & 49.*
20 *Pactum vt à ſcutis 400 ſupra fiat reſtauratio damni iudicio hominum eligendorum, quomodo intelligatur & num. 38*
21 *Remiſſio mercedis vt fiat, quale damnum requiratur. & num. 22 23 24. 25. 26 28 34. 35.*
27 *Quando lucri ceſſantis ratio habeatur in conductore.*
29 *Remiſſio locum non eſt, ſi habito reſpectu ad penſionem, quæ ſoluitur, conductor ſit in lucro & num 30.*
32 *Damnum pro conſequenda remiſſione an debeat intelligi ſecundum vulgi opinionem. & nu. 37 43 44 45 46*
36 *Vulgi opinio nihil aliud eſt quam communis vſus loquendi, debetq; probari nu 37. & nu 38 39. 40 42. 42.*
50 *Intellectus l. damnum C. locati.*
51 *Damnum in hac materia, quomodo intelligendum. & nu. 60.*
52 *Spe quod dicitur deberi quod eſt in potentia.*
53 *Damnum in iure pluribus modis conſideratur.*
54 *Illatio non fit de diuerſis ad diuerſa.*

ius lau

55 *Ius ſtatim mutatur ex mutatione facti, quantumcunq; modica.*
56 *Et ſecundum diuerſitatem punctorum diuerſum ius redditur.*
57 *Verba ſequentia debent intelligi ſecundum præcedentia.*
60 *Verba contractus ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam. & num. 62.63.64.*
61 *Pactum de damno, iudicando per homines electos, debet intelligi de periculo certo.*

CONSIL. DCCCCX.

CIrca locationem factam conductoribus, bonorum Archiepiſcop. Rauennæ, pro ſcutis annuis 5700. pacto conuentum fuit vulgari ſermone: *Che in caſo de inundatione di atque, che faceſſe danno, fino alla ſomma di ſcudi 400. il predetto Illuſtriſ. Monſignor non ſia obligato à reſtoro alcuno, mà ſolamente à quel piu ſarà iudicato, che il dãno paßi la ſomma de ſcudi 400.* id eſt, *quod in caſu inundationis aquarum damnum inferentis vſq; ad ſummam quadringentorum, prædictus Illuſtr. Dn. non obligabitur ad reſtaurationem vllam, ſed tantum ad id, quod iudicabitur ſummam illam 400. aureorũ excedere,* vnde cũ ob ruptam Padi in villa Pauiolæ frumentum ſeminatum fuerit amiſſum, ſuperioribus menſibus, ego dixi, damnum conſiderari debere reſpectu penſionis prædictæ: Cõductores vero prætendunt damnum vltra dictos ſcutos 400. conſiderari debere reſpectũ fructuũ, qui percipi potuiſſent ex dicta Pauiola, ſi dicta rupta non contigiſſet, quod dicunt fuiſſe de ſcutis mille; videndum eſt, quis melius ſentiat, an Reuerend. D. Locator, vel conductores, & in primis ad eorum fauorem videbatur debere reſponderi, vt in ſimili caſu tenet Soc. iun. *conſ. 78. volum. 2.* vbi facta
1 fuerat locatio pro ſcutis 600. † pacto oppoſito, *Che s' el conduttore haueſſe danno di più de ſcudi 200. di quello che ſarà damnificato di piu ſe li facia reſtoro,* id eſt, *quod ſi conductor pateretur damnum plus quam 200. aureorum, de eo quod excedet, ipſi fiet reſtauratio,* vnde cum ob ruptam fluminis Olei; conductor non perceperit niſi fructus pro ſcut. 300. non autem vſq; ad 400. dicitur damnificatus: quia verba dicti pacti debent intelligi, non habito reſpectu ad penſionem, ſed ad fructus, & vtilitates, quæ in rebus locatis erant, & per ipſum conductorem percipi potuiſſent, niſi caſus dictæ ruptæ fluminis eueniſſet: mouetur Soc. iun. quia ita vulgo dici ſolet, ruptura fluminis dedit damnum in tanta quantitate, non alio reſpectu, quam fructuum, prout in venditione Mantuana cõſuetudine receptum fuit, vnde pariter in caſu noſtro verba dicti pacti ſic recipi debent, qood cum conditio conductorum deteriorata fuerit, & damnificata in fructibus percipiendis ex bonis Pauiolæ locatis, Reuerendiſſ. do. Locator teneatur non conſiderato, an promiſſa penſio percepta fuerit, necne. Secundo
2 mouetur Soc. iun. quia in iſta materia † iura appellant damna, perditiones, & deuaſtationes fructuum. *l. ſi merces. §. vis maior.* ibi, *modicum damnum. l. ex conducto. §. ſed ſi Libes.* ibi, *damnum coloni,* & ibi, *damnum domini, cum ſimi.* quas leges citat, vnde, quo ad ipſum conductorem, damnum appellatur perditio fructuum in prædijs exiſtentium. Tertio Soc. iun. vtitur in d. conſ. trib. alijs rationibus, quę caſui noſtro non cõueniunt, vt inferius diram: Igitur ad fauorem Reuerendiſſ. D. Locato-
3 ris tranſeo, & in primis ego conſidero verba, † *che in caſo de inondatione d' acque, che faceſſe danno, fino alla ſumma di ſcudi 400.* id eſt, *quod in caſu inundationis damnum inferentis, vſque ad ſummam aureorum 400.* neq; de fructibus quicquam dicitur, neq; de damno, reſpectu fructuum, ſed reſpectu penſionis tantum, ibi, *fino alla ſomma de ſcudi 400.* id eſt, *vſq; ad ſummam 400. aureorum,* qui ſunt pars penſionis ſcut. 5700. ergo de remiſſione damni, reſpectu fructuum, verba pacti nõ poſſunt
4 intelligi; quia † contractus qui ſunt ſtricti iuris, terminos ſuos non egrediuntur, *l. in vendendo. ff. de contrah. empt.* Rol. à
5 Valle *conſ. 59. num. 32.* † neq; recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam, vt pe. Bal. *conſ. 145. caſus talis eſt quodam inſtrumento. volum. 3. col. pen.* quem ſequitur idem Rolan. *conſ. 57. num. 64. volum. 3.* & latius ego dixi *conſ. 392. num. 20.*

Secundo dico, licet dici poſſet, contrahentes habuiſſe rationem fructuum, non tamen eos ſimpliciter cõſiderarunt, ſed correſpectiue ad penſionem; probatur, dum dixerunt de inundatione aquarum, *che faceſſe danno, fino alla ſomma de ſcudi 400.* id eſt, *quæ damnum inferret, vſq; ad ſummam 400. aureorũ.*
6 cum † enim dicta ſumma ſit pars totius penſionis ſcut. 570. eſt eiuſdem naturæ, & qualitatis cuius erat tota penſio. *l. Lucius. vbi gloſſ. ff. de fun. inſtruct. l. grege. cum ſequenti.* & ibi Doct. *ff. de lega. 1. l. peculium. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. menſe. ff. eo.* quibus ita dicit Decia. *reſpon. 22. n. 10. vol. 1.*

Tertio confirmatur, dum in † pacto dicitur, *che faceſſe* 7
danno fino alla ſomma de ſcudi 400. il predetto Illuſtriſ. Monſignor non ſia obligato à reſtoro alcuno, id eſt, *quæ damnum inferret vſque ad ſummam 400. aureorum, prædictus Illuſtriſſ. Dn. non obligabitur ad vllam reſtaurationem,* debet intelligi quod cõductores non poſſint petere remiſſionem, niſi de damno habito reſpectu ad penſionem, vt concludit in terminis. Ioan. Petrus Surdus *conſ. 37. num. 47.*

Quarto corroboratur, dum ſubijcitur, *ma ſolamente à quel più ſarà iudicato da huomini eletti, che il danno paßi la ſomma di ſcudi 400.* id eſt, *ſed tantum ad id, quod per homines electos iudicabitur ſummam 400. aureorum excedere,* hæc enim † repetitio dictę 8
ſummæ, partis penſionis, arguit, quod reſtaurum, quod ab ea ſumma ſupra debeat eſſe reſpectu penſionis, non autem reſpectu fructuum; nam illa dictio, † *Ma*, quæ eſt aduerſati- 9
ua, in latinum verſa pro, *ſed,* repetit qualitatem præcedentem faciendi reſtaurum reſpectu penſionis, cum ſit in oratione imperfecta ratione perſonarum locatoris, & conductorum, vt declarat Ruin. *conſ. 186. nu. 8. vol. 2.* per doctrinam Baldi *in l. omnes populi. col. 9. verſ. tertio modo. ff. de iuſtit. & iure.*

Quinto, ſtante hac intelligentia pacti prædicti, quod remiſſio fieri non debeat pro damno, vſq; ad ſcutos 400. ſed ab
inde ſupra, reſpectu penſionis, neceſſe eſt capere † damnum 10
proprie intelligendo, quod eſt diminutio patrimonij. *l. 3. ff. de*
dam. infect. tunc † enim quis dicitur damnum pati, cum eius 11
patrimonium minuitur, non quando aliquid non acquirit, ita Soc. iun. arguit *in d. conſ. 78. colum. 1.* vnde dicit in caſu ſuo, in quo conductor tenebatur nomine penſionis, ad ducatos 600. ſi ex prædijs ſibi locatis eos non ſuſcipiebat, proprie dicebatur pati damnum in eo, quod minus ducatis 600. ſuſcipiebat, quia in eo patrimonium ſuum minuebatur, ſed ſi integros 600. aureos ex fructibus prædiorum ſibi locatorum perciperet, licet non tantum, quot alijs annis ſolebat, non diceretur in aliquo pati damnum, ſed potius non facere lucrum, & nouiter non acquirere: & vltra Soc. iun. hanc intelligentiam pariter admittit, & approbat Decia. *reſp. 97. n. 49. & 50. vol. 2.* Idemq; Crau. *conſ. 770. num. 10. per l. 1. §. antep. ff. de colla. bono. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus ff. de donat. int. vir. & vxor.* Bald. *in l. 1. oppo. 13. C. de ſenten. quæ pro eo, quod int.* & Bart. *in l. quominus. in fi. ff. de flum.*

Sexto, ſecundum hanc intelligentiam ſequitur, quod
cum † præter res Pauiolæ locatas, aliæ plures alibi ſitæ fuerint 12
locatæ, & ſub vna, & eadem penſione ſcutorum 5700. comprehenſæ, ex quo, non obſtante dicta rupta Pauiolæ, tot fructus ex alijs rebus perceptis, & coaceruatis perceperunt conductores, aſcendentes ad integram penſionem ſoluendam, imo quod eam quoq; tranſcendunt, vt audio, non debet illis fieri remiſſio dictæ penſionis, vt præclare decidit Bald. *in l. licet. q. 9. C. locati.* Natta *conſ. 449. col. 3.* do. meus Rim. *conſ. 406. col. 2.* Calcan. *conſ. 23. col. 2.* & dom. Ioſeph. Lud. *concl. 12. colu. 4. verſ. declara tertio.* qui me citat *in conſ. 40.* corrupto num. quia in fine hoc dico. ſicut & latius *conſ. 282. nu. 54. cum ſeq.* & in hac cauſa dixi quoq; primo loco; nunc q; reperio, quod idem firmat Boſſ. *in tit. de remiſſ. mercedis conductorum. nu. 20. & 21.* poſt Bart. *in q. publicanus. col. fin.*

Septimo quod † in remiſſione debeat haberi ratio penſio- 13
nis, non autem fructuum, moueor ratione multum pulchra, & colorata, quam facit Surd. *in d. conſ. 34. ſub n. 40.* inquit enim, quod ſi remiſſio penſionis deberet fieri pro lucro ceſſante, vt prætendunt conductores, pro rupta Pauiolæ, debere conſequi ſcutos mille, quos percepiſſent ex frumento ſeminato, ſi rupta non contigiſſet, vnde ſequeretur, ꝙ ſi lucrum excederet quantitatem penſionis, tali caſu nõ ſolum locator priuaretur mercede debita, ſed etiam teneretur de ſuo ſupplere id, in quo vltra penſionem conductor foret damnificatus; ꝙ tamen nemo ſani capitis aſſirmabit, & eſſet abſurdũ nimis, &
alienũ ab omni iuſtitia, & honeſtate, & † nunquã capi debet 14
intellectus, qui nos reducat ad abſurditatem, *l. nam abſurdum. ff. de bon. liber.* plura Euerhard. *loco 8. per totum.*

Octauo conſiderandũ eſt, quod in † propoſita quæſtione 15
remitten-

remittendæ mercedis, conſideretur damnum, habito reſpe-
ctu ad penſionem, quæ ſoluitur, non autem ad lucrum, quod
conductor amittit, propter caſum, alioquin percepturus, ſi
caſus non contigiſſet, probatur id manifeſta ratione; nam
16 vt declarat Surdus *in d. conſ. 34. n. 6. ad finem. cum ſeq.* licet † ma-
xima ſit inter Doctores contentio, quale requiratur damnũ,
vt locator cogatur penſionem remittere, & inierint in diuer-
ſas ſententias, vt videri poteſt apud Neuiz. *conſ. 90.* qui recitat
17 octo † opiniones, & Menochius *de arbit. iudic. caſu 76.* qui ex
18 illis ſex adducit; ea † tamen communiter obtinuit, vt fiat
conductori remiſſio, quando fructus percepti non ſuffi-
ciunt pro medietate penſionis, vt concludit Cyn. & Bartol.
in d. l. licet. C. loca. Butri. *in cap. propter ſterilitatem* vbi Abb. *nu-
mero 12. eod. tit.* eamque ſecuti ſunt Alexan. Aretin. Corne.
Soc. Bertachin. Bolog. & Ripa, quos refert Neuiz. *in d. conſ. 90.*
19 Pariſ. *conſ. 38. colum. fina. volum. 1.* & præter eos alij, qui † com-
munem teſtantur, late cumulati per Surdum *num. 7. in d. ſuo
conſ. 34.* vt etiam firmat Boſſi. *in d. tit. de remiſſ. merc. conduct. n. 8.*
ſed in caſu noſtro petunt conductores ſcutos mille, & tamen
penſio eſt de ſcutis 5700. ergo cum d. ſumma ſcutorum mil-
le ſit longe citra dimidiam penſionis conuentæ, remiſſio pe-
tita venit eis deneganda.

20 Nono conſidero, quod † pactum dicit, quod à ſcutis 400.
ſupra fiat reſtaurum damni, iudicio hominum eligendo-
rum, quod idem eſt, ac ſi dicatur, quod fiat remiſſio merce-
dis, vt declarat Boſſi. *in titul. de remiſ. mercede publica. num. 45.*
& Surdus *in d. conſ. 34. num. 26.* qui ſubiungit, quod vbi ſit
21 mentio † de remiſſione mercedis, intelligitur, ſi damnum
ſit notabile, & ſit non circa lucri omiſſionem, ſed circa da-
mnum rei propriæ, vt ſuperius dixit, *num. 4. cum ſequen.* vbi
22 dicit, quod non † ſit remiſſio, ſi damnum non ſit intolera-
bile; nam conductori non ſit remiſſio regulariter, niſi patia-
tur damnum, & ita loquuntur in propoſito iura, non autem
quando ſolum lucrum non conſequitur, vt declarat Pariſ.
23 *in d. conſ. 38. num. 12. volum. 1.* vbi comprobat, quia † non ſufficit
quodcunque damnum, ſed requiritur maximum, vt eſt text.
in l. ſi merces. §. vis maior. vbi Bar. & alij. *ff. loca.* & Aretin. *conſ. 52.*
24 *colum. fin.* dicit, quod † non ſufficiat lucrum eſſe diminutum,
& Soc. iun. *conſ. 78. num. 3. volum. 2.* dicit, in hoc omnes con-
cordare, quod in eo tantum proſpiciatur conductori, quod
penſio pro rata remittatur, ne damnum patiatur, non autem
vt ei detur lucrum ceſſans, & ita, ſecundum eum, tradunt
Doct. *in cap. ſi propter ſterilitatem. locati. in l. licet. C. eo. & in l. ſi
vno. ff. eo.* hinc etiam dicit Bero. *conſ. 14. num. 2. & ſeq. volum. 1.*
25 quod † damnum in conductore conſideratur, habito re-
ſpectu ad penſionem ſoluendam; quia propter damnum, &
incommodum fit ei remiſſio mercedis, non autem propter
26 lucrum, *d. c. ſi propter. & d. §. vis maior.* non † enim à pari pro-
cedunt, damnum pati, & lucrum amittere. *l. fin. C. de codi.* &
27 ſubdit, quod † lucri ceſſantis ratio in conductore habeatur,
cum caſus, vel damnum contigit culpa locatoris, non autem
28 alias, idemque repetit Bero. *conſ. 143. num. 13. eod. volum. 1.* & † de
intolerabili damno, quod ſequatur, vt fiat remiſſio, tradit
Boſſi. *in tit. de remiſſ. mercod. conduct. num. 6.* & hanc ſenten-
tiam veram dicit Bero. *in d. conſ. 141.* etiam attenta varietate
opinionum circa quantitatem damni neceſſariam, pro mer-
29 cedis remiſſione: quia † omnes præſuppoſnunt non eſſe lo-
cum remiſſioni, ſi habito reſpectu ad penſionem quæ ſolui-
tur, conductor ſit in lucro. Vnde Cæphalus *conſ. 104. num. 31.*
30 dicit, quod ſi † non obſtante grandine, percepit conductor
tot fructus, qui ſufficiant ad ſolutionem penſionis, & ali-
quid etiam ſuperlucretur, non fiet remiſſio, & cum prædi-
ctis concordat Surdus *in d. conſ. 34. num. 4. cum ſequen.* in quo
caſu verſamur, quia coaceruatis fructibus omnium rerum
locatarum dictis conductoribus illius anni, quo Padus ru-
pit in villa Pauolæ, ipſi, non obſtante dicta rupta, percepe-
runt tot fructus, quorum valor ſufficit ad ſolutionem pen-
ſionis; Vnde eis non debet fieri remiſſio, quia non patiun-
tur damnum, ſed potius lucrantur, & pro lucro, quod ami-
ſerunt, non fit remiſſio, vt ſupra dixi in 6. fundamento, & in
diſcurſu.

Decimo conſidero nouiter verba pacti, præter ea, quæ
primo dixi in vltimo fundamento, in quo pacto dicitur, ſo-
lum Reuerendiſſ. locatorem teneri ad illud, quod plus fuerit
iudicatum ab hominibus electis, quod damnum excedat
ſummam ſcutorum 400. dico enim, quod verba dicti pacti
eo tendunt, vt ipſi debeant æſtimare damnum; an excedat
ſcutos 400. quo æſtimato, inſurgit iuris communis diſpoſi-
tio, quæ eſt, vt ſi tot fructus ſuperſint, quibus conductores
penſionis dimidium poſſint ſoluere, eis reſtaurum non ſit
faciendum, alias ſecus; vnde electorum declaratio ſolum
verſatur circa factum, id eſt, in æſtimatione damni, non au-
tem circa ius, vt & ipſi poſſint iudicare, an † reſtaurum ſit fa- 31
ciendũ, nec ne, cum partes ſunt diſcordes, vt in caſu noſtro,
quo conductores id petunt. Reuerendiſſimus vero locator
illud negat eſſe faciendum; ſed ad iudicem id ſpectat iudica-
re. Ita Cæphal. in caſu ſuo concludit noſtro ſimili, *in allegato
conſ. 104. colum. final.* quare patet, quod verba pacti prædicti
parum ſeruiunt conductoribus, cum homines eligendi fue-
rint ad æſtimandum damnum, infra vel vltra ſcutos 400. ſed
an ſit tale, quod remiſſionem mereatur, vel non; quia non
excedat dimidiam penſionis, & conſiſtat in amiſſione lucri,
non autem in diminutione patrimonij, non ſunt eligendi,
nec in his habebunt auctoritatem iudicandi, quod bene
notandum eſt; & ex his concludi debet ad fauorem Reue-
rendiſſ. dom. Locatoris, quod teneri non debeat conducto-
ribus ad aliquam remiſſionem penſionis conuentæ, per eos
debitæ dicto Reuerendiſſimo dom. Locatori. Quam con-
cluſionem tenendo, non obſtant contraria, nam ad pri-
mum quod inquit Socin. iun. *in dicto conſ. 78. volum. 2.* quod
mentio † damni pro conſequenda remiſſione debeat intel- 32
ligi ſecundum vulgi opinionem, non conſiderato, an pro-
miſſa penſio percepta fuerit, nec ne, dico, quod hæc † opi- 33
nio eius non eſt tenenda, velut contra communem, vt alias
dixi *conſ. 92. num. 16.* & latius *conſ. 282. in prin.* quod † damnum 34
pro facienda remiſſione tantum eſſe debeat, vt deductis ex-
penſis, tranſcendat dimidiam penſionis, vt tenent infiniti,
quos ibi cumulaui, qui † cõmunẽ teſtantur, vt videri poſſunt. 35

Secundo dico, quod hæc † opinio vulgi, qua Socin. iun. 36
mouetur, nihil aliud eſt, quam communis vſus loquendi,
qui cum ſit quid facti, probari debet; cum facta non præſu-
mantur, niſi probentur. *l. in bello. § facta. ff. de capt. & poſtlim.
reuer.* ita Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. ff. de cond. & demon.* vbi vult,
quod licet in vſu noſtro loquendi, conditio † appelletur to- 37
tum fideicommiſſum, & ita loquatur Imperator *in l. 1. C. de
pact.* tamen talis vſus loquendi communis eſſet probandus,
eodemque modo Doctores intelligunt concluſionem Bar-
tol. *in Rubr. ff. de oper. nou. nunc.* de † ſtatutis intelligendis ſe- 38
cundum communem vſum loquendi, dummodo probetur,
vt per Alexan. Iaſonem, Crotum, & Hormanottum Detum,
cæteroſque repetentes, vnde cum myſterio Ruinus *in conſ. 81.
volum. 1.* in hac materia remiſſionis loquens, eam videlicet fa-
ciendam ſecundum opinionem vulgi, tranſitum fecit ad
aliud fundamentũ, caſu quo non probaretur, vt fieri debet.

Tertio dici poteſt, vt ipſemet Ruinus ſcribit, *in Rubr. ff. de
oper. nou. nunc. nu. 26. cum ſequen.* declarando † textum *in l. item* 39
prætor. ff. de ſuis & leg. nam cum Iaſon ibidem diceret, quod in
d. l. † communis vſus loquendi reijcitur tanquam groſſus, 40
& ineptus, reprehendit eum Ruinus, namque bene textus
fatetur, & admittit, quod † conceptus poſt mortem alterius, 41
ſecundum conſuetudinem, largo modo dicatur, & impro-
prie, cognatus, ſed dicit Ruinus, quod talis † conſuetudo 42
non ſufficit, quantum ad hoc, vt ſit cognatus habilis ad ac-
quirendum bonorum poſſeſſionem; quia requiritur quod
ſit cognatus, & proximior tempore mortis, ſic etiam dici po-
teſt in propoſito noſtro, poſito quod probaretur, † opinio- 43
nem vulgi, vel vſum communem loquendi fore, quod ma-
gnum, & notabile damnum, (vt erat caſus Ruini *in d. conſ. 81.*)
eſſet infra dimidiam penſionis, dummodo non eſſet modi-
cum, tamen non probato quoque, quod opinio vulgi vellet
illud ſufficere, ad reſtaurum conſequendum, non prodeſſet,
nec attendi deberet, quo ad talem effectum, quod bene no-
tandum eſt.

Quarto quoq; non omittitur, vt cæteris pulchrius, quod
quoties † opinio vulgi eſt erronea, quia quod opinatur eſt 44
erroneum in iure; tunc nõ admittitur, ſed reprobatur, caſus

eſt in

eſt *in l. ſi dictum. ff. de euict.* ſecundum intellectum Iaſonis,
quem probant Ruinus,& Hotmanous *in d. Rubr. de oper. nou.*
nunc. vbi in promittente duplam de euictione, dicit Paulus,
non tamen (vt vulgus opinatur) ſatiſdare debet, qui duplam
45 promittit, ſed ſufficit nuda promiſſio; cum enim † talis opi-
nio vulgi erraret in iure, non attenditur, vt illi dicunt. Sic et-
46 iam in caſu noſtro dici debet, quod ſi conſtaret, quod † vul-
gus opinaretur, remiſſioni locum eſſe pro damno, infra di-
midiam penſionis conuentæ, cum erraret in iure, quo ſecun-
dum communem, damnum debet excedere dimidiam, non
deberet attendi, quare multis medijs patet hanc opinionem
vulgi, in materia noſtra conſequendi remiſſionem penſio-
nis eſſe reijciendam, quæ omnia pariter dixi *in alleg. conſ. 282.*
à num. 107. vſque ad 114. incluſiue. dum vero ſubdit Socin. iun.
47 *in d. conſ. 78. colum. 5.* quod † iuris loquentia in iſta materia ap-
pellant damna amiſſiones, ſeu deuaſtationes fructuum, *vt*
in l. ſi merces. §. vis maior & in l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. ff.
locati. dico, poſito, quod iſtud ſit verum, tamen textus *in d.*
48 *§. vis maior.* loquitur, † ſi plusquam tolerabile eſt, læſi fuerint
fructus, quod eſt intelligendum de læſione vltra dimidiam
penſionis, ſecundum communem opinionem, & Caſtren-
ſem, ibi, quod ex ſequentibus verbis colligitur, dum ſubdit:
alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui
immodicum lucrum non aufertur, vt legunt Pandectæ ver-
49 bum † *immodicum*, id eſt, magnum, vt exceſſiuum dimidiæ
penſionis, quo vero ad textum *in §. ſi vis tempeſtatis*, cum di-
cit, *ſi vis tempeſtatis calamitoſa contigerit*; debet intelligi, quæ
omnem fructum tulerit, vt ſubdit *in §. ſed ſi labes* aut vltra di-
midiam penſionis, ſecus ſi infra eam, vt colligitur *in verſ.*
idemque dicendum, vbi dicitur; *Si exercitus prateriens per laſci-*
uiam aliquid abſtulerit; ſcilicet modicum, ſecundum gloſſ. &
ſic citra dimidiam penſionis, nam de eo locator non tene-
tur. & in quantum Socin. iunior adducit etiam textum, *in*
50 *l. † damnum. C. locat.* vbi damnum illatum per aggreſſuram
latronum, pertinet ad Colonum, & ſic ad conductorem,
non autem ad dominum fundi locati, dic quod ad rem non
faciat, vt putat Socin. iun. quod loquatur de damno in fru-
ctibus contingente, vt eum declarat Bald. *in l. licet in prima*
oppo. C. eo. & male meo iudicio, quia loquitur de damno il-
lato in rebus proprijs coloni, inuentis in poſſeſſione con-
ducta, vt intelligit, & bene Iacob. Aretin. & Salic. puta, quod
latrones abſtulerint ſupellectilia, vel animalia coloni, per
eum in re conducta inuecta, vt denotant verba textus, qui
dicit; *damnum, quod per aggreſſuram Latronum in poſſeſſionibus*
locatis rectum illatum eſſe proponis, à domina earundem poſſeſſio-
num; nam nullius criminis reum facere te dicis, reſarciri tibi nulla
ratione deſideras: non ergo loquitur de damno fructuum
rei locatæ, & ſic ad propoſitum noſtrum non facit ille
textus.

Nunc ad tertium fundamentum Socin. iun. deſcendo,
51 in quo dicit, damnum † in caſu ſuo, non poſſe intelligi, niſi
reſpectu fructuum perditorum, quia vt ille ſubdit. *num. 22.* li-
cet ſit vna ſignificatio verbi, *damnum*, quæ capitur pro dimi-
nutione patrimonij; tamen ſecus eſſe debebat in caſu ſuo;
cum illi fructus, quos abſtulerit ruptura Olei, iam maturi
eſſent, & propediem recolligēdi, ita vt eis ſpes quaſi certa eſ-
ſet, & quodammodo dici poterat lucrum in eſſe deductum,
quod æquiparatur damno, & vt damnū conſideratur, vt in-
quit Calcan. *conſ. 3. cum ſimil.* quæ plenius deducit ipſe Socin.
iun. ſed caſus noſter multum differt ab illo, quia Padus rupit
in villa Pauiolæ paulò poſt iacta ſemina frumenti, de menſe
Nouembris, ita quod fructus certi non erant, nec maturi,
nec quidem nati: ita quod nec ſpe deberi dici poterant, cum
52 quid † ſpe deberi dicatur, quod eſt in potentia debendi de
præſenti. *l. non ſolum. §. ſi liberi sui ff. de excuſ. tut.* Bal. *in l. pactum.*
queſt. 2. C. de collat. Bart. *conſ. 18.* Corn. *conſ. 11. volum. 5. volum. 3.*
& Decian. *reſpon. 52. num. 17. volum. 1.* & illum caſum Socin iun.
53 bene conſiderat Surdus *in d. conſ. 34. num. 52.* vbi dicit, † quod
in iure poteſt damnū pluribus modis conſiderari, & aliquan-
do capitur pro lucro ceſſante, quando proxima eſt ſpes per-
ceptionis, vt per Bald. *conſ. 122. volum. 1.* de quo meminit Socin.
iun. *in d. conſ. 78.* Sentiunt ergo, non ſic eſſe ſumendum da-
mnum à ſpe remotum, prout erat in caſu noſtro, ſed illud

eſſe capiendum pro diminutione patrimonij, & ſic reſpectu
penſionis, pro quo tantum voluit Reuerendiſſimus locator
teneri facere remiſſionem à ſcutis 400. ſupra, non autem et-
iam propter lucrum ceſſans, pro quo non eſt veriſimile, eum
voluiſſe facere remiſſionem, vt idem Surdus dicit *in d. conſ. 34.*
num. 47. vnde † de diuerſis ad diuerſa non debet fieri illatio. 54
l. Papi. exuls. ff. de minor. nam † ex mutatione facti quantum- 55
cunque modica, totum ius mutatur, vt tradit Alber *in l. ſi ex*
plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. per l. ea eſt natura cauillationis. ff.
de regul. iur. hinc Bald. *conſ. 12. quidam nomine Angelus. volum. 2.*
alias 178 in antiq. dicit, quod † ſecundum diuerſitatem pun- 56
ctorum, diuerſum redditur conſilium, ſequitur Dec. *in l. præ-*
cibus. not. 2. C. de impub. & al. ſub. & Port Imolenſis *conſ. 168 n. 13.*
ſicut & ego *conſ. 39. num. 32. & conſ. 246. num. 115.* Præterea di-
uerſitas aderat inter verba pacti Socin. iunioris, & noſtri;
nam promiſerat conductor ducatos 600. penſionis nomi-
ne, & vbi damnum excederet ducatos 200. promiſerat loca-
tor de illo excedente eum recōpenſare; quod intelligitur, vt
inquit Socin. iun. *ſub num. 29.* cum ſibi debita penſione, vt ſic
inter eos fieret debiti, & crediti contributio, prout eſt de na-
tura compenſationis. *l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de compenſ.* & ibi
conductor vltra ducatos 200. non perceperat ducatos 400.
ſed 300. tantum: at in caſu noſtro Reuerendiſſimus locator
ſe obligauit ad illud plus, quod damnum excederet ſum-
mam ſcutorum 400. quod vere non excedit, cum non ob-
ſtante dicta rupta Padi, tot fructus ex alijs rebus perceperint
conductores, qui aſcendunt ad debitam penſionem ſcuto-
rum 5700. & eam quoque tranſcendunt: Vnde compenſa-
tione non eſt opus, crediti dom. Locatoris cum debito con-
ductorum, cum nihil eis debeatur, vnde ſublato præſuppo-
ſito eorum, ceſſat argumentum, gloſſ. Fulg. & alij *in l. manci-*
pia. C. de ſeru. fug. Alexan. *in rubr. ff. ſolut. matr. colum. 7.* cum ſi-
milib. à me cumulatis *conſil. 243. numer. 65.* Tantoque ma-
gis ita dici debet, namque † illa verba ſequentia ſpecialia, vi- 57
delicet, *che il danno paſſi la ſumma de ſcudi 400.* id eſt, *vt damnum*
excedat ſummam 400. aureorum, quæ non poſſunt intelligi, niſi
de damno ſtricte, & proprie ſumpto, reſpectu penſionis, pro-
pter præcedentia, vt ſupra dixi, in primo fundamento, re-
ſtringere debent illa magis generalia, *quel piu ſarà iudicato da*
huomini eletti, id eſt, *quod excedere iudicabitur per homines ele-*
ctos iuxta doctrinam Bart. *in l. ſed ſi adijciatur, ff. pro Soc.* Goz.
conſ. 60. colum. fin. Rub. *conſ. 50. colum. pen.* Pariſ. *conſ. 102. num. 12.*
volum. 1. & ego *conſ. 312. num. 23.* Idq; confirmatur; quia tale pa-
ctum † remiſſionis illius pluris, quod iudicabitur damnum 58
excedere ſummam ſcutorū 400. debet intelligi, ſi damnum
ſit tale, quod expoſtulet remiſſionem de iure cōmuni: † nam 59
tale pactum non alterat remiſſionem mercedis, quæ venit ex
natura contractus, vt declarat Bal. *conſ. 339. volum. 2.* vbi dicit;
quod ſi † pactum ſit appoſitum in contractu locationis, vt ſi 60
propter guerram fuerit læſus conductor, & ſic damnificatus,
et fiat remiſſio pro rata, nihilominus intelligitur tale pa-
ctum, ſi damnum ſit tale, quod mereatur remiſſionem, ra-
tione prædicta, ſequitur Goz. *conſ. 74. nu. 11.* & Ceph. *conſ. 104.*
num. 4. de quibus dixi primo loco, *verſ. ad ſecundum.* cui con-
uenit, & alia ratio; † quoniam verba contractus ſunt intelli- 61
genda ſecundum ſubiectam materiam. *l. ſi vno. l. ſi alea. Cod. loc.*
vt que dixit eleganter Gambar. *in tract. de extenſ. char. 6. col. 4.*
ſubiectum, † & materia, de qua loquimur, declarant, quo 62
ſenſu verba capienda ſint, in tantum, quod aliquando relicta
propria ſignificatione, ad impropriam recurramus: ergo
tanto magis ad propriam, quod damnum in hoc pacto in-
telligatur pro diminutione patrimonij, & ſic reſpectu pen-
ſionis, vnde Calcaneus *conſ. 1. colum. 17.* dicit, hanc † regulam, 63
quod verba ſint intelligenda ſecundū ſubiectam materiam
eſſe Theologicā, & in omni materia procedere: hinc Philo-
ſophus *Ethicorum primo*, dixit, quod † tunc perfecte enuncia- 64
mus, quando ſecundum ſubiectam materiam loquimur:
pluraq; id genus cumulat Neuiz. *conſ. 92. num. 18.* & ego dixi,
ſecutus eum, *conſ. 442. nu. 63.* remanet igitur, vt hoc † pactum 65
damni excedentis ſcutos 400. iudicandum per homines ele-
ctos, debeat intelligi de peritis iuris, quales ſunt Iuriſconſul-
ti, qui debent iudicare, an tale damnum conſiderari debeat
reſpectu fructuum tantum amiſſorum, ob ruptam Pauiolæ,
an vero

Digitized by Google

an vero conſiderari debeant etiam fructus aliarum rerum locatarum non amiſſi, qui ſufficiunt ad penſionem conuentam, & eam excedunt, vnde conductores non diminuunt patrimonium ſuum; poſito quod non acquirerent, & hæc ſufficiant in præſenti cauſa. *Hippol. Riminal. Ferraria.*

Pro dom. Ioan. Maria de Paulis.

ARG. An valeat teſtamentum filii emancipati, in quo filiam inſtituit, præterito patre, ſi filia per ſtatutum, extante maſculo, videlicet auo, excludatur. Item de donatione facta à patre filio emancipato, non obſeruata ſtatuti ſolemnitate, an valeat, ita vt filius pro libitu de illis bonis donatis diſponere, & cui velit ea relinquere poſſit. Item an pater talem filii diſpoſitionem de bonis donatis, prætextu nullitatis donationis, rectè impugnare poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Filio emancipato, ratione emancipationis, præmium non debetur, ſed patri. Et cur. nu. 2. 3. 5.*

4 *Cum pater donat filio tempore emancipationis, cenſetur ſimplex liberalitas non donatio ob cauſam. & nu. 6.*

7 *Donatio inter viuos vt teneat, quæ ſolemnitates ex ſtatuto requirantur & nu. 30. 31.*

8 *Dictio, omnino, quid ſignificet & importet. & nu. 9. 10.*

11 *Verba, & ipſo iure, denotant nullitatem.*

12 *Dictio, penitus, eſt præciſa, nec recipit limitationem aut modificationem.*

13 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum, nec poteſt executioni mandari. nu. 14.*

15 *Dictio, perinde, denotat veritatem & omnimodam ſimilitudinem.*

16 *Clauſula, in omnibus, & per omnia, vniuerſaliter omnes modos & effectus comprehendit, nullo excepto. & nu. 17.*

18 *Non entis nulla ſunt qualitates.*

19 *Negatiua vniuerſalis magis negat, quàm affirmatiua affirmet, & falſificaretur, ſi remaneret aliquid affirmatum. nu. 20.*

21 *Et importat totalem nullitatem, & ipſo iure.*

22 *Statutum cum eſt clarum, non eſt vlterius diſputandum. & nu. 23. 24. 25. 26. 27.*

28 *Verba ſtatuti propriè & præciſè intelligenda.*

29 *Et cum quid inducit de nouo cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur, reputatur eſſe de forma & nu. 32.*

33 *Statutum permittens inquiri infra certum tempus cenſetur poſt illud prohibere, alias ipſo iure eſt nulla inquiſitio.*

34 *Statutum de donationibus inter viuos habet locum etiam in donatione patris filio facta.*

35 *Et ex ſtatuti proœmio ratio finalis colligitur.*

36 *Dictio, quilibet, eſt vniuerſalis, & omnes comprehendit, nullo excepto.*

37 *Statutum ſimpliciter annullans contractum an locum habeat in contractu iurato. & nu. 38. 39. 40.*

41 *Statutum annullans donationem factam ex poſt nil operatur, vt dominium transferatur in donatarium. & nu. 42. & 43.*

44 *Dominium ipſo iure transfertur in heredem.*

45 *Pater cum ſilentio præteriens filium inutiliter teſtatur, adeo vt ſi filius mortuus ſit viuo patre, nemo heres futurus ſit ex eo teſtamento.*

46 *Ex actu cui lex reſiſtit nulla naſcitur obligatio ciuilis vel naturalis. & nu. 47.*

48 *Cum ſtatutum diſponit; vt quis habeatur pro ciue, ille verè & propriè ciuis eſt cenſendus.*

49 *Et vbi lex, vel ſtatutum vult idem eſſe per omnia in caſu ficto, quod in caſu vero, idem iudicatur de ficto, quod de vero.*

50 *Dominium non transfertur ex laudo ſine traditione. Et cum non ſuit forma ſtatuti obſeruata. nu. 51.*

52 *Dominium annullatur contractum effecto ipſo iure nullo.*

53 *Fructus pertinent ad eum, cuius ſunt res.*

54 *Titulus à ſtatuto annullatus non prodeſt alicui, cum de valido intelligendus ſit.*

55 *Pater præteritus à filio emancipato an & quando ſuccedat in bonis ipſius, & quomodo, & quo iure. & nu. 56. 57.*

58 *Querela competens patri præterito operatur, vt teſtamentum filii in totum corruat quoad inſtitutionem. nu. 56.*

59 *Filia per ſtatutum excluſa reputatur vt heres extraneus.*

60 *Clauſula codicillaris efficit vt inſtitutio directa conuertatur in fideicom. & vt præteritus cenſeatur rogatus hereditatem reſtituere ſcripto heredi in teſtamento, detracta legitima tantum. & nu. 61.*

62 *Codicillaris clauſula nihil operatur in teſtamento facto à demente, vel contra officium pietatis, in quo vel filius, vel pater eſt præteritus. nu. 63.*

64 *Ex clauſula codicillari filia inſtituta nepote præterito tantum in legitima ſuccedit.*

65 *Filia à ſucceſſione excluſa per ſtatutum, etiam excluſa cenſetur à legitima. & nu. 66.*

67 *Clauſula codicillaris ſi non ſit declarata, nedum lecta teſtatori imperito, nihil operatur.*

68 *Pater qui dedit licentiam filio vt poſſit teſtari, an & quando poſſit eius teſtamentum impugnare, & ſic venire contra factum proprium. nu. 69. & 70.*

71 *Priuilegia nunquam intelliguntur concedi cum damno tertii, & amittuntur propter eius abuſum nu. 72.*

C O N S I L. DCCCXI.

DOMINVS Ioan. Maria de Paulis D. Bartholomæum, filium ſuum, emancipauit, & ei per laudum diuiſorium aſſignauit plurima bona, qui Bartholomæus D. Magdalenam filiam ſuam heredem inſtituit in omnibus bonis, tam ſibi per patrem aſſignatis, quam per eum poſt emancipationem quæſitis; patrem vero ſuum præterit: quæritur nunc, mortuo dicto Bartholomæo relictis dicto patre & dicta filia viuis, quid iuris habeat dictus pater in dictis bonis? Et inprimis, quod attinet ad bona aſſignata dicto Bartholomæo, dico, quod pertineant ad dictum patrem, eique relaxanda ſint per d. Magdalenam; moueor, quia dicta † aſſignatio dictorum bonorum, facta dicto Bartholomæo per arbitros in laudo diuiſorio, vt dicitur, in præmium emancipationis, impropriè facta dicitur, in præmium emancipationis, & eius remunerationem, quaſi per emancipationem pater aliquod emolumentum conſequatur, cuius vice præmium rependi ſibi filius mercatur, cum imo totum contrarium ſit verius, quia † filius per emancipationem maximum acquirit beneficium, nempe libertatem, quæ eſt res inæſtimabilis, *l. libertas. ff. de regul. iur.* & pater amittit patriam poteſtatem, *l. filius famil. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg. 1.* ideo præmium pater conſequi deberet, *l. cum vius.* ibi: *præmium delata emancipationis. C. de bon. mat.* vbi etiam Caſtrenſ. notat, *& in l. dum oportet. §. cum autem.* ibi, *quaſi remunerationis gratia à filio accipere.* & ibi Bart. & alii, *C. de bon. quæ liber.* & eſt etiam pulcher tex *in §. hoc quoque.* ibi, *quaſi pro pretio quodammodo emancipationis. Inſt. per quas perſon. nob. acquir.* igitur † pater emancipando dicitur liberalitatem exercere, 3 *l. fin. C. de eman. liber.* ibi, *in quos talis liberalitas collata ſit.* & ibi Bald. expreſſe dicit, quod † cum donatur filio tempore emancipationis, Notarii dicunt, in præmium emancipationis; ſed ibi dicitur, quod eſt ſimplex liberalitas, & non eſt donatio ob cauſam, nec habens textum meliorem; parique modo Angel. expreſſe notat illum textum, quod † cum pater emancipando liberalitatem exerceat, non expedit ei in præmium donare filio, niſi velit liberalitatem liberalitate cumulare; ideo † abſurde facere videntur Notarii, qui in ſimilibus ſcribunt, donationem factam in præmium emancipationis: ex quibus hoc ſequitur, quod talis donatio ſit ſimplex & pura donatio, non autem ob cauſam emancipationis, & idem Bald. *in auth. ex teſtamento. col. 3. verſ. ſecundum capitulum. C. de collat.* & Dec. alios citans *in l. vt liberis. C. de collat. col. final.* ſicut & dom. meus Rimin. *conſ. 409.* demumque Dectan. *reſpon. 41. nu. 12. vol. 1.* & hæc ego quoque latius dixi *in d. §. hoc quoque. Inſt. per quas perſon. in tertio not.* hoc igitur ſtante, quod iſta fuerit ſimplex & pura donatio inter viuos, & excedens valorem librarum centum, & vltra, dictoq; Bartholomæo præſenti & acceptanti; vt in fine laudi prædicti clare dicitur. Succedit ſtatutum † vltimum *de donationibus* 7 *inter viuos*, videlicet, quod ille, cui præſenti fuerit facta talis donatio, teneatur & debeat infra tres dies immediate ſequentes dictam donationem denuntiare Iudici 12. Sapien. Ferrariæ, vel eius Locumtenenti, præſentibus eius Iudicis Notar. & tribus aliis Notariis, per ipſum Iudicem vel Locumtenentem eligendis, exprimendo & clare deſignando donantis & donatarii nomen, ac cognomen, ac rem donatam, Notariumq; de ea rogatum, vel alium, qui dictam donationem ſcripſit, alias dicta donatio omnino & ipſo iure penitus nulla ſit, perindeque in omnibus & per omnia habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo fuiſſet. Quæ ſingula verba diligenter ponderanda ſunt; & inprimis dictio, *omnino*, † quæ ſignificat idem, quod *indiſtincte*, vt not. gl. *in l.* 8 *ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cauſ.* & ibi per Bar. & per gl. *in clem. 2. de foro compet.* Rom. & Aret. *in l. ſi duo. ff. de acq. hered.* Ruin. *conſ. 61. n. 25. vol. 5.* dicens, quod † æquipollet ver- 9

bo, *pleniſſima*, dixi *conſ.59.n.4.* & ſignificat, *re & verbo,* §. *ſi ve-*
ro.in auct.de exhib.reis. Alber. *in verbo, omnino,* & ſic cum effe-
10 ctu. Item † præciſa eſt & vniuerſalis, & ſignificat, indiſtin-
cte, & totaliter, omnemque caſum comprehendit, vt ex a-
lijs ego dico *conſ.5.n.89.* Secundo quia dictum ſtatutum ad-
11 iecit, *&* † *ipſo iure*, quæ verba denotant nullitatem, vt tradit
Per.Rebuf. *in compend.alien.rer.eccleſ.n.102.* & ego *conſ.233.n.*
12 *66.* Tertio, quia ſubiunxit, *penitus nulla ſit*, quæ dictio, † *pe-*
nitus, pariter præciſa eſt, nec limitationem recipit, aut mo-
dificationem, vt tradit Ang. *conſ.31.viſo laudo,col.3.* Alex. *in l.*
qui vſumfructum.ff.de verb.obligat. Dec. *in auct. qui rem. col.final.*
C.de ſacroſ.eccleſ.col.final.conſ.137.col.1.& conſ.401.col.2. cum ſi-
mil. per Tiraquel. *in l.ſi vnquam.ver.reuertatur.nu.87.C.de re-*
uoc.donat.

Quarto, quia non contentum ſtatutum prædictis ver-
bis, denotantibus nullitatem, id etiam expreſſit, dicendo,
13 *nulla* † *ſit*; vnde ſequitur, quod nullum debeat operari effe-
ctum, *c. non præſtat. de reg.iur. in 6.l.4.* §. *condemnatum.ff.de re*
iud. Ceph. *conſ.164.n.17.conſ.229.n.11.* & ego *conſ.333.nu.12.cum*
14 *ſimilib. in conſ.358.num.38.* vbi quod † nullum eſt non poteſt
executioni mandari, vt ſententia nulla. Bar. Caſt. Alex. Iaſ.
& Rip. *in d.* § *condemnatum.* Natta *conſ.271.n.4.conſ.495.nu.17.*
conſ.529.nu.7. & Vantius *in tractat.de nullit.ſenten.ex defect.iu-*
riſdict.in prin. ſicque nec dicta donatio.

Quinto, quia ſubiungit idem ſtatutum, *perindeque in o-*
mnibus, & per omnia habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo
15 *fuiſſet dicta donatio*: illa namque dictio, † *perinde*, denotat ve-
ritatem, & omnimodam ſimilitudinem, *l.1.C.de erro.aduoc.*
ibi, *perinde habenda ſunt.* §. *ex hoc intelligitur. Inſt. quib. non eſt*
per.fac.teſtam. cum ſimil. per Decian. *reſpon.116.in fin.vol.3.*
poſt Dec. *conſ.497.n.5.* qui in caſu ſuo ſic arguit; quod ſi non
fuiſſet factum tale fideicommiſſum, certe non poſſet agi:
ergo neq; nunc agi poteſt; ſic igitur & nos arguamus: quod
ſi non fuiſſet facta dicta donatio per do. Ioan. Mariam di-
cto Bartholomæo, non poſſet ille, nec filia ſua in ea niti; er-
go nec nunc, ea facta nulliter, in ea niti poteſt.

Sexto, quia non contentum dictum ſtatutum poſt di-
16 ctionem, *perinde*, ſubiunxit, † *in omnibus, & per omnia*, quæ
voces vniuerſaliter omnes modos & effectus comprehen-
dunt, nullo excepto, *l.à procuratore.* vbi gloſſ. *C. mandat. l.ſi*
ſeruitus.ff.de ſeruit.vrb.præd. l.damni. §. *emptor.ff.de dam.infect.*
17 & † præſertim cum ſint geminatæ, vt ponderat Dec. *conſ.90.*
n.1.ver.4.hoc. & Decian. *reſpon.5.n.53.vol.1.7.* quia ſubiunxit *ac*
ſi à principio nullo modo facta fuiſſet; cum enim conſiderauit
principium ante celebrationem dictæ donationis, nihil ex
18 ea ſequi potuit, quia † non entis nullæ ſunt qualitates, *l.cum*
quis in prouincia.ff.ſi cer.pet. & non ens non expirat, vt inquit
Dec. *reſp.11.n.58.vol.1.*

19 Octauo, quia ſubiunxit: *nullo modo facta fuiſſet*; quæ † ne-
gatiua vniuerſalis magis negat, quam affirmatiua affirmat, *l.*
hoc genus. & ibi Caſtren. & Imol. *ff. de cond.& demon.* Dec. *in c.*
ex parte.col.2.de conſt.& conſil.3.col.3. Crau. *conſil.146.num.4.*
20 Rub. *conſil.31.* Auguſtol. *conſil.45.num.7.* Et ideo † vniuerſa-
lis negatiua falſificaretur, quando remaneret aliquid affir-
matum, vt inquit Andr.Sicul. *conſ.37.col.8.ver.3.pondero.vol.1.*
21 & † importat totalem nullitatem, & ipſo iure, vt per Iaſ.
conſ.122.col.3. ſequitur Rol.à Vall. *conſ.57.num.30.vol.3.* & ego
conſ.179.n.11.

22 Nono, † cum ex ſingulis verbis dicti ſtatuti, tantoque
magis ſimul vnitis, habeamus claram illius diſpoſitionem,
non eſt vlterius diſputandum, vt per Bar. *in l. quod conſtitu-*
tum.ff.de teſtam.mil. vnde dicit Bal. *in l.Gallus.* §. *ſi eius. ſecundo*
23 *not.ff.de lib.& poſt.* quod vbi † habemus claram diſpoſitio-
nem ſtatuti, non debemus vlterius inueſtigare de ratione,
quanquam & hoc ſtatutum rationem præmittit, quia ple-
runque dictæ donationes præter teſtes neceſſarios *in* pau-
corum notitiam tranſeunt, multa oriuntur mala, quorum
magna pars ceſſaret, ſi in multorum notitiam peruenirent,
24 vnde dixit Bal. *conſ.343.examinanda vol.1.* quod † vbi verba
ſtatuti ſunt clara, non ſunt admittendæ gloſſæ, & idem Bal.
25 *conſ.174.caſus talis eſt.in fin. vol.2.* dicit, quod † quando vide-
mus verba clara ſtatutorum, cauillationes aduocatorum
non ſunt admittendæ, etiamſi diſpoſitio ſtatuti dura eſſet;
vtq; dicit † idem Bal. qui nihil ignorauit, *in l.3.* §. *quod prætor.* 26
ff. ne quis eum. cum † verba ſtatuti ſunt clara, nihil eſt ſubin- 27
telligendum ex capite noſtro, ſicut & *in c.1.* §. *decedente. col.*
fin.qui feud.dare poſſ. inquit, quod † in ſtatutis, quia de ſcripti 28
recitatione conſtant, ſcriptura pondus portat totius, & id-
eo proprie & præciſe ſunt intelligenda, vt idem dixit *in c.1.*
§. *iniuria.col.5.de pac.iuram.firm.* vnde patet, quam belliſſime
do. Ioan. Maria ſe fundet in dicto ſtatuto, ad proſternen-
dam funditus donationem prædictam.

Decimo, tanto magis prædicta ſuper hoc ſtatuto de iure
procedunt: nam quando † ſtatutum quid inducit de nouo, 29
cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur,
reputatur eſſe de forma, vt tradit Anch. *conſil.242.* Dec. *conſ.*
331.col.3.conſil.434.num.1.conſ.455.nu.7.conſ.528.ad fin.& conſil.
531 col.1. Crau. *conſ.181.num.10.* Soc. *conſil.92.n10.* Senat.Pedem.
decif.165.num.11. Decian. *reſponſ.72.num.24.vol.2.* & ego *conſ.*
207.nu.17. ſed hoc ſtatutum de nouo inducit, quod intra tres
dies immediate ſequentes fiat † denuntiatio donationis, 30
centum libras excedentis, quod non erat neceſſe de iure
communi, ſed ſolum ſi 500. aureos excederet, *l.ſancimus.&*
ibi not.C.de donat. Item quod fiat Iudici 12. Sapientum, vel e-
ius Locumtenenti, cum tot Notariis: ſed de iure communi
duo teſtes ſufficiebant, *l.vbi numerus.ff.de teſtam.* ergo patet,
quod prædicta, & alia, quæ ſubiicit ipſum ſtatutum, dicun-
tur eſſe de forma, † quæ omnino ſeruari debuerunt per D. 31
Bartholomæum, *iux.not.per omnes.* maxime Felin. *in c.cum*
dilecta.de reſcrip. quia dictam denuntiationem non fecit vl-
lo modo; ergo corruit dicta donatio, dicta forma non ſer-
uata, ſecundum Fel. cum † enim diſpoſita ſint prædicta per 32
dictum ſtatutum, aliter quam de iure communi, tanquam
ſubſtantialia, & pro forma ſeruari debuerunt, vt per eum
verſ.nonum ſignum. & col.16.verſ.amplia nono. Soc.iun. *conſ.2.n.*
7.& conſ.37.n.6.& 12.vol.2. Rol.à Vall. *conſ.72.n.61.vol.3.* & ego
conſ.190.n.70. ſed & in alia denuntiatione defecit dictus Bar-
tholomeus, facienda per eum ad officium Gabellarum, ſub
annullationis pœna, prout in ſtatuto Gabellarum, quod
præfigit certum terminum à die celebrati contractus, ita
quod poſt illum non potuiſſet amplius fieri, vt in ſimili ſta-
tuto determinat Bar. *conſ.100.* à D. Cyno in ſecundo dubio,
dicens; quod ſi † ſtatutum permittit inquiri infra certum 33
tempus, cenſetur poſt illud prohibere; meritoque ſubdit,
quod inquiſitio poſtea facta eſt ipſo iure nulla; idemq; la-
tius firmat Bald. *in c.fin. col.6.verſ.pone.de offic.deleg.* ſequitur
Bero. *conſ.167.n.23.vol.3.* Rol.à Vall. *conſ.94.n.11.& ſeq.vol.3.* &
ego latius in terminis dicti ſtatuti Gabellarum dixi *conſ.72.*
per tot. & hoc † ſtatutum debet habere locum etiam in do- 34
natione patris filio facta, velut in fauorem creditorum, vel
aliorum, in rebus donatis ius habentium, conſiderato pro-
œmio † ſtatuti, ex quo ratio finalis colligitur, iuxt.not.per 35
Bar. & Imol. & alios, *in l.fin.ff.de hered.inſtit.* vbi dicitur: *quo-*
niam ex donationibus inter viuos, quæ plerunque præter teſtes ne-
ceſſarios in paucorum notitiam tranſeunt, multa oriuntur mala,
quorum magna pars ceſſaret, ſi in multorum ſcientiam peruenirẽt:
& quia ſubiungit: *ſtatuimus, vt quilibet, cui præſentis donatio ali-*
qua inter viuos facta fuerit, &c. nam illa dictio, † *quilibet*, vni- 36
uerſalis, omnes comprehendit, nullo excepto, *gl.in cle.2.de*
offi.ord. Bar. *in l.hoc art.ff.de her.inſt.* Dec. *conſ.549.n.22.cum ſim.*

Nec ab iſta concluſione tam roborata me quicquam re-
trahit, quod in compromiſſo facto inter dom. Ioan. Ma-
riam & Bartholomæum dixerunt, quod quicquid fuerit
laudatum per arbitros, cenſeatur eſſe deductum in com-
promiſſo, & in eo fuerit appoſitum iuramentum, vnde per
relationem ad illud donatio prædicta iuramento firmata
non videtur eſſe ſuppoſita dictis ſtatutis ſimpliciter de do-
natione, vel alio contractu loquentibus, quia † ſtatutum 37
ſimpliciter annullans contractum locum non habet in cõ-
tractu iurato, vt eſt gl.notab. *in c.cum non deceat. de elect.lib.6.*
Alex. *conſ.27.col.fin.& conſ.125.col.pen.vol.1.* quod eſt duplica-
tum *conſ.53.vol.3.& conſ.100.vol.4.* Fel. *in c.conſtitutus.de reſcrip.*
Roman. *ſingul.7.conſil.343.conſil.404.& conſil.436.decif.* Neap.
303.n.13.& 307.n.19. ample Neuiz. *conſ.77.n.20.* Ceph. *conſ.170.*
n.34.& ſeq. Rol.à Valle *conſ.99.n.9.vol.1.* & doctiſſime Gabr.
Roman. *libr.2.de iureiurand. concluſ.5.num.11.cum ſimil.per me*
in §.

in §.2.Inſt quib.alien.licet.num.69.& conſ.87.num.33. Quoniam
probabilis eſt admodum diſtinctio & doctrina Docto-
38 rum, † quod quando ſtatutum annullat donationem, vel
alium contractum, ob defectum ſolemnitatis requiſitæ
tempore contractus, tunc ſtatutum locum non habet in
contractu iurato; ſecus autem, ſi poſtea requiratur, prout
eſt in caſu noſtro, quod denuntiatio fiat infra tres dies im-
mediate ſequentes à die celebratæ donationis, vel infra 20.
dies à die contractus Gabellario: tunc enim tale ſtatutum
bene comprehendit etiam donationem iuratam; ita deci-
dit eleganter & docte Feder. de Sen. *conſil. 271.* motus opti-
ma ratione, quia ex culpa donatoris id euenit, qui non ſer-
39 uauit ſtatutum ex iuſta cauſa editum, & † ſic ex ſuperue-
nienti iure vel cauſa remiſſum dicitur iuramentum dona-
tori iuranti, quoniam de tali iure ſuperuenienti non fuit a-
ctum nec cogitatum tempore iuramenti: & illam deciſio-
nem Federici ſequuntur Butr. & Imol. *in c.cum contingat.nu.
79.de iureiur.* Soc.*conſ.77.col.fin.conſ.80.col.antep.vol.1.* Bal.no-
uel.*conſ.78.inter conſil.Socin.vol.1.* Aret.*conſil.2.col.2.* Com.*con-
ſil.186.num.11.vol.2.* Barb.*conſil.43.num.35.vol.1.* Cur.iun.*conſil.*
40 *47.col.fin.& conſ.141.col.fin.* vbi dicit, † eſſe commun. idemq;
late tenui *in conſ.72.nu.24.* eamq; concluſionem pulchre de-
feudi, *vt ibi.* & confirmaui *in §.1.nu.666.Inſt.de donat.* per eoſ-
dem Doctores. Minus etiam repugnat, ſi diceretur, quod
41 cum hoc † ſtatutum annullet donationem ſactam ex poſt,
non operatur, quod dominium rei transferatur in ipſum
donatorem, ideo donatarius vel eius heres præferri debet,
& vincere, vt voluit Bald. *in l.4.col.3.* poſt quendam Docto-
rem antiquum, *ff.ſol.mat.& in l.cum mulier.col.10.verſ.in con-
trarium.eod.tit.* vbi ſequitur Alex.*col.pen.& in conſ.199.in prin.
vol.6.* Aret.*Inſt.de excep.in rub.col.18.verſ.2.quaro.* Bart.*in l.ſi ita
quis.§.ea lege.* & poſt eum Iaſ.*num.40.ff.de verb.obl.* huic enim
42 obiecto reſpondetur, & pulchre, quod † limitatur, & non
procedit illa conditio Baldi & ſequacium, cum ſtatutum
diſponit, quod contractus habeatur pro infecto, ſeu pro
non facto; ita Bulgarinus *in d.l.1.nu.11.in gl.cauſa, metus per gl.*
43 *ſingularem, in clem.1.de commun.eccleſ.* vbi concludit, † quod ſi
quis incidit in excommunicationem, vigore alicuius con-
ſtitutionis; ſi Papa diſponit, quod illa conſtitutio habeatur
pro infecta, non indigebit excommunicatus aliqua abſo-
lutione, ſed perinde erit, ac ſi nunquam fuiſſet excommu-
nicatus: & illam deciſionem Bulgarini ſequitur ibidem Bal.
nouell.*n.51.ad fin.* & Thomas Parpal.*nn.8.* & ego *in d.conſ.72.
nu.80.* ſed hoc ſtatutum de donationibus latius quoque ſiue
plenius loquitur, quam illud Bulgarini: nam dicit, quod
donatio omnino & penitus ipſo iure nulla ſit, perindeque
in omnibus habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo
fuiſſet, quæ ſingula verba ſuperius ponderaui; & vlterius
44 comprobatur optimo ſimili: nam † dominium ipſo iure
transfertur in heredem, *l.cum heredes.ff.de acquir.poſſ.* nec mi-
rum, quia veteres heredes pro dominis appellabant, *§.fin.
Inſtit.de hered.qual.& differ.* & tamen inquit Iuſtinianus *In-
45 ſtit.de exher.lib.* quod ſi quis cum † ſilentio præterierit fi-
lium, inutiliter teſtabitur, adeo quidem, vt ſi viuo patre fi-
lius mortuus ſit, nemo heres ex eo teſtamento exiſtere poſ-
ſit, quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum, ex
quo datur intelligi, quod in dicto caſu dominium non fuit
translatum in illum heredem inſtitutum, propter reſiſten-
tiam legis ab initio dicto teſtamento: vnde ſic in caſu no-
ſtro, cum ſtatutum hoc dicat, quod perinde habeatur d.do-
natio, ac ſi à principio nullo modo facta fuiſſet, dici debet,
quod in donatarium nullum dominium fuerit translatum;
46 nam † quando lex reſiſtit actui, nulla naſcitur inde obliga-
tio ciuilis, vel naturalis, vt declarat Bar. *in l.cum lex. col.2.n.6.*
47 *ff.de fideiuſ.* & cum † ſtatutum prædictum ita fingendo ſta-
tuat & diſponat, quod perinde habeatur dicta donatio, ac
ſi ab initio nullo modo facta fuiſſet, vtiq; vere & proprie ſic
diſpoſuiſſe videtur, vt declarat Bar. *in l.ſi maritus.§.legis.prope*
48 *finem.ff.de adult.* cum dixit; quod ſi † ſtatutum diſponit,
quod aliquis habeatur pro ciue, ille vere & proprie ciuis
eſt, quoad commoda, quæ ſtatuentes tribuere potuerunt,
& ſuper eis diſponere, ſequitur Iaſ. *ſup.l.filio quem pater.ff.de
lib.& poſth.* Rom. & Alex. *in l.qui ſe patri.C.vnde lib.* qui dixe-
runt, quod † vbi lex vult idem, & per omnia in caſu ficto, 49
quod in caſu vero, idem de ipſo caſu ficto, quod de vero iu-
dicatur: quinimo nec † ex laudo diuiſorio dicitur eſſe tranſ- 50
latum dominium rerum aſſignatarum do. Bartholomæo ſi-
ne traditione, vt in ſententia tradit gl. *in §.fin.Inſt.de off.iudic.*
ſicut nec in contractu diuiſionis, vt tenet Bar. *in l.& ideo.ff.de
cond.furt.* Alex.*conſ.137.in cauſa & lite.col.pen.vol.2.* & vterq;
Dec. *in l.traditionibus.col.2.C.de pact.* Cumq; † ſtatutum præ- 51
dictum ob non ſeruatam formam denuntiationis annullet
ampla forma donationem, dicendum eſt, non fuiſſe trans-
latum aliquod dominium in ipſum Bartholomæum dona-
tarium, prout in ſimili ſpecie tradit Ant. de Canario *in tract.
de inſinuat.in 1.part.q.27.* vbi dicit, quod † ſi ſtatuto caueatur, 52
quod omnis donatio debeat inſinuari intra menſem, alias
contractus ſit ipſo iure nullus, dominium ipſo iure non
transferretur, & ideo locus eſſet condictioni ſine cauſa. Sic
etiam dici debet in hoc ſtatuto pinguius etiam loquente;
ergo ſequitur, dominium rerum per laudum diuiſorium aſ-
ſignatarum D. Bar. non fuiſſe translatum in eum, ſed re-
manſiſſe penes do. Io. Mariam, & per eum poſſe vendicari
per condictionem ſine cauſa, eiuſque filiam res illas tenen-
tem, ad eas relaxandas teneri, & ad id condemnandam fo-
re & eſſe, vna cum fructibus perceptis & percipiendis, vſq;
in diem effectualis relaxationis dictarum rerum, quia † fru- 53
ctus pertinent ad eum, cuius ſunt res, *l.1.& 2.C.de pign.act.l.ſi
dominium.C.de pignor.§.conqueſtus.de vſur.* Card. *in l.ſi pignori.
§.ſi prædo.ff.de pign.act.* Ceph.*conſ.595.n.54.* Nec † titulus eum 54
iuuare debebit, vt à ſtatuto reprobatus & annullatus, cum
de valido & iuridico ſit intelligendus, *l.4.§.condemnatum.ff.
de re iudic.l.non putauit.§.non quauis.ff.de bon.poſſ.contra tab.* ſic-
ut ſi ſtatutum loquatur de ſententia, intelligitur de valida.
Dec. *conſ.6.num.9.col.fin.* ſequitur Ceph. de titulo loquens
conſil.572.num.71. & hæc ſatis dicta ſint circa bona patris aſſi-
gnata Bartol. Nunc videndum eſt de bonis dicti Bartholo-
mæi per eum quæſitis ante emancipationem, aduenticiis,
videlicet ſuis, quoad proprietatem, vel poſt emancipatio-
nem ſuis, pleno iure, in quibus omnibus filiam ſuam inſti-
tuit, patrem vero præteriit, an in eis † pater hic ſuus aliquod 55
ius prætendere poſſit: in quo puncto reſolute dico, quod
ad eum perueniant, ſicut & alia, quæ ei dedit, (vt ex abun-
danti hoc addam in eis) non obſtante teſtamento filii; mo-
ueor ex doctrina valde ſingulari, quam ponit Angel. *in §.a-
liud quoque capitulum. ſeu in §.fine igitur. col.10.in auth.vt cum de
appel.cognoſ.verſ.& ideo dic.* vbi tangit hunc caſum de filio e-
mancipato, qui patrem præteriit, & inquit, quod quando-
que præteritur pater à filio emancipato, quem filius neceſſe
habet inſtituere, propterea quia filius non habebat deſcen-
dentes, ſed tantum collaterales, *l.1.ff.ſi quis à parente fuer.ma.*
& iſte non eſt caſus noſter, quia dom. Bart. habebat hanc fi-
liam ſuam; quandoque vero, ſubdit Ang. pater præteritur
ab eo filio, qui non habet neceſſe patrem inſtituere, quia fi-
lius habebat deſcendentes, ſed poſtea ex aliquo caſu de-
ſcendentes excluduntur, & tunc pater non poteſt intenta-
re contra tabulas, quia in hoc caſu prætor noluit eum ad-
mittere ad contra tabulas, cum habuerit filius deſcenden-
tes. Et ideo competit patri querela, & ſic intelligitur *l.pater
filium.ff.de inoff.teſt.* & hæc opinio, dicit Angel. non eſt tacta;
& eſt tunc illa † querela irregularis, ideo, quia datur patri, 56
qui ab initio ad hereditatem non debebat admitti, ſed ca-
ſu contingente debet admitti: ita præclare concludit Ang.
& caſum noſtrum decidit, ſi bene conſideretur, quia D.
Bart. habebat filiam, quo reſpectu neceſſe non habebat pa-
trem inſtituere, ſed quia ex aliquo caſu dicta filia exclude-
batur, vigore ſtatuti, *de ſucceſſione ab inteſtato*, ſtante parte
Bartholomæi, aſcendente maſculo; propterea patri dom.
Bartholomæi competit querela irregularis, qui ex dicto ca-
ſu contingente admittitur, videlicet, quod filia Bartholo-
mæi eſt fœmina, & pater eius eſt aſcendens maſculus, qui
eam excludit ex dicto ſtatuto. Nec certe ſcirem melius atq;
lucidius exemplificare Angelum, quam in caſu noſtro, quia
quando † filius renuntiaret vel repudiaret, aut abſtineret, 57
non tam excluderetur ab alio, quam quod ſe ipſum exclu-
deret, argumento tex. *in l.imperatores.ff.de iure fiſc.* ibi, *ipſe te*

Omnis pœna ſubdidiſſet, illud ergo verbum, *excluduntur*, ex aliquo
caſu contingente, ſic impersonaliter prolatum ab Angel.
propriè ſignificat, cum aliunde filia repellitur, vigore ſtatu-
ti, propter exiſtentiam aui ſui, vt in caſu noſtro formaliter
contingit, bene notando, hoc modo; ſic ſtante, quod que-
58 rela † competat huic D. Ioanni Mariæ præterito, ſequitur
quod teſtamentum in totum corruit, quoad inſtitutio-
nem, *auten. ex cauſa. C. de lib. præter. & in d. §. aliud. verſic. & hoc
quidem.* in verbo, *reſciſſo teſtamento*, id eſt, *ipſo iure*, vt inquit
Angelus mox allegatus, & eis, qui ab inteſtato ad hæredita-
tem defuncti vocantur, res eius defuncti dari mandat Im-
perator ibi, quia teſtator dicitur inteſtatus deceſſiſſe, vt eſt
caſus *in l. vt liberis. C. de collat.* ibi, *quocunque iure inteſtatæ ſuc-
ceſſionis*, id eſt, aut teſtamento penitus non condito, vel ſi fa-
ctum fuerit, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita,
vel inofficioſi querela mota, reſciſſo; igitur ſi ſucceſſio dici-
tur inteſtata, pater iſte, velut aſcendens maſculus, exclude-
re debet hanc filiam, neptem ſuam, vigore d. ſtatuti *de ſuc-
ceſſ. ab inteſtat.* vbi dicitur, *quod ſi nulli filij aut deſcendentes ma-
ſculi fuerint, ſuccedant aſcendentes maſculi, ſalua graduum prærο-
gatiua, ſimiliter excluſis filiabus, & alijs fœminis cuiuſcunque li-
neæ & gradus, dotandis tamen, vt infra*, prout dotata fuit hæc fi-
lia dote, vt audio, ſcutorum decem millium; quare ſic diſ-
currendo patet, do. Ioan. Mariam, patrem d. Bartholomæi,
præferendum, etiam in bonis illius quibuſcunque, dictæ
nepti, eamq; teneri ad ea relaxanda cum fructibus auo ſuo,
vt de alijs ſupra dixi.
59 Secundo confirmatur, quoniam dicta † filia, quæ per
ſtatutum excluditur, vel reputatur vt hæres extraneus, ſe-
cundum Bald. *in l. maximum vitium. col. pen. C. de lib. præter. &
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt.* Aret. *conſil. 74. ſta-
tuto communis Florentiæ.* & poſt eum Ioan. de Plaga, Gothed.
de monte Pollic. Fran. de Rampo. Iacobus de Iſolanis, &
plures alij ſolemnes viri, quos refert, & ſequitur Marian.
conſ. 85. col. fin. vel, vt inquit Brun. *in tract. quod ſtant. maſcul. in
10. artic. prin. num. 23.* dicitur ex ſtatuto prædicto datus ordo
prælationis patri maſculo, ſicq; quod præferatur filiæ, vt ibi
per eum, quod eſt valde notabile: ſuperſunt tamen duo no-
di non prætereundi, ſed excitandi & ſoluendi, ne quid hæ-
reat in ancipiti. Primus eſt, quod in teſtamento D. Bartho-
60 lomæi præſuppono, quod adſit † clauſula codicillaris in o-
mnibus teſtamentis apponi conſueta, de voluntate teſtato-
rum, vt ex multis probat Gabriel. Roman. *in tit. de conſuetud.
concluſ. 4.* cuius natura peculiaris eſt, quod inſtitutio directa
conuertatur in fideicommiſſum, ſicque præteritus cenſea-
tur rogatus hæreditatem reſtituere ſcripto hæredi in teſta-
mento, detracta legitima tantum, vt tradit Iaſ. *in l. ſi filius eius
qui in poteſtate. ff. de lib. & poſth.* Guilel. Bened. *in c. Raynutius. in
ver. in eodem teſtamento primo. nu. 242. de teſtam. & num. 247.* &
61 tanquam † communem ſequuntur Fulg. & Alex. *in auth. ex
cauſa. C. de liber. præter.* Alexan. *conſ. 123. volum. 1. & conſ. 141. vo-
lum. 2.* propterea do. Io. Maria contentus ſola legitima vide-
tur remanere debere, reſiduum vero nepti ſuæ reſtituere.
62 Sed reſpondetur egregie, quod † clauſula codicillaris in te-
ſtamento, quaſi à demente facto, vel contra officium pieta-
tis teſtante, nihil operatur, vt probat tex. *in l. Titia quando. ff.
de milit. teſtam.* coniuncta *l. 2. eod. tit. in verbo, quaſi a demente.* i-
ta tradit notab. Curt. & Igneus *in d. auth. ex cauſa. num. 193.*
Gabr. *in d. concluſ. 4. in fin.* & Burſat. *conſ. 15. num. 8.* qui licet lo-
63 quantur in teſtamento patris, qui filium præterierit, † ta-
men idem iuris eſſe debet in teſtamento filij, qui patrem
præterierit, cum non minus pie parentibus hæreditas filio-
rum relinqui debeat, quam econtra, *l. nam & ſi parentibus. ff.
de inoffic. teſt. l. ſcripto. in fin. ff. vnde liber. cum ſimilibus.* Secundo
confirmatur ex conſil. D. Simonis de Pratis, alias Conſilia-
rij iuſtitiæ Sereniſſimi noſtri Ducis Ferrariæ, *conſil. 134. col.
penul.* vbi filia fuerat inſtituta, præteritus vero nepos ex filio
64 prædefuncto, dicebatque, ſtante † clauſula codicillari in
teſtamento, filiam tantum ſuccedere in legitima, per nota-
65 ta *in d. auth. ex cauſa.* & Burſat. *conſ. 92. nu. 4.* tamen † ſubiungit
Pratus, quod cum d. filia excluderetur à ſucceſſione per
ſtatutum, dicebatur etiam excluſa à legitima, ſecundum
66 communem † opin. de qua teſtatur Socin. *conſ. 127. col. 1. vol.
4.* Dec. *conſ. 296. col. 2.* Iaſ. *in auth. nouiſſima. col. fin. C. de inoffic. te-
ſtam.* & plene Brun. *in ſtatuto, quod ſtan. maſc. art. 13. q. 3.* pro-
pterea concludit Pratus, quod illi filiæ ſola dos debeatur ex
forma dicti ſtatuti: ſic etiam dici debet ad vnguem in caſu
noſtro, penitus illi conformi, dictæ filiæ do. Bartholomæi
inſtitutæ, patre dicti Bartholomæi præterito, cum ſit exclu-
ſa per ſtatutum etiam à legitima, nihil deberi, præter dotem
quam habuit, & opulentam, ſcutorum decem millium, &
propterea dicta bona Bartholomæi pertinere ad patrem ab
eo præteritum, vigore d. ſtatuti.
Tertio non prætereo quoque, diligenter aduertendum
ad teſtamentum dicti Bartholomæi, an lecta † & declarata 67
fuerit dicta clauſula codicillaris dicto Bartholomæo impe-
rito, prout erat neceſſe, quia ex ſola lectione ille non dice-
retur intellexiſſe vim illius clauſulæ, propterea hoc non fa-
cto nihil operaretur, vt factum non credo: ita Imola *in l. Lu-
cius. col. pen. ff. de vulg. & pup.* Socin. *conſil. 93. col. 6. volum. 4.* &
Gabriel *in d. concluſ. 4. num. 7. de conſuet.* Secundus eſt nodus
diſſoluendus, quod dominus Ioan. Maria emancipauit di-
ctum Bartholomæum, vt poſſet teſtari, prout in inſtrumen-
to emancipationis, rogato per Caleſiunm, clare dicitur; er-
go † non videtur ipſe D. Ioan. Maria facto ſuo proprio con- 68
trauenire poſſe, impugnando teſtamentum filij ſui, *l. poſt
mortem cum ibi notatis. ff. de adopt.* Sed huic obiecto reſpon-
deri poteſt, & bene; quod cum D. † Bartholomæus eſſet in- 69
habilis ad teſtandum, priuſquam emanciparetur, *l. qui in po-
teſtate. ff. de teſtam.* D. Ioan. Maria dicitur ei licentiam dediſ-
ſe teſtandi, ſecundum leges, & non econtra, *l. ſi quando. & ibi
gl. communiter recepta. C. de teſtam.* vnde quod attinebat ad
bona, quæ ei donauerat erat, debet intelligi, ea conceſſu-
rum ſi D. Barth. faceret denuntiationem neceſſariam ex ſta-
tuto ſuperius memorato, quo vero ad bona poſtea per eum
quæſita, cum eſſet emancipatus, vel ante, ex cauſa aduenti-
tia, ita videtur demum conceſſiſſe licentiam filio teſtandi,
dummodo non præteriret ipſum patrem, vel ſine cauſa ex-
hæredaret alias, quod ei competeret querela, vt formaliter
è conuerſo in patre declarat Iaſon *in d. l. ſi quando. in princip.*
propterea non dicitur do. Io. Mariam facto ſuo proprio
contrauenire, cum velut ſic qualificatum cenſeri debeat, &
ſit intelligendum. Et cum † dicta licentia ſic intelligi de- 70
beat limitata, limitatum debet effectum producere, *l. in a-
gris. ff. de acq. rer. dom.* Quinimo dato, quod D. Io. Maria con-
ceſſiſſet do. Bartholomæo filio ſuo liberam licentiam, ſeu
facultatem teſtandi, qui etiam fuiſſet habilis, quæ in eo non
erant, adhuc tamen non intelligeretur conceſſiſſe, quod
poſſet d. Bart. omittere ſolemnitatem inſtitutionis ipſius
patris neceſſariæ, ſtante excluſione filiæ per ſtatutum, quia
prætextu talis priuilegij filio conceſſi non potuiſſet pater
ſuus ab eo præteriri, vel exhæredari ſine cauſa, quia † priui- 71
legia nunquam intelliguntur concedi cum damno tertij, *l.
2. §. merito. & §. ſi quis a Principe. ff. ne quis in loco pub. l. nec auus.
C. de eman. lib.* & ita declarant Cyn. Bal. & Sal. *in d. l. ſi quando.
num. 3.* Imo dici debet, quod † cum priuilegium teſtandi ſic 72
intelligatur conceſſum d. Bart. cum hoc, quod non poſſet
præterire patrem, nec eum ſine cauſa exhæredare; totum
contrarium faciendo, quia in teſtamento eum præterijt, &
in codicillis exhæredauit eum, priuando omni commodo,
& bonis ſuis, vt audio, dicitur amiſiſſe dictum priuilegium,
propter eius abuſum, *l. eos. C. de aquaduct. lib. 11.* & ibi Ioan. de
Pla. Ruin. *conſil. 28. col. 3. vol. 1.* & ego *conſil. 26. num. 30.* vnde te-
ſtamentum ſuum funditus corruit omnino, & omnia bona
veniunt relaxanda D. Io. Mariæ, rationibus prædictis in v-
troque puncto, ſicque de iure concludo in præſenti cauſa.
Hippol. Riminal. Ferrarie.

Pro D. AEmilia Finetta Veneta.

A r g. An & quando mater volens eſſe tutrix fi-
liorum teneatur ſatisdare rem pupilli ſaluam
fore; & an tutela matris ſit legitima, vel anoma-
la. Itē an mulier nupta fiat de domicilio viri, &
an maritus bannitus cū publicatione bonorū
poſſit ſe obligare ad dotis reſtitutionē, & an in.

publi-

P·blicatione bonorum veniant bona futura, poſtea quæſita bānito. Item de oppoſitione iuris tertii, qnod non admittatur. Item an & quando pro dote danda vel reſtituenda bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint obligari vel minui.

S V M M A R I V M.

1 *Mater an numeretur inter tutores legitimos, & cogatur ſatisdare, cum vult eſſe tutrix. nu. 2. 4. 5. 6. 7 8 9. 10.*
3 *Omnes legitimi tutores ſatisdare debent, excepto patrono.*
11 *Præſcriptio ſtatutaria locum habet in eiſdem caſibus, in quibus locum habet præſcriptio iuris communis.*
12 *Mater diues non tenetur ſatisdare, cum vult eſſe tutrix. Item ſi ſit idonea, honeſta, & bene probata. & nu. 13. 14. 15. 16. 17 &c.*
16 *Vxor pro dote eiuſque augmento habet hypothecata omnia bona mariti & nu. 17.*
18 *Melius eſt incumbere pignori, quam in perſonam agere. & nu. 19.*
20 *Satisdatio etiam fieri poteſt per iuratoriam cautionem, ſi ſatisdans ſit honeſta vita & probata fides & nu. 21.*
22 *Vxor efficitur de foro & domicilio viri.*
23 *Et præſumitur propriam originem deſeruiſſe.*
24 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
25 *Fideiuſſores alieni territorii non ſunt idonei.*
26 *Conſuetudinem non ſufficit informiter probare, ſed quod obtinuerit in eodem caſu. & nu. 27.*
28 *Maritus bannitus cum publicatione bonorum an poſſit bona ſua obligare ad reſtitutionem dotis & nu. 29.*
29 *An in publicatione bonorum veniant bona poſtea quæſita, eiuſque exemplum. nu. 30.*
31 *Dos à viro conſtituta ante bannum, poteſt per vxorem peti cum augmento etiam durante matrimonio.*
32 *Inter caſus repetendæ dotis præcipuus eſt, cum vir vergit ad inopiam.*
33 *Maritus dicitur vergere ad inopiam, cum incipit exulare.*
34 *Exceptio confiſcationis bonorum à nullo opponi poteſt, niſi à fiſco.*
35 *Fiſcus ſolus poteſt obiicere filio ſpurio, quod ſit incapax, non autem conſanguinei nu 36.*
37 *De iure tertii nemo poteſt excipere.*
38 *Bannitus reſtitutus in ampla forma per Principem, recuperat omnia bona ſua, etiam in alium tranſlata, & alienata.*
39 *Superior inhibere poteſt magiſtratibus inferioribus, ut ius reddant, & ordinare, vt denegetur audientia, vel imponatur perpetuum ſilentium. nu. 40.*
41 *Bona ſubiecta fideicommiſſo an poſſint minui vel alienari ex cauſa dotis in præiudicium fideicommiſſariorum & nu 42. 43.*
44 *Quod obtinet in conſtitutione dotis, etiam locum habet in eius reſtitutione & nu. 45 Item in augmento dotis nu 46.*
47 *Fraus non præſumitur inter nobiles nec præſumitur ex lictis & ſeris ſolitis, ut in augmentis dotium & æqualium. nu 48.*

CONSIL. DCCCXII.

CONTROVERSIA vertitur inter magnificas dominas ſorores, Illuſt. olim dom. Hieronymi Raſponi,
Nobilis Rauennæ, ab inteſtato defuncti, & Illuſtr. D. Æmiliam Finettam, Venetam, illius vxorem, viduam relictam,
cum filiis communibus pupillis, an illa volens eſſe tutrix eorum, teneatur dare fideiuſſionem tutelæ, ad quam illa ſe
teneri nequaquam prætendit; & dictæ ſorores aſſerunt contrarium; quarum prima conſideratione videtur intentio
1 præualere debere: nam † mater connumeratur inter tutores legitimos, vt declarat Bartol. *in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertull. & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut. ſicut & in auth. matri & auia. C. quando mul. offic. tut.* vbi Salyc. confirmat, &
concludit, quod hæc eſt veritas, idemque Grat. *reſp. 44. nu. 3.*
2 *vol. 1.* quo ſtante ſequitur, quod † mater, ſi velit eſſe tutrix,
ſatisdare cogatur, vt eſt de mente Bar. *in l. legitimos. col. 2. verſ. 4. requiritur. ff. de legit. tut.* vbi poſt gloſſ. dicit, quod in legiti-
3 mo habes hoc in textu, ſecundum quem omnes † legitimi
tutores debent ſatisdare, excepto patrono, à quo, cauſa cognita, non exigitur ſatisdatio: ſi enim omnes legitimi tutores ſatisdare tenentur, igitur & mater, quæ dicitur tutrix le-
4 gitima, quia qui † omne dicit, nihil excludit, *vulg. l. Iulianus. ff. de leg. 3.* Dec. & D. meus Riminal. *in l. omnia. ff. ſi cer. pet.* & in
ſpecie Nepos à Monte *in tract. de except. artic. 11. col. 2.* hoc af-
5 firmat *num. 9.* dicens, quod ſi † mater velit eſſe tutrix filiorum, debeat dare fideiuſſorem, qui promittat rem pupilli
ſaluam fore, *§. fin. in auth. vt ſine prohibit. matr.* ibi, *& fideiuſſionibus dandis iuncta gloſſ. Rem pupilli ſaluam fore.* & hoc idem tradit Borgnin. Caualcanus *in tract. de tutore & curat. num. 23. &*
6 *24.* vbi poſtquam dixit, quod † tutor, vt poſſit adminiſtrare, & ſe gerere pro tutore, debeat ſatisdare rem pupilli ſaluam fore; ſubdit, & ſi mater eſt, quæ velit eſſe tutrix, debet
vltra promittere cum expreſſa hypotheca bonorum ſuorum: & licet Antonius Plagius *in tractat. de tutore & curatore. quæſt. 2. num. 7.* ſenſent, hanc † tutelam matris non eſſe le- 7
gitimam, ſed anomalam, ſiue extraordinariam, ſeu irregularem, ob aliquas differentias, de quibus per eum, tamen,
vt concludit Salyc. *in d. auth. matri & auia.* hæc eſt veritas,
quod ſit † tutela legitima, cum veniat à permiſſione legis, 8
videlicet Imperatoris Iuſtiniani, *§. ex his. in authen. de hered. ab inteſtat.* & vt idem ponit *in auth. vt ſine prohibit. matris. §. final.* & fideiuſſionibus dandis, & omnibus agendis; ſicut
matris, decernitur legibus, *vt Inſt. de ſatiſd. tut. §. pen.* ſubdit gl.
&, vt notum eſt, ſufficit † ſimilitudinem verſari in eo, de 9
quo agitur, licet in omnibus non ſit ſimilitudo, vt not.
Abb. *in cap. quemadmodum. de iureiuran. & in c. tranſlato. de conſtit.* vbi quoque Dec. *num. 6.* Crauet. *conſ. 93. in fin.* & ego quoque dixi, *Inſtit. de donat. in §. 1.* vnde mater † tutrix ſatisdare 10
debet, ſicut alii legitimi tutores, *d. l. legitimos.* ibi, *& eos ſatisdare certum eſt.* ſicut in ſimili videmus in † præſcriptione ſta- 11
tutaria, inducta in locum præſcriptionis iuris communis,
quæ ob id in eiſdem caſibus locum habet, in quibus locum
haberet illa iuris communis, vt declarat Bald. *in l. ſuperuacuam. not. tertio. C. de tempor. in integr. reſtit. & in l. in contractibus in prin. not. primo. C. de non numer. pecun.* vbi etiam Salyc. &
Ianus Decian. *reſpon. 62. num. 9. vol. 3.* vnde ſi hæc D. Æmilia
vult eſſe tutrix, debet ad ſimilitudinem aliorum tutorum
legitimorum teneri ſatisdare, rem pupillorum ſuorum ſaluam fore.

Iſtis tamen non obſtantibus, ex his, quæ in facto proponuntur, in contrariam ſententiam deſcendo: moueor imprimis, quia hæc D. Æmilia † diues eſt, vtpote quæ dotem 12
habuit ducatorum quinque millium, & tantundem augmenti dotis à viro ſuo memorato, ſicque ducatos decies
mille reperitur in bonis habere, quo ſtante, non tenetur ſatisdare; caſus eſt notab. *in l. teſtamento. ff. de teſtam. tut. verſic. nec ſatis.* vbi dicit Vlpianus: nec ſatis non dantes, temere repelluntur; & quia † plerunque bene probati & idonei, atq; 13
honeſti tutores, etiamſi ſatis non dent, non debent removeri
quinimo nec iubendi ſunt ſatisdare, ſicq; per illum textum
Antonius Plagius *in tractat. de tutor. & curat. quæſt. 7. num. 27.*
inter alias † limitationes, quibus tutor non tenetur ſatisda- 14
re, hanc ponit, quando locuples eſt. Et ad hanc limitationem bene deſeruit, quod in terminis ſatisdationis dicunt
in ſimili Imol. & Moder. *in l. facere poſſe. ff. ſol. mat.* de mercatore, qui in loco haberet magnarum quantitatum mercaturam, quamuis non poſſideret immobilia, qui ſatiſdare
non tenetur, eoſque ſequuntur Alexan. & Iaſ. *in l. ſecundum. col. 2. ff. qui ſatiſ. cog.* & Benuenutus Straccha *in tract. de mercat. in 2. par. nu. 24. cum ſeq.* licet enim hæc D. Æmilia non ſit mercatrix, ei tamen debentur magnæ quantitates dotis & augmenti, ducat. decem millium in ciuitate Rauennæ, in bonis & hereditate quondam mariti ſui; propterea teneri non
debet dictam ſatisdationem præſtare.

Secundo moueor ex eodem textu *in d. l. teſtamento.* in illis
verbis, *bene probati atque honeſti tutores*, quos non vult teneri
ſatisdare, nec ad id iuberi, & confirmat Bald. *in l. tutores. in 2. notab. ff. de legit. tutor.* Iaſ. *in l. iubemus. column. ſinal. Cod. de iudic.*
& ille Plagius *in dict. tractat. de tutor. & curat. quæſtion. 7. limitat. 4. num. 28.* dicentes, † quod ſi tutor legitimus eſſet multum fidelis, ex hoc ei remitteretur ſatisdatio: & hoc ad vn- 15
guem conuenit huic D. Æmiliæ, & in ea verificatur, quoniam in ſumma fide ſemper fuit apud maritum ſuum, & ſumma multum, vſque ad eius mortem, adeo quod ille dixit,
quod illa fuerat, & erat digna acquirere vnum regnum; &
hoc luculenter probari poterit, data competenti dilatione
minime deneganda.

Tertio, cum hæc domina pro † dotibus & augmento 16
prædictis habeat hypothecata omnia bona mariti, *l. in rebus. C. de iure dot.* & in † additamento dotis, dicit notab. 17
Ang. *in §. deinde. in auth. de æqua. dot.* quod in eo cenſentur
repetitæ omnes hypothecæ dotis, & cum eiſdem priuilegiis, ſequitur Decian. *reſpon. 11. nu. 24. vol. 1.* ſatis eſſet, pro ma-

ſoci tutamine pupillorum filiorum huius dominæ, ſi cede-
18 ret † eis hanc hypothecariam, in omnem euentum, quo
male eorum bona adminiſtraret; qua ceſſione mediante,
præferrentur omnibus creditoribus defuncti, & legatariis
defuncti, vt declarat idem Decian. *loc. cit. nu. 195.* magis enim
eſſent ſecuri filii eius penes ipſos habentes bona hypothe-
19 cata, † cum inclius ſit incumbere pignori, quam in perſo-
nam agere, §. *furti. Inſt. de oblig. quæ ex delict. & in l. itaque. §. fin.
ff. de fur.* & tradit Dec. *in l. plus cautionis. ff. de reg. iur. cum ſimil.*
& certe non eſt credendum, quod iſta domina tam fidelis
& affecta marito, dum vixit, tanquam bene qualificata, vel-
let cum detrimento ſuo & filiorum, quos ſupra modum di-
ligit, deteriorare bona, ſibique ipſi præiudicare.

Quarto huc accedit egregia deciſio Baldi *in l. abſtinen-
20 dum. C. quorum app. non recip.* vbi dicit, quod † ſi ſtatutum diſ-
ponat, quod damnatus debeat ſatiſdare, ſecundum quali-
tatem perſonæ, licet verbum, *ſatisdare,* intelligatur, cum fi-
deiuſſoribus, vel pignoribus, *l. 1. ff. qui ſatisdar. cog.* tamen ſi
eſt homo honeſtæ vitæ, & probatæ fidei, ſufficit iuratoria
cautio, per gloſſ. *in l. 1. ff. de rit. nup.* vbi gloſſ. ſingularis *in §. hu
21 autem.* vult, quod † virtus hominis ſufficiat pro ſatiſdatio-
ne, & eam multum notat Bald. *in c. 2. col. 2. de iudic. & in Rubr.
de eo qui mitt. in poſſ.* ſequitur Iaſon *in d. l. iubemus. col. final. verſ.
nono.* Quare ſic dici poſſet in caſu noſtro, ſufficere iurato-
riam cautionem dictæ dominæ Æmiliæ de rebus pupillo-
rum ſaluis ſtatutis: ſicque ad fideiuſſoriam cautionem eam
nequaquam teneri conſtanter dico. Hactenus declinata
fuit multum probabiliter regula, volens matrem volentem
tutricem eſſe debere dare fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam
fore: nam ex ſupradictis apparet, hanc dominam ad id non
teneri.

Sed & quinto coadiuuatur, quod eſt forenſis Rauennæ,
22 vbi † nubendo facta fuit de foro & domicilio viri, vt no-
tant Alexan. Iaſon, Dec. & D. meus Riminal. & Cagnol. *in l.
cum quadam puella. ff. de iur. omn. iudic.* ibique remanſura eſt vi-
23 dua, ne filios deſerat: nam † præſumitur propriam origi-
nem deſeruiſſe, prout determinat Ceph. *conſ. 171. nu. 3. 4.* Ro-
lan. a Valle *conſil. 79. n. 49. vol. 3.* & ego *conſ. 353. n. 50.* vnde non
poſſet hæc domina fideiuſſores inuenire Rauennæ, qui pro
24 ea fideiuberent: & † impoſſibilium nulla eſt obligatio; & ſi
25 vellet eos Venetiis dare, vbi duxit originem, non † eſſent i-
donei, velut de alieno territorio, vt per Bal. *in l. ſi fideiuſſor. §.
ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cogan. & in l. fin. C. per quas perſ. nob. acquir.*
cum licet eſſent idonei facultatibus, non eſſent idonei faci-
litate conueniendi, vt declarat Alex. *vol. 2. in fine prin. ff. qui
ſat. cog.* prout contingeret, hos filios ituros ad litigandum
Venetias extra patriam ſuam, cum magno damno: minus
26 me quoq; remouet à defenſione huius dominæ † conſue-
tudo, quæ allegatur, (vt audio) quod matres tutrices con-
ſueuerint fideiubere, quoniam non ſufficit ſimpliciter &
informiter probare conſuetudinem, niſi probetur, quod
inducta fuerit in caſu, qui vertebatur, videlicet, quando eſ-
ſet ſuſpicio fraudis, vt declarat Cur. iun. *conſ. 26. n. 10.* velut in
caſu noſtro, quod ſuſpicari poſſet, hanc dominam poſſe
fraudare filios in adminiſtratione tutelæ, quod nequa-
quam dici debet, ſtantibus optimis eius moribus, ſincerita-
27 te vitæ, & aliis ſupra deductis; & adeo † conſuetudo ſtricti
iuris eſt, vt nihil proficiat, ſi probetur generaliter, niſi etiam
probetur ſpecialiter in caſu, de quo agitur, vt per Oldrad.
conſ. 217. Anchar. *conſ. 239. pro maiori intelligentia. col. 3. verſ. ad
ſecundum.* Alexan. *conſ. 196. col. penul. verſic. quia vbi eſſet.* Curt.
iun. *in d. conſ. 26.* Burſat. *conſ. 127.* & ego *conſ. 364. num. 94.* vnde
probandum erit, quod alia mulier, & nedum vna, ſed plu-
res diuites, nobiles, fideles & affectiſſimæ marito, tanquam
per eum probatæ, compulſæ fuerint fideiubere, quod nun-
quam probabitur. Opponitur inſuper, vt audio, quod tem-
28 pore, † quo maritus ſe obligauit ad reſtitutionem dotis,
bannitus erat & exul, cum publicatione bonorum: vnde
non potuit ſe obligare, ſed reſpondetur, quod aut bannum
præceſſit dotis conſtitutionem, & tunc illa non venit in pu-
29 blicatione bonorum, quia in † publicatione bonorum
non veniunt bona futura, poſtea quæſita bannito, *l. ſi man-
datu tuo. §. ſi cum. ff. mandat.* Bartol. *in l. certa forma. per illum
tex.* & ibi Alex. *in addit. C. de iure fiſ. lib. 10. & in l. 2. col. fin. ff. de
bon. dam.* Bal. & Aret. *in l. eius qui. §. 1. per illum text. ff. de teſtam.*
Caſtr. *conſ. 56. vol. 1.* Bald. Ang. Alexan. & Dec. *in l. 1. §. illud. ff.
quod quiſque iur.* idemque Dec. *conſ. 235. n. 5. & conſ. 438. n. 10.* D.
meus Rimin. *conſil. 243. num. 77.* Soc. iun. *conſ. 51. vol. 1.* & Plot.
conſil. 138. num. 57. in 1. tom. criminal. vbi dicit, quod † ſi filius in 30
vita patris commiſerit homicidium, deinde ei per mortem
patris hereditas deferatur, eam in fiſcum non deuenire;
quem & alias ego retuli *conſ. 131. num. 8.* & nunc addo Cra-
uet. *conſ. 975. nu. 13.* ergo bene valuit obligatio facta per mari-
tum huius dominæ. Aut vero † dicimus, quod ante ban- 31
num dos fuerit viro conſtituta, & adhuc dico, quod huic
dominæ ius & actio competebat petendi dotem, & aug-
mentum ei debere reſtitui, etiamſi duraret matrimonium:
quoniam inter alios caſus, † quibus mulier agere poteſt, il- 32
le præcipuus eſt, cum maritus dicitur vergere ad inopiam, *l.
ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in §. al-
lud. in auth. de æqua. dot.* in dictis iuribus notant Doctores, po-
tiſſime *in d. l. ſi conſtante.* dantes exemplum, quod † maritus 33
dicatur vergere ad inopiam, cum incipit exulare, &, vt di-
cunt, eſſet bannitus de ciuitate, præſertim ſi etiam bona ſua
fuerint confiſcata, vt eſt de mente Bar. *in d. l. ſi conſtante. in 5.
quæſt. 1. part.* quam ibi communiter ſequuntur Doctores, vt
per Alexand. Iaſonem & Crotum. Idemque tenet Socin.
iun. *conſil. 55. num. 2. volum. 2.* concludens, quod ad hoc plura
allegari poſſent, ſed non putat expedire, quia clariſſimum
eſt, & nullus negat; quare ſi potuiſſet hæc domina petere &
conſequi ſuas dotes, conſtante matrimonio, multo fortius
nunc, eo ſoluto per mortem viri, idem facere poteſt, *tot. tit.
ff. ſol. matr.*

Secundo principaliter hæc † exceptio, de bonis confi- 34
ſcatis, ad fiſcum tantum pertinet, & præter eum nemo de
illa opponere poteſt, vt notant Bal. & Florian. poſt Ricard.
Maluimbræ *in l. ba conſequenter. §. 1. ff. famil. hercifcun.* vbi di-
cunt, quod † filio ſpurio ſolus fiſcus obiicere poteſt, quod 35
ſit incapax, non autem conſanguinei; idemque Bald. *conſil.
436. teſtator inſtituit. col. 2. vol. 3. in antiquis.* reddens † ratio- 36
nem, cur nullus alius, præter fiſcum, venientes ab inteſtato
non poſſit obiicere incapaci de incapacitate ſua, quia de-
ducunt ius tertii, id eſt, fiſci, quod eſt impoſſibile, cum non
habeant mandatum à fiſco, nec ſimus coram iudice fiſci,
nec ſit prætextus fiſci patronus, idemque Bal. *in l. 1. in fin. C. in
quib. cauſ. in integ. reſtit.* ſequitur Alex. *in add. Bar. in d. l. ba con-
ſequenter. §. 1.* Simile eſt, quod inquit Anch. *conſ. 275. ad fin.* de
Communitate † Bononiæ, quod licet auferre poſſit bona 37
bannito, velut indigno, nullus tamen alius ad vtilitatem e-
ius poteſt excipere de iure dictæ Communitatis, ſi ipſa
Communitas tacet, & eo non vtatur; & ita plenius ego
quoque dixi *conſ. 218. n. 77. cum ſeq.* quæ omnia maxime con-
ferunt ad huius dominæ defenſionem, & faciunt intentio-
nem dictarum ſororum vanam.

Tertio reſpondetur, dictas ſorores in vanum laborare,
ſtante, quod maritus huius dominæ fuit † reſtitutus in pri- 38
ſtinum pleniſſime, cum clauſulis prægnantibus, & in am-
pliſſima forma, per Summum Pontificem; quo ſtante, re-
cuperauit omnia bona ſua, etiamſi in alium fuiſſent trans-
lata & alienata, vt tradunt Cardinalis Florianus & Imol. *in
c. quia diligentia. de elect.* vbi dicit in ſpecie Cardin. ſe vidiſſe
ita de facto ſeruari, quod non admiſſa fuerit exceptio con-
fiſcationis, quia † ſuperior tollere poteſt magiſtratibus ſuis 39
ſibi ſubiectis, ne ius ſuper hoc reddant, cum poteſtas magi-
ſtratuum pendeat à ſuperiore, *l. 2. ff. de orig. iur.* & ſic † ordi- 40
nare poteſt, vt denegetur audientia, vel imponatur perpe-
tuum ſilentium, prout in pontificio Breui dictæ reſtitutio-
nis pleniſſime contineri dicitur: idemque tenent Alexan. &
Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 77. ff. de liber. & poſt.* vbi
quoque Soc. *num. 17.* Mod. Hiſpani *nu. 156.* Crot. *num. 56.* &
Claud. Aquen. *col. 6.* Parſ. *conſil. 1. num. 38. cum ſequen. vol. 4.* &
Cur. iun. *conſil. 210. num. 73.* quos omnes ſequor *conſil. 399. nu-
mer. 9. lib. 4.* quibus nunc addo Decianum *reſponſ. 23. numer.
61. vol. 1.* eaſdem & alias deciſiones allegantem. Poſtremo di-
citur, quod cum † bona, de quibus agitur, fuerint ſubiecta 41
fideicommiſſo, minime non poſſunt ea cauſa dotis in præio-
dicium

Digitized by Google

dicium fideicommiſſariorum, vt voluit Ang *in auth. de reſtit.*
& ea quæ parit. in princ colum. pen. verſ. item nota. vbi per illum
42 text. dicit, quod † ad hoc, vt pro dote danda, vel reſtituen-
da, res ſubiacentes reſtitutioni poſſint alienari, eſt neceſſe,
quod obligatio dotis præceſſerit grauamen, alias ſecus: &
hoc dictum refert Iaſon, *in auth. res quæ. col. pen. verſ. 5. limita.*
ſequitur Ruin. *conſil. 123. num. 13. vol 2.* & Pariſ. *conſil. 52. num.*
43 *34. vol. 2.* ſed breuiter in contrarium ſtat † communis opin.
vt declarat Dec. *conſil. 376. & conſil. 519. colum. 1. & 2.* volens,
quod imo pro reſtitutione dotis, bona ſubiecta fideicõmiſ-
ſo, ſint obligata, & alienari poſſint: licet obligatio reſtitu-
tionis dotis facta ſit poſt iniunctum fideicommiſſum; &
hoc aperte probatur *in d. auth. res quæ.* vbi dicit, quod in
bonis, & rebus, quę ſubiectæ ſunt fideicommiſſo, filius gra-
natus poteſt conſtituere dotem pro filia: & idem dicit tex.
in §. quamobrem. in d. auth. de reſtitut. & ea quæ parit. cum e-
nim iſta iura hoc permittant, non obſtante, quod bona eſ-
ſent ſubiecta fideicommiſſo, datur intelligi, quod loquun-
tur, quando grauamen, & onus fideicommiſſi præcedebat
conſtitutionem dotis; quia ſi conſtitutio dotis præcederet
fideicommiſſum, non diceretur filius obligare res ſubie-
ctas reſtitutioni, ex quo, tempore obligationis pro dote,
44 non aderat fideicommiſſum: & † cum hoc habeat locum
in conſtitutione dotis pariter in reſtitutione dotis idem di-
cendum eſt, vt notant gloſſ. & Dd. *in d. auth. res quæ.* &
hoc idem comprobatur, quia textus *in d. auth. de reſtit. &*
ea quæ parit. col. 2. dicit, quod mulieres fraudabantur igno-
rantia fideicommiſſi, & propterea, *in §. quamobrem.* fuit fa-
cta prouiſio ne fraudentur; ex hoc enim, quod de igno-
rantia fideicõmiſſi dicitur, videtur quod tempore, quo dos
dabatur, extaret fideicommiſſum, & ita ponderat, & indu-
cit illum text. Alex. in terminis *in conſil. 63. viſis & ponderatis.*
in fin. volum. 4. & videtur illud conſilium fuiſſe Ioan. de A-
nan. inter eius conſilia, *in conſil. 61.* vbi late oſtendit, iſtam
45 eſſe † communem opin. ſecundum Bartol. Bald. Angel. &
Salyc. quos ibi refert, & ſecundum communem opin. late
nouiſſime conſuluit Socyn. *conſ. 21. vol. 3.* vbi dicit, ſæpe con-
ſultum fuiſſe per genitorem ſuum, D. Marianum, & aduo-
catos Florentinos contra Angelum, & ad allegata in con-
trarium bene reſpondet, ſicut & ad §. *hæc igitur.* per quem
46 mouetur Angel. reſpondet Decius, quod loquatur de † au-
gumẽto dotis, quod fit in fraudem fideicommiſſi, quæ ra-
tio ceſſat in conſtitutione dotis; ſed & ceſſare debet in au-
gumento dotis, alio non apparente, potiſſime vero in nobi-
libus perſonis, qualis erat maritus, de nobili familia Raſpo-
na, & hæc domina vxor ſua, de nobili familia Veneta; inter
47 quos † nobiles fraus non præſumitur. *c. nobiliſſimus. 17. diſtin.*
Ioan. Andr. *in c. ad Apoſtolicæ. verſ. proponit iura. de re iudic. in 6.*
Decian. *reſponſ. 57. num. 30. vol. 1.* ſicut & idem *reſponſ. 2. n. 129.*
48 *& in fin. vol. 1.* dicit, ex † licitis, & fieri ſolitis, fraudem non
præſumi, prout ſunt augmenta dotium, & æqualia, quæ
iure permittuntur, *in auth. de æqual. dotis. cum ſimilibus.* qua-
re ſublatis contrariis, quæ potius merita concernunt, quam
præſentem articulum, dandi fideiuſſorem, per hanc domi-
nam de rebus filiorum ſuorum conſeruandis, concludo,
eam ad eam non teneri, ex ſupra deductis. *Hippolyt. Ri-*
minald. Ferrariæ.

Pro fratribus de Rizzoliis.

ARG. An Ratificatio locum habeat, in cauſis ſpe-
ciale mandatum requirentibus, & an is, qui in-
terrogatus, an approbare velit geſta, per pro-
curatorem, & vti teſtibus examinatis; reſpõdit,
ſe ad hoc non teneri reſpondere: quia non fue-
rit pars eius iudicii: geſta per procuratorem,
poſtea ratificare poſſit. Et qui actus dicãtur iu-
diciales, vel extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio non prodeſt, cum fuit oppoſitum ante ratificationem.*
2 *Dictio, alias, denotat diuerſitatem à ſupra expreſſis, & illa excludit.*
3 *Pronunciatio debet eſſe petitioni conformis, ſicut & reſponſio ſimplex interrogationi. n. 4.*
5 *Ratificatio fieri nequit, cum de mandato fuit oppoſitum.*
6 *Falſi procuratoris geſta, quando rata haberi non poſſint ad commodum approbantis.*
7 *Procurator non dicitur habere mandatum, qui illud non profert.*
8 *Ratificatio an operetur in cauſis requirentibus ſpeciale mandatum & n. 9. 10. 11 & 12.*
13 *Mandatum ſpeciale requiritur, ad faciendum incidere deteriorem in pœnam & n. 13.*
14 *In mandato generali non venit, quod eſt ſpeciale.*
16 *Actum factum contra prohibitionem ſtatuti, eſt nullus.*
17 *Actor, & reus requiruntur in omni iudicio. Et ſi actor eſt inhabilis, non valet iudicium. n. 18.*
19 *Actus annullatio non requiritur, cum ſtatutum prohibet ad vlteriora procedi.*
20 *Repugnantia non admittitur. Et allegans contraria non auditur & n. 21.*
22 *Contrarietas, & correctio in quibuſcunque diſpoſitionibus, eſt vitanda.*
23 *Ratificatio non ſufficit, cum ſtatutum requirit mandatum pro forma.*
24 *Ratificatio iudicii, eiusq; actorum, non valet, cum pars dicit ſe non eſſe partem illius iudicii. & ſe illi non interueniſſe.*
25 *Ratificatio fieri non poteſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit ius quæſitum.*
26 *Actus interrogandi, & reſpondendi Interrogatorio, non eſt iudicialis. Et qui dicantur actus iudiciales & n. 27.*
28 *Actus denominatio fieri ſolet à dignitate, & ab eo conſiderari.*
29 *Contractus talis eſt, qualis denominatur à partibus.*
30 *Statutum loquens indefinite de actibus iudicialibus, æquipollet vniuerſali.*
31 *Indefinita à ſtatuto prolata, in quibus æquipolleat vniuerſali.*
32 *Interrogatorium, an pars velit vti teſtibus pro veris, ad quem effectum fiant.*
33 *Exempla non reſtringunt regulam.*
34 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
35 *Acta dicuntur ſcriptura facta coram iudice.*
36 *Multa tractantur quæ non perſiciuntur & n. 37.*
38 *Verbum, velle, iunctum cum verbo infinitiui temporis, videl.* contra-
here, an inducat diſpoſitionem & n. 39 & 40.
41 *Ratificatio non poteſt fieri ab eo, qui à iudicio ſe excluſit & n. 44.*
42 *Mandati defectus reddit iudicium retro nullum.*
43 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*

CONSIL. DCCCXIII.

DE anno 1571. citata fuit domina Paula de Barberiis,
ad reſpondendum Interrogatorio; An vellet vti teſti-
bus pro veris, examinatis inter eam, & fratres de Rizzo-
liis; quia volebant eos redarguere de falſo, ſi reſponderet,
ſe eis velle vti pro veris, iuxta formam ſtatuti? Quæ re-
ſpondit, ſe non teneri reſpondere dicto interrogatorio;
quia non erat pars illius iudicii, & ei non interuenerat: &
cum dicerent Rizzolli, quod imo interuenerat, per Dom.
Chriſtophorum Conſtantinum, procuratorem, citatus
fuit ipſe, ad exhibendum mandatum, ſi quod habebat à
Dn. Paula de Barberiis, alias pronunciabitur in deterio-
rem partem; ſicque pronunciauit Dn. Vicarius: deinde
poſt lapſos plures annos, quibus tacuit Dn. Paula, ipſa de
anno 1584. ſciens iudicium fuiſſe motum per dictum Con-
ſtantinum, eius procuratorem, & alios fratres ſuos de Ca-
taphis, & proſecutum fuiſſe, optans illud perficere, ratifi-
cauit omnia, & ſingula, geſta, & actitata per ipſum Dom.
Conſtantinum, ſuo nomine, & D. Ioannem Cabeum,
ſuum procuratorem conſtituit: quare nunc quæritur,
an audiri debeat, eique proſit ratificatio prædicta: & quod
ſic, dubitat Clariſſim. D. Petrus Cocapanus, iudex prima-
rum appellationum, velut mihi frater maior honorandus,
non obſtantibus tribus, quæ ipſi Dn. Paulæ obiiciuntur,
de quibus ponit Paſettus *in conſil. 94. num. 20.* inquit enim
primo loco Paſettus, † ratihabitionem non operari, nec 1
prodeſſe, cum fuit oppoſitum ante ratificationem; vt tra-
dit Iaſon *in l. licet. colum. 3. C. de procur. verſic. primo niſi* ſed
reſpondet Dn. Index quod non fuit oppoſitum, procura-
torem Dn. Paulæ non habere mandatum, ſed tantum
fuit citatus, ad exhibendum mandatum, alias pronun-
tiabitur in deteriorem partem: & ipſa domina Paula non
contendit contra inſtantem ad exhibendum, mandatum
illud adeſſe, ſed ex pronuncia ſubſequenti cenſetur tan-
tum fateri, procuratorem Conſtantinum non habere
mandatum ab ipſa, qui caſus eſt omnino diuerſus à ſu-
pra dicto. Subtilis ſane fuit, & ingenioſa conſideratio Dn.

iudicis; ſed quæ tamen quoque ſubtiliter euitari poteſt, &
ſolū: nam Conſtantinus non ſolum fuit citatus, ad exhi-
bendum mandatum, ſi quod habebat à D. Paula, ſed plus
additum fuit; alias pronunciabitur in deteriorem partem;
quæ verba denotabant, quod pronunciaretur, illum non
2 habere mandatum: quia illa dictio, † *alias*, denotat diuerſi-
tatem à ſupra expreſſis, & illam excludit. *l. ſi fundum ſub con-
ditione. §. ſi libertus. ff. de legat. 1.* Decian. *reſp. 24. num. 99. volum. 1.*
ideo, ſi D. Vicarius pronunciauit, niſi hinc ad ſecundam ex-
hibitum fuerit mandatum; ſequitur, quod pronuncia ſit
conformis inſtantiæ, factæ per Rizzolis; quod non exhi-
bendo mandatum pronunciaretur in deteriorem partem,
3 ſcilicet Conſtantinum illud non habere; Ita † pronuncia
fuit conformis petitioni. *l. vt fundus. ff. commun. diuidun.* &
4 prout de reſponſione † ſimplici, quæ intelligitur confor-
mis interrogationi. *§. præterea. inſtit. de inutil. ſtipul.* hincque
5 correlatiue infertur bene verificari, † ratificari non poſſe,
poſtquam de mandato fuit oppoſitum, vt poſt Bald. *in l. li-
cet. ff. de iudic.* & Felynum *in cap. cauſam quæ. colum. final. verſic.
fallit 8. eod. tit.* dicit Paſet, quem Felynum diligenter & do-
cte ponderat D. iudex, vt intelligi debeat in ratificante poſt
latam ſententiam, dum Felynus dicit; niſi victori poſſit im-
putari mora; ſi victori; ergo de mora poſt ſententiam con-
tracta: nam cum ante dictam pronunciam fuiſſet oppoſi-
tum, exhiberi dictum aſſertum mādatum, ſi quod extrabat,
quia Rizzoli præſupponebant illud nō extare, deinde pro-
nuncia ſecuta fuerit, bene ſequitur, quod ratificatio Dn.
Paulæ, poſt dictam pronunciam, ei prodeſſe non poſſit, nec
per eam fieri potuit, poſtquam non poteſt imputari mora
Rizzolis victoribus, qui de dicto mandato ſatis oppoſue-
6 runt ante. & hanc concluſionem; quod † falſi procuratoris
geſta rata haberi non poſſint ad commodum approbantis,
ſententia iam lata, vel cauſæ concluſione facta, dicit Cra-
uetta *conſil. 387. num. 5.* tenere dominos de Rota, in duabus
deciſionibus, allegatis per eum. Quæ opinio licet, vt ſub-
dit, non videatur expedita, vt etiam dicit Dn. Iudex, cum
non deſint, qui aliter ſentiāt: tamen inquit Crauetta extre-
mis inhabilibus accedentibus liquida debet exiſtimari, vt
quod Dn. Paula, & Pœnitentius eius Procurator dixerint;
non eſſe partem præſentis iudicii; & quod acta facta per
Conſtantinum ſuo nomine, vitio laborent, inopia manda-
7 ti, vt ibi declarat Crauett. qui proprie dicit, quod † procura-
tor non dicitur habere mandatum, qui illud non profert, vt
inquit Io. de Anan. quem citat *in conſ. 104. in fin.* quare ceſſat
primum dubium D. Iudicis.

8 Nunc ad ſecundum tranſeo, quod erat: in † requirentib.
ſpeciale mandatum, ratificationem nō operari: vt dicit Pa-
ſetrus *in d. conſil. 194.* poſt Iaſ. *in d. l. licet. limitat. 4.* negat enim
9 Dn. Iudex hunc caſum ſpeciale mādatum requirere; † quin
immo ſubdit etiam, in requirentibus ſpeciale mandatum,
ratificationem prodeſſe: vt per Bald. Angel. Caſtren. *num. 3.*
Iaſ. *num. 2.* & Dec. *num. 2. & 3. in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſ.*
10 *iur.* vnde dicunt, quod † ratihabitio æquiparatur ſpeciali
mandato, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum; &
11 ideo ſi quis fecit † compromiſſum nomine alterius, & ille
ratum habeat, valebit compromiſſum, licet in eo requira-
tur ſpeciale mandatum, vt not. Abb. *in c. per tuas. de arbitr.*
Sed & in his aduerti debet: nam, etiāſi caſus noſter manda-
tum ſpeciale requireret: tamen cum citaretur D. Paula, ad
reſpondendum Interrogatorio: an ipſa vellet vti pro veris,
teſtibus examinatis in cauſa; clarum eſt, quod ſi ipſa, vel e-
ius Procurator reſpondiſſet, ſe velle illis vti pro veris, &
poſtmodum Rizzolli probaſſent, eos eſſe falſos; ipſa inci-
diſſet in pœnam amputationis vnius manus, & cauſam a-
miſiſſet, vt in ſtatuto, *de pœna producentis falſos teſtes, vel eu
tentem lib. 3. cap. 109.* ergo requirebatur ſpeciale mandatum,
12 ad faciēdum incidere † dominum in pœnam. *l. ſi procurator.*
& ibi Bart. & alii notant, vbi Iaſ. *ff. de cond. indeb.* qui citat in-
ter alia conſilium Bartol. quod incipit: *inter procuratorem,*
13 dicentis † ſtante ſtatuto, quod nullus procurator producat
teſtes, ſub certa pœna, non valere productionem factam à
14 procuratore generali contra dictum ſtatutum: † nam in
mandato generali non venit aliquid, quod ſit pœnale; &
quæ notantur *in d. l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſ. iur.* de com-
promiſſo † facto alieno nomine, ſine mandato ſpeciali, 15
quod ratificari poſſit, procedunt, vbi materia non eſt pœ-
nalis, alias ſecus, ex notatis *in d. l. ſi procurator.*

Circa tertium motiuum, licet iudicium motum fuerit
tempore ſtatuti noui, quo mandatum requiri videtur ita
demum, ſi reus opponat, alias ſecus; conſidero, quod ſtatu-
tum prædictum duo dicit: primum, quod ſi procurator nō
fecerit fidem mandati, reus conuentus de hoc ſpecialiter
opponens, reſpondere non tenetur: ſecundum eſt, quod
ſubdit ſtatutum, & ad vlteriora non poſſit procedi: prima
pars reſpicit clare perſonam rei conuenti, qui non tenetur
reſpondere; ſecunda vero pars reſpicit perſonam actoris,
ad quem pertinet ad vlteriora procedere, non ad reum,
qui fugiens appellatur. *in l. properandum. in fin. princ. C. de iu-
dic.* & cum ille per dicta verba inhabilitetur; ſequitur, quod
requiratur fides mandati ſui procuratoris, alias iudicium
eſt nullum: quia † cum actus ſit contra prohibitionem ſta- 16
tuti, eſt nullus. *l. non dubium. C. de legib.* & quia in † omni iu- 17
dicio requiruntur actor, & reus, *c. forus. de verb. ſignif.* vnde ſi
perſona † actoris eſt inhabilis, non valet iudicium, vt decla- 18
rat Dec. *conſil. 275. colum. 3.* neque † requiritur annullatio, 19
quando ſtatutum prohibet ad vlteriora procedi *d. l. non du-
bium.* vbi late Iaſon poſt alios tradit, & pulchre declarat: &
in quantum dicit Dn. Iudex, quod licet D. Paula dixerit ſe
non teneri reſpondere interrogatorio, quia non erat pars
illius iudicii; non tamen dicitur illi renunciaſſe: quia re-
nunciatio ſtricti iuris eſt, & ideo poteſt illud ratificare, &
viuificare omnia geſta eius nomine: reſpondeo, quod ſi
tunc impugnauit acta illius iudicii, repugnat nunc expreſſe
ſe illis vti velle, per eorum ratificationem; quæ † repugnan- 20
tia non admittitur. *l. vbi repugnantiam. ff. de reg. iu.* & ibi Dec.
dicens; quod † allegans contraria, non audiatur, & vbi eſt 21
contrarietas, quis nō excuſatur, etiam ruſticus, vt per Bald.
in l. ſcriptura. colum. final. C. de fide inſtru. † euitanda enim eſt 22
contrarietas, & correctio in quibuſcunque diſpoſitioni-
bus, vt per Alexand. *conſil. 141. colum. 4. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 3.
num. 25. vol. 3.* & Decian. *reſponſ. 7. num. 75. vol. 1.* & in quantum
ſtatutum, ſiue † vetus, ſiue nouum, requirit omnino man- 23
datum pro forma procuratoris actoris, vtique non ſufficit
ratificatio, vt inquit Bald. *in l. executorem. colum. 4. verſ. ſed ſi
quis notarius. C. de execut. reiud.* & poſt eum Dec. *in l. ſemper
qui non prohibet. num. 7. ff. de regul. iur.* Tantoque minus † di- 24
ci poteſt, ratificationem illius iudicii, & eius actorum; fieri
poſſe per D. Paulam, quæ dixit non eſſe partem illius iudi-
cii, & ſe illi non interueniſſe, ſtante acceptatione Bertazo-
li, procuratoris dictorum fratrum de Rizzolis; ex qua di-
citur eſſe ius quæſitum illis: quia † ratificatio fieri non pō- 25
teſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit ius quæ-
ſitum, vt concludit Dec. *conſil. 226. in fin.* & Crauet. *conſil. 19.
num. 2.* idemque Ruin. *conſil. 8. num. 3. & conſil. 104. num. 9. vol.
4.* cum fieri debeat ante ius alteri quæſitum, vt idem Ruin.
tradit *conſil. 119. n. 4. vol. 1.* cum enim ſic dicens D. Paula, dica-
tur confeſſa D. Conſtantinum non habuiſſe mandatum ab
ea, vt admittit etiam Dn. Iudex, in primo dubio, ſequitur,
vt nunc inconſtanter, & reuoluto mantello, non poſſit ad-
uerſus illam confeſſionem venire, licet ſibi nociuam, velut
in iudicio factam, vt voluit Guido de Suzaria. *in l. licet. C. de
procur.* Bald. *in l. 1. ff. de negot. geſt.* Alexand. *in l. ſæpe. num. 33. verſ.
7. ſaluari. ff. de re iudic.* Ruin. *in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. num.
4.* Crauet. *conſ. 1. ad fin.* Natta *conſil. 252. num. 7.* & ego *conſil.
275. num. 55.* qui loquuntur in confeſſione tacita, qualis fuit
hæc D. Paulæ.

Poſtremo concludit D. Iudex, quod D. Paula citata ad
reſpondendum d. Interrogatorio, non potuit ſibi præiudi-
care, ſine ſolemnitatibus requiſitis à ſtatuto, *de iudem. mul.*
& licet illud eas remittat in actibus iudicialibus; tamen in-
quit Dn. Iudex, quod hic actus † interrogandi, & reſpon- 26
dendi dicto interrogatorio, non eſt actus iudicialis, vt per
Aſinium, *in praxi. §. 14.* vbi dicit, quod † acta iudicialia ea 27
ſont, quæ tendunt ad litis ordinationem, vt libellus, litis
conteſtatio, & ſimilia, qualis non eſt actus prædictus. Ego
ſane contrarium dico, primo, quia ſtatutum prædictum,
poſt

Digitized by Google

poſt requiſitas ſolennitates in contractib. mulierum; ſub-
dit, *& prædicta non intelligantur in actibus, ſiue negotiis iudiciali-
bus*, negari enim non poteſt, quin Bertaz. nomine Rizzol-
lorum, producens actum in ſcriptis, coram D. Vincentio, &
petens interrogari D. Paulam, an velit vti teſtibus pro veris;
ipſaque ad id citata, dixerit ſe non teneri reſpondere dicto
Interrogatorio, quia non eſt pars præſentis iudicii, & in eo
non interuenit, dicantur feciſſe vtrinque actus, & negotia
iudiciales, ſiue iudicialia, ex quo coram iudice, eos, & ea fe-
cerunt, & dixerunt, habente dignitatem Vicariatus D. Po-
28 teſtatis: † actus enim denominatio fieri ſolet à dignitate, &
ab ea conſiderari. *c. quod in dubiis. & ibi not.* Abb. & Anchar.
*de conſecr. eccl. vel alt. aru. l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de don. inter
vir.* quam citat ad hoc D. meus Rimin. *in l. Imperium. ff. de iur.
omn. iud.* & ego dixi *conſil. 136. num. 12.* licet & de contractu
29 dicit Bald. *in addit. Specul. de locato. in princ.* quod † talis ſit cō-
tractus, qualis denominatur à partibus: ſequitur Natt. *conſ.
30 194. col. 1.* & ego *conſil. 295. num. 40.* & cum dictum † ſtatutum
loquatur indefinite, de actibus iudicialibus, æquipollet v-
niuerſali, ſicut de indefinita legis dicit Bart. *in l. ſi plurib. ff. de
leg. 1.* & ibi Caſtren. ſequitur Natta *conſil. 66. num. 5.* & idem
de indefinita ſtatuti tradit Bar. *in l. omnes populi in 3. q. 6. quæſt.
31 princ. ff. de iuſtit. & iur.* quod † indefinita à ſtatuto prolata, æ-
quipolleat vniuerſali, in his, in quibus eſt eadem ratio; quia
ſecundum mentem ſtatuti iſta eſt congrua interpretatio: ſe-
quor ego, *conſil. 275. num. 44.* prout eſt in caſu noſtro: nam
32 tunc hæc † Interrogatoria, vt pars reſpondeat, an velit vti
teſtibus pro veris, ad effectum ordinandæ litis in cauſa cri-
minali inſtituēda de falſo; & ideo poſt citationem primam
D. Paulæ, fuit etiam ei aſſignatus terminus 5. dierum ad de-
liberare reſpondendum d. Interrogatorio, iuxta formam
ſtatuti, *de pœna producentis lib. 3. cap. 109.* vnde non obſtat Aſi-
nius, *citatus in ſua prax.*, ſed verius concordat, dum dixit; a-
cta iudicialia ea eſſe, quæ tendunt ad ordinationem litis, vt
eſt libellus, litis conteſtatio, & ſimilia: locutus enim fuit per
33 exempla, quæ † non reſtringunt regulam. *l. damni infecti. §.
Sabinus. ff. de dam. infect.* & hic actus reſpondendi Interroga-
torio eſt ſimilis, velut, qui tendit ad ordinationem d. litis,
ſicut & comparitio D. Paulæ, dicentis ſe non teneri reſpon-
dere d. Interrogatorio, &c. ad impediendam dictam litis
34 ordinationem: quia † contrariorum eadem eſt diſciplina.
l. fin. §. contra quoq. ff. de leg. 3. cum vulgar. Et in ſumma de hoc
non eſt dubitandum, quin hic caſus non fuerit actus iudi-
35 cialis, veluti factus coram iudice: quia † acta, dicuntur ſcri-
pturæ factæ coram iudice, ſecundum gloſſ. *in verb. actorum.
in l. illud. & ibi notat* Bald. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* ſequitur A-
lexand. *in l. acta. ff. de re iudic.* Nec obſtat, quod inquit D. Iu-
dex; quod ſi hic actus, & ſimiles, dici poſſent iudiciales, eſ-
ſet via inuenta fraudandi intentionem ſtatuentium; quia
poſſet quilibet, volens cum muliere contrahere, illam in
iudicio interrogare, ipſaque annuens conſentire, ac ſe obli-
gare: Quoniam talis interrogatio, & reſponſio mulieris an-
nuentis, non eſſet contractus, ſed tractatus, & præordina-
tio futuræ promiſſionis, & obligationis de contrahendo,
quæ non obligarent mulierem, nec probatio talis tractatus
36 ſufficeret: quia † multa tractantur quæ non perficiuntur,
vt notat Bald. *in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi quis alte. vel ſi-
bi.* eſt enim tractatus ſeparatus ab ipſo contractu, vt proba-
tur *in cap. tua. de his quæ fiunt à prælatis:* hinc Bald. eleganter
in l. cum allegas. colum. 2. verſ. ſcias. & cap. de vſur. dicit, quod
37 non † ſufficiat probari ratiocinationem, & quod verba fa-
cta ſint de aliquo contractu, niſi probetur, quod concluſio
firmata ſit: quia multa dicuntur, quæ non fiunt. *l. ſciendum.
in fin. ff. de ædil. edict.* & tota vis in concluſione conſiſtit. *l. ſi vo-
luntate. vbi Bald. C. de reſcind. vend.* ſicque arguit Alexand. *in
ſimili. conſil. 31. volum. 1. & conſil. 57. in fin. volum. 6.* & in alio ple-
ne Dec. *conſil. 488. num. 10.* quos ego ſequor *conſil. 52. num. 16.*
Idque confirmatur in caſu propoſito per D. Iudicem; quan-
do quis interrogaret in iudicio mulierem, an vellet ſecum
38 contrahere: nam † verbum, *velle*, iunctum cum verbo infi-
niti temporis, vt eſt, *contrahere, relinquere, & id genus.* non in-
ducit diſpoſitionem, vt tenent contra Bartolum Angel. I-
39 mola, Caſtrenſ. Cuman. Aret. &c. magis † communiter, vt

ibi refert Iaſ. *in l. fratri electione. ff. de legat. 2.* ſed eſſet quidam
tractatus, ſic † in futurum diſponendi, nec inter filios ſer- 40
uandus, vt tradit Dec. *in d. conſil. 438. colum. 2.* poſt Oldrad.
conſil. 119. & ego dixi *conſ. 105. num. 20.* nec mulier, reſpondens
ſe velle contrahere, obligaretur ex tali reſponſione: quia
ſtatutum de hoc non loquitur, ſed de contractu: & quan-
do poſtmodum contraheret in effectu, non obligaretur,
ſine ſolemnitatibus dicti ſtatuti: at caſus noſter eſt longe
diuerſus ab illo; quia ſupponitur in caſu noſtro, iam teſtes
ab aduerſario fuiſſe examinatos, & in cauſa productos;
qui interrogatur, an eis velit vti pro veris, qui ſi reſpondeat,
quod ſic, & probetur eos dixiſſe falſum, iis vtens obligatur,
& punitur, vt in ſtatuto & ex prædictis concludendo dico;
quod † hæc D. Paula ratificare non poteſt geſta in iudicio, 41
à quo ſe excluſit, dicens; quod non fuerit eius pars, nec illi
interuenerit: nam † defectus mandati reddit iudicium re- 42
tro nullum. Alexand. *conſil. 147. colum. 1. volum. 6.* Marſil. *ſing.
323. in fin.* & † quod nullum eſt, nullum operatur effectum. 43
l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Cephal. *conſil. 164. num. 17. &
conſil. 229. num. 11.* & ſi prætendit aliquid iuris in bonis, de
quibus agitur, incipiat aliud iudicium, & ei reſpondebunt
Rizzoli, tuncque de meritis erit agendum, nunc autem
nequaquam, ne via, quæ ei nunc eſt clauſa, patens fiat: &
ita reſideo.

Poſtremo, ne nos æquiuocemus in facto, in quo hacte-
nus verſatus ſum, vt dubiis propoſitis ſatisfacerem, aduerti
debet, quod duæ ſunt Paulæ, vna filia D. Io. Pauli Caraphæ,
& huius, & aliorum fratrum, & ſororum ſuarum, bene Dn.
Chriſtophorus Conſtantinus fuit procurator, vt in inſtru-
mento mandati, rogato per Bonſignorium de anno 1569.
2. Februar. altera fuit Paula, filia quond. Hieron. de Barbe-
riis; & hæc eſt illa, quæ dicit ſe ratificaſſe geſta eius nomine,
per d. Conſtantinū, & quæ iudicium cœptū cum Rizzolis,
optat perficere: ſed ob ea forſan fallacia vult eos decipere,
quod fuerit filia quondam D. Anaſtaſiæ, filiæ Io. Iacobi de
Barberiis; at ſuperior Paula fuit filia Io. Pauli Caraphæ: &
in ſumma hæc puella nullum fecit mandatum Conſtanti-
no, & propterea bene dixit, cum citata fuit ad reſpondendū
Interrogatorio, ſe non eſſe partem dicti iudicii, nec illi in-
teruenıſſe, licet nunc decipiendo Rizzollos (ſi poſſet) ſecus
ſentiat, in aſſerta ratificatione, rogata per Franciſcum No-
uum: propterea ſequitur, quod ipſa † ratificare non poteſt 44
acta, non ſuo nomine facta, ſed alterius Paulæ, *vt habetur in
c. ratum. de regul. iur. in 6. ad idem eſt text. in l. pupilli. §. ſed ſi ego.*
vbi Bart. *ff. de negot. geſt.* & per Dec. *in l. ſemper qui non prohi-
ber. ff. de regul. iur.* qui declarat hoc procedere, fauore ra-
tificantis, licet in præiudicium ſuum ſecus; & nos in primo
caſu verſamur: quare ſic fallaciam huius D. Paulæ detegen-
do res clara remanet, quod hæc ratificatio eius de iure non
procedat, nec admitti debeat. *Hippolytus Riminaldus Fer-
rariæ.*

Pro fratribus de Sarachis.

ARG. An beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit.
locum habeat, ſi in contractu venditionis ap-
1 poſita ſit clauſula, ſi res vēdita plus valeat, quod
id ſponte, & ex certa ſcientia venditor emptori
irreuocabiliter donet. Et de qualitatibus, pre-
cium, & valorem rei venditæ minuentib. Item
clauſulis quibus beneficio d. l. 2. renunciatur.

SVMMARIVM.

1 *In remedio l. 2. C. de reſcin. vend. qualitas venditorum diligenter ſpe-
ctanda.*
2 *Res empta à contentioſo, vilioris pretij videatur. Item obnoxia annuæ
penſioni. & decimæ fructuum. num. 3. Item valles aquoſæ, & lu-
toſæ. n. 4.*
5 *Læſio conſiderari non poteſt in his, quæ pendent à futuro euentu incerto,
tam ad commodum quam incommodum.*
6 *Clauſula donationis inſtrumento inſerta, an excludat beneficium l. 2.
C. de reſcind. vend.*
7 *Teſtes de valore rerum venditarum deponentes præciſe ſe referre debent
ad tempus contractus.*

8 Clauſula

eſt in l. ſi dictum. ff. de euict. ſecundum intellectum Iaſonis,
quem probant Ruinus, & Hormanotus *in d. Rubr. de oper. non.*
nunc. vbi in promittente duplam de euictione, dicit Paulus,
non tamen (vt vulgus opinatur) ſatiſdare debet, qui duplam
45 promittit, ſed ſufficit nuda promiſſio; cum enim † talis opi-
nio vulgi erraret in iure, non attenditur, vt illi dicunt. Sic et-
46 iam in caſu noſtro dici debet, quod ſi conſtaret, quod † vul-
gus opinaretur, remiſſioni locum eſſe pro damno, infra di-
midiam penſionis conuentæ, cum erraret in iure, quo ſecun-
dum communem, damnum debet excedere dimidiam, non
deberet attendi, quare multis medijs patet hanc opinionem
vulgi, in materia noſtra conſequendi remiſſionem penſio-
nis eſſe reijciendam, quæ omnia pariter dixi *in alleg. conſ. 282.*
à num. 107. vſque ad 114. incluſiue. dum vero ſubdit Socin. iun.
47 *in d. conſ. 78. colum. 3.* quod † iuris loquentia in iſta materia ap-
pellant damna amiſſiones, ſeu deuaſtationes fructuum, *vt*
in l. ſi merces. §. vis maior. & in l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. ff.
locati. dico, poſito, quod iſtud ſit verum, tamen textus *in d.*
48 *§. vis maior.* loquitur, † ſi plusquam tolerabile eſt, læſi fuerint
fructus, quod eſt intelligendum de læſione vltra dimidiam
penſionis, ſecundum communem opinionem, & Caſtren-
ſem, ibi, quod ex ſequentibus verbis colligitur, dum ſubdit:
alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui
immodicum lucrum non aufertur, vt legunt Pandectæ ver-
49 bum † *immodicum*, id eſt, magnum, vt exceſſiuum dimidiæ
penſionis, quo vero ad textum *in §. ſi vis tempeſtatis*, cum di-
cit, *ſi vis tempeſtatis calamitoſa contigerit*; debet intelligi, quæ
omnem fructum tulerit, vt ſubdit *in §. ſed ſi labes* aut vltra di-
midiam penſionis, ſecus ſi infra eam, vt colligitur *in verſ.*
idemque dicendum, vbi dicitur; *Si exercitus præteriens per laſci-*
uiam aliquid abſtulerit; ſcilicet modicum, ſecundum gloſſ. &
ſic citra dimidiam penſionis, nam de eo locator non tene-
tur. & in quantum Socin. iunior adducit etiam textum, *in*
50 *l. † damnum. C. locat.* vbi damnum illatum per aggreſſuram
latronum, pertinet ad Colonum, & ſic ad conductorem;
non autem ad dominum fundi locati, dic quod ad rem non
faciat, vt putat Socin. iun. quod loquatur de damno in fru-
ctibus contingente, vt eum declarat Bald. *in l. licet in prima*
oppo. C. eo. & male meo iudicio, quia loquitur de damno il-
lato in rebus proprijs coloni, inuentis in poſſeſſione con-
ducta, vt intelligit, & bene Iacob. Aretin. & Salic. puta, quod
latrones abſtulerint ſupellectilia, vel animalia coloni, per
eum in re conducta inuecta, vt denotant verba textus, qui
dicit; *damnum, quod per aggreſſuram Latronum in poſſeſſionibus*
locatis rei tuæ illatum eſſe proponis, à domina earundem poſſeſſio-
num; nam nullum criminis reum facere te dicis, reſarciri tibi nulla
ratione deſideras: non ergo loquitur de damno fructuum
rei locatæ, & ſic ad propoſitum noſtrum non facit ille
textus.

Nunc ad tertium fundamentum Socin. iun. deſcendo,
51 in quo dicit, damnum † in caſu ſuo, non poſſe intelligi, niſi
reſpectu fructuum perditorum, quia vt ille ſubdit. *num. 22.* li-
cet ſit vna ſignificatio verbi, *damnum*, quæ capitur pro dimi-
nutione patrimonij; tamen ſecus eſſe debebat in caſu ſuo;
cum illi fructus, quos abſtulerit ruptura Olei, iam maturi
eſſent, & propediem recolligendi, ita vt eis ſpes quaſi certa eſ-
ſet, & quodammodo dici poterat lucrum in eſſe deductum,
quod æquiparatur damno, & vt damnũ conſideratur, vt in-
quit Calcan. *conſ. 3. cum ſimil.* quæ plenius deducit ipſe Socin.
iun. ſed caſus noſter multum differt ab illo; quia Padus rupit
in villa Pauiolæ paulò poſt iacta ſemina frumenti, de menſe
Nouembris, ita quod fructus certi non erant, nec maturi,
nec quidem nati: ita quod nec ſpe deberi dici poterant, cum
52 quid † ſpe deberi dicatur, quod eſt in potentia debendi de
præſenti. *l. non ſolum. §. ſi libertus ff. de excuſ. tut.* Bal. *in l. pactum,*
quæſt. 2. C. de collat. Bart. *conſ. 58.* Corn. *conſ. 11. volum. 3. volum. 3.*
& Decian. *reſpon. 32. num. 17. volum. 1.* & illum caſum Socin iun.
53 bene conſiderat Surdus *in d. conſ. 34. num. 52.* vbi dicit, † quod
in iure poteſt damnũ pluribus modis conſiderari, & aliquan-
do capitur pro lucro ceſſante, quando proxima eſt ſpes per-
ceptionis, vt per Bald. *conſ. 182. volum. 1.* de quo meminit Socin.
iun. *in d. conſ. 78.* Sentiant ergo, non ſic eſſe ſumendum da-
mnum à ſpe remotum, prout erat in caſu noſtro, ſed illud

eſſe capiendum pro diminutione patrimonij, & ſic reſpectu
penſionis, pro quo tantum voluit Reuerendiſſimus locator
teneri facere remiſſionem à ſcutis 400. ſupra, non autem et-
iam propter lucrum ceſſans, pro quo non eſt veriſimile, eum
voluiſſe facere remiſſionem, vt idem Surdus dicit *in d. conſ. 34.*
num. 47. vnde † de diuerſis ad diuerſa non debet fieri illatio. 54
l. Papi. exuli. ff. de minor. nam † ex mutatione facti quantum- 55
cunque modica, totum ius mutatur, vt tradit Alber. *in l. ſi ex*
plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. per l. ea eſt natura cauillationis. ff.
de regul. iur. hinc Bald. *conſ. 12. quidam nomine Angelus. volum. 2.*
alias 178. in antiq. dicit, quod † ſecundum diuerſitatem pun- 56
ctorum diuerſum redditur conſilium, ſequitur Dec. *in l. pre-*
cibus. not. 2. C. de impub. & al. ſub. & Port Imolenſis *conſ. 161 n. 13.*
ſicut & ego *conſ. 39. num. 32. & conſ. 246. num. 115.* Præterea di-
uerſitas aderat inter verba pacti Socin. iunioris, & noſtri;
nam promiſerat conductor ducatos 600. penſionis nomi-
ne, & vbi damnum excederet ducatos 200. promiſerat loca-
tor de illo excedente eum recõpenſare; quod intelligitur, vt
inquit Socin. iun. *ſub num. 29.* cum ſibi debita penſione, vt ſic
inter eos fieret debiti, & crediti contributio, prout eſt de na-
tura compenſationis. *l. 2. & tot. tit. ff. & Cod. de compenſ.* & ibi
conductor vltra ducatos 200. non perceperat ducatos 400.
ſed 300. tantum: at in caſu noſtro Reuerendiſſimus locator
ſe obligauit ad illud plus, quod damnum excederet ſum-
mam ſcutorum 400. quod vere non excedit, cum non ob-
ſtante dicta rupta Padi, tot fructus ex alijs rebus perceperint
conductores, qui aſcendunt ad debitam penſionem ſcuto-
rum 5700. & eam quoque tranſcendunt: Vnde compenſa-
tione non eſt opus, crediti dom. Locatoris cum debito con-
ductorum, cum nihil eis debeatur, vnde ſublato præſuppo-
ſito eorum, ceſſat argumentum, gloſſ. Fulg. & alij *in l. manci-*
pia. C. de ſeru. fug. Alexan. *in rubr. ff. ſolut. matr. colum. 7.* cum ſi-
milib. à me cumulatis *conſil. 243. numer. 63.* Tantoque ma-
gis ita dici debet; namque † illa verba ſequentia ſpecialia, vi- 57
delicet, *che il danno paſſi la ſumma de ſcudi 400.* id eſt, *vt damnum*
excedat ſummam 400. aureorum, quæ non poſſunt intelligi, niſi
de damno ſtricte, & proprie ſumpto, reſpectu penſionis, pro-
pter præcedentia, vt ſupra dixi, in primo fundamento, re-
ſtringere debent illa magis generalia, *quel piu ſara iudicato da*
huomini eletti, id eſt, *quod excedere iudicabitur per homines ele-*
ctos: iuxta doctrinam Bart. *in l. ſed ſi adijciatur. ff. pro Soc.* Goz.
conſ. 60. colum. fin. Rub. *conſ. 50. colum pen.* Pariſ. *conſ. 102. num. 12.*
volum. 1. & ego *conſ. 312. num. 23* Idq; confirmatur; quia tale pa-
ctum † remiſſionis illius pluris, quod iudicabitur damnum 58
excedere ſummam ſcutorũ 400. debet intelligi, ſi damnum
ſit tale, quod expoſtulet remiſſionem de iure cõmuni: † nam 59
tale pactum non alterat remiſſionem mercedis, quæ venit ex
natura contractus, vt declarat Bal. *conſ. 339. volum. 2.* vbi dicit;
quod ſi † pactum ſit appoſitum in contractu locationis, vt ſi 60
propter guerram fuerit læſus conductor, & ſic damnificatus,
ei fiat remiſſio pro rata, nihilominus intelligitur tale pa-
ctum, ſi damnum ſit tale, quod mereatur remiſſionem, ra-
tione prædicta, ſequitur Goz. *conſ. 74. nu. 11.* & Caph. *conſ. 104.*
num. 4. de quibus dixi primo loco, *verſ. ad ſecundum.* cui obſi-
uenit, & alia ratio; † quoniam verba contractus ſunt intelli- 61
genda ſecundum ſubiectam materiam. *l. ſi vno. l. ſi olei. Cod. loc.*
vtque dixit eleganter Gambar. *in tract. de extenſ. char. 6. col. 2.*
ſubiectum, † & materia, de qua loquimur, declarant, quo 62
ſenſu verba capienda ſint, in tantum, quod aliquando relicta
propria ſignificatione, ad impropriam recurramus: ergo
tanto magis ad propriam, quod damnum in hoc pacto in-
telligatur pro diminutione patrimonij, & ſic reſpectu pen-
ſionis, vnde Calcaneus *conſ. 1. colum. 17.* dicit, hanc † regulam; 63
quod verba ſint intelligenda ſecundũ ſubiectam materiam
eſſe Theologicã, & in omni materia procedere: hinc Philo-
ſophus *Ethicorum primo*, dixit, quod † tunc perfecte enuncia- 64
mus, quando ſecundum ſubiectam materiam loquimur:
pluraq; id genus cumulat Neuiz. *conſ. 92. num. 18.* & ego dixi,
ſecutus eum, *conſ. 442. nu. 63.* remaneet igitur, vt hoc † pactum 65
damni excedentis ſcutos 400. iudicandum per homines ele-
ctos, debeat intelligi de peritis iuris, quales ſunt Iuriſconſul-
ti, qui debent iudicare, an tale damnum conſiderari debeat
reſpectu fructuum tantum amiſſorum, ob ruptam Pauiolæ,

an vero

Digitized by Google

an vero conſiderari debeant etiam fructus aliarum rerum locatarum non amiſſi, qui ſufficiunt ad penſionem conuentam, & eam excedunt, vnde conductores non diminuunt patrimonium ſuum, poſito quod non acquirerent, & hæc ſufficiant in præſenti cauſa. *Hippol. Rimmal. Ferraria.*

Pro dom. Ioan. Maria de Paulis.

ARG. An valeat teſtamentum filii emancipati, in quo filiam inſtituit, prætertito patre, ſi filia per ſtatutum, extante maſculo, videlicet auo, excludatur. Item de donatione facta à patre filio emancipato, non obſeruata ſtatuti ſolemnitate, an valeat, ita vt filius pro libitu de illis bonis donatis diſponere, & cui velit ea relinquere poſſit. Item an pater talem filii diſpoſitionem de bonis donatis, prætextu nullitatis donationis, recte impugnare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filio emancipato, ratione emancipationis, præmium non debetur, ſed patri. Et cur nu. 2. 3.*
4 *Cum pater donat filio tempore emancipationis, cenſetur ſimplex liberalitas non donatio ob cauſam. & nu. 6.*
7 *Donatio inter viuos vt teneat, quæ ſolemnitates ex ſtatuto requirantur & nu. 30. 31.*
8 *Dictio, omnino, quid ſignificet & importet. & nu. 9. 10.*
11 *Verba, & ipſo iure, denotant nullitatem.*
12 *Dictio, penitus, eſt præciſa, nec recipit limitationem aut modificationem.*
13 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum, nec poteſt executioni mandari nu. 14.*
15 *Dictio, perinde, denotat veritatem & omnimodam ſimilitudinem*
16 *Clauſula, in omnibus, & per omnia, vniuerſaliter omnes modos & effectus comprehendit, nullo excepto. & nu. 17.*
18 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
19 *Negatiua vniuerſalis magis negat, quàm affirmatiua affirmet, & falſificaretur ſi remaneret aliquid affirmatum. nu. 20.*
21 *Et importat totalem nullitatem, & ipſo iure.*
22 *Statutum cum eſt clarum, non eſt vlterius diſputandum. & nu. 23. 24. 25. 26. 27.*
28 *Verba ſtatuti proprie & præciſe intelligenda.*
29 *Et cum quid inducit de nouo cum certis modificationibus; quicquid in eo exprimitur, reputatur eſſe de forma & nu. 32.*
33 *Statutum permittens inquiri infra certum tempus cenſetur poſt illud prohibere, alias ipſo iure eſt nulla inquiſitio.*
34 *Statutum de donationibus inter viuos habet locum etiam in donatione patris filio facta.*
35 *Et ex ſtatuti proœmio ratio finalis colligitur.*
36 *Dictio, quilibet, eſt vniuerſalis, & omne comprehendit, nullo excepto.*
37 *Statutum ſimpliciter annullans contractum an locum habeat in contractu iurato. & nu. 38. 39. 40.*
41 *Statutum annullans donationem factam ex poſt an operetur, vt dominium transferatur in donatorem & nu. 42. & 43.*
44 *Dominium ipſo iure transfertur in heredem.*
45 *Pater cum ſilentio præteriens filium inutiliter teſtatur, adeo vt ſi filius mortuus ſit viuo patre, nemo heres futurus ſit ex eo teſtamento.*
46 *Ex actu cui lex reſiſtit nulla naſcitur obligatio ciuilis vel naturalis. & nu. 47.*
48 *Cum ſtatutum diſponit, vt quis habeatur pro ciue, ille verè & proprie ciuis eſt cenſendus.*
49 *Et vbi lex, vel ſtatutum vult idem eſſe per omnia in caſu ficto, quod in caſu vero, idem iudicatur de ficto, quod de vero.*
50 *Dominium non transfertur ex laudo ſine traditione. Et cum non ſuit forma ſtatuti obſeruata. nu. 51.*
52 *Dominium annullatur contractum effectu ipſo iure nullo.*
53 *Fructus pertinent ad eum, cuius ſunt res.*
54 *Titulus à ſtatuto annullatus non prodeſt alicui, cum de valido intelligendus ſit.*
55 *Pater præteritus à filio emancipato an & quando ſuccedat in bonis ipſius. & quomodo, & quo iure. & nu. 56. 57.*
56 *Querela competens patri præterito operatur, vt teſtamentum filii in totum corruat quoad inſtitutionem. nu. 58.*
59 *Filia per ſtatutum excluſa reputatur vt heres extraneus.*
60 *Clauſula codicillaris efficit vt inſtitutio directa conuertatur in fideicom. & vt præteritus cenſeatur rogatus hereditatem reſtituere ſcripto heredi in teſtamento, detracta legitima tantum & nu. 61.*
62 *Codicillaris clauſula nihil operatur in teſtamento facto à demente, vel contra officium pietatis, in quo vel filius, vel pater eſt præteritus. nu. 63.*
64 *Ex clauſula codicillari filia inſtituta nepote præterito tantum in legitima ſuccedit.*
65 *Filia à ſucceſſione excluſa per ſtatutum, etiam excluſa cenſetur à legitima. & nu. 66.*
67 *Clauſula codicillaris ſi non ſit declarata, nedum ad teſtatoris impertita, nihil operatur.*
68 *Pater qui dedit licentiam filio vt poſſit teſtari, an & quando poſſit eius teſtamentum impugnare, & ſic venire contra factum proprium. nu. 69. & 70.*
71 *Priuilegia nunquam intelliguntur concedi cum damno tertii, & amittuntur propter eius abuſum nu. 72.*

CONSIL. DCCCXI.

DOMINVS Ioan. Maria de Paulis D. Bartholomæum, filium ſuum, emancipauit; & ei per laudum diuiſorium aſſignauit plurima bona, qui Bartholomæus D. Magdalenam filiam ſuam heredem inſtituit in omnibus bonis, tam ſibi per patrem aſſignatis, quam per eum poſt emancipationem quæſitis; patrem vero ſuum præterit: quæritur nunc, mortuo dicto Bartholomæo relictis dicto patre & dicta filia viuis, quid iuris habeat dictus pater in dictis bonis? Et inprimis, quod attinet ad bona aſſignata dicto Bartholomæo, dico, quod pertineant ad dictum patrem, eique relaxanda ſint per d. Magdalenam, moueor, quia dicta † aſſignatio dictorum bonorum, facta dicto Bartholo- 1
mæo per arbitros in laudo diuiſorio, vt dicitur, in præmium emancipationis, improprie facta dicitur, in præmium emancipationis, & eius remunerationem, quaſi per emancipationem pater aliquod emolumentum conſequatur, cuius vice præmium rependi ſibi filius mercatur, cum imo totum contrarium ſit verius, quia † filius per emancipatio- 2
nem maximum acquirit beneficium, nempe libertatem, quæ eſt res inæſtimabilis, *l. libertas. ff. de regul. iur.* & pater amittit patriam poteſtatem, *l. filiusfamil. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg. 1.* ideo præmium pater conſequi deberet, *l. cum vius.* ibi: *præmium delatæ emancipationis. C. de bon. mat.* vbi etiam Caſtrenſ. notat, *& in l. dum oportet. §. cum autem.* ibi, *quaſi remunerationis gratia à filio accipere.* & ibi Bart. & alii, *C. de bon. quæ liber.* & eſt etiam pulcher tex *in §. hoc quoque.* ibi, *quaſi pro pretio quodammodo emancipationis. Inſt. per quas perſon. nob. acquir.* igitur † pater emancipando dicitur liberalitatem exercere, 3
l. fin. C. de eman. liber. ibi, *in quos talis liberalitas collata ſit.* & ibi Bald. expreſſe dicit, quod † cum donatur filio tempore e- 4
mancipationis, Notarii dicunt; in præmium emancipationis; ſed ibi dicitur, quod eſt ſimplex liberalitas, & non eſt donatio ob cauſam, nec habens textum meliorem; parique modo Angel. expreſſe notat illum textum, quod † cum pa- 5
ter emancipando liberalitatem exerceat, non expedit ei in præmium donare filio, niſi velit liberalitatem liberalitate cumulare; ideo † abſurde facere videntur Notarii, qui in ſi- 6
milibus ſcribunt, donationem factam in præmium emancipationis: ex quibus hoc ſequitur, quod talis donatio ſit ſimplex & pura donatio, non autem ob cauſam emancipationis, & idem Bald. *in auth. ex teſtamento. col. 3. verſ. ſecundum capitulum. C. de collat.* & Dec. alios citans *in l. vt liberis. C. de collat. col. final.* ſicut & dom. meus Rimin. *conſ. 409.* demumque Decian. *reſpon. 41. nu. 12. vol. 1.* & hæc ego quoque latius dixi *in d. §. hoc quoque. Inſt. per quas perſon. in tertio not.* hoc igitur ſtante, quod iſta fuerit ſimplex & pura donatio inter viuos, & excedens valorem librarum centum, & vltra, dictoq; Bartholomæo præſenti & acceptanti; vt in fine laudi prædicti clare dicitur. Succedit ſtatutum † vltimum *de donationibus* 7
inter viuos, videlicet, quod ille, cui præſenti fuerit facta talis donatio, teneatur & debeat infra tres dies immediate ſequentes dictam donationem denuntiare Iudici 12. Sapien. Ferrariæ; vel eius Locumtenenti, præſentibus eius Iudicis Notar. & tribus aliis Notariis, per ipſum Iudicem vel Locumtenentem eligendis, exprimendo & clare deſignando donantis & donatarii nomen, ac cognomen, ac rem donatam, Notariumq; de ea rogatum, vel alium, qui dictam donationem ſcripſit, alias dicta donatio omnino & ipſo iure penitus nulla ſit, perindeque in omnibus & per omnia habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo fuiſſet. Quæ ſingula verba diligenter ponderanda ſunt, & inprimis dictio, *omnino*, † quæ ſignificat idem, quod *indiſtincte*, vt not. gl. *in l.* 8
ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cauſ. & ibi per Bar. & per gl. *in clem. 1. de foro compet.* Rom. & Aret. *in l. ſi duo. ff. de acq. hered.* Ruin. *conſ. 61. n. 25. vol. 5.* dicens, quod † æquipollet ver- 9

bo, *pleniſſima*, dixi *conſ.59.n.4.* & ſignificat, *vt & verbo, §. ſiuero. in auth. de exhib. rei.* Alber. *in verbo, omnino*, & ſic cum effe-
10 ctu. Item † præciſa eſt & vniuerſalis, & ſignificat, indiſtincte, & totaliter, omnemque caſum comprehendit, vt ex alijs ego dico *conſ.5. n.89.* Secundo quia dictum ſtatutum ad-
11 iecit, *& † ipſo iure*, quæ verba denotant nullitatem, vt tradit Pet. Rebuf. *in compend. alien. rer. eccleſ. n.102.* & ego *conſ.233. n.*
12 *66.* Tertio, quia ſubiunxit, *penitus nulla ſit*, quæ dictio, † *penitus*, pariter præciſa eſt, nec limitationem recipit, aut modificationem, vt tradit Ang. *conſ.31. viſo laudo, col.3.* Alex. *in l. qui vſumfruct. non. ff. de verb. obligat.* Dec. *in auth. qui rem. col. final. C. de ſacroſ. eccleſ. col. final. conſ.137. col.1. & conſ.401. col.2.* cum ſimil. per Tiraquel. *in l. ſi vnquam. ver. reuertatur. nu.87. C. de reuoc. donat.*

Quarto, quia non contentum ſtatutum prædictis verbis, denotantibus nullitatem, id etiam expreſſit, dicendo,
13 *nulla † ſit*; vnde ſequitur, quod nullum debeat operari effectum, *c. non præſtat. de reg. iur. in 6. l.4. §. condemnatum. ff. de re iud.* Ceph. *conſ.164. n.17. conſ.229. n.11* & ego *conſ.333. nu.12. cum*
14 *ſimilib. in conſ.358. num.38.* vbi quod † nullum eſt non poteſt executioni mandari, vt ſententia nulla. Bar. Caſt. Alex. Iaſ. & Rip. *in d. §. condemnatum.* Natta *conſ.271. n.4. conſ.495. nu.17. conſ.529. nu.7.* & Vantius *in tractat. de nullit. ſenten. ex defect. iuriſdict. in prin.* ſicque nec dicta donatio.

Quinto, quia ſubiungit idem ſtatutum, *perindeque in omnibus, & per omnia habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo*
15 *fuiſſet dicta donatio*; illa namque dictio, † *perinde*, denotat veritatem, & omnimodam ſimilitudinem, *l.1. C. de erro. aduoc.* ibi, *perinde habenda ſunt. §. ex hoc intelligitur. Inſt. quib. non eſt per. fac. teſtam.* cum ſimil. per Decian. *reſpon. 16. in fin. vol.3.* poſt Dec. *conſ.497. n.5.* qui in caſu ſuo ſic arguit; quod ſi non fuiſſet factum tale fideicommiſſum, certe non poſſet agi: ergo neq; nunc agi poteſt; ſic igitur & nos arguamus: quod ſi non fuiſſet facta dicta donatio per do. Ioan. Mariam dicto Bartholomæo, non poſſet ille, nec filia ſua in ea niti; ergo nec nunc, ea facta nulliter, in ea niti poteſt.

Sexto, quia non contentum dictum ſtatutum poſt di-
16 ctionem, *perinde*, ſubiunxit, † *in omnibus, & per omnia*, quæ voces vniuerſaliter omnes modos & effectus comprehendunt, nullo excepto, *l. à procuratore.* vbi gloſſ. *C. mandat. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. damni. §. emptor. ff. de dam. infect.*
17 & † præſertim cum ſint geminatæ, vt ponderat Dec. *conſ.90. n.1. ver.4. hoc.* & Decian. *reſpon.5. n.53. vol.1.7.* quia ſubiunxit: *ac ſi à principio nullo modo facta fuiſſet*, cum enim conſideratur principium ante celebrationem dictæ donationis, nihil ex
18 ea ſequi potuit, quia † non entis nullæ ſunt qualitates, *l. cum quis in prouincia. ff. ſi cer. pet.* & non eius non expirat, vt inquit Dec. *reſp.11. n.58. vol.2.*

19 Octauo, quia ſubiunxit: *nullo modo facta fuiſſet*; quæ † negatiua vniuerſalis magis negat, quam affirmatiua affirmat, *l. hoc genus.* & ibi Caſtren. & Imol. *ff. de cond. & demon.* Dec. *in c. ex parte. col.2. de conſt. & conſil.3. col.3.* Cran. *conſil.146. num.4.*
20 Rub. *conſil.51.* Anguiſſol. *conſil.45. num.7.* Et ideo † vniuerſalis negatiua falſificaretur, quando remaneret aliquid affirmatum, vt inquit Andr. Sicul. *conſ.37. col.8. ver.3. pondero. vol.1.*
21 & † importat totalem nullitatem, & ipſo iure, vt per Iaſ. *conſ.122. col.3.* ſequitur Rol. à Vall. *conſ.57. num.50. vol.3.* & ego *conſ.179. n.11.*

22 Nono, † cum ex ſingulis verbis dicti ſtatuti, tantoque magis ſimul vnitis, habeamus claram illius diſpoſitionem, non eſt vlterius diſputandum, vt per Bar. *in l. quod conſtitutum. ff. de teſtam. mil.* vnde dicit Bal. *in l. Gallus. §. ſi eius. ſecundo*
23 *not. ff. de lib. & poſt.* quod vbi † habemus claram diſpoſitionem ſtatuti, non debemus vlterius inueſtigare de ratione, quanquam & hoc ſtatutum rationem præmittit, quia plerunque dictæ donationes præter teſtes neceſſarios in paucorum notitiam tranſeunt, multa oriuntur mala, quorum magna pars ceſſaret, ſi in multorum notitiam peruenirent,
24 vnde dixit Bal. *conſ.343. examinanda vol.1.* quod † vbi verba ſtatuti ſunt clara, non ſunt admittendæ gloſſæ, & idem Bal.
25 *conſ.374. caſus talis eſt. in fin. vol.2.* dicit, quod † quando videmus verba clara ſtatutorum, cauillationes aduocatorum non ſunt admittendæ, etiamſi diſpoſitio ſtatuti dura eſſet; vtq; dicit † idem Bal. qui nihil ignorauit, *in l.3. §. quod prætor.* 26
ff. ne quis eum. cum † verba ſtatuti ſunt clara, nihil eſt ſubin- 27
telligendum ex capite noſtro, ſicut & *in c.1. §. decedente. col. fin. qui feud. dare poſſ.* inquit, quod † in ſtatutis, quia de ſcripti 28
recitatione conſtant, ſcriptura pondus portat totius, & ideo proprie & præciſe ſunt intelligenda, vt idem dixit *in c.1. §. iniuria. col.5. de pac. iur. am. firm.* vnde patet, quam belliſſime do. Ioan. Maria ſe fundet in dicto ſtatuto, ad proſternendam funditus donationem prædictam.

Decimo, tanto magis prædicta ſuper hoc ſtatuto de iure
procedunt: nam quando † ſtatutum quid inducit de nouo, 29
cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur, reputatur eſſe de forma, vt tradit Anch. *conſil.242.* Dec. *conſ. 331. col.3. conſil.434. num.1. conſ.455. nu.7. conſ.528. ad fin. & conſil. 531. col.1.* Crau. *conſ.181. num.10.* Soc. *conſil.92. 110.* Senat. Pedem. *deciſ.165. num.11.* Decian. *reſponſ.72. num.24. vol.2.* & ego *conſ. 207. nu.17.* ſed hoc ſtatutum de nouo inducit, quod intra tres
dies immediate ſequentes fiat † denuntiatio donationis, 30
centum libras excedentis, quod non erat neceſſe de iure communi, ſed ſolum ſi 500. aureos excederet, *l. ſancimus. & ibi not. C. de donat.* Item quod fiat Iudici 12. Sapientum, vel eius Locumtenenti, cum tot Notariis: ſed de iure communi duo teſtes ſufficiebant, *l. vbi numerus. ff. de teſtam.* ergo patet, quod prædicta, & alia, quæ ſubijcit ipſum ſtatutum, dicun-
tur eſſe de forma, † quæ omnino ſeruari debuerunt per D. 31
Bartholomæum, *iux. not. per omnes.* maxime Felin. *in c. cum dilecta. de reſcrip.* quia dictam denuntiationem non fecit vllo modo; ergo corruit dicta donatio, dicta forma non ſer-
uata, ſecundum Fel. cum † enim diſpoſita ſint prædicta per 32
dictum ſtatutum, aliter quam de iure communi, tanquam ſubſtantialia, & pro forma ſeruari debuerunt, vt per eum *verſ. nomen ſignum. & col.16. verſ. amplia nouo.* Soc. iun. *conſ.2. n. 7. & conſ.57. n.6. & 12. vol.2.* Rol. à Vall. *conſ.72. n.61. vol.3.* & ego *conſ.100. n.70.* ſed & in alia denuntiatione defecit dictus Bartholomeus, facienda per eum ad officium Gabellarum, ſub annullationis pœna, prout in ſtatuto Gabellarum, quod præfigit certum terminum à die celebrati contractus, in quod poſt illum non potuiſſet amplius fieri, vt in ſimili ſtatuto determinat Bar. *conſ.100.* à D. Cyno in ſecundo dubio,
dicens; quod ſi † ſtatutum permittit inquiri infra certum 33
tempus, cenſetur poſt illud prohibere; meritoque ſubdit, quod inquiſitio poſtea facta eſt ipſo iure nulla; idemq; latius firmat Bald. *in c. fin. col.6. verſ. pone. de offic. deleg.* ſequitur Bero. *conſ.167. n.13. vol.3.* Rol. à Vall. *conſ.94. n.11. & ſeq. vol.3.* & ego latius in terminis dicti ſtatuti Gabellarum dixi *conſ.72.*
per tot. & hoc † ſtatutum debet habere locum etiam in do- 34
natione patris filio facta, vel in fauorem creditorum, vel aliorum, in rebus donatis ius habentium, conſiderato pro-
œmio † ſtatuti, ex quo ratio finalis colligitur, iuxt. not. per 35
Bar. & Imol. & alios, *in l. fin. ff. de hered. inſtit.* vbi dicitur quoniam ex donationibus inter viuos, quæ plerunque præter teſtes neceſſarios in paucorum notitiam tranſeunt, multa oriuntur mala, quorum magna pars ceſſaret, ſi in multorum ſcientiam peruenirēt: & quia ſubiungit: *ſtatuimus, vt quilibet, cui præſenti donatio ali-*
qua inter viuos facta fuerit, &c. nam illa dictio, † *quilibet*, vni- 36
uerſalis, omnes comprehendit, nullo excepto, gl. *in cle.2. de offi. ord.* Bar. *in l. hoc art. ff. de her. inſt.* Dec. *conſ.527. n.12. cum ſim.*

Nec ab iſta concluſione tam roborata me quicquam retrahit, quod in compromiſſo facto inter dom. Ioan. Mariam & Bartholomæum dixerunt, quod quicquid fuerit laudatum per arbitros, cenſeatur eſſe deductum in compromiſſo, & meo fuerit appoſitum iuramentum, vnde per relationem ad illud donatio prædicta iuramento firmata non videtur eſſe ſuppoſita dictis ſtatutis ſimpliciter de do-
natione, vel alio contractu loquentibus, quia † ſtatutum 37
ſimpliciter annullans contractum locum non habet in contractu iurato, vt eſt gl. notab. *in c. cum non deceat. de elect. lib.6.* Alex. *conſ.27. col. fin. & conſ.125. col. pen. vol.1.* quod eſt duplicatum *conſ.53. vol.3. & conſ.100. vol.4.* Fel. *in c. conſtitutus. de reſcrip.* Roman. *ſingul.7. conſil.343. conſil.404. & conſil.436. deciſ. Neap. 303. n.13. & 307. n.19.* ample Neuiz. *conſ.77. n.20.* Ceph. *conſ.170. n.34. & ſeq.* Rol. à Valle *conſ.99. n.9. vol.1.* & doctiſſime Gabr. Roman. *libr.2. de iuramand. concluſ.5. num.11. cum ſimil. per eum*

in §.

in §.2.Inſt quib.alien.licet num.69.& conſ.87.num.19. Quoniam
probabilis eſt admodum diſtinctio & doctrina Docto-
38 rum, † quod quando ſtatutum annullat donationem, vel
alium contractum, ob defectum ſolemnitatis requiſitæ
tempore contractus, tunc ſtatutum locum non habet in
contractu iurato; ſecus autem, ſi poſtea requiratur, prout
eſt in caſu noſtro, quod denuntiatio fiat infra tres dies im-
mediate ſequentes à die celebratæ donationis, vel infra 20.
dies à die contractus Gabellario: tunc enim tale ſtatutum
bene comprehendit etiam donationem iuratam; ita deci-
dit eleganter & docte Feder. de Sen. *conſil. 271.* motus opti-
ma ratione, quia ex culpa donatoris id euenit, qui non ſer-
39 nauit ſtatutum ex iuſta cauſa editum, & † ſic ex ſuperue-
nienti iure vel cauſa remiſſum dicitur iuramentum dona-
tori iuranti, quoniam de tali iure ſuperuenienti non fuit a-
ctum nec cogitatum tempore iuramenti: & illam deciſio-
nem Federici ſequuntur Butr. & Imol. *in c.cum contingat.nu.
79.de iureiur.* Soc.*conſ.77.col.fin.conſ.80.col.antep.vol.1.* Bal.no-
uel.*conſ.78.inter conſil.Socin.vol.1.* Aret.*conſil.2.col.2.* Corn.*con-
ſil.186 num.11.vol.2.* Barb.*conſil.43.num.35.vol.1.* Cur.iun.*conſil.*
40 *47.col.fin.& conſ.141.col.fin.* vbi dicit, † eſſe commun. idemq;
late tenui *in conſ.72.nu.24.* eamq; concluſionem pulchre de-
fendi, *vt ibi.* & confirmaui *in §.1.nu.666.Inſt.de donat.* per eoſ-
dem Doctores. Minus etiam repugnat, ſi diceretur, quod
41 cum hoc † ſtatutum annullet donationem factam ex poſt,
non operatur, quod dominium rei transferatur in ipſum
donatorem, ideo donatarius vel eius heres præferri debet,
& vincere, vt voluit Bald. *in l.4.col.3.* poſt quendam Docto-
rem antiquum, *ff. ſol.mat. & in l.cum mulier.col.10. verſ.in con-
trarium.eod.tit.* vbi ſequitur Alex.*col.pen.& in conſ.199.in prin.
vol.6.* Aret.*Inſt.de excep.in rub.col.18.verſ.2.quæro.* Bart.*in l.ſi ita
quis.§.ea lege.* & poſt eum Iaſ.*num.40.ff.de verb.obl.* huic enim
42 obiecto reſpondetur, & pulchre, quod † limitatur, & non
procedit illa conditio Baldi & ſequacium, cum ſtatutum
diſponit, quod contractus habeatur pro infecto, ſeu pro
non facto; ita Bulgarinus *in d.l.1.nu.11. in gl.cauſa, motus per gl.*
43 *ſingularem, in clem.1. de immun.eccleſ.* vbi concludit, † quod ſi
quis incidit in excommunicationem, vigore alicuius con-
ſtitutionis; ſi Papa diſponit, quod illa conſtitutio habeatur
pro infecta, non indigebit excommunicatus aliqua abſo-
lutione, ſed perinde erit, ac ſi nunquam fuiſſet excommu-
nicatus: & illam deciſionem Bulgarini ſequitur ibidem Bal.
nouell.*n.51.ad fin.* & Thomas Parpal.*nu.8.* & ego *in d.conſ.72.
nu.60.* ſed hoc ſtatutum de donationibus latius quoque ſiue
plenius loquitur, quam illud Bulgarini: nam dicit, quod
donatio omnino & penitus ipſo iure nulla ſit, perindeque
in omnibus habeatur, ac ſi à principio facta nullo modo
fuiſſet, quæ ſingula verba ſuperius ponderaui; & vlterius
44 comprobatur optimo ſimili: nam † dominium ipſo iure
transfertur in heredem, *l.cum heredes.ff.de acquir.poſſ.* nec mi-
rum, quia veteres heredes pro dominis appellabant, *§.fin.
Inſtit.de hered.qual.& differ.* & tamen inquit Iuſtinianus *In-
45 ſtit.de exher.lib.* quod ſi quis cum † ſilentio præterierit fi-
lium, inutiliter teſtabitur, adeo quidem, vt ſi viuo patre fi-
lius mortuus ſit, nemo heres ex eo teſtamento exiſtere poſ-
ſit, quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum, ex
quo datur intelligi, quod in dicto caſu dominium non fuit
translatum in illum heredem inſtitutum, propter reſiſten-
tiam legis ab initio dicto teſtamento: vnde ſic in caſu no-
ſtro, cum ſtatutum hoc dicat, quod perinde habeatur d.do-
natio, ac ſi à principio nullo modo facta fuiſſet, dici debet,
quod in donatarium nullum dominium fuerit translatum;
46 nam † quando lex reſiſtit actui, nulla naſcitur inde obliga-
tio ciuilis, vel naturalis, vt declarat Bar. *in l.cum lex. col.2.n.6.*
47 *ff. de fideiuſ.* & cum † ſtatutum prædictum ita fingendo ſta-
tuat & diſponat, quod perinde habeatur dicta donatio, ac
ſi ab initio nullo modo facta fuiſſet, vtiq; vere & proprie ſic
diſpoſuiſſe videtur, vt declarat Bar.*in l.ſi maritus.§.legis.prope*
48 *finem.ff. de adult.* cum dixit; quod ſi † ſtatutum diſponit,
quod aliquis habeatur pro ciue, ille vere & proprie ciuis
eſt, quoad commoda, quæ ſtatuentes tribuere potuerunt,
& ſuper eis diſponere; ſequitur Iaſ. *ſup. l.filio quem pater.ff.de
lib.& poſth.* Rom.& Alex. *in l.qui ſe patris.C.vnde lib.* qui dixe-
runt, quod † vbi lex vult idem, & per omnia in caſu ficto, 49
quod in caſu vero, idem de ipſo caſu ficto, quod de vero iu-
dicatur: quinimo nec † ex laudo diuiſorio dicitur eſſe tranſ- 50
latum dominium rerum aſſignatarum do. Bartholomæo ſi-
ne traditione, vt in ſententia tradit gl. *in §.fin.Inſt.de off.iudic.*
ſicut nec in contractu diuiſionis, vt tenet Bar. *in l.& ideo.ff.de
cond.furt.* Alex.*conſ.137.in cauſa & lite.col.pen.vol.2.* & vtrunq;
Dec. *in l.traditionibus.col.2.C.de pact.* Cumq; † ſtatutum præ- 51
dictum ob non ſeruatam formam denuntiationis annullet
ampla forma donationem, dicendum eſt, non fuiſſe trans-
latum aliquod dominium in ipſum Bartholomæum dona-
tarium, prout in ſimili ſpecie tradit Ant. de Canario *in tract.
de inſinuat.in 1.part.q.27.* vbi dicit, quod † ſi ſtatuto caueatur, 52
quod omnis donatio debeat inſinuari intra menſem, alias
contractus ſit ipſo iure nullus, dominium ipſo iure non
transferretur, & ideo locus eſſet condictioni ſine cauſa. Sic
etiam dici debet in hoc ſtatuto pinguius etiam loquente;
ergo ſequitur, dominium rerum per laudum diuiſorium aſ-
ſignatarum D. Bar. non fuiſſe translatum in eum, ſed re-
manſiſſe penes do. Io. Mariam, & per eum poſſe vendicari
per condictionem ſine cauſa, eiuſque filiam res illas tenen-
tem, ad eas relaxandas teneri, & ad id condemnandam fu-
re & eſſe, vna cum fructibus perceptis & percipiendis, vſq;
in diem effectualis relaxationis dictarum rerum, quia † fru- 53
ctus pertinent ad eum, cuius ſunt res, *l.1.& 2.C.de pign.act. l.ſi
dominium. C.de pignor. §.conqueſtus.de vſur.* Caſtr. *in l.ſi pignori.
§.ſi prædo.ff.de pign.act.* Ceph.*conſ.595.n.54.* Nec † titulus cum 54
iuuare debebit, vt à ſtatuto reprobatus & annullatus, cum
de valido & iuridico ſit intelligendus, *l.4.§.condemnatum.ff.
de re iudic.l.non putauit.§.non quærit.ff.de bon.poſſ.contra tab.* ac
ut ſi ſtatutum loquatur de ſententia, intelligitur de valida.
Dec. *conſ.6.num.9.col.fin.* ſequitur Ceph. de titulo loquens
conſil.512.num.71. & hæc ſatis dicta ſint circa bona patris aſſi-
gnata Bartol. Nunc videndum eſt de bonis dicti Bartholo-
mæi per eum quæſitis ante emancipationem, aduentitiis,
videlicet ſuis, quoad proprietatem, vel poſt emancipatio-
nem ſuis, pleno iure, in quibus omnibus filiam ſuam inſti-
tuit, patre eo vero præterit, an in eis † pater hic ſuus aliquod 55
ius prætendere poſſit: in quo puncto reſolute dico, quod
ad eum pertineant, ſicut & alia, quæ ei dedit, (vt ex abun-
danti hoc addam in eis) non obſtante teſtamento filii, mo-
ueor ex doctrina valde ſingulari, quam ponit Angel. *in §.a-
liud quoque capitulum, ſeu in §.ſine igitur. col.10.in auth.vt cum de
appel.cognoſ.verſ.& ideo dic.* vbi tangit hunc caſum de filio e-
mancipato, qui patrem prætetiit, & inquit, quod quando-
que præteritur pater à filio emancipato, quem filius neceſſe
habet inſtituere, propterea quia filius non habebat deſcen-
dentes, ſed tantum collaterales, *l.1.ff.ſi quis à parente fuer.ma.*
& iſte non eſt caſus noſter, quia dom. Bart. habebat hanc fi-
liam ſuam; quandoque vero, ſubdit Ang. pater præteritur
ab eo filio, qui non habet neceſſe patrem inſtituere, quia fi-
lius habebat deſcendentes, ſed poſtea ex aliquo caſu de-
ſcendentes excluduntur, & tunc pater non poteſt intenta-
re contra tabulas, quia in hoc caſu prætor noluit eum ad-
mittere ad contra tabulas, cum habuerit filius deſcenden-
tes. Et ideo competit patri querela, & ſic intelligitur *l. pater
filium.ff.de inoff.teſt.* & hæc opinio, dicit Angel. non eſt tacta;
& eſt tunc illa † querela irregularis, ideo, quia datur patri, 56
qui ab initio ad hereditatem non debebat admitti, ſed ca-
ſu contingente debet admitti: ita præclare concludit Ang.
& caſum noſtrum decidit, ſi bene conſideretur, quia D.
Bart. habebat filiam, quo reſpectu neceſſe non habebat pa-
trem inſtituere, ſed quia ex aliquo caſu dicta filia exclude-
batur, vigore ſtatuti, *de ſucceſſione ab inteſtato*, ſtante parte
Bartholomæi, aſcendente maſculo; propterea patri dom.
Bartholomæi competit querela irregularis, qui ex dicto ca-
ſu contingente admittitur, videlicet, quod filia Bartholo-
mæi eſt fœmina, & pater eius eſt aſcendens maſculus, qui
eam excludit ex dicto ſtatuto. Nec certe ſcirem melius atq;
lucidius exemplificare Angelum, quam in caſu noſtro, quia
quando † filius renuntiaret vel repudiaret, aut abſtineret, 57
non tam excluderetur ab alio, quam quod ſe ipſum exclu-
deret, argumento tex. *in l.Imperatores.ff.de iure fiſc.* ibi, *ipſe ſe*

huic pœna ſubdidiſſe, illud ergo verbum, *excludantur*, ex aliquo
caſu contingente, ſic impersonaliter prolatum ab Angel.
proprie ſignificat, cum aliunde filia repellitur, vigore ſtatu-
ti, propter exiſtentiam aui ſui, vt in caſu noſtro formaliter
contingit, bene notando, hoc modo; ſic ſtante, quod que-
58 tela † competat huic D. Ioanni Mariæ præterito, ſequitur
quod teſtamentum in totum corruit, quoad inſtitutio-
nem, *auten. ex cauſa. C. de lib. præter. & in d. § aliud. verſic. & hoc
quidem.* in verbo, *reſciſſo teſtamento*, id eſt, *ipſo iure*, vt inquit
Angelus mox allegatus, & eis, qui ab inteſtato ad hereditа-
tem defuncti vocantur, res eius defuncti dari mandat Im-
perator ibi, quia teſtator dicitur inteſtatus deceſſiſſe, vt eſt
caſus *in l. vt liberis. C. de collat.* ibi, *quocunque iure inteſtatæ ſuc-
ceſſionis*, id eſt, aut teſtamento penitus non condito, vel ſi fa-
ctum fuerit, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita,
vel inofficioſi querela mota, reſciſſo: igitur ſi ſucceſſio dici-
tur inteſtata, pater iſte, velut aſcendens maſculus, exclude-
re debet hanc filiam, neptem ſuam, vigore d. ſtatuti *de ſuc-
ceſſ. ab inteſtat.* vbi dicitur, *quod ſi nulli filii aut deſcendentes ma-
ſculi fuerint, ſuccedant aſcendentes maſculi, ſalua graduum præro-
gatiua, ſimiliter excluſis filiabus, & aliis fœminis cuiuſcunque li-
neæ & gradus, dotandis tamen, vt infra*, prout dotata fuit hæc fi-
lia dote, vt audio, ſcutorum decem millium; quare ſic diſ-
currendo patet, do. Ioan. Mariam, patrem d. Bartholomæi,
præferendum, etiam in bonis illius quibuſcunque, dictæ
nepti, eamq; teneri ad ea relaxanda cum fructibus auo ſuo,
vt de aliis ſupra dixi.

59 Secundo confirmatur, quoniam dicta † filia, quæ per
ſtatutum excluditur, vel reputatur vt heres extraneus, ſe-
cundum Bald. *in l. maximum vitium. col. pen. C. de lib. præter. &
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt.* Aret. *conſil. 74. ſta-
tuto communis Florentiæ.* & poſt eum Ioan. de Plaga, Gotred.
de monte Pollic. Fran. de Rampo. Iacobus de Iſolanis, &
plures alii ſolemnes viri, quos refert, & ſequitur Marian.
conſ. 85. col. fin. vel, vt inquit Brun. *in tract. quod ſtant. maſcul. in
10. artic. prin. num. 23.* dicitur ex ſtatuto prædicto datus ordo
prælationis patri maſculo, ſicq; quod præferatur filiæ, vt ibi
per eum, quod eſt valde notabile: ſuperſunt tamen duo no-
di non prætereundi, ſed excitandi & ſoluendi, ne quid hæ-
reat in ancipiti. Primus eſt, quod in teſtamento D. Bartho-
60 lomæi præſuppono, quod adſit † clauſula codicillaris in o-
mnibus teſtamentis apponi conſueta, de voluntate teſtato-
rum, vt ex multis probat Gabriel. Roman. *in tit. de conſuetud.
concluſ. 4.* cuius natura peculiaris eſt, quod inſtitutio directa
conuertatur in fideicommiſſum, ſicque præteritus cenſea-
tur rogatus hereditatem reſtituere ſcripto heredi in teſta-
mento, detracta legitima tantum, vt tradit Iaſ. *in l. ſi filius eius
qui in poteſtate. ff. de lib. & poſth.* Guilel. Bened. *in c. Raynutius. in
ver. in eodem teſtamento primo. nu. 242. de teſtam. & num. 247.* &
61 tanquam † communem ſequuntur Fulg. & Alex. *in auth. ex
cauſa. C. de liber. præter.* Alexan. *conſ. 123. volum. 1. & conſ. 141. vo-
lum. 2.* propterea do. Io. Maria contentus ſola legitima vide-
tur remanere debere, reſiduum vero nepti ſuæ reſtituere.
62 Sed reſpondetur egregie, quod † clauſula codicillaris in te-
ſtamento, quaſi à demente facto, vel contra officium pieta-
tis teſtante, nihil operatur, vt probat tex. *in l. Tertia quando. ff.
de milit. teſtam.* coniuncta *l. 2. eod. tit. in verbo, quaſi a demente.* i-
ta tradit notab. Corn. & Igneus *in d. auth. ex cauſa. num. 193.*
Gabr. *in d. concluſ. 4. in fin.* & Burſat. *conſ. 15. num. 8.* qui licet lo-
63 quantur in teſtamento patris, qui filium præterierit, † ta-
men idem iuris eſſe debet in teſtamento filii, qui patrem
præterierit, cum non minus pie parentibus hereditas filio-
rum relinqui debeat, quam econtra, *l. nam & ſi parentibus. ff.
de inoffic. teſt. l. ſcripto. in fin. ff. vnde liber. cum ſimilibus.* Secundo
confirmatur ex conſil. D. Simonis de Prætis, alias Conſilia-
rii iuſtitiæ Sereniſſimi noſtri Ducis Ferrariæ, *conſil. 134. col.
penul.* vbi filia fuerat inſtituta, præteritus vero nepos ex filio
64 prædefuncto, dicebatque, ſtante † clauſula codicillari in
teſtamento, filiam tantum ſuccedere in legitima, per nota-
65 ta *in d. auth. ex cauſa.* & Burſat. *conſ. 92. nu. 4.* tamen † ſubiungit
Prætus, quod cum d. filia excluderetur à ſucceſſione per
ſtatutum, dicebatur etiam excluſa à legitima, ſecundum
66 communem † opin. de qua teſtatur Socin. *conſ. 127. col. 1. vol.
4.* Dec. *conſ. 296. col. 2.* Iaſ. *in auth. nouiſſima. col. fin. C. de inoffic. te-
ſtam.* & plene Brun. *in ſtatuto, quod ſtan. maſc. art. 13. q. 3.* pro-
pterea concludit Prætus, quod illi filię ſola dos debeatur ex
forma dicti ſtatuti: ſic etiam dici debet ad vnguem in caſu
noſtro, penitus illi conſutum, dictæ filiæ do. Bartholomæi
inſtitutæ, patre dicti Bartholomæi præterito, cum ſit exclu-
ſa per ſtatutum etiam à legitima, nihil deberi, præter dotem
quam habuit, & opulentam, ſcutorum decem millium, &
propterea dicta bona Bartholomæi pertinere ad patrem ab
eo præteritum, vigore d. ſtatuti.

Tertio non prætereo quoque, diligenter aduertendum
ad teſtamentum dicti Bartholomæi, an lecta † & declarata 67
fuerit dicta clauſula codicillaris dicto Bartholomæo impe-
rito, prout erat neceſſe, quia ex ſola lectione ille non dice-
retur intellexiſſe vim illius clauſulæ, propterea hoc non fa-
cto nihil operaretur, vt factum non credo: ita Imola *in l. Lu-
cius. col. pen. ff. de vulg. & pup.* Socin. *conſil. 93. col. 6. volum. 4.* &
Gabriel *in d. concluſ. 4. num. 7. de conſuet.* Secundus eſt nodus
diſſoluendus, quod dominus Ioan. Maria emancipauit di-
ctum Bartholomæum, vt poſſet teſtari, prout in inſtrumen-
to emancipationis, rogato per Caleſinum, clare dicitur; er-
go † non videtur ipſe D. Ioan. Maria facto ſuo proprio con- 68
trauenire poſſe, impugnando teſtamentum filii ſui, *l. poſt
mortem. cum ibi notatis. ff. de adopt.* Sed huic obiecto reſpon-
deri poteſt, & bene; quod cum D. † Bartholomæus eſſet in- 69
habilis ad teſtandum, priuſquam emanciparetur, *l. qui in po-
teſtate. ff. de teſtam.* D. Ioan. Maria dicitur ei licentiam dediſ-
ſe teſtandi, ſecundum leges, & non econtra, *l. ſi quando. & ibi
gl. communiter recepta. C. de teſtam.* vnde quod attinebat ad
bona, quæ ei donaturus erat, debet intelligi, ea conceſſu-
rum ſi D. Barth. faceret denunciationem neceſſariam ex ſta-
tuto ſuperius memorato, quo vero ad bona poſtea per eum
quæſita, cum eſſet emancipatus, vel aure, ex cauſa aduenti-
tia, ita videtur demum conceſſiſſe licentiam filio teſtandi,
dummodo non præteriret ipſum patrem, vel ſine cauſa ex-
heredaret alias, quod ei competeret querela, vt formaliter
è conuerſo in patre declarat Iaſon *in d. l. ſi quando. in princip.*
propterea non dicitur do. Io. Mariam facto ſuo proprio
contrauenire, cum velut ſic qualificatum cenſeri debeat, &
ſit intelligendum. Et cum † dicta licentia ſic intelligi de- 70
beat limitata, limitatum debet effectum producere, *l. ma-
gis. ff. de acq. rer. dom.* Quinimo dato, quod D. Io. Maria con-
ceſſiſſet do. Bartholomæo filio ſuo liberam licentiam, ſeu
facultatem teſtandi, qui etiam fuiſſet habilis, quæ in eo non
erant, adhuc tamen non intelligeretur conceſſiſſe, quod
poſſet d. Bart. omittere ſolemnitatem inſtitutionis ipſius
patris neceſſariæ, ſtante excluſione filiæ per ſtatutum, quia
prætextu talis priuilegii filio conceſſi non potuiſſet pater
ſuus ab eo præteriri, vel exheredari ſine cauſa, quia † priui- 71
legia nunquam intelliguntur concedi cum damno tertii, *l.
2. §. merito. & §. ſi quis a Princip. ff. ne quis in loco pub. l. nec auus.
C. de eman. lib.* & ita declarat Cyn. Bal. & Sal. *in d. l. ſi quando.
num. 3.* Imo dici debet, quod † cum priuilegium teſtandi ſic 72
intelligatur conceſſum d. Bart. cum hoc, quod non poſſet
præterire patrem, nec eum ſine cauſa exheredare; totum
contrarium faciendo, quia in teſtamento eum præterit, &
in codicillis exheredauit eum, priuando omni commodo,
& bonis ſuis, vt audio, dicitur amiſiſſe dictum priuilegium,
propter eius abuſum, *l. eos. C. de aquaduct. lib. 11.* & ibi Ioan. de
Pla. Rnin. *conſil. 28. col. 3. vol. 1.* & ego *conſil. 26. num. 30.* vnde te-
ſtamentum ſuum funditus corruit omnino, & omnia bona
venum relaxanda D. Io. Mariæ, rationibus prædictis in v-
troque puncto, ſicque de iure concludo in præſenti cauſa.
Hippol. Riminal. Ferraria.

Pro D. AEmilia Finetta Veneta.

ARG. An & quando mater volens eſſe tutrix fi-
liorum teneatur ſatisdare rem pupilli ſaluam
fore; & an tutela matris ſit legitima, vel anoma-
la. Itē an mulier nupta fiat de domicilio viri, &
an maritus bannitus cū publicatione bonorū
poſſit ſe obligare ad dotis reſtitutionē, & an in
publi-

Digitized by Google

publicatione bonorum veniant bona futura, poſtea quæſita bānito. Item de oppoſitione iuris tertii, quod non admittatur. Item an & quando pro dote danda vel reſtituenda bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint obligari vel minui.

SVMMARIVM.

1 *Mater an numeretur inter tutores legitimos, & cogatur ſatiſdare, cum vult eſſe tutrix. nu. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
3 *Omnes legitimi tutores ſatiſdare debent, excepto patrono.*
11 *Præſcriptio ſtatutaria locum habet in eiſdem caſibus, in quibus locum habet præſcriptio iuris communis.*
12 *Mater diues non tenetur ſatiſdare, cum vult eſſe tutrix. Item ſi ſit idonea, honeſta, & bene probata. & nu. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*
16 *Vxor pro dote eiuſque augmento habet hypothecata omnia bona mariti & nu. 17.*
18 *Melius eſt incumbere pignori, quam in perſonam agere. & nu. 19.*
20 *Satiſdatio etiam fieri poteſt per iuratoriam cautionem, ſi ſatiſdans ſit honeſta vita & probata fides & nu 21.*
22 *Vxor efficitur de foro & domicilio viri.*
23 *Et præſumitur propriam originem deſeruiſſe.*
24 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
25 *Fideiuſſores alieni territorii non ſunt idonei.*
26 *Conſuetudinem non ſufficit informiter probare, ſed quod obtinuerit in eodem caſu. & nu. 27.*
28 *Maritus bannitus cum publicatione bonorum an poſſit bona ſua obligare ad reſtitutionem dotis & nu. 29.*
29 *An in publicatione bonorum veniant bona poſtea quæſita, eiuſque exemplum. nu 30.*
31 *Dos à viro conſtituta ante bannum, poteſt per vxorem peti cum augmento etiam durante matrimonio.*
32 *Inter caſus repetendæ dotis præcipuus eſt, cum vir vergit ad inopiam.*
33 *Maritus dicitur vergere ad inopiam, cum incipit exulare.*
34 *Exceptio confiſcationis bonorum à nullo opponi poteſt, niſi à fiſco.*
35 *Fiſcus ſolus poteſt obiicere filio ſpurio, quod ſit incapax, non autem conſanguinei. nu 36.*
37 *De iure tertii nemo poteſt excipere.*
38 *Bannitus reſtitutus in ampla forma per Principem, recuperat omnia bona ſua, etiam in alium tranſlata, & alienata.*
39 *Superior inhibere poteſt magiſtratibus inferioribus, ut ius reddant, & ordinare, vt denegetur audientia, vel imponatur perpetuum ſilentium. nu. 40.*
41 *Bona ſubiecta fideicommiſſo an poſſint minui vel alienari ex cauſa dotis in præiudicium fideicommiſſariorum. & nu 42. 43.*
44 *Quod obtinet in conſtitutione dotis, etiam locum habet in eius reſtitutione. & nu. 45. Item in augmento dotis nu 46.*
47 *Fraus non præſumitur inter nobiles: nec præſumitur ex licitis & fieri ſolitis, vt in augmentis dotium & æqualium. nu 48.*

CONSIL. DCCCXII.

CONTROVERSIA vertitur inter magnificas dominas ſorores, Illuſt. olim dom. Hieronymi Raſponi, Nobilis Rauennæ, ab inteſtato defuncti, & Illuſtr. D. Æmiliam Finettam, Venetam, illius vxorem, viduam relictam, cum filiis communibus pupillis, an illa volens eſſe tutrix eorum, teneatur dare fideiuſſionem tutelæ, ad quam illa ſe teneri nequaquam prætendit: dictæ ſorores aſſerunt contrarium; quarum prima conſideratione videtur intentio
1 præualere debere: nam † mater connumeratur inter tutores legitimos, vt declarat Bartol. *in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertull. & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut. ſicut & in auth. matri & auiæ. C. quando mul. offic. tut.* vbi Salyc. confirmat, & concludit, quod hæc eſt veritas, idemque Grat. *reſp. 44. nu. 3.*
2 *vol. 1.* quo ſtante ſequitur, quod † mater, ſi velit eſſe tutrix, ſatiſdare cogatur, vt eſt de mente Bar. *in l. legitimos. col. 2. verſ. 4. requiritur. ff. de legit. tut.* vbi poſt gloſſ. dicit, quod in legiti-
3 mo habes hoc in textu, ſecundum quem omnes † legitimi tutores debent ſatiſdare, excepto patrono, à quo, cauſa cognita, non exigitur ſatiſdatio: ſi enim omnes legitimi tutores ſatiſdare tenentur, igitur & mater, quæ dicitur tutrix le-
4 gitima, quia qui † omne dicit, nihil excludit, *vulg. l. Iulianus. ff. de leg. 3.* Dec. & D. meus Riminal. *in l. omnia. ff. ſi cer. pet.* & in ſpecie Nepos à Monte *in tract. de except. artic. 21. col. 2.* hoc af-
5 firmat *num. 9.* dicens, quod ſi † mater velit eſſe tutrix filiorum, debeat dare fideiuſſorem, qui promittat rem pupilli ſaluam fore, *§. fin. in auth. vt ſine prohibit. matr.* ibi, *& fideiuſſionibus dandis.* iuncta *gloſſ. Rem pupilli ſaluam fore.* & hoc idem tradit Borgnin. Caualcanus *in tract. de tutore & curat. num. 23. &*
6 *24.* vbi poſtquam dixit, quod † tutor, vt poſſit adminiſtrare, & ſe gerere pro tutore, debeat ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore; ſubdit, & ſi mater eſt, quæ velit eſſe tutrix, debet vltra promittere cum expreſſa hypotheca bonorum ſuorum: & licet Antonius Plagius *in tractat. de tutore & curatore. quæſt. 2. num. 7.* ſenſerit, hanc † tutelam matris non eſſe le- 7
gitimam, ſed anomalam, ſiue extraordinariam, ſeu irregularem, ob aliquas differentias, de quibus per eum, tamen, vt concludit Salyc. *in d. auth. matri & auiæ.* hæc eſt veritas, quod ſit † tutela legitima, cum veniat à permiſſione legis, 8
videlicet Imperatoris Iuſtiniani, *§. ex his. in authen. de hered. ab inteſtat.* & vt idem ponit *in auth. vt ſine prohibit. matres. §. final.* & fideiuſſionibus dandis, & omnibus agendis, ſicut matris, decernitur legibus, *vt Inſt. de ſatiſd. tut. §. pen.* ſubdit gl. & , vt notum eſt, ſufficit † ſimilitudinem verſari in eo, de 9
quo agitur, licet in omnibus non ſit ſimilitudo, vt not. Abb. *in cap. quemadmodum. de iureiuran. & in c. translato. de conſtit.* vbi quoque Dec. *num. 6.* Crauet. *conſ. 92. in fin.* & ego quoque dixi, *Inſtit. de donat. in §. 1.* vnde mater † tutrix ſatiſdare 10
debet, ſicut alii legitimi tutores, *d. l. legitimos.* ibi, *& eos ſatiſdare certum eſt.* ſicut in ſimili videmus in † præſcriptione ſta- 11
tutaria, inducta in locum præſcriptionis iuris communis, quæ ob id in eiſdem caſibus locum habet, in quibus locum haberet illa iuris communis, vt declarat Bald. *in l. ſuperuacuam. not. tertio. C. de tempor. in integr. reſtit. & in l. in contractibus. in prin. not. primo. C. de non numer. pecun.* vbi etiam Salyc. & Ianus Decian. *reſpon. 112. num. 9. vol. 3.* vnde ſi hæc D. Æmilia vult eſſe tutrix, debet ad ſimilitudinem aliorum tutorum legitimorum teneri ſatiſdare, rem pupillorum ſuorum ſaluam fore.

Iſtis tamen non obſtantibus, ex his, quæ in facto proponuntur, in contrariam ſententiam deſcendo: moueor in primis, quia hæc D. Æmilia † diues eſt, vtpote quæ dotem 12
habuit ducatorum quinque millium, & tantundem augmenti dotis à viro ſuo memorato; ſicque ducatos decies mille reperitur in bonis habere, quo ſtante, non tenetur ſatiſdare; caſus eſt notab. *in l. teſtamento. ff. de teſtam. tut. verſic. nec ſatis.* vbi dicit Vlpianus: nec ſatis non dantes, temere repelluntur; & quia † plerunque bene probati & idonei, atq; 13
honeſti tutores, etiamſi ſatis non dent, non debent reiici, quinimo nec iubendi ſunt ſatiſdare, ſicq; per illum textum Antonius Plagius *in tractat. de tutor. & curat. quæſt. 7. num. 27.* inter alias † limitationes, quibus tutor non tenetur ſatiſdare, hanc ponit, quando locuples eſt. Et ad hanc limitatio- 14
nem bene deſeruit, quod in terminis ſatiſdationis dicitur in ſimili Imol. & Moder. *in l. facere poſſe. ff. ſol. mat.* de mercatore, qui in loco haberet magnarum quantitatum mercaturam, quamuis non poſſideret immobilia, qui ſatiſdare non tenetur; eoſque ſequuntur Alexan. & Iaſ. *in l. ſciendum. col. 2. ff. qui ſatiſ. cog.* & Benuenutus Straccha *in tract. de mercat. in 2. par. nu. 24. cum ſeq.* licet enim hæc D. Æmilia non ſit mercatrix, ei tamen debentur magnæ quantitates dotis & augmenti, ducat. decem millium in ciuitate Rauennæ, in bonis & hereditate quondam mariti ſui; propterea teneri non debet dictam ſatiſdationem præſtare.

Secundo moueor ex eodem textu *in d. l. teſtamento. in illis* verbis, *bene probati atque honeſti tutores*, quos non vult teneri ſatiſdare, nec ad id iuberi, & confirmat Bald. *in l. tutores. in 2. notab. ff. de legit. tutor.* Iaſ. *in l. iubemus. column. final. Cod. de iudic.* & ille Plagius *in dict. tractat. de tutor. & curat. queſtion. 7. limitat. 4: num. 28.* dicentes, † quod ſi tutor legitimus eſſet multum fidelis, ex hoc ei remitteretur ſatiſdatio: & hoc ad vn- 15
guem conuenit huic D. Æmiliæ, & in ea verificatur, quoniam in ſumma fide ſemper fuit apud maritum ſuum, & ſirma multum, vſque ad eius mortem, adeo quod ille dixit, quod illa fuerat, & erat digna acquirere vnum regnum; & hoc luculenter probari poterit, data competenti dilatione minime deneganda.

Tertio, cum hæc domina pro † dotibus & augmento 16
prædictis habeat hypothecata omnia bona mariti, *l. in rebus. C. de iure dot.* & in † additamento dotis, dicit notab. 17
Ang. *in §. dedimus. in auth. de æqua. dot.* quod in eo cenſentur repetitæ omnes hypothecæ dotis, & cum eiſdem priuilegiis, ſequitur Decian. *reſpon. 11. nu. 24. vol. 1.* ſatis eſſet, pro ma-

iori tutamine pupillorum filiorum huius dominæ, ſi cede-
18 ret † eis hanc hypothecariam, in omnem euentum, quo
male eorum bona adminiſtraret, qua ceſſione mediante,
præferrentur omnibus creditoribus defuncti, & legatariis
defuncti, vt declarat idem Decian. *loc. cit. nu. 195.* magis enim
eſſent ſecuri filii eius penes ipſos habentes bona hypothe-
19 cata, † cum melius ſit incumbere pignori, quam in perſo-
nam agere, §. *furti. Inſt. de oblig. quæ ex delict. & in l. itaque. §. fin.
ff. de fur.* & tradit Dec. *in l. plus cautionis. ff. de reg. iur. cum simil.*
& certe non eſt credendum, quod iſta domina tam fidelis
& affecta marito, dum vixit, tanquam bene qualificata, vel-
let cum detrimento ſuo & filiorum, quos ſupra modum di-
ligit, deteriorare bona, ſibique ipſi præiudicare.

Quarto huc accedit egregia deciſio Baldi *in l. abſtinen-
20 dum. C. quorum app. non recip.* vbi dicit, quod † ſi ſtatutum diſ-
ponat, quod damnatus debeat ſatiſdare, ſecundum quali-
tatem perſonæ, licet verbum, *ſatiſdare*, intelligatur, cum fi-
deiuſſoribus, vel pignoribus, *l. 1. ff. qui ſatiſdar. cog.* tamen ſi
eſt homo honeſtæ vitæ, & probatæ fidei, ſufficit iuratoria
cautio, per gloſſ. *in l. 2. ff. de rit. nup.* vbi gloſſ. ſingularis *in §. his
21 autem.* vult, quod † virtus hominis ſufficiat pro ſatiſdatio-
ne, & eam multum notat Bald. *in c. 2. col. 2. de iudic. & in Rubr.
de eo qui mitt. in poſſ.* ſequitur Iaſon *in d. l. iubemus. col. final. verſ.
nono.* Quare ſic dici poſſet in caſu noſtro, ſufficere iurato-
riam cautionem dictæ dominæ Æmiliæ de rebus pupillo-
rum ſaluis ſtatutis: ſicque ad fideiuſſoriam cautionem eam
nequaquam teneri conſtanter dico. Hactenus declinata
fuit multum probabiliter regula, volens matrem volentem
tutricem eſſe debere dare fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam
fore: nam ex ſupradictis apparet, hanc dominam ad id non
teneri.

Sed & quinto coadiuuatur, quod eſt forenſis Rauennæ,
22 vbi † nubendo facta fuit de foro & domicilio viri, vt no-
tant Alexan. Iaſon, Dec. & D. meus Riminal. & Cagnol. *in l.
cum quadam puella. ff. de iur. omn. iudic.* ibique remanſura eſt vi-
23 dua, ne filios deſerat: nam † præſumitur propriam origi-
nem deſeruiſſe, prout determinat Ceph. *conſ. 171. nu. 34.* Ro-
lan. à Valle *conſil. 79. n. 49. vol. 3.* & ego *conſ. 353. n. 50.* vnde non
poſſet hæc domina fideiuſſores inuenire Rauennæ, qui pro
24 ea fideiuberent. & † impoſſibilium nulla eſt obligatio; & ſi
25 vellet eos Venetus dare, vbi duxit originem, non † eſſent i-
donei, velut de alieno territorio, vt per Bal. *in l. ſi fideiuſſor. §.
ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog. in. & in l. fin. C. per quas perſ. nob. acquir.*
cum licet eſſent idonei facultatibus, non eſſent idonei faci-
litate conueniendi, vt declarat Alex. *col. 2. in fine prin. ff. qui
ſat. cog.* prout contingeret, hos filios ituros ad litigandum
Venetias extra patriam ſuam, cum magno damno: minus
26 me quoq; remouet à defenſione huius dominæ † conſue-
tudo, quæ allegatur, (vt audio) quod matres tutrices con-
ſueuerint fideiubere, quoniam non ſufficit ſimpliciter &
informiter probare conſuetudinem, niſi probetur, quod
inducta fuerit in caſu, qui vertebatur, videlicet, quando eſ-
ſet ſuſpicio fraudis, vt declarat Cur. iun. *conſ. 26. n. 10.* velut in
caſu noſtro, quod ſuſpicari poſſet, hanc dominam poſſe
fraudare filios in adminiſtratione tutelæ, quod nequa-
quam dici debet, ſtantibus optimis eius moribus, ſinceri-
27 te vitæ, & aliis ſupra deductis; & adeo † conſuetudo ſtricti
iuris eſt, vt nihil proficiat, ſi probetur generaliter, niſi etiam
probetur ſpecialiter in caſu, de quo agitur, vt per Oldrad.
conſ. 227. Anchar. *conſ. 239. pro maiori intelligentia. col. 5. verſ. ad
ſecundum.* Alexan. *conſ. 196. col. penul. verſic. quia vbi teſtes.* Curt.
iun. *in d. conſ. 26.* Burſat. *conſ. 127.* & ego *conſ. 364. num. 94.* vnde
probandum erit, quod alia mulier, & nedum vna, ſed plu-
res diuites, nobiles, fideles & affectiſſimæ marito, tanquam
per eum probatæ, compulſæ fuerint fideiubere, quod nun-
quam probabitur. Opponitur inſuper, vt audio, quod tem-
28 pore, † quo maritus ſe obligauit ad reſtitutionem dotis,
bannitus erat & exul, cum publicatione bonorum: vnde
non potuit ſe obligare, ſed reſpondetur, quod aut bannum
præceſſit dotis conſtitutionem, & tunc illa non venit in pu-
29 blicatione bonorum, quia in † publicatione bonorum
non veniunt bona futura, poſtea quæſita bannito, *l. ſi man-
dauero tibi. §. ſi emus. ff. mandat.* Bartol. *in l. certa forma per illum
tex.* & ibi Alex. *in addit. C. de iure fiſc. lib. 10. & in l. 1. col. fin. ff. de
bon. dam.* Bal. & Aret. *in l. eius qui. §. 1. per illum text. ff. de teſtam.*
Caſtr. *conſ. 56. vol. 1.* Bald. Ang. Alexan. & Dec. *in l. 1. §. illud. ff.
quod quiſque iur.* idemque Dec. *conſ. 235. n. 5. & conſ. 438. n. 10.* D.
meus Rimin. *conſil. 243. num. 77.* Soc. iun. *conſ. 51. vol. 1.* & Plot.
conſil. 138. num. 57. in 1. tom. criminal. vbi dicit, quod † ſi filius in 30
vita patris commiſerit homicidium, deinde ei per mortem
patris hereditas deferatur, eam in fiſcum non deuenire;
quem & alias ego retuli *conſ. 131. num. 8.* & nunc addo Cra-
net. *conſ. 945. nu. 13.* ergo bene valuit obligatio facta per mari-
tum huius dominæ. Aut vero † dicimus, quod ante ban- 31
num dos fuerit viro conſtituta, & adhuc dico, quod huic
dominæ ius & actio competebat petendi dotem, & aug-
mentum ei debere reſtitui, etiamſi duraret matrimonium:
quoniam inter alios caſus, † quibus mulier agere poteſt, il- 32
le præcipuus eſt, cum maritus dicitur vergere ad inopiam, *l.
ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in §. il-
lud. in auth. de æqua. dot.* in dictis iuribus notant Doctores, po-
tiſſime *in d. l. ſi conſtante.* dantes exemplum, quod † maritus 33
dicatur vergere ad inopiam, cum incipit exulare, &, vt di-
cunt, eſſet bannitus de ciuitate, præſertim ſi etiam bona ſua
fuerint confiſcata, vt eſt de mente Bar. *in d. l. ſi conſtante. in 5.
quæſt. 1. part.* quam ibi communiter ſequuntur Doctores, vt
per Alexand. Iaſonem & Crotum. Idemque tenet Socin.
iun. *conſil. 35. num. 2. volum. 2.* concludens, quod ad hoc plura
allegari poſſent, ſed non putat expedire, quia clariſſimum
eſt, & nullus negat; quare ſi potuiſſet hæc domina petere &
conſequi ſuas dotes, conſtante matrimonio, multo fortius
nunc, eo ſoluto per mortem viri, idem facere poteſt, *tot. tit.
ff. ſol. matr.*

Secundo principaliter hæc † exceptio, de bonis confi- 34
ſcatis, ad fiſcum tantum pertinet, & præter eum nemo de
illa opponere poteſt, vt notant Bal. & Florian. poſt Ricard.
Malumbræ *in l. hu conſequenter. §. 1. ff. famil. hercifcun.* vbi di-
cunt, quod † filio ſpurio ſolus fiſcus obiicere poteſt, quod 35
ſit incapax, non autem conſanguinei, idemque Bald. *conſil.
436. teſtator inſtituit. col. 2. vol. 3. in antiquis.* reddens † ratio- 36
nem, cur nullus alius, præter fiſcum, venientes ab inteſtato
non poſſit obiicere incapaci de incapacitate ſua, quia de-
ducunt ius tertii, id eſt, fiſci, quod eſt impoſſibile, cum non
habeant mandatum à fiſco, nec ſimus coram iudice fiſci,
nec ſit præſens fiſci patronus, idemque Bal. *in l. 1. in fin. C. in
quib. cauſ. in integ. reſtit.* ſequitur Alex. *in add. Bar. in d. l. hu con-
ſequenter. §. 1.* Simile eſt, quod inquit Anch. *conſ. 275. ad fin.* de
Communitate † Bononiæ, quod licet auferre poſſit bona 37
bannito, velut indigno, nullus tamen alius ad vtilitatem e-
ius poteſt excipere de iure dictæ Communitatis, ſi ipſa
Communitas tacet, & eo non vtatur; & ita plenius ego
quoque dixi *conſ. 218. n. 77. cum ſeq.* quæ omnia maxime con-
ferunt ad huius dominæ defenſionem, & faciunt intentio-
nem dictarum ſororum vanam.

Tertio reſpondetur, dictas ſorores in vanum laborare,
ſtante, quod maritus huius dominæ fuit † reſtitutus in pri- 38
ſtinum pleniſſime, cum clauſulis prægnantibus, & in am-
pliſſima forma, per Summum Pontificem; quo ſtante, re-
cuperauit omnia bona ſua, etiamſi in alium fuiſſent trans-
lata & alienata, vt tradunt Cardinalis Florianus & Imol. *in
c. quia diligentia. de elect.* vbi dicit in ſpecie Cardin. ſe vidiſſe
ita de facto ſeruari, quod non admiſſa fuerit exceptio con-
fiſcationis, quia † ſuperior tollere poteſt magiſtratibus ſuis 39
ſibi ſubiectis, ne ius ſuper hoc reddant, cum poteſtas magi-
ſtratuum pendeat à ſuperiore, *l. 2. ff. de orig. iur.* & ſic † ordi- 40
nare poteſt, vt denegetur audientia, vel imponatur perpe-
tuum ſilentium, prout in pontificio Breui dictæ reſtitutio-
nis pleniſſime contineri dicitur: idemque tenent Alexan. &
Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 77. ff. de liber. & poſt.* vbi
quoque Soc. *num. 17.* Mod. Hiſpan. *nu. 156.* Crot. *num. 56.* &
Claud. Aquenſ. *col. 6.* Paul. *conſil. 1. num. 38. cum ſequen. vol. 4.* &
Cur. iun. *conſil. 310. num. 73.* quos omnes ſequor *conſil. 399. nu-
mer. 9. lib. 4.* quibus nunc addo Decianum *reſponſ. 23. numer.
61. vol. 1.* eaſdem & alias deciſiones allegantem. Poſtremo di-
citur, quod cum † bona, de quibus agitur, fuerint ſubiecta 41
fideicommiſſo, minime non poſſunt ex cauſa dotis in præio-
dicium

Digitized by Google

dicium fideicommiſſariorum, vt voluit Ang. *in auth. de reſtit.*
& ea quæ parit. in princ. colum. pen. verſ. item nota. vbi per illum
42 text. dicit, quod † ad hoc, vt pro dote danda, vel reſtituen-
da, res ſubiacentes reſtitutioni poſſint alienari, eſt neceſſe,
quod obligatio dotis præceſſerit grauamen, alias ſecus: &
hoc dictum refert Iaſon, *in auth. res quæ. col. pen. verſ. 5. limita.*
ſequitur Rom. *conſil. 123. num. 13. vol. 2.* & Pariſ. *conſil. 52. num.*
43 *34. vol. 2.* ſed breuiter in contrarium ſtat † communis opin.
vt declarat Dec. *conſil. 376. & conſil. 519. colum. 1. & 2.* volens,
quod imo pro reſtitutione dotis, bona ſubiecta fideicõmiſ-
ſo, ſint obligata, & alienari poſſint: licet obligatio reſtitu-
tionis dotis facta ſit poſt iniunctum fideicommiſſum; &
hoc aperte probatur *in d. auth. res quæ.* vbi dicit, quod in
bonis, & rebus, quę ſubiectæ ſunt fideicommiſſo, filius gra-
uatus poteſt conſtituere dotem pro filia: & idem dicit tex.
in §. quam obrem. in d. auth. de reſtitut. & ea quæ parit: cum e-
nim iſta iura hoc permittant, non obſtante, quod bona eſ-
ſent ſubiecta fideicommiſſo, datur intelligi, quod loquun-
tur, quando grauamen, & onus fideicommiſſi præcedebat
conſtitutionem dotis; quia ſi conſtitutio dotis præcederet
fideicommiſſum, non diceretur filius obligare res ſubie-
ctas reſtitutioni, ex quo, tempore obligationis pro dote,
44 non aderat fideicommiſſum: & † cum hoc habeat locum
in conſtitutione dotis pariter in reſtitutione dotis idem di-
cendum eſt, vt notant gloſſ. & Dd. *in d. auth. res quæ.* &
hoc idem comprobatur, quia textus *in d. auth. de reſtit. &*
ea quæ parit. col. 2. dicit, quod mulieres fraudabantur igno-
rantia fideicommiſſi, & propterea, *in §. quamobrem.* fuit fa-
cta prouiſio ne fraudentur; ex hoc enim, quod de igno-
rantia fideicõmiſſi dicitur, videtur quod tempore, quo dos
dabatur, extaret fideicommiſſum, & ita ponderat, & indu-
cit illum text. Alex. in terminis *in conſil. 63 viſis & ponderatis.*
in fin. volum. 4. & videtur illud conſilium fuiſſe Ioan. de A-
nania inter eius conſilia, *in conſil. 61.* vbi late oſtendit, iſtam
45 eſſe † communem opin. ſecundum Bartol. Bald. Angel. &
Salyc. quos ibi refert; & ſecundum communem opin. late
nouiſſime conſuluit Socyn. *conſ. 21. vol. 3.* vbi dicit, ſæpe con-
ſultum fuiſſe per genitorem ſuum, D. Marianum, & aduo-
catos Florentinos contra Angelum, & ad allegata in con-
trarium bene reſpondet, ſicut & ad *§. hac igitur.* per quem
46 mouetur Angel. reſpondet Decius, quod loquatur de † au-
gumẽto dotis, quod fit in fraudem fideicommiſſi, quæ ra-
tio ceſſat in conſtitutione dotis, ſed & ceſſare debet in au-
gumento dotis, alio non apparente, potiſſime vero in nobi-
libus perſonis, qualis erat maritus, de nobili familia Raſpo-
na, & hæc domina vxor ſua, de nobili familia Veneta; inter
47 quos † nobiles fraus non præſumitur. *c. nobiliſſimus. 17. diſtin.*
Ioan. Andr. *in c. ad Apoſtolicæ. verſ. propom iura. de re iudic. in 6.*
Decian. *reſponſ. 37. num. 30. vol. 1.* ſicut & idem *reſponſ. 2. n. 129.*
48 *& in fin. vol. 1.* dicit, ex † licitis, & fieri ſolitis, fraudem non
præſumi, prout ſunt augmenta dotium, & æqualia, quæ à
iure permittuntur, *in auth. de æqual. dotis. cum ſimilibus.* qua-
re ſublatis contrariis, quæ potius merita concernunt, quàm
præſentem articulum, dandi fideiuſſorem, per hanc domi-
nam de rebus filiorum ſuorum conſeruandis, concludo,
eam ad eam non teneri, ex ſupra deductis. *Hippolyt. Ri-*
minald. Ferrariæ.

Pro fratribus de Rizzolis.

ARG. An Ratificatio locum habeat, in cauſis ſpe-
ciale mandatum requirentibus, & an is, qui in-
terrogatus, an approbare velit geſta, per pro-
curatorem, & vti reſtibus examinatis, reſpõdit,
ſe ad hoc non teneri reſpondere: quia non fue-
rit pars eius iudicii: geſta per procuratorem,
poſtea ratificare poſſit. Et qui actus dicãtur iu-
diciales, vel extraiudiciales.

S V M M A R I V M.

1 *Ratihabitio non prodeſt, cum fuit oppoſitum ante ratificationem.*
2 *Dictio, alias, denotat diuerſitatem à ſupra expreſſis, & illa excludit.*
3 *Pronunciatio debet eſſe petitioni conformis, ſicut & reſponſio ſimplex interrogationi. n. 4.*
5 *Ratificatio fieri nequit, cum de mandato fuit oppoſitum.*
6 *Falſi procuratoris geſta, quando rata haberi non poſſint ad commodum approbantis.*
7 *Procurator non dicitur habere mandatum, qui illud non profert.*
8 *Ratificatio an operetur in cauſis requirentibus ſpeciale mandatum & n. 9. 10. 11 & 15.*
12 *Mandatum ſpeciale requiritur, ad faciendum incidere dominum in pœnam. & n. 13.*
14 *In mandato generali non venit, quod eſt pœnale.*
16 *Actus factus contra prohibitionem ſtatuti, eſt nullus.*
17 *Actor, & reus requiruntur in omni iudicio. Et ſi actor eſt inhabilis, non valet iudicium. n. 18.*
19 *Actus annullatio non requiritur, cum ſtatutum prohibet ad vlteriora procedi.*
20 *Repugnantia non admittitur. Et allegans contraria non auditur. & n. 21.*
22 *Contrarietas, & correctio in quibuſcunque diſpoſitionibus, eſt vitanda.*
23 *Ratificatio non ſufficit, cum ſtatutum requirit mandatum pro forma.*
24 *Ratificatio iudicij, eiuſq; actorum, non valet, cum pars dixit ſe non eſſe partem illius iudicij. & ſe illi non interueniſſe.*
25 *Ratificatio fieri non poteſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit ius quæſitum.*
26 *Actus interrogandi, & reſpondendi Interrogatorio, non eſt iudicialis. Et qui dicantur acta iudicialia & n. 27.*
28 *Actus denominatio fieri ſolet à dignitate, & ab ea conſideratur.*
29 *Contractus talis eſt qualis denominatur à partibus.*
30 *Statutum loquens indefinite de actibus iudicialibus, æquipollet vniuerſali.*
31 *Indefinita à ſtatuto prolata, in quibus æquipolleat vniuerſali.*
32 *Interrogatorium, an pars velit vti teſtibus pro veris, ad quem effectum fiant.*
33 *Exempla non reſtringunt regulam.*
34 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
35 *Acta dicuntur ſcriptura, facta coram iudice.*
36 *Multa tractantur quæ non perficiuntur. & n. 37.*
38 *Verbum, velle, additum cum verbo infinitiui temporis, v.de l. contrahere, an inducat diſpoſitionem & n. 39 & 40.*
41 *Ratificatio non poteſt fieri ab eo, qui à iudicio ſe exclusit & n. 44.*
42 *Mandati defectus reddit iudicium retro nullum.*
43 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*

CONSIL. DCCCXIII.

DE anno 1571. citata fuit domina Paula de Barberis,
ad reſpondendum Interrogatorio; An vellet vti teſti-
bus pro veris, examinatis inter eam, & fratres de Rizzo-
lis; quia volebant eos redarguere de falſo, ſi reſponderet,
ſe eis velle vti pro veris, iuxta formam ſtatuti? Quæ re-
ſpondit, ſe non teneri reſpondere dicto interrogatorio;
quia non erat pars illius iudicii, & ei non interuenerat; &
cum dicerent Rizzolli, quod imo interuenerat, per Dom.
Chriſtophorum Conſtantinum, procuratorem, citatus
fuit ipſe, ad exhibendum mandatum, ſi quod habebat à
Dn. Paula de Barberis, alias pronunciabitur in deterio-
rem partem; ſicque pronunciauit Dn. Vicarius: deindè
poſt lapſos plures annos, quibus tacuit Dn. Paula, ipſa de
anno 1584. ſciens iudicium fuiſſe motum per dictum Con-
ſtantinum, eius procuratorem, & alios fratres ſuos de Ca-
raphis, & proſecutum fuiſſe, optans illud perficere, ratifi-
cauit omnia, & ſingula, geſta, & acticata per ipſum Dom.
Conſtantinum, ſuo nomine, & D. Ioannem Cabeum,
ſuum procuratorem conſtituit: quare nunc quæritur,
an audiri debeat, eique proſit ratificatio prædicta: & quod
ſic, dubitat Clariſſim. D. Petrus Cocapanus, iudex prima-
rum appellationum, velut mihi frater maior honorandus,
non obſtantibus tribus, quæ ipſi Dn. Paulæ obiciuntur,
de quibus ponit Paſettus *in conſil. 94. num. 20.* inquit enim
primo loco Paſettus, † ratihabitionem non operari, nec 1
prodeſſe, cum fuit oppoſitum ante ratificationem; vt tra-
dit Iaſon *in l. licet. colum. 3. C. de procur. verſic. primo niſi.* ſed
reſpondet Dn. Iudex quod non fuit oppoſitum, procura-
torem Dn. Paulæ non habere mandatum, ſed tantum
fuit citatus, ad exhibendum mandatum, alias pronun-
tiabitur in deteriorem partem: & ipſa domina Paula non
contendit contra inſtantem ad exhibendum, mandatum
illud adeſſe, ſed ex pronuncia ſubſequenti cenſetur tan-
tum fateri, procuratorem Conſtantinum non habere
mandatum ab ipſa, qui caſus eſt omnino diuerſus à ſu-
pra dicto. Subtilis ſane fuit, & ingenioſa conſideratio Dn.

poſt requiſitas ſolemnitates in contractib. mulierum; ſubdit, *& prædicta non intelligantur in actibus, ſiue negotiis iudicialibus*, negari enim non poteſt, quin Bettaz. nomine Rizzollorum, producens actum in ſcriptis, citam D. Vincentio, & petens interrogari D. Paulam, an velit vti teſtibus pro veris; ipſaque ad id citata, dixerit ſe non teneri reſpondere dicto Interrogatorio, quia non eſt pars præſentis iudicii, & in eo non interuenit, dicantur feciſſe vtrinque actus, & negotia iudiciales, ſiue iudicialia, ex quo coram iudice, eos, & ea fecerunt, & dixerunt, habente dignitatem Vicariatus D. Po-
28 teſtatis: † actus enim denominatio fieri ſolet à dignitate, & ab ea conſiderari. *c. quod in dubiis. & ibi not.* Abb. & Anchar. *de conſecr. eccl. vel altar. in. l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de don. inter vir.* quam citat ad hoc D. meus Rimin. *in l. Imperium. ff. de iur. omn. iud.* & ego dixi *conſil. 156. num. 12.* ſicut & de contractu
29 dicit Bald. *in addit. Specul. de locato. in princ.* quod † talis ſit contractus, qualis denominatur à partibus: ſequitur Natt. *conſ.*
30 *194. col. 1.* & ego *conſil. 295. num. 40.* & cum dictum † ſtatutum loquatur indefinite, de actibus iudicialibus, æquipollet vniuerſali, ſicut de indefinita legis dicit Bart. *in l. ſi plurib. ff. de leg. 1.* & ibi Caſtren. ſequitur Natta *conſil. 66. num. 5.* & idem de indefinita ſtatuti tradit Bar. *in l. omnes populi. in 3. q. 6. quaſt.*
31 *princ. ff. de iuſtit. & iur.* quod † indefinita à ſtatuto prolata, æquipolleat vniuerſali, in his, in quibus eſt eadem ratio; quia ſecundum mentem ſtatuti iſta eſt congrua interpretatio: ſequor ego, *conſil. 275. num. 44.* prout eſt in caſu noſtro: nam
32 fuit hæc † Interrogatoria, vt pars reſpondeat, an velit vti teſtibus pro veris, ad effectum ordinandæ litis in cauſa criminali inſtituēda de falſo; & ideo poſt citationem primam D. Paulæ, fuit etiam ei aſſignatus terminus 5. dierum ad deliberate reſpondendum d. Interrogatorio, iuxta formam ſtatuti, *de pœna producentis lib. 3. cap. 109.* vnde non obſtat Aſinius, *citatus in ſua praxi*, ſed verius concordat, dum dixit; acta iudicialia ea eſſe, quæ tendunt ad ordinationem litis, vt eſt libellus, litis conteſtatio, & ſimilia: locutus enim fuit per
33 exempla, quæ † non reſtringunt regulam. *l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de dam. infect.* & hic actus reſpondendi Interrogatorio eſt ſimilis, velut, qui tendit ad ordinationem d. litis, ſicut & comparitio D. Paulæ, dicentis ſe non teneri reſpondere d. Interrogatorio, &c. ad impediendam dictam litis
34 ordinationem: quia † contrariorum eadem eſt diſciplina. *l. fin. §. contra quoq. ff. de leg. 3. cum vulgar.* Et in ſumma de hoc non eſt dubitandum, quin hic caſus non fuerit actus iudi-
35 cialis, velut factus coram iudice: quia † acta, dicuntur ſcripturæ factæ coram iudice, ſecundum gloſſ. *in verb. actorum. in l. illud. & ibi notat* Bald. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* ſequitur Alexand. *in l. acta. ff. de re iudic.* Nec obſtat, quod inquit D. Iudex; quod ſi hic actus, & ſimiles, dici poſſent iudiciales, eſſet via inuenta fraudandi intentionem ſtatuentium; quia poſſet quilibet, volens cum muliere contrahere, illam in iudicio interrogare, ipſaque annuens conſentire, ac ſe obligare: Quoniam talis interrogatio, & reſponſio mulieris annuentis, non eſſet contractus, ſed tractatus, & præordinatio futuræ promiſſionis, & obligationis de contrahendo, quæ non obligarent mulierem, nec probatio talis tractatus
36 ſufficeret: quia † multa tractantur quæ non perficiuntur, vt notat Bald. *in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi quis alte. vel ſib.* eſt enim tractatus ſeparatus ab ipſo contractu, vt probatur *in cap. tua. de his quæ fiunt à prælatis:* hinc Bald. eleganter *in l. cum allegas. colum. 2. verſ. ſcias. & cap. de vſur.* dicit, quod
37 non † ſufficiat probari ratiocinationem, & quod verba facta ſint de aliquo contractu, niſi probetur, quod concluſio firmata ſit: quia multa dicuntur, quæ non fiunt. *l. ſciendum. in fin. ff. de ædil. edict.* & tota vis in concluſione conſiſtit. *l. ſi voluntate. vbi Bald. C. de reſcind. vend.* ſicque arguit Alexand. *in ſimili. conſil. 31. volum. 1. & conſil. 57. in fin. volum. 6.* & in alio plene Dec. *conſil. 418. num. 10.* quos ego ſequor *conſil. 52. num. 16.* Idque confirmatur in caſu propoſito per D. Iudicem; quando quis interrogaret in iudicio mulierem, an vellet ſecum
38 contrahere: nam † verbum, *velle*, iunctum cum verbo infiniti temporis, vt eſt, *contrahere, relinquere, & id genus.* non inducit diſpoſitionem, vt tenent contra Bartolum Angel. I-
39 mola, Caſtrenſ. Cuman. Aret. &c. magis † communiter, vt ibi refert Iaſ. *in l. ſerui electione. ff. de legat. 1.* ſed eſſet quidam tractatus, ſic † in futurum diſponendi, nec inter filios ſer- 40
uandus, vt tradit Dec. *in d. conſil. 418. colum. 2.* poſt Oldrad. *conſil. 119.* & ego dixi *conſ. 105. num. 20.* nec mulier, reſpondens ſe velle contrahere, obligaretur ex tali reſponſione: quia ſtatutum de hoc non loquitur, ſed de contractu: & quando poſtmodum contraheret in effectu, non obligaretur, ſine ſolemnitatibus dicti ſtatuti: at caſus noſter eſt longe diuerſus ab illo; quia ſupponitur in caſu noſtro, iam teſtes ab aduerſario fuiſſe examinatos, & in cauſa productos; qui interrogatur, an eis velit vti pro veris, qui ſi reſpondeat, quod ſic, & probetur eos dixiſſe falſum, is vtens obligatur, & punitur, vt in ſtatuto. & ex prædictis concludendo dico;
quod † hæc D. Paula ratificare non poteſt geſta in iudicio, 41
à quo ſe excluſit, dicens; quod non fuerit eius pars, nec illi
interuenerit: nam † defectus mandati reddit iudicium te- 42
tro nullum. Alexand. *conſil. 147. colum. 1. volum. 6.* Marſil. *ſing.*
323. in fin. & † quod nullum eſt, nullum operatur effectum. 43
l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Cephal. *conſil. 164. num. 17. & conſil. 329. num. 11.* & ſi prætendit aliquid iuris in bonis, de quibus agitur, incipiat aliud iudicium, & ei reſpondebunt Rizzoli, tuncque de meritis erit agendum, nunc autem nequaquam, ne via, quæ ei nunc eſt clauſa, patens fiat: & ita reſideo.

Poſtremo, ne nos æquiuocēmus in facto, in quo hactenus verſatus ſum, vt dubiis propoſitis ſatisfacerem; aduerti debet, quod duæ ſunt Paulæ, vna filia D. Io. Pauli Caraphæ, & huius, & aliorum fratrum, & ſororum ſuarum, bene Dn. Chriſtophorus Conſtantinus fuit procurator, vt in inſtrumento mandati, rogato per Boniſignonum de anno 1569. 2. Februar. altera fuit Paula, filia quond. Hieron. de Barbetis; & hæc eſt illa, quæ dicit ſe ratificaſſe geſta eius nomine, per d. Conſtantinū, & quæ iudicium cœptū cū ſn Rizzolis, optat perficere: ſed ſub ea forſan fallacia vult eos decipere, quod fuerit filia quondam D. Anaſtaſiæ, filiæ Io. Iacobi de Barbetis; at ſuperior Paula fuit filia Io. Pauli Caraphæ: & in ſumma hæc puella nullum fecit mandatum Conſtantino, & propterea bene dixit, cum citata fuit ad reſpondendū Interrogatorio, ſe non eſſe partem dicti iudicii, nec illi interueniſſe, licet nunc decipiendo Rizzollos (ſi poſſet) ſecus ſentiat, in aſſerta ratificatione, rogata per Franciſcum No-
uum: propterea ſequitur, quod ipſa † ratificare non poteſt 44
acta, non ſuo nomine facta, ſed alterius Paulæ, *vt habetur in c. ratum. de regul. iur. in 6. ad idem eſt text. in l. pupillo. §. ſed ſi ego. vbi Bart. ff. de negot. geſt.* & per Dec. *in l. ſemper qui non prohibet. ff. de regul. iur.* qui declarat hoc procedere, fauore ratificantis, licet in præiudicium ſuum ſecus; & nos in primo caſu verſamur: quare ſic fallaciam huius D. Paulæ detegendo res clara remanet, quod hæc ratificatio eius de iure non procedat, nec admitti debeat. *Hippolytus Riminaldus Ferrarien.*

Pro fratribus de Sarachis.

ARG. An beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. locum habeat, ſi in contractu venditionis ap-
1 poſita ſit clauſula, ſi res vēdita plus valeat, quod id ſponte, & ex certa ſcientia venditor emptori irreuocabiliter donet. Et de qualitatibus, precium, & valorem rei venditæ minuentib. Item clauſulis quibus beneficio d. l. 2. renunciatur.

SVMMARIVM.

1 *In remedio l. 2. C. de reſcin. vend. qualitas venditorum diligenter ſpectanda.*
2 *Res empta à contentioſo, vilioris pretii iudicatur. Item obnoxia annuæ penſioni, & decimæ fructuum. num. 3. Item valles aquoſæ, & lutoſæ n. 4.*
5 *Læſio conſiderari non poteſt in his, quæ pendent à futuro euentu incerto, tam ad commodum quam incommodum.*
6 *Clauſula donationis inſtrumento inſerta, an excludat beneficium l. 2. C. de reſcind. vend.*
7 *Teſtes de valore rerum venditarum deponentes præciſe ſe referre debent ad tempus contractus.*

8 Clauſula

8 *Clauſula donationis quibus verbis concipi debeat, vt excludat beneſic. l. 2 de reſcind. vend.*
9 *Viliùs emere, & propriam vtilitatem procurare licitum eſt. & n. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Clauſula ad ſuſtinendam venditionem contra l. 2. C. de reſcind. vend. à Dd. inuenta, & variis modis concepta & n. 15.*
16 *Remedium l. 2 an tollatur per clauſulam, quod venditor donet illud, quod excedit iuſtum pretium, quantumcunque ſit & n. 17. Et an requiratur, vt ea clauſula in inſtrumento inſeratur n. 18 & 19. Et an præſumatur appoſita, ex conſuetudine Notariorum potius, quam de voluntate contrahentium n. 20 21. 22 23 24. 25 26*
27 *Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod mente non cogitauit.*
28 *Dictio,* etiam, *ſtat augmentatiue.*
29 *Dicens de maxima quantitate, omnem exceſſum comprehendit.*
30 *Dictio,* totum, *ſignificat ſine vlla diminutione alicuius partis.*
31 *Dictio,* quantumcunque, *quid comprehendat.*
32 *Remedium l. 2. omnino ceſſat cum conſtat de animo donandi. & n. 33. Et quando dicatur conſtare de animo donandi. & n. 34.*
35 *Contractus qualitas ex tenore verborum demonſtratur.*
36 *Formula nonnulla inuenta à Doctoribus, ad excluſionem remedij l. 2. C. de reſcin. vend.*
37 *Quilibet præſumitur ſcire facultates ſuas, vimque, & valorem earum.*
38 *Actus habens præſumptiones contra ſe, debet habere fortiores probationes.*
39 *Remedium d. l. 2 non tollitur per verba generalia.*
40 *Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus.*
41 *Ratio diuerſa re, format pactum.*
42 *Et vbi ratio eſt ſeparata, ſeparatum ius eſſe debet & n. 43.*
44 *Geminatio non operatur, niſi facta ſit ex interuallo.*
45 *Contractus approbatus dicitur ex taciturnitate longi temporis, puta 25. annorum, ita vt remedio d. l. 2. non ſit locus & n. 49. 50.*
46 *Remedium l. 2. habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei, eſtque communis concluſio. n. 47.*
48 *Interueniente diutina taciturnitate in locatione, ceſſat remedium d. l. 2.*
51 *Scientia, & patientia diuturna, cum taciturnitate inducit conſenſum.*
52 *Actus factus præſumitur factus ad eum finem, qui eſt veriſimilior, & magis conuenit rebus actis*
53 *Et id actum fuiſſe cenſetur, quod in inſtrumento continetur, & ſæpe ibi reperitur. Præſumiturque factus ad eius inſtantiam, cuius intererat eum fieri & n. 54.*
55 *Citatio præſumitur facta ad poſtulationem partis, cuius intereſt.*
56 *Obſeruantia contractus quando operatur, ne eius reſciſſio peti poſſit.*
57 *Clauſula, ex certa ſcientia, in inſtrumento poſita, nihil operatur, cum conſtat de errore.*
58 *Iuramentum an operetur ſtante enormiſſima læſione. & n. 59.*
60 *Pactum iuramento firmatum ſeruandum eſt, & valet, inſtar ſtatuti. & n. 61.*
62 *Iuramentum licet ſit perſonale, quo ad vinculum animæ, tamen quo ad dandum robur contractui, habet realem effectum, vt heredes etiam liget.*
63 *Remedio d. l. 2 cenſetur renunciatum per clauſulam* renuncians omni iuris, & legum auxilio, *adiecto iuramento.*

CONSIL. DCCCXIV.

QVoniam clariſſimus Dn. Iudex, pro fundamento dubiorum ſuorum, contra dominos Saracos editorum,
præſupponit, ex probationibus actoris factis, de valore,
tempore contractus vēditionis, terrarum, de quibus in cauſa, ſatis conſtare de læſione, nedum dimidiam iuſti pretii,
ſed etiam quadruplum excedente, & ideo locum eſſe debere reſciſſioni dictæ venditionis, per intentatum remedium
l. 2. C. de reſcind. vend. ego ſane, qui alias diligenter perſcrutari volui ſingulos, & peritos, & teſtes; nuncque nouiter eōs
recenſui, facile in contrariam ſententiam deſcendi; quod
nec præciſe ſe referant ad tempus dictæ venditionis, cum
de auditu deponant, & per eundem fere ſermonem; alioſque defectus patiantur, vt late prius ſcripſi: quæ cum videri
poſſint, non repeto; ſed paucis additis tantum, cōtentus ero; nec enim multa poſſem: cum ſatis dixerim, quod in hoc
1 remedio † qualitas venditorum de Bertacis plurimum ſpectari debuit, quod non parum fuerint ære alieno grauati,
resque prædictas vendiderint pro dotandis duabus ſororibus, vt alias dixi: hoc enim minuere ſolet pretium rei, ob
dubium litis, & euictionis, quæ ſequi poſſunt, aduerſus emptorem, vt ſcribunt Bart. & apertius Iaſ. *in l. 1. §. ſi heres num. 5. ff. ad Trebell.* Antun. ab Alex. *inter conſilia Sigiſmundi Loſredi. conſil. final. num. 27.* & Cagnol. *in d. l. 2 num. 199.* ſicut & Pinellus *in 3. part. num. 20.* demumque Menoch. *conſil. 358. num. 27.*
2 qui ſubdit, † rem quoque vilioris pretii credi, cum emitur à
contentioſo, ſicut docet Iaſ. *in l. 2. in princ. num. 18 ff. ſol. matr.*
Ripa *in d. §. ſi heres. num. 28.* & Anch. *conſil. vlt num. 10. verſ. præterea in caſu noſtro.* & inſuper, quod † quotannis ſoluuntur 3
decem ſolidi, & decima omnium fructuum Epiſcopatui,
vt in inſtrumento dictum fuit; quæ qualitates quoque minuunt valorem rei, vt per Cagnol. *in d. l. 2. num. 243.* Boer.
conſil. 30. num. 8. & Senat. Pedemont. *deciſ. num. 10.* quos refert, & ſequitur Menoch. *in d. conſil. 358. num. 30.* Sed tanto
magis † vilioris erant pretii res venditæ, quod erant valles, 4
aquoſæ, lutoſæ, & inutiles, & quæ nunquam, tempore vitę
Sarraci, habuerunt exitum, vt teſtes reorum deponunt;
quare † læſio conſiderari non poteſt in his, quæ pendent à 5
futuro euentu incerto, tam ad commodum, quam ad incommodum *l. de fideicom. C. de tranſact. l. ſi pater puella. Cod. de inoffic. teſtam. l. ſi ea lege. C. de vſufr.* Crauet. *conſil. 142. num. 8. & conſil. 886. num. 13.* ſicut & fuſius idem ponit *conſil. 598. num. 10.*
Hincque defendi poteſt optime clauſula donationis, in inſtrumento poſita, de qua late, diligenterque verba facit D.
Iudex: nam fatetur ipſe, † dictam clauſulam operari, ſi tem- 6
pore contractus non adſit enormiſſima læſio, ſecundum
Hieron. Gabriel. *conſil. 168. quæſt. 4. num. 44. iuncto num. 62.* in
quo caſu verſamur, cum teſtes † de valore rerum vendita- 7
rum ſe præciſe referre debeant ad tempus contractus tantum, facti de rebus immobilibus, vt per Bar. *in d. l. 2. q. 15.* Bal. *col. fin.* Sal. *q. 19.* Caſtr. *col. 1.* & alios cōmuniter, vt per Cagn. *n. 213. per l. ſi voluntate. in ver. venditionis tempore. C. de reſcind. ven.*
quod minime concludenter faciunt examinati per actorem, vt alias probaui, in priori conſilio meo, quæ breuitatis
cauſa non repeto: Sed bene dico, non opus fuiſſe latius verba concipere, quam factum fuit in inſtrumento, de quo agitur, vt admonet Cagnol. *in d. l. 2. num. 131.* Aret. *in §. actionum. num. 15. Inſtit. de act.* & Burg. *in c. cum cauſa. de empt. & vend. num. 21.* de quibus in dubiis: qui Cagnol. inquit, tutius
eſſe, apertius, clariusque loqui, dicendo, † exempli gratia, 8
quod ſi res vendita plus valeat, id totum ſpōte, & ex ſui certa ſcientia, nullo errore ductus, donauit, ſiue in parua, ſiue
in magna quantitate conſiſtat, etiamſi valde excederet dimidiam iuſti pretii; iiſdemque fere verbis vtitur Aret. *loco citato.* Quoniam præmitti debet imprimis, quod inquit
Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæſt. 11.* quod † licitum ſit vi- 9
lius emere, quia ille, qui ſic vendit, ſibi ipſi iniuſtitiam facit, & ideo de iniuſtitia alterius conqueri nō debet; & quia
licitum eſt † contrahentibus propriam vtilitatem procura- 10
re; quoniam omnis conditio commercii talis eſt; † nam in- 11
troducta ſunt commercia, ob contrahentium vtilitatem. *l. in rem. §. Papinianus ff. de minor.* & habetur per Philo. *1. Politicor.* vnde Bald. *in auth. ad hac. colum. 9. C. de vſur. verſ. inſuper dubitari.* dicit, quod † talia quæſita vilius emendo, non ſunt 12
neceſſario reſtituenda, ſed poſſunt heredib. relinqui; † quia 13
cum † acquiſitum habeat in ſe conſenſum, non eſt prohibitum de iure naturali: ſequitur hæc dicta Bald. Socin. *conſil. 48. colum. 2. volum. 4.* quæ nobis ſufficerent, niſi *lex 2. C. de reſcind. vend.* procederet vltra, dando remedium exceſſus vltra
dimidiam iuſti pretii; propterea Dd. ad † ſuſtinendam ven- 14
ditionem, inuenerunt clauſulam, *& ſi res plus valet,* & variis
modis eam concipiendo, vt dicitur in dubiis: mihi tamen
videtur, quod in caſu noſtro verba dictæ clauſulæ latius
concepta ſint, quam dixerint Cagnol. Aret. & Burg. nam
expreſſo pretio in inſtrumento, dixerunt Bertacii venditores: *Et ſi dicta res, vt ſupra venditæ, nunc plus dicto pretio valeant, vel in futurum plus valuerint, & in magna & maxima quantitate, totum illud plus, quantumcunque ſit, vel fuerit, prædicti venditores, obligando ſe, vt ſupra, titulo puræ, ſimplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos, quæ nulla poſſit iniuria, ingratitudine, vel offenſa reuocari, dederunt, & donauerunt ipſi emptori, vt ſupra recipienti, pactumque perpetuum fecerunt, de vlterius aliquid ab eo non petendo, ex cauſa prædicta.* Cum enim dixerint venditores: *Si res plus dicto pretio valent, vel in futurum valuerint, etiam in magna, & maxima quantitate,* apparet, quod donarint,
nedum exceſſum pretii, vltra dimidiam magnæ, ſed etiam
maximæ quantitatis, vt dixerunt Cagnol. & alii: ſed voluerunt addere gradum ſupra illud ſuperlatiuum, *maxima,* dicens, *totum illud plus quantumcunque ſit, vel fuerit, donarunt, &c.*
ſicut fecit Ouidius *in Ibin.* dicens: *Qui mala cum tuleris plurima plura*

ma plura ferat. de quo meminit Grauet. pulchre *conſil. 294.*
colum. 10. in tranſactione loquens; quaſi dixerint contra-
hentes: *licet verba præcedentia ad omnia onera trahantur, etiam*
maxima, & inſolitiſſima, tamen ſi maximo maius inueniatur, et-
iam ad illud tranſactio porrigatur: ibique ponderat Crauetta,
25 quod in † vltima clauſula ſæpius fuerunt repetita verba v-
niuerſalia, quæ operatur, vt per eum, ſicut & hic: ibi, *totum*
illud plus quantumcunque ſit, vel fuerit, prædicti venditores dona-
runt, &c. & iſtud idem latius in terminis noſtris confirmat
Ant. Gabriel *lib. 3. de empt. & vendit. concluſ. 1. num. 53.* vbi dicit,
26 quod † ſi in inſtrumento apponantur iſta verba: *quod vendi-*
tor donet illud plus quantumcunque. tunc omnino tollitur re-
medium *d. l. 2.* citatque plures, de quibus per eum; potiſſi-
27 me vero Boerium, qui dicit hanc eſſe † communem opin.
deciſ. 142. colum pen. & licet idem Boer. ad finem dicat, quod
28 adhuc per illam † clauſulam donationis plurıs valentiæ,
non videatur colligi remedium *d. l. 2.* niſi bis fuiſſet inſerta,
ſecundum Bal. *ibid. q. 7.* tamen & hoc verificatur in caſu no-
ſtro: quia poſt illa verba: *& ſi dictæ res nunc plus dicto pretio va-*
leut, vel in futurum plus valuerint, etiam in magna, & maxima
quantitate. rurſus infertur: *totum illud plus quantumcunque ſit*
vel fuerit, prædicti venditores donarunt. & certe non video,
quod Abbas allegatus in dubus, *in cap. cum contingat. de iu-*
reiurand. dixerit, vt in valde magno exceſſu, vltra dimidiam,
illa verba: *& illud totum plus, &c.* ita demum inducant re-
nunciationem dictæ *l. 2.* ſi ſpecialiter exprimatur quantitas,
vt ſi dicatur, illud totū plus, etiam ſi excederet dimidiam,
19 triplum, vel quadruplum iuſti pretii; ſed † bene dicit, quod
quantumcunque verba fuerint late concepta, non indu-
cant animum donandi, ſed potius cenſeantur appoſita ex
conſuetudine notariorum, apponentium hæc verba; quod
ſane eſt contra communem opinionem Gabrielis, & Boe-
rii ſupra relatam. Sed & in alio peccat Abbas, dicens, quod
20 iſta † verba dicātur appoſita ex conſuetudine notariorum,
21 ſentiens, quod nō ex voluntate contrahentium, † prout
de clauſula codicillari dixit Bart. *in l. 1. quæſt. 6. in fin. ff. de iure*
codic. quod ponatur magis de conſuetudine notariorum,
22 quam quod teſtator deliberet, quid importet: † nam non
præſumitur, quod notarius aliquid ſcripſerit, quod ei non
fuerit iniunctum, vt dicit Bald. *in l. errore. colum. 1. Cod. de te-*
23 *ſtam.* vbi dicit, quod † quicquid eſt ſcriptum, videatur ſcri-
ptum de voluntate, & mandato eius, qui rogauit tabellio-
24 nem, & idem Bald. *in l. 1. col. fin. C. de priuil. dot.* dicens, † quod
quicquid dicitur à notario, quod factum reſpiciat, de quo
fuit rogatus, videatur dixiſſe de voluntate teſtatoris, & aſ-
ſertione partium: idemque repetit Bald. *in l. ab executione.*
colum. fin. vers. pone ſtatuto caueatur. C. quorum appel. in l. mater.
colum. 2. vers. præterea. C. de rei vend. & in l. 2. in fin. C. de execut.
rei iud. Roman. & alii, quos cumulat Dec. *conſil. 490. colum.*
25 *penult. in fin.* concludens, quod † dictum Bart. *in d. l. 1. de iure*
cod. communiter reprobetur, prout etiam tenet Capic. *de-*
ciſ. 159. num. 42. & ad illud, quod de deliberatione teſtatoris
negauit Bart. *in d. 6. quæſt.* reſpondet Ripa, *in l. centurio ſub*
26 *num. 85. ff. de vulgar. & pupill.* quod † teſtator, audiendo pu-
blicationem, ſeu vulgarem expoſitionem, & declaratio-
nem illius clauſulæ: *ſi non valet, &c.* ſatis intelligit tam ipſe,
quam Notarius, quid importet in generalitate ſui, ſcilicet,
quod prouideat in præſenti, & in futurum, caſu quo teſta-
mentum annulletur, licet in ſpecie non intelligant omnes
cauſas, quibus poteſt annullari; ſic enim dici debet in caſu
noſtro, in clauſula: *& ſi res nunc dicto pretio, plus valent, vel in*
futurum valuerint, etiam in magna, vel maxima quantitate, to-
tum illud plus quantumcunque ſit, dicti venditores donarunt, &c.
ſatis intellexerunt Bertacii, claram ſignificationem dicto-
rum verborum, quæ dixerunt, videlicet, quod totum illud
pretium, & valorem, cuius erant dictæ res, Saraco donā-
runt: vt enim dicit eleganter Celſus, *in l. Labeo. verſ. cæterum.*
27 *ff. de ſupellect. leg.* † nemo æſtimandus eſt dixiſſe, quod non
mente cogitauit: & in ſpecie Salyc. *in d. l. 2. quæſt. 8.* & Gabriel.
Roman. *in d. concluſ. 1. num. 53.* vtuntur illis verbis, de quibus
in caſu noſtro: *illud totum, quantumcunque ſit, donat, &c.* nec
requirunt opus eſſe expreſſim de exceſſu, in triplum ſeu qua-
druplum, quod & ego confirmo, ponderando verba caſus
noſtri, quę dicunt: *& ſi res nunc dicto pretio plus valent, vel in fu-*
turum valuerint, etiam in magna, vel maxima quantitate.
cum enim illa dictio, † *etiam.* ſtet augmentatiue, vt notat 28
Archid. *in c. cum illu. de præbend. in 6.* Ruin. *conſil. 55. num. 19. vol.*
2. & ego *conſil. 246. num. 13.* patet exceſſum tripli, vel qua-
drupli, ſeu maioris comprehendi: alias inducta ad aug-
mentum, operarentur diminutionem, ſeu reſtrictionem,
l. legata inutiliter. & ibi Bart. *ff. de adi. leg.* Socin. *conſil. 38. co-*
lum. 2. volum. 1. cum ſimil. à me cumulatis *conſil. 252. num. 96.* I-
tem † dicēdo de maxima quantitate in ſuperlatiuo, quem- 29
cunque exceſſum voluerunt comprehendere; quia ſuper-
latiuum nihil ſupra ſe habet. *l. vbi autem non apparet. in princ.*
ff. de verb. oblig. vnde dicunt Ang. & Alexand. *ibi*, quod ſi ſta-
tuto caueatur, cauſas grauiores debere committi Doctori-
bus optimis, non poterit fieri commiſſio, niſi obtinentib.
ſupremum gradum in ſcientia, & Doctoratu, quos ſequor
conſil. 312. num. 6.

Tertiu, quia dixerunt: *totum illud plus*, quæ dictio, † *to-* 30
tum. ſignificat, *ſine vlla diminutione alicuius partis, l. 2. §. ad*
filiorum. Cod. quando & quibus quarta pars. lib. 10. l. Mænio §.
a me. ff. de legat. 2. Bald. *conſil. 2. colum. 2. volum. 5.* Caſtren.
conſilio 192. colum. final. volum. 1. Decianus *reſponſ. 22. num. 15.*
volum. 1.

Quarto ponderando dictionem, † *quantumcunq. ſit.* quæ 31
ſimilis eſt dictioni: *quouis modo*, quæ impedit fieri reſtrictio-
nem, ſed includit omnes modos ſimiles, & diſſimiles, ęqua-
les, ac etiam maiores expreſſis: gloſſ. *in clem. ne Romani. in*
ver. quouis modo. de ſentent. excom. in 6. Soc. *conſ. 242. col. 1. vol. 2.*
cum ſimil. per Ceph. *conſ. 350. n. 15.* ſic etiam dicamus, dictio-
nem, *quantumcunq.* impedire interpretationem reſtrictiuā,
& complecti quamcunq; quantitatem æqualem, vel maio-
rem expreſſis, de magna, vel maxima, ſi ſuperlatiuus gradus
ſupra illud dari poteſt, vt dixit Ouid. *in Ibin.* à me ſupra rela-
tus, poſt Crauet. *in d. conſ. 294. col. 10.* quare res multum clara
redditur in hac clauſula donationis, cōcepta verbis, de qui-
bus agitur in inſtrumento iſto: & vt quoque clarior redda-
tur, & ab omni dubitatione prorſus remota, moueor ineui-
tabili fundamento: † nam cum conſtat de animo donandi, 32
ceſſat omnino remedium *d. l. 2. C. de reſcin. vend.* quod in do-
natione locum non habet, vt habetur ibi per Dd. & notat
Alex. *conſ. 53. col. 6. vol. 3.* Anch. *conſ. 435. poſtquam iſta. circa fin.*
cum ſimilib. per Crauet. *conſ. 114. n. 12.* ſed vt ille paulo ſupra
dicit, † *d. l. 2.* locum nō habet, quando conſtaret, vere quod 33
quis habuiſſet animum donandi ſicut & renunciatio enor-
miſſimæ læſionis noceret, vt ſoluit Corn. *conſ. 288. col. 9. circa*
medium vol. 3. & conſil. 258. col. 4. vol. 4. † at de animo donan- 34
di conſtare dicitur, quando verba ita expreſſe cantant in
donationem inter viuos, inquit Crauetta, à quibus verbis
non eſt recedendum; † qualitas enim contractus ex tenore 35
verborū demōſtratur, vt ibi per eum, ſed hoc eſt in caſu no-
ſtro; quia dicitur in inſtrumēto; *quod Bertacy totum illud plus,*
&c. titulo puræ, ſimplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos,
donauerunt ipſi emptori, recipienti: vnde nos habemus ibi de-
ciſionem Crauettæ in terminis. Quod ſi qui nouas for-
mulas excogitant, vt in dubiis dicitur, veluti pro mentis,
vt dicebat Azo, quod & hic forte poſſit adaptari, donan-
do Saraco, viro magni nominis, & auctoritatis, veluti Se-
cretario Sereniſſimi Ducis, & ſuæ Celſitudinis factori ge-
nerali, à quo beneficia receperant, & alia ſperabant in fu-
turum Bertacii: Vel quod † venditor dicat ſe ſcire verum 36
rei valorē; quod & hic verificatur, vt primo loco dixi, quod
præſumptiue probatur, quando venditor circa res colen-
das verſabatur, vt per Bald. *in d. l. 2. q. 6.* Dec. *conſil. 583. num 4.*
quæ ſcientia præſumpta dictorum venditorum, probatur
ex duobus vltimis teſtibus reorum, & quod erant vicini di-
ctis rebus, iuncto pariter, quod ex certa ſcientia dixerunt in
inſtrumento, ſe dictas res vendere, vtique dictas formulas
inuenerunt Dd. vt apud ipſos clariores, ad excluſionem
remedii *d. l. 2.* cum forte ſint obſcuriores, ſed mihi præce-
dens, & in vſu magis, maxime, vt in caſu noſtro, placet, cum,
vt dici ſolet, frumenti panis alius melior inueniri nō poſſit,
nec errorem video per teſtes probatum, vt ſupponitur in
dubiis, cum concludenter non ꝓbent, vt prius dixi: tantoq;
minus

Digitized by Google

minus prodeſſe poſſunt actori, quoniam duas habebant
præſumptiones contra ſe dicti Bertacii venditores, quibus
37 ille ſucceſſit; primam, quod † quilibet præſumitur ſcire fa-
cultates ſuas, vimque, & valorem earum. *l. quiſquis. C. de re-
ſcind. vend.* alteram, quod dixerunt ſe vendere ex certa ſcien-
38 tia: † vnde cum habeat actor dictas præſumptiones contra
ſe, fortiores probationes requirebantur, & apertiſſimæ, ta-
leſq; teſtes, de quibus nõ eſſet aliqua veriſimilis dubitatio,
quod deberent deierare, vt tradit Abb. *conſil. 11. col. 2. ſecundo
dubio. vol. 1.* & gloſſ. & Dd. *in l. tranſactione. C. de tranſact.* Socin.
conſil. 163. colum. 6. verſ. 2. reſpondeo volum. 2. Iaſ. *in l. ſi extraneum.
not. 6. ff. de condict. ob. cauſam.* cum ſimilib. vt dixi *conſil. 31.
num. 51.* propterea ſtat adhuc efficax fundamentum ſcien-
tiæ venditorum, rerum, de quibus agitur, quo caſu ceſſat
remedium *d. l. 2.* prout ego latius dixi primo loco. *colum. 1.
& 2.*

Quod vero dicitur in dubiis, dictas clauſulas irridere Pi-
nellum, *in d. l. 2. part. 1. c. 2. num. 20.* & ita fuiſſe iudicatum in
auditorio Romano, refert Caſſad. *deciſ. 1. de empt. & vendit.*
& bis in Granatenſi prætorio, Didac. *variar. reſolut. c. 4. num.
5. lib. 2.* ſicut & Rebuff. *in conſuetud. Gall. tom. 2. gloſſ. 15. num. 20.
de reſciſſ. contra.* hæc me parum turbant, & in primis irriſio
39 Pinelli *ſub num. 22.* loquitur enim † de verbis generalibus
tantum, quibus, vt inquit, non tollitur benignum reme-
dium *d. l. 2.* quoniam ſumus in verbis pluſquam generali-
bus ſupra relatis, & ponderatis, & quod attinet ad Caſſad.
Didacum, & Rebuff. reſponderi poteſt *ex l. nemo. C. de ſent.*
40 *& inter. omn. iud.* exemplis † non eſſe iudicandum, ſed legi-
bus, vt ibi Bald. Salyc. & alii notant, idemque Abb. & Imol.
in c. cum inter. de re iud. & ego *conſil. 81. num. 19.* nec in illis ca-
ſibus conſtat, quibus verbis clauſulæ conceptæ fuerint, &
diuerſo modo concipi potuerunt, quam in præſenti caſu,
41 quo ſtante, vt dici ſolet; † diuerſa ratio reformat pactum. *l.
42 interpoſitas. C. de tranſact.* Neuiz. *conſil. 8. num. 76.* & vbi † ſe-
parata eſt ratio, ſeparatum debet eſſe ius. *l. hac actio. ff. de ca-
lumnia.* Tiraq. *in tractat. ceſſan. cauſa 1. part. num. 169.* & ſecun-
43 dum † diuerſitatem punctorum diuerſum redditur conſi-
lium, vt inquit Bald. *conſil. 12. Quidam nomine Angelinus. vol. 2.
alias 178. in antiq.* Dec. *in l. precibus. not. 2. C. de impuber. & aliis
44 ſubſtit.* & ego *conſil. 247. num. 115.* & inquantum dicitur, † vim
in verborum geminatione fieri non poſſe, cum non eſt fa-
cta ex interuallo. Felyn. *in c. ſi cautio. num. 44. de fid. inſtrum.*
Crauet. *conſil. 114. num. 8. cum ſimil. adduct.* dico, quod non
feci vim in geminatione tantum verborũ, ſed in approba-
tione ſaltem venditorum, & actoris ſucceſſoris ſui, qui poſt
venditionem nunquam reclamarunt pro reſciſſione con-
45 tractus, per annos 25. & vltra: vnde † ex taciturnitate tanti
temporis dicitur inducta approbatio dicti contractus, ita
vt remedio *d. l. 2.* locus eſſe non debeat, vt firmat Dec. *conſ.
583. ſub num. 4. verſ. viterius comprobatur.* quem ſequitur Ga-
briel. Roman. *concluſ. 1. de empt. & vendit. num. 14.* qui Decius
licet in locatione loquatur, tamen vt ille fatetur, in ea quo-
que locum habet diſpoſitio *d. l. 2. de reſcind. vend.* vt per gloſſ.
fin. in l. ſi ea pactione. C. de vſur. notat Bart. *in l. item ſi pretio. §.
fin. ff. loca.* & Roman. *conſil. 423.* ſicut & latius Cagnol. *in d.
46 l. 2. num. 56.* dicit, quod habeat † locum in omnibus contra-
ctibus bonæ fidei, quia in eis eſt eadem ratio; igitur idem
47 ius eſſe debet. *l. à Titio. ff. de verbor. oblig.* & eſt † concluſio
communiter approbata, vt per Bald. Saly. Caſtren. Abbat.
Imol. & alios, tam *in d. l. 2.* quam *in c. cum cauſam. de emption.
48 & vend.* † Sed interueniente diutina taciturnitate, ceſſat re-
medium *d. l. 2.* in locatione, ſecundum Dec. *in d. conſil. 583.*
49 quia † contractus, qui fuit obſeruatus aliquot annis, non
50 poteſt reuocari. *c. contingit. de tranſact.* † igitur idem eſſe de-
bet in venditione, cum fraternizent d. contractus, *Inſtit. de
loca. & cond. in princ.* & præter Decium confirmatur, quia
51 diuturna † ſcientia, & patientia, cum taciturnitate, inducit
conſenſum, imo fortius idem operatur, quod expreſſus cõ-
ſenſus, vt notab. tenet Bald. *in l. ſi filius. per illum text. C. de pet.
her. edit.* Angel. *in l. qui in aliena. in princip. per illum text. ff. de
acquir. hered.* & ibid. Mod. Alex. *in l. 2. §. voluntatem col. 1. ff. ſol.
matr.* & Iaſ. *in l. quæ dotis. num. 85. eod. tit. cum ſimilib.* & licet in
dubiis ad finem dicatur, Decium, & Gabrielium per me ci-
tatos, loqui de obſeruantia, quæ aliquod factum habeat
annexum, & ſucceſſiuum, ex quo deprehendi poſſit appro-
batio & ratificatio ipſius contractus, vt rem colere, fructus
percipere, & id genus, idemq; Iaſ. *in d. l. quæ dotis. verſ. 179. & vl-
timus caſus.* & poſt eum Crau. *in tract. de antiq. temp. in 1. part. n.
no.* Attamen & hoc idem dici poteſt in caſu noſtro: Rei
namque capitularunt in cap. 20. quod Dn. Ludouicus (qui
eſt actor in præſenti cauſa,) concorditer cũ D. Io. Maria (cui,
& fratribus de Orabonis Sarrachi, poſtmodum dictas res
vendiderunt) elegerint in agrimenſorem ad agrimenſu-
randum prædicta bona, D. Raphaelem Venturinum, qui
ea menſurauit præſente d. D. Ludouico, & licet ipſe D. Lu-
douicus credat ſe menſuraſſe, cætera vero non credat; pro-
ut reſpõdit in margine: tamen iſta negare non debuit, cum
de iure præſumantur, quod oſtendo pulchre: nam conuen-
tum erat in inſtrumento quod res venditæ eſſent modio-
rum centum, & quod quam citu fieri poſſet, agrimenſura-
ri deberent, & vbi relatum foret, eas eſſe minoris quanti-
tatis modiorum centum, tenerentur venditores reſtituere
emptori, aut ſuis heredibus omne id, quod plus habuiſ-
ſent debito pretio; ſed vbi referretur eſſe maioris quantita-
tis modiorum centum, quod tunc ipſe emptor, & ſui he-
redes tenerentur dare, & ſoluere dictis venditoribus, vel
ſuis heredibus id, & totum, de quo veniret debitor, iuxta i-
pſam menſurationem in rationem prædictã; ex quo pacto
manifeſte patet, ſeu multum eſt veriſimile, D. Ludouicum
nedum conueniſſe concorditer cum Orabonis de menſu-
rando, ſed ad eum finem & effectũ, vt ſciretur quantitas re-
rum venditarum, an eſſet maior, vel minor modiorum cẽ-
tum, ſicque quænam partium, quid, & quantum alteri par-
ti deberet: † actus enim factus præſumitur factus ad eum 52
finem, qui veriſimilior eſt, & magis conuenit rebus actis, vt
pulchre declarat Roman. *conſil. 343. num. 6. verſ. non eſt autem
dubium.* ſequitur Marſil. *conſil. 104. num. 54.* & Decian. *reſp. 18.
num. 353. vol. 1.* & id † actum fuiſſe cenſetur, quod in inſtru- 53
mento continetur, & ſcriptum reperitur. *c. dudum. verſ. ego
autem.* & ibi not. Abb. *de conuerſ. coniug.* ſequitur Iaſ. *in l. Titia.
§. 1. col. 3. verſ. item licet. ff. de verb. obl.* & Cephal. *conſ. 335. n. 25.* &
cum intereſſet D. Ludouici, ſcire, an deberet eſſe debitor,
vel creditor, d. menſuratio præſumitur facta ad eius inſtantiã;
& in concordia cum Orabonis, quorum pariter intererat
idem ſcire: † actus enim præſumitur factus ad inſtantiam 54
eius, cuius intererat eum fieri, per id quod tradit Aret. *in c.
1. colum. 3. de iud.* dicens, quod † citatio præſumatur facta ad 55
poſtulationem partis, cuius intereſt, ſequitur alia conge-
rens, Felyn. *in c. ſicut. col. antepen. verſ. fallit 3. de re iudic.* Natta
conſil. 236. num. 3. & ego *conſil. 243. num. 33.* ex quibus præ-
ſumptionibus probata dicitur intentio Reorum, non pro-
bato contrario ex aduerſo. *gloſſ. in l. 2. C. de erro. calc. in l. ſi cre-
ditor. C. de pign. act. & in l. in teſtamento C. de teſtam. mil.* Andr.
Sicul. *in rubr. de probat. colum. 11.* Alciat. *de præſumpt. ſub num. 4.
ver. & iſtud mihi.* late Herculan. *in tractat. quis teneatur proba-
re negatiuam. in princ. num. 1.* ex quibus vt concludam, bene
patet obſeruantiæ cauſa tantum interueniſſe actum ſucceſ-
ſiuum, videlicet agrimenſurationis prædictæ, vt ſupra, fa-
ctæ; & ob id ſatis approbatum fuiſſe dictum contractum
venditionis ex aduerſo, ſic, vt amplius reprobari non po-
tuerit. *c. quod ſemel. de reg. iur. in 6. l. de acceſſionibus. ad finem. de
diuer. & temp. præſcript. gloſſ. in c. cum non ignores. de præbend.* A-
lexand. & Iaſ. *in l. ſeruum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & idem Alex.
in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. matr. Decian. *reſp. 31.
n. 156. vol. 1.* dum vero poſtremo concludit; † obſeruantiam 56
tunc demum operari, quando ille, qui tolerauit, ſciuit vi-
tium officiens cõtractui; alias obſeruantiam non ſufficere,
vt per Crauet. *in tract. de antiq. temp. part. 1. ſect. 4. limit. num. 19.*
Breuiter reſpondetur, quod aut D. Ludouicus id ſciuit, aut
ſcire potuit, à Venturino, vel aliis, dictum aſſertum vitium,
& pro ſciente reputari debuit. *l. quod te. 4am ibi not. at. ff. ſi cert.
petat.* per Dec. & alios, & *in l. qui cum alio. ff. de regul. iur.* & in
quantum negatur iſta ſcientia venditorum, licet in inſtru-
mento dicatur, eos ex † certa ſcientia vendidiſſe; quia quã- 57
primum conſtat de errore, virtus illius clauſulæ euaneſcit,
vt per Cagnol. *in d. l. 2. n. 126.* Caſſad. *deciſ. 1.* Socyn. *conſil. 159.
col. 6.*

Digitized by Google

col. 6. & conſil. 214. colum. 5. volum. 2. tamen vt primò loco dixi, non probatur hic error per teſtes, vt ſingulos ibi percutri, ſi bene videantur. Vicinantes enim, & ſoliti conuerſari in locis rerum, vt dicunt duo vltimi teſtes, & alii, qui ad tempus inſtrumenti venditionis præciſe ſe non referunt, vt opus eſt, videlicet de anno 1553. 28. Septemb. vt per Bart. *in d. l. 2. q. 15.* Bald *col. fin.* Saly *c. q. 19.* Caſtr. *col. 1.* & Cagnol. *num.*
58 *319.* & † quod dicitur, nec iuramentum operari ſtante enormiſſima læſione, vt poſt alios ponit Cephal. *conſil. 208. n. 13. & conſ. 210. num. 85. deciſ. Peruſ. 18. n. 66.* & ego *conſil. 228. n. 42. con-*
59 *ſil. 342. num. 120. conſil. 428. num. 31.* quia † propter dolum præſumptum, qui in tali læſione verſatur, clauſulæ, per dolum, & calliditatem præſumuntur extortæ, vt per Piuel. *in d. l. 2. part. 3. num. 7. & 8.* reſpondetur quod illud non debet habere locum in caſu noſtro, in quo vltra tot prædicta circa clauſulam donationis, ſubiunxerunt Bertacii: *quod fecerunt Sarraco emptori pactum perpetuum de vlterius aliquid ab eo non petendo ex cauſa prædicta,* prout dicitur in inſtrumento:
60 nam tale † pactum iuramento firmatum, ſeruandum eſt, & valet, ſicut ſi eſſet ſtatutum; quia talia pacta iuramento firmata, æquiparantur ſtatuto, vt not. Bart. *in l. fin. colum. 3. verſ.*
61 *& quod in caſu. C. de pact.* ideo, ſicut † ſtatutum ſeruandum eſſet, ita pactum iuramento firmatum, vt tradit etiam Decian. *reſp. 31. num. 75. volum. 1.* plus ſubdens, *num. 76.* quod o-
62 peratur alium effectum: nam † licet iuramentum ſit perſonale, quoad vinculum animæ, tamen quoad dandum robur contractui; vt ſcilicet ſit obſeruandum ab omnibus heredib. habet realem effectum, vt heredes etiam teneantur omnino ſeruare. *l. quod obtinet. C. de prob.* & not. Bart. per illum textum *in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. circa fi. verſ. vlt. nota.* idemque Bald. *in l. fin. colum. pen. verſ. ſed hic incidenter. C. de pact.* & in aliis locis, ſicut & Alex. *conſ. 7. col. 2. in fi. vol. 2. & conſil. 26. in fin. & conſ. 146. in fin. vol. 7.* de donatione loquens, quos omnes refert, & ſequitur Decian. *reſponſ. 31. num. 76. ſuperius allegato.* & ob id D. Ludouicus actor debet illud pactum iuramento firmatum, obſeruare, nec debet illi poſſe contrauenire, ſed repelli debet: Tantoque magis, vt & hoc nouiter addam, quod dicti venditores renunciauerunt ſponte per pactum exceptioni doli mali, actioni in factum, condictioni indebiti, vnique alii exceptioni, ſiue iuris beneficio, & legum auxilio, ſibi quomodolibet competenti, & competituro, ſubiecto poſtmodum iuramento in ampla forma, ad maiorem præmiſſorum omnium, &
63 ſingulorum firmitatem, maiusq; robur: nam dicta † clauſula renunciationis, *omni iuris, & legum auxilio,* ſimul adiecto iuramento, intelligitur renunciatum beneficio *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* vt per Alexand. *conſil. 1. vol. 6.* Corneum *conſil. 112. vol. 4.* Iaſ. *in l. 1. colum. pen. C. de iure emphyt. & in l. ſi quis cum aliter. col. fin. ff. de verb. oblig.* Gozad. *conſ. 53. & 88.* & Rip. *in l. ſi vnquam. quaeſt. 52.* vnde ſimul in caſu noſtro, tot ſupra relatis concurrentibus, hæc concluſio pro reis tutiſſima redditur, iuxta illud vulgatum: *quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.* Non omittam tamen fundamentum præſcriptionis oppoſitum huic remedio *d. l. 2.* ſpatio 15. annorum, ex ſtatuto noſtro; quod cum latius diſcuſſerim primo loco, in quinto, & vltimo fundamento, ibi me remitto, quod puto vehementer offendere actorem, & illi obſtare, poſtquam in dubiis non fuit tactum per Clariſſim. D. Iudicem; cui me cauſamq; filiæ, nepotumq; meorum, plurimum commendo.

Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.

Pro quibuſdam filiis quondam domini Antonii Alferii.

Arg. Vxor an ſoluto matrimonio, petere poſſit à filiis ſuis primi matrimonii, intereſſe dotis non ſolutæ, & quale intereſſe petere poſſit. Item an vir petere poſſit ab vxore intereſſe dotis promiſſæ, ſed non ſolutæ. Et quæ requirantur, vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum an valeat, de ſtando ſimplici verbo vel iuramento alicuius. Et quando non procedat. n. 54 & 61. 62.*
2 *Vir ſuſtinens onera matrimonij, an poſſit petere ab vxore intereſſe dotis non ſolutæ.*
3 *Intereſſe quale præſtandum. Et quomodo probandum. n. 4. 5.*
6 *Promittens certo loco dare, tantum tempus habere debet, quo commodè eo peruenire poſſit. & n. 76 77.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis, quomodo conſiderandum.*
8 *Vxor an æquè teneatur ad intereſſe dotis tacitè conſtitutæ, ſicut expreſſe promiſſæ. & n. 82. 83.*
9 *Dos primo viro data, cenſetur ſecundo viro repetita, etiam nulla ei facta promiſſione. & n. 10.*
11 *Statutum de lucranda dote expreſſe promiſſa etiam locum habet in dote tacitè conſtituta.*
12 *Exceptio detegens turpitudinem alicuius, non debet admitti.*
13 *Vxor an quid teneatur ſecundo viro, cum ex pecunia dotali commodum non percepit.*
14 *Par ratio non eſt, damnum pati, & lucrum non facere.*
15 *Mora contrahitur non reſtituta dote debito tempore.*
16 *Damnum emergens conſiſtit in diminutione patrimonij.*
17 *Maritus poteſt remittere id vxori, quod vigore ſtatuti lucrari poteſt ea premoriente, nec dicitur alienare in fraudem creditorum.*
18 *Intereſſe & damnum, quomodo probentur.*
19 *Conductor quando damnum dicatur pati.*
20 *Damnum duplex eſt.*
21 *Conſuetudo mala dicitur vſurpatio.*
22 *Intereſſe lucri ceſſantis vt debeatur quæ requirantur. & n. 23. 24. 28. 29 30 76.*
25 *Mercator quis dicatur, & quæ requirantur, vt quis dici poſſit mercator. & n. 26 27 34. 50.*
31 *Subiectum, & materia de qua loquimur, declarant quo ſenſu verba ſint accipienda.*
32 *Regula: quod verba intelligantur ſecundum ſubiectam materiam: eſt Theologica. & procedit in omni materia.*
33 *Et tunc perfectè enunciamus, quando ſecundum ſubiectam materiam loquimur.*
34 *Intereſſe lucri ceſſantis, vt debeatur mercatori, quid requiratur.*
35 *Dos primo viro data, licet cenſeatur ſecundo conſtituta, non tamen cenſetur ei datum in dotem nomen debitoris primi viri.*
36 *Vir ſecundus non poteſt agere ſine ceſſione contra heredes primi viri.*
37 *Interuſuria dotis non debentur vxori pro viro qui ſuſtinet onera matrimonij.*
38 *Vxor intra annum non habens aliunde ex quo ſe alat, debet ali ab heredibus primi viri, poſt annum vero nihil habere debet, cum non curauit exigere dotem.*
39 *Et habuiſſe dicitur unde ſe alat, cum ſecundo nupſit.*
40 *Mulier non poteſt petere dotem contra poſſeſſores bonorum mariti, cum tacuit per annos dotem poſtquam vir cœpit vergere ad inopiam.*
41 *Diu differens agere, vel accuſare, ſuſpectus dicitur.*
42 *Mater ſtans cum filiis in eadem domo, interuſuria dotis petere non poteſt. & n. 43.*
44 *Et an per receſſum matris de domo filij moram incurrerint. Item an ante liquidationem n. 45.*
46 *Mora non eſt adeò in filios, à quibus debitum dotis non fuit contractum ſed à patre eorum.*
47 *Iuſta ignorantia impedit moram conſtitui.*
48 *Filij pupilli in mora conſtitui non poſſunt. Et aduerſus moram commiſſam reſtitui poſſunt in integrum n. 49.*
50 *Verba ſententiæ ſic debent intelligi vt potius contineant iuſtitiā, quam iniuſtitiam.*
51 *Et in dubio referenda ſunt ad intellectum iuris.*
52 *Sententia de ſubhaſtatione, & datione in ſolutum pro damnis, & intereſſe, eſt intelligenda ſub tacita conditione, quatenus de iure debeantur. & n. 71.*
53 *Paria ſunt nihil fieri, vel ſub conditione, quæ non purificetur.*
55 *Iuramentum non veriſimile non eſt ſeruandum, vt nec tranſactio. num. 56.*
57 *Sermo verus, & cius experimentum à rebus ſenſatis, & veriſimilibus exiſtit.*
59 *In iis, quæ dependent ab animo alicuius, an, & quando eius dicto ſtetur. & n. 60.*
63 *Pactum de ſtando priuatæ ſcripturæ alicuius, an valeat.*
64 *Quis dicatur ſolitus negotiari. & n. 76. & 80.*
65 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. Et quos comites habere debeat. n. 66. Et quando non ſit ſeruandum. n. 67.*
68 *Pactum de ſtando ſimplici verbo, ſeu iuramento alicuius, facit illum teſtem in cauſa propria: vnde requiritur citatio partis, alias non valet.*
69 *Cauſa proxima magis attenditur, quam remota.*
70 *Executio pro intereſſe non poteſt fieri, eo prius non liquidatis.*
72 *Mora interpellationem requirit & n. 73.*
74 *Ante moram non debetur intereſſe etiam ſolito negociari. & numer. 75.*

79 *Iure communi 20. miliaria pro quolibet die computantur.*
80 *Homo robuſtus, atas, temporis, opportunitas plerunq; naturalem cauſam operarum mutant.*
81 *Mercatores pro eorum induſtria alij alijs plus lucrantur.*
83 *Actus tacitus non eſt tanta potentia, quanta expreſſus.*
84 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
85 *Difficultas ſuperueniens non excuſat à mora, nec à pœna conuentionali: licet ſecus ſit in pœna legali.*

CONSIL. DCCCXV.

DEfuncto D. Anton. Alferio, relictis viois duobus filiis
ex eo, & D. Eliſabetha coniuge ſua, illa poſt tres an-
nos ſecundo nupſit D. Tiberio Riccio Penachierio, nulla
dote ſibi conſtituta, cum tamen primo viro ſcutos mille
conſtituiſſet: Vnde tenutam accepit bonorum primi viri,
pro dictis ſcutis mille, damnis, intereſſe, & expenſis, & in-
teruſuriis dictę dotis, & pro prędictis (exceptis interuſuriis)
commiſſæ fuerunt ſubhaſtationes, & datio in ſolutum fa-
cta; demumque aſſignato termino, ad liquidandum dicta
damna, & intereſſe. Illa vigore pacti in instrumento dotis
appoſiti, iurauit ſe habuiſſe damnum, & intereſſe duode-
cim pro centenario, quolibet anno; quare vidēdum eſt, an
teneantur ad id filii prædicti: & prima fronte dicendum vi-
detur, quod ſic, ſtante ſententia, quæ in rem iudicatā tranſ-
1 iuit, & † pacto, de ſtando ſimplici eius verbo, quo median-
te iurauit, vt ſupra; quod valuit, vt tradit Bart. *in l. final. ad fin. ff. de praet. ſtipul.* ſequitur Aret. *in §. final. colum. pen. Inſtit. de verbor. oblig.* & Apoſtillator ad eum, Ruin. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* Alber. & Iaſon, qui crebriorem dicunt *in l. iuſiurandum. quod ex conuentione. ff. de iureiuran.* Iaſ. *in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisd. cogant.* plene tradit Socin. *conſil. 90 volum. 4. Deciſ. Neap. 22. & 91.* demumque Beneuenut. Stracha *in tract. de mercatura. in tit. de contr. mercat. num. 6.* & ego dixi *conſil. 304. n. 5.*
huicque dominæ videtur debitum hoc intereſſe; quia cum
2 D. † Tiberius adimpleuerit contractum pro parte ſua, du-
cēdó eam in vxorem, & ſuſtinendo onera matrimonii,
petere poteſt ab ea intereſſe dotis non ſolutæ, vel ex mo-
ra vxoris contingens, ſecundum Bartol. *in l. de diuiſione. & ibi Socin. not. quarto. ff. ſolut. matrim.* Cagnol. *in l. curabit. num. 41. C. de actio. empt.* & Alexand. *conſil. 147. volum. 5.* vnde cum
ipſa teneatur ei, patitur hoc intereſſe, ob dotem ſibi non ſo-
lutam per filios ſuos; & ob id ipſi ad illud matri teneri de-
3 bent: & † hoc intereſſe debet aſcendere ad ſummam iura-
tam, duodecim pro quolibet centenario, iuxta doctrinam
Caſtrenſis *in l. continuum. §. cum ita. post Angelum. ff. de verb. oblig.* idemque Aret. *not. ſeptimo.* vbi volunt, in † probando ta-
4 le intereſſe ſufficere probare, quod homines eiuſdem con-
ditionis, cuius eſt ipſe creditor, ſi habuiſſent pecuniam,
fuiſſent tantum lucrati, idemque latius explicat Cagnol.
in d. l. curabit. colum. final. & in l. vnic. num. 43. C. de ſenten. quæ pro eo quod int. dicens ſe ita † vidiſſe practicari, & iudicari in Se-
5 natu ſui Ducis, & Principis, quem reperio quoq; ſequi Buttatum *conſil. 68.* & late tenet *deciſio Ianuenſis 139.* qui duo poſ-
ſunt addi conſilio meo *52. num. 48.* vbi de Caſtrenſe, & aliis
6 mentionem feci, motis ex *d. §. cum ita.* vbi ſi quis † promiſe-
rit dare Epheſi, ſubeſt tantum tempus, quo poſſit ire Ephe-
ſum, hoc autem tempus intelligitur, habito reſpectu ad il-
lud tempus, quo plerique eiuſdem conditionis homines
7 illuc ſolent peruenire. Ergo pari modo in hoc † intereſſe
lucri ceſſantis, ſufficit habere reſpectum ad alios mercato-
res eiuſdem conditionis, vt quantum ipſi conſueuerunt lu-
crari, præſtetur huic tantundem: propterea cum D. Tibe-
berius, maritus ſecundus huius dominæ, ſit mercator, in
arte pennachiariæ peritus, & alii ſimilis artis ſoliti ſint lu-
crari duodecim pro centenario, & vltra ſępenumero; ſequi-
tur, quod tantum ei debeatur per eius vxorem, & ipſi vxori
per filios ſuos.

8 Secundo cōfirmatur; ſicut † enim teneretur hæc domina
ſecundo viro, ad damna, & intereſſe, ob morā ſoluendi do-
tem, quando eam illi expreſſe promiſiſſet, & ab eo fuiſſet a-
limentata, vt eſt caſus *in l. in inſulam. §. vſuras. & ibi not.* Bart.
Angel. Bald. Imol. Caſtren. & Alexand. *ff. ſolut. matrim.* ita
teneri debet, quando dotem non promiſit expreſſe, ſed
prima dos ex diſpoſitione legis ſecundo viro cenſetur taci-
te conſtituta, vt in caſu noſtro *l. dotem. §. diuus. ff. de iure dot.*
Cyn. *in auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. act.* loquens in termi-
nis † dotis de mille, datis primo viro, quæ cenſentur repe- 9
tita ſecundo viro, etiam cum nulla ei facta fuit promiſſio,
vt ibi per gloſſ. & tradit Roland. à Vall. *in tract. de lucro dotis. quæſt. 75. num. 6.* qui citat infinitos hanc opin. tenentes, & in-
ter alios Pariſium, *conſil. 34. col. 1. vol. 3.* vbi teſtatur hanc eſſe
communem † cum aliis, quos allegat. Quæ adeo vera eſt, 10
vt † ſtatutum de lucranda dote, expreſſe promiſſa, locum 11
habeat etiam in iſta, tacite ſecundo viro conſtituta, vt vo-
luit Bart. *in diſputatione ſua, incip. Mulier. colum. 3. verſic. quæro principaliter.* Caſtren. *in l. ſi mulier diuertit. col. 1. ff. ſolut. matrim. & conſil. 283. colum. 2. in antiq.* Abb. *conſil. 46. ſecundo dubio. vol. 1.* & alii numeroſi per Roland. citati *in d. quæſt. 75. num. 16.*
Ergo potuit hęc domina liquidare hęc damna, & intereſſe,
& petere, vt fecit.

Tertio, cum mulier hæc agat contra heredes primi viri,
moroſos in ſoluendo dotem, ſicut ſi vere ſoluta fuiſſet, ille
percepiſſet vtilitatem ex illa; & ob non ſolutionem, fuit in
hoc damno, propterea d. heredes teneri debent huic mu-
lieri debitrici ſui mariti.

Quarto dicitur aduertendum eſſe; num ſi iſti heredes
primi viri, poſſent dicere matri ſuæ, quod non teneantur
ad alimenta ſecundo viro, ex mora irregulari, ex quo non
percepit vtilitatē ex pecunia dotali; vt tradit Bald. & Cyn.
in l. in minorum. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. Caſtrenſ. & A-
lexand. *in l. de diuiſione. num. 13. ff. ſolut. matrimon.* & ideo
nec ipſi teneri debent matri ad aliquod intereſſe: vti-
que, quia talis † exceptio detegeret turpitudinem ſuam, 12
non debet admitti, vt notat Bartol. *in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiurand. in l. ſi creditoribus. Cod. de ſeruo pignor. dato manu.* Angel. Aretin. *§. 1. num. 4. Inſtitut. per quas perſonas.* Alexand. *in l. final. num. 4. Cod. de edend.* & ibi
quoque Dec. *num. 6.* Cephal. *conſil. 203. num. 5.* & ego dixi *conſ. 162. num. 21.* merito d. filii teneri debent.

Quinto, quod † mulier viro ſecundo non teneatur, 13
quando ex pecunia dotali commodum non percepit, iu-
xta notata *in d. l. de diuiſione.* ſane procedit, ne damnum in-
curratur, nōn autem vt lucrum faciat, vt hic, vbi fuit ali-
mentata à ſecundo viro, dote ſibi per eam non tradita: † nō 14
enim par eſt ratio, damnum pati, & lucrum non facere. *l. fin. C. de codic.*

Sexto & vltimo, cum hoc iudicium fuerit inſtitutum,
non modo contra dictos filios, ſed etiam contra eorum a-
uiam paternam, in ſolidum obligatam in inſtrumento
dotis, ad reſtitutionem dotis, vna cum primo viro; certe
quo † ad ipſam, mora debet dici contracta, ex non reſti- 15
tuta dote debito tempore. *l. magnam. Cod. de contrahen. & committen. ſtipulat.* ideo cum ſecundus vir, pro parte ſua
impleuerit contractum, ducendo, & alimentando eam,
ei debetur intereſſe dotis non ſolutæ per auiam, quæ pro
parte ſua nihil impleuit. *d. l. curauit.* & ibi Cagnol. *numero quadrageſimo primo.* vbi ſignanter extendit dictam le-
gem ad maritum & vxorem, vel eius patrem, qui ad dotem
tenerentur: & ex his iſta concluſio contra filios, & auiam
videtur probabilis.

Nihilominus diligentius conſiderando, ſum procliuior
in eorum fauorem: agit enim hæc domina pro damnis, &
intereſſe: Quæ damna nec patitur, nec intereſſe prætendit:
probatur; quia † damnum emergens cōſiſtit in diminutio- 16
ne patrimonii. *l. 3. & ibi not. ff. de damn. infect.* & eſt pulcherri-
mus text. *in l. qui errant. ff. de his quæ in fraud. cred.* vbi dicitur; ꝙ
illud edictum pertineat ad diminuentes patrimoniū ſuum,
non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur; vnde † maritus 17
remittere poteſt id vxori, quod vigore ſtatuti lucrari poſſet
ea præmoriente; non enim dicitur alienare in fraudē cre-
ditorum, cum matrimonium ſuum nō minuat, ſed lucrum
tantum remittat, vt declarat Dec. *conſil. 260.* & Socin. iun.
conſil. 124. volum. 3. nihil enim huic mulieri diminuitur de
dictis ſcutis mille, qui ſunt eius patrimonium; propterea
non poteſt damnum prætendere, nec ideo per eam proba-
tum, quod ei neceſſe fuerit, tantundem pecuniæ accipere
ſub vſuris, vel quod aliud certum † damnum paſſa fuerit, 18
ob caren-

Digitized by Google

ob carentiam dictorum ſcutorum mille, ſibi non ſoluto-
rum; veluti quod aliquam pœnam incurrerit, vel ſimile da-
mnum, veluti ruinæ domus, quam reparare non potuit,
quibus caſibus diceretur conſtare de damno, vt tradit Alex.
conſil.141.colum.1.vol.5. quem ſequitur Dec. conſil.322.num.5.
idemque Salyc. & Caſtrenſ. in l.2.C.de vſur. Ioan. de Anan.
in cap.conqueſtus.colum.2.de vſur. Socin. conſil. 88. colum. 3. vol.
4. & Cagnol. in l.curabit.num.30.C.de pact. inter empt. & vend.
19 & licet alias quoque † damnum dicatur pati, ſecundum
communem vſum loquendi, velut in conductore, qui pro-
pter bellum, grandinem, vel impetum fluminis, fructus ami-
ſit: nam dici ſolet, illum fuiſſe paſſum damnum, ob caren-
tiam dictorum fructuum, vt declarat Soc. iun. conſil. 78. col.
2. vol. 2. vel ob defectum traditionis fundi, qui poſtmodum
fuit auctus in pretio, ſeu valore, vt tradunt Bartol. Socin. &
Curt. quos allegat, & ſequitur Cagnol. in l.vnic.num.6.Cod.de
ſentent.quæ pro eo, quod inter. vbi declarando textum, qui di-
cit: damnum hoc reddatur, & tamen de intereſſe loquitur, di-
20 cunt † damnum duplex dici; primum, quod conſiſtit in
ablatione eius, quod quis habet, quod eſt diminutio patri-
monii, vt ſupra dixi, ſecundum in impediendo, ne quis ha-
beat, & adipiſcatur, vt poſt Thomam ſcribit Felyn. in cap.1.
de offic. deleg. qui ſecundo modo damno ſumpto, conclu-
dunt, eius intereſſe dici æſtimationem damni, ſecundum
communem vſum loquendi, quos ego retuli conſil.166.n.9.
tamen nec iſto modo ſumendo damnum, dici poteſt, in di-
ctis ſcutis mille damnum fuiſſe paſſum, cum ſemper iidem
permanſerint, nec in valore fuerint aucti, poſtquam præ-
ſtari debuerunt, ſecundum proclamata Sereniſſimi Ducis;
21 licet corruptela quorundam ſecus fiat, quorum † conſue-
tudo velut mala, dicitur vſurpatio. c.final.de conſuet. c.conſue-
tudinem. 11.diſtinct. ſiue corruptela, vt inquit Cardin. in d.cap.
final. & poſt eum Roccus de Curte, num.178. vnde ſpectat ad
officium iudicis celerrime obuiare, ne radices faciat. c.ma-
la conſuetudo. 8. diſt. & latius ego dixi conſil. 164. n.39. quare
concluditur, quomodocunq; ſumatur damnum, hanc do-
minam neutro modo illud prætendere poſſe, nec iſtos fi-
lios ſuos hoc reſpectu ſibi teneri, petitionemque huius do-
minæ de iure nequaquam procedere. Sed nec petere po-
22 teſt intereſſe lucri ceſſantis; † plura namque requiruntur
ad illud conſequendum; primo, ſe eſſe mercatorem, vt no-
tant Bartol. Alexand. Iaſ. & alii, in l. 3. in fin. ff. de eo, quod
cert. loc. Dec. conſil. 116. in princip. & conſil. 441. in fin. idem-
que Bartol. & alii, in l.vnic. C.de ſentent.quæ pro eo quod inter.
& ego conſil.218.num.99. quæ ibi dicta nunc confirmo: quia
23 qualitas † perſonæ primo probari debet. l.ſi quæramus, ff.de
teſtam. Bartol. in l.final. Cod. de edict. diui Adrian. tollend. vbi
24 dicit; quod † etiam in iudicio ſummario perſonæ qualitas
prius omnibus debet apparere, ſequitur Caſtren. conſil 78.
ſuper eo, quod primo quæritur. in princip. lib.1. & Crauet. conſil.
508.num.18. qui de Alferiis loquitur, licet non in hac cauſa,
25 & † mercator ille dicitur, vt deſcribit Alciat. in l.mercis.ff. de
verb.ſignif. qui negociationis exercendæ, quæſtusque fa-
ciendi cauſa, merces emit, vt vendat: ſequitur plenius de-
clarans, Benevenutus Stracca in tractat. de mercatu. in princ.
26 num.4. Nec † ſufficit, quem ſemel emiſſe merces, vt ven-
dat, vt dicatur mercator, vt ſcribit Caſtren. conſil. 161. non eſt
dubium. volum.2. in fine. idque gloſſ. & alii voluerunt in l.1.§.
merces. ff. de tribut. actio. Bartol. in l.legatis.ff.de legat.3. & in l.
27 mariti. §.qui quæſtum. ff.de adulter. vbi dicit, nomina † ver-
balia alicuius officii ſignificatiua, quod quis ſua auctorita-
te, ſeu optione ſumit, velut mercator, & hoſpes, vnico actu
non contineri, ſeu verificari; deficit enim aſſiduitas, idem-
que Bald. in rubric. C.de conſtit.pecun. verſic. vltimo quæro. &
conſil. 496. ex nullo capite. volum. 1. pluresque cumulat idem
tenentes Stracca loco citato.num.8. niſi deſcriptus fuerit in
matricula mercatorum, vt ſubiungit num.9. hincque ſequi-
28 tur ſecundum requiſitum, quod † eſt, ſolito negociari hoc
intereſſe lucri ceſſantis tantum deberi, vt per Alexand. in
l.diuortio. in princ.colum.7. & in l.Inſulam. §. vſuras.ff.ſolut. ma-
trimon. & conſil.141. colum.2. volum.1. Socin. conſil.169.volum.2.
Dec. conſil.116. & conſil.322. Igneus, & Pitrus in l.quatenus.ff.de
regul.iur. deciſ. Neapol.20. & Petr. Rebuff. in l. vnic. num. 25. C.
de ſentent. quæ pro eo, quod inter. & ego dixi in d.conſil. 218.num.
99. quod licet alias † ſolitum verificetur in vna vice tantum, 29
Bartol. in l.1.Cod. quomod. & quando iud.per l. Mela.§.ſed ſi ali-
menta.ff.de alim.& cib.leg. Angel.Aret. in §.ex non ſcripto. In-
ſtit. de iur. natur. cum ſimilib. à me deductis conſil.234.num.
233. † tamen in hac materia ſecus dici debeat, quæ requirit 30
actus frequentiam; quoniam verba debent intelligi ſecun-
dum ſubiectam materiam. l. ſi vno. §.1. ff.loca. vt enim dicit
Gammarus in tractat. de extenſio. † ſubiectum, & materia, de 31
qua loquimur, declarant quo ſenſu verba ſint accipienda,
in tantum, vt quandoque relicta propria ſignificatione, ad
impropriam recurramus; hincque Calcaneus, conſil.4.col.17.
notabiliter inquit, quod illa † regula, quod verba intelli- 32
gantur ſecundum ſubiectam materiam, eſt Theologica, &
procedit in omni materia; pro qua allegat plura Bologni-
nus, conſil.54.colum.2. ver. ergo ſuccedit. Hinc & Philoſoph.
1. Ethicor. dicit; † quod tunc perfecte enuntiamus, quando 33
ſecundum ſubiectam materiam loquimur, quem refert Iaſ.
in l.ſtipulatio iſta habere. §.hi quoque ff.de verb. oblig. Neuizan.
conſil.92. num.18. & ego conſil.569. num.49. Tertium quoque
requiſitum, vt † mercatori ſolito negociari debeatur inter- 34
eſſe lucri ceſſantis, eſt, vt certum ſit, eum fuiſſe lucraturum,
ſi pecuniam habuiſſet, vt quia probaret, quod præ mani-
bus habuerit talem mercantiam, de qua tantum fuiſſet lu-
cratus, & quia pecuniam non habuit, mercari non potuit,
vel alio modo conſtare debet, quod ſi habuiſſet illam pe-
cuniam, certitudinaliter fuiſſet lucratus; ſecus ſi incer-
tum erat: nam non ſequitur, quod ipſe, vel alii mercato-
res conſueuerint aliquando lucrari decem pro quolibet
centenario: igitur ſi habuiſſet pecunias, tantundem fuiſſet
lucratus: quia fieri poterat, vt nequaquam lucraretur,
ſed perderet de capitali, cum multa potuerint in contra-
rium contingere. Ita Caſtrenſ. voluit in d. l. 3. in fine. &
poſt eum Iaſon. ff. de eo quod cert. loc. quam ſententiam
cum tot, & infinitis auctoritatibus confirmauerim, conſil.
52. num. 42. cum ſequent. & conſil. 218. num.100. per duas colum.
non eſt operæpretium eandem cantilenam repetere,
cum ibi videri poſſint: vnde ſequitur ex prædictis, quod
hæc domina, nec reſpectu damni, nec ratione intereſſe
lucri ceſſantis, quicquam petere, & conſequi poteſt, aduer-
ſus hos filios.

Secundo, quod dicti filii non teneantur matri ſuæ, reſpe-
ctu ſecundi viri, ſiue reſpectu ipſius matris, probatur: nam
quod attinet ad ſecundum virum, licet † dos data primo viro 35
cenſeatur ſecundo conſtituta d.l.dotem. non tamen cenſetur
ei datum in dotem nomen debitoris primi viri: vnde † alia 36
ceſſione non facta, non poteſt ſecundus vir agere contra he-
redes primi viri, vt declarat Bald. Nouell. dicens ſe ſic obti-
nuiſſe in tract. dotis. 6. part. ſpecial.71. Corn. conſ.127. col.2. vol. 4.
& ſicut ad dotem non poteſt agere, ita nec ad eius interuſu-
ria, contra d. heredes, non ſoluentes dotem, cum non ſint
ei obligati, vt tradit in terminis Barr. conſ.128. Franciſcus ha-
buit. Alex. conſil.122. colum pen. ad fin. volum.7. Reſpectu vero
huius dominæ matris dd. filiorum, idem dici debet; † quo- 37
niam interuſuria dotis non debentur vxori pro viro, qui
ſuſtinet onera matrimonii, ſecundum Alexand. ibi per not.
in c.ſalubriter. de vſur. & in d. §. vſuras. Confirmatur hoc:
nam licet † vxor intra annum, quando aliunde non habet, 38
ex quo ſe alat, debeat ali ab heredibus primi viri; tamen
poſt annum nihil habere debet, cum illa non curauit exige-
re dotem, ſed habuit aliunde, ex quo ſe alat, vt not. omnes,
in l.diuortio. in princ ff.ſolut. matrim. & † habuiſſe dicitur, vn- 39
de ſe alat, quando nupſit ſecundo viro à quo fuit alimen-
tata. Ergo non poteſt dotis interuſuria petere: Ita declarat
Alex. conſil.141. col.2. vol.5. ſimile videmus, quod notab. in-
quit Cuman. conſil.92. viſo ſupra ſcripto caſu. colum.5. † quod 40
mulier non poteſt petere dotem contra poſſeſſores bo-
norum mariti, ſi poſtquam maritus cœpit ad inopiam ver-
gere, per annos 10. tacuit, licet dos ſit valde priuilegiata. l.1.
ff.ſol.matr. ſequitur Decian. reſp.46. num. 137. vol. 2. ſubdens
poſt Bald. conſ.37. quidam Tabellio. ante fin. vol.3. in antiq. quod
qui † diu diſtulit agere, vel accuſare, ſuſpectus redditur: Igi- 41
tur vtroq; reſpectu tuti ſunt iſti filii.

42 Tertio ſe quoque defendere poſſunt à matre ſua, † quod
non poſſit hæc interuſuria dotis petere; quia poſt annum
elegit ſtare cum dictis filiis in eorum domo, & ab eis ali; nõ
autem viam repetendi dotem; igitur dicti filii non incur-
43 rerunt moram, tanquam ſibi remiſſam ex hoc, † nec am-
plius potuit induci ſine interpellatione, vt voluit Soc. *conſ.*
109. colum. pen vol. 1. & conſil. 126. vol. 1. repetito conſ. 180. colum. pen.
volum. 2. nec † per receſſum dictæ matris de domo dicti filii,
44 moram incurrerunt, cum dies illius receſſus eſſet incertus,
qui non conſtituit in mora, vt per eum, quod etiam tradit
Dec. *conſil. 2. colum. 3.* Iaſ. *in l. ſi ita quis ſtipulatus. not. 4. ff. de*
verb. oblig.

45 Quarto plus addi poteſt, quod † nec etiam poſt interpel-
lationem factã in iudicio (ſi eam feciſſet) poſſet iſta mulier
petere hæc damna, vel intereſſe, quæ prætendit; cum non
ſint liquida, & in liquidandis non incurritur mora, ante li-
quidationem, vt tradit Bald. *in l. acceptam. in 6. opp. C. de vſur.*
Alex. *conſ. 48. col. 1. in fin. vol. 2. deciſ. Neap. 205.* Crau. *conſ. 89. n. 3.*
& Ruin. *conſil. 64. num. 15. vol. 1.*

46 Quinto prædictis accedit, quod † debitum dotis huius
dominæ non fuit ab iſtis filiis contractum, ſed ab eorũ pa-
rente; & ideo præſumuntur illud ignorare. *l. qui in alterius ff.*
47 *de reg. iur.* † iuſtaq; ignorantia impedit morã conſtitui; quia
in mora tantum conſtituitur, qui ſcit, aut ſcire debuit ſe de-
bere, *l. quod te. in fin. ff. ſi cert. pet.* & not. gloſſ. *in l. mora. in princ.*
ff. de vſur.

48 Sexto non omittitur, quod † iſti filii ſunt pupilli, qui non
poſſunt in mora conſtitui per interpellationem tacitam,
vel expreſſam ſibi factam, ſine tutore, ſed cum eius aucto-
ritate, vel illi ſoli. *l. ſed etſi ex ſtipulatu. ff. de verb. oblig.* ita Corn.
conſ. 77. col. 2. vol. 3.

49 Septimo dato millies, quod † in mora fuiſſent, cum ſint
infantes, reſtituendi ſunt in integrum aduerſus morã com-
miſſam, in non reſtituendo dotem, propterea nõ tenentur
ad aliqua dotis interuſuria, vt per Alex. *in alleg. conſil. 141. col.*
3. Nec à prædictis hanc concluſionem ſic roboratã pertur-
bare debet commiſſio ſubhaſtationum, datioq; in ſolutũ,
50 pro damnis & intereſſe: quia cum verba † ſententiæ ſic in-
telligi debeant, vt potius contineant iuſtitiam, quam iniu-
51 ſtitiam: *argument. l. merito. ff. pro ſoc.* Imo vero in † dubio re-
ferenda ſunt ad intellectũ iuris, *l. miles. §. 10. ff. de re iud.* Anch.
conſ. 6. viſo themate. Soc. *conſ. 134. col. 3. vol. 1.* & ego *conſil. 720. n.*
16. debet intelligi dicta ſententia, quatenus dicta damna, &
intereſſe debeantur per duos filios de iure, & non aliter, nec
alio modo: & hanc partem tenendo, ſatis ex prædictis tu-
52 tam; non obſtant contraria, primoque ſententia † ſubha-
ſtationum, & datiu in ſolutum pro damnis & intereſſe; quia
eum ſit intelligenda ſub tacita conditione, quatenus de iu-
re debeantur huic dominæ, vt mox dixi; ſequitur, quod ſuſ-
penſa dicatur, in euentum, quo dicta conditio purificetur
iuxta notata per gloſſ. & Dd. poſt eam, *in l. item quia. ff. de*
pact. & ea deficiente in caſu noſtro, quia hæc domina da-
mnum paſſa non fuit, nec intereſſe lucri ceſſantis ei debe-
tur, veluti non ſolitæ negociari, perinde eſt, ac ſi dicta ſen-
tentia lata non fuiſſet. *l. pecuniam quam. ff. ſi cert. petat. l. neceſ-*
ſario. §. quod ſi pendente ff. de peric. & commod. rei vend. Soc. iun.
53 *conſil. 4. num. 16. & conſil. 180. num. 4. volum. 2.* Imo vero † pacta
ſunt, nihil fieri, vel ſub conditione fieri, quæ non purifice-
tur. Ripa *reſponſ. lib. 1. cap. 2. num. 23.* ſimil. per Crauet. *conſil.*
15. num. 3 Cephal. *conſil. 183. num. 51.* & ego *conſil. 567. num. 63.*
54 & ad iuramentum, vigore † pacti de ſtando ſimplici verbo
dictæ dominæ, reſponderi poteſt, iuramento alicuius non
eſſe credendum, neque deferendum, quando ſubeſt ad-
uerſus eum præſumptio iuris, vt in hac domina, contra
quam præſumi debet, quod perperam iuret de ſuo intereſ-
ſe de 12. pro centenario, cum ei præter ſortem nihil debea-
tur, vt not. Bartol. *in l. inter omnes. §. recte. in fin. ff. de furt.* Ale-
xand. *conſil. 118. colum 3. vol. 2.* Iaſ. *in §. ſed iſta. num. 92. Inſtit. de*
action. Cranet. *conſil. 538. num. 5. in fin. & conſil. 809. num. 11.* Dec.
in cap. paſtoralis. num. 5. de appell. & ego *conſil. 565. num. 46.* Tan-
toque magis, vt ibi ſubiunxi, quia non eſt veriſimile, quod
iſta domina, ſi ſuas pecunias dotales habuiſſet, lucrari ſci-
uiſſet ex illis duodecim pro quolibet centenario: Propter-

ea † tale iuramentum ſuper hoc non veroſimili, ſeruari 55
non debet, cum iuramentum abhorreat à diſſimilitudine
veri, vt ponit Crauetta *conſil. 449. num. 8. poſt gloſſ. in cap. nul-*
li. verb. veriſimiliter. de elect. in 6. & Socin. *conſ. 194. verſ. 3. ratio.*
volum. 2. Sicut & idem Crauet. *conſil. 930.* † inſtrumentum 56
tranſactionis impugnat; quia veriſimilia non cõtinet, poſt
Bald. *in l. ſcriptura. num. 6. Cod. de fide inſtru.* vere † namque 57
ſermonis experimentum à rebus ſenſatis, & veriſimilibus
exiſtit, vt ex Auerroe Bald. ſcribit, *in rubric. de prob. in l. 1. num.*
9. C. de ſeru. fugit. Iaſ. *in l. qui Romæ. §. Flauius. num. 11. ff. de verbor.*
oblig. cum ſimil. & vltra prædicta confirmatur iſta concluſio,
per ea, quæ pulchre ponit, & ſubtiliter Ruin *conſil. 104. num.*
8. volum. 4. vbi loquens de creditore † non ſolito negociari,
dicit, non eſſe habendam conſiderationem intereſſe lucri 58
ceſſantis, niſi conſtet vere, quod eſſet empturus fundum, ex
quo fructus tantæ quantitatis percipere potuiſſet, nec ſtan-
dum eſt eius dicto, etiam iurato, ſed eſt ſic capitulandum,
& aliter probandum; nec obſtat (vt ſubdit Ruinus) quod in
his, quæ † ab animo alicuius pendent, ſit ſtandum eius di- 59
cto, *§. ſed iſta. cum ibi not. Inſtit. de act.* quia in caſu noſtro † hoc 60
non conceditur, vt euitetur materia delinquendi; ſi enim
ſecus eſſet, daretur creditori materia per indirectum extor-
quendi vſuras; quia ſemper poſſet allegare, quod erat em-
pturus fundum, vt ergo euitetur occaſio delinquendi, iſto
caſu dicto eius non ſtatur, *argum. l. conuenire. ff. de pact. dot. &*
in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. & hoc quaſi in terminis voluit
Cyn. *in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſ. & cler.* vbi dicit, quod
non † valeat promiſſio de ſtando ſimplici dicto, vel iura- 61
mento aduerſarii, quia ille inuitaretur ad delinquendum,
& quamuis Bart. *in l. fin. ff. de prætor. ſtip.* dicat contra Cynum,
promiſſionem valere; quia negat illu caſu, quem inuitari ad
delinquendum; quia eius dictum iniquum reduci poteſt
ad arbitrium boni viri, tamen in caſu noſtro dicit Ruinus,
habet locum ratio Cyni, quia ceſſat reprehenſio Bartol. qui
videtur concedere, quod † vbi quis ad delinquendum poſ- 62
ſet inuitari, non debeat eius dicto ſtari, vt eſt in non ſolito
negociari, & ideo dicit Angel. & Caſtrenſ. *in l. pactum inter*
heredem. ff. de pact. poſt Innocen. *in c. cum P. Tabellio de fid. inſtr.*
quod † non valeat pactum, de ſtando priuatæ ſcripturæ a- 63
licuius; quia daretur materia delinquendi. *d. l. conuenire.* igi-
tur colligitur ex præmiſſis; quod † conſideratur, quem eſſe 64
ſolitũ negociari, non quidem ad originem obligationis lu-
cri ceſſantis, ſed duntaxat ad illius probationem; quia ex ta-
li vſu præſumptiue probatur, quod creditor erat lucraturus,
& vbi vel aliter idem probatur vere, vel præſumptiue, peti-
tio datur ad illud intereſſe, alias autem ſecus, vt in non ſoli-
to negociari: ita clare Ruinus *in d. conſil. 104.* qui pulere de-
cidit hunc caſum de pacto prædicto, fundato in d. doctrina
Bartol. *in d. l. final.* Quæ deciſio Ruini, licet ſola ſufficiat:
addo tamen ex abundanti, quod dici ſolet, † quod iu- 65
ramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, *c. inter cæ-*
tera. 12. quæſt. 4. D. meus Riminald. *conſil. 222. col. 1.* Anchar.
conſil. 330. colum. 4. plene Dec. *conſil. 180. colum. 3. & 4.* item de-
bet † habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. 66
c. quanto. de iureiuran. c. animaduertendum. 1. quæſt. 2. c. & ſi Chri-
ſtus. de iureiurand. not. in auctent. quod eis. C. de nupt. Crauetta
conſil. 36. num. 36. & ego *conſil. 338. num. 76.* ſed hic ceſſat veri-
tas; quod ſi hæc domina non conſueuit negociari, ſicque
lucrari, iurare velit, tantum ſua intereſſe lucrum feciſſe: non
habet etiam iudicium, hoc eſt, diſcretionem; nam indiſ-
cretum eſt iuramento firmare, quod non eſt: non habet in-
ſuper iuſtitiam, quæ ſeparat æquum ab iniquo. *l. 1. ff. de iuſt.*
& iur. cum ſit iniquum, dictos filios pupillos ad hoc inter-
eſſe teneri, rationib. ſupra deductis, & † vbi nõ ſubeſt æqui- 67
tas, ſeruari non debet; cum non debeat eſſe, vt dixi, vincu-
lum iniquitatis, vt etiam firmat Seraphinus *in tractat. de pri-*
uil. iuram. priuil. 71. num. 35. Poſtremo ne ſim prolixior, ac-
cedit, quod † tale pactum de ſtando ſimplici verbo, ſeu iu-
ramento alicuius, facit illum teſtem in cauſa propria; vnde
requiritur citatio patris, alioquin non valet. *l. ſi quando. C. de*
teſti. l. iudices. C. de fide inſtru. Signor. *per dicta iura. conſil. 240.*
colum. 2. in princ. Marſil. *ſingul. 24.* Corne. *conſilio 34. volum. 2.*
& Seraphinus *in d. tractat. priuileg. 30. numero 38.* Quare
cum

Digitized by Google

cum hæc domina iurauerit, non citatis dictis pupillis, nec
earum tutrice, nihil valuit: Nec dicatur, huic mulieri ſatis
intereſſe ſic iuraſſe propter ſecundum virum, qui mercator
eſt, & cui ſi pecunias dotis ſuæ dediſſet, ille cum eis lucratus
fuiſſet: reſpondetur enim, hanc cauſam ſui intereſſe remo-
tam eſſe, propter maritum, non autem proximam ipſius v-
69 xoris: quæ † cauſa proxima magis attendi debet, quam re-
mota *l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc. l. ſi mulier. ff. rer. amo.* gloſ. con-
cordantes adducens *in c. de cætero. de homicid.* Parıſ. *conſil. 75.
num. 15. vol. 1.* Crauet. *conſil. 205. num. 30. volum. 2.* & Decian. *re-
ſpon. 26. vol. 1.* tantoque minus, quod nec ſecundus vir quic-
quam ab ipſis filiis petere poteſt, cum non ſint obligati, vt
in ſecundo fundamento ſupra deduxi. Quod vero diceba-
tur, eos marito teneri ad intereſſe, dotis ei non ſolutæ per
70 eam, & ob id in mora conſtitutā, reſpondetur † executionē
inſtrumenti dotalis, pro dictis intereſſe non liquidis, fieri
non poſſe, niſi prius facta liquidatione, vt tradit Bald. *in l. ſi
cauſam iudicati. in fine. C. de execut. rei iud.* Aret. *conſil. 32. primo
71 dubio.* & † liquidatio, datioque in ſolutum pro damnis, &
intereſſe conceſſa, debet intelligi, quatenus debeantur, vt
in ſeptimo fundamento ſupra declaraui. Secundo falſum
eſt præſuppoſitum, quod ſit aduerſus d. dominam de mora
72 contracta per non ſolutionem dotis ſecundo viro: † quo-
niam mora requirit interpellationem. *l. ſi pœna. ff. quando dies
leg. ced.* Bart. *in l. ita ſtipulatus. in 6. quæſt. ff. de verb. oblig. & in l. ſi
duo. §. ait prætor. verſic. hæc autem verba. ff. de conſtit. pecun. & in
d. l. ita ſtipulatus, in 7. oppoſ. prima part. poſt gloſſ. in fine.* vbi et-
73 iam late † Alexand. non enim dicitur ſtare per eum, qui nō
fuit interpellatus, vt reſpondit Oldrad. *conſil. 242. colum. 2.
verſic. obiicitur. allegat l. 1. §. non exigit prætor. ff. vt in poſſ. lega.* ſe-
quitur Dec. *conſil. 242. colum. 2. & conſil. 516. num. 21.* & dicta
domina non fuit interpellata per ſecundum virum: ergo
non fuit in mora conſtituta, nec ad aliquod intereſſe ei te-
74 netur: & quod † intereſſe non debeatur, etiam ſolito ne-
gotiari ante moram debitoris; tradit Aret. *conſil. 9. tertio du-
75 bio.* vbi dicit; quod ita ſe habeat † communis opinio, vt il-
lud peti poſſit, vt per Anchar. *in reg. peccati venia. de regul. iur.
in 6.* ſequitur Dec. *in c. cum venerabilis. colum. 6. de except. conſil.
516. & conſil. 441. colum. final. cum ſimil.* quos ego cumulaui
conſil. 52. num. 54. qui omnes cum teneant, huius intereſſe ra-
tionem habendam in ſolito negotiari poſt moram debito-
ris, plane intelligunt, ante moram illius rationem non ha-
bendam, nec illud ei deberi; vt ibi latius probo, quod cum
videri poſſit eo loco, breuitatis cauſā relinquo. Nec mihi
placet opinio Caſtrenſ. *in d. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb.
oblig.* & ſequacium, per illum relatorum, de quibus memi-
76 ni *in d. conſil. 52. num. 48.* vbi videmus, quod † ſi quis promiſit
dare Epheſi, ſubeſt tātum tempus, quo poſſit ire Epheſum;
id autem tempus intelligitur, habito reſpectu ad illud idem
tempus, quo plerīq; eiuſdem conditionis homines illuc ſo-
lent peruenire; ergo pari modo Caſtrenſis, & alii ſequaces
inferunt, in hoc intereſſe: ſufficit habere reſpectum ad alios
mercatores, & ſic, vt quod ipſi ſoliti ſunt lucrari, præſtetur
huic tantum petenti. quoniam præter id, quod opinio con-
traria crebrior eſt, vt dixi *in d. conſil. 52. num. 49.* non obſtat
77 text. † *in d. §. cum ita.* quia ibi certum erat illud tempus itine-
ris, relatione facta ad alios homines eiuſdem conditionis,
78 & vt addam, † lex taxat iter 20. milliariorum diurnorum *l.
1. ff. ſi quis caut.* at hic, relatio quę fit ad alios mercatores eiuſ-
dem conditionis, nō inducit certum lucrum; quia alii mer-
catores tantum lucrantur, quando habent merces; ſed non
inde ſequitur, igitur, & iſte tantum fuiſſet lucraturus, ſi pe-
cunias habuiſſet, non probato, quod merces paratas habe-
79 ret: Quin † imo plus nouiter addo, dato, quod quis paratas
merces haberet, lucrum non eſſet vniforme, cum lucro a-
liorum ſimilis profeſſionis mercatorum; quia in exercēdo,
& operando circa merces, poſſet eſſe diuerſitas operarum,
vt non eſſent eædem, neque eiuſdem hominis, neque eæ-
80 dem exhibeantur; † nam plerunque robur hominis, ætas,
temporisq; opportunitas, naturalem cauſam operarum mu-
tat, vt inquit text. *in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb.*
81 & vſu quotidiano videmus plures † mercatores eiuſdem
profeſſionis, puta Olearios, ſeu frumentarios, lanarum, vel
pannorum, & id genus, plus, vel minus lucrari, ſecundum
eorum induſtriam, vel ingenium magis, vel minus acutum:
quare non eſt ab opin. communi recedendum *in d. l. 9. §. fin.
ff. de eo quod cert. loc. & alibi.* Ad ſecundum, quo dicebatur; ſi
mulier hęc ſecundo viro dotē † conſtituiſſet expreſſe, & ab 82
eo fuiſſet alita, teneretur ei ad intereſſe, ob moram non ſolutę
dotis, ab eo petitæ; eodem modo tenere debet de dote pri-
mo viro data & ſecundo tacite conſtituta: dico, quod cum
in ſecundo caſu agatur de actu tacito, quia mulier non
conſtituit dotem ſecundo viro, ſed ex diſpoſitione legis ta-
cite dicitur conſtituta ſecundo viro. *d. l. dotem. & l. diuus. ff. de
iure dot.* vtique † talis actus tacitus non eſt tantæ potentiæ, 83
quantæ eſt expreſſus, ſed reſtringitur ad id, in quo reſultat,
nec extenditur, ſicut actus expreſſus, vt tradit Caſt. *conſil. 23.
viſa appellatione in antiq.* prout ſic eum citat Iaſ. *in repet. l. cum
quid. ff. ſi cert. pet. & in nouis habetur. conſil. 334. vol. 2.* prout eum
citat, & ſequitur Crauet. *conſ. 123. col. fin. in princ.* vbi pariter
citat Alex. & Dec. *in l. 1. §. 1. in gl. ſuper verb. ſi quis. ff. quod quiſq.
iur.* propterea cum iſta domina dotem non conſtituerit ex-
preſſe ſecundo viro, ſed tacite tantum conſtituta dicatur à
lege, teneri non debet ad intereſſe: quia † mitius agitur 84
cum lege, quam cum homine, *l. Celſus ff. de rece. arb.* vnde vi-
demus, quod † obligatus ad quantitatem ſub pœna, ſi non 85
ſoluat, difficultas ſuperueniens non excuſat eum à mora,
nec à pœna conuentionali, licet ſecus ſit in pœna legali, vt
tradunt Bart. Bald. Ang. Alex. & alii, *in l. quod te. ff. ſi cert. peta.*
Bald. Ang. & Imol. *in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig.* Butr.
Abb. & Imol. *in c. breui. de iureiur.* quos ſic declarat Ruinus
conſ. 150. n. 11. vol. 2. reddens rationem differentiæ prædictam;
quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, & eum
eum prædictis ſequor, *conſ. 171. n. 45.* ſic etiam dici debet in
caſu noſtro. Ad tertium, quo dicebatur, hanc mulierem a-
gere contra heredes primi viri moroſos; reſpondetur, quod qua-
tenus morā incurriſſet, eis intelligitur remiſſ. per habitatio-
nem cum illis poſt annum: ſed nec morā incurrerunt, vt he-
redes primi viri, & in ignorantia conſtituti, & vt pupilli,
tanto minus moram incurrerunt, licet interpellati fuiſſent;
& ſi incurriſſent in moram, reſtituendi eſſent, vt ego dixi in
3. 4. 5. 6. &c. fundamento, quæ cum videri poſſint, non re-
peto. Ad quartum; quod d. filii detegant turpitudinem ſuā;
dicentes, quod ei non teneantur ad intereſſe; quia illa non
percepit aliquam vtilitatem ex pecunia dotali: reſpōdetur,
quod in nulla turpitudine verſantur id allegātes, ſed in me-
ra, & iuſta defenſione, per quam detegunt dolum matris,
quæ tentis lucrum cum eorum iactura. *l. 1. §. cum pupillum. ff.
depoſ.* quem text. citat Calcan. *conſ. 25. col. 4. conſ. 74. col. 12. &
conſ. 85. col. 6.* Dec. *in l. cum fundum. §. ſeruum tuum. ff. ſi cert. pet.*
Crauet. *conſ. 142. num. 17.* & ego *conſil. 3. num. 17.* ſi enim illa ſe-
cundo viro non tenetur, æquum eſt, nec illos ei teneri: cum
potiſſime non tractetur de damno, ſed de lucro: vt in 5. fun-
damento deduxi. Ad vltimum reſpondetur, auiam in ſo-
lidum obligatam non teneri eadem ratione, qua nec ma-
ter tenetur, ex quo nullam vtilitatem percepit ex pecunia
dotali. Sicque remotis omnibus, & ſingulis contrariis, di-
cti filii veniunt abſoluēdi à petitis per eorum matrem, quæ
poſthabito amore filiali, ſe totam ſecundo viro addixit.
Hippolytus Riminaldus Ferrarien.

Pro D Vbertello Gordia.

ARG. Legitimà, & Trebellianica ſimul, an, & quando detrahi poſſint de fideicommiſſo, & quantum contineant hæ duæ quartæ. An, & quando empta per matrem tutricem filii, cenſeantur empta de pecuniis matris, vel filii, vel communi nomine. Simulatio per quas coniecturas probetur, vel excludatur: & quales ad eam probationes requirantur. Teſtes de auditu, item de credulitate, fama, & iudicio proprio, deponentes, an probent. Et quis ſit legitimus contradictor, ad impediendam im-

miſſionem ex edicto D. Adriani. Legitima & Trebellianica, an ad heredes tranſmittantur, ante aditionem. Et quod legitima ſit quota bonorum, non hereditatis, & cuius id ſit effectus. Fideicommiſſarius, an rem fideicommiſſo ſubiectam, ab eo, in quem heres eam alienauit, vendicare, vel contra heredem, eius nomine, agere debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Heres grauatus reſtituere bona ſub conditione detrahit legitimam & Trebellianicam. & n. 2.*

3 *Et hæ duæ quartæ dimidiam hereditatis abſorbent, deq. iis heres ad libitum diſponit. n. 4.*

5 *Tutrix mater emens bona, an intelligatur emiſſe de pecunia propria, an filij, an communi nomine. & n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

12 *Contractus qualis apparet in prima ſui figura, talis fuiſſe præſumitur.*

13 *Manifeſte conſtare dicitur, de quo eſt inſtrumentum publicum.*

14 *Probatio quæ fit per inſtrumentum, dicitur probatio probata. & n. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.*

22 *Simulatio an & quando probetur ex coniecturis, vel aliter. n. 23. 24. 25. 26.*

28 *Ad arguendum contractum ſimulatum non conſideratur euentus futurus.*

29 *Teſtes deponentes non veriſimilia, non probant.*

30 *Qualitas cum additur verbo, requiritur vt adſit tempore verbi.*

31 *Contractus debet interpretari per iudicem, in æquiorem partem. & num. 32.*

33 *Omnis contractus præſumitur celebratus bona mente, & bona fide, abſque fraude.*

34 *Et in dubio debet interpretari licitus.*

35 *Fraus in dubio non præſumitur nec dolus, maxime in nobili, & in non ſolito talia committere. & n. 36.*

37 *Præſumptiones illæ dicuntur potentiores, quæ ſunt pro validitate contractuum & inſtrumentorum.*

38 *Et præſumptio validitatis actus, præualet aliis præſumptionibus.*

39 *Simulatio non præſumitur, ſed dilucidis probationibus oſtendi debet. Nec ad id ſufficiunt coniecturæ ſiue præſumptiones hominis, ſed legis requiruntur. & n. 40.*

41 *Præſumptione iuris contra aliquem militante, probationes pro eo debent eſſe apertiſſimæ. & n. 42. 43. & non admittuntur teſtes reprobatorij. n. 44. 45. 46. ſed debent eſſe omni exceptione maiores. n. 49. eaque qualitas articulanda eſt & probanda. n. 50.*

47 *Probatio ſicut ampliatur ex pluribus adminiculis, ita annihilatur ex pluribus defectibus.*

48 *Parſimonia mulieribus eſt peculiaris, & dicitur genus auariſſimum.*

51 *Teſtes de auditu deponentes, an & quando probent.*

52 *Teſtes de credulitate ſine ratione credulitatis non probant.*

53 *Item deponentes de fama, non addentes ſe audiuiſſe à maiori parte hominum.*

54 *Heres heredis, dicitur heres teſtatoris.*

55 *Legitima, & eius ſupplementum ad heredes tranſmittitur, eiusq. ratio. n. 56. 57. 58. 59. 60.*

61 *Legitima non eſt quota hereditatis, ſed quota bonorum, & de eius effectu. n. 62. 63. 64.*

65 *Idem dicendum de Trebellianica.*

66 *Emens nomine proprio, & de propria pecunia, facit rem emptam propriam non communicato cum pupillo.*

67 *Tutor, vel curator emens rem, an ea efficiatur minoris. & num. 68. 69.*

68 *In claris non eſt opus coniecturis.*

70 *Varietas confinium præſumptionem inducit, res eſſe diuerſas, niſi de corpore conſtet. n. 71.*

72 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, valet.*

73 *Identitas rei probatur per leuiores probationes, & ſufficiunt argumenta, præſumptiones & coniecturæ.*

74 *Contradictor legitimus quis ſit ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem.*

75 *Poſſidens ſemel præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe.*

76 *E. heres probando antiquum eum ſemel poſſediſſe, habet fundatam intentionem ſuam.*

77 *Heres repræſentat perſonam teſtatoris.*

78 *Vendicatio rem perſequitur, & contra poſſidentem dirigitur.*

79 *Actio in rem dicitur vendicatio, per quam rem noſtram perſequimur.*

80 *Conſignans rem litigioſam ſine præiudicio litis pendentis, cenſetur conſeruaſſe ius ſuum integrum.*

81 *Inſtitutus in ſolidum motum in ampla forma, dicitur ſe de euictione obligaſſe.*

82 *Et ſufficit promiſſio facta verbis generalibus, & ampliſſimis, licet in ſpecie euictionis non ſit facta mentio.*

83 *Bona deſcripta in aſtimo, an cenſeantur eius eſſe, cuius nomine deſcripta ſunt.*

CONSIL. DCCCXVI.

PRoponitur in præſenti cauſa mihi tranſmiſſa ex ciuitate Rauennæ, quod D. Beatrix de Lunardis, ſuum heredem inſtituit Equitem Vrbanum de Spretis, filium ſuum, & poſt eius mortem ſubſtituit D. Flaminium ex eo nepotem ſuum, deinde quod Eques Vrbanus inſtituit dictum Flaminium, & poſt eius mortem ſubſtituit Equites Bonifacium, Pomponium, & alios de Spretis. Demum vero Dn. Flaminius inſtituit D. Vbertellum Gordium, nepotem ſuũ ex ſorore, quo Dn. Flaminio ſine filiis defuncto, comparuerunt prædicti Equites, Bonifacius, & alii de Spretis, dicentes euenisse caſum fideicommiſſi iniuncti, dicto Flaminio per Equitem Vrbanum eius patrem, & eius vniuerſa bona, tam in inuentario deſcripta per tutores facto, quam non, ad eos comparentes ſpectare, & in eorum poſſeſſionem ſe immitti petierunt, vigore teſtamenti d. Equites Vrbani. At D. Vbertellus, excipiendo dixit, quod dictus Eques parum habebat in eius hereditate, cum bona inuentariata pro maiori parte fuerint de iuribus quondam D. Beatricis de Lunardis, & vltra d. D. Flaminio ius competebat, & ſubinde D. Vbertello competit ius deducendi de hereditate dicti Equitis Vrbani legitimam & Trebellianicam: Igitur in hoc caſu videndum eſt, quid ſuper hinc inde deductis ſit de iure dicendum, & incipiendo à teſtamento D. Beatricis, quæ Equitem Vrbanum inſtituit, & ei poſt mortem ſubſtituit D. Flaminium, dico, quod dictus Eques ſub conditione † grauatus reſtituere bona D. Beatricis Dn. Flaminio, ſine dubio potuit detrahere legitimam, & Trebellianicam in bonis maternis, vt notant omnes *in cap. Raynutius. de teſtam.* quorum † ſententia recepta eſt in ſcholis, & foro, vt inquit Angel. *in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulgar. & pupil.* ſequitur Alexand. *in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. conſil. 142. circa primam. volum. 2. conſil. 3. colum. 2. vol. 9. & conſil. 48. circa præmiſſa. volum. 4.* Ioan. de Anan. *conſil. 9. & conſil. 37. in princ.* pluresq; quos citat Dec. *conſil. 202. n. 7. & conſil. 203. colum. 2.* ſubdens, quod † illæ duæ quartæ dimidiam hereditatis abſorbent; & idem repetit *conſil. 278. in fin.* & cum prædictis alios citans, ego tenui *conſil. 9. num. 113. & conſil. 435. num. 82.* addens Socinum iun. *conſil. 191. num. 59. volum. 1.* dicentem, quod per totum mundum ſeruatur, vt Euangelium. Et † de dictis duabus quartis potuit Dn. Flaminius poſtmodum inſtitutus ab Equite, patre ſuo, teſtari ad fauorem Dn. Vbertelli, *c. Raynaldus. §. dilectus. de teſtamen.* Bald. *in l. filium quem. verſ. vlterius quæritur. C. famil. hercif.* Dec. *conſil. 202. num. 7.* Gozad. *conſil. 104. num. 24.* Grat. *reſponſ. 65. volum. 1.* Burſat. alios citans, *conſil. 102. num. 3.* & ego *conſil. 228. num. 22.* Sola ſupereſt difficultas in perſcrutando, quæ bona fuerint D. Beatricis, & ab ea relicta: & in primis conſtat, eam habuiſſe dotem librarum 1400. in tot terras, & in numeratis, libras 180. item ſibi relictam fuiſſe quandam poſſeſſionem Tornaturarum 70. deinde emiſſe varias petias terrarum in diuerſis vicibus & temporibus, omnes fere in villa de Menſa, de ſuis propriis pecuniis, & ſuo nomine, prout dicitur in inſtrumentis emptionum, dum viueret Eques Vrbanus, & eſſet † eius tutrix. Vnde videndum eſt, an ita de iure præſumi debeat. Vel potius, quod emptæ dici debeant, de pecuniis dicti Equitis, & pro ipſo tantum; vel communi nomine præſumantur emptæ. Pro cuius dubii reſolutione recurrendum eſt ad diſtinctionem Bartoli, *in l. ſi patruus. num. 4. Cod. commun. vtriu. iud.* qui † diſtinguit, an quis emerit de pecunia propria, aut de pecunia communi, aut dubitatur. Primo † caſu dicit Bartolus, non eſt dubium, quod res non ſit communis, vt ibi, ſecundum vnum modum legendi; aut † emit de pecunia communi, & tunc aut ille, qui in re communi vendicat partem, erat maior aut minor. Primo caſu nil poteſt repetere in re, vt ibi; Secundo caſu, quando vendicans erat minor, aut ille qui emit, non erat tutor, vel curator, & tunc idem *l. filia. ff. de ſolut.* aut erat tutor, vel curator, & tunc res efficitur communis. *l. curator. Cod. arbit. tutel.* Aut † dubitatur, ex qua pecunia emerit, & præſumitur emiſſe ex propria,

prijs, & nomine proprio, *l. & magis. ff. de ſolution.* ita pulchre
Bart. ibi; cuius opinionem firmat in vltimo caſu Dec. *conſ. 21.*
10 *ſub nu. 11.* dicens, quod † in dubio quis videatur proprio no-
mine mercari, *d. l. & magis.* quia perſona extrinſeca non ſub-
intelligitur, *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verb. ob.* ſub-
dit q; Dec. quod idem teneat Bal. & Petr. de Vbal. *in tract. de
duob. fratr. in locis, de quibus per eum.* & ibi Decio *in apoſtill.* ad-
iunxi Roman. *conſ. 3.* Alex. *conſ. 78. vol. 2.* Abb. *conſ. 46. in 3. du-
bio. vol. 1.* & Decium *conſ. 348. n. 4.* & cum myſterio notandus
11 eſt Bart. in primo caſu, qui ponit † regulam generalem, in
quocunque, etiam tutore, vel curatore, quod ſi emat no-
mine proprio, de pecunia propria, dicit non eſſe dubium,
quod res empta non ſit communis, ſed ſua particularis:
nam dum ſubdit de tutore & curatore, loquitur quando e-
mit de pecunia communi; igitur in primo caſu, quando e-
mit de pecunia propria, res eſt ſua, licet ſit tutor vel curator:
propterea licet D. Beatrix fuerit tutrix Equitis Vrbani, filij
ſui, tamen cum emerit ſuo nomine, & de pecuniis ſuis, ter-
ras, vt in inſtrumentis dicitur, ſequitur vt ſuæ fuiſſe dican-
12 tur, ſicque præſumi debet, quia † contractus qualis apparet
in prima ſui figura, talis vere fuiſſe præſumitur, vt tradit Bal.
*in c. 1. in fin. de feud. dato in vic. leg. commiſſ. in l. rogaſti. §. ſi tibi. an-
te fin. ff. ſi cer. pet. & in c. 1. §. ſi inſtrumentum. n. 2. de no. feud.* Bar.
conſ. 65. n. 2. verſ. ſed ad hoc. Anch. *conſ. 227. ad corroborationem. in
3. dubio.* cum ſimil. per Crauet. *conſ. 666. n. 6.* Decian. *reſpon 92.
13 n. 7. vol. 3.* Ceph. *conſ. 325. nu. 17.* † nam manifeſte dicatur illud
conſtare, de quo eſt inſtrumentum publicum, vt not. Bar. *in
l. 1. in prin. col. 2.* & poſt eum cæteri, *ff. de oper. nou. nunt.* quia illa
14 dicitur † probatio probata, quæ fit per inſtrumentum, vt
dicit Bal. *in l. intereſt. in vlt. notab. C. de ſolut. & in l. quotiens. in
fin. C. de iud.* Marſ. *in rubr. C. de prob. n. 11.* Alciat. *in tract. de præ-
ſum. reg. 3. præſum. 13.* Senat. Pedemon. *deciſ. 72. n. 5. & deciſ. 127.
nu. 1.* & pulchre Bald. *conſ. 400. col. 2. vol. 5.* dicens, quod illud,
15 quod † verbum inſtrumenti ſonat, debeat haberi pro veri-
tate, & ſine calumnia debeat obtinere, ſequitur Rol. à Vall.
16 *conſil. 96. num. 17. vol. 3.* addens, quod † cum inſtrumento pu-
blico concurrat triplex præſumptio, ſcilicet veritatis, ſole-
mnitatis, & quod de eo a partibus Notarius fuerit rogatus,
vt declarat Bald. *conſil. 39. vol. 1.* Socin. *conſ. 149. num. 14. vol. 2.*
& cum prædictis etiam concordat Crot. *conſil. 47. in fin. &
17 conſil. 83. num. 30.* vbi concludit, † inſtrumentum probare ea,
quæ in eius diſpoſitiue continentur: ſequor ego *conſil. 137. nu.
18 45.* nec immerito, quia † vbi eſt caſus inſtrumenti, non eſt
dubitandum, ſicut nec de caſu legis, vt docet Bal. *conſil. 215.
19 col. 2. vol. 2.* & vt ipſe ſubdit *conſil. 233. vol. 1.* † inſtrumentum
vim diffinitionis habet, ſequitur Rolan. à Valle *conſil. 79. nu.
20 88. vol. 3.* † facit enim rem clariſſimam & apertiſſimam, vt in-
quit Iaſ. *in d. l. 1. in prin. ff. de oper. nou. nunt.* Tiraq. *de retract. § 2.
gloſſ. 1. num. 20.* Crau *conſil. 10. num. 7.* Menoch *conſil. 7. num. 4.*
21 & ego *conſil. 188. num. 5.* † deinumque notorium, vt tradit
Caſtren. *in l. vbi pactum. num. 9. C. de tranſ. in conſ. 22. col. fin. vol. 1.
conſil. 257. col. 2. & conſil. 369. num. 3. vol. 2.* Dec. *conſil. 118. Iaſ. in re-
pet. l. admonendi. num. 125. verſ. ſucceſſiue. ff. de iureiur.* Curt. iun.
conſil. 21. num. 12. At inſurgunt actores, dicentes, quod inſtru-
22 menta prædicta fuerint ſimulata, † ſimulatioque probatur
ex coniecturis, vt tradit Bald. *in l. emptione. C. plus val. quod agi-
tur.* Caſtren *conſ. 58. vol. 3 & conſil. 73. vol. 2.* Decian. abunde
reſpon. 61. num. 13. vol. 3. ſicut & Crau. *conſ. 491. num 8.* coniectu-
raſque deducunt per teſtes ſuos, dicentes, quod dictæ ac-
quiſitiones fiebant nomine D. Beatricis, & de pecuniis ſuis,
quia dubitabatur propter factiones, quæ tunc erant in tu-
mulo, ne quid ſiniſtri occurreret Equiti Vrbano, factioſo,
& armigero, propter quod bona Cameræ confiſcarentur, ſi
ſub nomine Equitis factæ fuiſſent. Sed ſuper hoc diligen-
23 tius aduerti debet, quod allegatæ † coniecturæ ſint homi-
nis, per quas non probatur ſimulatio, ſed per coniecturas
legis, vt declarat Crauet. *conſil. 145. num 2.* & prior ſenſit Bal.
24 *conſ. 464. videamus. num. 4. vol. 3.* dicens, quod † ex perſpicuis
indiciis & præſumptionibus ſimulatio probetur, at, vt in-
25 quit Cephal. *conſil. 325. num. 22.* illæ † dicuntur præſumptio-
nes perſpicuæ, quæ ſunt à iure approbatæ. Doctores *in l. fi-
26 nal. C. de probat.* † hominis vero præſumptiones & veriſimi-
litudines non inducunt iudicem ad pronuntiandum. Cor.

conſil. 230. colum. 5. verſic. & propterea. volum. 3. Nec † ſufficit i- 27
maginatio, etiam cum prudenti conſideratione. Alexand.
*conſil. 9. attento. circa fin. verſ. non obſtat etiam. vol. 3. & conſil. 159.
circa primum dubium. num. 3. & 4. vol. 6* Soc. *conſil 116. nu 6. verſ.
præterea regula. vol. 3.* cum ſimil. per Cephalum *in d. conſ. 325.
num. 24.*

Secundo, licet imminerent factiones tempore dictarum
emptionum, non ob id ſimulatæ dici poterant, ob euen-
tum futurum, quod Eques Vrbanus quid ſiniſtrum com-
miſſurus eſſet, propter quod bona ſua confiſcarentur, quia
ad † arguendum contractum ſimulatum non conſideratur 28
euentus futurus, iuxta ea, quæ tradit Bart. *in l. de pupillo. §. ſi
quis ipſi prætori. q. 2 ff de oper. nou. nunt.* Feder. de Sen. *conſ. 32.
quæſtio talis eſt. col. pen. verſ. item dubium & col. fin. verſ. non ob-
ſtat.* Iaſ. *in l. 3. § ex contrario. num. 15 ff de acquir. poſſ.* Alex. *conſil.
216. nu. 6. vol. 7.* Dec. *conſ. 472. nu. 21.* & Decian. *reſpon 59. num. 12.
vol. 1.*

Tertio, cum tempore dictarum acquiſitionum Eques
Vrbanus eſſet ſub tutela D. Beatricis, non eſt veriſimile,
quod factionibus immiſceretur, ſed ludo pilæ potius, & a-
liis puerilibus. vnde dictis † teſtibus deponentibus non ve- 29
riſimilia, credi non debet, Iacobus Leoniſſa *conſil 49. nu 57.*
Alex. à Scala *conſ 56. n. 10.* Grat. *reſp 73. n. 14.* & Paul. Merenda
conſ 16. n. 25. quos adduxi *conſ. 104. n. 24.*

Quarto, ſi qualitas factionum fuiſſet in cauſa, quod em-
ptiones fierent ſub nomine D. Beatricis, quia Eques Vrba-
nus eſſet factioſus, oporteret, quod tunc temporis fuiſſet
talis, non autem quod in futurum eſſe poſſet; quia quando
qualitas † additur verbo, requiritur vt adſit tempore verbi: 30
quicquid autem poſtea de illa ſequitur, id eſt, ſiue deficiat,
vel non, minime eſt curandum; ita Martin. Laudenſ. *in c. 1. de
fil. nat. ex matrim.* poſt Bald. ſequitur Georg. Natta *in tract.
ſtatuti excludentis fœminas. in vlt. q. 2. princ.* Iaſ. *in l. quotiens. col.
antep. C. de rei vend.*

Quinto, ad † officium Iudicis pertinet interpretari con- 31
tractus in æquiorem partem, *l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc.* quia
hæc † eſt nobilis præſumptio, *l. merito ff. eod.* ideo † omnis 32
contractus debet præſumi celebratus bona mente & bona 33
fide, abſque fraude, vt eſt gloſſ. notab. & ibi Bal. & Bolo-
gnin. *ff. de pact.* & idem Bald. illam gloſſam notat ad hoc,
quod † contractus in dubio debeat interpretari licitus, *in* 34
ſua Margarita. verſ. contractus. ver. ſeptimo. idemque dixit Alex.
*conſ. 222. ſuper tri quæſtionis. col. 2. verſ. accedit. vol. 2. & conſ. 200.
col. 2. vol. 6.* Iaſ. *in l. 1. col. 5. verſ. tertio multum nota. C. de ſer. fug. &
conſ. 153. colum. 4. verſic. 8. vol. 4.* Gozad. *conſ. 55. num. 13.* † neque 35
etiam in dubio præſumitur dolus aut fraus, *l. quoties. §. qui
dolo. ff. de prob. l. dolum.* vbi Bart. & alii, *C. de dolo.* Bal. *conſ. 75. de
iure ciuili. volum. 4.* Ang. *conſil. 142. ad fin.* Fulg. *conſ. 198. in quæ-
ſtione. col. 2. verſ ſupereſt. cum ſimil.* At ſi acquiſitiones factæ per
D. Beatricem, dicerentur factæ ſub eius nomine, non au-
tem Equitis Vrbani, dicerentur fuiſſe doloſe & in fraudem
fiſci, ſiue Cameræ Apoſtolicæ, ne, ſi delinqueret, illa bona
acquiſita confiſcarentur, ergo talis interpretatio ſimulatio-
nis fieri non debet.

Sexto, concurrit † nobilitas D. Beatricis, quæ fraudem, 36
ſeu ſimulationem veriſimiliter non commiſit, nec ante ſo-
lita fuit talia committere: ergo nec in d. contractibus præ-
ſumitur ſimulationem commiſiſſe, ſicque ad excluſionem
ſimulationis arguit Barb *conſ. 65. col. 3. ver. & etiam quia. vol 4.*
ſequitur Ceph. *conſ. 325. n. 32.*

Septimo, non deſunt coniecturæ ſeu præſumptiones
contrariæ, quod dicti contractus emptionum non fuerint
ſimulati, quia do. Beatrix emit alias terras nomine filii, & a-
lias ille pariter, vt mihi ſupponitur: at ſi propter factiones
feciſſet emptiones, de quibus agitur, cur non omnes aliæ ſic
factæ fuiſſent? Igitur per has coniecturas tolli debent con-
trariæ, *l. diuus. ff de reſtitut. in integr. l. non ſolum. ff. de rit. nupt.*
tantoque magis, quod † præſumptiones ſupradictæ ſunt 37
potentiores, velut pro validitate contractuum & inſtru-
mentorum; vnde tollere debent adductas in contrarium
Bar. *in d. l. diuus.* Abb. *in c. literas. not. 4. de præſump.* & Dec. *reſp.
r. num. 129. volum. 3.* quoniam † præſumptio validitatis actus 38
præualet aliis præſumptionibus, vt tradit Dec. *in c. quoniam*

Abbas num.16. de offic. deleg. & conſ.344. Pariſ. *conſ.80. num.51. vol.*
3. Ceph. *conſil.294. num.45.* & Rolan. à Valle *conſil.61. num.27.*
vol.3.

Octauo, quod allegata ſimulatio inſtrumentorum præ-
dictorum non procedat, adhuc magis oſtenditur, quoniam
39 ſimulatio † non præſumitur, & dilucidis probationibus o-
ſtendi debet, vt primum tradit Bar. *conſil.65.* Petrus *Nicol.* Bal.
in c.1. in prin. de feudo dato, in vic. leg. commiſ. & conſil.389. vol.4.
Caſtr. *conſil.261. vol.2.* de ſecundo vero ponit idem Caſtren.
conſil.355. col.2. vol.1. & vtrumque Crauet. *conſil.245. col.2.* De-
40 cian. *reſpon.23. num.3. vol.2.* & ego *conſil.134. num.28.* nec † ſuf-
ficiunt coniecturæ, ſiue præſumptiones hominis, ſed legis
requiruntur, vt ſupra dixi, *verſic. ſed ſuper hoc diligentius.* Et v-
41 bi † quis habet præſumptionem iuris contra ſe, probatio-
nes pro eo debent eſſe apertiſſimæ, talesque teſtes, de qui-
bus non ſit aliqua veriſimilis dubitatio, quod debeant pe-
ierare, vt tradit Abbas *conſil.11. col.2. volum.1.* gloſſ. & Docto-
res *in l. tranſactio. C. de tranſact. cum ſimil.* per Crauet. *conſ.73.*
num.12. idemque ponit Ceph. *conſil.241. num.97.* poſt Specul.
de prob. §.1. verſic. fin. & Crauet. *conſil.129. in fin.* Alciat. *in tract.*
42 *de præſump. reg.3. præſump.7.* qui dicunt, quod † probationes
vrgentiores requiruntur; & ſi per teſtes non inſtrumenta-
43 rios probanda ſit † ſimulatio, non aliter inſtrumentum læ-
ditur, niſi ſint omni exceptione maiores, Bald. *conſil.166.*
proponitur, quod ex quodam. col.2. vol.2. quod eſt repetitum *con-*
ſil.79. vol.5. Alex. *conſil.43. num.19. verſic. nec prædicto inſtrumen-*
to. vol.4. & conſil.53. vol.7. Iaſ. *conſ.13. col. pen. vol.4.* & Ioan. de
44 Anan. vbi † teſtes & probationes reprobatorias manifeſtiſ-
ſimas in gradu ſuperlatiuo requirit, per tex. *in §. item verbo-*
45 *rum. verſ. manifeſtiſſimis. Inſt. de inutil. ſtipul.* ideo ex † vitio
modico teſtes reprobatorii non admittuntur, vt ſcribit Bal.
in c. cum Ioannes. col. fin. de fid. inſtr. ſequitur Iaſ. *conſ.124. col.3.*
vol.1. conſil.159. col.6. vol.2. & conſil.13. col. pen. vol.3. demumque
46 *conſil.43. num.20. volum.4.* dicens, quod † exceptione leuiſſi-
ma teſtes huiuſmodi ſubmouentur, ſequitur Crauet. *conſil.*
647. nu.34. At certe teſtes Actorum non ſunt tales, imo plu-
res defectus patiuntur annotatos in apoſtillis in margine
mihi tranſmiſſis, vnde ſequitur, quod inquit Soc. *conſ.118.*
47 *col.5. vol.1.* quod ſicut † plura adminicula ampliant proba-
tionem, iuxta notata per Doctores *in l. admonendi. ff. de iure-*
iur. ita plures defectus eam annihilant & deſtruunt, quia
quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur
oppoſitum in oppoſito, *l. ſi vt propoſuis. C. de nup.* & Socinum
ſequitur Grammat. *conſ.45. n.22.* Grat. *reſpon.59. n.51. vol.2.* Iate
Rol. à Vall. *conſ.57. nu.41. vol.4.* Marſ. *conſ.102. nu.13.* & ego *conſ.*
324. nu.4.

Nono, quod etiam teſtibus prædictis fides non ſit adhi-
benda circa prætenſam ſimulationem, debet aduerti, quod
aliqui dicunt de magnis expenſis dicti Equitis, circa ſerui-
tores, ancillas, & equos; & quando nupſit, de perlis emptis
ſcutis 400. & quod poterat habere ſcutos 300. annuos ex-
pendendos: ergo non eſt veriſimile, quod emptiones factæ
per eius matrem, factæ fuerint de pecuniis illius, ſed veriſi-
milius eſt, ab ea factas fuiſſe ſuo nomine, & de pecuniis
propriis, vt cantant inſtrumenta, & quod dicunt teſtes,
quod D. Beatrix non potuiſſet emere tot res de ſuis pecu-
48 niis, falluntur, attenta † parſimonia peculiari mulierum,
quæ dicuntur genus auariſſimum, *l. ſed ſi ego.* & ibi gl. & Dd.
ff. ad Vell. cum vulgar.

49 Decimo conſidero, quod dicti † teſtes de dicta ſimula-
tione deponentes aduerſus inſtrumenta prædicta, debe-
rent eſſe vndique idonei, & omni exceptione maiores, vt
ponunt Calder. Abb. Imola & Felin. *in c. cum Ioannes. num.*
44. de fid. inſtr. Corn. *conſ.261. num.4. vol.4.* Ioan. de Anan.
conſ.97. vol.2. Crauet. *conſil.16.* & ego *conſ.113. num.58.* vbi ſub-
50 iungo, quod † iſta qualitas articulari debeat & probari,
quia non præſumitur, vt tradunt Bar. & Ang. *in l.2. § ſi quis*
neget. ff. qui ſatiſd. cog. per Alexan. *conſ.82. num.7. vol.1.* D. meus
Zuccar. *in l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* D. meus Rimin. *conſil.*
17. n.20. & alii, quos ego cumulaui *in d. conſ.113.* Nec iſta quali-
tas verificari poteſt in iſtis teſtibus, ſi patiuntur plures defe-
ctus annotatos in margine: non enim dici poſſunt omni
exceptione maiores, *iuxta gl. notab. in verbo, idoneos. in § item*
verborum. Inſt. de inut. ſtipul. Dec. *conſ.163.* Abbas *poſt gloſſ. in c.2.*
de conſan. & affin. & in c.1. poſt gloſſ. de teſtib. cum ſimil. à me de-
ductis *conſil.174. num.58.* vt ibi videri poteſt. Et vt enumerem
quoſdam defectus dictorum teſtium, ſunt inprimis aliqui,
qui de † auditu deponunt, qui ad hoc, vt concludant, ſal- 51
tem duos nominare debebant, à quibus audiuerunt, vt vi-
deretur, an dictum eorum haberet auctores, nec ne, vt eſt
tex. ſingularis *in cap. licet ex quadam.* & ibi notat Andr. Sicul.
& Mod. *de teſtib.* idemque tradit Aret. *conſ.73. col. pen. & in c.*
tam literis. col. fin. de teſtib. Natta *conſ.270. col.2.* Marſ. *conſ.20.*
col.11. & late Ioan. Bap. Ferret. *conſ.80. num.9.* quos ego retuli
conſ.136. nu.58. nec mihi ſupponitur, dictos teſtes alios, à qui-
bus audiuerint, nominare: igitur non probant. Quidam ve-
ro de † credulitate deponunt ſine ratione credulitatis, 52
quare nec illi probant: cum enim iuramentum teſtis debeat
eſſe de veritate, regulariter teſti deponenti de credulitate
non creditur, vt notant ex gloſſ. Caſtr. Rom. Alex. & Iaſ. *in*
rub. ff. de iureiur. qui † vero deponunt, quod publice diceba- 53
tur, nihil probant, non dicentes, quod à maiori parte ho-
minum audiuerint dici: nam ſimpliciter dicentes, quod
publice dicebatur, non probant famam, cum poſſit eſſe,
quod vnus homo ſic publice diceb at, vt declarat Bart. *in l. de*
minore. § plurimum. nu.22. ff. de quæſt. & in l.3. § eius quoque. ff. de
teſtib. Imol. *in l. heredes palam. in prin. ff. de teſt.* Ang. *in l.3. ff. ad*
Maced. Alex. *conſ.20. col.6. vol.5.* Dec. *conſ.57. n.4.* & alii plures à
me cumulati *conſ.363. nu.39. & 40.* Rurſus qui de iudicio ſuo
deponunt, pariter non probant, vt per Iaſ. *in l.1. col. pen. ff. de*
iuſt. & iur. Dec. *conſ.256. nu.5.* Pariſ. *conſ.54. nu.20. vol.4.* Mitto
contrarietates & mendacia dictorum teſtium annotata in
margine, mihi in forma ſummarii datorum, quia melius in
fonte potuiſſem videre. Supereſt igitur, vt concludam, bo-
na, de quibus agitur, pro maiori parte fuiſſe D. Beatricis, &
de ſuis pecuniis empta, non autem Equitis Vrbani, vt bene
dictum fuit in exceptionibus D. Vbertelli: ſicque primo
dubio mihi propoſito remanet ſatisfactum ſine longiore
progreſſu. Sed vlterius aduerti debet circa petita & exce-
pta, ſuper quibus tota vis præſentis cauſæ pendet, quod
cum D. Beatrix inſtituerit heredem Equitem Vrbanum, fi-
lium ſuum, & poſt mortem eius D. Flaminium, dictus E-
ques ſub conditione grauatus potuit detrahere legitimam
& Trebellianicam, quæ duæ quartæ conſtituunt dimidiam
hereditatis, vt in prin. dixi, & quæ peruenerunt ad dictum
Flaminium, ab ipſo Equite inſtitutum, & inde ad D. Vber-
tellum, à Flaminio inſtitutum. Quo vero ad aliam dimi-
diam, adhuc eſt conſiderandum, quod cum D. Flaminius
fuerit inſtitutus ab Equite, patre ſuo, & grauatus reſtituere
poſt eius mortem dominis aduerſariis, potuit de illa dimi-
dia, tanquam filius, detrahere legitimam & Trebelliani-
cam, quæ duæ quartæ continent dimidiam, per eaſdem de-
ciſiones ſuperius in principio poſitas, & quæ ſpectant ad D.
Vbertellum, ab ipſo D. Flaminio inſtitutum; reſiduum ve-
ro illius alterius dimidiæ ſpectat ad actores: vnde ſequitur,
quod ex omnibus bonis hereditatis Equitis Vrbani tres
partes ex quatuor ſpectent ad D. Vbertellum, quarta vero
pars ad dominos aduerſarios in præſenti cauſa, & ideo D.
Vbertellus eatenus impedire poteſt miſſionem in poſſeſ-
ſionem petitam ex perſona D. Flaminii heredis & poſſi-
dentis, velut † heres heredis, qui dicitur heres teſtatoris; *l.* 54
fin. C. de hered. inſt. cumque hæc probet ex eodem teſtamen-
to dicti Equitis & Flaminii, dicitur legitimus contradictor,
impediens ſummarium proceſſum, & ordinario proceſſu
cognoſcendum eſt. Et ideo non poſſunt aduerſarii peten-
tes in poſſeſſionem ſic ſummarie immitti; ſed diſcutienda
ſunt iura partium via ordinaria, & cognoſcendum, quis ſit
vere heres, vt declarat Bartol. *in l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.*
quem ſequitur Ang. *ibi col. pen. verſic. ſi vero contradictor.* qui
tuſit ad practicam, quod quando quis comparens aſſerit
ſimiliter, ſe heredem & poſſeſſorem, iudex tunc debet in-
terloqui, non eſſe locum ſummario iudicio; ſed ordinarie
procedendum, & ſucceſſiue abſoluere reum ab obſerua-
tione iudicii, ſequitur Alexan. *ibi. nu.23.* & Dec. *nu.21.* & poſt
eos Decian. *reſpon.41. num.48. volum.3.* Nec hic agendum eſt
de minuenda legitima, propter numerum trium filiorum,

vt di-

vt dicitur in informatione partis aduerſæ, circa finem: quia
quatenus pertinet ad legitimam Equitis Vrbani in bonis
D. Beatricis, matris ſuæ, cum eſſet vnicus filius, dicta infor-
matio eſt impertinens; ſi vero loquimur de legitima D. Fla-
minii ſibi debita in hereditate dicti Equitis ſui patris, licet
adeſſent aliæ duæ filiæ, cum tamen proponatur, eas illi præ-
deceſſiſſe, earum legitima, licet non agnita per eas, trans-
miſſa fuit ad dictum Flaminium fratrem eorum ab inteſta-
to, vt in margine dicitur, in dicta informatione partis ad-
55 uerſæ circa finem: hoc enim eſt † in legitima, vel eius ſup-
plemento peculiare & ſingulare, quod ad heredes trans-
mittitur, vt notab. concludit Salyc. *in l. ſcimus. in prin. C. de in-*
56 *offic. teſt.* & poſt eum Iaſ. nam † legitima & eius ſupplemen-
tum, quod fit ipſo iure, vt ibi dicitur, licet non acquiratur
incommutabiliter ante petitionem, niſi ſecuta petitione,
tamen fit ipſo iure & pure, non autem conditionaliter, a-
57 lias eſſet † grauamen, quod de legitima reiicitur, *l. quoniam*
58 *in prioribus. C. eodem tit.* propterea † transmittitur ad here-
des, vt concludunt Sal. & Iaſ. idemq; Bal. *in l. 2. q. fin. C. de lib.*
prat. Iaſ. *in l. ſi arrogator n. 18 ff. de adop.* Alex. *conſ. 54. col. 2. vol. 2.*
Socin. *conſil. 92. verſ. circa ſecundam. vol. 1.* Boer. *deciſ. 250. ſub nu.*
59 *4.* vbi dicit, † quod ad quoſcunque heredes tranſeat, nulla
habita differentia, & inter cæteros citat Angelum Aret. *Inſt.*
de inoffic. teſtam. in prin. col. 2. verſ. quæro an hoc ius. dicentem ſe
obtinuiſſe de facto Bononiæ. Nec huic concluſioni repu-
60 gnat tex. † *in l. quoniam ſororem. C. de iure delib.* vbi hereditas
fratris non adita non tranſmittitur, quia procedit in here-
ditate, quæ ab aſcendentibus delata deſcendenti, tranſmit-
titur tantum ad deſcendentes, *l. vnica.* & ibi Gloſſ. & Doct.
C. de his, qui ante aper. tabul. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. at
ſecus eſt in legitima, vel eius ſupplemento, ratione prædi-
cta Salyceti *in d. l. ſcimus, & ſequacium.* Quod etiam præter
eos confirmatur ex his, quæ ponit Cagnol. *in l. Papinianus. §.*
61 *quarta. num. 12. ff. de inoffic. teſt.* vbi notat ex illo tex. quod † le-
gitima non eſt quota hereditatis, vel ſucceſſionis, ſed eſt
quota bonorum, ex quo ſequuntur plures notabiles effe-
62 ctus: nam ſi quis fuerit † inſtitutus in legitima, non videtur
inſtitutus in quarta parte hereditatis, ſed in quota parte bo-
norum, ideo non poterit à creditoribus & legatariis conue-
niri, ſed eſt conueniendus heres vniuerſalis, ſecus ſi fuiſſet
inſtitutus in quarta parte hereditatis, vt ibi per Caſtren. &
63 hinc eſt, quod † filius arrogatus tranſmittit ad heredem
quartam partem bonorum ſibi debitam, ex conſtitutione
Diui Pii in bonis arrogatoris, *l. ſi arrogator. ff. de adop.* quia
non eſt quota hereditatis & ſucceſſionis, ſed quota bono-
rum; demumque ſubdit Cagnol. (quod caſum noſtrum at-
64 tingit) idem eſt in † legitima debita filio in bonis cuiusvis,
& in iure petendi ſupplementum legitimæ, prout notat A-
lexand. *in d. conſ. 150.* Soc. *conſ. 150. col. 16. vol. 1.* & Dec. *conſ. 303.*
col. 1. Quare ſequitur in caſu noſtro, quod Flaminius habere
potuit integram legitimam, vigore tranſmiſſionis ſoro-
rum, ſicut ſi ſolus fuiſſet, quæ ſubinde pertinet ad D. Vber-
65 tellum ſine vlla prorſus diminutione. Et idem de † Trebel-
lianica dicendum eſt, quæ D. Flaminio competebat, quæ
pariter ad D. Vbertellum transmiſſa fuit, vt eſt tex. *in l.*
quamquam. & ibi gl. & Dd. *C. ad leg. Fal.* & ponit Iaſ. *in d. l. ſi ar-*
rogator. nu. 18. ſicque primum dubium remanet abſolutum.
Hinc ſuccedit ſecundum dubium, in quo quæritur, ſi forte
D. Beatrix emiſſet pecuniis communibus, ſed nomine pro-
prio, an reſtitutio tantum paris pecuniarum fieri debeat,
vel bona quæſita ſint communia, ſtante quod erat tutrix E-
quitis Vrbani filii ſui? Cui dubio reſpondendo dico, quod
in eo non verſamur, quia D. Beatrix non ſolum emit nomi-
ne proprio, ſed etiam de ſuis propriis pecuniis, vt dicitur in
inſtrumentis emptionum, quas fecit; quibus inſtrumentis
eſt ſtandum, quia ſunt probatio probata, talesque præſu-
muntur illi contractus, quales apparent in ſui prima figura,
vt ſuperius dixi: talique caſu ſentit aperte Bart. *in d. l. ſi pa-*
truus. C. commun. vtri. iud. in ſua diſtinctione, in primo caſu,
66 quando † quis emit nomine proprio, & de pecunia pro-
pria, quod res non ſit communis, ſed propria; ideo neq; te-
netur ad reſtitutionem pretii alterius, quod non expendit,
ſed proprium, neq; res emptæ fiunt communes, ſed empto-
ris tantum: non induco rurſus Bartolum, quia ſuperius in-
duxi, demonſtrando, quod in illo primo caſu procedat, et-
iamſi emens ſit tutor. Nec iſto caſu me torbat doctrina Bal-
di *in l. ſi vt proponis. C. de rei vend. col. 1.* dicentis, quod † quan- 67
do quis emit nomine proprio, & erat tutor vel curator mi-
noris, res ſtatim efficitur minoris, quia loquitur, quando e-
mit de pecunia minoris; res enim, dicit Bal. ſtatim efficitur
minoris, officii neceſſitate & pecuniæ proprietate ſimul
cooperantibus, *l. 2. ff. quando ex fact. tut.* ſicque dicit Bald. in-
telligitur gloſſ. illius legis, ſecundum Iacob. de Arena: ſed in
iſto caſu Baldi non verſamur, quia D. Beatrix emendo di-
ctas res nec expreſſit officii neceſſitatem, quia non dixit, ſe
emere tanquam tutricem filii ſui, neque dixit, ſe emere de
pecuniis filii; ſed dixit, quod emeret ſuo nomine proprio,
& de ſuis propriis pecuniis; vnde † in claris non eſt opus 68
coniecturis, *l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig. cum vulgaribus.* Pa-
rique modo, meo iudicio, non obſtat doctrina Pariſii *con-*
ſil. 80. num. 17. & 18. vol. 1. nam licet dicat in princ. † rem em- 69
ptam ex pecunia pupilli vel minoris, quæri ipſi pupillo vel
minori, ad eius tamen electionem, quod eidem & ſucceſſi-
ue ſuis heredibus ſpeciali fauore competat remedium ven-
dicandi tales res emptas ex pecunia ſua, *l. curator. C. arbit. tut.*
& l. 2. ff. quando ex fact. tut. vbi Bar. & alii. Tamen dum ſubdit
Pariſ. quod dicta concluſio abſque ſcrupulo procedat, cum
talis res empta fuit per tutorem ſeu curatorem, etiamſi no-
mine proprio adminiſtratoris fuiſſet empta, & eſſemus in
dubio: dicit Pariſ. quæ verba debent intelligi, vel quia non
expreſſit neceſſitatem officii, & ſic emit vt tutor, vel cura-
tor, vel quod non dixerit, ſe emere de ſuis propriis pecu-
niis; & propterea dixit Pariſ. *& eſſemus in dubio.* Nec Barto-
lus, nec alii per eum citati, præciſe loquuntur in caſu noſtro,
ſi bene diſcurrantur, quos non oſtendam, ne ſim prolixior,
quare concludo, res emptas per D. Beatricem remanſiſſe
ſuas. Expedito ſecundo dubio venio ad tertium, quod eſt;
cum D. Beatrix fecerit acquiſitiones fere omnes in villa de
menſa, vbi habebat tornaturas 180. incirca, Eques autem
Vrbanus quinque, in ſex, tantumque per tutores D. Flami-
nii fuerint inuentariatæ dictæ res ſub diuerſis confinibus,
inferri poſſit diuerſitas rerum; & propterea dictæ acquiſi-
tiones non impediunt miſſionem in poſſeſſionem petitam
per aduerſarios. Cui dubio reſpondetur, quod in dubio
quidem, ſi † varietas confinium reperitur in confinibus 70
terrarum, talis varietas faciat præſumere, res eſſe diuerſas,
ſecundum Paridem de Puteo *in c. in probatione. nu. 3. & in c. ſi*
finibus. de finib. feud. per l. in teſtamento. la 2. in fin. ff. de cond. &
dem. & per l. 1. cum ibi not. per Bar. C. ſi vnus ex plur. appell. idem-
que voluit *deciſ. Neap. 23. n. 1.* quos ſequitur Hieron. de Mon-
te *in tract. finium regun. c. 28.* tamen vt idem ſubiungit, ſi con-
ſtat † de corpore, ratione poſſeſſionis, ſatis dicitur conſtare 71
de identitate, ſcilicet quod quis ſenſerit de ea re, licet aliter
ſcriptura loquatur, vt per Alexan. *conſil. 69. in prin. vol. 2.* &
Pariſ. *conſil. 104.* quos allegat: at in caſu noſtro ſatis conſtare
dicitur de corpore rerum acquiſitarum per D. Beatricem,
quod fuerint & ſint illæ, quæ fuerunt inuentariatæ per tu-
tores D. Flaminii, † arguendo à ſufficienti partium enume- 72
ratione, quod argumentum valet, *Inſt. de his, qui ſunt ſui vel a-*
lien. iur. in princ. nam cum Eques Vrbanus in villa menſæ
quinque tantum, vel ſex haberet tornaturas, per eum, vel
pro eo quæſitas, vt in facto ſupponitur, domina vero Bea-
trix 180. dicere oportet, quod inuentariatæ per tutores
prædictos, in dicto loco de menſa, fuerint D. Beatricis, ſic-
que probetur † identitas, ad quam probandam leuiores 73
probationes requiruntur, & ſufficiunt argumenta, præſum-
ptiones & coniecturæ, *cap. cum cauſam. vbi omnes ſcribentes. de*
prob. gloſſ. not. in cap. ſi Papa. de priu. in 6. Flor. & cæteri *in l. in fi-*
nalib. ff. fin. reg. cum ſimilib. per Decian. *reſpon. 17. num. 6. vol. 3.*
de quibus per eum ibi; & dictæ res poſtmodum fuerunt ac-
quiſitæ Equiti Vrbano per teſtamentum matris, quæ eum
inſtituit, & eius aditione, vt per gl. *in Rubr. ff. de acquiren. rer.*
dom. & Dd. *in l. cum heredes. ff. de acquir. poſſ.* tamen cum in eo-
dem teſtamento fuerit ſubſtitutus poſt mortem patris D.
Flaminius, & in teſtamento patris fuerit inſtitutus, & poſ-
ſederit dicta bona, vtiq; D. Vbertellus poſtmodum inſtitu-

tus

ſus ab eo, & perſona D. Flaminii fideicommiſſarii vniuerſa-
lis, auiæ paternę, & poſſeſſoris, eiſdemque oculis vtens, qui-
74 bus & aduerſarii, † dicitur eorum legitimus contradictor ad
impediendam miſſionem in poſſeſſionem petitam per
eos, vt per Bar. *in d. l. fin. n. 22. verſ. aut poſſidet.* Alber. *n. 15.* Corn.
n. 43. & communem teſtatur Dec. *nu. 48.* pluresque cumulat
Menoch. *de adipiſ. poſſ. remed. 4. nu. 634.* Succedit nunc quar-
tum dubium, quod in effectu duo continet. Primum, quod
licet bona, de quibus agitur, fuerint D. Beatricis, tamen D.
Vbertellus reus in præſenti cauſa non probauerit eam poſ-
ſediſſe dicta bona vſque in tempus ſuæ mortis. Secundum
eſt, an ob id fideicommiſſarii de Spetis, actores, mitti de-
beant in poſſeſſionem dictorum bonorum, velut heredita-
tis Equitis Vrbani, reſeruatis prætenſionibus D. Vbertelli
in alio iudicio. Circa huius dubii primam partem, licet dici
poſſet, conſtito (vt dicitur) tum ex clauſulis conſtituti in in-
ſtrumentis emptionum D. Beatricis appoſiti, tum ex teſti-
75 bus examinatis, ipſam D. Beatricē † ſemel poſſediſſe, quod
præſumi deberet vſque ad mortem poſſediſſe, vt not. gloſſ.
Bart. & ſcribentes *in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. & in l. non i-
gnorauit C. ad exhib.* Butr. Abb. & alii *in c. cum ad ſedem. de reſt.
ſpol.* Ruta *deciſ. 120. in noniſ.* Ruman. *conſil. 329. in fin.* Alex. *con-
76 ſil. 133. viſo proc. col. 2. vol. 1.* † heresque, probato quod auctor
ſuus ſemel poſſederit, fundatam habet intentionem ſuam,
prout vtrumque ponit Alciat. *in tract. de præſum. reg. 2. præ-
ſum. 21.* Attamen iſtud non confert ad caſum noſtrum, quia
dicti fideicommiſſarii non veniunt ex teſtamento d. Bea-
tricis, velut in eo non vocati, nec nominati, nec in eius poſ-
ſeſſione, ſed ſe fundant in teſtamento Equitis Vrbani, qui
poſt mortem D. Flaminii ſui filii eos ſubſtituit; quo caſu li-
cet bona D. Beatricis facta fuerint Equitis prædicti, velut
ab ea inſtituti, non tamen mittendi ſunt in eorum poſſeſ-
ſionem, niſi in vna tantum parte ex quatuor, quæ tres par-
tes ſpectant ad D. Vbertellum, per rationes ſuperius addu-
ctas, quas non repeto. Supereſt, vt demum de quinto du-
bio videamus, cuius factum eſt tale: nam Eques Vrbanus
habebat vnam poſſeſſionem Sancti Petri in Trentula, quæ
ſua erat, qui inſtituendo D. Flaminium filium ſuum, & poſt
eius mortem ſubſtituendo magnificos aduerſarios de Spe-
tis, dicitur dictam poſſeſſionem ſubieciſſe fideicom. per
eum diſpoſito: verum quia D. Flaminius poſtmodum in te-
ſtamento ſuo eam legauit vxori ſuæ, & D. Vincentius Gor-
dius, pater D. Vbertelli, eam poſſeſſionem dictæ legatariæ
relaxauit, pendente lite inter eum conuentum & aduerſa-
rios fideicommiſſarios; dubitatur, an illi regreſſum habere
debeant aduerſus dictam legatariam, pro conſequenda di-
cta poſſeſſione, per eam ſibi conſignanda, vel an poſſint fa-
cere ſibi conſignari per D. Vbertellum tot de bonis heredi-
tatis D. Beatricis, loco dictæ poſſeſſionis conſignatæ dictæ
legatariæ: Cui dubio reſpondendo dico, quod dicti fidei-
commiſſarii debeant agere contra dictam legatariam, ad
vendicandam dictam poſſeſſionem, ab ea, illam poſſiden-
te, caſus eſt *in l. final. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de le-
gat.* vbi dicitur, quod ſi fideicommiſſum vniuerſale vel ſpe-
ciale relictum fuerit ſub incerta die, vel ſubſtitutione, vel
reſtitutione, melius quidem faciet heres, ſi caueat ab omni
venditione, alioquin alienatio ſit irrita, quaſi nec ſcripta,
nec penitus fuerit celebrata, ſed fideicommiſſario detur o-
mnis licentia rem vendicare, & ſibi aſſignare, nullo obſta-
culo ei à detentatoribus opponendo: ſic igitur in propoſi-
to; ſi pater D. Vbertelli, heredis D. Flaminii grauati, cōſi-
gnauit dictam poſſeſſionem legatariæ in executione legati
facti per d. Flaminium vxori ſuæ, perinde eſt, ac ſi d. conſi-
77 gnatio facta fuiſſet ab ipſo D. Flaminio, quia † heres repræ-
ſentat perſonam teſtatoris, *§. primo. in auth. de iureiur. à mor.
præſt.* Propterea debent fideicommiſſarii vendicare d. poſ-
78 ſeſſionem à legataria eam poſſidente, quia † vendicatio
rem perſequitur; & contra poſſidentem dirigitur, *§. a. Inſt. de
action. & in l. actio. ff. de action. & oblig.* vbi clare dicitur, quod
79 actio † in rem dicitur vendicatio, per quam rem noſtram
perſequimur, quæ ab alio poſſidetur, & ſemper aduerſus
80 eum datur, qui rem poſſidet; cumque pater † D. Vbertelli
conſignauerit dictam poſſeſſionem dictæ legatariæ, ſine
præiudicio litis pendentis, dicitur declaraſſe animi ſui mo-
tum, & conſeruaſſe ius ſuum illæſum, ne in aliquo teneren-
tur, vt per Bar. & omnes, *in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper.
nun.* & Canoniſtas, *in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtit.* præſens-
que legataria, & nihil dicens, præſumitur conſenſiſſe, vt per
gloſſ. *in l. ſi fideiuſſor. in prin. verſ. recuſare. ff. qui ſat. cog.* Bal. *conſ.
318. col. 1. vol. 1. incip. practica ciuitatis.* Decian. *reſpon. 72. n. 38. vol.
2.* Et quia dubitari poterat, an pater aut D. Vbertellus tene-
rentur de euictione dictæ legatariæ, caſu quo dicti fidei-
commiſſarii obtinerent; cautus fuit pater & filius, ex quo
D. Beſus de Beſis, † pater d. legatariæ, ſuſcepit in ſe litem 81
motam, in ampla forma, in inſtrumento ſuper hoc celebra-
to, vt puta cum clauſulis, iuramento, & aliis opportunis; quo
caſu dicitur ſe de euictione obligaſſe, vt per gloſſ. *in l. ſi fami-
liæ. C. fam. her.* † ſufficitque promiſſio facta verbis generali- 82
bus & ampliſſimis, licet in ſpecie euictionis non ſit facta
mentio, vt in ſimili tenet gloſſ. *in l. cum pœna. ff. de arbit.* quam
dicit notandam Bal. & Alexan. *in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de
leg. 1.* ſequitur Alex. *conſil. 4. viſo proceſſu. num. 2. vol. 3. & conſil.
102. viſo themate. num. 5. vol. 6.* Barbat. & Gozad. in pluribus
conſiliis, quæ citat Tiraq. *in tractat. de retract. lignager. num.
19.* Cur. iun. *conſil. 1. num. 2.* & Soc. *in l. quidam relegatam. col. 2. ff.
de reb. dub.* Vnum tamen non omitto, ſumpta occaſione à
dicta poſſeſſione S. Petri in Trentula, quod cum eſſet E-
quitis Vrbani, qui D. Flaminium inſtituit in omnibus ſuis
bonis, & ei poſt mortem ſuam ſubſtituit dominos actores;
ſequitur, quod ius deducendi legitimam & Trebelliani-
cam, quod competebat D. Flaminio, fuerit translatum in
D. Vbertellum illius heredem, per Deciſiones ſuperius me-
moratas circa alia bona. Poſtremo, quod dicitur ex aduer-
ſo, bona, † quæ dicuntur acquiſita per D. Beatricem, repe- 83
riri deſcripta in æſtimo, ad partitam Equitis Vrbani, vnde
eius eſſe præſumi debent. Caſtr. *in l. ſcrinarius. l. 4. C. de teſt.
mil.* Bar. *in l. rura. C. de omni agro deſer.* reſpondetur, quod il-
lud procederet, ſi D. Beatrix ea dediſſet æſtimo pro bonis d.
Equitis, vt per Iaſ. *in l. decem. ff. de verb. obl.* Caſt. *in l. ſi pater. C. de
action. emp.* Alex. *conſil. 147. vol. 5.* & Soc. *conſ. 89. vol. 4.* quo mo-
do non puto librum æſtimi loqui. Et illud eſſe potuit, mor-
tua D. Beatrice, ſecus in eius vita, de quibus me remitto ad
veritatem facti. Dumque ſubiicitur; quod Eques Vrbanus
fructus colligebat d. bonorum, vnde nuda videtur reman-
ſiſſe adminiſtratrix D. Beatrix; reſpondetur, quod imo d. E-
ques habitans cum ea iure familiaritatis feciſſe præſumi-
tur, nec poſſeſſionem dicitur acquiſiuiſſe, vt poſt alios,
quos citat, declarat in terminis Alexand. *in l. qui iure familia-
ritatis. ff. de acquir. poſſ.* & per hæc fundata remanet concluſio
pro D. Vbertello, quibuſcunque motiuis propoſitis reſolu-
tis. *Hippol. Riminal. Ferraria.*

Pro dom. Gabriele Mazario inquiſito.

Arg. An & quando ſocius criminis poſſit interrogari de ſocio, & torqueri, & quæ ad id requirantur indicia. Item de inquiſitione & confeſſione rei, quando valeat. De mandatore & perſuaſore criminis, & quando præſumatur conſilium, non mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis in quibus delictis non poſſit interrogari de ſocio.*
2 *Et quæ præſumptiones & indicia ad id requirantur. & nu. 3.*
4 *Qui interrogari non poteſt contra aliquem, non facit contra illum indicium ad torturam. & nu. 5.*
6 *Bona vita & fama Rei probata, tollit præſumptionem delicti.*
7 *Iudex tenetur de Syndicatu ponens reum ad torturam non præcedentibus indiciis.*
8 *Reus citatus ſponte comparens, & in carceribus ſe conſtituens, facit pro ſe maximum indicium innocentiæ. & nu. 9.*
10 *Senex magis præſumitur memor ſalutis æternæ, quam iuuenis.*
11 *Animus offendendi non præſumitur contra aliquem, ſi nulla inter eos extet inimicitia. & nu. 12.*
13 *Socius & particeps criminis non aliter probat, niſi cum tortura deponat, & in ea perſeueret. & nu. 14. 15.*
16 *Et propter dictum talis ſocii non poteſt nominatus torqueri, maxime ſi ſocius ille aliis reſpectibus ſit criminoſus. nu. 17. 19.*
18 *An deponens de commiſſione delicti committendi ſibi facta ſolus ſufficiat ad torturam.*

20 *Inquiſitio non tenet, niſi prius iudex interrogauerit offenſum, an velit accuſare delinquentem, quo non facto ſequi debet abſolutio, & cur. nu.21.*

22 *Item corruit inquiſitio facta, non præcedente diffamatione inquiſiti de crimine, etiamſi teſtes probarent crimen. n.23. & iudex haberet liberam poteſtatem procedendi nu 24.*

25 *Non creditur iudici aſſerenti in inquiſitione famam præceſſiſſe, ſi id non conſtet ex proceſſu.*

26 *An requiratur diffamatio in proceſſu iudicis ex officio. & nu.27.*

28 *Inquiſitione exiſtente nulla, corruunt omnia ſuper ea fundata. Etiam confeſſio rei nu.30. Cui ſi quæ pœna ei imponenda, ea extraordinaria & mitior eſſe debet. imo iuſtius eſt eum abſoluere ab obſeruatione iudicii. nu.32.*

29 *Et hæc exceptio nullitatis & ineptitudinis inquiſitionis poteſt opponi etiam poſt ſententiam. & in appellatione.*

32 *Confeſſio facta coram iudice, cuius iuriſdictio prorogari poteſt, præiudicat confitenti.*

33 *Fallit hoc in iudicio inquiſitionis, in quo non fit prorogatio.*

34 *Confeſſio omnis non ſufficit ad condemnandum, ſed ea demum, quæ legitime & iure permittente emanauit.*

35 *Inualida & à iure reprobata non debet attendi.*

36 *Et vt valeat, & exequi poſſit, oportet vt legitima & ſufficientia præcedant indicia, alias facta in tortura, & expoſt nulliter ratificata, non obeſt confitenti.*

37 *Quod procedit etiam in confeſſione iurata.*

38 *Diſpoſitio mutatur ex mutatione perſonæ.*

39 *Appellatione eccleſiarum parochialium non veniunt parochiales collegiatæ.*

40 *Appellatione clericorum non veniunt clerici in dignitate conſtituti.*

41 *Socius ſocii mei ſocius meus non eſt.*

42 *Venenum in dubio intelligi debet de bono ad medelam, vt excludatur delictum.*

43 *Condemnatio fieri nequit, cum aliud deducitur in inquiſitione, & aliud probatur.*

44 *Dictio*, illorum, *non includit perſonam rei loquentis, vt nec dictio*, quidam. *nu.45. & dictio*, alii. *nu.46.47.48.*

49 *Mandator delicti quis dicatur. Et perſuaſor quis. nu.50.51.*

52 *Conſilium minus obligat, quam mandatum.*

53 *Verba illa*, pro parte noſtra, *demonſtrant, ſic loquentem fuiſſe ſocium, & principalem, non mandatarium.*

54 *Pœna minor debetur mandatario quam principali delinquenti, eaque extraordinaria. nu.55. non corporalis. nu 56. ſed leuis & pecuniaria. nu.57.*

CONSIL. DCCCXVII.

IN præſenti cauſa D. Gabrielis Marzari, inquiſiti de mandato, mediante Zornino Rauario facto Bannitis, vt occiderent illos de Martinis, executo in perſonam Euangeliſtæ de Martinis, videtur dictus Gabriel capitaliter condemnandus cum publicatione bonorum, pro quo late ſcripſit D. Bartholomæus Bertazolius, vti frater honorandus, *conſil. 341* ego ſecum conformis conſidero, quod cum Zorninus dixerit Pellato de Corteſiis, quod inueniret bannitos, & eis diceret ex parte dicti Zornini & Gabrielis, vt occiderent Martinos, dictus Zorninus dicitur ſe feciſſe ſocium criminis occidendi Martinos, prout ſic ille quoque fuit inquiſitus, quo ſtante, ſequitur, ad eius tantum dictum
1 Gabrielem non potuiſſe torqueri, quoniam † in delictis, quæ committuntur principaliter in iniuriam & odium alterius, vt eſt homicidium, non autem principaliter in commodum delinquentis, vt eſt furtum, falſificatio monetæ, & id genus, ſocius criminis non poteſt interrogari de ſocio, vt voluit Bar. *in l. repet. §. si qui.* & ibi Bald. & Alexan. *in apoſtill. ff. de quæſt.* Bald. *in c. 1. de confeſſ.* copioſe Grammat. *conſil. 21. col. 2.*
2 quinimo † requiruntur etiam contra inculpatum præſumptiones & indicia, vt tradit ipſe Bertazolius *nu. 23.* & Ruin. *conſ. 146. num. 8. volum. 5.* quem ſequitur Ceph. *conſ. 463. num. 11.* Alex. *conſil. 89. col. 2. in fin. vol. 3. conſ. 126. in fin. volum. 4.* cum aliis per Grammat. *conſil. 21. num. 7.* Marſ. *in pract. crim. §. diligenter. num. 60. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt. nu. 8. & in ſing. 209* Dec. *conſ. 175. col. 2. conſil. 189. col. 6. & conſ. 342. col. 1.* Crau. *conſ. 9.* Gozad. *conſil. 2. nu. 21.* & requiruntur præſumptiones vel indicia
3 in † ſpecie, nec in genere ſufficiunt, vt diſtinguit Salyc. *in l. fin. C. de accuſ. col. fin.* quem latius deducit ipſe Bertaz. *num. 25.* contra Blancum *ibi. num. 378.* at contra dictum Gabrielem non adſunt præſumptiones aut indicia, igitur dictus Zorninus interrogari non potuit de Gabriele ſocio per eum pretenſo, nec ad eius dictum potuit Curia deuenire ad tor-
4 turam dicti Gabrielis: cum † enim Zorninus interrogari non potuerit, non fecit indicium ad torturam contra Gabrielem, vt per Domin. *in c. clericos. de ſent. excom. in 6.* Bald. & Ang. *in l. & ſi certus. in prin. ff. ad Syll.* cum ſimil. per Grammat. *in conſil. 21. col. 2. & 3.* & Marſ. *in l. 1. §. diuus. num. 5. ff. de quæſt.* ſicque ſignanter arguit Ruin. *conſ. 147. col. 2. vol. 5.* Tantoque magis hæc dici debent, quod nec † Zorninus interrogari 5
potuerit de Gabriele, nec interrogatus de facto fecerit indicium ad torturam illius, cum verius adeſſent præſumptiones & indicia pro eo, non autem aduerſus eum; & inprimis † bona vita & fama illius probata, quæ tollit præ- 6
ſumptionem delicti, Marſil. *in pract. crim. §. diligenter. num. 196. conſil. 109. nu. 27. & conſil. 129. num. 36.* Grammat. *conſ. 35. nu. 46. & conſ. 61. in prin.* quæ fuit ante deciſio Bald. *in l. 1. C. locat.* Crauettæ *conſ. 21. num. 9. & conſ. 65. col. final.* cum ſimil. à me latius cumulatis *conſil. 81. matrimonial. & conſil. 174. nu. 33. ſicut & conſil. 217. num. 22.* debuit enim Curia ſe informare de bona vita & fama dicti Gabrielis ante illius torturam; & inuento, quod eſſet talis, eum non torquere, vt per Grammat. *in dictis conſiliis*, & Carrer. *in pract. ſua, in prin. nu. 122.* Si † enim 7
non præcedentibus legitimis indiciis Reus ad torturam ponatur, iudex tenetur de ſyndicatu, vt tradit Alexan. *in apoſtil. ad Bar. in l. filiusfamil. ff. de donat.* Marſil. *in practic. crim. §. conſtante. n. 24.* & ego *conſ. 361. n. 54.*

Secundo concurrebat, quod Gabriel ſemel † citatus 8
ſponte comparuit, & ſe conſtituit in carceribus, quod eſt maximum indicium innocentiæ, vt per Marſil. *in d. §. diligenter. num. 204. & conſ. 127. num. 49.* Carrer. *in d. pract. in prin. num. 158.* & Grammat. *conſil. 61. num. 3.* quos citat dom. Bertaz. *in d. conſ. 241. num. 28.* quod & ego corroboro *in d. conſil. 361. num. 55.* nam vere † fatuus eſſet ille, qui ſi eſſet nocens, & ve- 9
re reus delicti, vellet ſe priuare libertate, & conſtituere in carceribus, putans celare veritatem; vt etiam ponit Grammat. *conſ. 29. n. 32.* Crau. *conſ. 6. n. 39.* & ego *conſ. 361. n. 55. ſuperius memorato.*

Tertio prædictis accedit ætas ſenilis dicti Gabrielis maioris annis 70. † ſenex enim magis præſumitur memor ſalutis 10
æternæ, quam iuuenis, *§. cogitandum. in auct. de monac. & in cap. niſi cum pridem. verſic. alia vero cauſa.* ibi, *moralis vero maturitas in ſenibus eſſe ſolet.* vbi etiam Bald. notat *de renuntiatione. & in cap. cum in iuuentute. vbi gloſſ. in ver. ad ſimilem.* & Hoſtien. & alii, *de præſump.* vbi Ioan. Andreæ refert Hieronymum *in Epiſtola ad Ruſticum.* dicentem; quod non ſit facile malum de perfecta ætate credendum, quam præterita vita defendit, & honorat ſenectutis ipſum vocabulum; quod ad vnguem verificatur in dicto Gabriele, qui fuit in præteritum tentus, & reputatus vir bonæ cõditionis, vitæ & famæ, vnde non eſt facile malum de ipſo credendum, vt quod voluerit mandare medio Zornini, Martinos per bannitos occidi, ſed potius præſumi debet, quod ſalutis æternæ memor fuerit, vt ſenex ſeptuagenarius, & vltra, propterea ad dictum Zornini, tantum ſocii criminis, torqueri non debuit.

Quarto me quoque mouet, quod inter Gabrielem & Martinos nulla extabat † inimicitia, quo ſtante, non præ- 11
ſumitur Gabriel habuiſſe animum, eos, vel aliquem eorum offendendi, vt voluerunt Salyc. & Anch. conſulentes concorditer *in conſil. 215. nos Bartholomæus. inter conſilia Ancharani.* Carret. *in pract. ſua. §. 2. num. 32.* & ideo nec ſic mandandi:
quinimo conſtito de † amicitia (vt audiui) inter Gabrielem 12
& Martinos, præſumitur dolus abfuiſſe in dicto Gabriele, eos offendendi, vt tradit Socin. iun. *conſil. 58. num. 8. volum. 1.* Ioan. de Amicis *conſil. 86. num. 15.* Iacobus Nouel. *in tract. ad defenſam. in tit. reſponſiones Reorum. num. 39.* Grammat. *conſ. 68. in prin.* Blanc. *in pract. ſua crimin. §. his ſic præmiſſis. num. 19.* Petr. à Placa *in epitom. delictorum. cap. 43. num. 7.* Foller. *in ſua practic. in 2. part. 2. parti. in gloſſ. item quod ſororem. numer. 18. & in 2. tom. conſil. crimin. conſ. 137. num. 6.* Paul. Merenda *conſ. 89. num. 48. in 2. tom. conſil. crimin.* Ceph. *conſil. 206. num. 11. & 12.* quare cum tot præſumptiones & coniecturæ ſtarent pro dicto Gabriele, torqueri non potuit ex ſolo dicto Zornini. Tantoque minus, vt hoc addam quinto loco: nam etiam in cri-
minibus † exceptis, vbi non repellitur particeps criminis, 13
(licet in eis non verſemur) non alias ille probat, niſi cum tortura deponat, & in ea perſeuerer, *l. ob carmen. §. ſi ea rei. ff. de teſt. gl. in l. 3. §. fin. in ver. palam. ff. eod.* Veronen. *conſ. crim. 60. nu. 11.*

num.21. Senat. Pedem. plures allegans deciſ.79.nu.38. Fulg. conſ.
178. Marſil. conſ.78. colum.1. & alii, quos cumulat Surdus conſ.
532.num.69. vbi poſt Boſſium in tit. de indic. & tort. num.151. di-
14 cit, quod ſit clara concluſio, † ſocium criminis non admit-
ti, niſi cum tortura, ſiue agatur de condemnando, ſiue de
torquendo, ſiue etiam de inquirendo, & quod hoc ſit ge-
nerale in quocunque reſte crimine notato, etiam in caſi-
bus, in quibus ſolet admitti; & in hoc inclinant omnes Do-
ctores, vt inquit Boer. deciſ.319.num.3. Igitur cum Zorninus
id non dixerit cum tortura, priuſquam Gabriel fuerit tor-
tus, non potuit nec debuit ipſe Gabriel de iure torqueri: id-
que prætereà confirmatur ex eo, quod notab. inquit Ioan.
15 de Anan. conſil.59. viſa inquiſitione. col.2. quod † ſocius crimi-
nis nun admittitur tanquam accuſator, nec vt denunciator,
nec vt teſtis, quia nihil probat; vnde dicit Alexan. conſil. 90.
16 viſo themate. vol.3. quod † propter dictum ſocii criminis non
poteſt nominatus poni ad torturam: ſequitur vtrumque
17 Purpuratus conſil. 187. num. 7. ſubdens id tanto magis † pro-
cedere, quando ſocius criminis aliis reſpectibus eſt crimi-
noſus; nam tali teſti criminoſo non debet credi, c. teſtimo-
nium. de teſtib. vt tradit Dec. in c. ſciſcitatus. col.2. de reſcrip. qua-
lis eſt hic Zorn. vt per Bertazol.

18 Sexto non omitto, quod ipſe deponit † de commiſſio-
ne tantum ſibi facta per Gabrielem, & ſic de remotis à ma-
leficio, quo caſu non ſufficit ſolus, ſed duo teſtes requirun-
tur, vt reſultet ſufficiens indicium ad torturam, ita tradit in
terminis Grammat. in d. conſil.21. num.14. per gl. Bart. & alios
in l. fin. C. fam. her. quod latius tradit Marſil. in l.1. §. idem Cor-
nelio. ff. de quaſt. & in d. §. diligenter. num.7. & nu. 39. vbi idem
dicit quod Gramm. rationem adducens: nam ſi diceremus,
quod dictum mandatarii ſufficiens eſſet ad torturam con-
tra mandantem, ſine aliis indiciis, ſequeretur maximum in-
conueniens & abſurdum, quod volens nocere alicui, poſ-
ſet eum deſtruere & lacerare, & quot homines vellet; nam
ſi tacite haberet aliquem odio, poſſet dicere, quod ille talis
ſibi mandatum dediſſet ad aliquem occidendum, quod
non eſt tolerandum, vt ibi per eum.

Septimo concurrit inſuper in perſona dicti Zornini,
19 quod † ſit infamis ex aliis delictis per eum commiſſis &
confeſſis, quo ſtante, licet eſſemus in criminibus exceptis,
tamen eius dicto ſtari non deberet, quia procedit illa con-
cluſio de ſocio criminis interrogabili, alias non infame ex
alio delicto; ita Marſil. conſ.74.nu.23. Grammat. conſ.61.col.2.
conſ.70.nu.8. voto 34.nu.9. Pariſ. conſ.53.num.36.vol.4. Dec. conſ.
133.col.3. & ego conſ.113.num.34. & tradit D. Bertazol. in d. conſ.
341.n.28.

Octauo præter tot ac tanta, quæ repugnant dicto Zorni-
ni & torturæ Gabrielis, corruit quinque inquiſitio formata
20 contra eum, quoniam † vt iudex poſſit inquirere contra a-
liquem, debet inprimis offenſum interrogare, an velit ac-
cuſare delinquentem, qui offenſus, ſi erit in mora, vel dixe-
rit ſe nolle accuſare, tunc iudex poteſt ad inquiſitionem
procedere, alioquin ſecus; imo ea aliter formata, ſequi de-
21 bet abſolutio: † offenſus enim, qui maius ius habet, me-
liusque fundamentum, quam Curia, præferri debet, ita Bal.
in l. Senatus. C. qui accuſ. late Marſ. conſ.35.num.7. conſ.40.num.9.
conſ.130.num.10. vt in §. conſtante. num.39. Grammat. conſ.42. ad
fin. Grat. reſpon.37.nu.22.vol.2. hoc autem factum non fuit in
caſu noſtro; ergo, &c.

22 Nono quoque corruit † inquiſitio, quoniam ad eam de-
ueniri non poteſt, niſi præcedente diffamatione inquiſiti
de crimine, de quo in c. qualiter & quando, ſecundo. de accuſ.
Gand. in tract. de malef. in Rubr. quomodo de maleſic. cognoſ. Ang.
in rep. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib.10. Ang. Aret. in verb. fama
publica. num.4. Fulg. conſ.136. in fin. Ioan. de Anan. conſ.59. Dec.
conſ.170. colum.1. conſ.175. col.2. conſ.189. col. fin. conſ.256. colum. fin.
Marſ. conſ.35.nu.5. conſ.48. num.10. conſ.49. num.7. & in d. §. con-
ſtante. num.12. Grammat. conſ.42. Ruin. conſ.147. vol.5. Socin.
iun. conſil.37. vol.2. & alios citat Decian. reſpon.18. num.38. vol.1.
23 qui † ampliat dictam concluſionem procedere, dato quod
teſtes producti ſuper inquiſitione probarent crimen, de
quo inquiritur; attamen ex eorum dictis non poſſet inqui-
ſitus condemnari, diffamatione non præcedente inquiſi-
tionem, vt voluit ſingulariter Specul. in tit. de inquiſition. §.
nunc videndum. col.2. vbi etiam Bal. in addit. Marſ. conſ.40.num.
7. & late per Ang. in tract. maleſic. verſic. hæc eſt quædam inquiſ.
in 4. princ. q. Grammat. conſ.30.num.13. & voto 3. num.31. Marſ.
conſil.130. num.15. & Ioan. de Arno. ſoliloquio 65. Quinimo
plus addit Decian. dato quod † iudex ex forma Statuti, vel 24
ex delegatione Principis haberet liberam poteſtatem pro-
cedendi, tamen non valeret eius inquiſitio, non præceden-
te diffamatione. Gloſſ. & Bald. in c.1. de offic. ord. Bar. in l. mili-
tes. C. de teſt. mil. at hic non conſtitit de diffamatione Ga-
brielis tempore formatæ inquiſitionis aduerſus eum, nec
ſtatur † in hoc aſſertioni iudicis, dicentis in inquiſitione, 25
famam præceſſiſſe; ſed aliter ex proceſſu conſtare debuit
tunc, vt tradit Fulg. conſil.107. col.2. Dec. conſil.170. Marſ. in d. §.
conſtante. num.16. Maranta in 6. & vlt. parte prin. in 2. q. num.20.
Io. de Anan. conſil.59. Dec. conſil.189. colum. fin. & Decian. in d.
reſpon.18. num.40. Nec me mouet, quod dixit Ang. in l. ſi va-
cantia. C. de bon. vacan. lib.10. quod in † proceſſu iudicis ex of- 26
ficio non requiritur diffamatio, per tex. in c.1. de offic. ordin.
quoniam † contrarium verius eſt, & communiter rece- 27
ptum, vt tenuit Gandin. in tract. maleſic. in tit. quomodo cogno-
ſcatur. de maleſic. per inquiſitionem. Hoſtienſ. in Summa, de in-
quiſition. §. & qualiter. Specul. eod. tit. §. nunc tractemus. verſ. hoc
autem ſcias. Ioan. Andr. in c. qualiter & quando. ſuper gloſſ. ma-
gna. de accuſ. Butr. in c. ad noſtram. de iureiur. Auguſtin. de Ari-
min. in addit. Ang. de maleſic. in verſic. hæc eſt quædam inquiſitio. in
quinta addit. Barbat. in dicto cap.1. de offic. ordin. & poſt eum Al-
ciat. in gloſſ.1. qui dicit, quod opinio Angeli communiter re-
probetur, & late idem tenet Marſil. in d. §. conſtante. nu.23. per
quatuor col. reſpondens ad textum in d. c.1. idemq; tenet Ma-
ranta loc. citat. in 10. limitat. vbi pariter damnat illam opin.
Ang. quam ſaluat tantum in caſu quo præcederent indicia,
quæ non præceſſerunt in caſu noſtro, vt ſupra dixi; vnde pa-
ter, quot morbis laboret d. inquiſitio.

Decimo hinc infertur, quod cum fuerit † nulla, cor- 28
ruunt omnia ſuper ea fundata, id eſt totus proceſſus, & per
conſequens etiam ſententia, ſi lata fuiſſet, quæ tamen lata
non eſt, vt voluit Ang. conſ.178. viſis actis prædictis, vbi plus di-
cit, quod talis † exceptio nullitatis & ineptitudinis inquiſi- 29
tionis poterit opponi, etiam poſt ſententiam, & in appella-
tione; & Angelum ſequitur Marſ. in pract. §. 2. quaſt. num.87.
& conſil. 128. num.8. & 9. & poſt vtrumque Decian. reſpon. 25.
num.12. volum.2. parique modo dici poteſt, quod † confeſſio 30
dicti Gabrielis ſubſecuta de mandato per eum facto Zor-
nino, de occidendis Martinis, ei nocere non debeat, ſed ſit
dictus Gabriel abſoluendus, vt late proſequitur Barbat. in
cap. at ſi clerici. de iudic. Marſ. conſ.130. num.36. vol.2. Pariſ. conſil.
136. col. pen. ad finem. vol.4. vel ſi quam † pœnam iudex vult 31
imponere, debet extraordinariam inferre, non autem mor-
tis ordinariam; aut tutius eſt, quod Gabrielem abſoluat ab
obſeruatione iudicii, vt tradit Ang. conſil. 278. viſis actis, vbi
refert, ſe de facto Peruſii ſic obtinuiſſe in Syndicatu D.
Raynerii de Piſis, ſicque concludit Dec. in d. c. at ſi clerici. li-
mit.7. Marſil. in pract. crim. §. 2. quaſt. colum. penult. & final. &
Carrer. in prin. num.84. late Auguſtin. de Arim. in addit. Ang.
de maleſic. in verſ. comparuerunt dicti inquiſiti. in addit. ſecunda.
& Maranta in materia inquiſitionis. in fine. Nec quicquam fa-
cit, quod dicta † confeſſio facta ſit coram iudice, cuius iu- 32
riſdictio prorogari poteſt, quo caſu ſolet præiudicare con-
fitenti, vt per Angel. in l. 1. ff. de confeſſ. quoniam † hoc non 33
procedit in iudicio inquiſitionis, in quo prorogatio fieri
non poteſt, ſecundum Bald. in l. 1. in fine. C. vbi de crim. Nellus
in tract. bannit. in 2. par. primi temporis, quaſt. 2. Dec. in d. cap. at
ſi clerici. num.4. in fine. Marſil. in l. final. numer.202. ff. de iurisd.
omn. iudic. & vt inquit dom. Bertazolius in hac cauſa in dicto
conſ.341. num.17. † non omnis confeſſio ſufficit ad conde- 34
mnandum, ſed ea demum, quæ legitime & iure pertinente
emanauit: inualida enim † & à iure reprobata non debet 35
attendi, arg. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contra tab.
ſicque dicit in terminis confeſſionis Marſ. conſ.12. num.3. &
conſ. 45. num.19. Ad hoc enim vt † confeſſio valeat, & exe- 36
qui poſſit, oportet, vt legitima & ſufficientia præcedant in-
dicia, alioquin facta in tortura, & ex poſt iudices ratificata,
non

non obeſt confitenti. l. pen. ſecundum vnam lecturam Gloſſ. &
Bart. ff. de quaſt. Aret. in fine de maleſic. Glo. fama publica. colu. 10.
verſ. aduertas. & ibi Auguſtinus in addi. Angel. Carre. & alij in
l. quis in aliena. §. fina. ff. de acquir. hered. Alexand. conſ. 5. in cauſa
inquiſitionis in prin. volum. 1. & conſ. 1. volum. 3. late Marſi. in l. 1. in
prin. num. 14. ff. de quaſtion. Carecr. in pract. in prin. num. 47. Quæ
37 concluſio † procedit etiam in confeſſione iurata, ſecundum
Marſ. in d. l. pen. num. 54. & in maioribus, & exceptis crimini-
bus, vt per eum, conſ. 46. num. 12. & etiam ſi poſt torturam ſu-
perueniant indicia. Rom. ſingul. 131. tu habes. & conſ. 167. colu. 1.
Alexand. in d. conſ. 1. Gramma. voto 6. & Bertazzol. conſil. 449.
colum. 3.

Vndecimo prædictis accedit, quod inquiritur hic Gabriel
ordinaſſe Zornino, quod deberet facere intelligere banniris
ipſorum de Corteſijs, vt occiderent Martinos, & Gabriel
non eſt de Corteſijs, ſed de Mazaris, ergo ſub dicta commiſ-
ſione poſtea per Pellatum executa non comprehenditur,
38 cum † ex mutatione perſonæ mutetur diſpoſitio. l. Paulus. ff.
de acquir. hered. & poſito, quod dictus Gabriel eſſet affinis
Corteſiorum, non tamen ſequitur, illum ſimpliciter, & im-
mediate de Corteſijs eſſe, prout dicta verba debent intelligi.
l. qui liberis. §. hæc verba. & ibi not. ff. de vulgar. & pupill. non au-
tem ſecundum quid. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi quis ſimpli-
citer. ff. de verbor. oblig. Socin. in l. 1. num. 3. lectura 2. ff. de vulg. &
pup. & conſ. 246. num. 5. volum. 2. Ruin. conſ. 103. num. 13. volum. 3.
cum ſimil. per Cæphal. conſ. 517. num. 54. & per Ioan. Andr. in
39 cap. ſtatutum. de elect. in 6. vbi † appellatione eccleſiarum pa-
rochialium non veniunt parochiales collegiatæ, & per Ab-
40 batem, in Rubr. de maior. & obed. vbi appellatione † clerico-
rum non veniunt clerici in dignitate conſtituti: quia quali-
tas alterat ipſum ſimplex: refert, & ſequitur Ruin. conſ. 18. nu-
mer. 17. vol. 2. ſed illi de Mazaris non ſunt de Corteſijs ſimpli-
citer, ſed ſecundum quid, velut eorum forſan attinentes, ſi-
41 cut nec ſocius † ſocij mei, dicitur ſocius meus, l. nā ſocium. ff. pro
ſoc. l. conſily. §. fin. ff. de reg. iur. & talis interpretatio debet ad-
mitti, vt excludatur delictum, quo Gabriel imputatur, vt in
ſimili tradit Alexan. conſ. 203. colum. 2. volum. 2. & Grammat.
conſ. 36. num. 6. dicentes in crimine veneni; de quo dato quis
imputatur, quod capitulari debeat, & probari de veneno
malo, & non ſimpliciter dici, quem dediſſe venenum; quia
42 in † dubio intelligeretur de veneno bono ad medelam, vt
excluderetur delictum. Vnde cum inquiſitio non loquatur
de iſto Gabriele, ſed de Corteſijs, condemnatio illius ſequi
43 non poteſt, quia † vbicunque vnum deducitur in inquiſi-
tione, & aliud diuerſum probatur, non poteſt ſequi con-
demnatio, vt per Bald. in l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infam.
Alexan. conſ. 224. viſo proc. colum. 1. volum. 2. cum infinitis cu-
mularis per Marſil. in pract. §. quoniam. num. 52. cum ſequen. per
tres columnas, & Carrer. in §. circa. num. 181. & ex hoc datur alia
reſponſio confeſſioni dicti Gabrielis, factæ inquiſitioni;
quia ea relata ad inquiſitionem, non probatur ex ea, homici-
dium factū ſequutum eſſe à parte ſua, ſed illorum de Corte-
44 ſijs, dictio namque † illorum, non includit perſonam Gabrie-
45 lis loquentis, ſicut quando quis dicit, † quidam dicunt, nam
46 non includitur loquens, † nec quod refert, dicitur approba-
re, nec dicere, vt de verbo, alij, dicit Fulgoſ. in l. 2. C. ſi aduerſ.
47 dona. vbi dicit, quod † Gloſſa reſideat in præcedenti opinio-
ne; quia in vltima dicit: alij dicunt, quaſi non ipſe Gloſſa-
48 tor, ſecundum Fulgoſ. & ſic † verbum alij, excludit loquen-
tem: ſic igitur in caſu noſtro, dato quod Gabriel confeſſus
eſſet, ſe commiſiſſe Zornino, quod intimari faceret Banni-
tis illorum de Corteſijs, vt occiderent Martinos, dicta con-
feſſio ei non noceret, cum dicta verba, illorum de Corteſiis,
eum non comprehenderent, ea verba proferentem, ſicut
verbum, alij, de quo dixi conſ. 7. n. 43. poſt Corn. conſ. 34. colu. 2.
vol. 2. & conſ. 286. col. 4. vol. 3.

Duodecimo & poſtremo loco, dato, non conceſſo tamen,
quod inquiſitionis verba ſonarent in perſona dicti Gabrie-
lis, tamen cum nulla extaret inimicitia inter Euangeliſtam
occiſum, & ipſum, ſed inter Zorninum, & Martinos, ob eius
fratrem ab illis occiſum, allegata commiſſio Gabrielis facta
Zornino per Gabrielem, nō deberet pro mandato reputari,
49 ſed pro quadam perſuaſione, vel conſilio: † mandator enim
dicitur, qui mandat delictum committi propter ſe ipſum
mandantem, & ad ſatisfactionem voluntatis ſuæ, qualis non
eſt caſus noſter, ceſſante dicta inimicitia inter Gabrielem, &
Martinos: † perſuaſor autem ille dicitur, qui perſuadet alicui 50
quid, propter illum, cui perſuadet non adhibita differentia
quibus verbis vtatur, mando, rogo, vel alijs: nam tali caſu nō
dicitur mandatum, ſed perſuaſio, vel conſilium, prout hic
dici poſſet, quod iſta commiſſio tenderet in ſatisfactionem
Zornini, propter fratrem ſuum per Martinos occiſum. Ita
declarat Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. in prin. ff. de minor. Alex.
conſ. 125. col. 2. & conſ. ſeq. vol. 4. Corn. conſ. 57. num. 8. vol. 4. Ange.
Aret. de maleſ. in ver. & Sempro. Ang. conſ. 22. nu. 3. vbi pulchre
dicit, quod cum † executio vindictæ pertineret in caſu ſuo 51
ad Brandum, non ad Martinum, etiam ſi Martinus expreſſe
dixiſſet Brando, vel vſus fuiſſet verbis imperatiuis, præcepti-
uis, vel mandatarijs, non reſultaſſet ex illis mandatū, ſed per-
ſuaſio, conſilium, vel ſolicitudo; allegat Bart. in d. §. ſi mandato.
ſic igitur in caſu noſtro dici debet, cum commiſſio Gabrielis
allegata tenderet ad commodum Zornini, propterea non
diceretur ex ea mandatum colligi, ſed perſuaſio, vel conſiliū;
& cum prædictis quoq; tenet Gram. voto 6. col. fin. n. 2. & Ruin.
conſ. 6. vol. 5. Quinimo plus dici poſſet etiam, quando paritas
inimicitiæ, rancoris, & odij fuiſſet inter Gabrielem, & Zorni-
num cum dictis de Martinis, adhuc tamen iſta commiſſio
præſumi deberet conſilium, non autem mandatum, & ſic in
mitiorem partem interpretatio fieri deberet; quia † efficá- 52
cius, & durius obligat mandatum, quam conſilium; Ita tradit
Bald. in l. 1. col. 2. C. de ſeru. fug. Corn. in d. conſ. 57. num. 6. volum. 4.
late Carrer. in d. §. circa. num. 57. Gram. voto 6. col. fi. & hoc etiam
confirmatur ex conſtituto dicti Zornini, qui exequendo cō-
miſſionem ſibi factam, vt dicit, per dictum Gabrielem, in
perſonam Pellati, dicit; & li ordinai, che doueſſe trouare de li Ban-
diti, & dirli per parte noſtra, che doueſſero ammazare de li Martini,
id eſt, & ei ordinabat vt quæreret proſcriptos, & pro parte noſtra
eis diceret, vt occiderent Martinos, illa enim verba, † pro parte no- 53
ſtra, demonſtrant iſtum Zorninum fuiſſe coæqualem in vo-
luntate vindicandi, propter mortem fratris ſui à Martinis
occiſi, & ſic tanquam principalem, non autem tanquā man-
datarium fuiſſe locutum, prout conſiderat pulchre Corn.
conſ. 57. col. 2. volum. 4. & cum ex hoc præſumatur, ipſum fuiſſe
alias facturum, quod dixit dicto Pellato, iuxta deciſionē Bal-
di, in l. 1. col. 2. C. de ſeru. fugit. quem ſequitur ibidem Iaſ. colu. 4.
& Dec. in c. 1. num. 20. de offic. deleg. vbi pariter dixi, de tali conſi-
lio, perſuaſione, vel inſtigatione: Gabrie . . eri non debet,
prout de homicidio, ſi ſic commiſit, quod ſemper negatur;
ſed pœna deberet eſſe mitior arbitrio iudicis, vt poſt Hoſt.
tradunt Abb. Imol. Fel. & alij in d. c. 1. vbi Dec. num. 12. conclu-
dit eſſe communem. ſicut & Fel. teſtatur in ca. ſicut dignum. de
homic. colum. 3. & late Carrer. in d. §. circa. num. 163. quæ longe
minor † eſſe deberet imponenda dicto Gabrieli, ſi quam 54
mereretur, quam quæ debetur principali delinquenti, vt per
Sal. in l. vnica. qu. 3. num. 25. C. de rap. virg. Matheſ. nota. 94. Dec.
in l. conſily. num. 4. & Cagnol. num. 8. ff. de reg. iur. Boſſi. in tit. de
mand. ad hom. nu. 59. Et hæc † pœna deberet eſſe extraordina- 55
ria, ſecundum prædictos. Alci. in l. ſæpe. in verbo non poteſt. ff. de
verb. oblig. Socin. conſ. 38. num. 17. volum. 2. Petr. à Placa in epit.
lib. 1. cap. 17. num. 2. Bart. Gyt. conſ. 157. num. 2. tom. criminal. quæ
pœna † non debet eſſe corporalis, etiam citra mortem, puta 56
mutilatio alicuius membri; quia illa æquiparatur morti. §.
prohibemus in auct. de coll. st. Alexan. conſ. 55. ante finem. volum. 7.
ſed † pecuniaria, & leuis, vt tradit Grammat. conſ. 39. num. 4. 57
& voto 5. num. 3. qui dicit ita ſæpius fuiſſe determinatum, ſe-
quitur Burſat. conſ. 192. num. 42. & ita concludo in hac cauſa,
in qua iam pridem conſului, vt apparet in conſ. 105. lib. 1. conſi-
lior. criminal. ſed nunc & iſtud volui replicare, quod non erit
Lectoribus iniucundum, præter illud Bertazolli; propter
multa, quæ in eo non dixi, nec appoſui. *Hippolyt. Riminal.
Ferraria.*

Pro Illuſt. D. Lucretia Pia, & alijs litis conſortibus.

ARG. Legatarius an vigore ſtatuti, impetrare
poſſit præceptum de ſoluendo legato: ſi heres

in teſtamento non ſit ſpecifice nominatus. Sed in genere dictum, quod deficiente linea maſculina, teſtator legor cuilibet filiæ certam ſummam. Et an heres fideicommiſſo grauatus, nondum facta reſtitutione, teneatur legata præſtare. Et quando poſiti in conditione cenſeantur vocati.

S V M M A R I V M.

1 *Paria ſunt actum valere, & quod de nullitate non poſſit opponi. & numero 2.*
3 *Præceptum de ſoluendo factum per iudicem partis eſt interlocutoria, quæ tranſit in rem iudicatam ſi non appellatur.*
4 *Fallit quo ad iudicem, cuius reſpectu interlocutoria poteſt reuocari, nec tranſit in rem iudicatam.*
5 *Actiones ab heredibus, & contra heredes incipiunt.*
6 *Nominis proprij vim habet, quod non poteſt referri niſi ad vnum.*
7 *Præſumptio, & interpretatio, ſit pro legati validitate, eaque cæteris eſt fortior, & efficacior. num. 8.*
9 *Statutum tribuens executionem paratam inſtrumento, poteſt intentari contra heredem, licet non deſcriptum in inſtrumento.*
10 *Filia nata ex nepote dicitur de linea maſculina ipſius teſtatoris.*
11 *Fœmina non comprehenduntur ſub mentione liberorum maſculorum.*
12 *Vox, maſculus, tantum conuenit viris, & non fœminis.*
13 *Dictio, dicta, eſt repetitiua & relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus.*
14 *Legatum dicitur reale, cum nullus eſt nominatus, & in ſpecie grauatus, ſed indefinite, & impersonaliter.*
15 *Et tunc eſt præſtandum à quolibet ex deſcendentibus, ad quem bona peruenerunt. & num. 16.*
17 *Clauſula codicillaris facit vt legata relicta debeantur à venientibus ab inteſtato.*
18 *Et per dictam clauſulam, actus confirmatur, ex quo capite poteſt.*
19 *Heres an conueniri poſſit ad ſolutionem legatorum, facta reſtitutione hereditatis fideicommiſſario. & num. 20 21.*
22 *Ius tertij non eſt allegandum ab aliquo.*
23 *Heres grauatus, qui nondum realiter reſtituit hereditatem, ſe tueri non poteſt aduerſus legatarios, qui petunt ab eo legata ſibi relicta. & num 24.*
25 *Abſurditas eſt euitanda.*
26 *Heres grauatus prius ſatisfacere debet legatarijs, fideicommiſſario vniuerſali, & legatarijs concurrentibus.*
27 *Etſi heres non præuenit in reſtituendo fideicom. non liberatur à legatarijs.*
28 *Heres adiens hereditatem teſtatoris ſibi delatam cenſetur ſe obligaſſe ad adimplendum omnia per teſtatorem ordinata, & ſic legata relicta.*
29 *Et contrauenions voluntati teſtatoris, priuandus eſt tanquam indignus.*
30 *Heres grauatus cogi poteſt à legatarijs fideicommiſſarium præuenientibus ante factam reſtitutionem ſoluere legata, niſi ſint conditionalia. num 31.*
33 *Puri, & conditionalis purificato idem eſt iudicium.*
34 *Conditio moriendi ſine filijs conditionalis retro trahit, ſeu eſt in poteſtatiua.*
35 *In conditione poſitus, an & quando cenſeatur vocatus & n. 36 & ſeq. vſq. ad finem.*

CONSIL. DCCCXVIII.

FActum fuit præceptum, iuxta formam Statuti, *Quando de debito apparet per publicum inſtrumentum.* Illuſtri D. Lauræ Contrariæ Pepulæ, vt heredi Illuſtriſſ. Marchionis Herculis Contrarij, de ſoluendo ſcutos 5000. Illuſt. D. Lucretiæ Piæ, & alijs litis conſortibus, ſucceſſoribus Illuſtrium D. Violantis, & D. Thadeæ filiarũ Illuſt. Comitis Ambroſij Contrarij, quos eis legauit in ſuo teſtamento, ſuper quo themate, dubia proponuntur aduerſus dictos actores, per Clariſ. D. Iudicem appellationum, quod nõ recte fuerit intentatum remedium dicti Statuti: quia dicta D. Laura non reperitur nominata debitrix dicti legati, prout loquitur dictum Statutũ: ſed hoc dubium tollitur in primis ex eodem Statuto, diſponente, quod dictum præceptum fiat pure, & ſimpliciter, non obſtantibus aliquibus exceptionibus, tunc per ipſum Reum oppoſitis, etiam impedientibus litis ingreſſum: cum enim dictum ſtatutum tollat omnes exceptiones oppoſitas aduerſus præceptum, quod fieri concedit: ſequitur, dici non poſ-
2 ſe, quod non recte fuerit intentatum; quia † paria ſunt, quod actus valeat, vel quod de nullitate nõ poſſit opponi. *gloſſ. in l. qui habebat. §. 1. ff. de manu. teſta.* cum ſimilib. per Alex. *conſ. 106. col. pen. vol. 2.* Ang. *conſ. 187. in fin.* Peruſ. *in c. dilecto. q. 30. nu. 125. de appell.* Caſtren. & Iaſ. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. lectu. 2. ff. de verb. oblig.* & in decreto Senatus, & ſtatuto pulchre Dec. *conſ. 456. num. 11. & conſ. 557. num. 13.* Vant. *in tract. de null. ſent. tit. qui poſſ. dicere de nullit num. 42.* vnde Cæph. *conſ. 3. num. 112.* poſt Caſtr.
conſ. 288. num. 2. circa fin. volum. 1. dicit, quod † vbi clauditur os 2
volenti dicere de nullitate ſententiæ, perinde eſt, ac ſi ſententia eſſet valida: quare ſic de hoc remedio dicti Statuti dici debet, quod recte fuerit intentatum, validumque reputari debeat, poſtquam ſtatutum prohibeat aliquid opponi aduerſus illud, & ſic claudat os ſtatutum volenti dicere de nullitate.

Secundo quoq; reſpondetur huic dubio, quod † præce- 3
ptum factum per iudicem parti aduerſæ, fuit ſententia interlocutoria, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quo ad partem, quæ non appellauit infra debitum tempus, vt declarat Bart. *in l. quod iuſſit.* & poſt eum cæteri, maxime Rip. *ff. de re iud.* ſicut & Peruſ. *in c. cum ceſſante. num. 32. de app.* & ideo ad inſtantiam, partis nunc dici non poteſt, remedium dicti Statuti, quod dictum præceptum introducit, non recte fuiſſe intentatum;
quo † vero ad iudicem, cuius reſpectu, interlocutoria poteſt 4
reuocari, nec tranſit in rem iudicatam, vt in dictis locis notatur, pendebit à meritis in abſoluendo, vel condemnando; ſed nunc nihil dici poteſt.

Tertio conſiderandum eſt diligenter teſtamentum Comitis Ambroſij, qui fecit legatum ducatorum 2500. Illuſt. D. Violanti, & Thadeæ filiabus ſuis: cum enim poſt liberos ſuos maſculos legitimos, & naturales, & legitimatos inſtitutos, & ſubſtitutos, non extantes, ſubiunxerit, quod in caſu finita lineа dictorum liberorum, relinquat cuilibet filiarum ſuarum prænominatarum ducatos 2500. vltra dotes, de quibus ſupra, & præmortuæ, ſeu præmortuarum filijs, & deſcendentibus, vtique dictum legatum deberi cœpit Illuſt. D. Lucretiæ, quæ ſupererat, ſicut & alij, de quibus in cauſa, quando mortuus fuit Illuſtr. Comes, & Marchio D. Hercules Contrarius ſine filijs, & ſic in eo finita fuit linea liberorum maſculorum teſtatoris, vnde legatum, quod fuerat relictum Illuſt. D. Violanti, & Thadeæ filiabus teſtatoris, debitum fuit Illuſt. D. Lucretiæ filiæ D. Thadeæ, & alijs deſcendentibus D. Violan-
tis, cum † actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant 5
l. vnica. C. vt actio. ab heredib. & contra hered. incip. & cum tunc temporis dictæ lineæ finitæ, liberorum maſculorum teſtatoris nullus alius extaret, præter Illuſt. D. Lauram, ſororem dicti D. Marchionis, ſequitur, quod ipſa cenſeri debeat nominata in teſtamento Comitis Ambroſij, iuxta not. *in l. 2. ff. de*
liber. & poſth. vbi † quod non poteſt niſi ad vnum referri, ha- 6
bet vim nominis proprij, & pro nominato habetur; & ibi plura cumulat Iaſ. & ideo ab ipſa D. Laura deberi cœpit di-
ctum legatum, tantoque magis id dici debet, vt † valeat di- 7
ctum legatũ, pro cuius validitate fieri debet præſumptio, & interpretatio *l. quotiens. ff. de reb. dub* Gloſſ. *in c. Abbate de verb. ſignif.* Socin. *conſ. 173. col. 2. vol. 2.* cum ſimil. à me cumulatis *conſ.*
275. num. 15. vbi quoque dixi, quod † hæc interpretatio cæte- 8
ris fortior, & efficacior reputetur, vt voluit Dec. *in cap. quoniam Abbas. colum. 6. de offic. deleg.* & in quantum ſecundo loco dicitur in dubiis, non officere D. Lauræ, quod ipſa fuerit heres Illuſt. D. Marchionis, quia ipſe non fuit nominatus debitor in teſtamento, Comitis Ambroſij, prout requirit ſtatutum, contrarium verius eſt omnino; quoniam teſtator inſtitutis filijs, & deſcendentibus ſuis, dixit, quod ſi nulli extarent liberi, maſculi, legitimi, & naturales, vel ſi extarent, poſtea decederent ſine liberis, & deſcendentibus maſculis, ſubſtituit liberos legitimatos: nam ſi vocauit liberos, dicitur comprehenſus Illuſtr. D. Marchio deſcendens ab ipſo teſtatore *l. liberorum. ff. de verbor. ſignif.* Crau. *conſ. 537.* & cum dictus Marchio fuerit comprehenſus, ſicque nominatus debitor dicti legati, ſequitur, quod dicta D. Laura eius heres, teneri debeat, dato quod in teſtamento non fuerit nominata, per doctrinam Angeli & Imolæ *in l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen.* Angel. & Alexan. *in l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad leg. falcid.* Bald. *in l. 1. num. 3. C. quorum leg.* Menoch. *conſ. 90. num. 102.* & ego
conſ. 262. num. 13. vbi dicunt, quod † ſtatutum tribuens exe- 9
cutionem paratam inſtrumento, poteſt intentari contra heredem,

Digitized by Google

heredem, licet non deſcriptum in inſtrumento, quia ſatis
eſt, quod ibi virtualiter eius obligatio cōtineatur: Nec aſſen-
tiri poſſum, quod tempore moti iudicij, penderet adhuc
10 conditio, ſicque non eſſet finita linea maſculorum, cum † D.
Laura nata ex nepote, diceretur de linea maſculina ipſius
teſtatoris, vt per Cæph. *conſ. 412.* Pariſ. *conſ. 35. num. 10. volum. 3.*
cum ſimilibus cumulatis in dubijs, quoniam repugnant ver-
ba teſtamenti, quæ dicunt, & eo caſu, finita dicta linea dicto-
11 rum liberorum eius maſculorum: talis enim † mentio libe-
rorum maſculorum facit, vt fœminæ non comprehendan-
tur, vt declarat Ab. *conſ. 36. Videtur primo, lib. 1.* vbi dicit, quod
12 terminus, † *maſculi*, tantum conuenit viris, & non fœminis;
idemque tradit Butri. *conſ. 46. recte deciſum eſt.* Ioan. de Anan.
conſ. 22. ad approbandam. Dec. *in l. 2. num. 97. ff. de reg. iur.* Con-
firmatur inſuper, quia teſtator dixit, *& eo caſu finita dicta li-*
13 *nea.* pondero illam dictionem, † *dicta*, repetitiuam, & relati-
uam præcedentium cum omnibus qualitatibus ſuis. *l. aſſe to-*
to. & ibi Bald. & Imol. *ff. de hered. inſtit.* & quæ refertur tantum
ad perſonas ſupra nominatas. Bartol. & Socin. *in l. Gallus. §.*
inſtituens. ff. de liber. & poſthum. Corne. *conſ. 9. column. 2. volum. 1.*
Ruin. *conſ. 87. num. 18. & conſ. 101. volum. 2.* Pariſ. *conſ. 18. num. 32.*
volum. 2. at ſupra, de maſculis, in inſtitutione, & ſubſtitutione
tantum locutus fuit, ergo filias, ſeu fœminas excluſit, nec illę
continentur, nec propter eas dixit, *finita linea, &c.* ſed pro-
pter maſculos, vt per mortem dicti D. Marchionis, per cuius
mortem dicitur purificata conditio legati, facti D. Thadeæ,
& Violanti, tranſitonj ad heredes eorum, vt ſubiunxit, *ſeu*
præmortuarum filijs, & deſcendentibus; qualis fuit D. Lucretia,
& alij conſortes, litis in præſenti cauſa actores. Accedit,
14 quod † legatum prædictum fuit reale, quo nullus videtur
nominatum, & in ſpecie grauatus, ſed indefinite, & imperſo-
naliter, nam poſt inſtitutos maſculos, & ſubſtitutos, dixit,
& eo caſu finita linea dictorum liberorū, eius maſculorum, vt ſupra,
ipſe teſtator reliquit, cuilibet filiarum ſuarum prænominatarum
ducatos 2500. nec in ſpecie dixit, à quo præſtari deberent,
15 quo ſtante, ſequitur, quod † quilibet ex deſcendentibus, ad
quem deuenirent bona, videtur grauatus præſtare dictum
legatum dictis filiabus, & præmortuarum filijs, & deſcen-
dentibus, vt ſubiunxit, & ſic quod hæc D. Laura, ad quam
poſtremo loco peruenerunt bona, cenſeatur grauata præ-
ſtare dictum legatum iſtis conſortibus præſentis litis, qui
deſcendunt à D. Violante, & Lucretia, ita pulchre voluit
Bald. *in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. num. 29. verſ. in dec.* &
poſt eum Salic. *num. 36. in fine.* Curt. *conſ. 43. num. 8. verſ. acce-*
dat. Socin. *conſ. 62. num. 10. volum. 3.* Pariſ. *conſ. 30. num. 29. volu. 2.*
16 vnde † cum quilibet cenſeatur grauatus, ergo etiam quilibet
cenſetur vocatus, vt arguit Decian. *reſpon. 41. num. 51. volum. 1.*
& ſic D. Laura grauata cenſetur etiam vocata, & nominata:
17 Confirmatur hoc, etiam ſtante † clauſula codicillari, poſita
in hoc teſtamento, *ſi non valet iure teſtamenti, &c.* quæ impor-
tat, vt legata relicta debeantur à venientibus ab inteſtato, vt
notat Bart. Caſtren, & Imola *in l. ex ea. § 1. ff. de teſta.* idemque
Dec. *conſ. 242. in prin. & conſ. 369. in fin.* D. meus Rimin. *conſ. 123.*
18 *num. 17.* & ego *conſ. 512. num. 41.* paulo ſupra dicens, † per di-
ctam clauſulam actum confirmari, ex quo capite poteſt.
Bald. & Imol. *in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2.* Bald. *in*
l. quotiens. column. fina. C. de hered. inſtit. Iaſ. *in l. ſi quis extraneum.*
§. ſciendum. ff. de acquir. hered. cum alijs ibidem cumulatis, vnde
D. Laura, veniens ab inteſtato D. Marchioni, cenſetur voca-
ta ex teſtamento D. Comitis Ambroſij per d. clauſulam, &
ab ea dicta legata præſtanda eſſe, quare negari non poteſt
ex ſupra deductis, eam dici poſſe debitricem nominatam, &
in ea verificari, ſatis dicitur ſtatutum, quod fuit intentatum,
idque tanto clarius affirmari poteſt; quod idem ſtatutum.
column. 6. verſ. & omnia, & ſingula, dicit, *& omnia & ſingula, quæ*
ſupra diximus, habeant etiam locum contra heredem debitoris, eo
excepto, quod pro 15. diebus ſtatuatur ei terminus dierum 20. vnde
clare vult ſtatutum, præceptum ita fieri potuiſſe contra D.
Lauram, heredem dicti Marchionis debitoris, ſicut contra
ipſum fieri potuiſſet, vt heredem nominatum: ita contra
D. Lauram fieri potuit, vt eius heredem, hæc enim ſtatuta
locum habent in herede heredis, vt per Caſtren. *in l. poſtu-*
lante. num. 3. ff. ad Trebell. Ruin. *conſ. 58. num. 6. volum. 5.* Gabriel.
in tit. de ſtatut. in concl. in fin. num. 2. & conditio decedentiæ ſine
liberis, ſub qua fuerunt relicta legata, de quibus agitur, D.
Violanti & Thadeæ, ſine dubio purificata fuit per mortem
D. Marchionis ſine filijs. Vnde conueniri potuit D. Laura, &
intentari remedium d. ſtatuti aduerſus eam.

Expedito ſecundo dubio, venio ad tertium, in quo dici-
tur; dato quod Illuſtr. D. Laura fuerit † heres D. Marchionis, 19
tamen conueniri non potuit ad ſolutionem dictorum lega-
torum, facta reſtitutione. *l. Marcellus. in princ. l. ita tamen. §.*
qui ex Trebell. ff. ad Treb. l. fin. C. eod. ſed † cum pia cauſa ſuppo- 20
natur vltimo loco ſubſtituta, ſtatim eius fauore reſtitutio
ipſo iure reputatur pro facta. *l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Alex.
conſ. 4. num. 16. volum. 2. conſ. 57. in fin. volum. 3. & conſ. 2. num. 9.
qui † communem teſtatur. Iaſ. *in d. l. fina. num. 10. & conſ. 254.* 21
num. 3. volum. 2. non igitur D. Laura conueniri debuit, ſed ec-
cleſia fideicommiſſaria. Cui dubio in primis ego reſpondeo;
quod iſtud † pars aduerſa dicere non poteſt, quia allegat ius 22
tertij, videlicet Eccleſiæ, non excluſiuum ipſo iure, ſed ita
demum, ſi vellet eccleſia, quod non licet. *l. 2.* vbi Bart. *ff. de ex-*
cep. rei iud. l. 1. ff. ſi ager vectig. iunc. gloſſ. l. 2. C. de iure emphyt. Rui.
conſ. 3. vol. 1. & ego *conſ. 111. num. 77.* propterea ſi ius piæ cauſæ
competeret in dictis bonis, quod nunc non tango, nec ne-
go, nec affirmo, ſatis eſt, quod allegari non poteſt; ſecundo
dico, poſito quod in piam cauſam tranſeunt actiones ipſo
iure, tamen † heres grauatus, qui nondum realiter reſtituit 23
hereditatem, ſeruari non poteſt aduerſus legatarios, qui pe-
tunt ab eo legata ſibi relicta, *l. ita tamen. § qui ex Trebell. ff. ad*
Trebell. tradit Ripa *in l. 1. §. fina. ff. eod. num. 3.* qui † communem 24
teſtatur, ſicut & Claud. Aquenſ. qui dicit, cum gloſſ. commu-
niter Doctores tranſire; & certe ſequeretur maximum ab-
ſurdum, ſi diceremus, piam cauſam vltimo loco ſubſtitutam,
quæ nihil adhuc eſſet conſecuta, debere ſoluere dicta legata,
Domina vero Laura, quæ bona conſecuta fuiſſet, & ſubinde
ſui heredes, nihil præſtarent legatarijs, quæ † abſurditas eſt 25
euitanda in interpretanda teſtatoris voluntate. *cap. clericos. de*
offi. vica. l. nam abſurdum. ff. de bon. lib. l. publicum. §. 1. ff. de cond. &
demon. cum ſimil. per Crau. *conſ. 62. num. 7.* D. meus Rim. *conſ.*
185. num. 16. vol. 1.

Tertio, cum † fideicommiſſarius vniuerſalis, & legatarij 26
concurrunt, heres, grauatus reſtituere, prius illis ſatisfacere
debet, Bald. *in l. fina. ff. ad Trebell.* & ſi † heres non præuenit in 27
reſtituendo fideicommiſſarium, non liberatur à legatarijs,
vt per Alexan. *in d. §. qui ex Trebelliano:* imo vero cum D. Lau-
ra adiuerit † hereditatem teſtatoris, ſibi delatam, dicitur con- 28
traxiſſe, & obligaſſe ſe ad adimplendum omnia per teſtato-
rem ordinata, & ſic legata relicta filiabus ſuis; & præmortuo-
rum filijs, & deſcendentibus, quales ſunt actores. *Inſt. de oblig.*
ex quaſi contract. l. apud Iulianum. in fine. ff. ex quibus cauſ. in poſſ.
eatur. l. ex maleficijs, §. heres. ff. de action. & oblig. Socin. *conſ. 4.*
num. 3. volum. 4. Imo † heres contrauenicns voluntati teſta- 29
toris priuandus eſt tanquam indignus. *l. poſt legatum. vbi Bart.*
ff. de his quib. vt indi. Auth. hoc amplius. vbi Bald. *C. de fideicom.*
column. 1. & Iaſ. *colum. 3. in fin.* vnde D. Laura poſtquam adiuit
hereditatem, negare non poteſt parere voluntati teſtatoris,
& teneri ex eius diſpoſitione, prout ſic arguit, & concludit
Decian. *reſpon. 22. num. 15. volum. 3.* Poſtremo, quarto loco du-
bitatur, circa illam concluſionem, de herede † grauati, qui 30
cogi poteſt à legatarijs, fideicommiſſarium præuenientibus,
ante factam reſtitutionem ſoluere legata, ſecundum Bald.
poſt Marti. Silli. & Butrig. *in l. fin. num. 2. & 3. C. ad Trebell.* quem
ſequuti ſunt Alexan. & Iaſ. *in l. 1. in fine. ff. eod.* id † limitari non 31
procedere in legatis conditionalibus, vt hæc fuerunt, per
ablatiuos † abſolutos relicta, vt in teſtamento, ibi, *& eo caſu* 32
finita linea, &c. qui faciunt conditionem. *l. à teſtatore ff. de con-*
dit. & demon. ego reſpondeo, quod cum D. Marchio deceſſe-
rit ſine filijs, conditio ſub qua grauatus fuit, dicitur purifica-
ta, & perinde eſt, ac ſi ab initio fuiſſet pure grauatus; † quia 33
puri, & conditionalis purificati, idem eſt iudicium. *l. ſed & ſi*
de ſua. in fin. ff. de acquiren. hered. l. ſi pupillus. ff. de cond. inſtit. Iaſ.
in l. pecuniam. ff. ſi cert. pet. Soc. iun. *conſ. 35. num. 11. conſ. 67. n. 58.*
& alibi, vt per Cæph. *conſ. 312. num. 95.* & cum † dicta conditio 34
moriendi ſine filijs, fuerit conditionalis, retrotrahitur, li-
cet ſecus eſſet in poteſtatiua. *l. qui balneum, & l. potior. ff. qui*

poteſt in pign. hab. & ibi Bart. Decian. *reſpon. 11. num. 76. & 77. volum. 1.* propterea ceſſat limitatio prædicta legati conditiona-
35 lis, & in quantum ſubijcitur, in dubijs D. Marchionem † in conditione tantum poſitum, per illos ablatiuos; *finita linea dictorum filiorum maſculina*: non cenſeri vocatum, ſecundum gloſſ. *fina. in l. Lucius. ff. de hered. inſtit.* communiter approbatam, teſte Rolando à Valle *conſ. 51. ſub num. 5. volum. 3.* vnde cum non fuerit d. Marchio vocatus, grauari non potuit. *l. ab eo. C. de fideic.* & tradit in terminis Ruin. *conſ. 128. num. 9. volu. 1.* Reſpondeo, quod licet illa concluſio Gloſſæ prædictæ *in d. l. Lucius.* eſſet communiter approbata, vt infinitos cumulaui
36 *conſ. 21. num. 11. 12. & 13.* tamen recipit † aliquas limitationes, ex quibuſdam coniecturis, per quas dicitur, poſitos in con-
37 ditione cenſeri vocatos, quarum † prior eſt, quod teſtator fecit digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum, vt in caſu noſtro, vocando filios, deinde eorum liberos, & vltimo loco eccleſiam: ita enim voluit Anchar. *conſ. 74. ad fin.* Curt. iun. *conſ. 16. colum. 3.* Ruin. *conſ. 153. num. 6. volu. 2.* & alij, de quibus ego dixi *in d. conſ. 21. num. 41.* quæ coniectura iuncta cum alijs multum operatur, vt ibi dixi, de quibus mox dicam: quinimo Cæphalus, *conſ. 231. num. 17.* quem ſequitur Mantica *de coniectu. vltim. volun. lib. 11. tit. 3. & colum. 3. ſub num. 13.* dicit crebriori calculo eam eſſe approbatam. Sed vtcunque ſit, ac-
38 cedit alia coniectura; quod † teſtator excluſit fœminas ab hæreditate vniuerſali, vocando maſculos, quo ſtante, poſiti in conditione cenſentur vocati, & grauati. Ruin. *conſ. 140. colum. 6. volum. 3.* Curt. *conſ. 51. colum. 1. & 2.* Curt. iun. *conſ. 87. colum. 2.* & alij per me cumulati *in d. conſ. 21. num. 47.* quibus nunc addo Iaſ. *conſ. 52. ſub num. 1. volum. 3. & conſ. 108. colum. 3. volum. 4.* Ruin. *conſ. 143. num. 8. volum. 3.* Grat. *reſpon. 106. colum. penult. volum. 2.* Socin. iun. *conſ. 119. num. 32. volum. 1.* Ant. Gabri. *lib. 3. de fideicom. conclu. 4. num. 4.* Nonium *conſ. 31. num. 18. & conſ. 32.*
39 ſed & alia colligitur coniectura, quod teſtator ſæpius † maſculinitatis fecit mentionem, quo caſu poſiti in conditione cenſentur vocati, ſicque procedit Gui. Pap. *deciſ. 184.* Dec. *in l. 1. num. 16. C. de pact.* & alij numeroſi per me *d. conſ. 21. num. 43.* cumulati, quibus addo nunc Corneum *conſ. 146. colum. 2. conſil. 20. & conſ. 105. volum. 4.* Curt. iun. *conſ. 43. num. 7. & conſ. 48. num. 6.* Rubeum *conſ. 28. num. 6. conſ. 31. num. 2. conſ. 120. num. 3. & conſ. 143. num. 7.* Alciat. *reſpon. 476. num. 8.* Alban. *conſ. 86. num. 11. & conſ. 87. num. 11.* Mantuan. *conſ. 22. num. 69. volum. 1.* Gribaldum *inter conſi. Portij Imolenſis. conſ. 40.* & ibidem Decianum, *conſ. 46.* Fortun. Garziam *in l. Gallus. in prin. colum. 32. ff. de liber. & poſthum.* Gallia. *in l. centurio. ff. de vulgar. & pup.* Burſ. *conſ. 13. num. 52.* Tobiam Nonium *conſ. 32. num. 14.* & Girardum Mazolam, *conſ. 108. num. 88.* ſed & quarta non deeſt coniectura
40 ſubſtitutionis, vltimo loco factæ de † pia cauſa, ſi enim teſtator voluit omnibus de Contrarijs deficientibus, admitti piam cauſam, multo magis voluit, quod interim bona penes maſculos de Contrarijs extantes, remanerent; & cum illud fieri non poſſet, niſi præſupponantur inuicem ſubſtituti, ſequitur, quod teſtator voluerit inuicem ſubſtituere, per locum ab antecedenti neceſſario. *l. ad legatum ff. de procur.* ſicque poſuit in terminis hanc coniecturam Soc. iun. *conſ. 110. numero 16. volum. 3.* & ego *conſ. 21. num. 51.* Poſtremo quintam non
41 omitto coniecturam, quod † iſtæ ſubſtitutiones factæ fuerunt à Comite Ambroſio Comiti Vgucioni, & à Comite Vgucione Comiti Alfonſo, & à Comite Alfonſo dicto Marchioni, omnibus deſcendentibus ſuis, vnde licet poſiti dicantur in conditione, tamen cenſentur vocati, vt infinitos ego cumulaui *in conſ. 476. num. 16. cum ſequen.* poſt Mant. *in d. tract. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 3. colum. 1.* vbi rationem adducit; quia licet tacite inſit conditio, ſi deceſſerint ſine filijs. *l. cum auum. ff. de cond. & demon.* quia tamen non ineſſe videtur ex neceſſitate, ſed ex voluntate, merito cum exprimitur, poteſt, & debet aliquid operari, & vltra Manticam tenet hanc coniecturam, lateque probat, & confirmat Decian. *reſpon. 9. colum. 1. volum. 3.* ad quem me remitto; & *ad dictum conſ. meum. 476.* duntaxat, addens Marzarium *conſ. 3. num. 5. & 6.* & idem quoque tenui, *conſ. 502. colum. 3.* igitur vt concludam, D. Laura, & ſubinde ea prædefuncta, pendente lite filij ſui, tenentur ad ſolutionem dictorum legatorum iſtis dominis clientibus meis, ſucceſſoribus dictæ D. Violantis, & Lucretiæ legatariarum. *Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

Pro Illuſt. d. Marco Pio, & ſororibus, & Illuſt. d. Anna Maria Leyua.

ARG. De præferentia creditorum, an prior habens generalem hypothecam, præferatur poſteriori habenti ſpecialem, de verbis enunciatiuis, & diſpoſitiuis, & eorum differentia. De differentia inter conditionem caſualem, & poteſtatiuam. Confeſſio alicuius, an, & quando noceat tertio, & de ſententia inter alios lata, quid operetur, an præiudicare poſſit tertio, & de teſtibus inter alios examinatis mortuis, an probent. Præſumptiones item, an, & quando coniungantur, ad faciendam plenam probationẽ. Ratificatio, an & quando retrotrahatur, & fieri poſſit in præiudicium anterioris creditoris. De inuentario tutoris, vel curatoris, an & quatenus probet.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore potior eſt iure. Etiamſi habeat generalem hypothecam. num 2 Fallit vt num 27.28 29*
3 *Genus reſtringitur ad ſpecies expreſſas, cum poſt genus ſequitur enumeratio ſpecierum.*
4 *Prior tempore habens generalem hypothecam, præfertur poſteriori habenti ſpecialem.*
5 *Verba, omnia, & ſingula quid importent.*
6 *Dos in ambiguo præualet.*
7 *Obligatio eſt odioſa.*
8 *Verba enunciatiua, & diſpoſitiua quæ dicantur.*
9 *Hypotheca bonorum, quæ reperitur in inſtrumento referri debet ad principaliter in eo diſpoſita.*
10 *Contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam ſed arctatiuam.*
11 *Contractus ſtricti iuris terminos ſuos non egrediuntur. & num. 12.*
13 *Et contractus ex conuentione legem accipiunt.*
14 *Obligatio limitata limitatum producit effectum.*
15 *Obligatio acceſſoria ceſſat ceſſante contractu & num 16.*
17 *Prioritas temporis non iuuat, ſtante credito dotali cum hypotheca, licet poſteriori tempore.*
18 *Expreſſa hypotheca dotis, licet poſterior, præfertur tacitæ anteriori.*
19 *Conditiones poteſtatiuæ non retrotrahuntur, ſed inſpicitur tempus conditionis impletæ.*
20 *Differentia inter conditionem caſualem, & poteſtatiuam, ad hoc vt retrotrahantur, vel non & n. 21.22 23.24.25.*
26 *Laura præciſe, & concludenter probare debent ab eo, quia in eis ſe fundat.*
30 *Relatio non fit ad dicta ſuperius incidenter & enunciatiue ſed ad principalia. num. 31.*
32 *Confeſſio alicuius non nocet tertijs creditoribus*
33 *Et qui confitetur ſe recepiſſe aliquam quantitatem non probat veram numerationem, maxime in præiudicium tertij. num. 34 35 36.*
37 *Confeſſio vnius alteri non nocet, nec ius eius quæſitum lædit. & num. 38 39.*
40 *Confeſſio facta parte abſente, non præiudicat.*
41 *Contractus dotalis, quia eſt vltro, citroq; obligatorius, reſolui nequit in alterius partis præiudicium.*
42 *Creditum ex cauſa dotis priuilegiatum, & inſtrumento publico comprehenſum, preferri debet alij non priuilegiato credito, priuata ſcripturæ comprehenſo & num 43.*
44 *Sententia an faciant ius quo ad omnes.*
45 *Confeſſio non præiudicat confitenti niſi ſit veriſimilis.*
46 *Iudex nunquam debet iudicare pro eo, quod non eſt veriſimile.*
47 *Confeſſio licet veriſimilis, non nocet tertio.*
48 *Adminiſtrator quilibet tenetur ad rationem reddendam, ſi ab eo petatur num. 49.*
50 *Statutum requirens fideiuſſionem ad actus validitatem, debet intelligi, ſi petatur à parte.*
51 *Caducitas non oppoſita vaſallo viuenti, non poteſt obijci eius heredibus.*
52 *Sententia inter alios lata non facit ſemiplenam probationem ſed quandam præſumptionem. Eſtq; com. opin. nu. 53.*
54 *Teſtes inter alias perſonas examinati, mortui an faciant ſemiplenam probationem & num 55.*
56 *Præſumptiones an coniungi poſſint ad faciendum plenam probationem. & nu. 57.58 & 59.*
60 *Contractus, & pacta inter diuerſas perſonas celebrata, alijs non nocent*
61 *Confeſſio poteſt fieri de facto alieno, ad proprium non tertij præiudicium. & num. 62.*

41 *Prim.*

63 *Princeps voluntatem ſuam non explicat ad incommodum aliorum.*
64 *Declaratio nulla valet in præiudicium aliorum, quibus ius ante quæſitum eſt.*
65 *Ratihabitio non retrotrahitur, cum actus alius medius interuenit.*
66 *Tertius, quem ſententia, & executio per conſequentiam, concernit, an citandus ſit & num 67.*
68 *Inuentarium an probet tantum contra tutorem, & curatorem, non contra tertium & num. 69*
70 *Res inter alios acta cæteris non præiudicat.*
71 *Inuentarium tutoris, vel curatoris, an, & quando proſit pupillo, vel curatori & num 72 73.*
74 *Debitum pendente conditione ante illius euentum non dicitur deberi. & num 75. 76.*
77 *In debito liquido tantum mora contrahitur, non in liquidando, vt nec in incerto. nu 78.*
79 *Executio facta ante liquidationem, non valet, nec fieri debet. n 80 81.*
82 *Confeſſio & liquidatio non præiudicat tertio, non citato. & num. 83. 84. 85 86*
87 *Verbum, videtur, denotat improprietatem.*
88 *Confeſſio facta alij nocere non debet & num 89.*
90 *Homines ſæpe de facultatibus ſuis amplius quam in ijs ſit, ſperant.*
91 *Verbum*, debiti, *de certo intelligi debet, quid, quale, & quantum ſit.*
92 *Compenſatio vim ſolutionis habet.*
93 *Statutum de ſolutione loquens habet locum etiam in compenſatione.*
94 *Obligatio omnis tollitur ſolutione eius, quod debetur.*
95 *Hypothecaria directa non poteſt dari contra tertium poſſeſſorem. Et an is ſit citandus num. 96.*
97 *Sententia lata contra vnum, mittitur executioni contra tertium poſſeſſorem citatum*
98 *Qui obligauit alicui omnia bona, an confitendo ſe quid debere minoribus ex cauſa tutelæ, tali obligationi præiudicare poſſit.*
99 *Vaſallus non poteſt in præiudicium domini hypothecare feudum.*
100 *Executio non fit contra tertium poſſeſſorem non citatum, etiam ſi Victor velit probare, rem ad Victum debitorem pertinere.*
101 *Sed requiritur ſaltem citatio per generale proclama*
102 *Executio inſtrumenti guarentigiati, vel ſententiæ diffinitiuæ, non poteſt peti contra tertium, tenentem aliqua bona obligata.*
103 *Dos, & eius cauſa eſt fauorabilis, & præcipua.*

CONSIL. DCCCXIX.

ILluſtr. dom. Marcus, & Sorores de Pijs, ſicut & Illuſtr. D. Maria Anna de Leyua, filij Illuſtris D. Virgineæ Mariæ, primo nuptæ Illuſt. D. Herculi Pio, ſecundo Illuſt. D. Martino de Leyua, reperiuntur creditores in bonis Illuſtris quondam D. Thomæ Martini, patris dicto dom. Virgineæ de ſcutis 50. mil. ſibi per eum promiſſis in dotem, vt in inſtrumento de anno 1562. 2. Februar. Quibus ſe opponunt Magnifici D. Franciſcus Prata, & D. Albertus Citta, prætendentes in dictis bonis ſe creditores anteriores dictis Pijs, & Leyua: Quare videndum eſt, quid de iure dicendum ſit. Et prima conſideratione dicendum videtur, dictos Pratam, & Cittam præferendos eſſe dictis Pijs, & Leyuæ; nam creditum eorum cepit originem ab anno 1557. 18. Martij, quo fuerunt in ſocios accepti, pro quibuſdam partibus conductionis datiorum, mercaturæ ciuitatis, & Status Mediolani, & augmenti ſuperimpoſiti per Reuerendiſſimum illius Gubernatorem; creditum vero dominorum de Pijs, & Leyuæ dotis maternæ, cepit exordium de anno 1562. 2. Febr. ergo
1 cũ Prata, & Littã ſint priores † tempore, potiores eſſe de-
2 bent in iure. *cap. qui prior. de reg. iur. in 6.* & quod † habeant generalem hypothecam, vt in inſtrumentis ibi, *obligando ſe, & omnia eorum bona, præſentia, & futura.* Pij vero, & Leyua, ſpecialem, vt in inſtrumento dotis, ibi, *prædictus Illuſt. D. Thomas obligauit, & obligat, ac hypothecat quæcunque bona, tam in ſtatu Mediolani, &c.* nam † quando poſt genus ſequitur nu-
3 meratio ſpecierum, genus ipſum reſtringitur ad ſpecies expreſſas. *l. quæſitum. §. pen. & l. cum de Lanionis. §. cum fundum. ff. de fun. inſtr.* Bart. *in l. verba. ſecunda oppo. ff. de ali. & cib. lega.*
4 ſicque declarat Pariſ. *conſ. 80. num. 38. volum. 1.* quod † prior habens generalem hypothecam præferatur poſteriori habenti ſpecialem, ſequitur Decian. *reſpon. 22. num. 3. volum. 3.* & licet in chirographis, relatis in dictis inſtrumentis anni 1557. & 58. non reperiatur hypotheca memorata, tamen cum in eorum calce dixerint partes, & ſic Illuſtr. dom. Marinus, ſe habere ratum, gratum, & firmum præſens inſtrumentum, & omnia, & ſingula in eo contenta, dicta verba ſuadent, obligationem bonorum præambulam referri debere ad dicta
5 chirographa; cum † dicta verba, *omnia, & ſingula,* ſint diſtributiua, & ſignificent, quod perinde ſit, ac ſi in aſſumptione ſocietatis Pratæ, & Littæ, datij, & eius augmenti fuiſſet expreſſa hypotheca bonorum D. Marini, Bart. *in l. hoc artic. ff. de hered. inſtit.* Corn. *conſ. 195. colum. 9. volum. 4.* Licet hæc, & alia, quæ ſcripta vidi pro prædictis, cum reſponſionibus diligenter allatis, rem dubiam facere poſſe viderentur, ego tamen procliuior in fauorem dictorum de Pijs, & Leyuæ deſcendo, qui de dote materna contendunt: quoniam † in am- 6
biguis pro dote reſpondere melius eſt, vt dicitur *in l. in ambiguis. ff. de regul. iur.* & ibi Dec. & Cagnol. concordantes allegant: at hic dubitari poteſt, an hypotheca poſita in fine dictorum inſtrumentorum, referri debeat ad illa Chirographa, vel non, ergo debemus dicere, quod non: fauore dotis dictorum Piorum, & Leyuæ, qui eam habent expreſſam in inſtrumento ſuo dotali.

Secundo confirmatur; nam † natura obligationis eſt 7
odioſa. *l. eius qui. verſ. neque enim. & ibi gloſſ. in ver. receptum. ff. ſi cert. pet. l. damnum. in prin. ff. de damn. infect. l. Arianus. ff. de act. & oblig.* Signor. *conſ. 95. num. 10. verſ. præterea. & conſ. 217. colum. fin.* Calcan. *conſ. 124. num. 7* & Crau. *conſ. 929. n. 21.* igitur ſtricta fieri debet interpretatio, quod in Chirographis, de quibus agitur non contineatur hypotheca *l. cum quidam. cum ibi not. ff. de lib. & poſthu. c. odia de reg. iur. in 6.*

Tertio me quoque mouet, quod omnia verba, de quibus in dictis inſtrumentis Pratæ, & Littæ, ab eorum princip. vſque ad verſ. *hinc eſt*, incidenter, & enunciatiue prolata fuerunt; † enunciatiua enim dicuntur verba, quæ non ſtant per 8
ſe, ſed in aliud tranſeunt, nec ſunt verba principalia orationis: diſpoſitiua vero ſtant per ſe, quia emanant principaliter propter ſe, ita declarat Bald. *in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiec. lega. colum. 2.* ſequitur Soc *conſ. 228. colum 1. volum. 2.* Pariſ. *conſ. 77. numero 34 volum. 3.* Grat. *reſpon. 136. num. 7. volum. 1.* & ego *conſ. 84. num. 19. & conſ. 670. num. 3.* narratur enim aſſumptio prædictorum in ſocios primi datij, deinde ordinatio Reuerendiſſimi Cardinalis ſuper augmento, & impoſitio noui datij, pro tribus annis, menſibus nouem, & duobus tertijs, vt deueniatur ad aſſumptionem prædictorum in ſocios huius noui datij, cum pactis, & modis, de quibus in dictis inſtrumentis, quæ in hoc continent principalem diſpoſitionem, quibus ſic ſtantibus, † hypotheca bonorum, quæ reperitur in eis, re- 9
ferri debet ad principaliter diſpoſita, non autem ad dicta Chirographa, relata incidenter, & ad qualificandum principalem diſpoſitionem, ſecundum Bart. *in l. fin. verſ. 2. ratio. ff. de reb. dub.* Roman. *conſ. 503. num. 2.* Alexan. *conſ. 40. num. 8 volum. 1. conſ. 158. num. 7. volum. 6.* Dec. *conſ. 213. num. 5.* & ego *conſ. 410. numero 108.* quibus alij poſſunt addi per Gabri. *conmuniũ lib. 6. de clauſulis. concluſ. 9. num. 15.* quod bene notandum eſt.

Quinto corroboratur prædicta; nam Prata, & Litta agunt ad ea, quæ nec in Chirographis continentur, nec in eis vlla fit mentio, nec in dictis inſtrumentis: nituntur enim ex contractibus ſocietatis initæ cum dicto D. Marino, de quibus in eis, ſed † contractus non recipiunt interpretatio- 10
nem ampliatiuam, ſed arctatiuam, etſi ſine ea promiſſio ſtare non poſſet, vt per pulchra exempla conſuluit Bald. *conſil. 145. caſus talis eſt in quodam inſtrumento. colum. penul. volum. 3.* 11
Rolan. à Valle *conſ. 58. num. 64. vol. 3.* ſicut & in conſ. ſequenti idem dixit; quod † vbi ſumus in contractibus, qui ſunt ſtri- 12
cti iuris, terminos ſuos non egrediuntur. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig. l. in vendendo. ff. de contrah. empt.* & primum dictum comprobat Natta *conſ. 676. num. 32.* & ſecundum *conſil. 678. num. 26.* & ego vtrumque *conſ. 300. num. 8.* at in dictis Chirographis, & inſtrumentis, non obligatur D. Marinus ad præſtandum aliqua lucra, vel vtilia Pratæ, vel Littæ, quæ prætendunt; igitur illi non dicuntur habuiſſe hypothecam in bonis illius, vt in terminis ſocietatis late declarat Ancha. alias citatus *in conſ. 332. per tot.* quia vt ille præmittit, *in prin.* iuxta † formam traditam ab homine, vel à iure regulantur, 12
& modificantur obligationes tales. *l. diligenter. ff. mand.* & hinc dicitur, quod † contractus ex conuentione legem acci- 13
piunt. *l. 1. §. ſi conuenit. ff. depoſi.* Nec certe video, quid dici poſſit, quo ad Pratam, niſi de ſcutis 2500. per eum ſolutis D. Marino, & quo ad Littam de ſcutis 1250. per eum ſolutis dicto

D. Marino, quod ille ſe illis obligauerit, & bona ſua, quod eis
refunderentur modo, & forma, quibus ei reſtituerentur
ſcuti 60. mil. ſubuentionis factæ in camera, prout dicitur in
dictis inſtrumentis. Sed quod D. Marinus obligauerit bona
ſua reſpectu vtilium, quæ contingere poſſent pro rata vnius
portionis ex 24. pro quibus aſſumpti ſunt, hoc nequaquam
14 legitur in dictis inſtrumentis; ergo † dicta obligatio ſic limi-
tata limitatum debet effectum producere. *l. in agri. ff. de ac-
quiren. rer. domin.* nec cancellos ſuos, intra quos poſita fuit,
tranſcendere debet, vt per Anch. *in d. conſ. 332.* Idque præter
eum, & alias dicta per celeberrimos iureconſultos, in hac
15 cauſa ſcribentes, confirmatur: quia † dicta bonorum obli-
gatio fuit acceſſoria contractus initi a D. Marino, cum præ-
dictis Prata, & Litta: itaque ceſſante contractu, reſpectu
vtilium, ad quæ agunt, ceſſare debet obligatio dicti D. Mari-
ni, vt per Socin. *conſ. 31. colum. pen. volu. 1.* Tiraq. *in tract. ceſſante
16 cauſa. 1. par. num. 184.* nam † & ſublata principali obligatione,
ſeu contractu, tollitur obligatio bonorum, pro illius obſer-
uatione facta, *vt not. in l. ſi tibi decem. §. de pignore. ff. de pact.* Ber-
tran. *conſ. 140. num. 15. volum. 2.* & ego *conſ. 26. num. 23.* Quinimo
plus dici poteſt, reſpectu ſcutorum 2500. Pratæ, & ſcutorum
1250. Littæ, pro quibus ſe obligauit D. Marinus, & bona ſua,
quod eis refunderentur modo, & forma, quibus ei refunde-
rentur ſcuti 60. mil. ſubuentionis factæ in Camera, non con-
ſtito per Pratam, & Littam, quod D. Marino fuerint refuſi,
quove modo, vel forma, eoq; D. Marinum, nec ad eos teneri,
argumento *l. teſtamento. ff. de cond. & demonſt.* vnde corruit
17 vndique eorum intentio, nec † prioritas temporis eos iuua-
re debet in eorum prætenſo credito, ſine hypotheca, credi-
to dotali ſtante cum hypotheca, licet poſteriori tempore, vt
eſt textus apertus, & ibi Bart. *in l. creditor. §. ſi primus. ff. qui pot.
in pigno.* & Decian. *reſpon. 22. num. 4. vol. 3.*

18 Quinto fortius ego dico, † poſito, quod aſſertum credi-
tum Pratæ, & Littæ, ſocietatis initæ cum D. Marino contine-
ret hypothecam, ſaltem tacitam, quod tamē negatur diſcur-
rendo 24. caſus enumeratos per Neguſantium *in tractat. de
pigno. in 4. membr. 2. part. colum. pen.* nihilominus D. Pij, & Ley-
ua habentes hypothecā expreſſam dotis, licet poſteriorem,
deberent præferri tacitæ anteriori dictorum Pratæ, & Littæ,
vt per Neguſ. poſt Salic. *num. 99.*

Sexto mihi quoque mirum in modum placet, quod ſcri-
ptum video, non vno in loco, ad fauorem dictorum Pio-
rum, & Leyuæ, per Illuſtr. Senatorem Gerardum, quod qua-
tenus etiam dici poſſet D. Marinum obligaſſe bona ſua, re-
ſpectu lucrorum, vel vtilium, quæ ex dicta ſocietate poſſent
ad eius manus in futurum peruenire, nihilominus cum poſ-
ſet ipſe non percipere dicta lucra, vel vtilia, velut ad dictos
Pratam, & Littam ſpectantia, hypotheca in bonis D. Mari-
ni deberet attendi a tempore perceptionis d. lucrorum, non
autem obligationis contractæ, nec ad illud tempus retrotra-
19 hi deberet; quia † tales conditiones poteſtatiuæ non retro-
trahuntur, ſed inſpicitur tempus conditionis impletæ. *l. qui
balneum. in prin. ff. qui pot. in pignor.* Alciat. *reſpon. 131. num. 4. cum
ſimil.* per Burſat. *conſ. 45. num. 13.* & præter eos, longe latius de-
clarat Neguſ. *in d. tractat. de pignor. in 2. memb. 5. part. in 16. am-
20 plia. ſub num. 9.* vbi ponit † differentiam inter conditionem
caſualem, & poteſtatiuam, ſub quibus contracta fuerit hy-
21 potheca; nam † quando hypotheca conſtituta fuit ſub con-
ditione caſuali, vel mixta, quæ non dependet ex mera pote-
ſtate debitoris, retrotrahitur ad diem contractus, & creditor
ex illa præfertur poſteriori creditori puro, licet eius hypo-
theca contracta fuerit, ante purificatam conditionem præ-
22 cedentis obligationis. † at ſecus, inquit Neguſan. in obliga-
tione contracta ſub conditione poteſtatiua; quia illa non
trahitur retro, & ideo non facit præferri creditorem, ſed
attenditur tempus exiſtentis conditionis, vt eſt text. & ibi
gloſſ. Bart. Ang. & Sal. *in l. 1. ff. qui pot. in pigno. hab. & in l. qui bal-
neum. in prin. & in l. Titius. pen.* & ibi Bart. & omnes. *ff. quæ res
pig. oblig. poſſ.* & declarant Ang. Alexan. & Iaſon. *in l. ſi filius. in
23 prin. ff. de verbor. oblig.* & † ratio differentiæ inter conditionem
caſualem, & poteſtatiuam aſſignatur per Bart. *in l. ſi is, qui pro
emptore. in 5. q. princ. ff. de vſucap.* quia in conditione poteſtati-
ua non ſubeſt æquitas, imo deficit, vt ipſa retrotrahatur, ex

quo fuit in poteſtate eam non implere, & ſic non incidere in
obligationem, & pro hoc eſt bonus text. *in cap. ſi pro te. de re-
ſcript. in 6.* prout declarat ibi Ioan. Andr. *in gloſſ. 4. & in nouell.*
Qui † & aliter aſſignat rationem differentiæ, videlicet, quod 24
conditio caſualis pendet ex fortuna, & ideo contractus dici-
tur ſolidior, cum non pendeat à voluntate, ſeu poteſtate ali-
cuius partis, ſecus eſt in conditione poteſtatiua, quia illa
pendet à voluntate partis, ideo contractus non eſt ita ſoli-
dus, & iſtud declarat ibi Ioan. de Lignano, dicens, † quod 25
quando diſpoſitio eſt ſub conditione caſuali, dicitur ius
quæſitum, licet conditionaliter, & ideo adueniente condi-
tione, retrotrahitur, & primus præfertur ſecundo poſterio-
ri, ſed quando dependet à voluntate debitoris, non dicitur
initus contractus. *d. l. qui potior. in primo reſponſ.* ſed potius ha-
bitus tractatus de incundo, & ideo non trahitur retro, *d. cap.
ſi pro te.* ſicque concludit in effectu Neguſ. ſupra citatus. At
non conſtat in caſu noſtro, an lucra peruenerint ad D.
Marinum, nec quando peruenerint, neutrumque proba-
runt Prata, & Litta, vt proponitur; & † tamen hoc onus pro- 26
bandi eis incumbebat, & quidem præciſe, & concludenter,
velut fundamentum intentionis eorum, eſt gloſſ. & doctri-
na Bart. *in l. cum altum ff. de neg. geſt.* Alexand. *conſ. 05. colum. 2.
volum. 1.* Dec. *conſ. 210. colum. penult.* Ruin. *conſ. 14. colum. 2. volu. 5.*
& alij, quos ego cumulaui *conſ. 71 num. 17.* Ergo dom. Pij, &
Leyua veniunt ex prædictis omnino præferendi. Nec ob-
ſtant, ita tenendo, adducta in contrarium, quod Prata, & Lit-
ta ſint † priores tempore; nam reſponſio patet multipliciter 27
ex fundamentis aduerſus eos, ſupra deductis; primo quod
ipſi non habent hypothecam in Chirographis, & inſtru-
mentis, prout habent eam D. Pij, & Leyua; quo caſu locum
non habet regula, *qui potior eſt tempore*, vt ſuperius dixi, in
quarto fundamento. Secundo, † quia dato, quod eam habe- 28
rent, eſſet tacita, quæ licet anterior, cederet poſteriori dotis
expreſſæ, vt in quinto fundamento dixi.

Tertio † quia fuit ſub conditione poteſtatiua, quæ non 29
trahitur retro vt in 6. fundamento ſubiunxi. & quia D. Ma-
rinus non obligauit bona ſua, reſpectu vtilium, vt in quarto
fundamento latius deduxi, quæ ſingula videri poſſunt. Pari
quoque modo non obſtat, quod dicebam de hypotheca ge-
nerali, in calce inſtrumentorum poſita, referenda ad ſupe-
riora, nam & huic reſpondi in tertio fundamento; † relatio- 30
nem non fieri ad dicta ſuperius incidenter, & enunciatiue,
plures allegans, vt ibi, quibus addo Aretinum *in §. Appium.
not. 4. Inſt. de rer. diuiſ.* Ruinum *conſ. 181. num. 3. volu. 2.* & Cæph.
conſ. 543. num. 16. dicentes, quod † in dubio relatio fieri debeat 31
ad id, de quo principaliter agitur, vt erat de aſſumptione in
ſocios, pro augmento, cum quibuſdam pactis, non autem de
prima ſuperius incidenter, & enunciatiue relata. Et ita re-
manet clara concluſio pro dominis Pijs, & Leyua, creditori-
bus dotis maternæ, quod præferri debeant iſtis dominis Pra-
tæ, & Littæ in præſenti cauſa: Nec iſtam concluſionem per-
turbare poteſt, nec debet vllo modo confeſſio D. Marini,
quod ad eum peruenerint de portione Pratæ, illum tangen-
te, lucri, & emolumenti dictorum datiorum, libræ 48. mill.
quinquecentum, quadraginta nouem, ſolidorum 19. & de-
nariorum 4. ad curtam, id eſt, ad monetam Cameræ, quæ
conſtituunt ſummam librarum 50. mill. tercentum octua-
ginta duarum, ſoldi vnius Imperialium, ad monetam lon-
gam, Mediolani currentem, prout confeſſus fuit D. Mari-
nus, & fecit dationem in ſolutum dicto Pratæ pro ſumma
dictarum librarum 50. mil. Imperialium, vt hæc latius ha-
bentur in inſtrumento, de anno 1567. 30. Auguſti. vbi dici-
tur, dicta lucra, & emolumenta contigiſſe tempore quin-
quennij, & augmenti, quod fuit ante dotem conſtitutam D.
Virginiæ, de anno 1562. Quoniam dicta † confeſſio D. Ma- 32
rini non nocet, neque præiudicat ipſi D. Virginiæ, neq; filijs
eius tertijs creditoribus ipſius D. Marini, ſed erat neceſſaria
receptio realis, quod ille realiter, & vere recepiſſet dictas li-
bras 50. mil. de parte D. Pratæ, non autem ſatis fuit; quod re-
cepiſſe confeſſus fuit in præiudicium dictorum de Pijs, &
Leyuæ: qui † enim confitetur ſe recepiſſe aliquam quantita- 33
tem, non probat veram numerationem. *l. ſi ex pretio. & l. ſi
ex cautione. C. de non num. pec.* quibus ita tradit Socin. *conſ. 3.
num. 4.*

Digitized by Google

num.4.volum.1. Afflict. *deciſ.402.num.7.* & Anch. *conſ.338. nu.2.*
Pleniuſque confirmat Cæph. *conſ. 101.num.12.* qui ſubiungit,
34 hoc maxime † procedere in præiudicium tertij, vt per Dd.
in l.2.§.creditum.ff.ſi cert.pet. & per Dec. *conſ.493. num.13.* poſt
Caſtren. *conſ.fin.in antiq. alias in nouiſ.conſ.186.volum.1.* vbi con-
35 ſuluit, † confeſſionem de mutuo recepto, factam per Antia-
nos, noo nocere communi Piſarum, niſi aliter conſtet, de
36 numeratione facta in ſua præſcotia † confeſſio enim vnius
numquam debet nocere tertio, vt tradit Caſtr. *in l. duobus §.1.
ff.de iureiur.* Soc. *conſ.78.col.2.vol.4.* Afflict. *deciſ.243. num. 2.* &
pulchre Crau. *conſ.377.colum.fin. & conſ.966.num.16.* vbi con-
37 cludit, quod † directa veraque confeſſio alteri non nocerat,
nec ius ſuum lædit. *l.Seia mancipia.ff.ad Velle.l.Quintus.ff.man-
da.* cum ſimil. de quibus *in reſpon.ſuo pro genero.nu.432.* idemq;
confirmat Surdus *conſ.22.num.30.* rationem confirmans, quæ
plurimum confert in caſu noſtro, in qoo D.Marinus dedit,
& ceſſit in ſolutum D.Pratæ dictas libras 50. mil. & 382. ſol.
vnius, Imperialium, nam cum prius de anno 1562. in inſtru-
38 mento dotis † obligaſſet omnia bona ſua, tam in ſtatu Me-
diolani, quam alibi, pro dicta dote ſcutorum 50. mil. iuraque
ſua ceſſiſſet in ampla forma D.Virginiæ, & marito, vel cotum
procuratori, non potuit D. Marinus poſtra de anno 1567.
tollere ius quæſitum dictis ceſſionarijs, confitendo in eo-
rum præiudicium ad fauorem dicti Pratæ, vt tradit Abb. *in c.
2. col.2. de fide inſtr.* & ibi late Felin. *num.12. verſ.item intellige.* &
cum datio in ſolutum facta dicto Pratæ, fuerit in eius fauo-
39 rem, † confeſſio D. Marini non potuit nocere D.Virginiæ
ceſſionariæ ſuæ ex cauſa dotis, vt poſt Iacob. de Arc. conclu-
dit Cyn. *in l.fin.C.de procur.* Bart. *in l.facta.§.ſi heres. num.5.ff.ad
Treb.* & ibi Caſtren. *colum.fin.& conſ.110.num.6.& conſ.134.nu 2.
volum.1.cum ſimil.* per Surdum *in d.conſ.22.num.31.* Sed & alia
40 ratione dicta † confeſſio non præiudicauit D.Virginiæ, mi-
nuſque filijs ſuis abſentibus, & forte tunc etiam nondum
natis: quia confeſſio facta parte abſente, non valet. *l.cer-
tum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.gloſſ.in l.1.C.eod. in gloſſ. magna.
prope fin.* & in alijs locis allegatis per Decian. *reſpon.55. num.22.
volum.2.* Bart. *conſ.114.* Roman. *conſ.257. num.1.* & alij, quos ci-
41 tat Decian. Cæphal. *conſ.225. numer.29.* & in ſumma † cum
contractus dotalis fuiſſet vltro, citroque obligatorius inter
D. Marinum, & D. Virginiam, ſucceſſoreſque eorum, non
fuit in facultate D.Marini, dictam obligationem reſoluere
in eorum præiudicium. *l. ſicut. C. de action. & oblig.* Purpur.
conſ.548.num.24. Sed vlterius, & boc erit ſeptimum funda-
42 mentum pro D. Pijs, & Leyua: nam † eorum creditum eſt
clarum ex dote, conſtituta matri ſuæ, priuilegiata, & præci-
pua ſemper, vt dicitur *in l.1.ff.ſol.matr.* & aſſertum creditum
dictorum Pratæ, & Littæ ſolum dependet ex aſſerta confeſ-
ſione D.Marini, quo caſu prædicti filij D. Virginiæ præferri
debent, licet tempore poſteriores ſint Chirographo, & in-
ſtrumentis anni 1557. vt declarant Bald. & Ang. *in l. diuerſis.
C.qui pot. in pigno.* Catellia. Cotta *libr.memorial. in verbo.cre-
ditor prior.* Buriat. *conſ. 119. num. 25.* quin & accedit octauo
43 loco, quod † creditum dictorum Pratæ, & Littæ cauſatur ex
Chirographis, & ſic priuatis ſcripturis, illud vero D. Pio-
tum, & Leyuæ, cauſatur ex inſtrumento publico: ergo licet
poſterius præferri debet. *l.ſcripturas.C.qui pot. in pignor.hab.*
44 & ad † ſententias quaſdam, quæ dicuntur facercius quo ad
omnes *per l.ingenuum.ff.de ſtat.hom.* quia ſatis eleganter, & do-
cte reſpondet Excellentiſſ. D. Gerardus, eius dicta ſuffici-
ant, ſicut etiam dicta per eum, vel alium ſcribentem in hac
cauſa circa confeſſionem, quæ præiudicat tertio, qnando
veriſimilis eſt: nam talis limitatio nec iure probatur, nec
45 vera eſt: Si enim confeſſio † non præiudicat ipſi confitenti,
niſi ſit veriſimilis, ſecus autem, ſi non ſit veriſimilis, (vt per
Anchar. *conſ.23.* Dec. *conſ.596. num.10.* citatos, quibus addo
Bart. *in l.ſi quis in hoc genus. colum.1.C.de epiſc.& cler.* & Decian.
46 *reſpon.111.num.66.volum.2.& reſpon.117. num.51.volum.3.* † iudex
enim vt ſubdit, nunquam debet iudicare pro eo, quod non
eſt veriſimile:) certe vt differentia ſit inter confitentem, &
47 tertium † dici debet, quod confeſſio quę demum nocet con-
fitenti, ſi veriſimilis ſit, non noceat tertio: licet ſit veriſimi-
lis: mitto vero multas non veriſimilitudines, quæ propo-
nuntur in dicta confeſſione, Verum quia in allegationibus
impreſſis, incipientibus breue compendium. *colum. 4. verſ.
quo ad primum*, dicitur D. Marinum fuiſſe adminiſtratorem
impreſiæ, & ideo fuiſſe obligatum reddere rationem admi-
niſtrationis Littæ, aſſumpto in par- pem: † nam quilibet 48
adminiſtrator tenetur ad ram reddendam, non admini-
ſtranti, Socin. *conſ.24.colum.2.volum.1.& conſ.73.colum.1.& 2.*
& eſt doctrina vulgaris Barto. *in l.1.§. officio.ff. de tut. & rati.
diſtra.* reſpondetur quod id forte poſſet eſſe verum, ſi † ratio 49
adminiſtrationis petita fuiſſet per Littam, alias ſecus iuxta
doctrinam Caſtrenſis, Iaſonis, & aliorum, quos ille citat
in l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offeren. qui dicunt, quod ſi
lex, † vel ſtatutum requirat, vt præſtetur certa fideiuſſio, 50
alias actus non valeat, ſtatutum debet intelligi, ſi petatur à
parte, & plura ſimilia congerit Iaſon *ibi.* & idem Felin. *in cap.
licet cauſam. num.28. de proba.* & Dec. *conſ. 406. colum.1. in fine.
volum.3.* vnde cum non fuerit petita ratio adminiſtrationis
à. Marino dum vixit, per D. Littam (quod viderim) ſequi-
tur, vt nec dominis Pijs, & Leyuæ id obijci poſſit, aut impe-
dire, conſequi creditum ſuum, dato quod eſſent heredes
D. Marini, ſicut in ſimili dicitur de † vaſallo, quo viuente 51
non fuit oppoſita caducitas, quæ eo mortuo non poteſt ob-
ijci ſuis heredibus, vt pulchre tradit Cuman. *conſ.164.colu.3.*
quem ſequitur Ruin. *conſ. 10. colum.2. conſ.159.num.12.conſ.168.
num.20.volum.1.* cum quibus concordant Imol. & Andr. Si-
cul. *in cap. final. de dona.* Benintend. *deciſ.37.num.17.* & Berous
conſ.98. num. 31. volum.1. quos omnes ſequutus ſum *conſ.22.
num.26.* tantoque magis; quod dicti Pij, & Leyua non con-
ueniuntur vt heredes D.Marini, ſed vt tertij poſſeſſores bo-
norum dotis maternæ, prout dicitur in informatione eo-
tum impreſſa. *colum.4. in fin.* Et inſtrumenta, quæ recitan-
tur in dicta ſcriptura impreſſa, *incip. breue compendium*, ten-
dentia ad d. adminiſtrationem, ceſſaot ratione prædicta, nec
ſuper eis in hoc inſiſtam: Nec inſtrumentum dationis, &
ceſſionis in ſolutum, factæ per Littam Pratæ, præſente, &
confitente D.Marino; de anno 1567. 30. Auguſt. pręiudicare
poteſt D. Pijs, & Leyuæ, velut poſterius inſtrumento dotis
pręedictorum, de anno 1562. per allegata ſuperius, quod con-
feſſio Marini non præiudicat prædictis: & vlterius alia ra-
tione; quia ius quæſitum Littæ ex dicta confeſſione D.Mari-
ni, fuit cum affectione obligationis dotis, antea contractæ
pro D. Virginia, matre prædictotum, qui ob id Littæ, & Pra-
tæ ceſſionario ſuo præferri debent, vt notab. declarat Alex.
in l.1.ſub num.35.ff.ſolut.matrim. quem ſequitur Ruin. *conſ.183.
colum.fina.volum.1.* Nec ad quaſdam ſententias recurrendnm
eſt, vt dicitur, latas inter alias perſonas, quæ recitantur in d.
ſcriptura, *breue compendium*, quarum vna inducit ſemiple-
nam probationem, & duæ ſimul iunctæ, pluſquam ſemiple-
nam, & illæ iunctæ cum confeſſione D. Marini plenam pro-
bationem inducunt, citando D. Brugnolum in ſuis allega-
tionibus, quas non vidi, mihi non exhibitas; quia repugnant
eis probabiliores in iure Clariſſimi D.Gerardi: non enim
verum eſt, vt ille dicit, quod † ſententia inter alios faciat ſe- 52
miplenam probationem; ſed oritur ex ea tantum quædam
præſumptio, quæ non producit tantum effectum, quod pa-
riat ſemiplenam probationem, vt per Aret. *in cap.cauſam quæ.
de teſti.& conſ.163.colum.2.* & † eſt communis opin. vt teſtatur 53
Didac. *pract.quaſt.cap.14.num.5.* Sicut † nec etiam verum eſt, 54
quod teſtes inter alias perſonas examinati, & mortui faciant
ſemiplenam probationem, vt per Curt. *conſ. 73. colum.4.* &
communem † teſtatur Ripa *in l.admonendi.num.202.ff.de iure- 55
iur.* duæ duntaxat igitur eſſent præſumptiones, quæ nec iun-
ctæ cum confeſſione D. Marini facere poſſunt plenam pro-
bationem; vt † enim id fieret, oporteret, quod quælibet per 56
ſe faceret ſemiplenam probationem, alias velut imperfectæ
in ſua ſpecie, non coniunguntur, vt oot. voluit Bald. *in l.ſi quis
ex argentarijs.§.1.not.4.ff.de eden.* cum ſimil. per Felin. & Dec.
in cap. cum cauſam.num.13 de probat. & ita bene diligenter, &
docte ſcripſit hic D.Gerardus, ſed & præter eum, nouiter, &
pulchre confirmatur: nam præſumptiones † plures, cũ agi- 57
tur de cauſa ciuili ardua, & magni ponderis, non coniun-
guntur ad plenam probationem peragendam, vt ſenſit Bal-
dus *in l.fin. num. 8. verſ. quædam eſt probat. C. de prob. & in cap.
veniens. numero 7. de teſtib.* & apertius Caccial. *in l. admonendi.*

*num.207.ff.de iuriſiuran.*ſequitur Menoch.*in tract.de præſumpt.*
*lib.1. q.40.num.4.*at nos ſumus in iſto caſu, quia domini Pij,
& Leyua petunt dotem maternam ſcutorum 50.mil. Prata
vero agit de aſſertis lucris, & emolumentis librarum 50.mil.
& vltra Imperialium,& D.Litta de libris 33588. vt in inſtru-
mento dationis in ſolutum, propterea cum de magnis ſum-
mis agatur hincinde, coniunctio dictarum præſumptionum
non debet admitti, ſecundum Doctores præallegatos.

58 Secundo quoque conſidero, quod cum dicitur † plures
præſumptiones facere vnam plenam probationem, *gloſſ. in l.*
inſtrumenta.C.de prob.c.cum dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt. Calcan.
*conſ.8.colum.5.*Crau.*conſ.143.num.12.*& ego dixi *conſ.72. nu. 66.*
id venit intelligendum inter eaſdem perſonas, exempli gra-
tia, ſi litigarem cum Sempronio ad fundum, quem dicerem
eſſe meum, & duas præſumptiones haberem, coniungi poſ-
ſent ad vnam plenam probationem, ſed aduerſus alium, ad
59 quem peruenisſet ille fundus, ſecus eſſet dicendum, quia † res
inter alios acta cæteris non præiudicat, *vt in rub.& nigro. cap.*
res inter alios acta. dummodo principaliter eorum interſit,
ſecus ſi acceſſorie, vel in conſequentiam, vt late declarat Ti-
raquel.*ibi in ſuo tract.*in qua fallentia non verſantur D. Pij,&
Leyua, ſed in ipſa regula, propterea ſententiæ quæ allegan-
tur, latæ inter alios, non præiudicant ipſis Pijs, & Leyuæ, ve-
lut inter diuerſas perſonas. Nunc ad magnificum D. Ioan.
Paulum Arreſium tranſitum facio, qui exhibet inſtrumen-
tum dationis in ſolutum ſibi factæ per ipſum D. Marinum de
annuo reditu Camerali, rogatum de anno 1566. pro credito
ex cauſa depoſiti, de quo conſtat pub. inſtrumento, cum
hypotheca rogato, de anno 1555. in caput magnificorũ Car-
caſſolorum, qui declararunt dictum depoſitum ſpectare ad
ipſum Arreſium, per inſtrumentum rogatum de anno 1563.
& ſic hypotheca D. Arreſij eſt anterior credito Dominorum
Piorum,& Leyuæ, quod originem habuit de anno 1562. ſu-
per quo puncto, tot, ac tanta diligenter, & docte ſcripſit Ex-
cellen. D. Gerardus, vt ſatis ſuperque ſint; dicam tamen bre-
uiter, quod ſi depoſitum factum fuerat penes D. Marinum
pro Carcaſolis, & ad eorum fauorem, nullum ius in eo præ-
60 tendere poteſt D. Arreſius, quia † contractus, & pacta inter
diuerſas perſonas celebrata, alijs non nocent. *l.ſi vnus. §. ante*
omnia. & ibi Dd.ff. de pact. vnde actio, quæ poſſet Carcaſſolis
competere, prodeſſe non debet D. Arreſio, ab illis diuerſo,
& licet Carcaſſoli potuiſſent declarare depoſitum prædi-
61 ctum ſpectare ad D. Arreſium in eorum præiudicium, † po-
teſt enim quis confiteri factum alienum ad ſuum præiudi-
cium, *vt not. in l.non fatetur. ff. de confeſ. & in l.1. C. de erro.cal.*
62 Crau.*conſ.435.num.45.*tamen in præiudicium † tertij hoc ne-
63 quaquam admittitur, vt à fortiori videmus in † Principe, qui
voluntatem ſuam non explicat, ad incommodum alienum,
Anch.*conſ.399.præmitto.col.fi.*Caſtr.*conſ.46.col.pen.vol.2.*Alex.
*conſ.7.col.2.vol.7.*Corn.*conſ.199.col.7.in fin.verſ.nec obſtat.volu.2.*
Dec.*conſ.114.colum.pen.conſ.220.circa fin.conſ.357.colum.pen.&*
*conſ.576.col.fina.*Confirmatur, quia Carcaſſoli fecerunt hanc
declarationem de anno 1563. & ſic poſt hypothecam, & ius
64 quæſitum Pijs, & Leyuæ, de anno 1562. ideo talis † declaratio
non valuit in præiudicium dictorum Piorum, & Leyuæ,
cum non emanauerit circa aliquod verbum ambiguum, ſed
circa depoſitum prædictum, quod non erat dubium de iure,
& propterea non potuerunt Carcaſſoli tollere ius ante quæ-
ſitum Pijs, & Leyuæ, vt tradit Caſtr. *in l.heredes palam.§.ſi quid,*
num.4.ff.de teſtam. quem ſequitur Dec. *in l.edita.num.49. C.de*
eden.& conſ.229.in fine. Crau. *in tract. de anti. tempo. in 1. part.*
num.35.& Tiraquel. *in l.ſi vnquam. verbo, libertis.num. 13. C.de*
reuoc.donat.& alibi ſæpe, & poſito quod D. Arreſius dictam
65 declarationem † ratificauerit,& prætendat illam retrotrahi
poſſe ad tempus depoſiti prædicti de anno 1555. tamen,
cum actus medius interuenerit, videlicet conſtitutio dotis,
& hypotheca dominorum Piorum & Leyuæ, impedit rati-
habitionem retrotrahi: nam tunc debuiſſet ratum haberi,
cum ille actus poſſet celebrari, ſed poſtquam res effecta fuit
dominij alterius, non poteſt talis actus geri per dominum
in præiudiciũ alterius, & ſic impediri debet ratihabitio tra-
hi retro, ita Bart.*in l.ſi indebitum.§.1.ff.rem.rat.hab.*& hæc ſuffi-
ciant, omiſſa ſubſcriptione D. Arreſij, quæ facta proponitur
cum ſingrapha de ſatisfactione d. depoſiti, de qua late loqui-
tur D. Gerardus.

Nunc tranſeo, ad aſſerta iura minorum de Marinis filio-
rum D. Ioan. Baptiſtæ, filij D. Ioannis, Fratris D. Thomæ Ma-
rini, quæ iura fundantur in tutela dicti D. Thomæ, quam
ſuſcepit de perſona dicti Ioannis Baptiſtæ ſui nepotis, ex bo-
nis ſuis, dicti enim minores, occaſione litis inter eos, & D.
Marinum verſæ, petierunt ſibi concedi præceptum executi-
uum pro creditis eorum prætenſis, & vt ſupponunt liquidis,
in bonis dicti D. Marini poſſeſſis per Illuſtr. D. Pios, & Ley-
uam: quare videndum eſt, an in dictis minoribus ſit conce-
dendum non obſtantibus oppoſitis per dictos Pios, & Ley-
uam,& prima conſideratione dicendum videtur, quod ſic,
per doctrinam Angeli *in l.cum filius.in fin.prin.ff.de verb.oblig.*
vbi dicit, quod † quando proceſſus principaliter ordinatur 66
ad perniciem eius, contra quem proceditur, licet per quan-
dam neceſſariam conſequentiam præparetur executio con-
tra tertium, non propterea tertius eſt citandus, quoniam ad
illum non pertinet defenſio illius cauſæ, vnde ſi † ago perſo- 67
nali contra Titium, & dico eum obligaſſe mihi omnia bona
ſua, & vinco in cauſa per probationes claras, & apertas. Sen-
tentia declaratiua hypothecæ, & debiti, præiudicabit poſſeſ-
ſoribus bonorum, licet non citatis, & illam deciſionem An-
geli refert Capic.*deciſ.107.col.2.* Sic igitur in caſu noſtro, cum
iudicium fuerit principaliter intentatum per d. minores,
contra D. Marinum, in eius perniciem, vt ex eius bonis illis
ſatisfieret, & victus fuerit in cauſa, dicendum videtur dictos
Pios, & Leyuam, tertios poſſeſſores, non fuiſſe citandos. At
in oppoſitum, pro dictis Pijs, & Leyua bene facit, quod aſſer-
tum † creditum dictorum minorum deſumitur ex inuenta- 68
rio tutelæ, & curæ alias ſuſceptæ per D. Marinum, quod non
probat, niſi inter tutorem, & curatorem pupilli, vel adulti,
non autem opitulatur contra tertium, vt not. Bart.*in l.tutor.*
qui repertorium.colum.3. & in l. chirographis. ff. de admin. tut. &
licet † Capicius in fine dicat, quod Cõſilium votauit, inuen- 69
tarium probare, quando non ſumus in tertio extraneo, ſed
in eo, qui habet cauſam à conficiente inuentarium, qualis
fuit D. Io. Baptiſta; qui habuit cauſam à D. Marino, qui illud
fecit ratione tutelæ, tamen nihil allegat Capic. ad hoc pro-
bandum; & in contrarium militat † regula, quod res inter 70
alios acta cæteris non præiudicat, nec in tractatu quem ſuper
cauſa fecit Tiraq. inter quamplures hanc poſuit, vt eas ſigil-
latim percurri.

Secundo fortius dico, quod † nec inuentarium tutoris, 71
vel curatoris prodit pupillo, vel curatori, ſecundum Bartol.
Imol & Alex. *in l.in ratione 1.§. quod vulgo. ff. ad l. Fal.* ea ratio-
ne, quia † inuentarium tutoris aliam ſolennitatem requirit, 72
quam inuentarium heredis, vt not. gloſſ.& Dd. *in l. tutores,*
vel curatores. C. de admin. tut. propterea Veronen. cautelam
tradit *num. 226.cautelarum ſuarum,* quod † ſi tutor pro ſe ipſo, 73
& pro pupillo vult caute negotiari, debeat in inuentario ſuæ
adminiſtrationis adhibere ſolennitates, quæ requiruntur in
confectione vtriuſque inuentarij tutoris, & hereditarij; ſe-
quitur Monticulus *in tract.de inuentario.in 3.qu.princ. num. 61.*
an autem inuentarium D. Marini factum ſit eo modo, ne-
ſcio; quia illud non vidi, vnde ad veritatem facti me re-
mitto.

Tertio, cum dicti minores inſtiterint, committi præce-
ptum executiuum, pro creditis eorum liquidis, prius con-
ſtare debuit de tali eorum liquidatione iam facta, quæ vere
facta non fuit, ſed ad calculationem computuum, & ratio-
num deueniendum eſt, quibus liquidabitur, an D. Marinus
remanſerit debitor, vel non, dictorum minorum, ante vero
nõ poteſt dici fuiſſe debitor, ſicut videmus quod † pendente 74
conditione debetur, ante illius euentum, non dicitur deberi.
l.grege.§.ſi ſub conditione.ff.de pig. vnde dicit Bald. *in l.ſi ita ſcri-*
pſiſſet.ff.de leg.2. quod † in legato creditorum meorum non 75
veniunt ea, quæ mihi debentur ſub conditione, vel in diem,
ſequitur Roman.*conſ.164.* Alexand.*conſ.105.colum.2. volum.5.*
quando † aliqua dependent à futuro euentu, qui poteſt eſſe, 76
& non eſſe, non debent conſiderari, ita pulchre Rota *deciſ.*
*28.de reſcr.in nouell.*Bellamera *deciſ.749.cum ſimil.*quos allegat
Decian.*reſpon.2.nu.108.volum.2.*& magis proprie in terminis
liquida-

Google

77 liquidationis, tunc † demum mora contrahitur, quando de-
bitum eſt liquidum, ſecus ſi eſt liquidandum, quia debet
præcedere iudicis liquidatio. Bald. in l. acceptam. oppo. 6. C. de
78 vſur. Anch. conſ. 235. vbi pulchre dicit, quod vbi eſt † incerti-
tudo debiti, ex rationibus ineundis, non committitur mo-
ra, niſi prius inſpectis rationibus; & cum prædictis concor-
dat Alexand. conſ. 48. colum. 1. volum. 2. Deciſ. Neap. 205. Crauet.
conſ. 89. num. 5. & ego dixi conſ. 552. num. 47. quod autem aſſer-
tum creditum d. minorum non ſit liquidum, patet, quia ſup-
ponitur D. Marinum tradidiſſe illis vltra ſummam ſcuto-
rum centum millium, vnde niſi calculatis rationibus debiti,
& crediti, cognoſci non poteſt, quis eorum ſit debitor, &
creditor, & ſic res eſt illiquida. Quare ſequitur ex prædictis;
79 quod præceptum executiuum committi non poſſit, ſi † enim
executio facta ante liquidationem non valeret, & quaſi vi-
tioſa, aut inutilis infirmaretur, Caſtr. conſ. 71. ſuper 1. dubio. in 2.
dub. volum. 2. longe facilius impediri debet, ne fiat. l. patre fu-
rioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. l. 1. §. quamuis. ff. de poſtu. cum
ſimil. quibus ſic arguit Crau. conſ. 802. num. 14. & in terminis
80 ſententiæ, † quod eius executio fieri non debeat, antequam
perfecta ſit, & adimpleta liquidatio, tradunt gloſſ. & Do-
ctores in l. 1. & ibi Bart. num. 7. ff. de eden. & in l. 1. num. 3. verſ. & ſi
dicas. ff. iud. ſol. Alexan. conſ. 187. num. 2. volum. 2. Aretin. conſ. 110.
num. 5. verſ. pari etiam ratione. Soc. in Rubr. ff. ſolut. matr. num. 4.
81 & Crau. conſ. 819. num. 9. quinimo ſi † dentur aliqui caſus, in
quibus ante liquidationem ſententiæ, vel inſtrumenti exe-
cutio peti poſſit; tamen differri debet executio realis, vſque
dum liquidatio ſit facta, vt ſcribit Bart. in l. 1. num. 3. ff. iud. ſol.
Bald. in l. 2. num. 7. C. de exec. rei. iud. Caſtren. conſ. 163. num. 2. vo-
lu. 2. Aret. conſ. 21. num. 4. in fin. cum ſimil. quos adducit, & ſequi-
quitur Crau. in d. conſ. 802. n. 17. Nec quicquam prodeſt dictis
82 minoribus allegata † confeſſio D. Marini, vel per ſuos agen-
tes ab eo approbata, ex qua conſtare videtur de liquidatione:
nam inter ipſum confitentem, & illos procedere poſſet, ſed
non in præiudicium D. Piorum, & Leyuæ, tertiorum poſſeſ-
ſorum, vt tradit Caſtren. conſ. 134. in cauſa Ludouici. volum. 1.
Alexan. in l. 2. §. creditum. circa. fin. ff. ſi cert. pet. & in terminis
noſtris liquidationis lucrorum, & vtilium inter quoſdam
mercatores, pulchre Natta conſ. 567. num. 8. dicit, quod
83 talis † liquidatio, & confeſſio non præiudicat tertio, qui non
fuit citatus ad opponendum: eſt ergo neceſſe, quod dicti
minores Marini probent aliter de ſua intentione, quam
ex confeſſione priuata D. Marini, prætenſi debitoris eo-
rum.

84 Quarto, tanto minus allegata † confeſſio D. Marini
præiudicare poteſt D. Pijs, & Leyuæ, quod emanauit poſt
ius eis quæſitum ex inſtrumento dotis matereæ, vt poſt Are-
tin. & Socin. tradit Crau. conſ. 29. in prin. late Rol. à Val. conſ. 85.
volum. 2. Pariſ. conſ. 58. volum. 1. nam D. Pij, & Leyua, ſeu mater
eorum, ius habent in iſtis bonis ante dictam confeſſionem
D. Marini: Igitur concludo, quod in allegata confeſſione mi-
nores prædicti vane fundant intentionem ſuam. Plura vero
video quæ dicuntur ad fauorem dictorum Piorum, & Ley-
uæ, ne præceptum exequatur, ſed potius, quo ad ipſos reuo-
cetur: ſed quoniam ſcripturæ, & proceſſus citantur, quæ
non vidi, nec mihi fuerunt exhibiti, me remitto ad ſcripta
ſuper his abunde per Clariſſimum eorum aduocatum, cuius
laborem, quiſquis fuerit, ſummopere commendo: Non
85 omitto tamen quædam dicere circa † doctrinam Angeli in
d. l. cum filius. ff. de verb. obl. ſuperius in contrarium citatam, &
86 dico, quod loquitur, quando † ſententia lata fuerat contra
principalem & ego viceram in ea cauſa per probationes cla-
ras, & apertas, tunc enim ſententia declaratiua hypothecæ,
& debiti præiudicat tertijs poſſeſſoribus, licet non citatis:
cum enim loquatur de ſententia lata per claras, & apertas
probationes, datur intelligi, quod fuerint inſtrumenta non
autem confeſſio rei, quoniam ſi illa tertio non nocet, vt ſu-
pra dixi, non poteſt quo ad eum dici clara, & aperta proba-
tio, quicquid reſpectu rei principalis victi dici poſſit, & hæc
eſt clara reſponſio.

Secundo reſpondetur, ſi verum eſt, quod dicta confeſſio
facta fuit ab agentibus dicti D. Marini, & ab eo approbata, vt
notaui in allegationibus mea manu ſignatis, dicta confeſſio
D. Marini fuit ficta, arg. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi arma. vbi de-
ieciſſe videtur, qui mandauit alium deijci; & ſic ficte dicitur
deieciſſe, propter verbum, † videtur, quod denotat impro- 87
prietatem, vt per Ceph. conſ. 375. num. 33. qui citat dictum. §. de-
ieciſſe. quo ſtante, dicta † ficta confeſſio nocere non debet 88
dom. Pijs, & Leyuæ, per doctrinam Bart. in d. l. cum filius. cum
qua communiter alij tranſeunt, vt ibi ſequitur, & teſtatur
Iaſ. colu. fin. vbi dicit, quod ſi ex † forma ſtatuti contumax ha- 89
betur pro confeſſo, & conuicto, ſi filius fuerit contumax,
tunc talis ficta confeſſio non præiudicat patri, quia talis ficta
confeſſio perſonam non egreditur, nec alij præiudicat. l. eum
qui delatorem. ff. de iure fiſc. ſic ergo dici debet in caſu noſtro,
quod dicta ficta confeſſio D. Marini D. Pijs, & Leyuæ præiu-
dicare non poſſit, & hæc eſt etiam realis, & bona reſponſio:
Sed & tertiam perſuaſiuam adiungo, cum enim ſciret D. Ma-
rinus, ſe habere D. Virgineam filiam, eamq; dotaſſe de ſcutis
50. mil. & ex ea filios ſtantes, ſicut & extabant iuniores Mari-
ni pronepotes, non eſt vſquequaque credendum, quod vo-
luerit ex confeſſione ſua vera, vel ficta prodeſſe dictis Mari-
nis, & præiudicare dictis Pijs, & Leyuæ, pariter nepotibus
ſuis, nec vt dici ſolet, vnum altare tegere, & aliud nudare, ſed
dictam potius confeſſionem feciſſe, credens ſe tantum in
bonis habere, quod omnibus ſatisfacere poſſet, argumento
rex. in §. in fraudem. Inſt. quib. ex cauſ. manu. vbi dicitur, † quod 90
ſæpe de facultatibus ſuis amplius quam in his ſit, ſperant ho-
mines igitur præter intentionem D. Marini ſic præſumptiue
ſuffultam, dici debet, dictis Pijs, & Leyuæ cum minime præ-
iudicaſſe. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & ita pluribus modis ceſſat
Angeli doctrina, ſed vlterius caſui noſtro non obſtat; nam
dicit, quod ſententia declaratiua hypothecæ, & debiti præ-
iudicabit poſſeſſoribus bonorum, quantumcunq; non cita-
tis, id enim verbum, † debiti, de certo debet intelligi, quid, 91
quale, & quantū ſit. l. certum. ff. ſi cert. pet. & ibi not. Caſt. Alex.
Dec. & D. meus Rim. quod in caſu noſtro non erat, cum nul-
la extaret ſententia, declarans aliquam certam quantitatem,
vt ſupponitur in allegationibus manu ſignatis, aut ſi quam
certam quantitatem credito continebat, clara tamen, & ma-
nifeſta compenſatione tolli poterat, ex multis pecunijs nu-
meratis per D. Marinum tutorem, dictis minoribus, ita quod
ad indebitum redigi poterat; nam † compenſatio vim ſolu- 92
tionis habet, vt per Bar. in l. amplius nō peti. ff. rem rat. ha. ſequi-
tur Guid. Pap. q. 219. in ſtatuto. in fin. vbi dicit, quod † ſtatutum 93
loquens de ſolutione, locum habeat etiam in compoſitio-
ne, eosq; ſequitur Decia. reſp. 41. nu. 77. vol. 2. ſolutione † vero 94
eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, & ſic debitum.
Inſt. quib. mod. tol. ob. vnde ſic etiā ceſſat Angeli doctrina. Sed
vltra prædicta periculoſa redditur, dum dixit, quod ſi ago
perſonali contra Titium, & dico eum obligaſſe mihi omnia
bona ſua: hæc enim erat expreſſa, & directa hypotheca, quam
Titius mihi fecerat de omnibus bonis ſuis, quam intentaue-
ram aduerſus eum, & ita de directa, non autem vtili venie-
bat intelligendum. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel em-
phy. pet. at † hypothecaria directa contra tertium poſſeſſo- 95
rem, non poteſt dari, vt per Bar. in ſ. 1. ff. de ſolu. & in l. 1. C. eo. tit.
ſequitur Decian. ita eum declarans, & intelligens, conſ. 109.
num. 46. volum. 2. ergo male videtur locutus Ang. quod ſen-
tentia declaratiua hypothecæ præiudicabit tertijs poſſeſſo-
ribus bonorum, cum aduerſus eos hypotheca non compe-
teret. Præterea parum deferendum eſt Ang. quatenus non
requirit † citationē poſſeſſorū, cum imo requiratur, ſi erant 96
certi, vel ſaltem per generale proclama, ſi earū nomina igno-
rabantur, vt idem declarat Ang. in l. ſi per luſorio. circa ſi. princi-
pij. ff. de app. & in l. 2. C. ſi aduer. credi. pig. Caſtr. in d. l. cum filius. in
prin. Alex. conſ. 84. num. 19. vol. 3. & pulchre Dec. conſ. 187. colu. 2.
poſt Caſtren. in d. l. cum filius. qui dicit, quod fecit remane-
re confuſum vnum magnum aduocatum, qui non conſide-
rabat, virtutem talis citationis, & concludit Caſtren. quod
ſententia † lata contra vnū, mittitur executioni contra ter-
tium poſſeſſorem citatum, & dicit ſe ita obtinuiſſe per tres 97
ſententias conformes, & idem ſequitur Dec. conſ. 548. num. 5.
Crau. conſ. 12. ad finem. Boe. deciſ. 182. num. 50. & alij, qui citantur
in allegationibus, & videri poſſunt: at in caſu noſtro certi
erant dom. Pij, & Leyua, nec citati fuerunt ſpecialiter, nec
etiam

etiam per edicta generalia, quod etiam fieri non potuiſſet,
cum eſſent certi, ergo dicta ſententia qualiſcunque non po-
tuit illis præiudicare: Accedit aliud, D. Pijs, & Leyuæ valde
proficuum, quod cum D. Marinus prius in conſtitutione
98 dotis † promiſſæ D. Virgineæ matri ſuæ, in qua obligauit
omnia bona ſua, in ampla forma, vt in inſtrumento dotis, de
anno 1562. non potuiſſet, etiam ſi voluiſſet, confitendo ſe
quid debere minoribus Marinis, ex cauſa Tutelæ, eis obliga-
re bona ſua in præiudicium obligationis iam contractæ,
cum D. Virginea, & ſubinde filiorum ſuorum, ſicut in ſimili
99 dicit Senat. Pedemont. *deciſ. 156. num. 13.* quod † vaſallus non
poteſt in præiudicium domini hypothecare feudum, quod
eſt ſpecies alienationis. *l. fin. C. de reb. alien. non alie.* igitur &
in caſu noſtro non potuiſſet D. Marinus hypothecare bona
ſua d. minoribus, in præiudicium filiæ, & nepotum; quare di-
camus, eum noluiſſe hoc facere, ſed obligatio ſua reſtringa-
tur ad alia bona ſua, ſi quæ ſuperſunt vltra ſatisfactionem d.
dotis. Quod vero pertinet ad Capicium *deciſ. 107.* ipſe vere
prima, & ſecunda col. tenet partes tertij poſſeſſoris, nam inter
cætera citat Caſtren. *in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud.* di-
100 centem, quod † quando tertius non fuit citatus in iudicio,
quod agebatur contra debitorem, non fiet contra eum ex-
ecutio, etiamſi victor velit probare, quod ad illum debito-
rem victum res pertineat, & fundat ſe Caſtrenſis, quia ille
proceſſus non facit ei præiudicium, nec probat illum eſſe de-
bitorem, in præiudicium illius tertij poſſeſſoris, non vocati,
& licet idem Capitius alleget in oppoſitum doctrinam præ-
dictam Ang. & quorundam, quod non requiratur citatio,
tamen ſubdit, quod omnes illæ doctrinæ confundi videan-
tur per limitationem, de qua per Alex. *in l. de vno quoq. ff. de re*
101 *iud.* & aliorum, quos ſupra citat Capic. qui volunt, quod † ad
hoc, vt præiudicetur illi, de cuius præiudicio etiam principa-
liter nõ agitur, requiritur citatio, ſaltem per generalia pro-
clamata, quæ non interuenit in caſu noſtro, multo minus
particularis. Sed vt quoq; ſcriptum video diligenter, & do-
cte, ſuper hoc contendi non deberet, an poſſit executio fieri
contra tertios poſſeſſores, quoniam Bald. & Angel. non ci-
102 tati per Capic. *in l. 2. C. ſi aduer. cred.* clare tenent, quod † exe-
cutio inſtrumenti guarentigiati, vel ſententiæ diffinitiuæ,
non poteſt peti contra tertium, tenentem aliqua bona obli-
gata, *per gloſſ. notab. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam*, quod di-
cunt eſſe notandum contra ignorantes procuratores, & ad-
uocatos, & idem Iaſ. *in l. iuris gentium. §. prætor. num. 9. ff. de pact.*
qui prædictos citat, ſicut Imolam, Anch. & Alex. de quibus
per eum, ſequitur Duennas, ſeu Iacob. Nouel. *reg. 198.* & Ang.
& Imol. *in l. 1. §. ſi heres. ff. ad Treb.* qui pariter repetunt ſatuos
eſſe eos, qui executiue agunt contra poſſeſſores bonorum
obligati: Poſtremo dici non poteſt, quod hic tractetur de
intereſſe D. Piorum, & Leyuæ incidenter, vel acceſſorie; quia
nihil attinet, ad aſſertum creditum dictorum minorũ, cau-
ſatum occaſione tutelæ, ſed veniunt ex inſtrumento dotis
maternæ prorſus diuerſo, & ſeparato ab illo tutelæ, & pro-
pterea dicitur eorũ intereſſe principaliter, & quidem fauo-
103 rabile, cum ſit dotis non ſolutæ † quæ eſt cauſa fauorabilis, &
præcipua, vt dicitur *in l. 1. ff. ſolut. matr. in l. hoc modo. in fin. ff. de*
cond. & dem. & in auth. res quæ. C. com. de leg. Quare, ne ſim pro-
lixior, remanent potiores ipſi Pij, & Leyua dictis minoribus,
nec præceptum executiuum committi debet ad fauorem di-
ctorum minorum, ſicut nec etiam iura prætenſa domino-
rum Pratæ, Littæ, & Areij præualere debent iuribus dicto-
rum Piorum, & Leyuæ, & ſi quid aduerſus eos iudicatũ fuit,
in appellatione retractari debet, aut ſi remiſſio petita ſuit, per
remiſſionem iura ſua diligenter inſpici debent, & retractari
iudicatum aduerſus eos.

Pro Clariſſ. D. Ioanne Contareno.

ARG. Quando ſucceſſores teneantur ſeruare
promiſſa per defunctũ. Et an oblatio accepta-
ta per aduerſam partem poſſit reuocari. Verba-
lis oblatio in quibus ſufficiat. Item quando va-
riatio licita ſit.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor tenetur ſeruare geſta, & promiſſiones præceſſorum.*
2 *Et in ſucceſſorem etiam ſingularem tranſeunt omnes actiones, tam acti-
ua, quam paſſiua.*
3 *Perfectum id eſſe dicitur, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.*
4 *Reſtitutio non datur non ſeruantibus promiſſa ob impedimentum, quod
per eos poterat remoueri.*
5 *Variatio non admittitur in eadem inſtantia.*
6 *Oblatio facta, & acceptata per partem aduerſam non poteſt amplius
reuocari.*
7 *Citandi ſunt, quorum principaliter intereſt, non ſecundario.*
8 *Negligentibus non ſuccurritur.*
9 *Qui ſua negligentia permittit labi tempus aſſignatum, ad actum expe-
diendum, tacite renunciare videtur.*
10 *Negligentia geminata magis aggrauat.*
11 *Proteſtatio facta poſt tempus, quo fieri debuit, non prodeſt proteſtantibus.*
12 *Tempus determinatum, & deſtinatum, debet attendi.*
13 *Determinatio certi temporis non recipit alterius temporis ſanctio-
nem.*
14 *Obligatio, cum ſit odioſa, ſtricte debet capi, vt quis ſe minus cenſeatur
obligaſſe.*
15 *Tempore intra quod quid fieri debet, elapſo, res non poteſt amplius perfici.*
16 *Quia conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum & n. 20.*
17 *In nulla diſpoſitione quamuis fauorabili non fit talis extenſio, vt de vno
die procedatur ad alium.*
18 *Tempus inducit diuerſitatem in ſubſtantia.*
19 *Et vbi eſt præfixum, differri non poteſt*
21 *Cum tempus eſt à lege coarctatum, nihil præter illud fieri poteſt.*
22 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus, *ſemper intelligitur, aliquo non ſuperueni-
ente de nouo*
23 *Cauſa finalis præſumitur, quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali.*
24 *Ablatiui abſoluti ſtant conditionaliter, vel in vim cauſæ finalis.*
25 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus*
26 *Qui impleuit obligationem liberatur, licet non durauerit.*
27 *Oblatio verbalis ſufficit, cum agitur de rebus immobilibus.*
28 *Variatio quando ſit licita & num. 29.*

CONSIL. DCCCXX.

DOminus Iſidorus à Portello, Bonificator Pollicinij Fer-
rariæ ſe obligauit, durante prædicta exemptione anno-
rum 15. manutenere perfecte Buccam conductus, fluentis
in mare ſine aliquo impedimento, ſuis expenſis, vt in capi-
tulo bonificationis continetur. In cuius locum, eo defun-
cto ſucceſſerunt in dicta bonificatione, Clariſſimus domin.
Ioannes Contarenus, & alij conſortes, contra quos, Illuſtres
do. Conſeruatores dictæ Bonificationis, de anno 1584. quo
pẽdebat exemptio, cœpta de anno 1571. duratura per totum
annum 1586. cœperunt proteſtari, contra dictos Bonificato-
res, de omnibus damnis, intereſſe, & expenſis dominorum
intereſſatorum in dicta bonificatione, quia dicti Bonifica-
tores non obſeruarunt pro parte ſua, ea, ad quæ tenebantur,
ratione manutentionis, & conſeruationis Palatæ, ſeu buccæ
ſcollaturi dictæ bonificationis, indigentis reparatione; Qui-
bus cum ſatisfeciſſent, vt infra dicam, reſponderunt domini
Bonificatores, de anno 1586. 18. Auguſt. ſeparatos eſſe fa-
cere ea omnia, ad quæ tenentur pro portionibus ſuis, taxatis
prius expenſis, quæ de iure neceſſariæ fuerint circa repara-
tionem, aſſertæ palatæ, & non aliter, nec alio modo. Poſtea de
anno 1587. de menſe Iulij, quia prius nihil dixerant, ſed ta-
cuerunt dicti intereſſati, proteſtantibus iterum dictis con-
ſeruatoribus, vt ſupra, reſponderunt dicti Bonificatores ſe
non teneri, ſtante lapſu 15. annorum, vt in dicto capitulo,
ſed liberatos eſſe, nec opus eſſe electione alicuius periti in
videndo, quid, & quantum deberet expendi in reparatione
amplioris factæ, cum ad eam non tenerentur, nec de illa ſe
obligarint. Quare ſuper hoc facto quæſiuerunt à me Cla-
riſſimi do. Bonificatores, quid de iure dicendum ſit; quibus
reſpõdens, dico, quod cum ſucceſſerint in locum d. Portelli,
teneri videntur ad ea, quibus ille tenebatur in dicto capitu-
lo, quia † ſucceſſor tenetur ſeruare geſta, & promiſſiones 1
præceſſorũ, vt tenent omnes *in c. 1. de prob. & in l. digna vox. C.*
de leg. Bal. & cæteri *in l. 1. de conſt. prin. conſ. 281. n. 71. vol. 1.* & in alijs
locis, tam ipſe, quam alij, cumulati per Decian. *reſpon. 25. n. 42.*
vol. 1. & † in ſucceſſorem, etiam ſingularem, tranſeunt omnes 2
actiones, tam actiuæ, quã paſſiuæ. *l. dolia. §. primo ff. de contrah.*
empt. l. ſi à te. §. fin. & l. ſi mater. §. item Iulia. & §. fin. ff. de excep.
rei iud. at D. Iſidorus promiſit manutenere perfecte dictam
buccam, & † perfectum id eſſe dicitur, quod ex omnibus ſuis 3
partibus conſtat. *l. 1. ff. de origin. iur. in prin. & l. et ſi non ſint. ff.*
de auro & argent. lega. vbi dicit, ſi cœptum ſit argentum
fabricari,

fabricari, nondum tamen perfectum; licet enim dicat ap-
pellatione facti contineri, non tamen dicit perfecti, hincq;
gloſſ. notab. *in l. 1. C. de recept. arbit.* occaſione textus, dicentis
de ſententia lata ex compromiſſo, iure perfecto, declarat ſci-
licet in quo adſunt, quæ adeſſe oportet. Vnde cum D. Con-
ſeruatores dicant dictam Palatam indigere maxima repara-
tione, & eſſe in maximo periculo, apparet, eam non fuiſſe
manutentam perfecte, cum non conſtet ex omnibus ſuis
partibus, & non adſint in ea, quæ adeſſe debent, ideo teneri
debent: tantoque magis, quia promiſſum fuit, eam manute-
nere ſine aliquo impedimento, velut arenæ, ex reflexu maris
impediente curſum aquarum bonificationis in mare, quod
4 impedimentum, † cum potuerit remoueri per dictos Boni-
ficatores, excuſari non debent, nec aduerſus illud eſt eis re-
ſtitutio concedenda, ſecundum Felin. *in cap. ex tranſmiſſa. co-
lum. 1. de præſcript.* Pariſ. *conſ. 67. colum. 3. volum. 3.* Rom. *conſ. 435.*
Cagn. *in l. qui poteſt facere. col. 1. ff. de reg. iur.* Alex. *conſ. 71. col. fin.
vol. 5.* D. meus Rim. *in l. procurator. in vlt. not. C. de eden.* cum
ſimil. à me cumulatis *conſ. 15. num. 52.*

Secundo repugnare videtur dictis Bonificatoribus, quod
D. Bertazollus 18. Auguſt. anni 1586. obtulit, Illuſt. eius prin-
cipales paratos facere ea omnia, ad quæ tenentur, pro por-
tionibus ſuis, taxatis prius expenſis, quæ de iure neceſſariæ
fuerint circa reparationem dictæ Palatæ, & ſic eos aſſerunt
eſſe debitores faciendi dictam reparationem, propterea non
videtur poſtea potuiſſe variare 28. Nouemb. negando ſe fe-
ciſſe aliquam oblationem, de concurrendo ad expenſas di-
5 ctæ Palatæ; quia † in eadem inſtantia non admittitur varia-
tio ſecundum Bartol. *in l. Papinian. §. ſed nec impuberi. ff. de in-
6 off. teſtam.* tantoque magis, cum dicta † oblatio fuerit acce-
ptata, per Riccium procuratorem dominorum Conſerua-
torum dictæ bonificationis, vt in procem. 9. Octob. vnde re-
uocari non potuit, vt ponit Bald. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff.
de lib. & poſthum.* Roman. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obl.*
Alexan. *conſ. 90. col. 2. vol. 1.* Iaſon *in l. error. colum. 2. num. 3. C. de
iur. & fact. ignor.* D. meus Rimin. *conſ. 97. num. 47.* Catel. Cotta
lib. memorial. verbo confeſſio, & ego *conſ. 297. nu. 4. & 6.* hæc ſunt,
quæ mihi occurrerunt aduerſus dominos Bonificatores al-
legari poſſe.

Quibus tamen non obſtantibus in eorum fauorem de-
ſcendo, & in primis dico, quod hoc iudicium non recte fuit
inſtitutum per dominos Conſeruatores, ſed inſtitui debuit
per dominos prædiorum bonificationis, qui principaliter
habent intereſſe, ratione prædiorum ſuorum, ſecundario
vero intereſt dominorum Conſeruatorum, quod bonifica-
tio manuteneatur, & ſi palata fuiſſet deteriorata, repararē-
7 tur: ſicut enim videmus, quod † citandi ſunt illi, quorum
principaliter intereſt, vt heredes, non autem quorum inter-
eſt ſecundario, vt ſubſtituti. *l. 1. §. pen. ff. de ventre inſpi.* Bart. *in l.
in diem. ff. de aqua plu. arcen.* Imol. Caſtren Alexan. & Iaſon *in
l. filiusfamil. §. diui num. 47. in 1. lectura.* ſic è contra, in agendo
iudicium moueri debuit per intereſſatos contra Bonifica-
tores, quorum intereſſatorum principaliter intererat,
non autem per Conſeruatores, quorum ſecundario in-
tereſt, propter curam ſibi datam bonificationis conſer-
uandæ.

Secundo poſito, non tamen conceſſo, quod dicti dom.
Conſeruatores potuiſſent intentare præſens iudicium, atta-
men aduerti debet, quod à prima proteſtatione eorum con-
tra D. Bonificatores, facta die 16. Nouemb. 1584. tacue-
runt vſque ad diem 15. Iulij 1586. quo fecerunt aliam prote-
ſtationem, & ſic ferè per duos annos nihil dixerunt, niſi
poſt lapſum 15. annorum, de quibus in capitulo, vnde eo-
8 rum † negligentiæ (pace ſua dixerim) ſuccurri non debet.
l. non enim. ff. ex quibus cauſ. maior. Guid. Pap. *q. 473.* Alex. *conſ.
9 105. col. 2. vol. 5.* quinimo † tacite videtur renunciare, qui ſua
negligentia permittit, labi tempus aſſignatum ad actum ex-
pediendum. Calca. *conſ. 15. col. 13.* latiuſque Rol. à Valle *conſ. 52.
col. 3. vol. 4.* & ego *conſ. 301. num. 16. & conſ. 655. num. 17.*

Tertio nedũ ſimplex fuit negligentia dom. Conſeruato-
rum, ſed duplex, & geminata, quia à die 15. Iulij, 1586. tacue-
runt vſque ad diem 3. Iulij ſequentis anni 1587. quo fece-
10 runt aliam poteſtationem, quæ † negligentia geminata ma-
gis eos aggrauat, iuxta notata *in l. baliſta. ff. ad Trebell. cum
ibi nota.* Bartol. *in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſi. lib. 11. cum
vulgar.*

Quarto, tanto minus prodeſſe potuit dictis dom. Con-
ſeruatoribus dicta † proteſtatio ſecunda, quod facta fuit 11
poſt lapſum quindecim annorum, prout pro dominis Boni-
ficatoribus diligenter oppoſuit D. Bertazollus eorum pro-
curator: nam dom. Iſidorus in capitulo promiſit manute-
nere Buccam conductus, durante prædicta exemptione
annorum quindecim, quæ exemptio cum cœperit de anno
1575. finiebat anno 1586. igitur tale † tempus, prout de- 12
terminatum fuit, & deſtinatum; debuit attendi, & obſer-
uari per dominos Conſeruatores, intra illud proteſtando, &
non poſt illud. *l. prima. §. illud. & §. item quæritur. l. fina.* & ibi
Angel. *ff. de aqua. quot. & æſti.* Pariſ. *conſ. 113. num. 30. volum. 1.*
& ego *conſ. 340. num. 30.* paulo ſupra, dicens, quod † deter- 13
minatio vnius temporis non recipiat alterius temporis fini-
tionem. *l. vſusfructus mihi in biennium. ff. de vſufruct. leg.* Bald. *in
c. licet. de ſupplen. neglig. præl.* Iaſ. *in auth. quæ ſuppli. col. 2. C. de prec.
Imper. offer.*

Quinto, tanto magis prædicta procedunt ad fauorem
dominorum Bonificatorum, quod agitur ex aduerſo, de
illis obligandis ad expenſas reparationis, vt in proceſſu præ-
tendunt do. Conſeruatores: quæ † obligatio cum ſit odio- 14
ſa, reſpectu ſe obligantis, ſtricte capi debet, vt minus ſe ob-
liget. *l. eum qui. verſ. neque enim. & ibi gloſſ. in ver. receptum. ff.
ſi cert. petat. per l. Arianus. ff. de action. & oblig.* Signor. *conſ. 95.
num. 10. verſ præterea. & conſ. 217. colum. fina. cum ſimil.* per
Crauettam *conſ. 929. num. 21.* & ego dixi *conſ. 679. num. 45.* &
licet infra † tempus cœperint proteſtari dom. Conſeruato- 15
res, non tamen fuit perfectum negocium dictæ proteſtatio-
nis infra illud quindecim annorum, & non potuit, nec po-
teſt illud poſt dictum tempus perfici, vel proſequi, vt ha-
betur in *deciſ. Tholoſ. 357.* & Crau. *conſ. 426. num. 14.* Com-
probaturque: nam † conceſſum ad tempus, poſt illud cenſe- 16
tur prohibitum *l. imperator. ff. de poſtul. l. cum pater. §. à filia.*
vbi Bartol. *ff. de legat. 2.* Crauetta *conſ. 156. num. 5.* Gozad.
conſ. 37. num. 7. Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 44.
& in l. ſi vnquam. verbo reuertatur. num. 342. C. de reuoc. donat.*
Menoch. *conſ. 364. num. 24.* & ego *conſ. 33. num. 16.* & in alijs,
relatis *conſ. 659. num. 32.* addens Alciatum *Reſponſ. 102. colum. 1.*
qui dicit, quod in † aliqua diſpoſitione, quamuis fauora- 17
bili, non fit talis extenſio, quod de vna die dierum producа-
tur ad alium: † tempus enim inducit diuerſitatem in ſubſtan- 18
tia. *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.* & vt dixit Bero. *conſ. 177.
num. 77. volum. 1.* & Natta *conſ. 485.* poſt Bald. *in l. 1. quæſt. nona.
in fine. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi † tempus eſt præfixum, differ- 19
ri non poteſt: Imo vero quod infra tempus conceditur, tem-
pore finito, euaneſcit. *l. epiſtola. §. fina. ff. de pact.* Bartol. *conſ.
100. à domino Cyno. colum. 2. in ſecundo puncto.* Bald. *conſ. 142. qui-
dam dominus. col. 2. vol. 2.* Crauet. *conſ. 333. num. 7.* & pulchre Pur-
purat. *conſ. 337. num. 12.* loquens in conceſſione quadam Ga-
bellarum per annos 10. dicens D. Gabellarum non poſſe
poſt decennium perſeuerare, quia diſpoſitio prohibet, & et-
iam ſi expreſſe non prohiberet, † permiſſum ad tempus vi- 20
detur prohibitum poſt tempus, adeo quod actus poſtea fa-
ctus eſt ipſo iure nullus. *l. fina. C. de dolo. l. 2. C. ne de ſtat. defunct.*
vnde patet quod reliquiæ non procedunt in conceſſione li-
mitata tempore, vt ego concluſi *in d. conſ. 659. nu. 36.* & prædi-
ctis addi poteſt, quod inquit Io. Fabri. *Inſt. de liter. obli.* quod
vbi † tempus eſt à lege coarctatum, vel, vt hic, à dicto cap. ni- 21
hil præter illud fieri poteſt, quem ſequor ego *conſ. 271. num. 11.
& conſ. 452. num. 8.*

Sexto non omitto, quod mihi ſupponitur, buccam, ſiue
palatam, de qua nunc agitur, illam non eſſe ad quam manu-
tenendam ſe obligauit D. Iſidorus, illa enim longe minor,
& arctior erat, quam præſens, ita quod facies illius reperitur
alterata. Vnde noua bucca, ſiue palata noua dici debet, &
opus nouum. *l. 1. §. opus nouum.* & ibi Caſtren. & alij *ff. de oper.
nou. nunc.* propterea D. Bonificatores ad reparationem non
tenentur, cum de hac non ſe obligauerit Portellus, nec ſub-
inde D. Bonificatores, qui in eius locũ ſucceſſerunt; nam in
qualiber † diſpoſitione ſemper intelligitur clauſula; *rebus ſic* 22
ſtantibus,

ſtantibus, & aliquo non ſuperueniente de nouo. cap. quemadmodum de iureiurando, *l. fin. ff. qui ſatiſ. cog. l. quod Seruum. & ibi Dd. ff. de cond. ob cauſam.* Cæph. *conſ. 331. num. 11.* cum ſimilibus à me cumulatis *conſ. 59. num. 78.*

Septimo conſiderandum eſt, quòd D. Hiſydorus ſe obligauit ob cauſam exemptionis annorum 15. quam cum expreſſerit conditionaliter in capitulo, ibi, *durante la predetta eſentione*, id eſt, *durante prædicta exemptione*, datur intelligi;
23 quod fuerit finalis: nam † cauſa finalis præſumitur, quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali, vt voluit Bar. *in l. demonſtratio. §. quod autem. colum. 3. verſ. 3. modo. ff. de cond. & demonſt.* Bellamera *in cap. poſt tranſlationes. colum. 4. verſ. de conditione. de renun.* Salic. & Bologni. *in l. damus. ff. de cond. indeb.* cum ſimil. cumulatis à Tiraq. *in tract. ceſſante cauſſa. limita. 1. num. 60.* cla-
24 rum eſt autem, quod † illi ablatiui abſoluti durante prædicta exemptione, ſtare poſſunt conditionaliter, ſi durabit prædicta exemptio per annos 15. & ſic ſi ſeruabitur dicto Iſidoro, vel in vim cauſæ finalis, hoc eſt, quod ob hanc cauſam motus fuerit ad ſe obligandum, & non aliter. ſic enim dicit Bald. *in l. 1. C. de liber. præter. & in l. vnica. C. quando non pet. par.* quem ſequitur Iaſ. *in Rubr. ff. ſolut. matr. colum. 2.* quo ſtante ceſſante dicta exemptione per lapſum 15. annorum, quæ fuit cauſa dictæ obligationis Portelli, ceſſare debet eius, & dom. Bonificatorum ſucceſſorum ſuorum obligatio, vt tradit Socin. *conſ. 31. proſequendo ordinem. colum. pen. verſ. 4. etiam. vol. 1.* motus
25 ex regula generali, quod † ceſſante cauſa, ceſſat effectus. ſequitur Tiraquel. *in d. tract. 1. par. num. 184. ver. obligationis*, & ex prædictis fundata ſatis remanet intentio dominorum Bonificatorum, quod non teneantur ad inſtita per dom. Conſeruatores.

Nec obſtant contraria: nam circa primum, poſito quod do. Bonificatores, vti ſucceſſores in locum Portelli, teneantur ad quæ tenebatur ille, tamen aduerti debet, quod poſt factã proteſtationem prædictam, de anno 1584. de reparatione imminente tunc dictæ Buccæ, de anno ſequente D. Bonificatores repararunt eam, & adimpleuerunt id, quod erat opus, expendendo ſcutos (vt audio) mille octingentos. Igi-
26 tur † liberati fuerunt dicto implemento facto, dato etiam, quod non durauet. *l. ſi quis heredem. C. de inſt. & ſubſt. l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. l. heredibus. in prin. ff. ad Treb.* quibus mouetur Surd. *conſ. 37. n. 27.* & Crau. *conſ. 878. num 6 per text. in l. rogo. ff. de fideicom. libert.* ſed (vt credo) durauit implementum, quia dicti Conſeruatores tacuerunt, vſque ad annum 1587. Quo vero ad ſecundum, de oblatione facta per do. Bertazollum, debet aduerti, quod cum fuerit facta de re immobili, vt erat reparatio dictæ Buccæ, ſeu Palatij, ſatis fuit offerre, dom. Bonificatores paratos omnia, & ſingula facere, ad quæ tenerentur;
27 vbi † enim agitur de rebus immobilibus, verbalis oblatio ſufficit. *l. 2. C. quando, & quib. quarta pars debet.* quia talia momento non poſſunt expediri. Alex. *l. ſi mora. ff. ſolut. matr. col. 2. verſ. 4. fallit.* Purpur. *conſ. 305. n. 5.* & ſic nihil profuit dom. Conſeruatoribus acceptatio Riccij, ſui procuratoris, dicentis, quod vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, cum imò verbalis oblatio ſatis fuerit, tantoque magis, quod dicti conſeruatores in vltima mora fuerunt, quæ eis nocere debet. *l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend.* Purpur. *conſ. 201. num. 1.* tacentes quouſque lapſi fuerunt anni 15. quibus dom. Bonificatores fuerant liberati, vt oppoſuit pro eis dom. Bertazol-
28 lus: Cui licitum fuit † variare dicendo, eos non teneri; ſtante lapſu dicti temporis, cui conſenſiſſe videntur dicti dom. Conſeruatores, ſcientes effectum dicti capituli, vnde conqueri non debent, idem, quod dom. Bonificatores, aſſerendo, *l. 2. cum ibi not. ff. quando actio de pecu.* quo textu ſic reſpondet Caſtren. *conſ. 22. viſis omnibus. colum. penult. volum. 2.*
29 quem ſequitur Crauet. *conſ. 392. num. 19.* licita quoq; fuit † variatio, ſtante, & contingente varietate facti, per lapſum dictorum annorum 15. varietas enim facti efficit, vt iuris diſpoſitio varietur. Dec. *in l. precibus. num. 4. C. de impub. & al. ſub.* Menoch. *conſ. 50. num. 2.* Nec quicquam prodeſt, quod inquit Riccius pro dom. Conſeruatoribus 4. Septem. 1587. exemptionem 15. annorum non fuiſſe finitam, ſed adhuc tunc duraſſe, quia, ſi recurratur ad eius principium, quod fuit de anno 1571. vt mihi ſupponitur, clare patet, quod non extendebatur vltra annum 1586. & ſi quæ exemptio conceſſa fuit Clariſſimo dom. Ioanni Contareoo, vel alijs dominis Bonificatoribus, ex gratia Sereniſſimi dom. Ducis noſtri, fuit extra capitulationem, quæ non debet in eorum odium retorqueri. *l. quod fauore. C. de legib.* & ſic ex omnibus ſupra dictis remanet, quod dicti dom. Bonificatores ſint à petitis, & inſtitis per dom. Conſeruatores, abſoluendi. *Hippol. Rimin. Ferrariæ.*

Pro Illuſt. Comitibus Ioanne patre, & Horatio filio Caſalibus de Pallauicinis.

ARG. Literæ executoriales vt poſſint executioni mandari, an ſufficiat exemplum, vel requiratur originale. Et an & quando exemplum æque probet, vt originale. De Inhibitione, an operetur contra eum, cui non fuit inſinuata. Et an ſolennitates & cauſæ cognitio præſumantur interueniſſe ex antiquitate temporis. Item de iuriſdictione, an, & quando exſpiret morte delegantis, & delegati. An & quando ignoranti currat præſcriptio 40. & 100. annorum, & quando aduerſus eam detur reſtitutio in integrum. De remedio reintegrandæ poſſeſſionis, an ei obſtet exceptio Dominij, & quod poſſeſſio poſterior præſumatur clandeſtina poſſeſſio. Præſcriptio 30. annorum an obſtet executioni, & actioni rei iudicatæ. Item an in omni præſcriptione, etiam centenaria, requiratur bona fides. Et an mala fides auctoris omni ſucceſſori noceat. Et an Remed. recuperandæ poſſeſſionis detur contra quemcunque poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Literæ executoriales, vt poſſint executioni mandari requiritur vt ſint originales, vel authenticæ. & num. 2.*
3 *Et an & quando fides ſit adhibenda exemplo.*
4 *Exemplum ſumptum ab eodem notario cum ſolennitatibus requiſitis, æque probat vt originale. & num 5. 7. 8.*
8 *Et fieri poteſt talis exemplatio etiam abſque citatione.*
9 *Originale cenſetur non exemplum, cum eſt ab eo exemplatum, qui fuit rogatus.*
11 *Exemplum manu notarij deſcriptum ſaltem facit magnam præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium.*
12 *Solennitas cognitionis rei iudicatæ, ex curſu longiſſimi temporis præſumitur interueniſſe.*
13 *Facultas exequendi an, & quando ſublata dicatur alicui per litteras inhibitorias.*
14 *Inhibitio non executa non attenditur, etiamſi citandus habuiſſet aliquam notitiam citationis. & num 15 & 16.*
17 *Scire vt quis dicatur requiritur, vt ſciat factum cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs, alias dicatur neſcire.*
18 *Inhibitio eſt magni momenti, & timenda, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. Et quamdiu duret eius effectus. num. 19. & 20.*
22 *Inſtantia perempta, ius amplius non dicitur (22 & 23.*
21 *Iuriſdictio an expiret per mortem delegantis Pontificis, & delegati. & n.*
24 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
25 *Pœna eſſe non poteſt, vbi non adeſt culpa, aut negligentia.*
26 *Præſcriptio 40. annorum an currat contra ignorantem, & minorem, & non detur reſtitutio. & num 27. 28. 29. 30.*
31 *Reſtitutio ex hoc capite ignorantiæ etiam datur aduerſus præſcriptionem centum annorum.*
32 *Executio proueniens à delegatione Pontificis, an poſt annum expiret, ſiue facta ſit executio, ſiue non.*
33 *Inſtantia noua non datur in executione ſententiæ.*
34 *Reſtitutio in integrum in priſtinum ſtatum omnia reſtituit, perinde ac ſi nihil actum fuiſſet.*
35 *Iudices dati ſub conditione, an iuriſdictionem acquirant, priuſquam impleta ſit reſcripti conditio*
37 *Iudice aſſerente cauſſæ cognitionem interueniſſe creditur.*
38 *Quod narratur in executorialibus debet probari, antequam perueniatur ad executionem.*
39 *Succeſſores in poſſeſſione, an, & quando dici poſſint ignorantes, & vitio ſpolij laborantes. & num. 40.*
41 *Remedio reintegrandæ non obſtat exceptio dominij, nec impedit quo ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus. & num 42.*
43 *Poſſeſſio poſterior, quia noua præſumitur, & clandeſtina, ac vitioſa.*
44 *Curatore exiſtente contumace, an efficiat, vt minores vere contumaces dicantur. & num. 45. 46. 47.*

48 Reſti-

Google

48 *Reſtitutio in integrum petenda eſt intra quadriennium, aliàs non conceditur nu. 49. 50.*
51 *Præſcriptio longiſſimi temporis annorum 30. an & quando obſtet executioni cuilibet, & actioni rei iudicatæ. & nu. 52.*
53 *In præſcriptione centenaria etiam requiritur bona fides. & nu. 54.*
55 *Mala fides defuncti impedit hæredes præſcribere. & nu. 56.*
57 *Mala fides auctoris ſucceſſori etiam ſingulari obſtat, & effectum tituli perimit.*
58 *Sententia & executoriales non recepta, an lapſu longiſſimi temporis non ligent & nu. 59.*
60 *Actio perpetuatur per litis conteſtationem, quæ primo non erat perpetua.*
61 *Vitium litigioſi inducit malam fidem.*
62 *Vſus contrarius requiritur vt quid tollatur, nec ſufficit non vſus, aut conſuetudo ſimplex.*
63 *Res iudicata pro veritate habetur.*
64 *Literis & ſcripturis, licet enunciatiuis, ſtatur ex temporis antiquitate.*
65 *Verba enunciatiua ſi ſemiplenam faciunt probationem, geminata facient plenam.*
66 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis conceditur contra quemcunque mediatum ſucceſſorem vitioſum, etiam contra milleſimum. nu. 67.*
68 *Sententia lata contra ſpoliatores an poſſit exequi contra hæredes. & nu. 69.*
70 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis non impeditur exceptione dominii.*
71 *Et datur contra titulo poſſidentem. Eſt que opinio magis communis. nu. 72. 73. & 75.*
74 *Et generaliter competit illi, qui ſine cauſa iuſta cecidit à poſſeſſione, quæ peruenit ad alium, ſiue bona, ſiue mala fide, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ſiue cum vitio, ſiue ſine, cum titulo, ſiue non.*
76 *Mandat a miſſione in poſſeſſionem, an iuriſdictio cognoſcendi cenſeatur mandata.*
77 *Dictio*, duntaxat, *eſt excluſiua omnium caſuum. Sicut & dictio*, tantum. *nu. 78.*
79 *Tertius poſſeſſor habet ius impediendi executionem.*
80 *An ſine cauſa cognitione quis ſua poſſeſſione ſpoliari poſſit. & nu. 81.*
82 *Sine ſcientia vitii nemo poteſt dici ſuccedere in vitium ſpolii.*
83 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam contra defunctum, nocet ſucceſſori.*

CONSIL. DCCCXXI.

IN præſenti cauſa Illuſt. Comitum, Ioannis Pallauicini
Caſalis, & Horatii eius filii, qui petunt committi actua-
lem executionem literarum executorialium, de quibus in
actis, videlicet eos immitti & aſſociari in poſſeſſionem ca-
ſtri Cupriaci, & immiſſos defendi & manutenerì, quia de
titulo emptionis dicti Caſtri, factæ per ſuos anteceſſores,
conſtat, & eorum poſſeſſione & ſpolio, non inſiſtam ſuper
eis, ſed duntaxat ſuper oppoſitionibus verba faciam, quæ
eis fiunt pro parte Ill. Comitis Cæſaris Calcagnini detento-
ris illegitimi dicti Caſtri, quæ ſi tollentur, (vt ſpero) rema-
nebit inconcuſſa intentio dicti patris, & eius filii. Dicitur i-
gitur inprimis, quod ipſi petunt effectualem executionem
quarundam literarum, de anno 1534. 26. Iunii, quarum ex-
emplum producunt; & tamen certum eſt, quod ad hoc, vt
1 literæ † executoriales poſſint executioni mandari, requiri-
tur, vt ſint originales vel auctenticæ, vt tradunt Rom. *conſ.
336.* & Rebuff. *tom. 2. tract. de litter. requiſitor. in princ. nu. 7.* vbi
2 citat Oldradum *conſ. 124.* Vnde † fides huic exemplo dari
non debet: Cui motiuo primo reſpondeo, quod executo-
riales prædictæ productæ fuerunt auctenticæ, prout mihi
3 pro veritate facti ſupponitur. Sed vlterius, dato, quod † ſit
exemplum earum productum, cum fuerit in notam ſum-
ptum, & ſubſcriptum per Notarium auditoris, qui dictas
executoriales commiſit, & de eis inſtrumentum in publi-
cam formam redegit cum teſtibus, ſigno, nomine & co-
gnomine ſuis ſolitis & conſuetis, demumque ſigillo dicti
auditoris, vt in fine teſtatur, ſequitur quod fides ei præſtan-
da ſit, vt declarat Bar. *in auct. ſi quis in aliquo. in 2. oppoſit. C. de e-
den. per l. ſi quis ex argentariis. § prohibetur. ff. eod.* idemque te-
net Alex. & Dec. poſt alios, quos citat *num. 15.* ſubdens, quod
4 vbi † exemplum ſumptum eſt ab eodem Notario cum ſo-
lemnitatibus requiſitis, vt eſt hoc, indubitanter probet,
quia in effectu videtur originale, ſicque tenet expreſſe Car-
5 din. *conſ. 72. ſingulatim. in 3. dub.* vbi dicit, quod ſi † Notarius,
qui rogatus fuit de inſtrumento, dedit ſemel vni copiam,
velit aliam facere ex cauſa, quod poteſt, vt not. *in l. vnum. ff.
6 de teſtam.* talis † exemplatio fieri poſſit etiam abſque cita-
tione, quia vtrumque inſtrumentum originale dicitur; ſub-
7 ditque Cardin. quod ſi † Notarius dicat, hoc eſt exemplum
cuiuſdam inſtrumenti manu mei Notarii, licet exemplum
appelletur, tamen fidem facit, & non eſt maioris auctorita-
tis originale, quam ſit tale exemplum, aliàs dicit Cardinal.
Notarius numquam poſſet tradere inſtrumentum publi-
cum & auctenticum, cum † originale debeat apud ipſum 8
remanere, *c. quoniam contra. de probat.* idemque tenet Ceph.
conſ. 452. num. 11. cum ſeq. citans Purpuratum *num. 20.* Iacobin.
de S. Georg. *n. 23. in d. auth. ſi quis in aliquo.* cenſetur † enim ori- 9
ginale, & non exemplum, vbi eſt ab eo exemplatum, qui
fuit rogatus, gloſſ. *in d. l. vnum. & in c. dudum. de conuerſ. coniug.*
Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis. § prætor. ff. de eden.* & alibi, vt
per Iaſ. *in l. publicati. ſub nu. 0. verſ. ſed ad hoc dictum. C. de teſtam.*
demumque Ceph. *nu. 17.* inquit, quod non poſſit † negari, 10
quin exemplum manu Notarii deſcriptum ſaltem faciat
magnam præſumptionem, ſecundum Claudium Aquen-
ſem *in d. auct. ſi quis in aliquo. num. 19.* poſt alios, quos ibi citat,
quæ † magna præſumptio eſt tranſlatiua oneris probandi 11
contrarium in aduerſarium, *l. generaliter. § ſi petitum. in fin. ff.
de fidei. lib.* Dec. *conſ. 400. col. 3. verſ. & ratio manifeſta. & conſ.
597. n. 4.* Crau. *conſ. 135. n. 42.*

Secundo, dum longa ſerie narratur, proceſſus alias fa-
ctus in Romana Curia, & dicitur inter cætera, quod depu-
tatus fuit Reuerendiſſimus Caſſadorus executor, cum illa
clauſula; conſtito ſibi de re iudicata; ille tamen abſque eo,
quod ſibi conſtaret de re iudicata, executoriales relaxauit
contra Comitem Borſium, conſiderandum eſt, quod cum
iamdiu de anno 1526. executoriales relaxatæ fuerint per di-
ctum Caſſadorum, & ſic iam annis 60. & vltra tranſactis,
huiuſmodi † ſolemnitas cognitionis rei iudicatæ, ex curſu 12
tanti temporis præſumitur interueniſſe, ſicque præſumitur
conſtitiſſe dicto Caſſadoro de re iudicata, iux. notata per
Ang. *in l. ſciendum. ff. de verb. obl.* quem cæteri ſequuntur ibi,
prout refert Alex. Iaſ. & alii Modet. Dec. *conſ. 222. num. 9.* Fe-
lin. abunde *in c. ſicut. de re iudic.* D. meus Rimin. *conſ. 292. nu.
85. & conſ. 429. num. 25.* & vtrobiq; dixi *in apoſtil.* ſicut & *conſ.
339 num. 33.* dum vero ſubiicitur, quod cauſa commiſſa Re-
uerendo D. Camillo Balliono, ipſe relaxauit executoriales
contra Comites, Alfonſum & Theophilum, Calcagninos,
ann. 1534. eodem vero anno à Marcolo Creſcentio audito-
re emanarunt literæ citatoriæ & inhibitoriæ, ad preces Cal-
cagninorum; vnde † dicitur ſublata facultas exequendi di- 13
ctas literas executoriales Ballioni, imo vero quicquid a-
ctum fuit, aut agitur, dicitur attentatum, vt per Lancello-
tum *in tract. de attent. in præfat. cap. 4. num. 308.* Diligentius eſt
conſiderandum, cum iam dicta † inhibitio non fuerit exe- 14
cuta contra dictus iugales Caſales, nec ſucceſſores ſuos, vti-
que non debet attendi, nec eos afficit, vt declarat in termi-
nis Lancellot. *in d. præfat. cap. 4. 2. partis num. 10.* ibique citat v-
nam deciſionem dominorum, qui ſecuti fuerunt aliam de-
ciſionem Creſcentii 77. hancque limitationem Lancello-
tus † ampliat, vt procedat, etiamſi citandus habuiſſet ali- 15
quam notitiam citationis, vt per Pariſ. *conſ. 81. origo num. 13.
volum. 4.* Idque præter eos confirmatur, quia cum require-
retur, vt dicta † citatio & inhibitio fieret dictis iugalibus, vt 16
comparerent, ad ſe defendendum ab appellatione, & reſti-
tutione petita per dictos Comites Calcagninos, neceſſaria
fuit denuntiatio dictis iugalibus, iuxta doctrinam Bar. *in l.
denuntiaſſe. in princip. ff. de adulter. & in l. 2. § voluntate. ff. ſolut.
matrimon.* Bar. Bald. & Ang. *in l. qui abſentem. ff. de procur. cum
ſimil.* per Dec. *conſil. 74. column. 2.* quem ſequitur Socin. iun.
conſ. 4. in fin. vol. 2. & vt quis dicatur † ſcire, requiritur vt ſciat 17
factum cum omnibus ſuis qualitatibus & circumſtantiis, a-
liàs dicitur neſcire, gloſſ. *in c. concertationi, verbo, ſcinerit. de
appel. in 6.* quam pro ſingulari Romanus adducit *conſ. 342.
prope finem.* & in ootab. quæſt. Alexan. *conſ. 114. col. 2. vol. 1.* &
Crauet. *conſ. 424. num. 9.* pluraque id genus ego dixi *conſ. 619.
num. 92.* quæ cum videri poſſint, omitto. Sed aliud bene
pulchrum non prætereo, quod licet † inhibitio, in qua ſe 18
fundant aduerſarii, ſit magni momenti, cum, ſiue iuſta ſit,
ſiue iniuſta, timenda ſit. Rota *deciſ. 26. alias 307. nota quod au-
dientia. in fin. de appell. in antiq.* attamen † videtur certis ter- 19
minis coarctari, & litem ſeu appellationem concomitari,
& ea durare, quouſq; cauſa & articulus appellationis pen-
det, quia perempta † inſtantia lis non dicitur amplius eſſe: 20

Propterea conſequens eſt, vt nec etiam effectus inhibitio-
nis, perempta inſtantia, duret; ita Lancellot. *in d. præfat. 2.
par. tit. c. 4. n. 520.* ſed ab anno 1534. 15. Septem. ſine dubio per-
empta fuit inſtantia dictæ appellationis & reſtitutionis: er-
go non debuit, nec poteſt impediri executio literarum exe-
cutorialium dicti Reuerendi D. Ballioni. Nunc ad tertium
21 deuenio; quod dicitur, per mortem † Pontificis delegantis
& Ballioni delegati omnem iuriſdictionem expiraſſe, *l. mo-*
22 *re. l. & quia. ff. de iur. omn. iud. & cap. relatum. de off. deleg.* † niſi
facta fuerit delegatio ſub nomine Sedis Apoſtolicæ, non
autem ſolius dignitatis Pontificiæ, vt per Dec. *in d. l. more. nu.
17.* Sed ego reſpondeo, quod cum ſignatura facta precibus
Comitum Alfonſi & Theophili de Calcagninis dicat: *De
mandato domini noſtri Papæ audiat magiſter Camillus, citet, pro-*
23 *cedat, &c.* vtique bene dicitur facta † delegatio ſub nomine
Sedis Apoſtolicæ, nedum dignitatis Pontificiæ, quia ſolus
eſt ille, qui ſedet, Papa, velut ſucceſſor Petri Apoſtoli; vnde
ceſſat obiectum: & in quantum ſubiicitur, nedum omnem
iuriſdictionem, ſed & actionem iudicati fuiſſe extinctam,
quinquaginta duorum annorum lapſu; aduerti debet, vt
dictum fuit in ſcriptura replicatiua, in procur. 38. id dici
non poſſe, ſtante immortalitate principalium, Banchi pro-
curatoris, quam eorum auctorum, & eorum iuſta ignoran-
24 tia: nam † volenti agere non currit præſcriptio, *l. 1. C. de an-*
25 *nal. exc.* quæ regula naturali iuri innititur, quia † vbi non eſt
negligentia, & ſucceſſiue culpa, non poteſt eſſe pœna, vt in
ſpecie tradit Bal. *in auth. niſi triennale. verſ. ſed quid dices. C. de
bon. mat.* cum ſimil. per Dec. *conſ. 468. colum. final.* & licet De-
26 cianus *reſpon. 13. num. 83. & 87. vol. 2.* dixerit, contra † ignoran-
tem currere præſcriptionem 40. annorum, nec dari reſtitu-
27 tionem, poſt Socin. iun. & alios, quos citat: tamen † fatetur
minori eam dari, ſi petat, *per l. 1. C. ſi aduerſ. vſucap.* quæ bene
petita fuit in calce dictæ ſcripturæ replicatiuæ, quinimo i-
28 pſe Decian. *reſpon. 44. nu. 31. vol. 2.* dicit, † reſtitutionem in in-
tegrum dari, ex capite ignorantiæ, nedum aduerſus præſcri-
ptionem 30. annorum, ſed etiam 40. annorum, vt late con-
cludit Alexan. *conſil. 84. num. 3. volum. 1. & conſil. 169. num. 15.
29 vol. 2.* vbi atteſtatur, hanc eſſe † communem, idemque te-
net *conſ. 116. nu. 2. vol. 5.* vbi pariter atteſtatur hanc eſſe com-
munem, & quod ab ea in iudicando non ſit recedendum;
& idem teſtatur Gozad. *conſ. 56. col. 3.* vbi etiam dicit, hanc
30 eſſe † veram & commun. opin. & idem tenet Calcan. *conſ.
26. col. fin.* Dec. *conſ. 267. col. fin.* & Rub. Alex. *conſ. 13. col. fin.* vbi
31 plus dicit, quod imo † detur hæc reſtitutio, ex capite igno-
rantiæ, etiam aduerſus præſcriptionem centum annorum;
& hanc comprobat, & ſequitur, vti veriorem, Crauet. *conſ.
201. num. 34.* vbi relatis contrariis hanc comprobat pluribus
fundamentis, &, vt cum Deciano concludam, hoc tollit o-
mnem difficultatem huius dubii propoſiti.

Succedit nunc, quod dicitur quarto loco; quod cum hæc
32 executio † proueniat à delegatione ſummi Pontificis, ſe-
quitur, vt poſt annum expirauerit, ſiue executio facta fue-
rit, ſiue non, vt eſt tex. & ibi Butr. Abb. & Felin. *in c. querenti.
de off. deleg.* Innocen. *in c. proſtlorum. de preben. num. 9.* igitur
cum nedum annus fuerit lapſus, ſed multa luſtra, non po-
teſt poſt annum, à iure determinatum, peti executio: circa
quod aduerti debet, quod cum Caſſadorus, & ſubinde
Ballionus, intra annum ſuæ delegationis, literas ſuas execu-
toriales commiſerint, ſed actualem executionem habere
non potuerint, ob mortem Comitum Borſii & Thomæ, fi-
liosque eius infantes derelictos, & qui latitantes teneban-
tur, ne citari poſſent, vt narratur, & in facto ſupponitur;
nunc quod agitur de conſummatione illarum literarum
executorialium præcedentium, iam actarum & inchoata-
rum, non dicuntur actores iſti facere rem nouam aut diuer-
33 ſam, prout videmus, quod † in executione ſententiæ non
detur noua inſtantia, vt per Cyn. *in l. ab executione. C. quor. ap-
pell. non recip.* Bal. *in l. tale pactum. § qui prouocauit. q. 10. ff. de pac.
& in l. 2. C. de execut. rei iud.* Bar. *in l. diuibus. C. de agric. & cenſ. lib.
11.* Alex. *in l. properandum. in prin. C. de iudic.* quos citat Decian.
reſp. 11. num. 61. vol. 1. vnde dici poteſt, quod inquit Imperator
in l. rem non nouã. C. de iudic. rem non nouam aggredimur, ſed
antiquis Legislatoribus placitam, vnde non tractant Acto-
res de exequendis executorialibus illorum delegatorum,
poſt annum ſuæ delegationis, ſed de earum actuali con-
ſummatione, & ſic vt ex tunc, non autem vt ex nunc, agunt
in præſenti cauſa.

Secundo dico, quod ceſſet omnis difficultas, ope & be-
neficio reſtitutionis in integrum, petitæ per Banchum, no-
minibus iſtorum Actorum, in fine ſuæ ſcripturæ replicati-
uæ, quæ † reſtitutio in priſtinum omnia illæſa conſeruat, 34
perinde ac ſi nihil actum fuiſſet, vt probat text. *in l. ei cuius. ff.
commun. præd. & Inſt. de aſſig. lib. in fin. prin. l. quod ſi minor. § re-
ſtitutio. ff. de minor.* Bar. *in l. qui proprio. § idem quæritur. in 1. opp.
ff. de procur. & in l. Gallus. § & quid ſi tantum. col. 3. verſ. redeo ad
gloſſ. ff. de lib. & poſth.* cum ſimil. quos late cumulat Decian.
reſp. 110. col. 1. vol. 3.

Quinto dicitur, quod tam Caſſadorus, quam Ballionus,
qui executoriales relaxarunt, erant † Iudices dati ſub con- 35
ditione, conſtito de re iudicata, vnde non prius acquiſiue-
runt iuriſdictionem, quam impleta Reſcripti conditione,
vt per Guid. Pap. *q. 70.* & Vantium *in tractat. de nullit. ſenten.
tit. de nullit. ex defectu iuriſd. delegat. nu. 91.* vbi dicit, quod ſuper
hac † conditione debeat præcedere cognitio & citatio. Io- 36
ſeph. Ludouic. *concl. 8. verſ. infertur ſecundo.* at nihil apparet
(vt dicitur) deductum, ex quo conſtiterit de re iudicata: igi-
tur non potuerunt dicti delegati vlterius procedere, vt fe-
cerunt. Cui motiuo ſupra reſpondi *verſ. ſecundo dum longa.*
quod ex antiquitate temporis ſolemnitas cognitionis rei
iudicatæ præſumatur interueniſſe, & prædictis delegatis
conſtitiſſe, vt per Ang. & alios *in l. ſciendum. ff. de verb. obl.* &
concordantes, quos allegaui, quibus addo Decian. *reſp. 41.
nu. 99. vol. 2.* Præterea, quod interuenerit cauſæ cognitio, te-
ſtatur Caſſadorus, dicens, ſe dediſſe in curatorem Magi-
ſtrum Dominicum Turnium, filiis Comitis Thomæ, &
eum iuraſſe de officio pro dictis filiis fideliter exercendo, i-
tem poſitiones & articulos pro parte dictorum Iugalium
datos & exhibitos, & teſtes examinatos, & ſe inueniſſe o-
mnia & ſingula fore & eſſe vera, & vt latius aſſerit ipſe Caſ-
ſadorus, cui vt † Iudici aſſerenti cauſæ cognitionem inter- 37
ueniſſe credendum eſt, licet in priuato ſecus eſſet, *per l. ſi for-
te. ff. de caſtr. pec.* vt per Alexan. *in d. l. ſciendum. col. 7. & conſ. 24.
conſultin. alias. circa fin. vol. 4.* idemque Bald. *in Rubr. de offic. de-
leg. col. fin.* Dec. *in c. quoniam contra. ſub nu. 54. de prob. & in c. cum
ſit Romana. in prin. de appell.*

Sexto, dum dicitur, executoriales fuiſſe decretas aduer-
ſus Comites Alfonſum & Theophilum, quod illi eſſent
heredes Comitum Borſii & Thomæ, & in vitium ſpolii
ſucceſſiſſent, vt narratur in executorialibus, id † probari 38
debuit, antequam procederetur ad executionem, vt per
Ruin. *conſ. 88. num. 10. & conſ. 128. in princ. vol. 5.* eadem reſpon-
ſio cadit. quod cum Caſſadorus in ſuis literis directiuis, &
intimatis diuerſis inter cæteros dicit: *& præſertim quibuſdam
filiis minoribus quondam Thomaſii, & heredibus quondam Borſii de
Calcagninis præfati, quondam Thomaſii nepotis heredibus ex ad-
uerſo principalibus,* qui fuerunt in effectu Comites Alfonſus
& Theophilus; ſequitur, quod de prædictis ſtandum ſit aſ-
ſertioni dicti D. Caſſadori Iudicis deputati, per allegatas
deciſiones ſupra: & in quantum ſubiicitur, dictos Comi-
tes, Alfonſum & Theophilum, Comitemque Cæſarem,
nunc reum conuentum, non poſſe dici intruſos ſeu † vitio- 39
ſos poſſeſſores, aut in vitium ſpolii ſucceſſiſſe, cum ex di-
uerſa cauſa ex ſucceſſione Comitum Borſii & Thomæ ade-
pti fuerint poſſeſſionem Cupriaci, videlicet ex cauſa inue-
ſtiturarum, non autem ex aſſerta cauſa ſpolii: & † quando 40
poſſidens habere poteſt ex alia cauſa, non dicitur intruſus,
vt per Ruin. *conſ. 128. num. 4. vol. 5.* Gabriel. *conſil. 31. num. 20.* &
Burſat. *conſ. 413. num. 28.* animaduerti debet, quod cum acto-
res agant remedio † reintegrandæ poſſeſſionis, communi- 41
ter receptum eſt, exceptionem dominii non obſtare, nec
impedire, quominus actores ſpoliati ſint ante omnia re-
ſtituendi, vt tradunt abunde Iaſ. Soc. & Ripa *in l. rem quæ nobis.
ff. de acq. poſſ.* Alex. *conſ. 33. vol. 6.* Dec. *conſ. 57. col. pen.* Ripa *in c.
ſæpe. num. 37. & 50. de reſt. ſpol.* & communem † teſtatur Me- 42
noch. *in tract. de recuper. poſſ. in 4. reſpon. num. 30.* Tantoque mi-
nus allegata exceptio dominii dictorum Comitum debet

atten-

Digitized by Google

ſcendi, quod allegata per eos inueſtitura fuit de anno
1536. titulus vero emptionis dictorum iugalium fuit de an-
no 1512. ſicque longe prius poſſeſſionem quæſiuerunt dictis
43 Comitibus, vnde † poſſeſſio dictorum Comitum poſte-
rior, & noua, clandeſtina præſumitur & vitioſa; & ex hoc
ſolo inſurgit poſſeſſionis ſpoliatio dictorum iugalium, & a-
ctorum, vt tradit Bal. *in l. pen. col. penul. C. ſi à non compet. iud.*
cum ſimil. per Menoch. *in d. tract. remed. 15. num. 384.* Quæ ve-
ro dicuntur de Borſio & Thoma reſtitutis ad poſſeſſionem
Capitaci per Breue Leonis X. anno 1516. & Clementis
VII. anno 1522. miſſa facio, cum de illis nunc non agatur,
ſed cum Comite Cæſare, nec dicta Breuia in proceſſu vi-
derim.

Septimo dicitur, quod iſtæ executoriales proceſſerint
ex falſa cauſa, quod dicti minores eſſent veri contumaces,
quod tamen erat verum, quoniam citari non poterant abſ-
44 que curatore, nec ſi fuiſſet ipſe † curator verus contumax,
non ob id illi dicerentur veri contumaces, vt tradit Bal. *in l.*
45 *minor etiam. lectura 2. ff. de minor.* nec † etiamſi fuiſſent citati,
dicerentur contumaces, modo non dixiſſent ſe nolle veni-
re, vt tradit Natta *conſ. 17. num. 4.* & ſine aſſignatione termini
ad docendum de intruſione & ſucceſſione in vitium ſpo-
lii, vt per D. meum Rimin. *conſ. 670. num. 8.* Sed ſuper his ad-
uerti debet, quod prædictis minoribus decretus fuit cura-
tor per ipſum D. Caſſadorum, citatuſque fuit, ad viden-
dum mandatum executiuum contra dictos filios Thoma-
ſii decerni, & concedi, vel dicendi, & cauſam allegandi,
quam habebat rationabilem: quare præmiſſa fieri non de-
46 bebant; quibus ita ſtantibus Bal. *in d. l. minor.* etiam † arguit
contumaciam minoris, ſi tutor vel curator citatus fuit con-
47 tumax; licet enim † minor non poſſit eſſe contumax per ſe,
bene poteſt eſſe contumax per tutorem, vel curatorem;
propterea cum dictus curator non comparuerit, merito
48 fuit declaratus à Caſſad. contumax: & poſito, quod † dictis
nominibus, ſi petiiſſet in integrum reſtitui, ei concedi de-
buiſſet in integrum reſtitutio, cum non reſponderit, nolo
venire, vt per Angel. & Caſtr. *in l. vbi. ff. de eden.* cum ſimil. per
49 Nattam *in d. conſ. 7.* attamen † eam petere debuit infra qua-
driennium continuum, poſt minorem ætatem, *l. fin. C. de
temp. in integ. reſtit.* Bal. *conſil. 390. num. 5. vol. 5.* Capic. *deciſ. 109.
num. 5.* Soc. iun. *conſ. 128. num. 156. vol. 1.* & Cephal. *conſ. 3. num.
130.* quos allegat Oddo Sfortia *in tract. de reſt. in integ. prima p.*
50 *q. 10. num. 18.* & iſta † reſtitutio nec intra quadriennium, nec
poſt illud iam diu tranſactum, fuit vnquam petita, nec à di-
ctis filiis Thomæ, factis maioribus, dato, quod ſciuerint ab-
unde de factis per dictum Caſſadorum, & alios delegatos,
litigando longius in Romana Curia, quo ſtante, dato
quod de læſione conſtaret, reſtitui non poſſent; præſertim
contra ſententiam dicti Caſſadori, quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam, *c. 1. de reſt. in integ. lib. 6. clem. 1. eod. tit. & not. in l. reſpu-
blica. C. ex quib. cauſ. maior.* late tradit Alexan. *conſil. 30. num. 6.*
& Decian. *reſp. 18. num. 252. vol. 1.* Nec fuit opus aſſignari ter-
minum, ad docendum de intruſione & ſucceſſione dicto-
rum filiorum in vitium ſpolii; cum claris & apertis verbis id
atteſtatus fuerit ipſe Caſſadorus, in ſuis executorialibus, *in
proc. 145.* dicens de filiis dicti Thomaſii, *qui in vitium ſpolii di-
ctum Caſtrum detinent*; cuius aſſertioni ſtandum eſt, alio in
contrarium non apparente, per ſupra deducta.

Octauo principaliter dicitur, nedum executoriales præ-
dictas reiiciendas eſſe, ſed & omnem actionem, quæ reſul-
taret ex re iudicata, eſſe præſcriptam, nec nouas executoria-
51 les impetrari poſſe: nam † cum longe lapſus ſit terminus
annorum 30. præſcriptum fuit executioni & actioni rei iu-
dicatæ, vt per Bal. *in Rubr. de præſcrip. col. final.* Balb. *in tract. de
præſcrip. in 4. quæſt. 4. part. 4. partis princip. quæſt. 31.* Afflict. *deciſ.
245. in fine. & deciſ. 345. num. 10.* Alteri us *in praxi. §. 31. limitat. 18.*
Cui motiuo diligentius aduerti debet, ne nos decipiat,
52 quod † procedat & intelligi debeat ſubſiſtente bona fide
præſcribentis; ſecus autem, quando conſtat de initio vitio-
ſo, quod fuit tempore Comitis Borſii & Thomæ, qui dictos
53 iugales ſpoliarunt: nam † tali caſu lapſus, etiam centum an-
54 norum, nihil prodeſt; quia † bona fides etiam in iſto lapſu
temporis requiritur. Francus *in c. 1. col. fin. de præſcr. in 6.* Pariſ.
conſ. 26. num. 31. volum. 1. Crau. *de antiq. temp. in 4. par. num. 180.*
& † mala fides defuncti impedit heredes præſcribere, cum 55
teneantur illius conſcientiam exonerare. Butrig. & Abbas
in c. ſi diligenti. de præſcrip. Alexan. *in l. Pomponius. §. cum quis. ff.
de acquir. poſſ.* Dec. late *conſil. 272. num. 6.* D. meus Rimin. *con-
ſil. 100. num. 54.* qui † communem teſtantur, quos ego ſecutus 56
ſum *conſil. 215. num. 67.* & quibus addo Crauettam *conſil. 742.
num. 6.* vbi dicitur, quod † mala fides auctoris ſucceſſori et- 57
iam ſingulari obſtet, & effectum tituli perimat, pro eoque
tes habeatur, ac ſi titulus nullus interueniſſet. *auth. mala fi-
des. C. de præſcr. longi temp.* citatque Fulg. *conſil. 190. ante finem.
verſ. ad tertium. & conſ. 214. col. 2. in fin.* ſicut & Angelum Aret.
in §. ſed iſta col. 8. verſic. quæro ab extra. Inſt. de action. quod au-
tem dicti Comites Borſius & Thomas dictos iugales de
Caſalibus ſpoliarint, adeſt ſententia Triuulcii Auditoris,
hoc affirmantis, & Caſſadorus hoc etiam teſtatur in ſuis ex-
ecutorialibus, vt videri poteſt.

Nono dicitur, † ſtante lapſu tanti temporis, & poſſeſſio- 58
ne in contrarium ſecuta, ſententiam & executoriales non
fuiſſe vſu receptas, vnde non ligant, vt de ſententia tradit
Ceph. *conſ. 96. nu. 18.* Crau. *conſ. 485. nu. 89. & conſ. 592. nu. 27.* Cui
motiuo reſpondeo, quatenus pertinet ad poſſeſſionem al-
legatam, quod cum ſemper fuerit † litigioſa in vrbe Roma, 59
& alibi, vis in ea fieri non poteſt, *l. 1.* & ibi Bar. & alii, *ff. de li-
tigioſis.* cum † etiam per litis conteſtationem perpetuetur actio, 60
quæ primo non erat perpetua, *l. 2. C. quando libell. prin. l. in ho-
nora. 111. verſ. ſed cum reſciſſa. ff. de act. & oblig. §. rurſus. Inſt de act.
gloſſ. in l. fin. in verb. ſiruendam. C. de temp. in integ. reſtit. cum ſim.*
vbi etiam habetur, quod † vitium litigioſi inducit malam 61
fidem, & interrumpat præſcriptionem, ſequitur Decian. *re-
ſpon. 24. num. 20. vol. 1.* qui, ſicut concludit, quod in caſu ſuo
ſuper inueſtitura pars non poteſt ſe fundare, ſic in caſu no-
ſtro dici poteſt, quod nec ſuper allegata poſſeſſione poteſt
fieri fundamentum, tantoque minus, quod dicti iugales &
eorum ſucceſſores ſemper retinuerunt poſſeſſionem ciui-
lem; licet dicti Comites Borſius, Thomas, vel alii, ingreſſi
fuerint naturalem, vt pulchre declarat Socin. *conſil. 47. col.
pen. verſ. poſtremo vol. 1.* Decian. *reſpon. 15. nu. 43. vol. 1.* Quod ve-
rò dicitur, dictam ſententiam & executoriales non fuiſſe v-
ſu receptas, ideoque non ligare; reſpondetur, quod † per 62
non vſum aut deſuetudinem ſimplicem non fuerint ſub-
latæ, ſed opus fuiſſet, quod contrarius vſus interueniſſet, vt
tradit Cyn. *in l. rem non nouam. C. de iud. & in l. fin. C. de iur. & ign.
impet.* ſicut & alii numeroſi per me cumulati, *Inſt. de teſtam.
in prin. nu. 127. cum ſeq.* At ex parte dictorum Comitum non
interuenit contrarius vſus, puta faciendo reuocari dictam
ſententiam & executoriales; imo vero Caſſadorus & Bal-
lionus eas ſucceſſiue relaxarunt & confirmarunt: ergo non
fuerunt vllo modo ſublatæ.

Decimo & vltimo, dum dicitur, executoriales relaxatas
contra Comitem Borſium non eſſe exequendas contra
Comites, Alfonſum & Theophilum, minuſq; contra Co-
mitem Cæſarem, qui non ſucceſſerunt in vitium ſpolii, vt
per Ripam *in c. ſæpe. num. 40. de reſt. ſpol.* Menoch. *remed. 16. de
recup. poſſ. num. 26.* reſpondeo, quod imo Caſſadorus in ſuis
executorialibus dicat expreſſe, quod filii dicti Thomaſii in
vitium ſpolii dictum Caſtrum detineant, quæ executoria-
les † cum in rem iudicatam tranſiuerint, pro veritate ha- 63
bentur, *l. res iudicata ff. de regul. iur.* nec dubitari debet, filios
Comitis Thomaſii, qui fuerunt Comites Alfonſus & Zeo-
philus, non doceri fuiſſe heredes Comitis Borſii, cum ap-
pellentur fuiſſe illius heredes, in literis executorialibus
Caſſadori & Ballioni, ſæpius in earum diſcurſu; quibus † ex 64
antiquitate temporis pariter eſt ſtandum, licet enunciati-
uis, in hoc velut ſæpius repetitis, & in diuerſis ſcripturis, vt
per Dd. quos cumulat Dec. *in l. ex hi. num. 10. C. de teſtam. mil.*
qui dicit, quod ſi † verba enunciatiua ſemiplenam faciunt 65
probationem, ergo geminata faciunt plenam probatio-
nem: & in quantum dicitur, Comitem Cæſarem non poſſe
dici ſcientem ſpolii, cum poſſederit, & poſſideat poſt pa-
trem & auum, qui ſine aliquo vitio poſſederunt, & inter-
medii fuerunt, vt per Ang. *conſ. 157. num. 1. & ſeq.* & Menoch.
poſt eum *in tract. recup. poſſ. remed. 16. ſub nu. 56. verſ. declaratur.*

Digitized by Google

reſpondeo, quod factum aliter ſe habeat, cum imo pater &
auus fecerint vitium ſpolii, & ſuper eo ſemper litigauerint;
66 vnde bene ſequitur, quod hoc † remedium recuperandæ
concedatur contra quemcunque mediatum ſucceſſorem
vitioſum, vt tradunt quamplures cumulati per Menoch.
loc. citat. potiſſime Rubeus in l. naturaliter. §. nihil commune. n.
67 60. in fin. & poſt eum Cotraſ. in 2. par. n. 137. qui teſtantur, † o-
mnium eſſe ſententiam, concedi etiam contra milleſimum
ſucceſſorem, cum in omnibus ſemper militet ratio peccati,
vt per eos in dictis locis. Poſtremo omnium, dum conclu-
68 ditur, † ſententiam latam contra ſpoliatores Comites, Bor-
ſium & Thomam, non poſſe exequi aduerſus heredes, qui
iuſte potuerunt poſſidere, prout in effectu poſſederunt
Comites Alfonſus & Theophilus, virtute inueſtiturarum
habitarum à Sereniſſimo Duce Borſio, prout ſic dicitur tra-
dere Innocentium in d. c. Abbati. nu. 3. de ver. ſig. ſecundum cu-
ius opinionem iudicauit Senatus Neapolitanus reiecta
ſententia Fabri, vt refert Afflictus deciſ. 345. nu. 10. 11. & 12. Ad-
69 uerti debet, quod † Innoc. loquitur in Remedio Vti poſſide-
tis, in quo dicit, actionem in factum non dari ex re iudicata,
ex turbatione heredis, quia forte iuſte turbat, vtpote qui
non vi, nec clam, nec precario poſſideat ab aduerſario, &
heres non tenetur ex delicto defuncti; at actores in caſu no-
70 ſtro egerunt, & agunt † remedio recuperandæ poſſeſſionis,
contra quod exceptio dominii non obſtat agenti, vt ſupra
71 dixi ſexto loco, verſ. animaduerti debet. cum † detur contra n-
ullo poſſidentem, vt tenent Hoſt. Calder. Ioan. de Lignag.
Butr. & Abb. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. cum ſimil. per A-
lex. & alios in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. qui tenent, hanc
72 opin. † contra Bart. eſſe magis communem, dicitque Iaſ. ſe
ita conſuluiſſe, prout reperitur in conſ. 71. col. 1. vol. 4. ideinque
tenet D. meus Rimin. conſ. 67. nu. 7. vbi in apoſtillis alios ad-
duxi, & alios quamplures addidi conſ. 91. n. 18. cum ſeq. qui te-
73 ſtantur, hanc † eſſe communem; & inter cæteros Maran-
74 tam in 7. diſtin. principali iudicior. num. 50. vbi dicit, † tale re-
medium generaliter competere illi, qui ſine cauſa iuſta ce-
cidit à poſſeſſione, quæ peruenit ad alium, ſiue bona, ſiue
mala fide, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue cum vitio, ſiue
ſine, cum titulo, ſiue non; & Soc. iun. conſil. 34. num. 12. volum.
75 3. dicit, ab hac † opin. non eſſe recedendum in conſulendo,
& iudicando. Quare ne ſim prolixior, reſponſum remanet
dictis ex aduerſo datis pro dubiis. Modo ſupereſt aliis du-
biis prius datis reſpondere, ne quid intactum remaneat; di-
76 citur ergo, quod cum † mandatum fuerit Sereniſſimo Du-
ci Ferrariæ, vt mitteret in poſſeſſionem Caſtri Cupriaci Il-
luſt. D. Caſandram de Caſali, & D. Lauram, eius filiam, re-
moto quocunque illegitimo detentore, videtur demanda-
ta iuriſdictio cognoſcendi, an detentor ſit illegitimus, vel
legitimus, vt per Innocen. in cap. cum olim. 2. de priuil. & Abb.
in c. de cætero. num. 8. de re iud. quo ſtante, executio executoria-
lium denegari poteſt, & prius cognoſci de iuribus Comitis
Cæſaris Calcagnini, non nominati in ſententiis, nec in exe-
cutorialibus, & ſic tertii poſſeſſoris, iuxt. notata in l. à diuo
Pio. §. ſi ſuper rebus. vbi gloſſ. & Bar. ff. de re iud. Bald. in l. merito-
rum. C. ne vxor pro marit. & abunde Dec. conſ. 198. num. 5. cum
aliis deductis. Super quibus dubiis conſiderandum eſt in-
primis, quod in literis executorialibus nuſquam video fuiſ-
ſe appoſitam dictam clauſulam; remoto quocunque illegitimo
detentore: imo vero in executorialibus directiuis Sereniſſi-
mo & inclytæ memoriæ Principi, Duci Alfonſo I. dicitur;
vobis vero Illuſtriſſimo Principe, & domino D. Alfonſo E-
ſtenſi, præſentis noſtri proceſſus & mandatorum, imo ve-
tius Apoſtolicorum, executore duntaxat excepto: ſic enim
reperitur ad vnguem commiſſum præfato Sereniſſimo Du-
ci per Caſſadorum, ſumma cum reuerentia; vbi fuit appel-
latus executor duntaxat, & ſic merus & ſimplex executor,
77 vt denotat illa dictio, † duntaxat, excluſiua omnium alio-
78 rum caſuum, ſicut & dictio, † tantum. Bar. in l. ſi quidem. C. de
tranſ. & in l. rationes. C. de prob. Bar. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de
pact. cum ſimil. per Decian. reſpon. 86 num. 48. vol. 3. Natta con-
ſil. 28.

Secundo, dato, ſine tamen præiudicio veritatis, quod in
d. executorialibus adeſſet dicta clauſula: tamen illam deci-
ſionem Innocentii notabiliter limitat Abbas in d. c. de cæte-
ro. num. 8. in fin. non procedere, quando præceſſit ſententia
& cognitio ſuper executione fienda, quia tunc eſt merus
executor; ita concludit Abb. dicens, & ſic limito Innocen-
tium, quem ſequitur Felin. num. 9. & vtrumque ſimpliciter
refert, & ſequitur Quintilianus Mandoſius in apoſtill. ad al-
legat. Lapi 15. ſub litera O. verbo, amoto, & quod cauſæ cognitio
præceſſerit ſententiam D. Triuulcii Auditoris Sacri Palatii,
admiſſis pro eorum intereſſe Comite Borſio & Thomaſio
de Calcagninis, ad defenſionem iurium ſuorum, vt in eo-
rum precibus narrarunt & confitentur, quibus aduerſus
eos eſt ſtandum, l. cum precum. C. de liberal. cauſa. cum vulgar.
Ergo ſumus in d. limitatione Abbatis, & ſequacium; & in
quantum dicitur, Comitem dici † tertium poſſeſſorem, 79
cui competit ius impediendi talem executionem, vt not. in
d. §. ſi ſuper rebus. & in aliis locis citatis. Vnde iura ſua prius
diſcutienda ſunt, quia † nemo ſine cauſæ cognitione debet 80
ſua poſſeſſione ſpoliari, l. fin. vbi Bal. & Sal. C. ſi per vim, vel a-
lio modo. & Abbas in d. c. de cætero num. 7. de re iudicata. reſpon-
deo, quod iſtud forte poſſet procedere, quando iura dicti
Comitis Cæſaris eſſent diuerſa & ſeparata à iuribus ſuo-
rum anteceſſorum, vt Comitis Alfonſi, aui ſui, & Comi-
tum Borſii & Thomaſii; at ſecus eſſe debet, cum à iuribus
eorum dependeant, & ſint eadem, videlicet ab allegatis in-
ueſtituris, Comitibus prædictis, vt dicitur, conceſſis à Sere-
niſſimo Duce Borſio, & aliis Principibus Eſtenſibus, quia
ſententia † lata per Triuulcium contra prædictos Comites, 81
debet & huic Comiti nocere, iuribusmet eorum intentis
in hoc iudicio, vt per Oldrad. conſil. 313. Thema tale eſt, contra
promiſſionem. col. 3. in fin. & poſt eum Crauet. conſil. 481. num.
23. & iura in hoc remedio reintegrandæ non ſunt audien-
da, nec admittenda, vt ſupra latius dixi. Poſtremo dum di-
citur, quod licet in proceſſu executorialium narretur, quod
fuerint recepti teſtes, & articuli dati ſuper his, de quibus in
precibus; tamen id fuit tantum ſuper morte Comitis Borſii
& Thomæ, & ſuper infantili ætate Com. Alfonſi & Theo-
phili, & eorum latitatione, non autem quod fuerint intru-
ſi, & ſucceſſerint in vitium ſpolii, nihil eſt curandum de tali
cognitione, quæ debebat eſſe de eo, an habuerint infantes
illi † ſcientiam vitii, ſine qua quis non dicitur ſuccedere in 82
vitium ſpolii, c. ſæpe. de reſt. ſpol. Ego reſpondeo, quod ſi vi-
deantur penitus executoriales Caſſadori, narratur in eis lis
agitata, inter coniuges Caſales, & Com. Borſium, & Tho-
mam eius nepotem, ſuper ſpolio Caſtri Cupriaci, & de ſen-
tentia ſuper eo lata, quodque filii dicti Thomæ in vitium
ſpolii dictum Caſtrum detineant; & cum dicti filii in ab-
ſcondito detineantur, ſubiicitur de poſitionibus & articu-
lis, pro verificatione proximæ præinſertæ commiſſionis, &
in ea contentorum, datis & exhibitis, deinde concluditur,
ſe inueniſſe, omnia & ſingula in dicta proxime præinſerta
commiſſione contenta fore, & eſſe vera, & ſic de dicta lite,
& ſpolio, & de ſucceſſione dictorum filiorum Com. Tho-
mæ, in vim ſpolii; poſtremoq; ſubiicitur executio dictę ſen-
tentiæ, cum taxatione expenſarum, &c. vnde patet, quod li-
cet dicta capitula & teſtes fuerint recepta, & recepti ſuper
latitatione & morte, tamen etiam de ſpolio prædicto & a-
liis dictum fuit, notis ipſi Caſſadoro, ex proceſſu facto co-
ram Triuulcio, præceſſore ſuo, & in hoc res clariſſima eſt,
ſicut etiam quod de prædictis ſcientiam habuerint dicti fi-
lii Thomæ, per ſe, vel eorum matrem, & curatorem eis de-
cretum, vt narratur, & ex longitudine temporis ita præſumi
debet, vt ſuperius in diſcurſu dixi, verſ. decimo, & alibi, vbi vi-
dendum: non omittens interim, quod cum Comes † Cæ- 83
ſar ſit ſucceſſor dicti Comitis Alfonſi, mediante illius filio,
Comite Hercule patre ſuo, ſententia prædicta Triuulcii,
quæ tranſiuit in iudicatum, reſpectu illius defuncti, nocere
debet dicto Comiti Cæſari ſucceſſori, vt not. Bar. in l. ſi ma-
ter. §. fin. ff. de excep. rei iud. & in l. ſi ſuperatus. in fin. prin. ff. de pi-
gnor. Ruin. conſ. 128. nu. 17. vol. 2. Pariſ. conſ. 29. nu. 22. vol. 1. cum ſi-
mil. quos adducit Ceph. conſ. 241. n. 6. & præter eum Peruſ. in
c. ex ratione. col. antep. de appell. Neuiz. conſ. 20. nu. 23. & ego dixi
conſ. 41. n. 5. quę cum ſuperioribus dicta ſufficiant in hac cau-
ſa tam prolixa, laborioſa & veterana. Hippol. Rimin. Ferrar.

Pro

Pro Illuſtr. dom. Iulia Boiarda.

ARG. An & quando Princeps ſignando ſupplicationem omnia & ſingula petita in ea ratificaſſe, vel petitionem reſtrinxiſſe cenſeatur. Item verba, *in omnibus, & per omnia*, in reſcripto poſita quomodo intelligenda. Et an mulier, cui licentia data fuit faciendi omnem & quemlibet contractum, poſſit contrahendo renuntiare ſupplemento legitimæ. Item generalis renuntiatio an & quando comprehendat legitimam, etiam cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Signatura ſi ſit limitata, non attenditur petitio ſed ſignatura.*
2 *Dictio*, dictam, *eſt præcedentium repetitiua.*
3 *Verba reſcripti*, in omnibus, & per omnia, vt petitur, *ad quanam extendi poſſint & nu. 4. 7.*
5 *Reſcribens cum vult omnia complecti, & vti breuitate, expreſſo vno, ſubdit*, & cætera, vt petitur.
6 *Dictio*, tamen, *eſt limitatiua.*
8 *Licentia data mulieri faciendi quamlibet ceſſionem an comprehendat facultatem renuntiandi ſupplemento legitimæ. & nu. 9. 10. 19. 20. Et quid ſi interuenerit iuramentum. nu. 11. 12. & enormiſſima læſio. nu. 13. 14. 15.*
16 *Generalis renuntiatio vt non comprehendit legitimam, ita nec eius ſupplementum, cum requirant ſpecialem mentionem. & nu. 17.*
18 *Generalis liberatio non extenditur ad ea, in quibus poſſet eſſe captio ſeu læſio liberantis.*
21 *Reſcriptum & eius verba ſtricte ſunt intelligenda, veluti diſpenſatiua & odioſa. nu. 22.*
23 *Diſpenſatio in vno non intelligitur diſpenſatio in alio, cum diſpenſationes ſint odioſæ.*
24 *Actus Principis debet eſſe ab omni malitia & diminutione alienus. & nu. 25.*
26 *Verba*, libere, cum facultate ampla, & valide, *& id genus, tollunt regulas iuris.*
27 *Princeps an præſumatur in dubio voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, aut auctoritate ducali & nu. 31. 32. 33. 34.*
28 *Et actus munitus auctoritate Principis dicitur eſſe ſolemnior.*
29 *In teſtamento facto coram Principe non requiruntur teſtes, aut ſaltem duo. nu. 30.*
35 *Facta ad vnum effectum, alium non operantur.*
36 *Ceſſio iurium facta per mulierem patruo abſenti nil operatur.*
37 *Nec per ſtipulationem Notarii facta abſenti aliquod ius ei quæritur, niſi ſecuta ratificatione.*
38 *Pater an & quando præſumatur capere bonum conſilium pro filia, & quando fraus in eo arguatur.*
39 *Dos congrua conſideratur, attentis bonis paternis, non maternis, vel aliunde.*
40 *Filia dotata, per ſtatutum excluſa ab hereditate patris, intelligitur, ſi fuerit ab eo congrue dotata, nec impeditur ſuccedere fratri patris herede.*

CONSIL. DCCCXXII.

PRo reſolutione clara, reali & vera, motiuorum, quæ Magnifica Signatura propoſuit, aduerſus Illuſtrem D.
1 Innam Iuliam Boiardam, præſuppono, quod † vbicunque ſignatura reperitur limitata, non attenditur petitio; ſed ſignatura, quia ſæpe Princeps ſignando ſupplicationem reſtringit petitionem; ita tradit Abbas *in c. 2. de treug. & pace* Iaſ. *in l. 1. C. de diuer. reſcr.* & Ruin. *conſil. 43. nu. 3. volum. 1.* Vnde licet in propoſito dicta Illuſtris domina plura petierit ab illo verſ. *& conceder li licentia.* id eſt, *concedi ſibi licentiam*, vbi ibi. *& anco.* id eſt, *& inſuper*: tamen attendi debet ſignatura, dicens tantum; quod poſſit facere dictam ceſſionem & contractum, quod eſt illa verba repetere, *fare ogni contratto di ceſſione, di ragioni.* id eſt, *faciendi omnem contractum ceſſionis*
2 *iurium.* de quibus in precibus: quia illa dictio, † *dictam*, eſt præcedentium repetitiua. Bartol. in *l. 1. ff. de recept.* Dec. *conſil. 278. col. fin. conſil. 295. nu. 6.* Soc. iun. *conſil. 102. num. 3. conſil. 134. num. 37. vol. 3.* cum ſimilibus per Rol. à Valle *conſil. 30. num. 21.*
3 *vol. 4.* & ego *conſil. 246. num. 123.* nec illa † verba reſcripti, *in omnibus, & per omnia, vt petitur*, immediate ſequentia, ſignificant, quod voluerit Princeps concedere dictæ dominæ, quod poſſit facere alia petita per eam, ibi: *Quietanza, donatione.* id eſt: *Quietantiam, donationem.* cum ſequentibus, quia ad illa verba referuntur, ad dictam ceſſionem & contractum, eis proxima, vt in ſimili caſu proprie concludit Cor. *conſ. 5. vol. 2.* vbi tenet, quod † reſcriptum, dicens, quod pro- 4
cedatur ſummarie, vt petitur, non comprehendit petita procedendi, etiam ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, ſed illa verba, *vt petitur*, referuntur ad verbum, *ſummarie*, ſibi proximum, cæteraq; denegata videntur, ſecundum Corneum, qui etiam ſubdit, quod ſit de more, cum † reſcribens vult omnia 5
complecti, & breuitate vti, expreſſo vno, ſubdit, *& cætera, vt petitur*, vt ſic ſub illis, *&c.* omnia comprehendat: hoc autem minime fecit Princeps in ſuo reſcripto, quia protulit illa verba, *in omnibus, & per omnia, vt petitur*, ſine illis, *&c.* & ſine copula, quo caſu ſtant reſtrictiue, ad expreſſa tantum, per eum, *l. ea tamen adiectio cum ibi notatis per Bar. & alios. ff. de leg. 3.* vetus ergo ſignificatus illorum verborum fuit concedere petita in verſiculo, *& anco*, id eſt, *& inſuper*, quod manifeſte demonſtratur ex ſequentibus verbis reſcripti, dicentibus; *interueniente tamen præſentia Reuerendi domini Alfonſi Roſſetti*: nam illa dictio, † *tamen*, eſt limitatiua & reſtricti- 6
ua, *l. pro herede. §. quid tamen. ff. de acquir. hered.* declarat Aret. *in l. 1. §. pupillus. ff. de acquir. poſſ.* & Ruin. *conſ. 1. nu. 12. vol. 4.* voluit ergo Princeps per illa † verba, *in omnibus, & per omnia, vt pe-* 7
titur, remouere conſenſum attinentium decretum iudicis, & alias ſolemnitates ſtatuti, vt fuerat petitum in illo verſiculo, *& anche*, non autem concedere, quod vltra contractum ceſſionis iurium poſſet omnia alia petita facere, alioquin illa limitatio ſubiecta, de interuentu Reuerendi domini Alphonſi, non fuiſſet neceſſaria: & hæc eſt mera veritas & intelligentia dictorum verborum.

Hac nunc concluſione ſic ſtante, quod † Princeps dede- 8
rit huic dominæ licentiam faciendi quemlibet contractum ceſſionis iurium, videndum eſt, an comprehendatur, quod poſſit renuntiare ſupplemento legitimæ, & iura ſua ad illud cedere? & dicendum eſt, quod non: ſicut enim per illa verba: † *fare ogni contratto di ceſſione, di ragioni.* id eſt: *facere o-* 9
mnem contractum ceſſionis iurium. non comprehenditur contractus ceſſionis ſupplementi legitimæ, † quoniam ſpecia- 10
liter, & expreſſa mentio de illo facta non fuit, *l. ſi quando. §. & generaliter.* & ib not. Bal. Ang. Caſtr. Salyc. Iaſ. & alii, *C. de inoff. teſt.* Bal. Ang. Alberic. & Iaſ. *in l. de his. ff. de tranſact.* Alex. *conſ. 69. vol. 1. deciſ. Neap. 178. col. 2. num. 3.* ita nec ſub illis verbis Principis, quod poſſit facere dictam ceſſionem & contractum, quæ ad petita referuntur, cum ſecundum ea debeant intelligi, *d. l. 1. C. de diuer. reſcr. c. inter dilectos. §. porro. in verb. ex forma petitionis. de fide inſtrum.* Roman. *conſ. 80.* Ruin. *conſ. 37. col. 1. vol. 5.* Rubeus *conſ. 16. n. 2. cum ſimil.*

Et licet petierit licentiam & facultatem, *di potere liberamente, & validamente fare ogni contratto di ceſſione, di ragioni.* id eſt: *vt poſſit libere & valide facere quemlibet contractum ceſſionis iurium.* Et hoc ſupponatur in reſcripto conceſſum; ipſa vero poſtea dictam † ceſſionem fecit patruo ſuo, cum iuramen- 11
to, quo caſu intelligitur etiam renuntiaſſe ſupplemento legitimæ, quia textus *in d. §.* † *& generaliter.* locum non habet, 12
ſtante iuramento, vt per Bald. *in d. l. ſi quando. §. illud.* Caſtr. *in l. in ratione 2. ff. ad l. Falcid.* Alex. *conſ. 181. vol. 5.* Dec. *conſ. 26. conſ. 89.* Ripa *lib. 1. reſponſ. c. 6. col. fin.* Soc. iun. *conſ. 50. vol. 2.* tamen reſponderi † poteſt, quod hoc procederet, ſi domina Iulia 13
non fuiſſet enormiſſime læſa, prout reperitur, quia † ſtante 14
dicta læſione maxima locum non habet, *c. quamuis. de pact. in 6.* per quod Baldus *in d. § illud.* & ſequaces dant illam limitationem, ita Dec. plures citans *conſ. 180.* vbi † communem te- 15
ſtatur; & ibi plures in apoſtill. adduxi, maxime vero *Deciſio. Neapol. 322.* Grammat. *deciſ. 102. n. 103.* Curt. iun. *conſ. 141.* Pariſ. *conſ. 7. in fin. vol. 2.*

Secundo dubitabilis eſt opinio Baldi, & ſequacium, quia ſi † generalis renuntiatio non comprehendit legiti- 16
mam, nec eius ſupplementum, quæ requirunt ſpecialem mentionem, *d. §. & generaliter. & ibi omnes.* nec cum iuramento id complecti debet, † quia iuramentum non ſup- 17
plet conſenſum, hoc eſt, vbi deficit actus ex conſenſu, ſecundum Bartol. *in l. ſi quis pro eo. in fine principii. ff. de fideiuſſor.* Ruinus *conſ. 6. in fin. conſ. 137. num. 16. vol. 2. & pulchre conſ. 134. n. 8. vol. 1.* Iaſ. *in l. ſi conuenerit. n. 16. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſancimus. C. de teſtam.*

18 Confirmatur: nam † generalis liberatio non extenditur
ad ea, in quibus poſſet eſſe captio ſeu læſio liberantis, *l. cum
Aquiliana. ff. de tranſact.* Alex. *conſ. 46. col. 3. vol. 1.* Crau. *conſ. 33. n.*
19 *2. & conſ. 70. nu. 28.* ergo ſub illis † verbis, *fare ogni contratto di
ceſſione di ragioni*, id eſt, *facere omnem contractum ceſſionis iu-
rium*, non intelligitur comprehenſum ius ſupplementi le-
gitimæ, nec ad illud extendi debent dicta verba, quia indu-
ceretur captio & læſio enormiſſima ipſius dominæ Iuliæ,
quæ tanto magis oſtenditur, quia dato, quod ſciret ſibi reli-
ctos ſcutos 2000. in teſtamento patris, potuit credere,
quod eſſent de ſuis pecuniis, & ignorabat matrem tantun-
dem relaxaſſe patri in inſtrumento inter eos celebrato, par-
tim pro aliis cauſis, & partim pro ea dotanda, cum certis a-
liis oneribus ipſi dominæ Iuliæ damnoſis, ita quod dicti
ſcuti 2000. non erant in totum de pecuniis paternis. Vnde
ſi hæc ſciuiſſet, noluiſſet pro tam modica ſumma renuntia-
re ſupplemento legitimæ opulento, & ſic captio ipſius do-
minæ deprehenditur, quia patruus non reuelauit ipſi do-
minæ Iuliæ dictum inſtrumentum; ergo non debet com-
prehendi ceſſio dicti ſupplementi legitimæ propter captio-
20 nem ipſius dominæ, quia ceſſio † iurium, velut renuntia-
tio, tanquam ſtricti iuris, non debet trahi ad hoc ſupple-
mentum legitimæ, cum in ea non veniant, niſi expreſſa.
Cald. *conſ. 5. de preb.* Cardinal. *conſ. 120. Titius. in fine.* Dec. *conſ.
279.* Pariſ. *conſ. 110. col. fin. vol. 1.* & ego *conſ. 273. n. 57.* & ſicut ver-
ba prædicta ſupplicantis id non comprehendunt, ita nec
21 verba prędicta † reſcripti, cum ſtricte veniant intelligenda,
velut diſpenſatiua, ibi, *diſpenſat, & habilitat, c. requiritis. §.
niſi rigor. 97. diſtin. c. quod dilectio & ibi not. de conſ. & affin.* Pariſ.
22 *conſ. 88. n. 20. vol. 4.* & † odioſa, ſecundum Anchar. *conſ. 242. ex
23 tenore priuilegii.* Dec. *conſ. 338. n. 3.* & † diſpenſatus in vno, non
intelligitur diſpenſatus in alio, cum diſpenſationes ſint o-
dioſæ, & factæ circa vnum effectum, non porriguntur ad a-
lium. Bar. *in l. cum propter. ff. de leg. præſtan.* D. meus Riminal-
dus *conſ. 91. n. 4.* Dec. *conſ. 510. n. 5.* D. Simon de Pratis *conſ. 100.
n. 29.* & ego *conſ. 341. n. 36.* ergo non debent habere locum in
24 caſu captionis & enormiſſimæ læſionis, cum † actus Prin-
cipis debeat eſſe ab omni malitia & diminutione alienus, §.
illud. in auten. conſtit. qua de dignit. Bald. *conſ. 24. ius Abbatialis.
25 vol. 2.* Crau. *conſ. 168. nu. 9.* cum velit † Princeps omnes actus
ſuos regulari à iuſtitia fori & Poli, *in l. quod Princip.* & ibi Iaſ.
latius, *ff. de conſtit. Prin.* egoque dixi *conſ. 337. nu. 24.* ſtantibus
ergo prædictis ſequitur ſolutio primi dubii; quod hæc do-
mina periit auctoritatem ducalem faciendi contractum,
26 quem nunc vult reſcindere, maxime conſiderando † ver-
ba, *liberamento, facultà ampla, validamente*, id eſt, *libere, cum
ampla facultate, valide*, & id genus, quæ tollunt regulas iuris,
Bar. *in tract. ad repræm. in verbo, videbitur*, & ſupremo Duci no-
ſtro conueniunt. Alexan. *conſ. 2. nu. 29.* Curt. *conſ. 49. num. 50.*
quoniam verba reſcripti limitant & reſtringunt petitio-
nem ad contractum ceſſionis iurium tantum, nec iſtum, de
quo agitur, comprehendunt, vt patet ex prædictis.

Nec facile concedi debet, vt ſecundo loco prætenditur,
petitum fuiſſe interponi auctoritatem ducalem, niſi quoad
reuocationem præcepti, & ſtatuti prædicti, ibi, *non obſtante,
detto ſuo commandamento, il predetto ſtatuto, & altri, alli quali
ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ſue, lia piacera dero-
gare*, id eſt, *non obſtante dicto eius præcepto, prædicto ſtatuto, & a-
liis, quibus ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, ei placebit
derogare*; non ergo auctoritatem ducalem paſſim interpel-
lauit hæc domina, ſed reſpectu prædictorum tantum: & eo
quoque tendit reſcriptum, dicens; *Sereniſſimus Dux noſter, ex
certa eius ſcientia, reuocat & annullat dictam prohibitionem, &
præceptum*; poſtea (non repetendo, nec dicendo, quicquam
de certa ſcientia, nec de ſua poteſtate, nec de ſua auctorita-
te ducali) ſubdit, *ac diſpenſat, habilitat, & concedit, quod ſuppli-
27 cans poſſit facere dictam ceſſionem & contractum*; nec † in du-
bio præſumitur, eum voluiſſe in hoc vti plenitudine pote-
ſtatis, aut auctoritate ducali, ſecundum Innoc. *c. cum ad mo-
naſterium. de ſtat. relig.* Imol. *in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic.
cum ſimilibus.* vt per Ruin. *conſ. 79. num. 4. vol. 3.* Nam ſi contra-
ctus celebrandus per hanc Illuſtr. dominam fuiſſet mu-
niendus dicta auctoritate, naſcente ex dicto reſcripto, ad
quid opus erat interuentu Reuerendi Roſſetti, de quo ſub-
iicitur in eo? Certe nihil: quoniam actus † munitus aucto- 28
ritate Principis, dicitur eſſe ſolemnior, *l. omnium.* cum ibi
not. per Iaſ. poſt alios, *C. de teſtam. num. 15.* vbi diſputat, † an 29
in teſtamento facto coram Principe requirantur teſtes, &
quot? Et concludit, quod non, poſt Fulgoſ. & Caſtr. vel ſal-
tem † duo ſufficiunt, ſecundum communem opinion. de 30
qua teſtatur Socin. iun. *conſ. 138. num. 10. vol. 1.* Imo vero † in- 31
teruentus & conſenſus Reuerendi domini Alphonſi re-
quirendus ex forma dicti Reſcripti, arguit, quod ille con-
tractus celebrandus per Illuſt. dominam Iuliam ſpectet ad
ipſum Reuerendum dominum, & in eo fundetur, non au-
tem in Principe, vt tradit Pariſ. *conſil. 76. num. 12. volum. 4.* &
certe † non alia de cauſa Reuerendus dominus fuit expreſ- 32
ſus in Reſcripto, niſi in defectum attinentium, & domini
Iudicis, per illa verba: *In omnibus, & per omnia, vt petitur*, vt
ſupra probaui; & ita ſæpius reſcribitur ad ſimiles preces,
quod vnus ex dominis de ſignatura nominatus, qui debeat
interuenire. Nec † ob id tales contractus dicuntur muniti 33
auctoritate ducali, ſed ſolemnes, ſicut eſſent, ſeruata forma
ſtatuti; & ideo, quod contractus, de quo contenditur, cele-
bratus fuerit interueniente præſentia & conſenſu dicti Re-
uerendi domini, in qualibet eius parte, & potiſſime in ea,
in qua fit mentio de enormi vel enormiſſima læſione, me
parum angit, ad dicendum, quod ille Reuerendus domi-
nus interpoſuerit auctoritatem ducalem.

Quin etiam dici poteſt, † nullam auctoritatem ſuam 34
Reuerendum dominum in ea parte interpoſuiſſe, niſi quo-
ad certiorandum dictam dominam de viribus & impor-
tantia, *l. 2. C. de reſcin. vend. & l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat.* vt
verba inſtrumenti cla ſonant, non autem quatenus pro-
miſit, præmiſſa non reuocare, etiamſi enormiter & enor-
miſſime læſa eſſet; & † facta ad vnum effectum, alium non 35
operantur, *l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.* Nec certe † vis 36
tanta fieri debet in dicta ceſſione iurium, facta per domi-
nam Iuliam, cum fuerit facta abſente patruo, cui fiebat,
prout declarat Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.
oblig. & conſ. 155. col. fin. vol. 2.* Soc. *conſ. 73. col. 2. vol. 3.* Dec. *in l. pa-
ctum, quod dotali. limitat. 6. C. de collat.* Calcan. *conſ. 33. col. pen.*
Crau. *conſ. 42. n. 5.* dicens, quod res eſt clariſſima: nec † ſtipu- 37
latio Notarii abſenti facta potuit aliquod ius ei quærere,
niſi ſecuta ratificatione, quæ facta non fuit per patruum,
priuſquam hæc domina conqueſta fuerit, vt voluit Caſtr.
conſ. 195. col. 3. vol. 2. Bal. *conſ. 200 verba Cyni. vol. 2.* cum multis a-
liis per me cumulatis *conſ. 343. n. 46.*

Quod vero tertio ſuadetur, auctoritatem ducalem non
ſine cauſa cenſeri adhibitam in tali ceſſione, propter volun-
tatem patris, qui non ſolet capere malum conſilium pro fi-
lia, & quæ dotem ſatis amplam habebat cum ſpe magnæ
hereditatis, facile tolli poteſt, attenta nimis incongrua do-
tatione ſcut. 2000. quorum pars erat de maternis, vt dixi:
ceſſat enim † talis præſumptio boni conſilii paterni, & fraus 38
arguitur in eo, ſecundum Caſtren. *conſ. 128. ſuper quo quæſito.*
Alexan. *conſ. 32. ad fin. volum. 4.* Iaſon *conſ. 133. num. 4. & 17. vol.
4.* Ruin. *conſ. 56. num. 15. vol. 3.* Curt. *conſ. 27. num. 38.* & D. meus
Riminal. *conſ. 332. num. 10.* & † in conſideranda congrua do- 39
te filię ei data, vel deſtinata per patrem debet attendi, quod
fuerit de bonis paternis, non autem maternis, vel aliunde,
vt per Bal. *in l. mater pro filia. C. de iure dot.* Iaſ. *in l. quoniam no-
uella. num. 8. C. de inoff. teſt.* ſicuti videmus, quod † filia dotata 40
per ſtatutum, excluſa ab hereditate patris, intelligitur, ſi
fuerit ab eo congrue dotata, nec impeditur ſuccedere fra-
tri, patris heredi, vt voluit Bal. *in c. 1. §. qum etiam Epiſc. vel Abb.*
Fulg. *in l. quamquam. C. ad l. Falc.* Capra *conſ. 73.* Alexan. & Iaſ.
qui communem † teſtantur *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ.* 41
& ego *conſil. 276. numer. 52.* Aret. *conſil. 161.* ergo ſpes heredita-
tis maternæ, vel alterius non potuit eſſe in cauſa, quod dos
ſcut. 2000. conſtituta à patruo ſuo poſſit dici congrua vel
ampla, reſpectiue, ad principium ampliſſimum, & dignita-
tem familiæ ſuæ; tantoque magis, cum in illis ſcut. 2000.
computaretur pars eorum, quæ ad hunc effectum fuerat
data per matrem marito, vnde tanto minus teſtabant illi,
quos de ſuo dabat pater.

Et

Et ex his remanent ſoluta dubia, nec impediri debet hæc Illuſtris D. Iulia iure medio experiri, & ſupplementum legitimæ, ſibi de iure debitum, conſequi. *Hippolytus Rimi-naldus Ferraria.*

Pro D. Ioan. Hieron. Perundello.

ARG. An heres legatario, ratione rei legatæ, de euictione, vel cautione præſtanda teneatur. Et an vxor, cui domus à marito legata, & tradita fuit, ſi nepos teſtatoris ſuper ea legitimam petat, heredibus litem denunciare, & cautionem ſuper euictione petere poſſit. Item de virtute clauſulæ ſalutaris: *ſuper quibus omnibus petens ſibi ius & iuſtitiam, &c.* Et an legitima in certa re, aut re legata peti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Heres regulariter tenetur legatario de euictione, & cur. n. 2. 3.*
4 *Clauſula in fin. libelli poſita* ſuper quibus omnibus & ſingulis petit ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari, *quid operatur. & num. 5. 6. 7. 8. 9.*
10 *Clauſula*, omni meliori modo, *eſt valde ſalutaris, & qua ſit eius virtus.*
11 *Cautio de euictione quando præſtanda. & n. 12.*
13 *Lite denunciata venditori, poteſt aduerſus eum agi ex clauſula, rei non defenſæ.*
14 *Euictio non eſt præſtanda per heredem, de rebus ſpecie legatis. & cur. n. 14. maxime ſi res fuerit ipſius teſtatoris. n. 15. & non aliter ab ipſo obligata. n. 16*
17 *Pro legitima bona hereditaria non ſunt hypothecata, nec filij in ea dicuntur habere ſpem probabilem. n. 18.*
19 *Filius non poteſt petere legitimam in re, quam teſtator alteri legauit. & cur. n. 20.*
21 *Fœmina excluſa per ſtatutum non debetur legitima.*
22 *Legitima an per ſtatutum tolli poſſit. & n. 23.*
25 *Iudicis imprudentia parti nocere non poteſt.*
26 *Sententia lata per imperitiam iudicis contra aliquem, an victus de euictione agere poſſit.*
27 *Euictionem ij ſoli non præſtant, qui ex cauſa onероſa rem tradiderunt.*
28 *Litis denunciatio, poſt teſtium publicationem vel ſententiam facta, nullius eſt momenti. Et an in cauſa appellationis fieri poſſit. n. 29. & 30.*

CONSIL. DCCCXXIII.

MAgnificus olim D. Andreas Perundelus, in teſtamento ſuo legauit quandam domum, & poſſeſſionem honeſtæ D. Mariettæ, eius vxori, quæ dictas res, eo mortuo, conſecuta fuit ſine aliqua cautione de euictione; poſtea vero per Dn. Bartholomæum Remum, velut heredem D. Meliotæ, matris dicti D. Andreæ, petitum fuit, legitimam debitam dictæ D. Meliotæ, ſibi deberi in bonis prædictis legatis dictæ D. Mariettæ, ſicque tandem fuit iudicatum pro dicto D. Bartholomæo, contra dictam Dn. Mariettam, quæ, appellatione interpoſita ad iudicem primatium appellationum, interpellari fecit, coram magnifico conſilio iuſtitiæ, (cui cauſam committi fecit) magnificum D. Ioannem Hieronymum Perundelum, vt heredem fideicommiſſarium dicti D. Andreæ, vt veniat ad defendendum dictam D. Mariettam à prædicta moleſtatione, & implorando officium Magnifici conſilii, petit pronunciari, & declarari, dictum Dn. Ioannem Perundelum, teneri cauere per ſtipulationem, de euictione dictarum rerum, quarum imminet euictio in limine dicti legati: Quæritur igitur in propoſito caſu, an iuridica ſit petitio præfatæ D. Mariettæ contra d. D. Ioan. Hieronymum?

Et prima conſideratione videretur dicendum, quod ſic;
1 quoniam regulariter † heres tenetur legatario de euictione,
l. ſi domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. cuius rationem reddit Iaſ.
2 *ibi, not. 3.* quia † heres adeundo hereditatem dicitur quaſi
contrahere cum legatarius. *l. apud Iulianum §. final. ff. quibus ex*
3 *cauſ. in poſſeſſ. eat.* & per conſequens † efficitur poſtea debitor
neceſſarius; ideo tenetur de euictione, licet ex titulo lucratiuo legati. *l. ſi hereditatem. §. 1. ff. mand.* & licet nondum ſit ſecuta euictio; quia ſententia euictionis fuit per appellationem ſuſpenſa, nihilominus cum dicta Marietta dictas res fuerit conſecuta ſine cautione euictionis, peti potuit
cautio de euictione, petendo res legatas ex teſtamento, non vt eas, ſed vt cautionem, dicta D. Marietta conſequatur, vt not. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Alexand. Iaſon, & omnes
in d. §. de euictione per illum text. † quod vtique videtur petiſ- 4
ſe, licet fecerit concluſionem ſimpliciter in petitione cautionis; quia cum ex narratis in libello colligi poſſit etiam petitio rerum, vt conſequatur cautionem, videtur ſuper eis
facta concluſio vigore † clauſulæ: *ſuper quibus omnibus, &* 5
ſingulis petit, ſibi ius fieri, & iuſtitiam miniſtrari; iuxtà not. per Innocent. Hoſtien. Ioan. Andr. & alios *in cap. cum dilectus. de ordin. cognit.* Alexand. *conſil. 116. volum. 2. conſil. 38. volum. 3.* cum ſimilibus, vt per Iaſon *in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. final. ff. de acq. poſſ.* idemque tradit Ruin. *conſil. 54. num. 8. vol. 4.*
& Neuizan. abunde *conſil. 79. num. 5.* vbi dicit, † illud inten- 6
tatum fuiſſe, quod eſt actori fauorabilius; & eo modo † li- 7
bellus eſt interpretandus, quo melius intentio eius iuuari
poſſit, & ideo dicta † clauſula vix ſinit periclitari libellum, 8
vt idem Neuizan. ponit *conſil. 97. num. 5.* & cum prædictis
etiam concordat Natta *conſil. 532. num. 32.* nam per † eam 9
clauſulam dicitur actor petere reum, iuxta narrata condemnari, ſecundum Imol. *in l. cum nulla. ff. de re iudic.* D. meus
Riminald. *conſil. 285. num. 8.* & vlterius deduxit † clauſulam, 10
& omni meliori modo, valde ſalutarem; cum eius virtus ſit, vt non valuerit ad ſpecificata ſe reſtringere, & per eam ſuſtinetur actus eo modo, quo poteſt, vt ex multis deciſionibus ibi confirmo, quas non repetam, cum videri poſſint; tantoque magis teneri videtur Dn. Ioannes Hieronymus præſtare fideiuſſionem de euictione Dn. Mariettæ, cum
immineat euictio dictarum rerum, propter litem ſibi mo- 11
tam à dicto Dn. Bartholomæo, imo lata fuit contra eam ſententia, iuxta notata per Bald. *in l. 1. C. de bon. matern. deciſ.*
Neapol. 20. colum. 2. qui hoc caſu dicunt † venditorem in mo- 12
ra conſtitui, ſi non præſtet fideiuſſorem de euictione emptori, cui mota lis fuit; quia euictio dicitur imminere, &
cum † dicta lis fuerit denunciata d. Perundelo, agi potuit 13
aduerſus eum ex clauſula rei non defenſæ. *l. ſi plur. §. mota. ff. de euict.* Bart. *in l. 1. C. de euict. & in l. pen. ff. de liber. legat. & in l. qui abſentem:* & ibi Bald. & Angel. *ff. de procur.* cum ſimilibus per me *conſil. 326. colum. 2.* Et hæc ſunt breuiter, quæ pro D. Marietta videntur adduci poſſe.

Quibus tamen non obſtantibus, arbitror contrarium de iure dici poſſe, & D. Ioannem Hieronymum nullo modo teneri ad cauendum de euictione dictarum rerum dictæ
D. Mariettæ legatariæ. Moueor imprimis, quia † res ei fue- 14
runt in ſpecie legatæ, videlicet talis domus, & talis poſſeſſio confinatæ, & qualificatæ, prout in teſtamento D. Andreæ, quo caſu clarum eſt, heredem non teneri de euictione, quia ſatis eſt, rem talem, qualis eſt, præſtari. caſus eſt, & ibi not. omnes, Bartol. Bald. Caſtren. Alexand. & Iaſon. *in l. ſi à ſubſtituto. §. heres. ff. de lega. 1.* Secundo iuſtificatur hæc opinio, tan-
to magis, quia † res legatæ fuerunt ipſius teſtatoris, vt in 15
teſtamento ſuo teſtatur, quo caſu fruſtra quæritur de eui-
ctione, † niſi fuiſſent obligatæ, & teſtator id ſciuiſſet; quia 16
tunc heres teneretur eas luere, vt Bart. & alij tradunt, *in d. §. de euictione. per l. ſi res obligata.* vbi idem Bart. Alexand. Iaſ. & omnes. *ff. de leg. 1.* ſed nec iſta rerum obligatio pro legitima
poteſt imaginari; † quia non reperitur iure cautū, quod pro 17
legitima bona hereditaria ſint hypothecata, prout declarat Alexand. *in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. n. 16.* & ibidem Ripa *num. 114. & 115.* Socin. *in l. ſi ex toto. colum. 1. ff. de legat. 1.* Dec. *conſil. 235. num. 8.* Ruin. *in l. 1. colum. 32. ff. de legat. 1. & in conſil. 55. volum. 2.* Alexand. *conſil. 78. volum. 3. conſil. 117. volum. 6.* & alibi ſæpe Dd. quos cumulat Neguſan. *in tractat. de pign.*
in 4. membr. 2. part. colum. pen. & † filii non dicuntur habere 18
ſpem probabilem in legitima. *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bon.* ibi, *præmatura enim eſt ſpes,* & ibi Bartol. declarat, & alii pleríque ſequuntur, quos cumulaui, *Inſtit. quibus alien. lic. vel non. in princ. num. 264.* quibus addidi Cephalum *conſ. 214. num. 9.* & Senat. Pedemon. *deciſ. 174. num. 15.* vt ego dixi *conſil. 199. num. 64.* quinimo Bald. in terminis decidit quæſtionē noſtram *in rubric. ff. de rer. diuiſ. col. 1.* quem ſequitur Alex. *in*
d. conſil. 117. num. 18. dicit enim, quod † filius non poteſt dice- 19
re, ſe velle legitimam in re, quā teſtator legauit; quia legata

debentur, dummodo beſſem non excedant; ex quo patet,
20 vt ſubdit Alex. quod † filius in legitima, non proprie iudice-
tur vt creditor, habens hypothecata bona, & per conſe-
quens non habet poteſtatem eligendi quam rem vult, ſic-
ut habet creditor, habens bona hypothecata. Hinc igitur
patet, etiam iniuſtitia ſententiæ latæ contra D. Mariettam
legatariam; quoniam Remus heres matris prætendens ex
eius perſona ſibi deberi legitimam, non potuit in rebus d.
Mariettæ legatis eā eligere, veluti ſibi non hypothecatis; &
ſubinde ſequitur Dn. Io. Hieronymum heredem teſtatoris
non eſſe obligatū de euictione dictarum rerum legatarum
D. Mariettæ, cum non fuerint obligatæ matri teſtatoris, vel
alteri, & eſſent ipſius teſtatoris, & ob id non tenetur cauere
ipſi D. Mariettæ quoquomodo de euictione.

21 Secundo moueor ex alia ratione; nam † matri dicti te-
ſtatoris, velut excluſæ per ſtatutum noſtrum, *de ſucceſ. ab in-
teſt.* ſtantibus agnatis, nulla debebatur legitima, prout
22 clare dicitur in eo; quod † dubium non eſt in totum legiti-
mam tollere poſſe, ſecundum commun. opin. Dyn. *in reg.
indultū. de reg. iur. in 6.* Feder. de Sen. *conſ. 21. col. pen. & in l. iura
23 ſanguinis. ff. de reg. iur.* vbi concludit, hoc † procedere, ſaltem
ex cauſa; & cauſa legitima eſt fauor agnationis, vt inquit
Cu. r. iun. *conſil. 10. colum. 3. in fin.* & poſt eum Crauet. *conſil.
236. num. 2.* qui communem ſequitur, vnde ſequitur, quod
iudex, qui ſententiauit, deberi legitimam Remo, velut he-
redi matris teſtatoris, in bonis legatis D. Mariettę, multipli-
24 citer errauit. Primo, quia † pro legato ſpeciei non debetur
euictio, nec pro re teſtatoris non obligata, vt non erant di-
ctæ res pro legitima, nec matri legitima debebatur, ſtante
dicto ſtatuto: ſi ergo virtute d. ſententiæ dici poſſet, immi-
nere euictionem, in dictis rebus legatis, iſtud eſſet per im-
prudentiam iudicis, ſicut dicunt Bart. & alii: loquentes de
euictione, quando teſtator legat rem propriam; non enim
25 poteſt euinci, niſi per imprudentiā iudicis, † quæ non debet
heredi nocere. *l. ſi per imprudentiam. ff. de euiction.* ergo pari-
ter in caſu noſtro dici debet, Dn. Ioannem Hieronymum
non teneri de dicta euictione imminenti ex illa ſententia,
per imprudentiam domini iudicis lata. Quinimo etiam-
ſi eſſemus in caſu, quo D. Ioan. Hieronymus fuiſſet obliga-
tus de euictione (quod tamen falſum eſt) per prædicta; ni-
26 hilominus † lata prædicta ſententia contra D. Mariettā per
iniuriam Iudicis, abſente ipſo D. Ioanne Hieronymo, non
poſſet ipſa Dn. Marietta, victa in eo iudicio, regreſſum ha-
bere contra ipſum; caſus eſt clarus *in l. emptor fundi. Cod. de
euiction.*

27 Tertio concurrit & alia ratio: nam † nemo tenetur de
euictione, niſi qui vendit, vel tradit ex aliqua cauſa onero-
ſa: In his enim caſib. debetur euictio, etiamſi nihil dictum
fuiſſet: quia de natura contractus debetur. *l. ſi duo. §. ſi quis
iurauerit. & ibi gloſſ. ff. de iureiurand. l. ex empto. in princip.* & ibi
Bartol. *ff. de action. empt. l. final. ff. de condict. cauſ. dat. l. ſi dubite-
tur. Cod. de euiction.* & ponit Decian. *reſponſ. 3. num. 11. volum. 3.*
ſed non ſumus in contractu venditionis, nec traditionis ex
cauſa oneroſa; ergo dictus Dn. Ioannes Hieronymus non
tenetur.

28 Quarto confirmatur iſta concluſio, quia talis † denun-
ciatio minus tarde facta fuit; tempe poſt ſententiam latam
contra Dn. Mariettam, cum ante publicationem teſtium
fieri debuiſſet, ſecundum gloſſ. final. Bartol. Salycet. & alios
in l. ſi rem quam. in fin. ff. de euict. Bald. Salycet. & alios *in l. em-
ptor. C. eod. cum ſimilib.* vt per Corſettum *ſingul. ſuo, in verb. de-
29 nunciatio.* & Ioan. de Arno *epitom. 5.* † & licet etiam fieri poſ-
ſit in appellatione, ſi prius facta non fuit, vt per gloſſ. pe-
30 nultimam Salyc. & alios *in d. l. ſi rem quam.* tamen † id pro-
cedit, quando omnia actori ſunt integra, alias ſecus, vt
per gloſſ. & Dd. ibi, quod hic concurrit, vbi teſtes perie-
runt, vt in facto ſupponitur. *Hippolyt. Riminald. Ferrariæ.*

*Pro quodam fratre, quod non cenſeatur grauatus
reſtituere filiis ſuis.*

ARG. Si teſtator in caſu delicti alterutrius fi-
liorum ſuorum, voluit partem eius peruenire
ad alterum fratrem, aot filios eius, an ordi-
ne ſucceſſiuo dicatur vocatus nedum frater
delinquentis, ſed etiam, poſtqoam fuit heres,
& obiit, eius filii dicantur vocati per fideicom-
miſſum. Et an dilatio, ſeu grauamen legitimæ
apponi poſſit in commodum filii.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator inſtituat vel ſubſtituat filias ſuas, vel filios earum, an ordine ſucceſſiuo id debeat intelligi. n. 2. & an filij admittantur vulgariter, vel iure fideicommiſſi. n. 7. 10.*

3 *Disiunctiua poſita inter perſonas, inter quas cadit affectio ordinata, non reſoluitur in coniunctiuam, & ad eius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram. n. 8.*

4 *Frater diuidens cū fratre delinquente bona paterna, ſibi ex teſtamento applicata, an præiudicet filio ſuo, ne poſt eius mortem vendicet ea bona de manibus heredum patrui ſui delinquentis, vigore fideicommiſſi & n. 5. & 28.*

6 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

9 *Statutum excludens fœminam dotatam extantibus filiis, vel nepotibus quomodo intelligatur.*

11 *Teſtator poſt mortem filiorum, ſubſtituens aliquem, aut eius filios, an intelligatur eos vocare ordine ſucceſſiuo, id eſt, vt vltimo nominati veniant, primis deficientibus. & num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.*

22 *Verbum,* ſubſtituo, *eſt commune. Item verbum,* peruenire. *& n. 23.*

24 *An ſubſtitutio directa virtute clauſulæ codicillaris, trahatur ad fideicommiſſum & n. 25. Et an ea clauſula operetur in vulgari & compendioſa. n. 26 27.*

29 *Proteſtatio contraria facto nihil releuat.*

30 *Fideicommiſſum, & hereditas per tranſactionem non inducitur, nec datur.*

31 *Teſtator poteſt vxorem heredem inſtituere, & eam grauare, de reſtituendo per fideicommiſſum hereditatem filio ſuo ex certo die, videlicet cum ille erit annorum 30.*

30 *Teſtamentum valet & ſuſtinetur, cum filio iure inſtitutionis relinquuntur ſinguli menſibus decem ſcuti.*

33 *Dilatio, & grauamen de legitima non reiicitur, ſi in commodum filij appoſita ſit. & n. 34. 35. 36.*

37 *Priuatio præſupponit habitum.*

30 *Verbum,* haberet, *trahitur ad futurum, & in eo verificatur ſi non poteſt de præſenti verificari.*

39 *Diſpoſitio conditionalis cenſetur defeciſſe exiſtente conditione & n. 40. 41. 42 & 43.*

44 *Filius quando tranſmittat hereditatem ſibi per auum relictam, ad patrem ſuum, iure ſuitatis.*

45 *Pater ea fruendo & vtendo, dicitur eam adiuiſſe.*

CONSIL. DCCCXXIV.

DVbitatur, an, ſi teſtator in caſu delicti alterius filio-
rum ſuorum, voluerit partem ſuam peruenire ad alte-
rum fratrem, aut filios eius, ordine ſucceſſiuo; dicatur vo-
catus nedum frater delinquentis, ſed etiam, poſtquam fuit
heres, & periit, filii eius dicantur vocati per fideicommiſ-
ſum? & primo dicendum videtur, quod ſic, vt declarat in
terminis Decius *conſil. 95. colum. 1.* vbi filio inſtituto, pater
ſubſtituit quaſdam filias ipſius teſtatoris, vel earum filios,
mortuo filio inſtituto: vult Decius, Margaritam filiam te-
ſtatoris admitti, & poſtquam ſucceſſit, & periit, eius filios
admitti, iure fideicommiſſi; † ſicque dicit illa verba alter- 1
natiua: *filias ipſius teſtatoris, vel filios earum,* ordine ſucceſſi-
uo debere intelligi, per textum notabilem, *in l. cum pater. §.
à te peto. ff. de legat. 2.* vbi † diſpoſitio teſtatoris collata alter- 2
natiue in liberos, ſiue propinquos, aut libertos alicuius,
intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt ex nominatis vnus poſt
alterum admittatur iure fideicommiſſi, & Bartol. ibi per
illum textum dicit, quod † diſiunctiua poſita inter perſo- 3
nas, inter quas cadit affectio ordinata, non reſoluitur in
coniunctam, & idem, allegando illum textum, dicit Bartol.
in l. penult. Cod. de verbor. ſignific. vbi pariter tradit Iaſon *co-
lum. 3. limitat. 3.* & idem Bartol. Angelus, Iaſon, & alii *in l.
Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum.* & ſubdit Dec. *in
d. conſil. 95.* quod ſecundum hanc eius concluſionem con-
ſuluerit Cumanus, *conſil. 106.* Alexand. *conſil. 9. viſo teſtamen-
to. volum. 2.* Caſtrenſ. *in l. Gallus. §. quidam recte. colum. 2. ff. de li-
ber. & poſthum.* & Corne. *conſil. 200. volum. 2.* Atque hinc in-
fertur, quod † frater delinquentis, qui poſtea cum eo o- 4
mnia bona paterna communicauit, & diuiſit, non ob-
ſtante,

ſtante, quod ei ſint applicata ex teſtamento paterno,
non potuit filio præiudicare, quin poſt eius mortem poſſit
vendicare dicta bona, de manibus heredum patrui ſui de-
linquentis, vigore dicti fideicommiſſi, iuxt. text. *in l. fin. §. fin*
5 *autem. C. com. de leg.* & per Dec. *conſil. 373. in princ.* Imo † nec
intentio dicti fratris fuit præiudicare filiis ſuis, ſed ſibi tan-
tum in vita ſua, dicendo in tranſactione, *firmo tamen ma-*
nente fideicommiſſo patris, cui nullo modo partes intendunt renun-
6 *ciare*, talis † enim proteſtatio conſeruat ius, vt per Alexan.
conſ. 128. col. pen. vol. 4. Iaſ. *in l. 2. C. de iure emphyt.* Neguſ. *in tract.*
de pign. 4. part. n. 28. Dec. *conſil. 146. col. 4. conſ. 460. colum. 2.* D.
meus Zuccard. *in l. fin. num. 101. C. de edict. diui Adrian. tollen.* &
ego dixi *conſil. 56. num. 45.*

Iſtis tamen non obſtantibus, arbitror aliter intelligenda
7 fore verba prædicti teſtamenti, videlicet, † quod in caſu
delicti vnius filii, voluerit teſtator partem ſuam peruenire
ad alium fratrem, ſi extaret, & ſuccedere vellet, aut ad filios
eius, ordine ſucceſſiuo, videlicet in defectum fratris, vel
quia non extaret, aut ſi extaret, nollet, aut non poſſet ſuc-
cedere, & ſic in caſu vulgaris; non autem ſunt intelligenda,
quod fratre admiſſo, & poſtea mortuo, filii eius iure fidei-
commiſſi debeant admitti, veluti quod ille ſit illis grauatus
per fideicommiſſum reſtituere; ita declarat Socin. in termi-
nis *conſil. 113. colum. penul. vol. 1.* vbi dicit, ſic eſſe de intentione
text. *in d. §. a te peto. & in l. heredes mei. §. final. ff. ad Trebell.* &
8 quia ad † veritatem disiunctiuæ ſufficit alteram partem eſ-
ſe veram. *l. ſi heredi plures. ff. de condit. inſtit.* & cum Socino te-
net expreſſe Ripa *in d. §. final. colum. penult.* & idem quoque
tradit Ruin. *conſil. 92. num. 2. volum. 2.* vbi conſiderat *in d. §.*
final. dici, quod cognati poſterius nominati, deficiente gra-
du nepotum, veniunt; quod intelligitur quando deficit,
antequam ad fideicommiſſum nepotes admittuntur; & in
alio ſimili caſu tradit idem Ruinus *conſil. 30. colum. penult.*
9 *volum. 3.* de † ſtatuto excludente fœminam dotatam, extan-
tibus filiis, vel nepotibus: nam intelligitur, quod filii fra-
trum vocentur poſt illos, & ordine ſucceſſiuo, videlicet fra-
tribus non extantibus, vel extantibus, & non ſuccedenti-
bus, vel quia nolint, vel quia non poſſint, & hanc opinio-
nem late quoque firmat Socin. iun. *conſil. 100. colum. 4. Vol. 4.*
10 & † in fortioribus terminis, videlicet in ſubſtitutione co-
pulatiue facta, de pluribus, Socin. *conſil. 73. colum. 5. verſic.*
aliquando plures. volum. 4. Alexand. *conſil. 22. & conſil. 24. col. 3.*
Bertrand. *conſil. 25. colum. 3. volum. 1.* Nec ab iſta concluſio-
ne diſcrepat Cuman. *in d. conſil. 106.* citato per Decian. *in d.*
conſil. 95. Imo idem ſentit, quatenus dicit, ſolam filiam te-
ſtatoris admitti, excluſis filiabus, & ſic tunc, & in futu-
rum; & quia dicit illam partem alternatiuæ, *ſiue in filios, vel*
filias ipſarum. debere intelligi, in defectum omnium ſoro-
rum, per text. *in d. §. final.* quem text. Ruin. ſupra citatus *in*
dict. conſil. 92. intelligit ante admiſſionem fideicommiſ. ſi-
militer Corneus *conſilio 200. volum. 3.* non aduerſatur, ſed
11 hanc partem potius tenet: nam † teſtator ibi, poſt mortem
filiorum, ſubſtituerat Nicolaum, aut eius filios, ſubdit Cor-
neus, eos intelligi vocatos ordine ſucceſſiuo, id eſt, quod
vltimo nominati veniant primis deficientibus. *per dictum §.*
a te peto. & d. §. final. ſubditque quod ſubſtitutio quo ad
perſonam Nicolai, euanuit, quia deceſſit pendente condi-
tione; & portio ſubſtitutionis, quæ veniebat deferenda Ni-
colao, deuoluitur ad eius filium iure accreſcendi, ſeu non
decreſcendi; & cum ipſe Nicolaus defecerit, in conſequen-
tiam venit caſus, in quem fuit collata ſubſtitutio filiorum
Nicolai: ſic ergo Corne. admittit illos filios Nicolai alter-
natiue vocatos, quando ille non fuit admiſſus; non autem
dicit, eos admitti iure fideicommiſſi, poſtquam ille fuit ad-
miſſus, & ſucceſſit.

Quatenus vero pertineat ad Alexand. *conſil. 29. vol. 2.* præ-
ter quod ſatis obſcure, vel corrupte loquitur, non colligi-
tur ex eo, quod poſt amiſſionem filii, veniant etiam illius fi-
lii. Vnde ſolum remanet Caſtrenſ. *in d. §. quidam recte.* qui
12 loquitur de † inſtitutione fratris, & filiorũ ſuorum, tenen-
do opin. Bartoli, quod videantur vocari ordine ſucceſſiuo,
dicitq; illos filios vocari duobus caſibus, ſcilic. ſi frater no-
luerit acceptare, vel ſi acceptauerit, & poſtea moriatur, &

ſic liberi fratris videntur ſubſtituti vulgariter, & per fidei-
commiſſum; vnde eorum pater non poterit alienare: de-
inde ſubdit, quod † prædicta procedunt, quando pater, & 13
filius coniunguntur per copulam, &, Quædam † vero ſunt 14
dictiones, inquit Caſtrenſ. quæ faciunt aliquos vocari gra-
datim, vt ſi relinquatur nomine collectiuo familiæ, vt, *re-*
linquo familiæ Titij, nam illi, qui præcedunt, cenſentur prius
vocari. *l. fin. C. de verbor. ſignif.* † idem quando vocantur per 15
disiunctiuam, vel ſi ſit inter eos aliquis ordo, licet reſpe-
ctu teſtatoris non ſit, vt ſecundum illum ordinem cenſean-
tur vocari. *d. l. cum pater. §. a te peto.* non tamen declarat
Caſtrenſ. in hoc caſu disiunctiuo, an poſterius nominati
veniant in caſu vulgari, an etiam iure fideicommiſſi, & ſic,
in caſu quo prius nominatus non fuit admiſſus, an etiam,
quando fuit admiſſus, & poſtea periit, ſicut in vocatis co-
pulatiue, ſuperius concludit. Sed eſto, quod idem ſentiat,
& dictos caſus æquiparet, vt declarat, & eum intelligit De-
cius *in conſil. 95. colum. 1. ad finem.* conſiderandum eſt, quod
Caſtrenſem † damnant Alexand. Aret. & Socin. ſiue teſta- 16
tor fuerit vſus verbo, *inſtituo*, ſeu, *ſubſtituo*, ſimpliciter: nam
primo caſu dicunt eſſe impoſſibile, quod † fratre inſtituto 17
adeunte, poſt mortem teſtatoris, filii eius, vocentur eo
mortuo per fideicommiſſum; † quia ſubſtitutio facta per 18
verbum directum ciuile, vt eſt, *inſtituo*, ex quo à principio
potuit valere iure directo, non poteſt obliquari. *l. verbis ci-*
uilibus. ff. de vulgar. & pupillar. in verbo, † *fruſtra*, quod in- 19
telligitur, ſine fructu, *l. fruſtra. C. ne vxor pro marit. cap. ſi Ro-*
manorum. 19. diſtinct. nam non eſſet ſine fructu, ſi traheretur
ad fideicommiſſum, vt per Alexand. Iaſon. & alios *in d. l.*
verbis. Idemque tenet Alexand. *in l. centurio. num. 64. ff. de*
vulgar. & pupil. qui communem teſtatur. & Iaſon confir-
mat. *num. 20.* Gallia. *num. 63.* Curt. iun. *in l. precibus.* poſt A-
lexand. & Iaſon. *num. 50. C. de impube. & aliis ſubſt.* vbi latiſſi-
me dixi, *num. 335. cum ſeq. & in conſ. 50. num. 34.* Secundo ve-
ro caſu, quando vſus † eſt verbo, *ſubſtituo*, non compre- 20
henditur fideicommiſſaria, ſed ſolum vulgaris & pupillaris,
vt *in d. §. quidam recte. iuncta gloſſ.* quam Bartol. tenet; & pro-
pterea concludunt Aretin. & ſequaces, quod † filii fratris 21
cenſeantur vocati per vulgarem, & omni caſu in quo dicta
ſubſtitutio poteſt habere locum, & idem tenet Cuman. *ibi*,
prout refert Socin. *in d. conſil. 113. volum. 1.* Alexand. *conſil. 22.*
colum. 3. volum. 4. & Anton. de Prato *in conſil. ibi ſequente col. 4.*
idemque late tenet Dec. *conſil. 248. col. 2. & conſil. 291. colum. 2.*
Itaque ex his patet, opinionem Caſtrenſis nõ eſſe receptam
à poſteris, & ſi ita concludunt Doctores, in verbo, † *ſubſti-* 22
tuo, ſimpliciter prolato, quod eſt commune, pariter idem
dici debet in verbo, † *peruenire*, quod eſt etiam commune, 23
ſecundum Bartol. *in l. centurio. colum. penult. ff. de vulgar. & pu-*
pil. & de quo agitur in teſtamento noſtro: & reſpectu De-
cii *in d. conſil. 95.* tolerari poteſt opinio eius ſtantibus verbis
teſtamenti, in quo conſuluit; vbi teſtator Ioanni filio in-
ſtituto, ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum filias ipſius teſtatoris, vel filios eorum: non mirum
ergo, ſi Margarita filia, poſtquam fuit heres & admiſſa, cen-
ſeatur etiam grauata filiis ſuis per fideicommiſſum reſti-
tuere; & ſic illi veniunt nedum in vulgarem, ſed etiam iu-
re fideicommiſſi, quia ſic teſtator expreſſit, vt per eundem
Dec. *conſil. 86. in princip.* & Ioan. Durant. *de arte teſtan. tit. ſi*
caut. 29. poſt Fulgoſium *conſil. 43. colum. 2.* idemque Guliel.
Benedict. *in cap. Raynutius. verb. ſi abſque liberis. 2. ſub num. 18.*
Cephal. *conſil. 420. num. 32.* Burſat. *conſil. 52. numero 20.* &
Menoch. *conſilio 95.* qui de reciproca loquuntur, quos ad-
duxi *conſil. 279. num. 249. cum ſeq.* quod in caſu noſtro non
reperitur.

Nec dicatur, clauſulam codicillarem in teſtamento po-
ſitam, prout communiter apponi conſueuit, hunc effectũ
ſaltem operari debere, nedum in ſubſtitutione facta, per
verbum commune, vt in hoc teſtamento, verum etiam per
verbum directum; quia † virtute dictæ clauſulæ, ſubſtitu- 24
tio trahitur ad fideicommiſſum, ſecundum Bald. Angel.
Caſtren. Alexand. Iaſonem, & omnes *in d. l. verbis ciuilibus. ff.*
de vulg. & pupil. Fulgoſ. *in d. l. precibus. & conſ. 43.* Matteſilan.
not. 141. Soc. *conſil. 144. colum. 1. volum. 4.* Alexand. *conſil. 201.*
num. 18.

Digitized by Google

num.28.volum.6. Curt. iun. *conſil.48.n.6,* dixi *conſil.244.num.*
25 *95.* & in † ſubſtitutione, facta per verbum commune, tra-
dit Crauet. *conſil.22.num.8.* Quoniam reſpondet ad hoc in
terminis Ripa *in d.l.heredes mei.§.final. in fin.* quod ex quo
conſtat ex alternatiua, teſtatorem voluiſſe grauari inſtitu-
tum, ad reſtituendam hereditatem filiis, in defectum pa-
26 tris, non autẽ voluit grauare patrem; † clauſula codicillaris
nõ poteſt aliquid operari circa non diſpoſita; cũ ſit adiecta
ad conualidandum ordinata in teſtamẽto, ſecundum Bart.
in l.1.q.4.& 5.ff.de iure codic. & ita dicit Ripa reſpondere De-
cium in ſimili caſu *in d.l.precibus.col.11.& conſil.394.colum.fin.*
27 vbi vult, in † vulgari dictam clauſulam non operari, ſed in
compendioſa, prout etiam dicit *conſil.208. in fin. conſil.248.*
col.pen.conſil.287.vol.2.& conſil.384.in fin. ſequitur Socin.iun.
conſil.180.col.pen.in fin.vol.2. Ruyn.*conſ.249.col.pen.vol.2.* Curt.
iun. *in d.l.precib.num.55.* & Ioan.Duran. *de art. teſtan. caut.14.*
tit.5. cum ſimilib. & vltra Ripam ſic etiam reſpondet Soc.
iun. *conſil.100.n.35.vol.3.*

Et ex his infertur concluſio, per diametrum contraria,
28 ſuperius formata: quod † frater in tranſactione inita cum
fratre delinquente, potuerit communicare bona paterna,
eaque diuidere cum eo, eoque modo illa à ſe abdicare; quia
libere fuerant ad eum deuoluta, poſt acceptationem ſine
onere fideicommiſſi reſtituendi filiis ſuis, & ideo de ipſis
potuit pro libito voluntatis ſuæ diſponere. *iux.l.in re man-*
data.C.mand.

Nec quicquam facit illa clauſula, in tranſactione poſita;
firmo tamen remanente fideicommiſſo,&c. quia ſine dubio non
operatur, reſpectu fratris illud remittentis, communican-
29 do, & diuidendu bona, cum ſit † proteſtatio cõtraria facto,
quæ nihil ſolet releuare, iux.notat.per Bart. *in l.non ſolum.§.*
morte.n.17.ff.de oper.no.nunc. vbi Alex.*num.13.& in l.pro herede.*
§.Papin.ff.de acquir.hered.num.3. cum aliis per Pariſ.*conſ.10.col.*
6.n.48.vol.1. ſed nec reſpectu filiorum d. fratris operari po-
teſt, quia ſi per teſtamentum non vocantur ad fideicom-
miſſum, poſt eorum patrem admiſſum, vt ſupra probaui,
non potuit de nouo induci fideicommiſſum, ad eorum fa-
uorem per d. contractum, vt tradit Cuman.& Alex.*col.1.&*
2.in l.qui Roma.§.coheredes.ff.de verb.obl. Ruin.*conſil.7.num.14.*
30 *vol.3.* & idem Dec.*conſ.63.col.fin.* vbi † per trãſactionem ne-
gatur induci fideicommiſſum, & hereditatem dari. Soc. *in*
d.§.coheredes.n.19.verſ. prohibitio alienationis. Dec.*488.num.19.*
& conſil.613. Pariſ.*conſil.100.num.20.vol.4.* Alc.*reſpon.517.nu.3.*
& reſponſ.518. quos allegat, & ſequitur Menoch. *conſil.85.*
num.28.

Hactenus ſatis patet (vt arbitror) non extare aliquod fi-
deicommiſſum ad fauorem filiorum d.fratris, qui cum alio
delinquente tranſegit. Sed vt fortius appareat fruſtra tra-
ctari de aliquo fideicommiſſo, conſiderandum eſt ad a-
liud: nam teſtator vnum ex filiis ſuis, & vxorem, heredes in-
ſtituit vniuerſales, quemlibet pro dimidia, vxorem tamen
inſtituit, donec & vſquequo alter filius eius, qui poſtmodũ
ſupponitur deliquiſſe, erit ætatis annorum 30. quo tempo-
re, ſi erit probus homo, & pacificus, voluit vxorem ſuam
ſibi debere reſtituere dimidiam prædictam bonorum ſuo-
rum omnium, cum prohibitione Trebellianicæ, & interim
dicto filio iure inſtitutionis reliquit ei ſingulo menſe, ſcut.
decem, dandos ei per vxorem prædictam: De qua volunta-
31 te non eſt dubitandum: † potuit enim teſtator vxorem in-
ſtituere heredem, & eam grauare de reſtituendo per fidei-
commiſſum hereditatem filio ſuo, ex certo die, hoc eſt, cum
32 ille erit annorum 30.*§.1.Inſtit.de fideicommiſſ.hered.* nec † ideo
minus valuit teſtamentum, cum filio ſuo, iure inſtitutionis,
reliquerit ſingulis menſibus duc. 10. quod ſufficit ad ſuſti-
nendum teſtamentum. *§.eſt & aliud.in auth. vt cum de appell.*
33 *cognoſc.* † nec potuit ipſe dictam dilationem temporis re-
mittere, ſaltem reſpectu legitimæ *iuxt.l.quoniam in prioribus.C.*
34 *de inoffic.teſtam.* cum † fuerit illa dilatio per teſtatorem ap-
poſita, ad commodum, & prouiſionem dicti filii, cuius in-
firmitati, & iuuenili deſiderio plerumque rebus abutendi,
voluit prouidere, quo caſu non reiicitur etiam de legiti-
ma *l.filiũ matrem.& ibi not.C.de inoff.teſtam.& in d.l.quoniam*
in priorib. notat Iaſon, Bart.& alii, *in l.cum ex filio.ff.de vulgar.*
& pup. Iaſ. *in l.filiusfamilias.§.diui.lectura 2.col.3.num.17.* & ibi
Ripa latius, *num.28.ff.de legat.1.* Rubeus *conſil.27.col.2.* Dec.
conſil.349.col.2.conſil.403.& conſil.441.cum ſimilib. & idem
latius ego dixi, *conſil.50.num.31.* non † ſolum, ſi filius ſit mi- 35
nor, ſed etiam ſi maior, parum tamen induſtrioſus, negli-
gens, vel dilapidator, † valet enim onus, vel vt in caſu no- 36
ſtro dilatio, appoſita reſpectu legitimæ, fauore ipſius filii,
ne lapſu minoris ætatis, vel ingenii, vel morum ſuorum, bo-
nis careat, vt declarat Caſtren. *conſil.156.* Iaſ. *in d.§.diui.* vbi
quoque Crot.*num.17.verſ.3.fit concluſio.* Bero.*q.87.n.5.* Pro-
ponitur autem, quod quando filius prædictus dicitur deli-
quiſſe, non excedebat annos 20. ſeu nondum peruenerat
ad annos 30. ita quod nondum venerat tempus heredita-
tis ſibi reſtituendæ per matrem ſuam: Vnde hinc infertur,
quod priuatio hereditatis ſibi iniuncta in caſu delicti, cum
eius tranſlatione in alterum fratrem, vt in teſtamento dici-
tur, locum habere non potuit; quia † priuatio præſupponit 37
habitum *l.10.ff.de verb.obl.l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iur.* & v-
trobique notant Dd. maxime Caſtr. & Iaſ. ſi ergo nondum
dictam hereditatem filius ille habuerat, eâ priuari non
potuit.

Præterea conſiderandum eſt, quod frater delinquentis
vocatus fuit à teſtatore, ſi delinquens filios non haberet,
quod verbum, † *haberet,* velut præteriti imperfecti, ſubiun- 38
ctiui modi, trahitur ad futurum, & in eo verificatur, ſi non
poteſt de præſenti verificari, vt notant omnes *in l.cum ſtipu-*
lamur.& in l.qui Romæ.§.Aug.ff.de verb.oblig. cum ergo tempo-
re, quo ſupponitur filium deliquiſſe, ille non haberet filios
maſculos, debuit attendi tempus futurum, & ſic, ſi filios eſ-
ſet habiturus, & ita hereditas, quatenus peruenire potuiſ-
ſet ad alterum fratrem, quod dubium eſt, ex proxime dicta
ratione, ſub hac conditione peruenit, ſi delinquens in fu-
turum filios non habebit, ſicque validitas, & effectus illius
diſpoſitionis fuit ſuſpenſus, in euentum illius conditionis.
l.qui heredi.§.fin. vbi Bart. *ff.de cond.& demonſtr.* Butr.& Card.
Floren. *in c.verum.de cond. appoſ.* Caſtr. *inter conſilia Cuman.*
conſil.98.colum.2. Corn. *conſil.50 num.3.volum.1.* Ergo † cum 39
poſtea filius ille delinquens habuerit vnum filium maſcu-
lum, legitimum & naturalem, diſpoſitio collata conditio-
naliter, ſi filios non haberet, in alterum fratrem dicitur de-
feciſſe, & euanuiſſe, *l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.&*
ſubſtit. ibi, *euaneſcere ſubſtitutionem.* Soc.iun.*conſ.102.num.37.*
volum.1. Corn.*conſil.70.colum. 2.volum.3.* † vnde alius frater 40
non potuit aliquod ius prætendere, in patre fratris delin-
quentis ſtatim, ſuperſtante filio dicti fratris. Nec † defecta 41
conditione poſtea curandum eſt, quid de filio dicti fratris
euenerit: ergo licet impubes poſtea deceſſerit, † conditio 42
iam defecta, non dicitur impleta. *l.cum vxori. C.quando dies*
leg. Oldrad.*conſil.21.* Socin.iun. *d.conſil.102.num.38.* † etiam 43
ſi non extiterit heres, vt ibi per eum, poſt Ioannem de A-
nania, quod plenius tradit Corn.*conſil.12.volum.1.* de quo
latius ego dixi, plures cumulans *conſil.20.colum.1.& conſil.22.*
vbi limitaui; tamen nos in regula verſamur, & iſte † filius 44
tranſmiſit hereditatem ſibi per auum relictam, ad patrem
ſuum, iure ſuitatis. *l.apud hoſtes. Cod.de ſuis & legitim.* Bartol.
& alii *in l.ſi infanti. C.de iure delib.* † qua vtendo & fruendo 45
pater dicitur eam admiſiſſe. *l.pro herede.ff. de acquir. hered.* &
de ipſa potuit, vt fecit, vxorem diſponere, quæ per prædicta
non poteſt moleſtari prætextu alicuius fideicommiſſi. *Hip-*
polytus Riminaldus Ferrarien.

Pro D. Ariete de Luna.

A r g. An pacta, quibus quis, res, & pecunias in dotem acceptas, non ſolus, ſed vna cum patruo vxoris adminiſtrare, aut, ſi pactis illis contrauenirit, aut ad inopiam vergeret, patruo, ſoli adminiſtrationem relinquere promiſit, ſeruanda, aut, velut metu contracta irrita, & reſcindenda ſint.

S V M M A R I V M.

1 *Qui vult conſequens, cenſetur velle omne ſuum neceſſarium antecedens. Fulli, vt num 38.*

2 Marito

3 *Marito, cui iniungitur cautio pro conſeruatione bonorum vxoris, ſimul conceſſa videtur eorum libera adminiſtratio. & n. 3.*
4 *Pacta metu facta, non ſunt ſeruanda.*
5 *Metu an cenſeatur contraxiſſe matrimonium, qui initio matrimonij promittere debuit, ſe in adminiſtratione rerum dotalium, patrium vxoris ſocium admiſſurum, aut eidem ſoli, certis caſibus adminiſtrationem relicturum.*
6 *Omnis metus, & coactio ceſſare debent in contrahendo matrimonio & num. 7.*
9 *Et nemo præſumitur ſponte renunciare iuri ſuo.*
10 *Quod metu fit, contra voluntatem fit.*
11 *Pacta an ſint ſeruanda, quibus quis prohibetur adminiſtrare pecunias, & res ſibi in dotem dandas. & n. 12 13. 14.*
15 *Suſpectus reputatur, ſe ſponte ingerens in aliqua adminiſtratione, non requiſitus & n 18. poteſtque remoueri, etiam ante adminiſtrationis exordium iudicis officio n. 16 17.*
19 *Pacta quæ neque dolo malo, neq; contra leges ſunt iuſta ſeruari debent, maxime iurata. n. 20. 22. & 23.*
23 *Contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto efficiuntur neceſſarij.*
24 *Et talis contractus reputatur, ac præſumitur, qualem verba eius indicant.*
25 *Iuramentum in contractu refertur ad omnia, licet incidenter poſita.*
26 *Adminiſtrator magis præcellens alteri præferri debet.*
27 *Iudicium magis eſt integrum, quod plurium ſententiis confirmatur.*
28 *Ius quæritur alicui per ſtipulationem nomine eius factam.*
29 *Intereſſe conſideratur etiam reſpectu honoris.*
30 *Honor eſt adminiſtrare, & dedecus remoueri.*
31 *Annus honorem defendere licet. & præferri debet cunctis rebus. numer. 32.*
33 *Tutela legitima, ſummum prouidentia, agnatis & conſanguineis defertur. & eis n. 34. 35.*
37 *Heres nullus eſt, niſi quem teſtator ore proprio nominauit, & expreſſit.*
38 *Liberatio requirit ſpecificam mentionem.*
39 *Sententia quæ ſtricti iuris, non porrigitur vltra expreſſa.*
40 *Sub legato generali rerum, quæ in domo ſunt, non continentur merces, & venalia.*
41 *De diuerſis ad diuerſa non valet illatio. Sicut nec de incorporali ad corporale. n. 42.*
43 *Metus debet apparere & probari per allegantem, & talis qui cadit in conſtantem virum. & n. 44 & 45.*
46 *Contractus quando ſponte arguatur factus, & non per metum.*
47 *Verba,* ſponte, & animo deliberato, *probant liberam voluntatem, & metum excludunt*
48 *Excuſatio non admittitur ſi excuſans poterat tollere impedimentum, quod allegat.*
49 *Renuntiatio conditionalis, nihil diſponit.*

CONSIL. DCCCXXV.

PETIERVNT alias, D. Samuel Raci, & domina Gratia Beneuenisti, coniuges, committi Illuſtri Conſilio Signaturæ cauſam inter eos, & Magnificum Dn. Arietem de Luna, in qua prætendebant, inſtrumenta, & capitula quædam, inter eos & ipſum celebrata, eſſe nulla, & metu reuerentiali facta; qua petitione obtenta, cum poſtea magnificus Dn. Aries obtinuiſſet commiſſionem cauſæ, ſub obſeruantia dictorum inſtrumentorum, & capitulorum; Illuſtri Comiti Iudici 12. Sapientum ſupplicarunt iidem coniuges, petentes imponi perpetuum ſilentium dicto D. Arieti, ſub eo prætextu, quod iam ſuper hoc eſſet iudicatum, per Illuſtre Conſilium Signaturæ; & iuxta petitionem ſuam, obtinuerunt reſcriptum, vt Conſilium Signaturæ ſuper narratis, optime, & diligenter ſe informaret, & domino referret.

Videndum eſt igitur, quæ nam partes futuræ ſint excellentiſſimi Conſilii Signaturæ in referendo Sereniſſimo domino Duci: Et prima conſideratione dicendum videtur, eas eſſe debere in referendo, quod imponatur ſilentium præfato Dn. Arieti, velut re iam deciſa; nam in alia relatione dicti Illuſtris Conſilii Signaturæ, vltra id quod dictum fuit, illa inſtrumenta non eſſe confirmanda per Sereniſſimum Ducem, cuius oppoſitum Dn. Aries petebat, ſubiunctum fuit, pecunias, res, & bona ipſius D. Gratiæ, quæ extare reperiebantur in domo habitationis ipſius D. Arietis, reſtituendas, & relaxandas eſſe dictis coniugibus, quod vtiq; locum habere non poſſet, ſi D. Samuel teneretur obſeruare d. inſtrumenta, & capitula; cum per ea promiſerit adminiſtrare, diſponere, & traficare pecunias ſimul cum D. Ariete, nec ſine illius interuentu, nomine, authoritate, & ſubſcriptione quicquam diſponere: ſi ergo voluit dictum Illuſtr. Conſilium Signaturæ, pecunias eſſe relaxandas D. Samueli, dicitur etiam in antecedentiam voluiſſe, ipſum liberare à dicta ſimultanea adminiſtratione promiſſa D. Arieti; quia qui † vult conſequens, cenſetur velle omne ſuum neceſſarium antecedens. *l. illud. ff. de acq. hered.* Dec. *conſ. 7. & in c. præterea. col. 5. de offic. deleg. cum ſimil.* 1

Confirmatur & ſecundo, quatenus in ea relatione dictũ fuit: *ſtudentes, eiuſdem, videlicet,* D. Gratiæ, *& bonorum ſuorum principaliter, beneficio, prouidere:* ſi enim moti fuerunt dicti Illuſt. Cõſiliarii Signaturæ, ad relaxationẽ dictarum pecuniarum, rerum, & bonorum, dictis coniugibus, ratione prædicta, prouidendi beneficio bonorum dictæ D. Gratiæ; ergo noluerunt ea ſimul adminiſtrari cum D. Ariete, nec talem adminiſtrationem ſimultaneam reputarunt proficuam bonis Dn. Gratiæ.

Tertio accedit, quoniam † condemnarunt dicti Illuſtr. Conſiliarii D. Samuelem, ad præſtandam idoneam cautionem, pro conſeruatione ipſorum bonorũ, & rerum D. Gratiæ, prout & eam poſtea præſtitit ipſe D. Samuel; ergo non videtur opus, aut amplius neceſſariũ eſſe: vt cum eo ſimul adminiſtret D. Aries, nec quod id Dn. Samuel teneatur obſeruare, cum dicta promiſſio ſimultaneæ adminiſtrationis, facta ſit ad conſeruationem dictorum bonorum, & pro vtilitate, & beneficio dictæ Dn. Gratiæ, vt in inſtrumento dicitur; cui † conſeruationi, & vtilitati conſultum reperitur ex dicta cautione præſtita, quæ proprie ad hoc tendit, & dirigitur, vt ſit magis cautum dictæ D. Gratiæ, *Inſtit. de fideiuſſ. in princ.* 2 3

Quarto, vltra prædicta, non † debet teneri Dn. Samuel ad obſeruationem dictorum pactorum; quia metu fuit inductus ad eorum celebrationem: Vnde rata haberi non debent. *l. 1. ff. quod met. cauſ.* Metus † autem arguitur ex eo, quod non erat in libertate ſua ſimpliciter, contrahendi matrimonium cum D. Gratia, & patrimonium ſuum conſequendi, niſi taliter conueniret cum D. Ariete; cum penes ſe D. Gratiam haberet, & de ipſa diſponeret ad libitum; propterea coactus deuenit ad dicta pacta, vt eam cum bonis cõſequeretur, & ita metum argum. Crauet. *conſil. 49. num. 6. arg. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ.* & quod tradit Bald. *conſ. 117. & conſ. 384. vol. 3.* † & eſt de iure clarum, quod omnis metus, & coactio ceſſare debeat in matrimonio contrahendo, *c. cum locum. c. conſultationi, & c. gemma. de ſponſal.* † vnde quomodocunque, & vndecunque proueniat, propter quod tollatur talis libertas matrimonii contrahendi, & liber non ſit conſenſus, dicendum eſt, illud prohibitum, & impedire matrimonium contractum, vel contrahendum, vt declarat Stephanus de Bonacurſis, *conſil. 9. in princip. matrimonial.* idemque Boſſius *tit. de pluribus violentiis num. 79. poſt Abb. in c. ſignificauit. de eo, qui duxer. in matrim.* dixi plenius, *conſil. 77. matrimonial. & conſil. 362. numer. 31. & pariter in conſil. 538. num. 39.* 4 5 6 7

Comprobaturque iſte metus ex alio, quod in caſu contrauentionis D. Samuelis, non obſeruantis promiſſa, conuenit, quod D. Aries ſolus deberet adminiſtrare, & ad inopiam vergens, deberet cenſeri ipſe D. Samuel, velut malus adminiſtrator; † vnde renunciando dictæ adminiſtrationi, & ſuis iuribus, metus arguitur; † quia non eſt veriſimile, neque præſumitur, quod quis ſponte renunciet iuri ſuo. *l. ſi ſolicite. & ibi Dd.* qui ſic arguunt metum. *de reſtit. ſpol.* ſequitur Crauet. *in d. conſil. 49. num. 4.* & † cum metu id fecerint D. Samuel, & vxor, dicuntur contra voluntatem id feciſſe. *l. nihil conſenſui. ff. de regul. iur. c. ſuper hoc. & ibi not.* Abb. *de renunciat. conſil. 60. colum. pen. vol. 1.* & ego dixi *conſil. 48. num. 54. & conſil. 404. num. 62.* 8 9 10

Quinto, † teneri non debet D. Samuel obſeruare conuenta D. Arieti, cum per ea fuerit prohibitus adminiſtrare bona propria, hoc eſt, dictas pecunias, & res mobiles, ſibi dandas in dotem, quarum dominium ſuum erat futurum, iuxt. *l. res data in dotem. ff. de iure dot.* huiuſmodi † autem rerum ſuarum adminiſtrationem prohibere, eſt cõtra regulas iuris gentium, & naturalis æquitatis. *l. in re mandata. Cod. mand.* quia † iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe libe- 11 12 13

ram

ram ſuorum bonorum adminiſtrationem. *l.2. in fin. ff. ſi quis*
teſt. lib. fuer. manu. Dec. *conſil. 635. col. 2.* Pariſ. *conſil. 73. num. 11.*
14 *vol. 3.* & ego *conſil. 279. num. 88.* † & ob id pacto prohiberi non
poteſt, vt not. Dd. *in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. & in l. ſi ita quis.*
§. ea lege. ff. de verb. obl. Ruin. *conſil. 13. num. 21. vol. 1.*
15 Sexto & vltimo, patet, quod D. Aries ſe † ſponte ingeſ-
ſit in hac adminiſtratione futura, & peragenda ſimul cum
Dn. Samuele, non autem requiſitus ab aliquo, quo fit vt
ſuſpectus reputari debeat, vt declarat Bartol. per illum tex.
16 *in l. victori. §. 1. in fin. ff. de falſ.* † & ſtante dicta ſuſpicione, re-
moueri poteſt etiam ante adminiſtrationis exordium. *§ ſu-*
ſpectus. Inſtit. de ſuſpect. tut. & tradit Speculat. *in tit. de offic. o-*
17 *mnium iudic. §. 1.* vbi dicit, quod † adminiſtratores ſuſpecti,
iudicis officio remouentur. Angel. Aret. *in tractat. malefic.*
18 *in verb. inquiſito. colum. 3.* † & ex pacto, quod D. Aries ſolus
deberet adminiſtrare, quod erat ad eius fauorem, arguitur
eius ſuſpicio, vt per Nat. *conſil. 497. num. 13.* Roland. à Valle
conſ. 40. num. 35. vol. 2. cum ſimilibus à me cumulatis *conſ. 433.*
ſub num. 19. Ergo fruſtra quæritur, quod D. Samuel obſeruet
conuenta Dn. Arieti, qui debet remoueri ab hac admini-
ſtratione.

Et hæc in ſumma ſunt, quæ pro D. Samuele videbantur
facere, & adduci poſſe in medium.

Quibus tamen non obſtantibus, verior opinio iudicari
debet, quod partes excellentiſſimi examinis dominorum
de ſignatura ſint, & eſſe debeant, in referendo Sereniſſimo
Principi noſtro, quod D. Samuel teneatur obſeruare, & ad-
implere promiſſa, & conuenta D. Arieti: Moueor impri-
19 mis *ex l. 1. in princ. ff. de pact.* vbi dicitur, nihil tam † cógruum
eſſe fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt, inter eos ſer-
uare: & ideo mandat prætor pacta conuenta, quæ neque
dolo malo, neque contra leges inita ſunt, ſeruari debere. *l.*
iurigentium. ff. prætor ait. ff. de pact. atque alibi dicit idem præ-
20 tor, graue † nimis eſſe fidem fallere. *l. 1. ff. de conſtit. pecun.* Er-
go cum plura conuenta ſint inter Dn. Arietem, & Samue-
21 lem, debent ſeruari per D. Samuelem, quia † contractus ab
initio voluntarii, fiunt ex poſt facto neceſſarii. *l. ſicut. C. de a-*
22 *ction. & oblig.* & quia dicta † pacta fuerunt iurata, vnde va-
23 luerunt, & obſeruari debuerunt ac ſi eſſet ſtatutum; † nam
æquiparantur ſtatuto, vt not. Bart. *in l. fin. colum. 3. verſ. & quid*
in caſu. C. de pact. Decian. *reſponſ. 31. num. 75. vol. 1.* & ego *conſil.*
693. num. 37.

Secundo cõfirmatur, quia deuentum fuit ad illam con-
uentionem ſimul adminiſtrandi pro conſeruatione bono-
rum D. Gratiæ, & prouidendi gratia vtilitati ſuæ, prout ſæ-
pius in dicto inſtrumento dicitur: ergo patet dictam con-
24 uentionem fuiſſe iuſtam & honeſtam; † talis enim contrá-
ctus reputatur, ac præſumi debet, qualem verba eum indi-
cant. *vt not. in c. 1. in princ. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* & ponit
Dec. *conſil. 308. colum. 2.* idemque Bald. *in addit.* Specul. *de lo-*
cat. in princ. Natta *conſil. 194. colum. 1.* & ego *conſil. 295. num. 39.*
& 40. igitur talis conuentio honeſta ſeruari debet ab ipſo
D. Samuele.

Tertio corroboratur, quoniam deuenit ad hunc contra-
ctum D. Samuel, veluti non practicus, nec expertus in mer-
cibus, & exercitio mercantili, & qui hactenus ad alia diuer-
ſa prorſus operam nauauit, & poſtea iureiurando ſuo con-
feſſus fuit omnia, & ſingula ſupra deſcripta, fuiſſe & eſſe ve-
25 ra, quod † iuramentum refertur ad omnia; licet incidenter
poſita, ſecundum Bart. *in l. ex hac ſcriptura. colum. 3. ff. de donat.*
Bald. Angel. & Iaſ. *in l. ex his. C. de teſtam. milit. 6. limit.* Alexan.
conſil. 17. col. 1. vol. 3. Parti. *conſil. 97. num. 91. vol. 1.* & ego *conſil. 670.*
num. 4. vnde bene conuenit, vt adminiſtratio prædicta non
illi tantum committeretur inexperto, & qui facile poſſet in
ea iacturam facere, ſed ſimul quoque cum eo D. Arieti, ſo-
lerti viro in ſimilibus, & auunculo ipſius D. Gratiæ. Quin-
26 imo † ſi ille, qui habet adminiſtrationem magis præcellen-
tem, debet alteri præferri. *c. epiſcopos. 17. diſtin. & 18. c. placuit.*
cum ſimilibus per Purpurat. *conſil. 540. num. 3.* tolerare de-
bet D. Samuel, quod D. Aries expertus ſecum adminiſtret,
etiam potius debuiſſet præferri, velut excellentior in admi-
niſtratione ipſo D. Samuele.

Quarto accedit, quod negari non poteſt, quin de maiori
commodo D. Gratiæ tractetur, ſi negotia eius debeant ad-
miniſtrari per D. Samuelem, cum interuentu D. Arietis, &
eius iudicio, quam ſi per ſolum D. Samuelem † cum inte- 27
grum magis ſit iudicium, quod plurium ſententiis confir-
matur. *c. prudentia. extr. de offic. deleg. §. illa quippe.* Ergo talis
conuentio, tendens ad beneficium D. Gratiæ, ſeruari debet
per D. Samuelem.

Quinto, nedum ratione intereſſe, & vtilitatis ipſius D.
Gratiæ, ſed etiam ratione intereſſe ipſius Dn. Arietis com-
pelli debet D. Samuel ad obſeruationem dictæ conuentio-
nis, prout ipſe notario, ſtipulanti nomine omnium, & ſin-
gulorum, quorum intereſt, intereſſe poſſet, ſiue poterit,
quomodolibet in futurum promiſit. Per † quam ſtipulatio- 28
nem ius quæſitum fuit ipſi D. Arieti. *iuxt. not. per gloſſ. & Dd.*
in §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul. Caſtrenſ. *conſil. 197. Viſis his,*
quæ narrantur in ſecundo dubio. Dec. *conſil. 225.* & Purpurat.
conſil. 118. num. 14. intereſt † autem ſua dupliciter, primo re- 29
ſpectu honoris, qui principaliter in adminiſtratione verſa-
tur, licet in conſequentiam habeat onus annexum. *l. teſta-*
mento cont. in fin. ff. de manu. teſtam. & gloſſ. ibi, quæ † notat ho- 30
norem eſſe adminiſtrare, & dedecus eſſe remoueri: ſequi-
tur Cynus, Bald. Fulgoſ. & Iaſon *in l. penult. 2. notab. C. de verb.*
ſignif. Imol. Alexand. & Iaſon *in l. ſi ex toto §. 1. ff. de leg. 1.* Aret.
in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthum. & Socin. *in l. v-*
trum. §. cum quidam. in fin. ff. de rebus dub. Imo † ſi licet armis 31
honorem defendere, vt tradit Bertrand. *conſil. 161. num. 4. vol.*
3. Claud. Aquen. *in l. vt vim. num. 98. ff. de iuſt. & iur.* vbi quoq;
dixi, & ponit Sebaſtian. Medices *in tract. de fortuit. caſib. 1.*
part. num. 21. Tanto magis D. Aries ob honorem ſuum licite
petit adminiſtrationem ſimul cum D. Samuele. † Honor 32
enim præferri debet cunctis rebus. *l. iſti quidem. ff. quod met.*
cauſ. Crauet. *conſ. 168. num. 3.* Soc. iun. *conſil. 32. n. 40. vol. 3.* Me-
noch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cum aliis* per Sebaſt. Med. *in o-*
puſculo 3. in princ.

Secundo intereſt pecuniariter, ſi non de præſenti, ſaltem
in futurum, cum ſit auunculus, & proximior ab inteſtato
dictæ Dn. Gratiæ, vnde ſua intereſt, facultates, & pecu-
nias illius non diſſipari, ſed conſeruari & locupletari, cuius
curam magis ipſe, quam alius quem res non tangit, erit ve-
riſimiliter habiturus, & hanc conſequentiam facit in ter-
minis tex. *in l. 1. ff. de legit. tut.* vbi dicitur, † tutelas legiti- 33
mas agnatis, & conſanguineis deferri ſumma prouidentia;
vt qui ſperarent hanc ſucceſſionem, iidem tuerentur bo-
na, ne dilapidarentur, & illum textum not. in ſpecie Bald.
ibi dicens, † præſumi, quod ille, qui ſperat bona, ea tueatur, 34
& non dilapidet. Idque pariter confirmatur; nam certum
eſt, quod † ex ordinata charitate, & affectione cuiuſcunque 35
rectius, & melius bona conſeruantur per proximiores. *l. cum*
pater. ff. de lega. 2. l. fin. Cod. de fideicom. Dec. *1. reſpon. num. 399.*
volum. 1.

Et hanc partem tenendo non obſtant contraria: nam
ad primum reſpondetur, quod illa regula, *qui † vult conſe-* 36
quens, locum non habeat in antecedenti, quod requirit ſpe-
cificam expreſſionem verborum, *l. fin.* & ibi not. Saly. Alex.
& Iaſ. *C. de hered. inſtit.* vbi ſi teſtator dixerit, *Sempronii Plocii*
heres eſto, nec ipſe teſtator fuerit heres Plocii, talis inſtitutio
facta de Sempronio corruit, niſi Plocio prius herede inſti-
tuto: nec teſtator per illa verba, *Sempronii Plocii heres eſto*, di-
citur Plocium heredem inſtituiſſe: licet aliter valere non
poſſit prouiſio facta de Sempronio, quam Plocio prius in-
ſtituto; quod contingit, quia inſtitutio de Plocio require-
bat expreſſam mentionem verborum: quia † nullus eſt he- 37
res, niſi quem teſtator ore proprio nominauit, & expreſſit.
l. iubemus. C. de teſtam. Sed in propoſito noſtro, ſi D. Samuel
erat liberandus ab obligatione adminiſtrandi, ſimul cum
D. Ariete, requirebatur ſpecifica verborum mentio; vt in
relatione prædicta, † quod cum factum non ſit, nec factum 38
fuiſſe præſumi debet. *l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtl. reuer.*
ergo ceſſat regula prædicta.

Confirmatur, quia † ſententia, velut ſtricti iuris non vl- 39
tra porrigitur, quam contineatur expreſſe in ea. *l. 1. C. ſi plur.*
vna ſent. Bart. *in l. Iulianus colum. 3. ff. de cond. indeb. & in l. cum de*
in rem verſo. colum. fin. verſ. ad prædicta facit. de vſur. Dec. *in l. rem*
noſtrum

noſtram.num.9. & in l.in eo quod eſt plus. num.1. in fin.ff. de regul. iur. & conſil.445.num.38. & Cephal. *conſil.458.num.83.* ergo licet voluerint domini Conſiliarii relaxari illas res, & pecunias D.Samueli,& Gratiæ, non inde dici debet, eos voluiſſe liberare D.Samuelem à dicta obligatione adminiſtrandi res, & bona dictæ dominæ Gratiæ, cum domino Ariete.

Et eodem modo tollitur ſecundum obiectum, quod ad idem cum primo tendit, vt de ſe patet: ſed vlterius, & ſecundo reſpondetur ad vtrumque, quod illæ erant pecunię, res,& bona particularia,ac ſupellectilia,& id genus, quæ erant in dicta domo extra traficum, & negociationem aliarum pecuniarum,& mercium, quarum cauſa contracta fuit dicta obligatio inter D.Samuelem & Arietem, vnde relaxatio earum non infert ad relaxationem aliarum, quæ erant in traficis,& mercibus,ſeu venalibus. *l.generali.§.vxori.* & i-
40 bi Bart. & alii, *ff.de vſufruct.leg.* vbi † in legato generali eorum,quę in domo ſunt,non veniunt merces & venalia;poſito igitur, quod non teneretur adminiſtrare Dn. Samuel cum D.Ariete,eas pecunias, & res, quæ erant in domo, ad vſum quotidianum, quia fuit condemnatus D.Aries ad earum relaxationem, non bene infertur ad alias pecunias, &
41 merces,& ad id deſtinatas; & ſic † de diuerſis ad diuerſa nõ
42 recte fit illatio. *l.Papinianus exul.ff.de minor.* † ſicut nec de incorporali ad corporalem, vt per illum text. ponit Decian. *reſp. 123.num.29.vol.3.*

Ad tertium reſpondetur, quod licet directa cautio fuerit præſtita, non tamen tollitur obligatio contracta inter D. Samuelem, & D.Arietem, quæ ſi exequatur, magis etiã cauebitur ipſi D.Gratiæ, & D. Arieti.

43 Ad quartum dico, de metu non apparere, † & probari debere per allegantem. *l.1.in princ.iuncta gloſ.ff.ſi quadrup.pau-*
44 *per.cap.dilecti.de excep.* † & talis probari debet, qui cadit in conſtantem virum. *l.interpoſitas.C.de tranſact.l.metum.ff.quod*
45 *met.cauſ.l.2.§.fin.ff. ex quibus cauſ.maior.* † alioquin non præſumitur, *l. quotiens.§.qui dolo.ff.de probat.* Bald. *conſil.62. vol.1.* Crauet. *conſil.115.num.13.* maxime vero in hac ciuitate, in qua viget iuſtitia, nec toleratur alicui vim, metumve inferri. Pariſ. *conſil.170.n.20.vol. 4.* item quia D. Samuel non fuit de
46 metu præſtatus,& erat in ſua libertate, velut † in domo ſuę habitationis, vt in inſtrumento dicitur, quę arguũt contractum ab eo factum ſpõte, vt verba ſonant; & pluries dicitur
47 in eo, Crauet. *conſil.114.num.6.* & illa verba, † *ſponte, & animo deliberato,* probant liberã voluntatem, & metum excludũt. Socin. *conſil.59.num.18.vol.3.* Pariſ. *conſil. 10. num. 39. vol. 1.* & ſi non potuiſſet matrimonium contrahere cum D.Gratia niſi ita cõueniſſet, poterat habere recurſum ad Principem, qui prouidiſſet in omnibus, quæ fuiſſent honeſta: vnde ſibi im-
48 putari debet, quia † potuit impedimentum quod allegat tollere, quo caſu quis non excuſatur; *vt not.in c.ex tranſmiſſa. de præſcrip.per Felyn.& alios.*

49 Nil etiam facit allegata † renunciatio iurium ſuorum, velut conditionalis, & non pura, quæ nihil diſponit. *l. quæ ſub conditione.ff.de condit. inſtit.* & adminiſtrando ſimul cum ipſo Dn. Ariete poteſt impedire, ne purificetur dicta conditio.

Ad quintum reſpondetur, nõn fuiſſe ſimpliciter prohibitum, D.Samuelem adminiſtrare dicta bona, ſed conuentum fuit, vt ſimul cum Dn. Ariete adminiſtraret, ad ipſius Dn. Gratiæ cautionem, & Samuelis, inexperti in traficis, & facilis ad abutendum, vt ex ſucceſſu manifeſtum fecit,
50 conſumendo notabilem ſummam bonorum, vt fecit, † vnde talis prouiſio, tanquam ei etiam proficua, ſeruari debet. *l.filius matrem. & ibi omnes.C.de inoffic.teſtam.l.cum ex filio.ff.de vulg.& pupill.*

51 Ad vltimum reſpondetur, quod † ſuſpicio purgatur ex tenore contractus, quo patet omnia ordinata ad commodum D.Gratiæ; & concurrente D. Samuele in adminiſtratione, ceſſat omnis ſuſpicio, cum non pateretur Dn. Gratiam decipi. Et ita ſublatis contrariis teneri debet D.Samuel ad promiſſa ſeruanda; ſicque referri debet Sereniſſimo Principi noſtro. *Hippolyt. Riminald. Ferrariæ.*

Pro quibuſdam heredibus Thadei Zambardi.

ARG. Si victor, poſt latam pro ſe ſententiam, eiuſque heredes, executionem non petierint, ſed vltra 15. annos tacuerint: an poſtea executionem contra victum eiusve heredem petentes vigore ſtatuti, diſponentis, quod habens inſtrumentum, vel ſententiam pro ſe, ſi non petat intra annos 15. audiri non debeat, repelli poſſit. Et an tale ſtatutum valeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, & ſucceſſor eius ad officium bladorum, procedunt, ſola facti veritate inſpecta.*
2 *Exceptio præſcriptionis non eſt admittenda, ſi excipiens ſit in mala fide.*
3 *Et mala fides authoris impedit, ne eius heredes, eo mortuo, præſcribere poſſint. & n.4. 5. 6.*
7 *Præſcriptio ſtatuti, an contra heredem creditoris locum habeat. & num. 8.*
9 *Et an talis ſtatutum de præſcript.15.annor.valeat. & n.10. & n.13. 14. 15.16.17 18 19 20 21.22.23 & 32.*
11 *Exceptio præſcriptionis an poſt executionem commiſſam opponi poſſit.*
12 *Creditor intra 15. annos non petens, dicatur à iure ſuo receſſiſſe: & locum eſt ſtatuto de præſcrip.15.annorum.*
13 *Statutum de præſcript 15.annor an valeat & n 14. & an id allegans pro ſe petat. n.15.*
25 *Tale ſtatutum prodeſt debitori, non vi præſcriptionis, ſed præſumpta ſolutionis, tranſactionis, pacti, vel alterius liberationis.*
26 *Ex iuramento debitoris ſtatutum inducit præſumptionem ſolutionis, & ſatisfactionis, aut liberationis factæ & quando. n.27.*
28 *Statuto generaliter, & ſimpliciter loquente de præſcript. 20. vel 15 annorum, & non diſtinguente inter bonam fidem, & malam, nec nos diſtinguere debemus, nec ab eius verbis recedere. & n.29 31.*
30 *Statutum licet auferre non poſſit beneficium iuris communis clericis, tamen auferre poteſt clericis beneficium ſtatutarium.*
31 *Paria ſunt, quod actus valeat, & quod de nullitate opponi non poſſit.*

CONSIL. DCCCXXVI.

IN facto proponitur, quod Thadeus Zambardus, de anno 1526. condemnatus fuit ad certam ſummam, cauſa quorundam boum, & quamdiu vixit, nil dixit Victor, ſed nec eo mortuo. Nunc vero mortuo quoque dicto Victore, eius heres moleſtat heredes dicti Thadei, citatoque eorum procuratore committi fecit executionem dictæ ſententiæ; qui deinde comparuit, & oppoſuit exceptionem præſcriptionis ſtatuti noſtri, 15. annorum, obtulitque paratos eius principales iurare de credulitate ſolutionis, & ſatisfactionis dicti Victoris. Quæritur an procedat eius intentio? & primo videbatur dicẽdum, quod nõ; quia iudex, † qui dictam 1
ſententiam tulit, & nunc eius ſucceſſor, ad officium Bladorum, procedunt ſola facti veritate inſpecta, prout habetur in ſtatuto: *quod iudices Bladorum lib.6.* quo ſtante, † cõcurren- 2
te mala fide dicti Thadei condemnati, qui ex dicta ſententia ſciuit ſe debitorem Victoris, hic iudex ſucceſſor non debet admittere exceptionem præſcriptionis, vt voluit Ang. *in l.ſequitur.§. ſi viam.ff. de vſucap.* ſequitur Felyn. *in cap. ex parte. 2.colum. 1.de offic.deleg.* & poſt eum Dec. *num.4.* idemque late tradit Balbus *in tract. de præſcript.1.part.queſt.5.col.2.* & Pariſ. *conſil.101.num.28.volum.1.* Iaſ. *in l.ſi ſic.in fin. principij.ff. de leg.1. & conſil.72.in fin.vol.1.* Roman. *conſil.149.cum ſimilib.*
Quinimo, † mala fides illius Thadei fuit in cauſa, quomi- 3
nus heredes eius potuerint, eo mortuo, præſcribere; † ſuc- 4
ceſſor enim vniuerſalis in hereditate, impeditur præſcribere propter malam fidem auctoris ſui. *l.cum heres.ff.de diuer. & temp.præſcript.* quia † tenetur exonerare conſcientiam e- 5
ius, cui vniuerſaliter ſucceſſit. *c.fin.de ſepultu.* quam alter exonerare non poteſt, niſi creditori ſatisfaciat; ita tradit Butr. Abbas & Imol. *in c. ſi diligenti.de præſcript.* Alex. *conſil.4. col. penult.in fin.volum.2 conſil.84.in princ. vol.1. & in l.Pomponius. §.cum quis.ff.de acquirend.poſſ.* Dec. *conſil.272.num.6.* D.meus Riminald. *conſil.100.num.54.* † Imo vero mala fides defun- 6
cti impedit heredem inchoare præſcriptionem, etiam ex perſona ſua, vt voluit Romanus *conſil.201.ante finem.* Abb. *conſil.3.quæſtion.13.volum.2.* Calcan. *conſil.26.colum.fin.* Curt.

ſun. *conſil. 117 colum. final. & conſil. 181. colum. fin.* & ego *conſil.*
258. colum. final.
7 Secundo accedit, quod allegatur † hæc præſcriptio ſta-
tuti, contra creditoris heredem, quo caſu ſtatutum prædi-
ctum locum non habet; quia voluit punire negligentiam
ipſius creditoris, quia ipſe eſt, vel debet eſſe certus de ſuo
credito. *iux. l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. ſin. ff. pro ſuo.* quæ ratio ceſ-
8 ſat in † herede creditoris, cum veriſimiliter potuerit igno-
rare factum defuncti. *l. qui in alterius. ff. de reg. iur.* ita pulchre
tradit Alex. *conſ. 187. col. 3. vol. 2.* D. meus Rimin. *conſ. 588.* Ripa
in l. nemo poteſt. n. 116. ff. de leg. 1. vnde vana redditur omnino
talis exceptio præſcriptionis.
9 Tertio confirmatur, quoniam † ſtatutum, in quo iſti ſe
fundant, de præſcriptione loquens ſpacio 15. annorum, vi-
detur inualidum, veluti nutritiuum peccati, quod debitor
ſciens ſe debere, præſcribat cum mala fide, contra text. *in c.*
fin. de præſcript. & ita ibi tenent Butr. Abb. & alii, Ang. Caſtr.
& Imol. *in d. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap.* Alex. *conſil. 69. vol.*
10 *3.* qui dicit eſſe † communem: ſequitur Crotus *in l. nemo po-*
teſt. num. 47. ff. de legat. 1. Ripa *num. 116.* & Mod. Bononien.
num. 806.
11 Quarto, & vltimo, nimis ſero videtur hæc † exceptio
fuiſſe propoſita; quoniam poſt executionem ſentētiæ com-
miſſam, ſtatutum, *de execut. ſent.* non vult ſuccumbentē au-
diri, ſed vt prius ſoluat, & integre ſatisfaciat, poſtea vero ſi-
bi conſulat ea via, qua ſibi videbitur expedire.
Iſtis tamen non obſtantibus, arbitror iſtos heredes Tha-
dei debere audiri, per modum tamen infraſcriptum: dico
enim, quod ille Victor, poſt ſententiam vixit per annos 26.
cum proponatur mortuus iam ſex annis tantum, nec vnq̃,
donec vixit ille Thadeus, qui tamen per annos 12. vixit poſt
dictam ſententiam, quicquam petiit ab eo in iudicio, vel
12 extra, nec etiam à ſuis heredibus. Vnde ſequitur, † quod ex
lapſu 15. annorum, quo creditor ille non petiit, dicitur à iu-
re ſuo cecidiſſe, & locus eſſe debet dicto ſtatuto *de præſcript.*
13 *15. annor.* quod eſt in caſu ſuo validiſſimum; quia † dirigit
verba ad creditorem, dicendo; *quod ſi quis habuerit inſtru-*
mentum, vel etiam ſententiam, vt ſubueit, & non petierit infra 15.
14 *annos, non audiatur. &c.* † Ratio eſt validitatis dicti ſtatuti;
quia tali caſu debitor non dicitur præſcribere; & ſic ceſſant
iura quæ loquuntur de præſcriptione, ſed ipſe creditor
mulctatur à ſtatuto hac pœna, propter ſuam negligentiam,
15 quæ debet applicari debitori. *l. ad quod pœna. ff. de ſolut.* † con-
ſtat enim, quod ſtatutum poteſt hanc pœnam imponere,
& debitor illud allegans, tribuens ſibi hoc lucrum, nō pec-
16 cat; † cum etiam de iure Canonico pœna peti poſſit. *c. ſuam.*
de pœn. ita ſingulariter decidit Caſtren. *in d. §. ſi viam.* ſequi-
tur Crot. *in d. l. nemo poteſt num. 48. limit. 4.* & hoc idem vo-
luit Caſtr. à Crotu non citatus *in l. hac autem iura. in fin. prin.*
17 *ff. de ſeruit. vrban. præd.* bene † verum eſt, quod Felyn *in c. final.*
col. 5. de præſcr. dubitet de hac deciſione Caſtren. motus, quia
licet ſtatutum dirigat verba in creditorem, tamen non po-
teſt purgare conſcientiam debitoris, ſcientis ſe debitorem,
18 ſed † nō reſpondet Felyn. rationi Caſtrenſ. qui dicit, quod
non loquatur de præſcriptione debitoris, ſed de pœna,
quam lucratur debitor, propter negligentiam creditoris:
19 qui † enim pœnam petit, debet eſſe extra omnem culpam.
l. cum pater. § libertis. ff. de leg. 2. Corn. *conſil. 343. num. 7. vol. 1.*
& ego *conſil. 277. num. 22.* qualis non fuit Victor defunctus,
nec ſuus heres, tanto tempore negligentes in petendo. Imo
20 vero † eorum negligentia arguit culpam in eis. *l. magna ne-*
gligentia. ff. de verb. ſignif. cui ſuccurri non ſolet. *l. non enim. ff.*
ex quib. cauſ. maior. Guid. Pap. *q. 473.* Alexand. *conſil. 105. col.*
21 *2. vol. 5.* debet † enim ſibi imputare qui ſua negligentia ſe ex-
22 cluſit. *l. veteres. ff. de itin. actuque priu.* † quinimo tacite vide-
tur renunciare, qui ſua negligentia permiſit labi tempus aſ-
ſignatum, ad actum expediendum. Calcan. *conſ. 15. colum. 14.*
& latius Roland. à Vall. *conſil. 52. col. 3. vol. 4.* ſicut & ego *conſ.*
301. num. 15. Rurſus reperio, quod Balb. *in tract. de præſcript. in*
2. part. 3. part. princ. q. 12. meminit de Caſtrenſ. in dictis locis,
& inquit, quod diſtinctio eius non procedat, vt infra pate-
bit, ſed tamen inferius nil ponit, quod oppugnet Caſtren-
ſem, & meo iudicio eius deciſio eſt ſecundum exemplum

Bart. *in d. § ſi viam.* quando † ſtatutum dicebat, *ſi quis non pe-* 23
tierit debitum infra certum tempus, cadat à iure ſuo, vel non audia-
tur per iudicem quo modo loquebatur etiam ſtatutum, ſu-
per quo Cuman. conſuluit. *conſil. 67.* † tenens illud valere, 24
& ibi dicit vnum *colum. pen.* quod ad vnguem conuenit ſta-
tuto noſtro: dicit enim, † tale ſtatutum prodeſſe debitori, 25
non vi præſcriptionis, ſed præſumptæ ſolutionis tranſactio-
nis, pacti, vel alterius liberationis; nec enim dicendum eſt,
ſtatuentes motos ratione ſolius negligentiæ, quæ non fue-
rat ratio ſatis digna, excludendi creditorem, præcipue cum
ſcire debeant, hoc eſſe reprobatum iure Canonico; ſed ra-
tione alterius præſumptæ liberationis, cuius probatio per
ſæpe lapſum temporis deficit, vt ibi plenius per eum: quod
conuenit ſtatuto noſtro, non ſimpliciter excludenti credi-
torem, qui non petierit infra 15. annos; ſed ita demum, ſi
debitor viuens iurauerit ſe ſoluiſſe, vel aliter ſatisfeciſſe, cu-
ius iuramento ſtatur pro plena probatione; ex † hoc enim 26
iuramento debitoris, inducit ſtatutum præſumptionem ſo-
lutionis, & ſatisfactionis factæ, eo vero debitore mortuo,
ſubdit ſtatutum, præſumitur ſolutum eſſe, & ſatisfactum,
herede iurante de credulitate ſolutionis prædictæ. Vnde
non eſt dubium, tali caſu ſtatutum huiuſmodi valere; & ita
decidit in terminis ſtatuti Lucani Caſtren. *conſil. 162. ſuper 1.*
dubio. vol. 1. vbi quod † caſu, quo conſtaret, ſolutum nō eſſe, 27
ſtatutum locum non debet habere, quia aperiret viam per-
iurii, quod eſſe non debet, & faceret, quod iuramentum
eſſet iniquitatis vinculum: ſolum ergo locum habet dictū
ſtatutum, quando eſt dubium; verū debitum fuerit ſolutū,
vel non, quo caſu inducit quandam præſumptionem de
ſoluto ſufficientem ad ſolutionem, iuncto curſu temporis,
& iuramento debitoris, vel eius heredis: Accedit inſuper
Alexand. † *conſil. 115. vol. 7. colum. 3.* dicens, quod cum ſtatu- 28
tum generaliter, & ſimpliciter loquatur de præſcriptione
20. annorum, ſicuti noſtrum de 15. neque diſtinguat inter
bonam fidem, & malam, quod nec nos diſtinguere debea-
mus, nec ab eius verbis recedere; † & ſi diceretur tale ſtatu- 29
tum nō valere, in debitore, ſciente, tanquam nutriens pec-
catum, inſpecta diſpoſitione iuris Canonici *c. fin. de præſcrip.*
reſpondet Alexand. verum eſſe, quod ſtatuentes non poſ-
ſent hoc facere, quoad auferendum beneficium iuris com-
munis alteri; tamen ad auferendum beneficium indultum
ab ipſis ſtatuentibus, concedentibus executionem para-
tam inſtrumēto, coram officio Bladorum, ſecus eſſe debet;
quod probat Alex. nam videmus, quod † ſtatutum, quam- 30
uis non valeat, quantum ad hoc, vt auferre poſſit benefi-
cium iuris communis clericis. *auth. caſſa. cum ibi not. C. de ſa-*
croſ. eccl. & in c. nouerint. de ſent. excom. tamen bene valet,
quatenus auferret clericis beneficium ſtatutorum, vt vo-
luit Bald. *in l. curialis. C. de epiſc. & cler.* & eſt de mente Do-
ctorum, *in d. auth. caſſa.* ſic ergo † conſulo, quod iſti heredes 31
Thadei recedant, quatenus opus ſit, ab exceptione præſcri-
ptionis oppoſitæ, & dicant, quod à die aſſertæ ſententiæ la-
tæ victor per annos 25. & vltra vixerit, nec vnquam petierit
aſſertum ſuum creditum in iudicio, vel extra, vigore dictæ
ſententiæ, nec eius executionem aduerſus dictum Tha-
deum, nec eo mortuo, aduerſus ipſos; & quod ideo nunc
audiri non debeat eius heres, & quod parati ſint iurare de
credulitate, quod ille fuerit ſatisfactus de contentis in dicta
aſſerta ſententia; & ita conformis erit exceptio eorum diſ-
poſitioni præfati ſtatuti.
Et hanc partem tenendo, non obſtant contraria: nam
primum fundatur in præſcriptione debitoris, cum mala fi-
de, de qua non agitur, ſi ſic opponatur, vt dixi; ſed in ne-
gligentia creditoris, tanto tempore, & præſumpta ſolutio-
ne debitoris.
Similiter & ſecundum ceſſabit; quia talis exceptio reſpi-
cit ipſum Victorem, qui vixit vltra tempus limitatum à ſta-
tuto, & non petiit, & heres ſuus, excluditur ex perſona il-
lius, inhabilis facti, iuxta doctrinam Angel. *in §. reliquum. in*
auth. de hered. ab inteſt. Bald. *in l. final. col. 1. C. de liber. præt.* Dec.
conſil. 85. ad fin. cum ſimil.
Ceſſat & tertium, quia † ſtatutum noſtrum, in quo lo- 32
quitur, eſt validum, & eſt in viridi obſeruantia; ſicque vult

aliud

Digitized by Google

illud ſtatutum, *de obſeruant. ſtatut.* obſeruari, cum exteris, & mandatur etiam iudici neminem audire contra ſtatuta; vnde pro valido reputari debet, poſito quod nõ valeret; quia 33 parta † ſunt, quod actus valeat, & quod de nullitate opponi non poſſit, *vt per gl. in l. qui habebat. §. 1. ff. de minor. reſt.* Alex. *conſil. 106. colum. pen. vol. 2.* Dec. in ſtatuto loquens, *conſil. 456. in princ.* Vant. *in tractat. de nullit. ſent. in tit. qui poſſ. dic. de nullit. num. 42.*

Ad vltimum dicõ, quod illud ſtatutum, *de execut. ſentent.* loquitur in victo, & executionem paſſo; ſed illi non fuerũt victi, ſed eorum pater, & executionem tantum fuerunt paſſi: ergo non continentur in hoc ſtatuto, cum illæ duæ qualitates copulatæ non verificentur. *Hippolytus Riminaldus Ferrarien.*

Pro D. Bonamico.

ARG. An inueſtitus, cum pacto, ne extraheret fructus extra locum de quo inueſtitus fuit, ſi contrafecerit, cadat à iure ſuo in perpetuum. Et de vnico teſte, quod in nulla cauſa ad probationem ſufficiat.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitus non ſeruans pacta, an cadat à iure ſuo.*

2 *Emphyteuta non ſeruans pacta, dicitur delictum contrahere quod nocet aliis ſequentibus comprehenſis in inueſtitura.*

3 *Tempus, quum eſt fundamentum intentionis alicuius, debet ab eo præciſe probari, alias ſuccumbet. Et teſtes id non probantes concludenter reprobantur. n. 4.*

5 *Teſtis vnicus non ſufficit in quacunq; cauſa, vt terminari poſſit. & nu. 6. 7. 8. & cuiuscunque ſit dignitatis. n. 9. etiam in pia cauſa. n. 10. licet procederetur ſola facti veritate inſpecta. n. 11.*

12 *Arbitrator vnico teſti deferens, facit litem ſuam.*

13 *Nec de conſenſu partium fieri poteſt, vt vnus teſtis plene probet.*

14 *Negatiua debet probari ab eo, qui in ea ſe fundat.*

15 *Religioſum vt dici poſſit excommunicatum, quia miniſtrauit ſacramenta in parochia aliena, quid probandum.*

16 *Pœna conditionaliter appoſita vt incurratur, præcedere debet monitio, vel interpellatio.*

17 *Licentiam probans præcedentis, & poſterioris anni, etiam intermedio anno habuiſſe præſumitur. Et probatis extremis etiam intermedia præſumuntur. & n. 19. 20. eiusq; ratio. n. 21.*

22 *Præſumptio admitti debet, quæ tendit in eam partem, per quam pœna euitatur.*

23 *Emphyteuta pacta non ſeruans, an cadat à iure ſuo in perpetuum, vel ex certo tempore. . & n. 24.*

CONSIL. DCCCXXVII.

ADuerſus D. Bonamicum proponitur; quod cum probatum fuerit, ipſum ſine licentia Reuerendiſſimi Domini, vel ſuorum agentium, extraxiſſe fructus perceptos ſuper terra, de qua inueſtitus fuit, extra Inſulam Pompoſia- 1 nam † contra pacta conuenta in inueſtitura, eum cecidiſſe à iure ſuo, non obſeruando conuenta, vt ponit Bald. *in l. fin. §. fin. C. commun. de leg. & in l. vnic. §. 1. col. 4. C. de cad. toll.* Iaſ. *in l. 1. not. 4. C. de iure emphyt.* Ruin. *conſil. 167. num. 18. vol. 1.* idemq; dixi *conſil. 22. col. 2.* & inſuper Berous *conſil. 98. num. 29. & con-* 2 *ſil. 6. n. 15. vol. 1.* & † tanta vis eſt in emphyteuſi, non ſeruare pacta, vt aduerſus ea venire, dicatur delictum contractus, propter quod emphyteuta noceat aliis ſequentibus, comprehenſis in inueſtitura, vt dicit Bart. *in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan.* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. q. 78.* Alex. *conſil. 201. colum. 2. & 3. vol. 5.* & alii per me cumulati *in d. conſil. 22. num. 6.*

Ego vero in caſu propoſito ſecus puto; præmittendo re- 3 gulam; quod † quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, tenetur ille tale tempus præciſe probare, alias ſuccumbit. gloſſ. eſt *in l. eum actum.* quam Bart. ibi multum notat. *ff. de negot. geſt.* idemque Bart. & alii tradunt, *in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nunc.* Iaſ. latius *in rubr. C. qui admitt. col. 2.* Dec. *conſil. 210. col. pen.* & Crauet. *conſ. 6. num. 106.* cum ſimilib. per Rolan. à Vall. *conſil. 41. num. 45. vol. 1.* quibus accedit Cephal. *conſ. 82. num. 51.* Senat. Pedem. *deciſ. 107. num. 6.* At in caſu noſtro, tempus extractionis allegatæ, in libello deductum, non probatum fuit legitime: ergo ſequi debet abſolutoria; probatur aſſumptum: Libellus enim productus fuit de anno 1555. in eoque dictum fuit, à pluribus annis elapſis, nõ paucioribus duobus, Bonamicum inueſtitum fuiſſe à Reuerendiſſimo domino de terra, in fine d. libelli deſcripta, cum pacto, quod non poſſit aliquid recollecti percipiendi ſuper ea, extra Inſulam Pompoſianam exportare, ſine licentia dicti Reuerendiſſimi, & quod non obſeruauit conuenta; ſicque ſupponitur, Ipſum extraxiſſe fructus d. terræ, duobus illis annis decurſis ante tempus libelli, vel altero eorum, & ſic de ann. 1553. ſeu 1554. cum de d. tempore dicatur, eum inueſtitum fuiſſe. Teſtes autem ſuper hac extractione recepti, non probant eam de tempore in libello deducto, ideo non probant, vt in terminis teſtium dicit Senat. Pedem. *deciſ. 79. n. 51.* vbi † reprobat teſtes 4 non concludenter probantes tempus, de quo præciſe probandum erat; ſequor ego *conſ. 52. num. 36.*

Primus teſtis enim dicit, quod Bonamicus ab anno 1545. vſque ad annum 1550. leuauit fructus ex d. terra, & eos conduci fecit extra d. Inſulam; & in Interrogatoriis non tranſcendit annum 1551; Quartus vero, miſſis aliis duobus, qui nil ad rem faciunt, vt per dominum procuratorem, eſto, quod includat tempus in d. libello comprehenſum, cum examinatus de anno 1558. dicat, quòd ab annis 12. vidit Bonamicum ſingulis annis conduci facere fructus perceptos ex d. terra extra d. Inſulam; attamen ſolus reperitur, nec primum, aut alios cõteſtes habere videtur, quo ſtante nõ probatur intentio Reuerendiſſimi domini; cum † nulla ſit cau- 5 ſa, quæ vnius teſtimonio, quamuis legitimo terminetur, *l. licet vniuerſis. in fin. de teſtib.* & † vnius teſtimonium, nec iu- 6 ſtificat, nec condemnat, *33. q. 2. c. admonere.* † voxque vnius, 7 vox nullius reputatur, vt tradit Specul. *in tit. de teſte. §. reſtat de numero teſtium. col. 3.* & idem ponit Ruin. *conſil. 92. n. 10. vol. 3. per text. in c. in omni negotio. de teſtib. & l. vbi numerus. ff. eod. tit.* Idemque firmat Caſtr. *in l. ſi à fratre. C. de teſt. mil.* & poſt eum Natta, *conſil. 630. n. 8.* dicentes, quod † ſi vnus teſtis ſufficeret, 8 poſſet de facili committi falſitas: Idemque tradit Senatus Pedemont. *deciſ. 76. num. 43.* licet † quantæcunque ſit digni- 9 tatis, vt ſcribit Ruin. *conſil. 147. num. 6. vol. 1. conſil. 92. num. 10. vol. 3. & conſil. 99. num. 5. vol. 5.* † idemque in pia cauſa; in qua 10 nec vnicus teſtis ſufficit, vt inquit Dec. *conſil. 139. n. 6.* † & idẽ, 11 ſi procedatur in cauſa, ſola facti veritate inſpecta, ſecundũ Alexand. *conſil. 79. viſo. col. fin. verſ. nec prædictis. vol. 4.* Corne. *conſil. 163. num. 6. 7. & 8. vol. 2.* Hinc † arbitrator, qui vnico teſti 12 defert, facit litem ſuam, vt inquit Alex. *conſ. 209. num. 24. vol. 6.* & † quod eſt fortius, nec de conſenſu partium fieri po- 13 teſt, vt vnus teſtis plene probet. gloſſ. Dyn. & cæteri *in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. in l. 1. §. ſi. ff. de verb. oblig.* vbi Alciat. *num. 23.* Alex. *conſ. 47. num. 4. vol. 1. & conſil. 54. num. 1. vol. 2.* Iaſ. *in l. iuſiurandum quod ex conuentione. col. 2. ff. de iureiuran.* Ceph. prædicta ponens, *conſil. 438. n. 33. cum ſeq.* quæ bene notanda ſunt ſic congeſta.

Secundo, principaliter corruit ex alio, intentio Reuerendiſſimi domini: Agit enim contra Bonamicum, ad caducitatem rei, de qua contenditur; quia extraxit fructus ſine licentia ipſius Reuerendiſſimi, de Inſula Pompoſiana, contra pacta conuenta, in inueſtitura ſuper hoc celebrata; ſicq; fundat intentionem ſuam ſuper negatiua prædicta, quod Bonamicus non habuerit licentiam extrahendi dictos fructus; ergo † debuit d. negatiuam probare, in qua ſe fundat, 14 iux. not. per Innoc. Abb. Felyn. & alios *in c. ſuper his. de accuſ.* Bart. Alex. Iaſ. & alii *in l. in illa. ff. de verb. obl.* Dec. *conſil. 177. col. 1. cum ſimilibus* & in terminis fere noſtris eſt pulchra deciſio Butrii *in d. c. ſuper his. num. 21.* poſt Lap. *allegat. 232.* dicentis; quod † ſi quis opponat, religioſum eſſe excommunicatum, 15 quia miniſtrauit ſacramenta in parochia aliena, *per clemen. 1. de priuileg.* non ſufficit ei probare quod miniſtrauerit, & quod ſit religioſus, niſi etiam non probet, quod ſine licentia hoc fecerit, quia eius hæc eſt intentio, quod illicentiatus fecerit: ſic etiam dici debet ad vnguem in caſu noſtro, nõ ſufficere probare, Bonamicum extraxiſſe fructus de terra prædicta, & extra Inſulã Pompoſianam, ſi hoc eſſet probatum; quod negatur, niſi etiam probatum fuerit, quod ſine licentia Reuerendiſſimi Dn. Bonamicus dictos fructus extraxerit; hoc autem nullo modo probatum video pro

parte Reuerendiſſimi domini: Teſtes enim dicunt, ſe neſcire, an Bonamicus ſine licentia id fecerit: ergo patet, abſolutioni locum eſſe de iure debere.

Tertio comprobatur, quia dicto facto negatiuo de non extrahendo ſine licentia, ſub pœna caducitatis, non fuit ap-
16 poſitum † tempus præciſum, ſed vbi extraheret ſine licentia, caderet à iuribus ſuis; ergo debuit præcedere monitio, vel interpellatio ante extractionem, puta, quod moneretur, vel interpellaretur ad petendam licentiam, ſi volebat extrahere, vt incurreret pœnam, extrahendo ſine licentia. Ita Innoc. *in c. exstirpandæ. §. quia vero. de præbend.* vbi Io. Andr. Butr. Anch. Abb. & Imol. ſequuntur, & alii, quos congerit Alexand. *in l. ita ſtipulatus. num. 13. ff. de verb. obl.* Felyn. *in c. 2. de magiſtr. deciſ. Neapol. 370. num. 9.* Corn. *conſil. 313. num. 8. volum. 4.* Dec. *conſil. 605. colum. 2.* Senat. Pedemont. *deciſ. 49.* & ego *conſil. 89. num. 5.*

Quarto, tanto magis debet abſolui Bonamicus, quo-
17 niam † probauit ex primo teſte, ſe de anno 1551. habuiſſe licentiam extrahendi dictos fructus à Comite Nicolao Taſſono, tunc Commiſſario generali Reuerendiſſimi domini; & de anno 1554. à domino Hieronymo de Arientis, tunc Factore dicti Reuerendiſſimi, vt duo teſtes Pauanatis dicunt; Vnde præſumitur etiam mediis annis, & ſic 1552. &
18 1553. dictam licentiam ipſum habuiſſe; quia † ab extremis oritur præſumptio medii, *vt not. gloſſ. 3. in c. quia ſunt. 28. diſt. & gloſſ. final. in c. in die reſurrectionis. de conſecratio. diſtinct. 5.*
19 Ruin. *conſil. 56. num. 7. volum. 1.* † extrema namque conſideranda ſunt, non autem medium, vt per Afflict. *deciſ. 295. n. 5. verſ. & licet media.* quem Cephal. ſequitur *conſil. 369. num. 17.*
20 quia † quando duo extrema conueniunt, non eſt curandum de medio, vt per Decian. *reſponſ. 7. num. 130. volum. 1.* & ego dixi *conſil. 693. num. 21.* & quia probauit Bonamicus, ſe fuiſſe ſolitum petere, & habere dictam licentiam de dictis duobus annis 1551. & 1554. præſumitur etiam cæteris aliis
21 annis mediis ante, vel poſt eam, petiiſſe, & habuiſſe, † id enim præſumitur factum, & præſtitum, quod erat ſolitum fieri, & præſtari. *l. fin. C. de fideiuſſ. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict.* & quod habetur per gloſſ. Baldum, & alios *in l. neque natales. C. de prob.* ſicque Corneus argumentatur, *conſil. 109. col. 1. vol. 2.* ergo vana redditur omnino intentio partis aduerſæ, ſuper extractione ſine licentia, cum præſumatur
22 interueniſſe, quæ quidem præſumptio † tanto magis admitti debet, ex quo tendit in eam partem, per quam pœna euitatur, in quam ſemper præſumitur, *l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur. l. proxime. ff. de his, quæ in teſtam. del.* Cuman. *conſil. 137. colum. fin.* & Alciat. *in tractat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 45. in princ.*

Quinto plus attentari poſſet, poſito ſine præiudicio veritatis, quod Bonamicus eſſet conuictus legitime, quod fructus dictæ terræ conduxiſſet extra dictam Inſulam, ſine
23 licentia Reuerendiſſimi; † nihilominus eum non cecidiſſe à iure ſuo in perpetuum, ſed ab vſu illius anni tantum, vel plurium, quo, vel quibus pactum non ſeruaſſet, poſtquam contractus non eſt iuratus, vnde ſi velit nunc, & in futurum pactum ſeruare, non poteſt à perpetuo vſu futurorum annorum repelli: Iſta eſt deciſio ſingularis Baldi, quem ſequitur Felyn. *ibi, colum. 3. in c. querelam. ad fin. de iureiur.* cum igitur non petatur, ipſum cecidiſſe ab vſu temporis, quo proponitur extraxiſſe fructus ſine licentia, ſed ab vſu perpetuo, & in futurum petitio partis non eſt iuridica, ſequique debet abſolutio: Et ex hac doctrina Baldi declarandus eſt
24 ipſemet, vna cum ſequentibus in dubiis citatis, † vt procedat, quando iuramentum fuit interpoſitum; tunc enim, ratione periurii, poteſt in totum remoueri, vt ipſe Baldus ſubdit *in dict. capit. querelam.* vel remoto iuramento, debet intelligi, quod res incidit in commiſſum, quo ad vſum illius anni, quo pactum non ſeruatur, & prohiberi poteſt, ne illo anno quicquam extrahat, non autem quoad vſum perpetuum, vt ipſe diſtinguit *in dict. cap. querelam.*

Et ex his puto reſolutum eſſe dubium propoſitum per Excellentiſſimum dominum meum. *Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

Pro D. Bartholomæo Mambro.

ARG. An vicinus prohibere poſſit, ne vicinus iuxta murum, ædes ſuas contingentem, fornacem extruere poſſit. De teſtimonio peritorũ, quos res aliquo modo tangit, an valeat. Et teſtibus vtrinq; paribus, quinam præferendi.

SVMMARIVM.

1 *An vicinus prohibere poſſit, ne fornax pro coquendis vaſibus teſtaceis in domo vicini fiat iuxta murum, ædes eius contingentem. & n. 2. 13. 14.*
3 *Actum factum prout per alios fieri conſueuit, excuſat, ne pœna incurratur.*
4 *Probationes ſi ſint pares, iudicatur in fauorem Rei.*
5 *Iudex cum non poteſt per ſe inſtrui de re aliqua, recurrere debet ad peritos in arte & n. 6. Et an & quando iſ ſint teſtes idonei. n. 7.*
8 *Dicta peritorum præferuntur, non peritorum. Et plures paucioribus. num. 9.*
10 *Teſtibus vtrinque paribus exiſtentibus præferri debent, qui deponunt pro Reo.*
11 *Probatio dubia nihil prodeſt ad victoriam.*
12 *In contractu coram iudice celebrato ceſſat omnis ſuſpicio, & bona fide cenſetur celebratus.*
15 *Teſtes meliorem rationem adducentes aliis præferuntur, & cur. n. 16. Et ratio auget vel minuit eorum dicta. n. 17.*
18 *Item qui cum iure communi concordant, præferuntur illis, qui ei aduerſantur & num. 18. & affirmatiuam deponentes, deponentibus negatiuam. n. 19. Et magis creditur duobus affirmantibus, quam decem negantibus n. 20.*
21 *An teſtes deponentes negatiuam dicantur ſuſpecti. & n. 22. 23.*
24 *Teſtes producti in depoſitione aſſeſſionem maximam cauſa, repelluntur.*
25 *Fornax ex qua procedit fumus in domum vicini, an ab eo prohiberi poſſit & n. 27 & 30. 31 32.*
26 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequenter accidunt, non quæ raro.*
28 *Diſpoſitio qualibet ad ordinaria, non extraordinaria refertur.*
29 *Renunciatio caſibus fortuitis, intelligitur ſuiſſe de communibus, & ordinariis, non extraordinariis.*
33 *Probatio per facti euidentiam cæteris eſt potentior.*
34 *Iudex poteſt ex officio recipere teſtes, licet ſit in cauſa concluſum, ſuper aliquo non capitulato.*
35 *Maxime ſi in cauſa procederetur ſola facti veritate inſpecta.*

CONSIL. DCCCXXVIII.

CONTRA D. Bartholomæum Mambrum dubitatur, Primo, quod ex quo † fornax facienda, pro coquendis 1
vaſibus terreis diuerſæ qualitatis, periculoſa videatur eſſe, ne ignem immittat in vicinas domos, vt deponunt teſtes agentium, prohiberi poſſit ne fiat. *l. quidam Hiberus, & ibi. Angel. ff. de ſer. vrban. præd.* Cæpol. *eod. tit. cap. 51. quæſt. 9.* Nos vero contra dicimus, auctoritate imprimis Cæpollæ *ibi q. 2.* qui tenet, fornacem † fieri poſſe iuxta murum alterius, relictis vno, vel duobus pedibus intermediis, *poſt gloſſ. in d. l. quidam Hiberus. in verſ. ad parietem.* quod ſpacium in caſu noſtro, & vltra relinquitur, vt teſtes Mambri deponunt, & in facienda fornace obſeruabit, & plus, murus eſt ſuus, vt in facto ſupponitur: Vnde faciens actum, prout † per alios fieri 3
conſueuit, debet excuſari, nec aliquam pœnam incurrit, vt per Tiraq. *in tract. de pœn. cap. 42.* Bero. *in cap. quia in omnibus. de vſur. & conſil. 207. num. 54. volum. 3.* Crauet. *conſil. 6. num. 103.* Natt. *conſ. 498. num. 25.* & Decian. *reſp. 104. in fin. vol. 3.* de quibus ego memini *conſil. 696. num. 21.*

Nec obſtat allegata ſuſpicio ignis: Quia animaduerti debet contrarium probari per 13. teſtes Mambri, & ſic nedum pares numero teſtibus partis aduerſæ, ſed vltra numerum ſuorum; qui tantum ſuos ſeptem, quo ſtante, ſuccedit regula; quod † ſtante paritate probationum in fauorem 4
Mambri, qui reus eſt, iudicandum eſſet, *c. ex literis. & ibi not. de probat. c. in noſtra.* & ibi Butr. Abb. & Felyn. *de teſtibus.* Abbas, ac Imol. *in cap. licet cauſam. colum. 3. de probat.* Alex. *conſ. 64. col. 1. & conſ. 156. in cauſa & lite. vol. 2.* Soc. *conſ. 105. col. 4. vol. 3.* pulchre Roman. *conſ. 156.* Dec. *in l. qui accuſare. num. 16. C. de edend.* D. meus Riminald. *conſil. 285. num. 3.* Ioan. de Amicis. *conſil. 71. colum. penult. volum. 2.* Grammat. *conſil. 104. colum. 2.* & ego *conſil. 233. num. 90.* ergo multo magis cum ſint numero plures, vt ſupra dictum eſt.

Nec allegata ſuſpicio teſtium in fine dubiorum quicquam releuat, quod ad ſuæ artis commodum deponant, quia

Digitized by Google

5 quia † cum quæſtio iſta, an hæc fornax ſit periculoſa, reſpe-
ctu ignis, vel nó, ſit talis, quod iudex nó poſſit de ſe inſtrui,
vtique recurrendum eſt ad peritos in arte, vt inquit Bart. *in
proœm. Digeſtor. colum. final. verſ. item nota.* vbi proprie dicit,
6 quod † ſi tractatur de domo, recurritur ad magiſtros, idem-
que latius multos cumulans, ſequitur Dec. *in c. propoſuiſti. n.
9. de probat.* Alexand. *conſil. 15. colum. fin. vol. 1.* D. meus Rimin.
conſil. 95. in princ. Corn. *conſil. 10. num. 36. volum. 2. & conſil. 282.
num. 8. volum. 4.* vnde fit, vt muratores, & bochallarii omnes,
examinati ſuper hac ignis ſuſpicione, vel non ſint ido-
nei, tanquam illi, qui in fabricando huiuſmodi forna-
ces, & illis vtendo, in eiſque laborando, ſcire poſſunt, an
ſint periculoſæ, reſpectu ignis, vel non: & ſi conſideraretur,
quod ad commodum artis ſuæ deponunt, dicendo, quod
talis fabrica fieri poteſt, nec eſt allatura periculum, vtique
Bart. & alii omnes, non dicerent, quod ad eos eſſet recur-
rendum, tanquam ſuſpectos; ſed quia hoc commodum nó
conſideratur, merito concludunt ad eos recurri; nec imme-
rito tale commodum artis ſuæ, non cóſideratur; quia quan-
do deponunt, vt in caſu noſtro, quod fornax non erit peri-
culoſa reſpectu ignis, non deponunt principaliter ſuper eo,
quod ſpectat ad commodum artis ſuæ, quod eſt fabricare,
vel in ea fabricata operari, ad vaſa conſtruenda, & coquen-
da; iſtud enim veniet in conſequentiam; quia permiſſo
Mambro, quod conſtruat eam, vocabit aliquem muratoré,
qui eam fabricet, & poſt magiſtros boccalarios, qui in ea o-
7 perentur, de quo nunc non eſt quæſtio; ergo † cum cómo-
dum cauſæ principaliter non ſpectet ad iſtos teſtes, licet in
conſequentiam poſſet ſpectare, ſunt idonei, & ſine ſuſpicio-
ne, conſiderabili de iure, *iuxt. not. per gloſſ. in §. legatarin. Inſt.
de teſta.* per Bart. & alios, *in l. qui teſtamento. ff. eod.* & late per
Alexand. & Iaſ. *in l. dictantib. C. eod.* maxime, quia concurrit
approbatio iuris, dicentis, quod ad eorum iudicium recur-
ratur, ſecundum Bartol. *in d. proœmio Digeſtor.* & ſequaces: &
ſic tot concurrentibus, de plano procedit, quod ſint idó-
nei, vt conſiderat Iaſ. *in d. l. dictantib. in fin.* & licet aliqui te-
ſtes agentium deponant de hac ſuſpicione ignis; tamen ad-
uerti debet, quod pro maiori parte ſunt imperiti harum
fornacum; tam in conſtruendo eas, quam illis vtendo, vt
videri poteſt: At omnes examinati pro Mambro ſunt peri-
8 ti, vno forte, aut duobus exceptis; ergo † ſequitur, quod di-
cta iſtorum peritorum præualere debeant dictis illorum,
qui ſunt periti, vel imperiti pauciores, vt tradit Speculat. *in
tit. de homic. §. 1. & in tit. de probat. §. fin. verſic. hos quoque.* Alex.
conſil. 10. colum 6. volum. 6. Crauet. *conſil. 195. num. 10.* & Felyn. *in
d. cap. propoſuiſti. in fin. de probat.* quia ſemper militat dicta re-
9 gula; quod † teſtes plures numero debeant præualere. *cap.
ſi teſtes. 4. quæſt. 1. gloſſ. in l. ob carmen. ff. de teſtib.* Bart. *in l. here-
des palam. ff. de teſtam.* Decian. *reſponſ. 4. num. 37. volum. 3.* qui
10 *num. 39.* conſiderat, † quod etiam ſi pares eſſent hincinde,
qui tamen deponunt pro reo, præferri debent, ea ratione,
quia negari non poteſt, quod per probationes factas per
reum (qualis eſt Mamber, in caſu noſtro) dubiæ redduntur
11 probationes agentium: at † dubia probatio nihil prodeſt
probanti ad victoriam. *l. matrem. l. ad probationem. C. de prob.*
& ſic in ſpecie conſiderat Roman. *conſil. 156. num. 2.* Alexan.
conſil. 156. in fin. volum. 2. Dec. *in l. qui accuſare. colum. pen. C. de e-
dend. & in c. ex literis. de prob.* Marſ. *conſil. 51. num. 41. & conſ. 65.
num. 44.* Quinimo ſi conſiderentur teſtes agentium, qui de
hac ſuſpicione ignis deponunt, vana eſt eorum depoſitio,
dum dicunt, quod ſi hæc fornax constructa combureretur,
poſſent comburi domus aliæ vicinæ agentium: ſi enim hæc
ratio eſſet in hac materia conſiderabilis, vtique nunquam
fieri poſſent fornaces, nec factæ deberét tolerari; quia ſem-
per ſubeſſet iſta ſuſpicio in quacunque fornace conſtructa
in aliqua domo aliis vicina; Vnde patet dictam rationem,
& ſubinde ſuſpicionem allegatam, eſſe vanam; tantoque
magis, quia Mamber petiit licentiam ab Illuſtr. Iudice 12.
Sapientum, faciendi dictam fornacem, qui miſit Iudices vi-
ctualium, qui retulerunt, dictam licentiam ei dari poſſe,
veluti minime periculoſam; ideo ceſſat allegata ſuſpicio,
iuxta doctrinam Bart. *in l. frater à fratre. vlt. chart. verſ. 3. quæro.
12 ff. de cond. indeb.* dicentis, † quod quando contractus ſit præ-
ſente iudice, ceſſat omnis ſuſpicio, & bona fide contractus
cenſetur celebratus; ſed bene veriſimilis eſt ratio teſtium
Mambri, deponentium de non ſuſpicione, & de non peri-
culo ignis; quia ſcilicet dicta fornax conſtruenda, non eſt
ædificanda iuxta aliquem murum, ſed adeo ſeparata ab eo,
vt vnus homo circumcirca poſſit deambulare, & vltra cor-
tile, in qua fabricanda eſt, circúdatur muris groſſis, & trium
teſtarum, vt dicunt teſtes: quo † ſtante, remoueretur etiam 13
periculum ignis; dato quod iuxta illos fieret dicta fornax,
vt tradit Angel. & Caſtren. *in d. l. quidam Hibernus.* & ſequitur
Cæpolla, *in tract. de ſer. vrb. præd. cap. 64.* † ibi; *quod liceat face- 14
re ignem, etiam maximum, ſicut fit tempore nuptiarum.* † Vnde 15
cum meliorem rationem adducant teſtibus aduerſæ partis,
illis præferendi ſunt, vt tradit Decius *conſil. 302. num. 18.* nam
in † teſte ratio eſt, quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimonio, *vt not. 16
in l. ſolam. C. de teſtib.* Vnde videmus, quod † vbicunque di- 17
ctum teſtis habet ſe in plus, ſed ratio eius in minus; tunc ra-
tio minuit dictum, & ſi ratio eſſet friuola, & non conclu-
dens, tunc trahit ad ſe dictum, vt non concludat, nec pro-
bet, vt pulchre declarat Bald. *in tract. de teſtib. in 3. part. col. 1.*
Cumque ex hoc appareat, quod teſtes Mambri concor-
dent † cum iure communi, quo cauetur periculum ceſſare, 18
neque præſumi, quando muri ſunt groſſi; ſequitur, quod
præferri debeant teſtibus contrariis, qui deponunt contra-
rium, ſicque iuri communi aduerſantur; vt not. Innocent.
& Abb. *in c. auditis. de præſcriptio.* cum aliis per Dec. *conſ. 448.
num. 11.*

Nec me mouet, quod † teſtes Mambri deponant nega- 19
tiuam, actorum vero affirmatiuam; vnde illi iſtis ſunt præ-
ferendi, magiſq; credendum, *iuxt. gloſſ. in l. diem proferre. §. ſi
plures. ff. de recept. arbit.* † magiſq; duob. affirmantibus, quam 20
decem negantibus eſt deferendum. Imol. *in l. inter pares.
colum. 1. ff. de re iudic.* cum infinitis à me cumulatis, *conſil. 233.
num. 92.* & † negatiuam deponentes ſuſpecti ſunt, vt per In- 21
nocent. & alios *in cap. cum eccleſia. de cauſ. poſſ. & propr.* Bart.
*in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque pri. & in l. penult. §. de-
cere. ff. ne quis eum.* Alexand. *conſil. 136. in fin. volum. 4. conſil. 104.
colum. final. volum. 5. & conſil. 112. in princip. volum. 6.* Dec. *conſil.
175. col. 1. conſil. 534. conſi. 649. colum. fin.* Crauet. *conſil. 9. num. 7.
& conſil. 73. num. 26.* Hercul. *in tract. de negat. num. 127.* Quo-
niam reſponderetur, † quod cum deponant in his, quæ 22
conſiſtunt in artis peritia, vtiq; non plus creditur affirman-
tibus, quam negantibus, ſed tantundem; ita Bartol. *in d. §. ſi
plures. in fin.*

Præterea, † cum negatiuam loco coarctent, deponendo 23
de curtili amplo ſatis ad hoc, & vltra de quampluribus aliis
locis, vbi ſimiles fornaces ſunt conſtructæ; item de qua-
litate fornacis conſtruendæ, & vltra reddant cauſam ſci-
entiæ, ex vſu aliarum fornacum factarum ab eis, vel ab a-
liis; vtique gloſſ. *in d. l. diem.* non procedit, ſed pari paſſu
ambulat negatiua cum affirmatiua; Ita Bald. *in l. cum hi. §.
nihil. ff. de tranſact. & in cap. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer.
controuerſ.* Alexand. & Iaſon. *in l. 1. ff. ſi quis ius dicen.* Ruin.
conſil. 63. colum. penult. volum. 4. Felyn. *in cap. tertio loco. de pro-
bat.* Iaſ. *conſil. 81. colum. final. volum. 3.* & Bertrand. *conſil. 211.
colum. 1. volum. 3. priorum.* & quod vnus teſtis dicat, ſe debi-
torem Mambri, modicum releuat, ſi duos actorum ſpe-
ctemus, Fogaciam ſcilicet, & Sciuetium, ſatis ægre feren-
tes huiuſmodi fornaces, propter eorum vicinitatem; quia
affectionem † maximam denotant præſenti cauſæ, in qua, 24
ſi actores vincerent, eis daretur via inſtandi, ad remo-
tionem fornacum illis vicinarum, vt alter dicit ſe id ten-
taſſe, & alius id in animo habere, vnde ſtante dicta affe-
ctione, repelli debeat, vt per Iaſon. *in d. l. dictantibus. Cod.
de teſtam.* Grammat. *conſil. 41. num. 7.* & ego *conſil. 26. num.
42.* Quare dico, quod omni reſpectu præponderent teſtes
Mambri, contrariis; ideo vincere debet, vt poſſit forna-
cem fabricari facere, non obſtante allegata ſuſpicione ignis
ex aduerſo.

Secundo dubitatur; quoniam ex hac † fornace poteſt 25
procedere fumus, in domos vicinas, quod non permittitur
l. ficus. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. vendic. & tradit Hieronym. Cuch.
in Apoſtilla ad Dec. in l. nullus videtur. ff. de regul. iur. vbi etiam

Cagnol. conſentit, merito prohibenda videtur ædificatio talis fornacis: At huic dubio reſpondetur, quod teſtes omnes hincinde examinati, ſaltem Mambri & Actorum, pro maiori parte dicunt, fumum ordinarie, & regulariter aſcenſurum in altum, abſque vllo ingreſſu domorum vicinarum; & hoc ea ratione deducunt, quia caminus conſtruendus, futurus eſt altior ipſis, eaſque ſuperaturus. Bene verum eſt, quod aliquando propter ſtrauentos, & fortunalia, vt ipſi dicunt, poſſet impelli fumus inferius ad dictas domos,
26 ſed hoc raro contingit, vt ipſi dicunt, & † ad ea quæ frequenter accidunt, non quæ raro, leges adaptantur. *l. nam ad ea. ff. de leg.* Hoc ſic ſtante, licita debet eſſe fabricatio huius fornacis; quia fumus regulariter, communiter, & ordinarie non eſt ingreſſurus domos vicinas, & habitantib. in eis nociturus, propter caminum, vnde exiturus eſt, dictis domibus nedum æqualem, ſed ſuperiorem futurum: † natura e-
27 nim fumi eſt, vt ex inferiori loco ad ſuperiorem tendat. *d. § Ariſto. ibi, fumum in ſuperiora ædificia immittit.* non econtra, quod de alto loco deſcendat ad inferiora: & licet propter ſtrauentos, hoc aliquando poſſet contingere, quia tamen extra ordinem, & raro futurum eſt, vt per teſtes, non
28 debet attendi. *d. l. nam ad ea. ff. de legib.* † quælibet enim diſpoſitio ad ordinaria, non autem ad extraordinaria refertur. *l. Seia. § medico.* & ibi not. Bartol. *ff. de annu. leg.* Dec. *conſil. 430. colum. 2.* faciunt notata per omnes, *in l. ſed & ſi quis.*
29 *§ quæſitum. ff. ſi quis caut.* de † renunciante caſibus fortuitis, quod intelligatur de communibus, & ordinariis, non etiam extraordinariis; ſequitur Alexand. *conſil. 28. volum. 1. conſil. 173. volum. 2.* Rube. *conſil. 159.* Corn. *conſil. 287. colum. 5. volu. 4.* Ripa *de peſte. 2. part. verſi. 4. aeſtate, cum ſimilibus*: Sed eſto, quod fumus immitteretur in dictas domos, adhuc non de-
30 bet cenſeri prohibita ædificatio; tunc † enim prohibetur immiſſio fumi, quando fieret magnus ignis, inſolitus, & continuus, vt in taberna & hoſpitio contingit, propter quē grauis fumus exiret, & immitteretur in domos alienas, alias ſecus: Ita tradit Bart. Florian. & Caſtren. *in d. § Ariſto.* declarando illum tex. & in terminis noſtris Cæpolla *de ſer. vrban.*
31 *præd. cap. 53. in fin.* vbi loquitur † de habentibus furnos, & fornellos, ex his mittentibus fumum in domos alienas; quia contra eos agi non poteſt, nec poſſunt prohiberi, ſi faciunt ignem ſolitum; ſecus ſi inſolitum, puta comburendo paleam, vel ſtramen: ex his enim, maxime dictis per Cæpollam, caſus noſter deciditur poſito, quod fumus immittendus eſſet in domos vicinas, quod negatur, propter caminum futurum altum: nam de furno, fornellove, ad fornacem hanc, videtur bonum argumentum, quæ quatuor tantum pedum in latitudine, ſex vero in longitudine futura eſt, vt teſtes dicunt, & ſic furno non amplior.

Poſtremo, dum conſideratur nocumentum futurum ex furno altanis vicinorum, maxime quoad altanam Gomberti, qui ratione præuentionis, debet poſſe prohibere A-
32 cambrum in ædificando, iuxta quæſt. † de fabro & doctore, poſitam per Bart. & alios *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Breuiter reſpondetur, nec altanis furnum nociturum, reſpectu enim illius Gomberti, caminus fiet æqualis & altior, ita vt res extenſas ſuper dicta altana, & ab ea pendentes, ſuperabit, itaque fumus, cum in altum prodeat, non deorſum tendat naturaliter, non nocebit, & vt teſtes dicunt, examinati pro Mambro, dictus caminus poterit fieri tam altus quantum ei placebit, & ipſe volet: Quo vero ad altanā Turbidi, maxima eſt diſtantia, quadraginta videlicet pedum, & vltra,
33 vt mihi ſupponitur, & D. Iudex in facto vidit; quæ † probatio per euidentiam facti, cæteras vincit. Bald. *in l. contra negantem. in fin. C. ad leg. Aquil.* Alexand. *conſil. 4. volum. 4.* Gozad. *conſil. 34. n. 20.* vnde dato tanto interuallo, Mambrus non debet prohiberi, tantoq; magis; quia dictus caminus etiam fiet altior dicta altana, vnde ceſſat dubium, ſublato eius præſuppoſito, iuxta notata per Fulg. & alios *in l. mancipia. C. de ſeru. fugit.* Soc. *conſil. 55. col. 2. & in l. 1. § ſi quis 40. ff. ad Trebell.* Felyn. *in cap. nonnulli. in princip. penult. chart. de reſcript.* Alciat. *in cap. cum non ab homine. num. 9. de iudic.* & ego *conſil. 20. num. 36.*

Addo inſuper, quod aliqui teſtes actorum vnum dicunt impoſſibile, & in facto non verum, imo falſum; videlicet, quod ex buctis, ſeu buſis dictæ fornacis, poſſet exire fumus nociuus domui dicti Turbidi, & aliis vicinis: primo enim tempore, quo fit ignis in fornace, dicta ſpiracula tenentur clauſa, & ſic impoſſibile, imo falſum eſt, inde fumum exire: aperiuntur autem tantum extincto igne, vt ſtapha, vbi ponuntur laboreria, exſiccetur, & de hoc licet teſtes nil di-
cant, quia non fuit † capitulatum, Iudex tamen ex officio 34
poteſt recipere teſtes, licet eſſet in cauſa concluſum, ſecundum Abbatem, *in c. cum dilectus. de fid. inſtr.* Dec. *in c. 1. 4. not. num. 8. de iudic.* Felyn. *in cap. licet cauſam. colum. 14. [illegible] de probat.* maxime † cum ſola veritate facti procedatur in hac 35
cauſa, vigore ſtatuti in hac cauſa loquentis. Sed poſito, quod dicta ſpiracula tenerentur aperta tempore ignis, & fumi, falſum eſt adhuc, fumum exeuntem ibi, poſſe nocere vicinis, & eorum domos ingredi, cum dicta fornax vndique muris ſit circumdata, & ſolario, vel tecto domus Mambri clauſa, vt ex diſſigno ipſius patet, & in facto potuit D. Iudex videre; eſt ergo impoſſibile, fumum exiturum dictam domum Mambri, & alienas ingredi, vnde quanta fides ſit illis adhibenda, iudicari poteſt: ex his dubia manent reſoluta, ipſique Mambro danda eſt omnino licentia, vt hanc fornacem ædificari faciat. *Hippolytus Riminaldus Ferraria.*

Pro D. Ioanne Ant. Berto.

ARG. An recte in concluſione libelli petatur, vt iudex declaret poſſeſſionem bonorum defuncti tranſmiſſam in heredem inſtitutū, eúmq; in ea confirmandum, aut quatenus opus ſit in ea immittendum. Et an poſſeſſio illa quæ continuatur in heredem, ſit vera, vel ficta. Item an in mero poſſeſſorio, & à ſententia ſuper remedio l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollen. lata, liceat appellare.

SVMMARIVM.

1 *Verba, cuiuſcunq; iuris ſibi competentis, verificari poſſunt ex teſtamento fratris, de quo frater neſciebat.*
2 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito adhoc prodeſt, ad validandum iudicium, alias nullum. & infr. n. 3.*
4 *Potuit ſe confirmari in poſſeſſione vigore teſtamenti dicitur intentaſſe beneficium ſtatuti, quod poſſeſſio defuncti continuetur in heredem.*
5 *Et an talis poſſeſſio ſit ficta vel vera. n. 6 & 7.*
8 *Iuſte dicitur poſſidere, qui auctore iudice poſſidet*
9 *Petens ſe immitti in poſſeſſionem, quatenus opus ſit, cenſetur intentaſſe remedium l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. & ad executionem prædicti ſtatuti agere. n. 10.*
11 *Recte in concluſione libelli petitur declarari poſſeſſionem bonorum defuncti tranſmiſſam eſſe in heredem inſtitutum, eumq; in ea confirmari, & quatenus opus ſit in eam immitti. & n. 13.*
12 *Remedium l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & competit heredi poſſeſſori, petenti ſuam poſſeſſionem confirmari.*
14 *Emptor, cuius nomine venditor conſtituit ſe poſſidere, poteſt petere, vt ſibi tradatur corporalis [illegible] poſſeſſio*
15 *Quando cauſa poſſeſſorij ſapiat petitorium, ſit q; in ea permiſſum appellare. & n. 18. 51. 52.*
17 *An in mero poſſeſſorio iure Canonico liceat appellare. & n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & an appellatio illa habeat non ſolum effectum deuolutiuum, ſed etiam ſuſpenſiuum. n. 24.*
25 *Sententiam nullam dicens, & quatenus ſit aliquis appellans, an cenſeatur principaliter nullitatem deduxiſſe. & n. 26.*
27 *A ſententia lata ſuper remedio l. fin. C. de edict. diui Adr. tollen. non eſt permiſſa appellatio, & cur. num. 28. 29. 30. 31. 32. vt quidem quo ad effectum deuolutiuum, contra Menoch. num. 30. Nec etiam de iure Canonico. n. 36 37. 38. 39. 46. certis tamen caſibus permittitur appellatio. n. 40 41 42. 43 44. 45. 49.*
33 *In poſſeſſorio ex l. fin. C. de edict. D. Adr. Appellans & iudex pariter in cauſa poſſeſſoria non tenentur. & n. 34.*
35 *Statutum ſimpliciter permittens appellationem in poſſeſſorio, in poſſeſſorio ex edict. D. Adr. locum non habet. & n. 63.*
47 *Cum vna ſententia venit in executione alterius, ſi nō poteſt appellari à prima, nec etiam à ſecunda appellari poterit.*
48 *Subſtitutio ſequens, facta cenſetur ſecundum prius aditum.*
50 *Inſtitutus, valet plenior titulo honoratus, præfertur legatario.*
51 *Sententia ſuper poſſeſſorio lata, an, & quando cenſeatur interlocutoria, vel diffinitiua. & n. 54 55. 56.*
57 *Nullitas patens, & certa, nunquam cenſetur excluſa, Eoq; opponi poteſt contra duas ſententias conformes. n. 58. & 59.*

Ex Statuto.

60 Sententia, quæ dicit, appellationem non deuoluere, non eſt ſimplex interlocutor. a, ſed habens vim diffinitiuæ. ſicut & ſententia, quæ pronuntiatur, non licere tertio prouocare. nu. 61. vnde regulari debent ad inſtar diffinitiuæ. nu. 62.

63 In ſtatuto, quod non requirit ſpecialem cauſæ expreſſionem, contra ius commune, in interlocutoria, non habet locum interlocutoria mixta habens vim diffinitiuæ. & nu. 64. Et tale ſtatutum non habet locum in poſſeſſorio ex edicto D. Adriani, quia de eo non loquitur. nu. 66. & 67.

68 Caſus à ſtatuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.

CONSIL. DCCCXXIX.

DOMINVS Ioannes Antonius Bertus coram magnifico dom. Prætore Ferrariæ comparuit, & dixit, tam vigore teſtamenti paterni, quam cuiuſcunque alterius iuris ſibi competentis, ſe fuiſſe dominum & poſſeſſorem bonorum poſſeſſorum per eius fratrem, tempore mortis ſuæ, quę
1 verba, † *cuiuſcunque alterius iuris ſibi competentis*, verificari
poſſunt ex teſtamento fratris ſui, poſtea ex aduerſo producto, in quo inſtitutus legitur, & quæ productio ei prodeſſe debet, poſito, quod neſciret tunc Ioannes Antonius extare
2 dictum teſtamentum: ius † enim ſuperueniens actori ex
cauſa de præterito ei prodeſt, etiam ad conualidandum iudicium, alias nullum, *l. ſi rem. §. fin. ff. de pig. act.* Bar. *in l. non po-*
3 *teſt. ff. de iudic.* Dec. *in l. quod in initio. ff. de regul. iur.* quia † idem
iudicatur de iure ſuperueniente ex cauſa de præterito, quod de ipſo iure præterito, *l. ſi mandauero tibi. ff. mand. l. ſi Titius. de verb. obl.* Maria. *in cap. ſignificantibus. col. 37. de lib. oblat.* Ceph. *conſil. 591. nu. 15.* Deinde petit, ſe confirmari in poſſeſſione bonorum, de quibus in cauſa, detentorum per dominam Antoniam, vxorem dicti quondam fratris ſui, & qua-
4 tenus opus ſit, immitti: ex qua petitione † confirmationis
in poſſeſſionem dicitur intentaſſe beneficium ſtatuti, quod poſſeſſio defuncti continuetur in heredem, quo cauetur, poſſeſſionem defuncti cenſeri translatam & continuatam in heredem, licet alius prius eam occupaſſet, vt hæc D. An-
5 tonia feciſſe ſupponitur: vnde † ſiue dicamus, hanc poſſeſ-
ſionem, quæ transfertur in heredem, ſiue continuatur ipſo iure, ſine alia apprehenſione, fictam & impropriam eſſe, vt voluit Guid. de Cuneo *in l. ab emptione. ff. de pact.* Bal. *in auth. defuncto. col. 2. C. ad Tertull.* Alex. *conſ. 37. col. 2. vol. 1. conſ. 82. perſpectis his. col. 2. verſ. nec ad hoc. vol. 2.* quod iterum repetitur *conſ. 40. vol. 3.* atque iterum *conſ. 51. vol. 6.* cum aliis copioſe deductis per Tiraq. *in tract. le mort ſaiſ. le viſ. in 1. declaratione 5. par-*
6 *tis.* ſiue † dictam poſſeſſionem veram affirmare velimus,
poſt Soc. *in l. rem quæ nobis. q. 5. prin. ff. de acq. poſſ.* Barb. *in c. 2. de conſuet. antep. col.* Ruin. *conſ. 18. col. fin. vol. 1.* Dec. *conſ. 467.* cum pluribus cumulatis à Tiraq. *loco citato. num. 4. & 5.* potiſſime Bal. *in c. contingit. col. 1.* per eum tex. ibi: *verus conſtituatur ela-*
7 *pſo anno poſſeſſor. de dolo & contum.* dum dicit, quod † vera
poſſeſſio acquiritur ſine actu corporeo, & id dicit mirabile. Recte fecit D. Ioan. Antonius, petens ſe in dicta poſſeſſione confirmari, vt præter ſtatutum Iudicis auctoritate ni-
8 teretur, cum † iuſte dicatur poſſidere, qui auctore Iudice
poſſidet, *l. iuſte poſſidet. de acquir. poſſ. l. non videtur data. §. qui iuſſu.* & ibi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur. cap. quod quis mandat. cod. tit. lib. 6.* Decian. *reſpon. 52. nu. 27. vol. 3.*

Potuitque dictus Io. Antonius præter dictum ſtatutum
9 pariter intentare † remedium *l. final. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* quod bene fecit, ſubiungens; & quatenus opus ſit, immitti: quomodo etiam remedium *dict. legis finalis* intentari poteſt, vt tradit Bald. *in rubric. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.*
10 *column. penultim. verſicul. quæro quæ poſſeſſio.* talis † enim miſſio
fit in executione dicti ſtatuti, vt qui eſt in poſſeſſione ficta, ſit in vera. Idemque tradit Bald. *in Rubric. de conſuet. verſicul. conſuetudo poteſt.* Cuman. *conſil. 45. ad fin.* Caſtrenſ. Alexand. Iacob. à ſan. Georg. & Iaſ. *in l. forum. Cod. de iure deliber.* Iaſ. & Dec. *in dict. l. final.* pluteſque cumulan per Tiraquell. *in dict. tractat. le mort. 2. declarat. 6. part.* vbi inter alios citat Decium
11 *conſil. 84. colum. 2.* qui dicit, † bene in concluſione petitionis
petitum, quod declaretur, poſſeſſionem bonorum defuncti transmiſſam fuiſſe in heredes inſtitutos, & in ea confirmari, & quatenus opus ſit, in eam immittendos eſſe; ita quod Dec. vtitur eiſdem verbis, quibus hic vſus eſt d. Ioan. Antonius, idque merito dixit Dec. & obſeruauit d. Ioan.
Anton. quia † remedium *dict. leg. fin.* quod eſt adipiſcendæ 12
poſſeſſionis, competit heredi poſſeſſori, petenti ſuam poſſeſſionem confirmari ac defendi, vt voluit Cyn. *ibi column. final. verſic. item quæro pone.* Alberic. *col. antepen. verſ. item quæritur ſi heres.* Bartol. *col. 3. verſ. item quærit gloſ.* Bald. *circa princip.* Alex. *col. 11. verſ. vlt. amo tene mente.* Iaſ. *col. 3.* Dec. *col. 14. verſ. & ad ſupradicta.* cum aliis per Tiraq. *loco citato, num. 8.* Hancque ſententiam præter alios ab eo citatos probat Menoch. *in remed. 4. de adipiſcen. poſſ. num. 338.* efficaci ratione: nam licet
dictum † ſtatutum heredem faciat poſſeſſorem iuris, non 13
tamen facti, nec realem tribuit effectum, quocirca heres petere poteſt, ſe mitti in illam poſſeſſionem realem & effectualem, prout evidemus in ſimili, quod † emptor, cuius 14
nomine venditor conſtituit ſe poſſidere, petere poteſt, vt ſibi tradatur corporalis facti poſſeſſio, vt voluerunt Bald. Caſtr. Iaſ. & cæteri *in l. ab emptione. ff. de pact.* & Tiraq. late *in tractat. de iure conſtit. par. 1. num. 40.* mitto quaſdam alias rationes, quas Menoch. adducit *loco citato*, vt ad rem noſtram propius accedamus; namque poſtea inſtructo proceſſu dominus prætor pronuntiauit, d. Ioan. Antonium fore & eſſe mittendum, ac aſſociandum in tenutam d. bonorum, & ita ſententiam tulit in remedio *d. l. finalis.* A qua ſententia cum D. Antonia appellauerit, & per D. Iudicem appellationum fuerit declaratum, dictam appellationem non deuoluiſſe, neq; deuoluere, dicta D. Antonia nondum contenta; rurſus appellauit à prædicta declaratione Iudicis appellationum ad Ill. Conſilium Iuſtitiæ, coram quo, cum fuerit oppoſitum pro parte dicti Ioan. Antonii, dictam appellationem non deuoluere, & per ipſum Conſilium proceſſum fuerit ad vlteriora, ſaluo iure cognoſcendi in fine litis, ſuper ipſa non deuolutione, vt in proceſſu: conſentaneum eſt, nunc videre, quid & quomodo per Magnificum Conſilium ſit iudicandum; & prima conſideratione dicendum videtur, pronuntiandum eſſe, dictam appellationem deuoluere, & ideo per dominum Iudicem à quo, ſecundo loco fuiſſe male iudicatum: nam in ſupplicatione loco libelli producta d. Ioan. Anton. narrauit, ſe eſſe dominum & poſſeſſorem dictorum bonorum, petiitq; committi cognitionem & deciſionem, tam ſuper poſſeſſorio, quam petitorio,
vnde † videtur appellatio permiſſa in hac cauſa, quia ſapit 15
petitorium, quod actor etiam deduxit, vt alibi de reo dicit Bal. *in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. col. 3. verſ. quod ſi in poſſeſſ.* vbi tenet,
quod quando † reus poſſeſſ. conuentus excipit de domi- 16
nio, & Iudex, non obſtante illa exceptione, contra eum pronuntiauit, appellari poſſe, quia cauſa ſapit petitorium, propter exceptionem de dominio factam à reo; ſic igitur econtra in actore dicamus, cauſam ſapere petitorium, propter dominium ab actore redoctum, ideoq; appellari poſſe à ſententia poſtmodum ſubſecuta.

Secundo poſito, quod etiam de mero duntaxat † poſſeſ- 17
ſorio ageretur, attamen de iure canonico paſſim conceditur in ea appellatio, vt per gloſſ. & Abb. *in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol.* & alios quamplures relatos *per deciſ. Neap. 289.* vbi dicit, ſic fuiſſe deciſum per totum conſilium, & plures alios refert Maranta *in 2. actu principii vltima parte. num. 295.* & huius ſententiæ fuit etiam Bartol. *in leg. 2. ff. de appellat. recip.* vbi
dicit, † de iure canonico non eſſe dubium, quod in cauſa 18
momentaneæ poſſeſſionis poſſit appellari; & hanc opinio-
nem † communem teſtatur Salyc. *in l. vnic. C. ſi de momen. poſſ.* 19
& poſt eum multis confirmat Contard. *in 3. limit.* dicens, eſ-
ſe † verum, quoad effectum deuolutiuum & ſuſpenſiuum, 20
poſt Didac. *pract. quaeſt. capit. 23. num. 7. verſic. primum equidem. & alios, quos annectit.* Idemque tenet Andr. Sicul. *conſ. 12. vol.*
3. dicens, quod hæc eſt † communis opinio Canoniſtarum; 21
& ideo ſubdit, quod ſi † cauſa iſta venit ventilanda in foro 22
canonico, vel in terris ſubiectis eccleſiæ temporaliter, ſeruabitur ius canonicum, quod bene notandum eſt; quia hic Ferrariæ ita ſeruabitur ius canonicum, vt tradit Cardin. *conſil. 2. in princip.* Fulg. *in l. quid ſit fugitiuus. §. idem Celſus. ff. de ædil. edict.* & Contard. *in d. l. vnica. limitat. 3. num. 11.* & hanc partem
latiſſime quoque tenet, & firmat vt magis † communem 23
Bertous *q. fin. num. 8.* ſicque pariter teſtatur Dec. *conſ. 282. col. 3. verſic. 2. non obſtat.* Bene verum eſt, quod Menoch. *in tractat.*

24 *de adip. poſſ. remed. 4. n. 340.* dicit, † hanc procedere, quoad ef-
fectum deuolutiuum: nam eo reſpectu recipitur appellatio in
iure canonico; ſecus autem quoad effectum ſuſpenſiuum,
ſic intelligens Baldum ibi, vt latius per eum, à quo recedit
Contard. *nu. 2.* qui dicit, quod ſenſus Baldi, ad quem trahit
illum Menoch. abſque literæ violatione, nullo modo colli-
gi poteſt, ſecundum ſuam lecturam, ſed vtcumque ſit ſuper
hoc, velut non neceſſarium, non inſiſtam, vt infra dicam
reſpondendo huic ſecundo fundamento.

Tertio accedit; nam D. Antonia, nedum appellauit, ſed
25 ſententiam nullam dixit, imo † nullam prius dixit, & qua-
tenus eſſet aliqua, appellauit: quo ſtante, dicitur principali-
ter nullitatem deduxiſſe, vt voluit Ang. *in l. ſi expreſſim. ff. de
app.* dicens, ſic fuiſſe Florentiæ per multos Doctores con-
cluſum & iudicatum, quem ſequitur Alexan. *conſil. 2. num. 11.
col. 3.* Iaſ. *in l. 1. num. 8. ff. de iuſtit. & iur. & in l. Titia textores. §. ni-
hil. num. 3. ff. de leg. 1.* Rip. *in cap. 2. num. 40. de reſcr.* Dec. *in c. dile-
26 cto. de appel.* qui teſtatur, hanc † opin. eſſe magis veram, &
magis communem, cum ſimilibus per Contard. *in d. l. vnica.
limit. 7. col. 2.* Iſtis tamen non obſtantibus contrarium de iu-
27 re tenendum eſt: moueor, quoniam † à ſententia lata ſuper
remedio *d. l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.* appellari non poteſt; gloſſ.
eſt notab. ibi *in verb. miſſus.* ibi, *nec appellare*, quam ſequitur
28 Bart. & Bald. *q. 7.* in † hoc talem pronunciam priuilegiatam
eſſe, Salyc. *in §. ſi autem.* Caſtren. *col. pen.* Alex. *num. 28.* Iaſ. *col.
pen.* Dec. *num. 49.* Curt. *nu. 73.* Sapia. *num. 146.* Cyn. *col. fin. verſ.
inde quæritur.* Alber. *col. 4. verſ. oppono ad literam* Ioan. Fabr. *col.
fin. verſ. ſed an poteſt appellari.* Lud. Bolog. qui eam gl. dicit eſſe
ſingularem. Iacob. à San. Georg. *col. pen.* & D. meus Vbertin.
Zuccar. *n. 389.* Modernique Patau. ac poſt eos Tiraq. *in tract.
le mort ſaiſ. in 6. declarat. 6. part. num. 2.* qui plures alios citat;
& huius concluſionis eſt fundamentum clarum, tex. *in l.
29 quinquu. C. quorum app. non recip.* vbi † ſi quis auſus fuerit ap-
pellare, ne ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur, nedum
appellatio non admittitur, verum punitur Iudex, qui eam
recepit: & ibi not. Salyc. Caſtr. & alii, talem appellationem
non admitti.

30 Et huius concluſionis † ratio particularis magis afferri
poteſt, quam in aliis poſſeſſoriis, in quibus non licet appel-
lare, *d. l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ.* videlicet propter ius noto-
rium, quod habet heres, ex teſtamento non abolito, & non
cancellato, prout dicit Bal. *in d. l. quinqu.* aſſignando ratio-
31 nem illius tex. ac etiam, quia † reipublicæ intereſt, teſta-
menta valere, & effectum ſortiri, *l. vel negare. ff. quemad. teſt. a-
32 per.* & † quod vltimæ voluntates defunctorum omnino
ſunt exequendæ, *c. vltima voluntas. 13. q. 2.* & hoc eſt, quod ſi
vltra diſpoſitum in aliis poſſeſſoriis appellare non poſſit,
minus in hoc poſſeſſorio *d. l. fin.* conceditur appellatio, vt eſt
tex. *in d. l. quinqu.*

33 Quod etiam clarius ſuadetur: nam † in aliis poſſeſſoriis
appellans, & Iudex, qui appellationem admittit, aliqua
34 pœna ſpeciali non puniuntur, *d. l. 1. C. ſi de momen. poſſ.* at † in
hoc poſſeſſorio *d. l. fin.* & appellans & Iudex contrafacien-
do pœna grauiſſima puniuntur, videlicet librarum 20. auri,
d. l. quinqu. ex quibus innuitur, rationem aliquam ſpecia-
lem ſubeſſe, quare appellatio in caſu noſtro minus permit-
tatur, quam regulariter in cæteris poſſeſſoriis; & ita per præ-
dicta pulchre tradit Berous *q. 44.* vbi per hoc infert, quod
35 ſtante † ſtatuto, ſimpliciter & generaliter permittente in
cauſa poſſeſſorii ſemel appellari poſſe, locum non habebit
in hoc caſu ſpeciali, & in quo eſt maior ratio ſpecialitatis,
quam in aliis poſſeſſoriis.

36 Et ex his ego valde dubito de † Menochio, viro certe e-
ruditiſſimo, ſed tamen in hac re ſingulari, qui *in 4. remed. de
adip. poſſ. num. 128.* voluit, appellationem in hoc remedio *l. fin.
C. de edict. diui. Adr. tollen.* executionem ſententiæ non impe-
dire, nec eam ſuſpendere, ſed bene appellationem conce-
dere deuolutionem cognitionis iuſtitiæ vel iniuſtitiæ: id-
que probare conatur ex aliis quibuſdam remediis poſſeſſo-
riis, in quibus ita ſeruatur; nam ſi plus eſt in hoc remedio *d.
l. fin.* tanquam magis priuilegiato, rationibus præallegatis,
non eſt de illis ad illud inferendum, niſi tamen de euidenti
iniuſtitia ex actis appareat, vt dicam mox, quo caſu poteſt
Menochius ſaluari, qui ſic ſimpliciter locutus fuit de co-
gnitione iuſtitiæ vel iniuſtitiæ, nec addidit, parentis ex a-
ctis, & notorie: & hæc concluſio procedit etiam de † iure 37
canonico, quo quidem licet cautum ſit, appellari poſſe à
ſententia lata in poſſeſſorio, *clem. 2. de cauſ. poſſ. & propr. c.
cum ad ſedem. vbi not. de reſt. ſpoliat.* Dec. *in l. 1. colum. pen. C. de
bon. poſſ. ſecun. tab. & deciſ. Neap. 269. cum ſimil.* Attamen in hoc
poſſeſſorio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* ſpecialiter eſt conſti-
tutum, quod appellari non poſſit, vt probatur aperte *in c. ei
qui. §. ſi quis. 2. q. 2.* vbi regiſtratur ad vnguem *d. l. quinqu. C.
quorum appell.* & ſentit gloſſ. *in c. non ſolum. de app. in 6.* quæ in-
ter caſus prohibitos appellari, vt dicit ille text. enumerat *d.
§. ſi quis. & d. l. quinqu.* vt per eam; & hoc clare tenet Berous
in d. q. 44. dicens, quod licet † ius canonicum circa appella- 38
tiones interponendas liberalius fuerit, quam ius ciuile, ta-
men in hoc poſſeſſorio *d. l. fin. & l. quinqu.* non permittit ali-
quo caſu appellari poſſe, vt *in d. §. ſi quis.* Aut ſaltem † dici 39
poteſt, de iure canonico appellari non poſſe, ne ſcriptus he-
res in poſſeſſionem mittatur, fauore executionis teſtamen-
torum, niſi grauamen ſit manifeſtum, vel notorium, id eſt,
per ſe notum; vnde † ſi iudex miſit heredem in poſſeſſio- 40
nem ex teſtamento, quod iuris rationibus non conſiſtit, &
ſi quidem ante ſententiam hoc eſt probatum, & ex actis ap-
pareat, appellari poteſt, alias ſecus, ſi teſtamentum ſaltem
ſit apparens, & prima facie exiſtens cortice, licet non ſit exi-
ſtentia in medulla ſiue radice ſolemnitatis & ſubſtantiæ, ita
Bal. eleganter *conſ. 126. præmiſſis verbis. col. 1. vol. 3. in antiq.* & ali-
quanto breuius idem Bald. *in conſ. 203. pronunciatum eſt. vol.
4. in nouiſ.* concludens, † in hoc poſſeſſorio, de æquitate Ca- 41
nonica, appellari poſſe ex euidenti & iuſta cauſa, quæ ex a-
ctitatis appareat, de quo meminit Tiraq. *in tractat. le mort
ſaiſ. in 6. declarat. 6. par. num. 2.* & hanc ſententiam pariter te-
net D. meus Vbertin. *in d. l. fin. num. 394.* vbi poſita conclu-
ſione, † quod in poſſeſſoriis de iure canonico licita ſit ap- 42
pellatio, ſubiungit, hoc demum procedere, ſi cauſa in ap-
pellatione exprimatur, alias ſine inſertione cauſæ non pro-
cederet appellatio; citat Salycet. *in d. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. col. 3.*
idque mihi conſonum eſt: nam † vbicunque de iure prohi- 43
betur appellatio, tamen appellari poteſt, cum conſtat ex a-
ctis de manifeſta iniquitate. Ita Butr. Abb. & alii, *in cap. inter
cæteras. de re iud.* cum ſimilibus per Alex. *conſ. 107. col. fin. vol. 3.
& in l. de pupillo. §. qui opus. col. fin. ff. de oper. nou. nunt.* ſequitur
Natta *conſ. 51. nu. 21. & conſ. 172. num. 4.* inferens, † quod licet à 44
ſententia in poſſeſſorio non liceat appellare, tamen appel-
latio admittitur, vbi ſententia manifeſtam continet iniqui-
tatem, citat Bald. *in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. col. 2. verſic. denuo quæ-
ro.* vbi ſignanter dicit, poſt Inn. † appellari poſſe, ſi in appel- 45
latione exprimatur cauſa poſſeſſionis, id eſt, titulus, vel id,
quod pro titulo habetur: ſed ſi victus titulum non habeat,
nec id, quod habetur pro titulo, patienter ferre debet, ſi ei
poſſeſſio per ſententiam auferatur.

Aut igitur, concludendo, primam † opinionem tene- 46
mus, quæ paſſim prohibet appellationem, etiam de iure ca-
nonico in hoc poſſeſſorio, & habemus intentum; quod D.
Antonia non recte appellauerit à ſententia domini Iudicis
appellationum, qui pronuntiauit appellationem primam
eiuſdem mulieris à ſententia D. Prætoris, in hoc poſſeſſorio
lata, non deuoluere: quoniam nunc non tam agendum eſt
de deuolutione huius ſecundæ appellationis, quam de me-
ritis ſententiæ d. Iudicis appellationum, cum Magnificum
Conſilium proceſſerit ad vlteriora, reſeruato ſibi iure de-
clarandi in fin. litis, ſuper non deuolutione: vnde cum vi-
deat, primam ſententiam latam in hoc poſſeſſorio, à quo
prohibetur appellatio; & ob id dominum Iudicem appel-
lationum pronuntiaſſe, appellationem ab illa non deuol-
uere, iudicare debet, bene fuiſſe per eum iudicatum, veluti
ſuper appellatione ab hoc poſſeſſorio, quæ non deuoluit,
& denuo male appellatum fuiſſe per partem aduerſam. Id-
que præterea comprobatur: nam † quando vna ſententia 47
venit in executione alterius, ſi non poteſt appellari à pri-
ma, nec pariter à ſecunda, Bal. *in l. ſi cum exceptione. §. hæc au-
tem. ff. quod met. cauſ.* Fel. *in c. quod ad conſultationem. col. 10. n. 14.
de re iud.* Capic. *deciſ. 1. n. 23.* ſimile videmus † in ſubſtitutione 48
ſequen-

Google

ſequenti, quę facta cenſetur ſecundum ſubſtitutionem prę-
cedentem, *l.1. C. de impub. l.quis liberis.§ final.ff. de vulg. & pup.*
Dec.*conſ.186.nu.4.conſ.480.n.12.* Pariſ.*conſ.18.nu.75.vol.1.* Ruin.
conſ.128.n.13.vol.3. Ceph.*conſ.292.n.12.* dixi *conſ.50.n.12.& conſ.*
279.nu.206. At quod appellatio partis à ſententia primi Iudi-
cis non deuoluat, vt ſecundus Iudex cenſuit, talis eius ſen-
tentia tendit ad executionem primæ, quæ facilius exitum
habebit de aſſociando in tenutam dominum Ioan. Anto-
nium Bertum: ergo appellatio ab ea interpoſita non debet
admitti, ſicut nec à prima admittitur.
49 Aut vero tenemus † ſecundam opinionem, quod non
admittatur appellatio in d. poſſeſſorio, *l. fin. C. de edict. diu.*
Adr. tollen. niſi grauamen ſit manifeſtum & notorium ex a-
ctis, & cauſa expreſſa in appellatione, quæ ſit euidens & iu-
ſta, puta quod reus habeat otulum, vel aliud, quod pro ti-
tulo habeatur, ſecundum Doctores, poſteriore loco cita-
tos, & adhuc habet intentum d. Ioannes Antonius, quia
nulla releuans cauſa, nec quæ iuſtificetur ex actis, fuit ex-
preſſa, nec aliquis titulus allegatus proficuus, imo contra-
rium patet ex duobus teſtamentis in cauſa productis, pa-
terno videlicet, quod vocat d. Ioan. Antonium, poſt eius
fratrem, ſine filus defunctum, & fraterno, quod eum pa-
ter vocat heredem, quibuſdam legatis D. Antoniæ factis in
eo, & codicillis, quæ illi fuerunt per dominum prætorem
reſeruata, quatenus de iure ei competant, vnde patet, d.
Ioan. Antonium potiorem eſſe, & præferendum D. Anto-
50 niæ, veluti pleniore † honore, ſcilicet iure inſtitutionis vni-
uerſalis decoratum, D. Antonia, legataria tantum, *l. filium. §.*
ſed ſi portio. ff. de leg. præſt. dictæque D. Antoniæ per Iudices
nullum grauamen iniunctum fuiſſe, nec de aliqua notoria
iniuſtitia conſtare; ergo talibus eius appellationibus nulla-
tenus eſſe deferendum.
Et hanc partem tenendo non obſtant contraria; & pri-
mo deciſio Baldi *in d. l. 1. C. ſi de mom. poſſ.* loquitur enim,
51 quando † reus excepit de dominio, & Iudex, non obſtante
illa exceptione, contra eum iudicauit, & ſic etiam de domi-
nio cognouit, merito tali caſu datur appellatio, quia cauſa
ſapit petitorium, de quo fuit cognitum: at hic dominus
prætor de poſſeſſione tantum cognouit; itaq; non permit-
titur appellatio. Pro quo facit, quod inquit Dec. *in l.1. C. de*
52 *bon. poſ. ſecundum tab.* licet † enim detur appellatio, quando
poſſeſſorium habet mixtam cauſam proprietatis, fallit ta-
men (inquit Dec.) quando limitate fuit actum reſpectu poſ-
ſeſſionis, vt per Spec. Ang. & Sal. quos citat; ſic igitur & hic,
vbi prætor limitate de poſſeſſione cognouit & iudicauit.
Secundo dico, quod licet in libello, ſeu ſupplicatione
loco libelli ſic dictum fuiſſet, tamen poſtea petitum fuit,
tantum confirmari in poſſeſſione, & quatenus opus ſit im-
mitti, quod facere licuit ante litis conteſtationem, *l. edita. C.*
de eden. cum ibi notatis.
Ad ſecundum reſpondetur, illam communem conclu-
ſionem locum non habere in iſto poſſeſſorio remedii *l. fin.*
C. de edict. diu. Adr. tol. in quo proditum eſt, appellationem
non admitti ſimpliciter de iure canonico, vel ſaltem, niſi
grauamen ſit notorium ex actis, & expreſſa cauſa iuſta in
appellatione, vt ſupra deduxi, quæ hoc caſu ceſſant; nec de-
fendi poteſt hæc appellatio, quod (vt audio) fuit interpoſita
53 ab † interlocutoria, quo caſu non eſt neceſſaria expreſſio
cauſæ ſpecialis in appellatione, ſed ſufficit in ea dicere; ex
cauſis, quæ ex actis apparent; vt eſt ſtatutum noſtrum *de ap-*
pell. col. 1. quoniam ſententia domini prætoris lata non po-
54 teſt interlocutoria dici, † cum lata fuerit comparente con-
tradictore, videlicet D. Antonia, ſeu eius legitimo procura-
tore, vt per Cyn. Bal. Salyc. & alios, vbi d. meus Vbert. *ad fin.*
55 *in d. l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.* Idque confirmatur, quia † cum
principaliter agitur poſſeſſorio, & ſuper eo lis conteſtatur,
talis ſententia, quæ fertur ſuper eo, eſt mere diffinitiua, quia
diffinit cauſam poſſeſſorii principaliter intentatam, non
56 obſtante, quod ſuper petitorio poſſet reuocari: ſed † quan-
do poſſeſſorium deduceretur incidenter, tunc eſt interlo-
cutoria; ita tenet Peruſ. *in c. cum ceſſante. col. pen. verſ. 21. de app.*
& Cardin. Alexand. *col. 7. verſ. haberis etiam.* & Marant. *in 3.*
& vlt. par. iudicii. num. 35. Idemque tenet Soc. *in l. qui agnitis.*
num. 13. ff. de excep. Ioan. Ferrar. *in forma libelli petitionis heredi-*
tatis ex teſtamento, in gloſſ. per veſtram diffinitiuam. Guido Pap.
conſ. 66. nu. 2. cum aliis per Contard. *in d. l. vnica. in ſecunda ra-*
tione decidendi, n. 45.
Ad vltimum dicitur, id eſſe quidem verum, puta ſi Iu-
dex ſine citatione proceſſit, vel alio defectu nullitatis pec-
cat ſententia, quia nihil impedit, quo minus de nullitate
dici poſſit, ſicut in quolibet alio actu, *l. 4. § hoc iudicium. ff. de*
re iud. & per Alexan. *in d. l. fin. num. 28.* vel † quando nullitas 57
eſſet patens & certa, quia talis nullitas nunquam cenſetur
excluſa, & ideo † licet non poſſit opponi de nullitate ad- 58
uerſus tres ſententias conformes: tamen † id non procedit, 59
quando nullitas eſt certa & notoria, & præſertim ex actis,
ſicque limitatur tex. *in clem. vt calumniæ. de re iudic.* vt per Bal.
in l. ſi vnus. §. pactum. ff. de pact. & alii, quos cumulat Contard. *in*
d. l. vnica. limit. 7. num. 63. ſed hic nulla datur nullitas in pro-
ceſſu vel ſententia, nec de aliqua notoria iniuſtitia conſtat;
ergo fruſtra de nullitate fuit oppoſitum in libello appella-
torio: at nos ſumus in primo membro poſſeſſorii principa-
liter intentati; ergo, &c.
Sed nec † ſententia domini Iudicis appellationum, qui 60
dixit, non deuoluere appellationem partis à ſententia do-
mini prætoris; ſimplex interlocutoria fuit, ſed habens vim
diffinitiuæ, vt poſt Ioan. Monach. *in cap. cupientes. de elect. lib.*
6. tradit Bal. *in l. 1. C. ne lic. tertio prouoc. col. 2. verſ. quæro an à ſen-*
tentia. dicens, † quod ſententia, qua pronuntiatur, non li- 61
cere tertio prouocare, dicitur interlocutoria, quæ tamen
habet vim diffinitiuæ. Idemque ſequitur Peruſ. *in c. cum ceſ-*
ſante. num. 44. de appellat. poſt dominos de Rota *deciſ. 83.* & i-
dem Felin. *in Rubr. de re iud. col. 7. num. 10.* quo † ſtante regula- 62
ri debet ad inſtar diffinitiuæ, vt quoad ſalarium; decidit i-
dem Felin. *in d. Rubr. col. pen.* poſt Ægid. *deciſ. 603. de ſententia.*
Igitur patet, nos eſſe extra dictum ſtatutum, de interlocu-
toria ſimplici loquens.
Secundo tanto magis, quia cum diſponat contra † Ius 63
commune, non requirens expreſſionem cauſæ ſpecialem
in appellatione ab interlocutoria, contra tex. & ibi Gemin.
in c. cordi. de appell. in 6. Bar. *in l. eum qui. ff. de appell.* & eſt tex. &
ibi Doct. communiter *in c. vt debitus. de appell.* cum ſimilib.
copioſe deductis per Marant. *in 2. actu vlt. part. iudicii. nu. 141.*
Vtique † non debet habere locum interlocutoria mixta; 64
hoc eſt, habens vim diffinitiuæ, qualis eſt ea, de qua agitur,
iux. notat. *in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig.* per Alex. Iaſ. & ſequa-
ces, *cum vulgaribus.*
Tertio confirmatur: nam ſi † ſtatutum loquens de poſ- 65
ſeſſorio, quod liceat ſemel appellare, locum non habet in
iſto poſſeſſorio, ſpeciali ratione, vt declarat Berous *in d. q.*
44. multo minus † ſtatutum *de appellat.* permittens appella- 66
tionem ab interlocutoria, non expreſſa cauſa grauaminis,
ſpecialiter debet habere locum in d. poſſeſſorio, de quo
nec in genere, nec in ſpecie ſtatutum loquitur, quia † quod 67
ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſeruum. §.*
non dixit prætor. ff. de acquir. hered. l. illam. C. de collat. & pulcher
tex. *in §. conſideremus. in auth. de trien. & ſemiſ.* ibi, *cum hoc non*
lege agimus, & erubeſcimus. & in l. diſſentiens n. C. de repud. ibi, *in-*
uitam autem ad maritum redire, nulla præcipit iuris conſtitutio.
Et † caſus à ſtatuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris 68
communis, *l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſ. l. ſi cum dotem. in*
prin. ff. ſolut. matr. & in ſtatuto tradit Bald. *in l. ſi plures. col. pen.*
verſ. iuxta prædicta. C. de cond. inſer. Alexan. *conſil. 130. in prin. vol.*
2. conſ. 144. col. 2. volum. 6. Dec. *conſ. 444. nu. 4.* & Decianus *re-*
ſpon. 46. n. 23. vol. 3.
Ex ita pluribus mediis obiectum reſoluitur. *Hipp. Riminal.*
Ferraria.

Pro agnato contra matrem.

ARG. An per ſtatutum admittens maſculos, ex-
cluſis filiabus, & omnibus aliis fœminis, etiam
mater excluſa cenſeatur, & ſi excluditur, an et-
iam à legitima eiuſque ſupplemento dicatur
excluſa, ſi filius, facto teſtamento, eam in certa
tantum ſumma inſtituerit, agnato vniuerſali-
ter inſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Mater an comprehendatur in ſtatuto de ſucceſſ. ab inteſt. filias aliaſque omnes fœminas excludente. & nu. 4. 5. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*
2 *Verbum, omnibus, eſt vniuerſale.*
3 *Dictio, alius, eſt repetitiua eiuſdem qualitatis.*
6 *Statutum fœminas excludens eſt fauorabile. Et cur nu. 7.*
10 *Linea duplicis eſt ſpeciei: recta & inflexa. Rectaque duplex eſt, aſcendens & deſcendens.*
11 *Et mentione facta de linea, in dubio intelligitur de recta, non autem inflexa.*
16 *Familia amplitudo & dignitas conſeruatur per maſculos, non per fœminas. & nu. 18. 19.*
17 *Statuti principalis intentio & finalis ratio colligitur ex eius proœmio. & nu. 29.*
20 *Mater ſiue ſecundo nubat, ſiue non, dicitur tranſiuiſſe ad alienam familiam.*
21 *Fœmina ſemel excluſa propter maſculum, eo poſtea mortuo, non admittitur amplius, ſed perpetuo remanet excluſa.*
22 *Mater an debeat dotari à filio, vel de eius bonis. & nu. 23.*
30 *Mater excluſa per ſtatutum an cenſeatur excluſa à legitima. & nu. 37. 38.*
39 *Legitima an per ſtatutum adimi poſſit. & nu. 40. 41.*
42 *Mater excluſa à legitima, vel eius ſupplemento in cauſa inteſtati, an cenſeatur etiam excluſa in cauſa teſtati. & nu. 43. 47. Et quando. nu. 50. 51. & 52.*
44 *Filius inſtituens agnatum maſculum vniuerſalem, matrem vero in certa re iure legitimæ, an eam à ſupplemento eius dicatur excluſiſſe. Et an in filia idem fieri poſſit. 45. 46.*
48 *Legitima debetur tantum ei, cui hereditas ab inteſtato debetur: vnde fit vt fœmina excluſa ab inteſtato per ſtatutum non debeatur legitima ſupplementum. nu. 49.*

CONSIL. DCCCXXX.

AD reſolutionem dubiorum ſuper duobus eſt elaborandum.

1 Primo, an † mater comprehendatur in ſtatuto *de ſucceſſ. ab inteſt.*

Secundo, ſi comprehendatur, an à legitima, vel eius ſupplemento cenſeatur excluſa, facto teſtamento per filium, qui eam inſtituit in certa ſumma, agnato vniuerſaliter inſtituto.

Circa primum dicendum eſt, quod ſic, tam ex verbis, quam ex mente ſtatuti: ex verbis enim id conſtat, dum maſculos admittit, excluſis filiabus & omnibus alijs fœminis.
2 Illud enim † verbum, *omnibus*, quod eſt vniuerſale, *l. Iulianus. cum ibi notatis. ff. de leg. 3.* facit, vt comprehendantur fœminæ, quæ alias in diſpoſitione ſimplici non comprehenderentur, vt mater, *l. ſerui electione. §. fin.* vbi Bat. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij, *ff. de leg. 1.* Dec. *conſ. 69. n. 4.* Crau. *conſ. 80. n. 15.* Dec. *in l. omnia. ff. ſi cer. pet. cum ſimil.*

3 Nec obſtat dictio, † *alius*, repetitiua eiuſdem qualitatis, vt in dubijs dicitur, per conſilium Ruini *13. num. 4. vol. 1.* Dec.
4 & alios *in l. 3. C. de ſer. fug.* vnde † facta expreſſione filiarum ſub illis verbis, *& omnibus alijs fœminis*, non poteſt contineri mater, diuerſæ qualitatis à filiabus; quia reſpondetur, ſuper illa dictione, *alius*, non eſſe eam faciendam, cum inferius in verſiculo, *ſi vero*, dicatur, *nulli agnati ſuccedant*, *& excludant fœminas omnes, & filias, cuiuſcunque gradus & lineæ*, & ſic ſine verbo, *alius*, loquitur.

5 Sed & ſecundo dicitur, quod obiectum † procederet, ſi ſtatutum ſimpliciter diceret, *& alijs fœminis*, ſecus adiecto verbo, *omnibus*, vniuerſali: id enim operatur, quod maiora expreſſis, ſeu diuerſæ qualitatis, comprehendantur in materia fauorabili, vt declarat Soc. *in l. quidam relegatus. in 5. con-*
6 *cluſione. ff. de reb. dub.* Hoc autem † ſtatutum eſſe fauorabile abſolute, non eſt ambiguum, ſecundum magis communem opinionem, vt per Dec. Curt. iun. & D. meum Riminal. *in l. 2. C. de in ius vocan.* & abunde tradit Brun. *in tractat.*
7 *quod ſtant. maſcul. in 4. artic. princip. col. pen. & final.* cum † fauore agnationis ſit factum, quæ per maſculos conſeruatur, *§. cæterum. & §. media. Inſt. de leg. agnat. ſucc. l. 1. §. ſed ſi ſeruus.* ibi, *publice enim intereſt. ff. de vent. inſpic.* tradunt Bald. & alij *in l. maximum vitium. C. de lib. præt.* Soc. *conſ. 63. n. 17. vol. 3.* Dec. *conſ. 15.* & Decian. *reſp. 9. n. 6. vol. 3.*

Sed vlterius aduerti debet, quia ſtatutum ſubiunxit, *cu-*
8 *iuſcunque † lineæ & gradus*, quæ verba ſine dubio matrem comprehendunt, quæ dicitur fœmina, & in primo gradu
9 ſupra, *§. 1. gradu. Inſt. de grad.* ſed & † verbum, *lineæ*, eam comprehendit: nam in fauorabilibus idem de capite lineæ, quod de linea, iudicatur, vt per Soc. *conſil. 81. col. 2. vol. 4.* licet negetur, nos eſſe in fauorabilibus, quod eſt contra magis
communem; & † lineæ duæ ſunt ſpecies: recta & inflexa. 10
Rectaque duplex eſt, aſcendens & deſcendens; & † in du- 11
bio mentione facta de linea, intelligitur de recta, non autem inflexa, vt per Bal. *conſ. 321. ſtatuto. vol. 1. in nouiſ.* Ergo mater comprehenditur; tantoq; magis, quia ſi † ſtatutum ſim- 12
pliciter dicens, quod nulla mulier ab inteſtato ſuccedat, matrem comprehendit, vt in ſtatuto Florentiæ tradit Barbat. *conſ. 54. in prin. vol. 3.* multo † magis hoc noſtrum magis 13
prægnans, loquens de filiabus & omnibus alijs fœminis, cuiuſcunq; lineæ & gradus, debet eam comprehendere; & ita ſignanter reperio, quod in terminis huius ſtatuti contra matrem conſuluit Crau. *conſ. 752.* vbi facit aliqua de fundamentis meis: & alia ex † mente pariter dicendum eſt, ma- 14
trem comprehendi, cum † ſtatutum moueatur ad exclu- 15
dendum fœminas, vt conſeruetur dignitas & amplitudo in familia: hoc autem eſt impoſſibile, niſi concurrant etiam fertilitas, pinguedo & opulentia bonorum, vt tradit Ang. *conſ. 68. Martinus. col. 2.* & Cur. *conſ. 51. n. 7.* quod † ſi bona per- 16
uenirent ad fœminas, non conſeruaretur dignitas & amplitudo in familia, cum per maſculos conſeruetur, vt per Iacob. de Are. *in ſua diſputatione*, quam late refert Ioan. And. *in add. Specul. de ſucceſſ. ab inteſt.* Curt. *conſ. 40. n. 8.* & D. meus Rimin. *conſ. 184. n. 19. cum ſimil.* hoc enim † proœmium, ex quo 17
ratio finalis, & principalis intentio ſtatuti colligitur, iux. not. per Bar. Imol. & alios, *l. fin. ff. de hered. inſt.* nulli fœminæ conuenit, & ſic quoque matrem comprehendit, ſicut cæteras fœminas.

Nec à prædicta mente ſtatuti me retrahunt ſequentia verba: *quæ non depauperetur propter fœminas tranſeuntes vt plurimum ad alienas familias, & vt fœminis prædictis conſulatur*: ea enim matribus non conueniunt, quæ mortuis maritis vt plurimum ſecundo non nubunt, ſicq; non tranſeunt ad alienas familias, nec eis ſatis conſuleretur per excluſionem
earum; quoniam tametſi † ſæpius videamus, viduas ſecun- 18
do non nubere, quod & obſeruauit hæc mater, tamen † et- 19
iamſi remaneant viduæ, non ob id dicuntur de familia patris ſui, ſed mariti defuncti, *l. fin.* & ibi Bart. & alij, prout Iaſ.
teſtatur *nu. 16. C. de verb. ſign.* Ergo † ſiue ſecundo nubat, ſiue 20
non, mater dicitur tranſiuiſſe ad alienam familiam, ſicque dicta verba verificantur in ea.

Nec illa verba, *& fœminis dictis conſulatur*, prolata ſunt à ſtatuto, vt matres admittantur, iam per illud excluſæ; quia ſi
fœmina † excluditur propter maſculum, licet maſculus de- 21
ficiat poſtea, tamen illa non admittitur, quia ſufficit, quod ſemel fuerit excluſa, ideo perpetuo remanet excluſa, vt per Bal. *in auth. ſed ſi quis. col. fin. verſ. & pro hoc. C. de ſecun. nupt. & in c. 1. §. 1. in 2. not. Epiſcop. vel Abb.* Dec. *conſ. 87. n. 1. & 516. nu. 17.* Decian. *reſp. 99. n. 21. vol. 3.* ſed dicta verba prolata fuerunt reſpe-
ctu dotationis, ſi facta non fuerit, vt inferius dicitur licet † e- 22
nim mater à filio, vel in eius bonis dotari non debeat neceſſario, de iure communi, vt per Ripam poſt alios *in l. 1. nu.*
82. ff. ſol. matr. niſi † in ſubſidium, ſi pater ſit inops, & illa ſit 23
diues, vt ſenſit Imperator *in l. neque mater. C. de iur. dot.* Alex. *conſ. 117. n. 7. vol. 6.* Gozad. *conſ. 97. n. 11.* poſt Bar. & Bald. *in auth. res quæ. C. com. de leg.* vbi etiam Fulg. *nu. 5.* Ioſeph. *deciſ. Peruſ. 21. nu. 19.* & Cephal. *conſ. 174. in fin.* Attamen id fieri mandat ſtatutum, ſicut de cæteris fœminis eis conſulendo, caſu quo nullatenus ab aliquo fuiſſent in præteritum dotatæ, alias ſecus, vt in hac matre dici debet antea dotata, nedum in primo, ſed & in ſecundo matrimonio.

Secundo, mens † etiam ſtatuti deprehenditur ad exclu- 24
ſionem matris, ex verſiculo, *ſi autem nulli*, quo dicitur, *ſi nulli filij aut deſcendentes maſculi fuerint, ſuccedant aſcendentes maſculi*: hinc enim plane liquet, matrem non admitti, & à ſtatuto comprehendi, in capite fœminarum excluſiuo, cum alioquin admitteretur ad ſucceſſionem cum aſcendentibus
in pari gradu, *§. conſequens. in auth. de hered. ab inteſt.* & † ad- 25
mittendo tantum maſculos aſcendentes, excludit ſtatutum aſcendentes fœminas, vt matrem, auiam, & id genus, vt abbi Bar. argumentatur *in l. 1. §. videndum. col. 2. ff. ad Tertull.*

& in

& in l. liberorum. col. pen. ff. de verb. ſign. Abb. *conſ. 36. vol. 1.* Dec.
conſ. 546. col. 2. in prin. & alibi ſępe Doctores. Sed & tertio ſta-
26 tuti † mens à fortiori deprehenditur: nam ſi filias excludit,
quibus eſt magis debita patris ſucceſſio, naturali ratione, *l.
cum ratio. ff. de bon. damnat.* multo magis matrem cenſetur ex-
cludere velle, iure poſitiuo, ex Senatusconſulto Tertull.
vocatam, *Inſtit. eod. tit.* & ita in terminis ſtatuti ſimilis arguit
à fortiori Caſtrenſ. *conſ. 346. caſus præſens. in prin.* dicens, quod
27 ſi † frater defuncti matrem excludit, auus à fortiori debet
illam excludere, cum in eo ſit maior ratio excludendi, ſe-
quitur Decius *conſil. 333. col. 2. in fin. cum ſeq.* latius confir-
mans, ſic etiam dici debet in hoc ſtatuto, quod ſi maſculi fi-
lias defuncti remouent à ſucceſſione, fortius matrem re-
mouere debent, cum in ea ſit maior ratio remouendi, quia
non ita ei debetur hereditas filij, ſicut illius filiabus, *l. nam
& ſi parentib. ff. de inoff. teſt.*

Ex his iam patet, & ex verbis, & ex mente ſtatuti, ma-
trem in ea comprehendi, & à ſucceſſione excludi.

Nunc ad illud deſcendo, de ſtatuto, *infra quantum temp.*
ad quod ſe hoc refert, in quo de aſcendentibus non fit
mentio, nec determinatio annorum octodecim, cum du-
plicatione dotis, matribus conuenit, vt latius ex aduerſo
28 deducitur. Super quo conſiderandum eſt, quod † principa-
lis intentio ſtatuti *de ſucceſ. ab inteſt.* fuit, excludere fœminas,
fauore maſculorum, vt in prin. dicitur, vt conſeruetur di-
29 gnitas & amplitudo in familia: id enim † proœmium de-
notat cauſam finalem ſtatuti, quia motum fuit, vt per o-
mnes *in l. fin. ff. de hered. inſt.* cum aliis copioſe cumulatis per
Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſ. limit. 1. nu. 64.* & per Bal. *conſ. 250. col.
fin. verſ. item proœmium. vol. 1.* per Alex. *conſ. 119. col. fin. vol. 5.* Soc.
conſ. 67. col. 3. vol. 1. Decius *conſ. 239. col. 3.* Soc. iun. *conſ. 21. col. 1.
30 vol. 1.* & † in ſpecie, quod iſta cauſa conſeruationis nominis
familiæ ſit cauſa finalis, tradit Guid. Pap. *conſ. 267. & conſ. 505.
& ſeq.* Soc. *conſ. 47. ad fin. in 2. vol.* Dec. *conſ. 57. n. 9.* Bertran. *conſ.
299. vol. 1.* & Decian. *reſpon. 7. nu. 19. vol. 1.* Bene verum eſt, quod
ſtatutum voluit etiam mulieribus conſulere, dum ſubdit,
& vt fœminis conſulatur, mediante ſcilicet earum dotatione,
de qua ſe remiſit ad aliud ſtatutum, *infra quant. tempus*, non
tamen ita perpetuo, vt ex ea penderet excluſio vel admiſſio
fœminarum; omnino enim voluit eas excludi: dotari vero,
ſi dotatæ non fuerint ab aliquo, cui incumberet onus do-
tandi, vt inferius dicitur *in verſ. ſi vero nulli.* vbi ergo dotatæ
reperirentur, & ſic conſultum eſſet, voluit ſtatutum aliter
31 conſuli mulieribus, ſed eas à ſucceſſione remoueri, † quali-
tas ergo dotationis non fuit cauſa finalis excluſionis mulie-
rum; quod inde patet, cum non ſit generalis, iux. notat. per
Io. And. domin. Peruſ. & alios *in c. quoniam. de immun. eccleſ.
lib. 6.* Bald. & Alber. *in l. generaliter. C. de epiſc. & cler.* Corn.
conſ. 35. col. 2. vol. 3. cum ſimilibus per Tiraq. *in tractat. ceſſan.
cauſa. limitat. 1. num. 62.* nam fieri iubetur à ſtatuto, ſi prius à
32 nullo facta fuiſſet; at † fauor agnationis bene fuit cauſa fi-
nalis, cum eo reſpectu ſemper fœminas excludat, & talis
cauſa in eo ſtatuto expreſſa præſumi debet finalis, veluti illi
ſtatuto cohærens, vt poſt gloſſ. notat Bald. *in l. cum tale. §. fal-
ſam cauſam. ff. de cond. & demonſtr.* & latius Tiraq. *in d. limit. 1.
num. 21.*

33 Non obſtat & alia conſideratio, quod † mater non di-
catur in hoc ſtatuto comprehenſa, à quo non reperitur ex-
preſſe excluſa, prout nec cenſetur, niſi quatenus reperitur,
vt per Dec. *conſ. 466. num. 8. & conſil. 579. num. 5.* poſt Bald. *in l.
34 ſed & milites. ff. de excuſ. tut.* vt † enim concedamus id in iure
verum eſſe, non tamen admittitur in hoc ſtatuto, in quo
verba & mens eius matrem comprehendunt, vt ſupra de-
35 monſtraui. Ratioque † conſeruationis dignitatis & ampli-
tudinis familiæ, de qua in ſtatuto, matri conueniens, ſicut
filiabus & aliis fœminis, operatur, vt mater dicatur com-
prehenſa, & in ſtatuto expreſſa, vt per Bald. *in l. de quibus. ff. de
legib.* Caſtren. *conſ. 441. col. pen. volum. 1. in nouiſ.* Baldus *conſil.
384. ſtatuto ciuitatis. col. 2. vol. 5.* cum ſimilib. per Crau. *conſ. 183.
col. 2.*

36 Non obſtat etiam, quod † mater in totum excluſa per
ſtatutum, non cenſeatur à legitima remota, vt per Curt. *con-
ſil. 27. num. 29. verſ. & bene facit.* quoniam conceſſo (vt neceſſe
eſt ex prædictis) matrem † in ſtatuto comprehendi, quod à 37
legitima quoque dicatur excluſa, dubitari non debet, ex i-
pſo ſtatuto, *in verſ. quibus omnibus*, dicente, quod prædictæ
fœminæ ſic excluſæ non poſſint cauſa & occaſione alicuius
legitimæ moleſtare & inquietare maſculos vocatos ad ſuc-
ceſſionem per præſens ſtatutum: & vbi id ſtatutum non di-
ceret, idem tamen eſſet dicendum, quia † ſtatutum ſimpli- 38
citer excludens filiam, ſeu matrem à legitima ſucceſſione,
intelligitur eam etiam à legitima excludere, vt voluit Ang.
conſil. quod incipit, ſtatuto cauetur. Caſtren. *in l. Titio centum. §.
Titio genero. col. pen. ff. de cond. & demonſt. & conſil. 106. ſuper eo, de
quo quæritur.* Alexand. *conſil. 69. volum. 4. quod incipit, circa præ-
miſſa.* Iaſ. *in l. ſi quando. §. & generaliter. num. 11. & in auth. nouiſſi-
ma. col. pen. C. de inoff. teſt.* Corn. *conſ. 150. vol. 2.* Grammat. *deciſ.
57. per tot.* & idem concludit Crau. *in d. conſ. 752.* videndus.

Nec dubium eſt, ſtatutum † id ipſum facere poſſe, ſal- 39
tem ex cauſa, vt hic, propter conſeruationem agnationis, vt
late per Dec. cum apoſtilla ſua. Hier. Cucal. *in l. iura ſangui-
nis. ff. de regul. iur.* & † præſertim in legitima matri debita, ſe- 40
cundum Dec. poſt Angel. Bald. Roman. & Capram, quos
citat, quibus addo Rubeum *conſ. 67. per tot.* & † quod agna- 41
tionis conſeruatio ſit cauſa idonea ad tollendum legiti-
mam, tradit Cur. iun. *conſ. 10. col. 3. in fin.* quem ſequitur Crau.
conſ. 236. nu. 2.

Poſtremo non obſtat, quod dicitur, † matrem excluſam 42
à legitima, vel eius ſupplemento, in cauſa inteſtati, non
cenſeri excluſam in cauſa teſtati, de qua hic agitur, vt late
per Soc. *conſ. 30. col. 8. verſ. ſupereſt. & conſ. 150. vol. 1.* dicentem, ſe
non repeiſſe in hac re contradictorem aliquem. Quoniam
Soc. † errauit, hoc dicens, cum Bal. *conſ. 49. vol. 3.* & Ang. *conſ.* 43
105. col. fin. in matre contrarium clare decidant, in ſtatuto,
eam excludente ab inteſtato, ſtantibus maſculis: ſi enim fi-
lius † inſtitueret agnatum maſculum, vniuerſalem here- 44
dem, matrem vero in certa re, iure legitima, prout ad vn-
guem contigit in caſu noſtro, tenent, matrem à ſupplemen-
to legitimæ excluſam remanere; & illam deciſionem An-
geli ſequitur Fabian. de Chioch. *in auth. nouiſſima. nu. 150. C. de
inoffic. teſt.* ſed in † filia, quod eſt fortius, hoc idem tradit 45
Caſtr. *conſil. 110. ſuper primo quæſito. col. 2. in antiq. & conſ. 396. in
puncto quæritur de quadruplici. col. 2. vol. 1. in nouiſ.* quem refert
Alexan. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. column. 7.
verſic. reperio etiam.* Ruin. *num. 114.* & Galliau. *num. 52.* mouen-
tur, quia † inſtitutus agnatus, qui ſucceſſurus erat ab inte- 46
ſtato, non debet eſſe deterioris conditionis, cum habeat
expreſſam voluntatem defuncti, quam eſſet, ſi deceſſiſſet
ab inteſtato, quo caſu haberet tacitam; vnde ſi tunc exclu-
deretur fœmina, mater vel filia, fortius nunc excludi debet:
& quia ſecundum Caſt. & alios † ad ſucceſſionem ex teſta- 47
mento, per ſupplementum legitimæ non poteſt perueniri;
niſi mediante cauſa inteſtati, cum illi tantum ius competat
agendi ad ſupplementum, cui debetur legitima; ſed † legi- 48
tima non debetur, niſi ei, cui hereditas ab inteſtato debe-
tur, cum ſit portio portionis debitæ ab inteſtato, *l. cum quæ-
ritur. C. de inoff. teſt.* Vnde ſequitur, quod fœminæ † excluſæ 49
ab inteſtato per ſtatutum, non debeatur legitimæ ſupple-
mentum; tantoque magis, vt addit Ruin. *loc. citat.* † vltra id, 50
quod ſibi relictum fuit in teſtamento: non enim vocatur
ad illud ſibi non relictum. Ergo ad ſupplementum agere
non poteſt; † & hoc idem contra matrem, cui filius in teſta- 51
mento nihil reliquerat, & ſic in fortiori caſu tradit Barbat.
conſ. 54. col. 5. volum. 3. inquit enim, † quod eo ipſo, quod quis 52
non facit teſtamentum, relictis perſonis nominatis in ſtatu-
to, tacite videtur excludere matrem, ex quo ſcit illam non
ſucceſſuram, & huic tacitæ voluntati dat cauſam ſtatutum:
multo fortius eſt præſumendum, quod ſtatutum idem vo-
luerit, quando filius teſtator nihil matri reliquit, quia non
debet plus operari voluntas tacita, quam expreſſa; ſic igitur
etiam dicamus ea vocata citra legitimam, cum prohibitio-
ne, ne quid vltra petere poſſit, vt in caſu noſtro, quod ad-
uerſus voluntatem filii claram & apertam venire non poſ-
ſit. Et ex prædictis remanent ſoluta dubia, licet eleganter
propoſita, pro matre, cui nullum ſupplementum legitimæ
concedi debet, ſtantibus prædictis. *Hipp. Rimin. Ferrar.*

Pro

Pro patruo contra matrem vigore ſtatuti Rauennæ de ſucceſſ. ab inteſt.

ARG. Statutum non admittens matrem ad ſucceſſionem filiorum inteſtatorum, an etiam de filio pupillo intelligendum ſit, materque ab eius quoque ſucceſſione excludatur. Vbi diſputatur, an pupillus, qui de iure teſtari non poteſt, dici vel haberi poſſit pro inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de filiis inteſtatis, ſeu ſine teſtamento decedentibus loquens, an etiam in filio pupillo, qui de iure teſtari nequit, locum habeat. & nu.2.3.4.5.6 quæ eſt quæſtio controuerſiſſima, & à Dd. in vtramque partem diſputata. nu. 7.*

8 *Pupilli, qui teſtari nequeunt, an pro inteſtatis haberi poſſint. & nu. 9. 10. 11. 12. 13. 47.*

14 *Et an mater à ſucceſſione filiorum inteſtatorum per ſtatutum excluſa, à pupillorum quoque ſucceſſione excludatur. & nu.15. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 36. 41. 42. 43. 44. 45. & ſequent. vſque ad finem.*

16 *Statuti verba an ſecundum ius vel communem vſum loquendi ſint intelligenda. & nu. 63.*

17 *Soror licet ſit agnata, per eam tamen bona non conſeruantur in agnatione. nu. 18.*

19 *Dos magna apud Romanos erat ducatorum 400. apud Maſſilienſes non excedebat duc. 100.*

20 *Secundum leges Solonis & Lycurgi nulla dos mulieribus conſtituebatur. At ius noſtrum diuerſum ſtatuit. nu. 21. 22. 23.*

24 *Appellatione propinquorum veniunt fœminæ. & nu. 34.*

31 *Clerici, qui ſunt in ſeruitio Papæ vel Epiſcopi, aut ſunt infirmi, & qui habentur pro præſentibus, pro talibus habentur, non ſolum quoad ea, quæ ſunt de iure communi, ſed etiam quoad ea, quæ præſentibus conceduntur, ex priuilegio, & de iure ſpeciali. & nu. 30.*

37 *Statutum, quod quis habeatur pro ciue, præſuppoſito, quod non faciat vere ciuem, importat tamen, quod habeatur pro ciue in his, quæ ciuitas poterit concedere ciuibus.*

39 *Lex communis poteſt extendi ad ſtatutum. & nu. 40.*

46 *Actus, vt valeat, in dubio præſumi debet.*

48 *Caſus duo cum æquiparantur per legem antiquam, lex noua ſuperueniens in vno trahitur ad alium.*

CONSIL. DCCCXXXI.

STATVTO Rauennę diſponitur, quod mater ad ſucceſſionem filiorum ab inteſtato decedentium non admittatur, niſi ad legitimam tantum, non extantibus fratribus, vel ſororibus, filiis eiuſdem patris: quod autem ſupererit vltra legitimam, deueniat ad proximiores propinquos, vſque ad quartum gradum; his vero non extantibus ſuccedat mater in totum, in omnibus bonis: exiſtentibus autem fratribus vel ſororibus, mater ad legitimam non admittatur.

Exoritur difficultas, an tale ſtatutum pupillum comprehendat, qui deceſſit inteſtabilis, relicta matre patruoque viuis, ſuper qua luculenter ſcripſit præter iuuenilem ætatem dilectiſſimus diſcipulus meus D. Vincentius Carrarius, Nobilis Rauennas, meamque ſententiam pariter in hac requiſiuit, cuius honeſto deſiderio ſatisfacere decreui, cum amor erga ſe meus id expoſtulet.

Et in hac quæſtione ſatis antiqua & vulgata, prout teſtatur Dec. *conſil. 466. in princ.* Primo videbatur dicendum, pu-
1 pillum † ſub memorato ſtatuto non comprehendi, ſi plurium Doctorum auctoritates intueri vellemus, quos à Petro de Bellapertic. congerit Decius ibi, & poſt eum Soc.
2 iun. *conſ. 23. col. 2. vol. 1.* concludens, hanc eſſe magis † communem. Quod & inſuper facit Pariſ. *conſ. 22. num. 21. vol. 2.* v-
3 bi citat inter alios Alex. qui aſſerit, hanc † opinionem magis eſſe communem, & ab ea recedendum non eſſe, ſicut eam latiſſimis quotis exornat per tres columnas Tiraq. *in tract. le mort ſaiſ. le viſ. in 3. par. 7. declarat.* vbi citat inter alios Brunum *in tract. quod ſtant. maſcul. 8. artic. q. 12. col. 4.* qui infinitos cumulat, ſed Angelum inter cæteros, *in l. in teſtamento*
4 *1. C. de teſt. mil. & in l. 2. C. de impub.* dicentem, † quod ita con-
5 ſuluit Bald. & totum Collegium Peruſinum, † quod & de Collegio Bononiæ teſtatur Rayn. *in l. 1. ff. de ſuis & legitim.* quem refert Paul. Arzon. *conſil. 57. num. 17. vltimarum volunt.*
6 & in dicta quæſt. difficultatem facit, quia † Doctores vario modo loquuntur, adeo vt quæ ſit communis & verior opinio non facile iudicari poſſit, & propterea Moder. Galli *in add. Alexan. conſ. 115. vol. 2.* dixerunt, † hanc quæſt. eſſe contro- 7
uerſiſſimam; & vt cæteras rationes prætercam, videbatur, illam nouiter excogitatam † per Dec. *in d. conſ. 466.* ſatis eſſe 8
efficacem pro matre: nam mater, quæ excluditur ab inteſtato, ſperare poteſt, quod ex teſtamento filii adulti admittatur; quę ratio ceſſat in pupillo, qui matrem inſtituere non poteſt, vnde mater à pupillo excluditur ab inteſtato & ex teſtamento, ideo non videtur habere locum ſtatutum, loquens ab inteſtato in pupillo, cui verba non conueniunt, vt ibi plenius per Dec. *& conſ. 617.* vbi mentionem faciens de dicto ſuo *conſ. 466.* facto Rauennæ, dicit, quod cum auctoritates eſſent pares in tali dubio, ſibi viſum fuit, quod ratio prædicta præponderaret.

Secundo videbatur annecti poſſe conſiderationem, quam pro matre facit Cur. iun. *conſ. 134. nu. 5.* motus ex *l. 1. ff. de ſuis & legit.* † qui dicit, quod pupillos pro inteſtatis accipere de- 9
beamus: † aut enim illa verba, *pro inteſtatis haberi*, inducunt 10
fictionem, & talis fictio non eſt inducenda, ad matris excluſionem à luctuoſa hereditate filii, cum in hoc † nulla æ- 11
quitas ſubſiſtat, nec neceſſitas, ſine quibus fictio non inducitur, *l. denique. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior.* Aut † illa ver- 12
ba, *pro inteſtatis haberi*, ſignificant impropriętatem, & tunc per talem impropriationem mater excludi non debet, iux. notat. *in l. precibus. C. de impub.*

Nec contrarium defendi poſſe videbatur † ex commu- 13
ni vſu loquendi, ſecundum quem pupilli decedentes pro inteſtatis accipiuntur, vt per illum tex. tradit Bar. *in d. l. 1. ff. de ſuis & legit.* ſicque in ſtatuto memorato continentur, vt per eum & ſequaces plurimos, quos memorant Alex. & Dec. *in l. generaliter. C. de inſt. & ſubſt.* Dec. *in d. conſ. 466.* & alibi ſæpe Doctores: quoniam miſſo eo, an ille tex. *in d. l. 1.* ſe fundet in communi vſu loquendi, prout putat Bart. de quo diſputat Bald. & Bartolo contradicit, *in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feud.* & latius Brun. *in tract. quod ſtantib. maſcul. 8. articulo, q. 12. col. 5. & 6.*
non videtur † mater excludenda à ſucceſſione filii impu- 14
beris mortui, dato, quod talis adeſſet vſus loquendi, quia cum † verba proferuntur à ſtatutariis & Iuriſperitis, tunc 15
non inſpicimus, quomodo communiter & vulgariter loquantur idiotæ, ſed inſpicimus, quomodo loquantur Iuriſtæ, qui faciunt differentiam inter inteſtatum & inteſtabilem; ergo eadem fieri debet differentia in ſtatutis, quia ſtatuta † mutuant verba à iure communi, cum ſuo vero & 16
proprio intellectu, *l. non aliter. ff. de leg. 3.* ita Bald. *in d. cap. 1.* quem ſequitur Alex. *conſil. 114. circa dubitationem. col. 2. vol. 2. & conſ. 79. col. 2. volum. 6.* vbi late tenet hanc partem ad fauorem matris.

Nec inſuper aduerſus eam videbatur dici poſſe, ſtatutum prædictum fuiſſe conditum fauore agnationis; quæ ratio ſic in pupillo militat, vt in aliis, vt bona conſeruentur in agnatione, quoniam reſpondet Dec. *in d. conſil. 466.* quod cum loquatur etiam de ſororibus, ibi, *exiſtentibus fratribus vel ſororibus, mater ad legitimam non admittatur*, non videtur conſiderare agnationem, quia licet † ſoror ſit agnata, §. *1. Inſtit. de legit. agnat. tut.* per eam tamen bona non conſeruan- 17
tur in agnatione, quia † agnationes & familiæ, ac ciuitates 18
ipſæ per maſculos conſeruantur, & per fœminas extinguuntur, ex quo per eas bona transferuntur in alienas familias, & ſæpe in alienas ciuitates, vt conſiderat Ioan. Andr. *in add. ad Spec. in Rubr. de ſucceſſ. ab inteſtat.* & ex his ſic confirmat Decian. *reſpon. 6. num. 70. vol. 1.* circa dotandas mulieres, ne familiæ deſolarentur, quod vt refert Claud. Aquenſ. *in l. 2. ff. ſolut. matrimon.* dos magna † apud Romanos erat duca- 19
tor. 400. & apud Maſſilienſes cautum erat, quod nulla dos excederet ducatos centum, imo † vero Solon & Lycurgus, 20
ſummi Athenienſium Legiſlatores, legibus ſuis ſanxerunt, ne mulieres dotarentur, vt patrimonia & diuitiæ, quæ nerui ſunt reipublicæ, in maſculos, & in familia conſeruarentur, vt refert Alexan. ab Alex. *Genial. lib. 4. c. 8.* Quanquam rigoroſe nimis Solon & Lycurgus videantur prohibuiſſe, mulieres dotari, cum † Vlpianus *in l. 1. ff. ſol. matr.* dixerit, 21
quod dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt: nam & reipublicæ intereſt dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam replendamque libe-

liberis ciuitatem, maxime ſit neceſſarium, & Iuſtinianus *in l.*
22 *aſſiduis. C. qui pot. in pigno. hab. verſ.* quis enim † poſt priuile-
gium prælationis in dotibus mulieribus tributum, reddidit
23 rationem † per illa pulchra verba, dicens: *Quis enim earum*
non miſeretur propter obſequia, quæ maritis præſtãt, propter partus
periculum, & ipſam liberorum procreationem, pro quibus multa
ſunt noſtris legibus inuenta priuilegia: vnde, ad rem noſtram
redeundo, ſtatutum prædictum non videtur agnationem
conſideraſſe, & per conſequens, matrem non excluſiſſe; &
quia dictum ſtatutum defert bona proximioribus propin-
24 quis, † quorum propinquorum appellatione, veniunt fœ-
minæ, cum maſculis, vt not. Bald. *conſ. 234. in quaſt. vol. 3.*
Iſtis tamen non obſtantibus, ego libentius in opinionem
25 diſcipuli mei deſcendo; quod † pupillus in hoc ſtatuto com-
prehendatur, ſicque mater excludatur, quam per infinitos
Doctores approbat in hoc ipſo ſtatuto, loquens Pariſ. *in alle-*
gato conſ. 22. num. 23. vbi citat inter cæteros Baldum, *conſ. 108. in*
26 *ſucceſſione, volu. 2.* dicentem † opinionem Bart. *in d. l. 1. ff. de ſuis,*
27 *& legit.* pro hac parte ſeruari in multis locis, & quod † ſubti-
litates reijci debeant, nec à iudicibus debeant admitti, atten-
to quod mens ſtatuti fuerit generalis, vt omnes comprehen-
derentur, qui ſine teſtamento decederent, addit & Pariſ. An-
28 char. & Barb. *in c. cum tibi de teſta.* quorum primos dicit, † Bar-
tolum eſſe lumen iuris ciuilis, & eius opinionem defendit;
29 ſecundus † vero dicit, opin. Bart. amplectendã eſſe, tanquam
veriſſimum oraculum Apollinis, atq; idem Barb. *conſ. 67. vo-*
30 *lum. 3.* dicit opinionem Bartoli † communiorem eſſe, ex quo
tenetur à pluribus Doctorib. qui pondere, numero & men-
ſura ſunt clariores, & vltra prędictos, Soc. *conſ. 25. vol. 3.* pariter
31 dicit, hanc † opinionem eſſe magis communem, & hæreti-
cum eſſe diſcedere ab hac opinione, ſecundum quam pluries
32 fuit iudicatum, eamq; pariter magis † communem teſtatur
Cor. & Dec. *in d. l. generaliter. C. de inſt. & ſubſt.* Idemq; D. meus
Rim. *conſ. 261. num. 46.* lateq; eam tenet, & pulchre defendit,
in hoc ſtatuto Ruin. *conſ. 50. vol. 3. per tot.* idemq; per infinitas
quotas exornat Horat. Mandoſ. Rom. *in addi. Rom. conſ. 4. ad-*
dit. 1. vbi videndum.
Et vltra prædictas authoritates, comprobatur hæc opin.
33 *per* † *d. l. 1. ff. de ſuis, & legit.* aliter inducendo, quam per Docto-
34 res, vt per Ruin. *in d. conſ. 50. num. 9.* dum loquendo de † pupil-
lis, inquit, ſed hos quoq; pro inteſtatis accipere debemus,
nam poſito, quod non ſenſerit ille textus, de communi vſu
loquendi, nihilominus Iuriſc. introducit, quod illi debeant
haberi pro inteſtatis, ideo non ſolum pro talibus habendi
ſunt, quoad ſucceſſionem iuris cõmunis, & quo ad alia, quæ
de iure cõmuni ſunt introducta, ſed etiam quo ad ea omnia,
quæ ſunt de iure ſpeciali, quia hoc importat ſignificatio di-
ctorum verborum, ſecundum Io. And. & Domini. *in cap. fi. de*
conſuetud. lib. 6. quos Abbas ſequitur *in c. ex parte, & in ca. cum*
dilectus. de cler. non reſid. vbi concludunt, quod † clerici, qui
35 ſunt in ſeruitio Papæ, vel Epiſcopi, aut ſunt infirmi, & qui
habentur pro præſentibus *d. c. cum dilectus. & c. ad audientiam.*
in. tit. pro talibus habeantur, non ſolum quo ad ea, quæ ſunt
de iure cõmuni, ſed etiam quoad illa, quæ præſentibus con-
ceduntur ex priuilegio, & de iure ſpeciali: nam dicit ipſe Io.
36 Andr. † aut quis habetur pro præſente ſimpliciter, & tunc
indiſtincte pro tali debet haberi, aut quo ad certum actum,
& tunc extra illum non fit extenſio, ergo cum textus *in d. l. 1.*
ſimpliciter dicat, pupillos pro inteſtatis haberi, ſequitur q
ſic haberi debeant, etiam quo ad ea, quæ ſunt de iure ſpeciali
introducta, & conſequenter quod in illis locum habeat diſ-
poſitio ſpecialis huius ſtatuti. Et hanc conſiderationem Rui-
ni pariter ad vnguem facit Pariſ. *in d. conſ. 22. nu. 44.* citans et-
iam Peruſinum, *in d. c. fin. de conſuetud.* poſt Ioan. Andr. & Do-
min. additque, quod diſtinctio Ioannis Andr. fuit Bart. *in l. ſi*
is qui pro emptore. in 3. qu. prin. circa fin. de vſucap. vbi Repeten.
plene tangunt.
Secundo confirmatur dicta conſideratio Ruini, per
ipſummet, ex notatis per Bart. *in l. ſi maritus. §. legis. ff. de adult.*
37 vbi dicit, quod illa verba † ſtatuti; *quod quis habeatur pro ciue,*
præſuppoſito, quod nõ faciant vere ciuem, importãt, quod
habeatur pro ciue in his, quæ ciuitas potuit concedere ciui-
bus, cum ergo dicatur *in d. l. 1. de ſuis, & legit.* quod pupillus
habeatur pro inteſtato, hæc verba important, quod ha-
betur pro inteſtato, quoad omnia, quæ potuit lex com-
munis concedere, & ſic non ſolum, quando agitur de ſucceſ-
ſione iuris communis ſed etiam ſtatuti; quia potuit † ſtatu- 38
tum, in hoc recipere interpretationem, & declarationem à
iure communi, *c. cum dilectus. de conſuet.* nam † lex communis 39
poteſt extendi ad ſtatutũ *l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. fal.* & ibi Bart.
& alij, qui hanc † extenſionem paſſiuam appellant, quæ et- 40
iam contra matrem locum habere debet, & eandem quoque
conſiderationem Ruini facit Pariſ. *in d. conſ. 22. num. 37.*
Tertio iuſtificatur hæc concluſio contra matrem, conſi-
derando, quod † hoc ſtatutum loquatur per aduerbium, *ab* 41
inteſtato, quod facilius comprehendit pupillum, quam ver-
bum, *inteſtatus*, vt latè probat Soc. *conſ. 35. vol. 3.* vbi inter cæte-
ros citat Card. Zab. *in conſ. deciſiuo.* ſic tenuiſſe, viſis pluribus
conſilijs contrarijs, editis in ea cauſa, & idẽ tenet ample Rui.
in d. conſ. 50. num. 13. D. meus Rim. *conſ. 20.* & ampliſſime Pariſ.
in d. conſ. 22. num. 77. vbi inter alios allegat Soc. *in d. conſ. 35. &*
conſ. 81. vol. 4. qui dicit, hanc eſſe magis † communem, & quod 42
ſecundum eam ſæpe, & ſæpius viderit iudicatum, additque
Pariſ. *num. 80.* quod † cum iura dicant, pupillo ſuccedi ab in- 43
teſtato *l. 1. l. omnem. C. ad Tertul. l. ſciant. C. de legi. hered. cum ſim.*
neceſſe eſt dicere, quod pupillus proprie dicatur ab inteſtato
decedere, non enim dici poteſt ſucceſſio ab inteſtato, niſi de-
tur perſona, quæ ab inteſtato moriatur, ex quo vnũ depen-
det ab alio, ſubditque hoc Angelum ſentire *conſ. 104. colu. pen.*
& expreſſe firmare Soc. *in d. conſ. 35. & 81. num. 9.* vt plenius in-
ducit Pariſ. addoq; Soc. iun. *conſ. 10. nu. 5. vol. 1.* qui dicit, in hoc
verbo, † *ab inteſtato*, omnes fere Doctores concludere, pu- 44
pillum contineri. Quarto comprobatur hæc concluſio, ex
deliberatione facta in conſilio Rauennæ, volente hoc ſtatu-
tutum, loquens de hereditatibus, decedentium ab inteſtato,
includere pupillos in eius diſpoſitione: & licet Dec. *in d. conſ.*
466. de ipſa mentionẽ faciens, eam fuiſſe nullam dicat; quia
duæ † partes Conſilij non interuenerunt, prout de iure cõm- 45
muni requiritur. *l. quod maior. ff. ad municip.* & not. omnes *in c.*
cum omnes. de conſt. attamen vt in facto ſupponit diſcipulus
meus, contrarium verum eſt, vt dicit apparere in libro Rei-
public. atq; idem refert Pariſ. *in d. conſ. 22. num. 70.* dicens, illam
reformationem eſſe validam, & firmam, vt pleniſſime tangit
D. Ottauianus Bellinus, excellens aduocatus D. Mariæ: his
enim potius crediderim, quam ſoli Decio, potiſſime vero
D. Bellino, qui Rauennas erat, & vir doctiſſimus. Cui, dum
Vicarius Ferrariæ fuit, maxima amicitia coniunctus eram, &
quia † pro validitate actus in dubio præſumi debet *l. quotiens.* 46
ff. de reb. dub. vnde ſtante dicta reformatione, ceſſat omnis
difficultas.
Quinto, prędictis accedit, nam poſito, quod pupillus non
eſſet dicendus, quoquo modo decedere inteſtatus, vel ab in-
teſtato, tamen adhuc comprehendi debet ſub tali ſtatuto;
quia † ſaltem negari non poteſt, quin habendus ſit pro tali, & 47
quia æquiparetur vere, & proprie inteſtatis. *d. l. 1. in prin. ff. de*
ſuis & legi. Vnde ſtatutum hoc ſuccedens, & de inteſtatis, vel
ab inteſtato, loquens, debet in pupillo locum habere, quia
quando † duo caſus æquiparantur per legem antiquam, lex 48
noua ſuperueniens in vno, trahitur ad alium. *l. ſi quis ſeruo,*
vbi gl. Bar. & omnes. *C. de furt.* & ita Brun. argumentatur *in d.*
12. q. col. 2. quod argumentũ facit etiam Pariſ. *in d. conſ. 22. n. 41.*
plenius deducens, vt per eum. Poſſem & aliter hanc opinio-
nem comprobare, ſed breuitati conſulens conſulto præter-
eo, & ad contrariorum ſolutionem deueniam.
Atque inprimis ad illam rationem Decij, *conſ. 466.* quam
tanti fecit, conſiderandum eſt, quod illam rationem fecit
Decius confirmando rationem † Alex. *in d. l. generaliter.* qui 49
dicebat, eſſe differentiam inter adultum, & pupillum: nam
adultus, qui teſtari poteſt, ſi non faciat teſtamentũ, videtur
tacite vocare illos, quos ſciebat ex forma ſtatuti, vel iuris
communis, ad eius ſucceſſionem vocari *l. conficiuntur. ff. de iu-*
re cod. ſed † iſta ratio ceſſat in pupillo, qui teſtari non poteſt, 50
quia etiamſi vellet eos vocare, non poſſet: Hanc modũ ratio-
nem Alex. vel Honofrij de Peruſio potius, aut Baldi, ſecun-
dum Doctores aliquos, confirmat Dec. dicens, quod ma-
ter † ab inteſtato excluſa per ſtatutum remaneat cum illa 51

ſpe, quod ex teſtamento ſuccedere poſſit, ſi filius adultus fa-
ceret teſtamentum, prout poſſet: & in pupillo ſecus, cū non
poſſit, etiam volens, teſtari. ſicq; remanet excluſa mater vtro-
que modo, ſine ſpe aliqua ſuccedendi ex teſtamento.

Si ergo tollamus rationem Alexand. corruet etiam ratio
52 Decij, illi connexa: ſed † Alex. ratio tollitur hoc modo; nam
ſi ſtatutum matrem excludit eo caſu, quo capitur præſum-
ptio, quod concurrat tacita voluntas filij adulti, qui non te-
ſtando, videtur ſe reddere conformem cum diſpoſitione ſta-
tuti, & ſic tacite vocare ſucceſſibiles, excluſa matre, pariter
idem ſtatutum videtur excludere matrem à ſucceſſione pu-
pilli, qui præſumeretur eiuſdem voluntatis eſſe, ſicut adul-
tus, ſi teſtari poſſet, & iudicandum eſt, quod pupillus idem
feciſſet, ſi adultus deceſſiſſet. Ita Soc. in terminis *conſ. 35. co-
lum. 3. in fin. volum. 3.* & poſt eum Pariſ. *in d. conſ. 22. num. 57. cum
duob. ſeq. volum. 2.* Idque confirmat Ruin. *in d. conſ. 50 num. 11.*
53 *volum. 5.* tam etiam, quando † pupillus decedit, tacite vocan-
tur venientes ab inteſtato, & ſi non ab ipſo pupillo vocantur,
54 tamen à patre pupilli, cui † etiam exiſtenti in vtero, potuit
pupillariter ſubſtituere. *l. 2. in prin. ff. de vulgar. & pupill.* ideo
non ſubſtituendo, tacite illos vocare intelligitur. Hinc ergo
tollitur etiam, quod de ſpe matris, ſuccedendi ex teſtamen-
to filio adulto, tradit Dec. & non pupillo; quia imo eadem
ſpes erat in eo, ſi pubes factus eſſet, & etiam in pupillari æta-
te miniſterio patris, qui potuiſſet pupillariter matrem filio
ſubſtituere, teſtando pro ipſo, vnde tollitur ratio Alexandri,
55 & Decij. Quinimo † ratio Alexandri retorqueri poteſt ád-
uerſus eum, nam ſi ſtatuentes matrem priuare voluerunt, in
caſu, quo de iure communi erat tacite vocata à filio adulto,
decedente ab inteſtato, & vt addam contra Decium, quo
ſpem habebat ſuccedendi ei ex teſtamento, ſi teſtamentum
feciſſet, eamque inſtituiſſet, quis contendat eos non idem
voluiſſe in caſu, quo tantum à lege erat vocata, & non ex iu-
dicio pupilli defuncti, nec dictam ſpem habebat ei ſucce-
dendi ex teſtamento, cum non poſſet teſtari, nec eam inſti-
tuere? certe nullus, ita D. meus Rimin. *conſ. 468. colu. 2.* quam
conſiderationem latius aliquantulum deducit etiam Pariſ. *in*
56 *d. conſ. 22. num. 56.* volens, † quod ſi correctio iuris communis
per ſtatutum facta, locum habet in adulto, in quo ad fauo-
rem matris concurrebat duplex vinculum, videlicet diſpoſi-
tio legis, & tacita voluntas adulti, tanto fortius locum habe-
bit in pupillo, in quo vnum tantum vinculum viget, videli-
cet ſola legis diſpoſitio, argumento notatorum *in l. 1. C. de
pact.* & licet huic conſiderationi reſpondere conetur Dec. *in
d. conſ. 466. ſub nu. 5.* quia, vt ille dicit, ſtatutum videtur facilius
voluiſſe excludere matrem, ſtante adulto, quia concurrit ta-
cita voluntas filij adulti, qui potuit matrem inſtituere, & ſi
non facit, videtur tacite matrem ipſam priuare, & priuatio
facta à ſtatuto non videtur ita rigoroſa, ſicut quando mater
excluditur ab ipſo ſtatuto, quia voluntas pupilli non con-
currit, ex quo teſtari non poteſt, attamen replicat in effectu
Decio Pariſius, *in d. conſ. 22. num. 57.* licet authore tacito, quod
imo eadem tacita voluntas in pupillo præſumatur eſſe, pri-
uandi matrem, ſi poſſet teſtari, ſicut in adulto præſumitur; &
ita militat vtrobiq; par ratio, ergo & idē ius. *l. illud. ff. ad l. Aqui.*
57 Sed vltra Pariſ. falſum † videtur præſuppoſitum Decij; quod
filius adultus, non inſtituendo matrem, vt poterat, & inteſta-
58 tus decedens, videatur eam tacite priuare; quoniam † priua-
tio locum non habet, niſi vbi reperitur expreſſa, glo. Abb. &
alij, *in c. fin. de in. patr.* Bald. *in auth. ex teſtamento C. de ſecun. nup.*
Dec. *in Rubr. de iudic. col. 2.* ergo ſi filius matrem non priuauit
expreſſe, dici non debet præſumi, id eum tacite feciſſe: adul-
tus igitur inteſtatus decedens, non concurrit ad priuatio-
nem matris, magis quam pupillus.

59 Ad ſecundum reſpondetur, † erraſſe Curtium iuniorem
in d. conſ. 134. præſupponendo, verba textus *in d. l. 1. ff. de ſuis, &
legit. pupillus pro inteſtato accipere debemus*, fictionem induce-
60 re, quoniam † fictio eſt contra veritatem facta aſſumptio, vt
tradit Barto. & alij, *in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap.* Oporte-
ret ergo, quod pupillus vere teſtamentum feciſſet, ſi d. verba,
pro inteſtato haberi, fictionem inducerent; at pupillus ibi ve-
re teſtamentum non fecit, imo nec facere potuit, vt inquit
textus, ergo non agitur de fictione in illis verbis: ſicque
ceſſat conſequentia Curt. iun. de fictione non inducenda, ad
matris excluſionem, à luctuoſa hereditate filij. Quod vero
ſubdit, ſi d. † verba, *pro inteſtato haberi*, denotant improprie- 61
tatem, per talem impropriationem matrem excludi non
debere, per notata *in d. l. precibus.* † tollitur ex dictis Ruini, 62
d. conſ. 50. num. 12. circa fin. Agitur enim in caſu noſtro, de ex-
tenſione paſſiua, videlicet, quod *d. l. 1. ff. de ſuis, & legi.* volens,
pupillos haberi pro inteſtatis, ſe extendat ad hoc ſtatutum,
quę quidem extenſio paſſiua, locum habet etiam contra ma-
trem: Nec obſtat *d. l. precibus*, quia locum habet, quod ibi di-
citur, in extenſione actiua.

Ad tertium dico, quod à † quibuſcumque, licet peritis, 63
condita ſint ſtatuta, tamen regulariter intelligenda ſunt, ſe-
cundum communem vſum loquendi, vt tradunt Bart. Alex.
Iaſ. & alij repetentes paſſim, *in Rubr. ff. de oper. nou. nunc.* & fate-
tur etiam Curt. iun. *conſ. 5.* ergo quod inquit Alex. in dictis
conſilijs, poſt Bal. non debet attendi, velut contra cōmunem
Doctorum ſententiam, & prædictam rationem Baldi mor-
det etiam Rom. *conſ. 312. col. 2.* quem vide.

Ad quartum reſpondetur valde egregie per Socin. iun.
d. conſ. 03. num. 35. & ſuperius, num. 23. vol. 1. Aduertendum eſſe,
quod in hoc † ſtatuto conſideratur vna diſpoſitio, in illis 64
verbis; *extantibus fratribus vel ſororibus, mater non admittatur,
etiam ad legitimam*, in qua diſpoſitione concedi poteſt, ſtatu-
tum non eſſe motum fauore agnationis, ſed intuitu, & præ-
dilectione fratrum, vel ſororum conſanguineorum, & ratio-
ne ſtrictiſſimæ coniunctionis inter fratres, & ſorores; tales
enim perſonas ſtatutum voluit præferre, ſolum ipſarum re-
ſpectu, nulla habita extrinſeca conſideratione; nam & de
iure communi reperiuntur magis dilecti; quia licet ſint in
ſecundo gradu, admittuntur tamen cum matre, & patre de-
functi, qui ſunt in primo gradu. *§. conſequens. in auth. de hered.
ab inteſt.* & de iſta diſpoſitione non agitur in caſu noſtro, quia
non extant fratres, neque ſorores pupilli defuncti.

Secundo in eodem ſtatuto ponitur alia diſpoſitio, videli-
cet; † quod non extantibus fratribus, vel ſororibus, proxi- 65
miores propinqui, vſque ad quartum gradum, matrem ex-
cludant, excepta tantum legitima, in qua dico, bene ſtatuen-
tes fuiſſe motos, fauore agnationis conſeruandæ; nec enim
nouum eſt, quod per ſtatutum ſoror admittatur in vna parte
ſtatuti, & tamen in alia ſit factum fauore agnationis, in qua
coniuncti ex parte patris vocantur, vt tradit Soc. *conſ. 81. vol. 4.*
Corn. poſt Bald. *conſ. 11. volum. 1.* Bald. *inter conſ. Aug. conſ. 68.
Martinus*, quem ſequitur Ang. *conſ. ſequen.* & ita contingit in
hoc † ſtatuto, vocante proximiores propinquos; nam debet 66
intelligi de maſculis, & ex parte patris; ſi enim matrem exclu-
dit, & ſubinde coniunctos per eam, tanquam prouenientes
ex infecta radice, *ma. not.* per Bald. & alios *in l. maximum vi-
tium. C. de lib. preter.* & per Bart. *in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertull.*
oportet, † vt perſonæ vocatæ ad matris excluſionem, ſint 67
per aliam viam coniunctæ, & ſic per patrem, ſeu ex parte pa-
tris: Ita Soc. iun. latius confirmans loco citato; ex quo patet,
Decium male conſideraſſe verba huius ſtatuti, *in d. conſ. 466.*
& licet Soc. iun. *in d. conſ.* teneat pro matre, tamen non officit
caſui noſtro, longe ab illo diuerſo: agebatur enim ibi de ſuc-
cedendo filiæ, nomine Cecilię, vnde † ſtatutum excludens 68
matrem à ſucceſſione filij, nō debebat habere locum in ſuc-
ceſſione filiæ, vt per eum, *num. 42.* † ſtatutum enim excluſi- 69
uum fœminarum, locum non habet in ſucceſſione fœminæ,
vt per Crau. *conſ. 450. col. 2.* item erat amita, quæ volebat ma-
trem excludere, vt ex themate conſilij comprehenditur, vn-
de non erat de proximioribus propinquis, vocatis ad exclu-
ſionem matris in ſtatuto, cum illa verba, de maſculis eſſent
intelligenda, vt per eundem Soc. iun. *nu. 21.* At hic agitur de
ſucceſſione filij, & de eius patruo, qui vult matrem exclude-
re, in quo bene conſeruatur agnatio, quod per amitam
non fiebat in caſu Soc. iun. & ita concludo ad eius fauorem,
contra matrem de iure.

Pro dom. Gaſpare Nouaria.

ARG. An Bannitus à Ciuitate aliqua quique im-
pune occidi poteſt, perdat non ſolum ius illius
ciuitatis, ſed etiam aliarum ciuitatum, & ius
commu-

re commune, ita vt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato iure communi, ne quidem in legitima, vt nec in feudis ſuccedere poſſit, licet ſit proximior, ſed remotior ipſo excluſo admittatur.

S V M M A R I V M.

1 *Proximior in gradu regulariter præfertur in bonis defuncti, & excludit remotiorem. num. 59.*

2 *Bannitus qui vigore ſtatuti impune occidi poteſt, an excludatur à ſucceſſione feudi, ſiti in territorio ciuitatis, à qua bannitus eſt. & nu. 13. 14. & 46.*

3 *Statutum an, & quatenus offuſcare & tollere poſſit ius commune, in ſuo territorio, ne effectum ſortiatur. & num. 47.*

4 *Bannitus habetur pro hoſte.*

5 *Bannitus, an ſicut ius municipale illius ciuitatis à qua bannitus eſt, perdit, ita etiam perdat ius commune, & ius municipale aliarum ciuitatum & num. 8. 13. 30. 31. 32. 40 41 42. 43. 44. 45. 48 50 51. 54 56 57. Item legitimam in bonis paternis ſibi debitam. num 7 53. & ius ſucceſſionis num 8. 9. 10. 11. & 15 35. Item an ſiat incapax bonorum immobilium, quæ ſtatutum extraneos, ſeu non ciues acquirere prohibet. num 12.*

16 *Banniti teſtamentum an & quatenus valeat.*

17 *Bannitus an in teſtamento hæres inſtitui, & ab inteſtato ſuccedere poſſit. n. 18 19 20 21. 22 23 24. 25. 26 27. 28. 29. & 34.*

33 *Bannum vnius ciuitatis, vel iuriſdictionis diſtinctæ, non poteſt afficere, aut tollere iura alterius loci, ei non ſubditi & num. 37. 39.*

36 *Collegio priuatus perdit tantum iura collegij, in reliquis vero retinet iura communia.*

38 *Bannum nihil aliud eſt quam poſitio extra beneficia ciuitatis.*

40 *Conſequentia de perſonis ad res non procedit.*

52 *Deportatus authoritate Imperatoris, perdit tantum ea, quæ ſunt Imperij Romani, ſeu ciuium Romanorum, non ea, quæ ſunt iuris gentium: Licet Imperator habeat poteſtatem tollendi etiam ea, quæ ſunt iuris gentium num 55.*

58 *De diuerſis ad diuerſa non fit illatio.*

60 *Bannitus an ideo feudum amittat, quia domino ſeruitia præſtare non poteſt & num. 61.*

62 *Clericus inhabilis ſua natura ad feudum, poteſt id conſequi, & per ſubſtitutum ſeruire.*

63 *De iure tertij non licet opponere.*

CONSIL. DCCCXXXII.

OLim D. Bertolinus Noaria fuit inueſtitus de pluribus rebus, iure feudi, ab Illuſtriſſimo tunc D. Marchione Ferrariæ, pro ſe, & ſuis filijs maſculis, & deſcendentibus, ex eo maſculis legitimis tantum, qui pluribus filijs relictis deceſſit, & illi cum alijs deceſſerunt, facta inter eos diuiſione dictarum rerum: Tandem vero deceſſit ſine filijs D. Hieronymus, abnepos dicti Bertolini, relicto D. Gaſpare, pariter abnepote dicti Bertolini, bannito tamen tunc à territorio Ferrariæ, ob imputationem cuiuſdam homicidij, & relicto pariter alio D. Hieronymo abnepote dicti Bertolini, qui ingreſſus fuit poſſeſſionem dictæ partis bonorum, & rerum feudalium, quas defunctus poſſidebat. Vnde quæritur an ipſe D. Hieronymus, an vero D. Gaſpar habeat in d. rebus meliora iura?

Et prima conſideratione dicendum videtur, D. Hieronymum ius fouere; licet enim D. Gaſpar, dicto D. Hieronymo defuncto, coniunctus reperiatur in quarto gradu, cum eſſent nepotes ex fratribus. *§. 4. gradu. Inſtit. de grad.* D. autem Hieronymus dicto D. Hieronymo defuncto coniunctus ſit in ſexto gradu: nam ille defunctus, & D. Nicolaus Maria, pater D. Hieronymi, deſcendebant à Comite, & Philippo, eorum auis, & filijs fratrum, ſicque coniuncti ſimul erant in quinto gradu. *§. quinto gradu. Inſtit. eod.* Vnde D. Hieronymus, filius dicti Nicolai Mariæ, coniunctus eſt dicto defun-
1 cto in ſexto gradu, † & regulariter proximior in gradu præferatur, *Inſtit. de legit. agna. ſucc. in prin.* Attamen, quia D.
2 Gaſpar erat † bannitus, tempore mortis d. D. Hieronymi, & impune poterat occidi, ex forma ſtatuti, *de occid. bannit.* & bona, de quibus agitur, ſint in territorio Ferrariæ, vbi viget dictum ſtatutum, videtur excluſus à ſucceſſione dicti feudi, quæ ei deferebatur de iure communi, in loco dicti ſtatuti;
3 quia † ſtatutum ita poteſt offuſcare ius, commune in ſuo territorio, vt effectum non ſortiatur. Ita tenet Rayner. Roman. Caſtrenſ. & Iaſon *in l. 1. C. de hered. inſt.* & Imol. *in l. Gallus.*
4 *§. ille caſus. colum. 1. ff. de liber. & poſthum.* dicens, quod † hæc opinio videatur rationabilis, ex quo eſt hoſtis illius ciuitatis, *per l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimin.* vbi deficiunt, & capite minuuntur, quos hoſtes Senatus iudicauit: Sic ergo & bannitus, quem vt hoſtem ſtatutum offendi permittit. Idemque firmat ipſemet Imol. *in l. ex facto. §. ex facto. colum. 2. ff. ad Trebell.* nam † qua ratione, dicit ipſe, bannitus, qui effe- 5
ctus eſt hoſtis ciuitatis, perdit iura municipalia, & iura ciuitatis, eadem ratione perdit ius commune, quoad illam ciuitatem: ex quo ciuitas illa habet poteſtatem ſuper vtroque
iure; & † diſpoſitio ſtatutaria videtur vniformiter reſpicere 6
vtrumque ius, & ſic indiſtincte debet intelligi, quod vtrumque tollat, *argumento l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſt.* & hanc opinionem pariter tenet Alexan. *conſ. 23. colum. 4. volum. 1.* dicens, quod ita etiam conſuluit per plures rationes apud Mutinam, quod arbitror eſſe *conſilium 75. colum. 3. & 4. eod. volum.* & firmat Ruin. *conſ. 49. colum. 2. volum. 4.* ibique Alexan. inter cæteras, ponit rationem proxime relatam Imolæ, atque inſuper citat Caſtren. idem conſuluiſſe, *conſ. 30. alias 32. omiſſo ordine in antiquis. quod eſt conſilium 212. volum. 2. in nouis*, vbi te-
net † filium bannitum, etiam à legitima patris, ei poſtea con- 7
tingente, excludi, vt de medio ſubductum, velut mortuum.
& † poſito, quod illa ſucceſſio deferatur de iure communi, 8
non autem ex forma ſtatuti, attamen ei deferri non poteſt, quia ſtatutum prædictum eſt generale, in quacunque acquiſitione, & ſic habetur pro mortuo. Moueturque Caſtren. ex doctrina Guliel. de Cunio, Barto. Baldi, & cæterorum, *in l. ſi qua pœna, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* qui dicunt, quod † ſi 9
pater banniti moriatur, vel aliqua perſona proxima bannito, cui ſuccedere poſſet, & fiſcus velit ex perſona banniti, bona defuncti capere, excluſo filio banniti, velut delata bannito, non poteſt, ſed filius admittitur loco patris banniti, per illum textum, quam deciſionem de legitima commendat etiam Catel. Cotta *lib. memorial. in verb. bannitum in crimine capitali*, patet ergo, † bannitum incapacem eſſe ſucceſſionis 10
delatæ, etiam de iure communi, in loco, vbi bannitus eſt, alioquin ſi eſſet capax, fiſcus vendicaret ab eo dicta bona, & filium illius excluderet: Hanc etiam partem tenet Lofredus *conſ. 45. num. 9.* Marſ. *conſ. 27. num. 42.* & Iaſon *conſ. 166. colum. 3. volum. 2.* vbi dicit, quod iſta videatur † magis commu- 11
nis opin. Doctorum, à qua non eſt in iudicando recedendum, citatque Angelum *in quæſt. per eum diſputata, incipien. duo ad inuicem litigantes*, idem tenere, ibique in ſexto fundamento vult, talem † bannitum deſinere eſſe ciuem, & ob id 12
eſſe incapacem bonorum immobilium, ex alio ſtatuto, prohibente, non ciuem acquirere, quod hic etiam viget, ſub Rubr. *quod non fiat alienatio*, idemque repetit *conſ. 167. colum. 2.* & vltra Iaſon. Marſil. *conſ. 57. num. 22.* tenet, talem bannitum deſinere eſſe ciuem, per iura, & gloſſ. de quibus per eum, & doctrinam Bartol. *in l. fina. ff. de legat. per illum textum*, quem ſequitur Nell. *in tracta. de bannit. in 1. part. 2. temp. quæſt. 45.* poſtremoque idem ſequitur Riminal. *conſ. 49. colum. 2. volum. 4.* ibique eam concluſionem confirmat, ſtante ſtatuto, quod vlterius procedebat in ſuo caſu; nam volebat, quod tales offenſæ, vel iniuriæ bannitis illatæ, non emendentur, nec vendicentur, & quod occidentes, vel offendentes, occaſione talium offenſionum, citari, inquiri, moleſtari, vel requiri, aut contra eos procedi, vel puniri quouis modo non poſſint, imo volebat dictum ſtatutum, quod quis offendendo, vel occidendo prædictos, conſequeretur præmium, hoc eſt, quod intelligeretur ipſo facto abſolutus. Quibus ita ſtan-
tibus, infert Ruinus, quod dici poterat, † talem bannitum 13
dici extra protectionem Communis poſitum; vnde quemadmodum priuantur beneficio iuris communis, quando ex forma ſtatuti ſunt extra protectionem Communis poſiti, & ſuccedere non poſſunt in bonis, poſitis in territorio, à quo quis eſt bannitus, ſecundum Bald. *in l. 3. C. ſi pend. app. colu. fin.* ita in prædicto caſu: At ſtatutum, *de occiden. banni.* ſimilibus verbis vtitur: inquit enim, *quod ſi quis bannitũ occiderit, qui ſit in banno ob delictum, propter quod, ſi in fortiam Communis veniret pœnam mortis pateretur, ex legum diſpoſitione vel ex forma ſtatutorum, penitus inhibemus, ne Poteſtas ad vltionem aliquam realem, vel perſonalem vllo modo procedat, ſed ipſo iure eum ab omni pœna, & grauamine, præſenti ſtatuto abſoluimus.* Vnde deciſio Ruini multũ videtur ſtringere, & ita punctualiter in ſtatuto Man-

tuæ, ponente bannitum extra protectionem Communis,
quod ille ſit incapax feudi ſibi delati, tradit D. meus Rimin.
conſ.267. Vnde res clara videtur contra D. Gaſparem pro D.
Hieronymo.

14 Poſtremo facit, quod non poſſit † conſequi hoc feudum,
exiſtens in loco, à quo bannitus ſit, cum non poſſit ibi præ-
ſtare obſequia, vel officia debita, ex natura feudi, vt tradit
Nellus *in tractat. de banni. in 1. part. 2. tempo. quæſtion. 23. ad
finem.*

Iſtis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam pro
D. Gaſpare libentius ſequor, & amplector. Moueor ex do-
ctrina Bart. *in d. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.* vbi tenet, quod
15 bannitus, † qui ex forma ſtatuti poteſt offendi, non perdat
ea, quæ ſunt inducta de iure communi, ſed tantum perdit
ea, quæ ſunt inducta à ſtatuto ciuitatis, vnde bannitus eſt.
Vnde Bartol. eleganter, *in quæſt. ſua. incip. ſtatuto Lucanæ ciui-*
16 *tatis. num. 11.* dicit, † quod aut talis bannitus fecit teſtamen-
tum, ſecundum ius commune, & valet teſtamentum, aut ſe-
cundum ius proprium ipſius ciuitatis ſuæ; puta quia aderat
ſtatutum, quod poſſit fieri teſtamentum cum minori nume-
ro ſeptem teſtium, *iux. text. in l. ſi non ſpecials, cum ibi notat. C.
de teſtamen.* & tunc tale teſtamentum non valet; quia tale ius
17 perdit: † parique modo, ſi inſtituitur in teſtamento, de iure
communi valido, quod fieri poteſt: ſi vero in teſtamento, valido
de iure municipali tantum illius ciuitatis, vnde bannitus eſt,
18 & tunc ſecus eſt. Rurſus, ſi quæritur, † an ab inteſtato ſucce-
dere poſſit, aut loquimur, inquit Bart. de ſucceſſione, quæ
venit de iure communi, & ſuccedit, aut de ſucceſſione ab in-
teſtato, quæ venit ex forma ſtatuti, puta excluſiui fœmina-
rum, ſtantibus maſculis, & tunc non ſuccedit, quia huius iu-
ris municipalis eſt incapax, ſecundum Bart. Et hanc opinio-
nem repetit idem Bart. *in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit.
dimi.* & plures alij ſequuntur, vt Ancharan. & Imol. *in cap. 2.
de teſtam.* Angel. & Alexand. *in d. §. ex facto.* vbi etiam Claud.
19 Aquenſ. & Ripa fatentur, eam eſſe † communem, & magis
communem: Ibique Ripa citat etiam Curtium, *conſ. 59. Dux
Philippus. colum. 10.* idemque tenet ipſe Ripa *in l. fina. num. 86.
C. de reuoc. dona.* Iac. de Aren. Bartol. Bald. Angel. Salic. Cor-
20 neus, & Alexand. *in d. l. 1. C. de hered. inſtit.* qui dicit eſſe † com-
munem. Idemque dicit Aretin. & Socin. *in l. Gallus. §. ille caſus.
in primis verbis. ff. de liber. & poſthum.* atque idem tenet Alex.
21 *conſ. 26. column. 1. & 2. volum. 1.* vbi pariter † communem teſta-
tur. Idemque tenet Caſtren. ſibi contrarius, *conſ. 56. volum. 1. in
nouis in prin.* vbi ſequitur ad vnguem, Iacobus de Aretio, &
Bartol. *in d. §. ex facto.* prout etiam facit Corn. idem tenens,
conſ. 55. colum. 3. volum. 2. vbi etiam citat Imolam *in l. eius, qui
apud hoſtes. ff. de teſt. in.* ibique, & in *d. l.* teſtatur quod hæc ſit
22 communis † opinio, quæ ſeruatur in practica, atque vltra
prædictos, idem tenet Ang. Aretin. *in §. cum autem. Inſt. quib.
mod. ius patr. poteſt. ſolu. colum. penul.* qui relata opinione Imo-
læ, contra Bart. de qua ſupra, poſt Caſtren. ſubdit: Tu au-
23 tem, cum caſus occurrerit, † nõ recedas à communi opinio-
ne Bart. & aliorum in iudicando, & conſulendo, quia faceres
litem tuam, & poſt eum Chriſt. Port. idem tenet, & Aldo-
24 bran. *num. 59.* qui dicit, eſſe † communem; Idemque præ-
terea tenet Guil. Mainer. *in l. ea ſola. num. 23. & in l. non de-
bet. num. 7. ff. de regul. iur.* Dec. *in l. vt vim. colum. antepenul. ff. de
iuſtit. & iur.* & D. meus Vbertin. Zuccard. qui dicit eſſe † com-
25 munem. *in d. 1. gloſſ. 1. num. 54. C. qui admit.* idemque late te-
net Neuiz. *conſ. 73.* vbi *ſub num. 8.* putat iſtam partem, tan-
26 quam † communiorem, eſſe tenendam in iudicando, prout
etiam Socin. iun. *conſ. 174. num. 20. volum. 2.* quam etiam tenet
Corn. *conſ. 29. volum. 2.* vbi dicit, quod in decidendo ab ea, vti
27 communi, † non ſit recedendum, eandemque tenet, & com-
munem teſtatur Nell. *in tracta. de bannit. in 1. part. 2. temp. qu. 5.*
& inſuper Ægid. Boſſi. *in tractat. criminal. in tit. Banniti quid
28 amittant. num. 13. per duas colum.* vbi teſtatur † communem
opinionem eſſe, contra Caſtrenſ. & ideo de eius opinione
curandum non eſſe. Idemque tradit Hieron. Alban. *conſ. 8.
29 num. 28.* vbi concludit, hanc eſſe magis † communem ſcri-
ptorum ſententiam: Eamque pariter tenet Vant. *in tractat.
30 de nullit. ex inhabilit. ſeu defectu. num. 51.* vbi † in bannito, non ab
Imperiali culmine, ſed à ſua ciuitate, concludit, eum perde-
re, quæ ſunt iuris municipalis illius ciuitatis, à qua eiectus
eſt, retenta ſibi poteſtate à cõmuni lege competente, hanc-
que dicit eſſe † communem Doctorum ſententiam, poſt A- 31
lexan. *in d. conſ. 76. vol. 1.* adeo vt appareat, eam quam plurium
authoritate ſuffultam eſſe.

Proceditque de plano hæc † communis opinio, nedum 32
quoad iura aliarum ciuitatum, & iuriſdictionum, ſed etiam,
quoad ius commune, in alijs ciuitatibus, & locis, à quibus
non eſt bannitus, quoniam † bannum vnius ciuitatis, vel 33
vnius iuriſdictionis diſtinctæ, non poteſt efficere, nec tolle-
re iura, in loco ei non ſubdito *l. fina. ff. de iuriſd. omn. iud.* vt in-
quit Aldobran. *in d. §. cum autem.* & ille Boſſius *loc. citat. nu. 14.
colum. ſequen.* ſed † etiam procedit, quoad iura communia, 34
reſpectu illius ciuitatis, & loci, vnde bannitus eſt, † vnde et- 35
iam, reſpectu bonorum, quæ ſunt in loco ſtatuti, ipſe ſucce-
dit, & capax eſt, ſi deferatur ſucceſſio ſecundum ius commu-
ne, ſecundum Bartol. & ſequaces, qui ſolum conſiderant
beneficia, quæ deferuntur ex legibus ipſius loci, & quoad
hæc, dicunt bannitum priuari, in alijs vero ſecus; Ergo licet
agatur de bonis ibi ſitis, dummodo non deferantur ex ſta-
tutis loci, ſed de iure cõmuni, pro comperto habent omnes,
bannitum non excludi, ſed admitti: & ita Alexand. in ſpecie
conſiderat, *in d. l. 1. C. de hered. inſtit.* opinionem Bart. & ſe-
quacium, & poſt eum Ripa, poſt Corne. *in d. conſ. 55. num. 20.
volum. 2.* qui damnant Caſtrenſem, & Imolam, dicentes, quod
Bartol. non declarauerat, reſpectu bonorum, ſitorum in
loco ſtatuti; quia imo dicunt ipſi, ſatis Bartol. hoc declarat,
ex quo generaliter dicit; quod non perdat bannitus iura
communia; ergo nedum extra locum, ſed nec in loco ſtatu-
ti, vnde bannitus eſt, ea iura communia amittit bannitus.
Hancque opinionem confirmant Dd. primo per text. *in l.
milites. C. de quæſtion.* vbi † priuatus collegio, ſolum perdit iu- 36
ra collegij, in reliquis vero retinet iura communia: ſic ergo
dicamus in quæſtione noſtra, quod bannitus amittat iura,
prouiſa per ſtatuta, vnde bannitus eſt, non autem cætera iu-
ris communis. Secundo fundatur per textum, *in l. certa for-
ma. C. de iure fiſc. lib. 10.* inducendo, vt per Bartol. ibi. Tertio
confirmatur ratione, de qua per Ripam. *in d. §. ex facto.* quia
cauſa † banni eſt ficta confeſſio, reſultans ex contumacia, er- 37
go bannitus ex contumacia, propter eius fictam confeſſio-
nem, non debet perdere, niſi iura ſuæ ciuitatis, quia in banno
non aliud dicitur, quam quod ſit à ciuitate bannitus; & hoc
eſt quod etiam deducit Neuiz. *in d. conſ. 73. num. 6.* vbi citando
Cynum *in l. reos. C. de acc.* & Angelum, *in diſputat. incip. Bono-
nienſis,* dicit, quod † bannum nihil aliud ſit quam poſitio ex- 38
tra beneficia ciuitatis: cum ergo, ſubdit Neuiz. bannitus iſte
non conſequatur legatum ex beneficio ciuitatis, ſed ex diſ-
poſitione teſtatoris; bannum non debet eum excludere à ta-
li beneficio, & per conſequens illud obtinere debet: ſic igi-
tur pariter, & in hoc feudo dici debet ad vnguem.

Quarto accedit & alia ratio Neuizani: † Abſurdum 39
enim, & inconueniens videtur, quod per bannũ, iniunctum
à ciuitate, bannito, Ciuitas velit derogare, & priuare eum
beneficio, & iure, quod ipſa ei non contulit, ac eius, quod di-
citur, præter ſuum, non tuum tibi denegat auxilium, gloſſ.
in l. 1. C. ſi aduer. vend. & † difficilius iura, & beneficia commu- 40
nia adimũtur, quam beneficia, & iura ciuitatis ſpecialia *l. eius
militen. §. militia miſſm. ff. de teſta. mil.* ergo quod ſtatutum ex-
preſſe non dicit, nec nos dicere debemus. Vnde Ripa *in d. §.
ex facto.* bene dicit, † hanc opinionem cõmunem præualere, 41
quando ſtatutum non dicit expreſſe, quod bannitus in loco
ipſius ſtatuti perdat iura cõmunia: hoc enim ſtante, ſuccedit,
quod dictis iuribus iuris communis non debeat priuari. At-
que idem tradit Aldobr. *in d. §. cum autem.* dicens hanc † opi- 42
nionem intelligendam eſſe, in tali forma banni, in qua non
ſit expreſſum, quod banniti perdant etiam iura communia,
nam † ſiue ex forma banni, ſiue ex forma ſtatuti hoc expri- 43
meretur, vt eſt Florentiæ, vtique tunc bannitus perderet
etiam iura communia quod ad illam ciuitatem. † Idemque, 44
quando ſtatutũ diceret, quod bannitus ſit excluſus ab omni
actu legitimo, vt dicebat Statutum Mutinæ, ſuper quo conſu-
luit Alex. *in d. conſ. 75. vol. 1.* tenens enim Alex. ibi contra banni-
tum, quod perderet ius commune, in loco dicti ſtatuti, non
potuit

poteſt illam opinionem ſuſtinere, propter contrariam
Bart. communem, de qua, niſi loquente ſtatuto, vt erat il-
lud Mutinæ, quod bannitus ſit excluſus ab omni actu legi-
timo, alias confeſſus fuit, opinionem Bart. contrariam eſſe
veram, & ita perpendit Boſſius *loc. cit. ſub num. 14.* ſubditque,
quod ita etiam loquatur Caſtr. *in conſ. 212. vol. 2. in nouiſ. alias
32. in antiq.* conſulendo, quod reſpectu bonorum territorii
bannitus ſit incapax, quia loquitur, ſtantibus ſtatutis, per
quæ bannitus non poterat petere in effectu quicquam: &
licet idem Caſtr. *in d. l. 1. C. de hered. inſt.* loquatur magis gene-
raliter, tamen ita debet intelligi, quia dicit, ſe ſæpius conſu-
luiſſe, ideo cum conſilia ſic loquantur, ita debet intelligi.
45 Vel † opinio Imolæ, & ſequacium, qui tenent, bannitum
audiri non debere, loquitur, & intelligi debet, quando ſta-
tutum prohiberet ius fieri bannito, vt per Alex. *in l. ſi dotem.
§. ſi patri. ff. ſol. matr.* quem ſequitur Hieron. Alban. *in d. conſ.
46 8. n. 28.* vnde † ſi ſtatutum tantummodo diceret, quod poſſit
offendi, vt hoc noſtrum, concludit Boſſius, quod liceret ei
petere ſucceſſionem: eodemque modo poteſt intelligi D.
mens Rimin. *conſ. 267.* de feudo loquens; loquitur enim de
bannito, feudi incapace, & iuris Communis, etiam quoad
locum Mantuę, vnde bannitus erat, vigore dictorum ſtatu-
torum dictæ ciuitatis, quę ipſum ponebant extra protectio-
nem Communis Mantuæ, & eum impune offendi manda-
bant, vt hoſtem dictæ ciuitatis, neq; ex teſtamento, neq; ab
inteſtato ſuccedebat alicui in d. ciuitate, vnde exprimebant
etiam, de beneficiis iuris communis, in d. ciuitate eum ex-
cludendo, d. ſtatuta, alias ergo ſecus fuiſſet, his non expreſ-
ſis, ab illis ſtatutis, prout in noſtro ſtatuto dici poteſt, quod
iſta non dicit: ergo D. Gaſpar d. feudi capax eſſe debuit.

Et hanc partem tenendo non obſtant contraria: & pri-
mo, quod ſtatutum poſſit ita offuſcare ius commune, in ſuo
territorio, vt effectum non habeat, id non negatur, *l. omnes
47 populi. cum ibi not. ff. de iuſt. & iur.* Sed bene dicitur, † quod in
dubio non ſit credendum, nec dicendum, id ab eo factum,
quia ex d. offuſcatione induceretur priuatio iuris commu-
nis in bannito, quę niſi expreſſa fuerit, induci non poteſt, vt
tradit gl. Butr. Abb. & alii *in c. fin. de iure patr.* Bal. *in auct. ex te-
ſtamento col. 2. C. de ſecun. nup.* Dec. *in Rubr. de iudic. col. 2.* & iſta
reſponſio fuit etiam de mente Alex. *in d. l. 1. & in d. §. ex facto.*
vt inquit Rum. *d. conſ. 49.* licet non ita deducat: bene verum
48 eſt, quod ipſe Rum. conetur eam tollere; nam † ſi ſtatutum
vult, quod impune poſſit occidi, manifeſte aufert illi bene-
ficium iuris communis, quo non poſſet offendi, vt per Bart.
& omnes *in l. vt vim. ff. ſol. matr.* ergo ſi illi aufert beneficium
iuris communis in his, quæ perſonam reſpiciunt, fortius &
49 circa res, *l. in ſeruorum. ff. de pænis.* Nihilominus, hanc † con-
ſequentiam de perſonis ad res, non admittit Alexan. *in d. l. 1.
col. pen.* nec Alban. *in d. conſ. 8. nu. 29.* probans ex multis abſur-
dis, d. conſequentiam non procedere, ad quos me remitto.

Non obſtat etiam, quod iſte dicatur hoſtis ciuitatis, ex
quo ſtatutum eum permittit offendi, *l. amiſſione. §. qui defi-
50 ciunt. ff. de cap. dimin.* Hinc † enim bene infertur, quod amit-
tat beneficia d. ciuitatis, & inde prouenientia, ſed non
quod amittat ea, quæ competunt aliunde, quam ab ea, vt
de iure communi, quod ei bellum non indixit: militat e-
nim, quod inquit Neuizan. de prætore, qui ſuum, non alie-
num denegat auxilium; ſic enim & hoc ſtatutum facit, de-
negando iura ciuitatis, cuius eſt hoſtis, non autem aliena, &
plenius ante Neuiz. tradit hoc idem Cor. *conſ. 55. col. 3. vol. 2.*

Non obſtat etiam, quod inquit Imol. *in d. §. ex facto.* quod
51 ſicut † bannitus perdit iura ciuitatis, eadem ratione perde-
re debeat ius commune, quoad illam ciuitatem, ex quo ci-
uitas illa poteſtatem habet ſuper vtroque iure, quia reſpon-
det Alex. *in d. l. 1. C. de her. inſt. col. pen.* quod ſicut deportatus,
52 qui † deportari debet auctoritate Imperatoris, *iuxt. l. 1. § de-
portatus. ff. de leg. 1.* non perdit, niſi ea iura, quæ ſunt Imperii
Romani, ſeu ciuium Romanorum, non autem ea, quæ ſunt
53 iuris gentium, *l. quidam. ff. de pæn.* quamuis † Imperator ha-
beat poteſtatem tollendi ea, quæ ſunt iuris gentium, con-
dendo legem generalem, vt per Bar. *in l. fin. C. ſi contra ius. &
54 in proœm. Digeſt. col. 2.* Ita & eſſe debet † in bannito à rectore
ciuitatis, virtute ſtatuti, vt perdat iura & beneficia inducta
per ſtatuta illius ciuitatis, non autem iura communia per-
dat, quamuis illa ciuitas haberet poteſtatem tollendi iura
communia, per ſtatutum, iuxta *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.*
ſubditque Alex. notandam eſſe hanc formam argumenti,
quia colligitur reſponſio à not. per Imol. *in d. §. ex facto.*

Ad conſilium vero Caſtr. *32. alias 212.* iam ſupra reſpondi,
poſt Boſſium, loco citato.

Dum vero ſe fundat in doctr. Guil. de Cun. Bald. & ſe-
quacium *in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui.* vbi † bannitus 55
non ſuccedit in legitimam; reſpondetur, eos loqui de banni-
to, banno capitali, hoc eſt, in ære & perſona, vt loquitur A-
lex. *in d. conſ. 75. vol. 1.* & aperte Dec. *conſ. 438. col. 2.* de quo non
loquitur ſtatutum noſtrum: ergo non facit illa deciſio ad
caſum noſtrum, ſicut nec alia. Iaſ. *in d. conſ. 166. 6. fundamento.
& conſ. ſeq.* quia ibi ſtatutum volebat, quod bannitus non
tractaretur vt ciuis, & ideo ſuccedebat aliud ſtatutum. At
hic non ita loquitur ſtatutum de uccid. banni: ergo ceſſat a-
liud, *quod non fiat alienatio.* Et ad conſilium Marſilii dico,
quod iura & gl. quæ citat, loquantur in transfuga, qui malo
animo & conſilio tranſtulit ſe ad hoſtes, quę ceſſant in ban-
nito: & † poſito, quod deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, vt in- 56
quit Bar. *in d. l. fin.* tamen non inde ſequitur, quod amittat
ea, quæ aliunde habet, quam à ciuitate, vt de iure commu-
ni, ſed ea tantum, quæ ei defert ciuitas; ſic enim ſe alibi de-
clarauit *in d. § qui deficiunt* & alibi Dd.

Præterea Cur. iun. *conſ 182. ſub nu 8. verſ. vel aliter.* notabili-
ter reſpondet, quod Bal. *in d. l. ſi qua pœna.* loquitur de banni-
to, † quod poteſt priuari legitima, propter homicidium, vel 57
ob cauſam ſimilem, vel maiorem expreſſis, *in §. cauſas. in
auct. vt cum de app. cogn.* ſecundum communem opin. Guid.
de Cuneo & aliorum, vt ibi per Iaſ. *in auct. non licet. C. de lib.
præt.* ſed D. Gaſpar non fuit priuatus legitima, vel aliis bonis
à præceſſoribus ſuis, ſed agitur de iure ſucceſſionis, ſecun-
dum quam præferri debet, vt proximior D. Hieronymo,
non obſtante banno, per dicta ſuperius.

Poſtremo non obſtat, quod inquit Rimus *in alleg. conſil.
49. vol. 4.* de ſtatuto vlterius procedente, circa occidentem
bannitum, quod non moleſtetur, ſed abſolutus ſit, & id ge-
nus: nam non inde ſequitur, quod bannitus dicatur poſitus
extra protectionem Communis, cum dicta verba non i-
pſum, ſed offendentem eum reſpiciant; & † de diuerſis ad 58
diuerſa non fit illatio, *l. Papin. exul. ff. de minor.*

Et ita ſublatis omnibus ſpinis remanet clara concluſio
pro D. Gaſpare, quod non obſtante dicto banno debuerit
præferri D. Hieronymo in dicto feudo, cum ſit proximior
agnatus D. Hieron. defuncto, dicto D. Hieron. viuente: de-
ficientibus enim filiis, fratribus & filiis fratrum, admittun-
tur proximiores agnati, ſecundum gradus ſuos, quia † pro- 59
ximior ſemper excludit non proximiores, vt per illum tex.
tradit Aluar. *in c. 1. de grad. ſucced. in feud. col. 3. & in c. 1. de nat.
ſucceſſ. feud.*

Vltimo nil facit deciſio Nelli *in d. q. 23.* loquitur enim pri-
mo de feudo vaſalli ante biennium, nos de delato poſt
bannum. Secundo loquitur de feudo, quod † vaſallus a- 60
mittit propter ſeruitium non præſtitum, quod etiam per-
deret, ſi non fuiſſet bannitus, *c. 1. quib. mod. feud. amitt.* non
autem dicit; quod illud amittat, quia non poteſt præſtare
ſeruitia, † cum per ſubſtitutum poſſit ſeruire: ſicut enim, 61
quando † feudum conceditur clerico, & ſic inhabili ſua na- 62
tura ad feudum, poteſt ille per ſubſtitutum ſeruire, vt poſt
And. de Iſer. tradit Alex. *conſ. 10. col. pen. in fin. vol. 5.* ita quando
defertur bannito.

Tertio dico, quod talis allegatio non pertinet ad d. Hie-
ronymum, ſed ad Principem, ipſeque ſolus poteſt hoc dice-
re, gl. Bal. Flor. & alii *in l. hu conſequenter. §. 1. ff. fam. herciſ.* & de
iure † tertii quis opponere non poteſt. Bar. & alii *in l. 2. ff. de 63
excep. rei iud. & in l. 2. C. de iure emphyt. cum ſimil.* & ita de iure
concludo. *Hipp. Rimin. Ferraria.*

Pro D. Ioan. Bapt. de Bertolis.

Arg. An fundus, quem maritus conſtante ma-
trimonio in bonis habuit, vxori pro dotis reſti-
tutione tacite hypothecatus ſit, & vxor eius

nomine contra tertium poſſeſſorem, interdicto Saluiano agere poſſit, nulla facta excuſſione contra bona, & heredes mariti. Et an interdictum illud locatori ſolum contra conductorem, & non aliis etiam creditoribus hypothecariis competat. Et quæ ſint eius interdicti requiſita, & quid in eo probandum ſit; & an cum hypothecaria cumulari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *An fundus exiſtens in bonis & poſſeſſione mariti tempore contracti matrimonii, cenſeatur hypothecatus vxori pro reſtitutione dotis, & donationis, & eius nomine Interdicto Saluiano agi poſſit contra tertium poſſeſſorem. nu. 2. 3. & 4.*

5 *Poſſeſſione lite pendente in tertium translata an contra eum poſſit fieri executio.*

6 *Is, qui executionem petit, ius ſuum prius liquidare debet.*

7 *Interdictum Saluianum an ſolum competat locatori contra conductorem, vel etiam cuicunque creditori habenti bona ſui debitoris, ex quauis cauſa obligata. & nu. 8. 9. 10. 11.*

12 *Intentans illud Interdictum quid probare debeat.*

13 *Tempus cum eſt fundamentum intentionis alicuius, debet concludenter & præciſe probari. & nu. 14. 15.*

16 *Concluſio in libello eſt attendenda ad cognoſcendum, qualis actio ſit intentata.*

17 *Interdictum Saluianum quando dicatur cum hypothecaria intentatum & cumulatum.*

18 *Differentia inter Interdictum illud, & hypothecariam. & nu. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Excuſſio in hoc Interdicto non eſt neceſſaria.*

CONSIL. DCCCXXXIII.

DVBITAT eleganter excellentiſſimus D. Maſertus, aduerſus D. Ioannem Baptiſtam de Bertolis, quod cum
1 petia † terræ, de qua agitur, fuerit in bonis, & poſſeſſione D. Fabii Cauizani, mariti D. Franciſcæ Matteæ tempore conſtantis matrimonii, ideo pro reſtitutione dotis & donationis, de quibus in inſtrumentis, altero 1574. 1. Decembr. & alio 1576. 8. Febr. cenſeatur dicta terra dictæ vxori hypothecata, vt inquit Capra *conſ. 35. nu. 20.* & Corn. *conſ. 151. vol. 4.*
2 Propterea † recte videtur motum iudicium, contra dictum Bertolum, tertium poſſeſſorem, etiam nulla excuſſione facta contra bona & heredes mariti, Rol. à Vall. *conſ.*
3 *14. vol. 1.* cum † agatur ex interdicto vtili Saluiani, Menoch. *in 3. remed. adip. poſſ. nu. 179.* Super quibus ego diligentius conſiderandum puto, & inprimis ad illud, quod proponit clarus Iuriſperitus dicti Bertoli, D. Hieron. Honoratus, velut mihi frater, *fol. 17.* terras, de quibus agitur, non eſſe relaxan-
4 das dictæ dominæ, † cum factæ ſint de bonis, à quibus iam fuit alias excluſa per ſententiam in iudicio inter eam, & D. Conſtantium Cauizanum, quod iudicium cum adhuc pendeat, eo pendente, non poteſt contra ipſum Bertolum
5 agi. Hæc enim exceptio multum iuridica fuit: nam † licet, quando poſſeſſio ſola transfertur in tertium, lite pendente, poſſit executio fieri, ſecus eſt, ſi tertius ille quoque dominium rei quæſiuerat; non enim fit executio contra illum dominum, ſed reuocatoria agendum eſt, & reſcindenda venit alienatio, velut in fraudem commiſſa, Bart. *in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. quæſt. pen. ibi, modo formo tibi vnam q. ff. de re iud.* Caſtr. *conſil. 143. viſis & ponderatis. col. 3. verſ. & notandum. vol. 1.* Crau. *conſ. 481. n. 18.* at in Bertolum, nedum poſſeſſio, ſed etiam dominium translatum fuit petiæ terræ, de qua agitur, ex titulo venditionis, *l. ex empto. in prin. ff. de action. empt.* igitur aduerſus eum non poteſt ſic executiue procedi: & hoc idem confirmatur; nam cum D. Franciſca petat ſibi relaxari dictam terram detinendam, quouſque ſibi fuerit ſatisfactum, vel quod in ea poſſit ſibi ſatisfacere pro tanta parte, quæ haberi poterit ex dicta petia terræ, ita vt modo tendat ad ſatisfactionem de fructibus, modo de dominio, ſubdens, dictum Bertolum condemnatum cogi & com-
6 pelli ad exequendum, † vtique deueniri non poteſt ad actualem executionem, niſi prius liquidato omni iure dictæ vxoris, exequi petentis, vt per gl. & Dd. *in l. 1. ff. de eden.* Bart. *in l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil.* & plenius confirmat Natta *conſ. 27. col. 2. n. 4.* poſt Abbat.

Secundo conſidero, quod ſubiungit idem D. Hieron. Honoratus *folio 18.* † interdictum Saluianum, quod hic intentatum videtur, pro d. domina, eidem non competit, vt ſuis loco & tempore demonſtrabitur; quod ego nunc refello: nam licet controuerſus ſit articulus, an hoc Interdictum non ſolum competat locatori aduerſus conductorem, ſed etiam cuicunque creditori habenti bona ſui debitoris, ex alia quauis cauſa obligata, vt dicitur hæc domina, ex cauſa dotis & donationis, † tamen Menoch. *in remed. 3. de adipiſ. poſſ. q. 3.* late tenet, dictum Interdictum, nec directum, nec vtile quidem, reddi contra debitorem ex alia cauſa, quam conductionis & locationis, vt ponderat ad hoc Baldum, & clarum Salycetum *in l. 1. C. de precar. & Saluian. interd.* docte & copioſe Franciſ. Sarmient. *in comment. de reddit. eccleſ. par. 3. cap. 2. nu. 19.* & poſt alios, quos commemorat Menoc. inquit, ſe credere, hanc † opinionem eſſe veriorem, & in iudiciis obſeruandam; quam deinde corroborat, vt per eum: nec contentus ibi dictis, idem *conſ. 295. col. 2. n. 6.* dicit, quod hæc ſententia ſibi viſa fuit verior & probabilior, ac etiam receptior, quam licet poſt alios ſatis copioſe comprobauerit *in d. remed. 3.* non tamen grauabitur alia plura conſiderare, & rectius hanc rem explicare, deinde incipit ponderare textum *in l. 1. & 2. ff. de Saluian. interdict.* vbi Iulianus & Vlpianus, explicando † hoc Interdictum Saluianum, ſemper locuti ſunt de rebus coloni & inquilini, quod videlicet interdictum directum detur contra ipſos colonos vel inquilinos, & conductores; vtile vero contra eos, qui res illorum emerunt, vel alio titulo conſecuti ſunt, nec aliquod verbum vnquam fecerunt, quod aduerſus bona alterius debitoris detur, quod certe expreſſiſſent, ſi contra quoſcunque debitores proditum fuiſſet hoc interdictum, cum † actio extendi non debeat de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, niſi lege expreſſe cautum ſit; latiusq; proſequitur Menoch. *in d. conſ.* confirmans hanc opin. prout ibi videri poteſt, vnde concludendo, cum D. Fabius non ſit debitor vxoris ex cauſa locationis vel conductionis, ſed dotis & donationis, dici debet interdictum Saluianum directum, vel vtile dictæ vxori non competere.

Tertio conſidero, quod † intentans Saluianum interdictum, licet non teneatur probare, quod res fuerit in bonis debitoris, tempore contractæ obligationis, vel poſtea, tenetur tamen probare, quod eam poſſederit eo tempore, vt inquit Roland. à Valle *conſ. 14. col. 1. vol. 1.* quod intelligi debet eo tempore, ſcilicet contractæ obligationis, vt ſtrictius loquitur Caſtren. *in l. rem alienam. col. final. ff. de pign. action.* quem ſequitur Negul. *in tractat. de pignor. in 3. memb. 8. partis. num. 26.* ſed teſtes examinati pro parte dictæ dominæ non probant tale tempus, quo D. Fabius poſſederit dictam petiam terræ, & quod eius fuerit, cum ſe obligauit ad dotem reſtituendam in inſtrumento prædicto, de anno 1574. vnde ſciri non poteſt, nec colligi ex eorum lectura; ergo corruit intentio dictæ dominæ circa Saluianum interdictum, non probata poſſeſſione D. Fabii tempore dictæ obligationis, quia † cum tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, debet concludenter & præciſe probari. Gloſſ. Bartol. & alii *in l. cum actum. ff. de negot. geſt.* Andr. Sicul. Iaſon & alii, *in Rubric. C. qui admit.* cum ſimilibus à me cumulatis *conſil. 71. numer. 17. & conſil. 363. numer. 116.* quibus addidi duo ſingularia dicta Baldi, primum *in l. de diuiſione, circa princip. ff. ſolut. matrimon.* quod refert dom. Simon de Prætis *conſilio 143. num. 3.* quod cum † diſputamus de tempore, ſi ignoremus principium, oporteat nos ignorare proceſſum; ſecundum *in leg. 1. Cod. ſi plur. vna ſentent. in fine.* quod refert Neuizan. *conſilio ſeptuageſimo nono, numero vigeſimo tertio.* quod cum † tempus eſt certum, neceſſario probari debeat, nec ſit probandum, quod probatum non releuat; ſed tempus contractæ obligationis D. Fabii fuit anno 1574. primo Decembris, vt in dicto inſtrumento; ergo debuit probari poſſeſſio domini Fabii dictæ petiæ terræ, quod non probant teſtes huius dominæ: ergo ei non competit remedium dicti Saluiani interdicti.

Quarto quoq; conſidero, quod D. Procurator aduerſarius in libello ſuæ principalis, & in eius † concluſione, quæ debet attendi, ad cognoſcẽdum, qualis actio ſit intentata, *l.*

certa

ſerti condictio. in princ. & ibi notant Scribentes. ff. ſi cert. petat. petiit, Bertolum, clientem meum, teneri & obligatum fore ad dimittendum & relaxandum dictam petiam terræ ſibi dicto nomine detinendam, quouſque ſibi fuerit ſatisfactum de dicta dote & donatione: hactenus enim dici poſſet intentatum poſſeſſorium, ſicq; Saluianum interdictum, ſi competeret, quod negatur ex prædictis; ſed ſubiunxit idem procurator; vel quod poſſit in ea ſibi ſatisfacere pro tanta parte, quæ haberi poterit ex dicta petia terræ, vt dixit,
17 ſupra obligata, ex quibus verbis † dicitur intentaſſe hypothecariam; quare dicitur intentaſſe & cumulaſſe Saluianum interdictum cum hypothecaria, & ſic effeciſſe iudicium mixtum, vt eleganter declarat Contardus *in l. vnica. C.*
18 *ſi de momen. poſſeſſ. limit. 14. ex contractu. nu. 9. cum ſeq.* vbi † poſita differentia inter hypothecariam & Saluianum interdictum, in qua datur appellatio, & non in eo, quia in ea ius intentatur, cum ſit actio in rem, & in ea dominium principaliter deducitur: in interdicto vero Saluiano, cum ſit merum poſſeſſorium, ſecus eſt, vt ex multis, quos allegat, ſubiungit;
19 hæc † tamen non procedunt, ſi Saluianum interdictum cumuletur cum hypothecaria, quia tunc efficeretur mixtum, per ea, quæ tradit Neguſ. *in 2. part. 3. memb. n. 26.* nam in
20 hypothecaria † oportet probare dominium debitoris, quando agitur contra tertios poſſeſſores, vt per Soc. *conſ. 112.*
21 *n. 22. vol. 4.* qui † communem teſtatur; & in hypothecaria agitur de iure pignoris, licet per officium Iudicis veniat rei reſtitutio, vt per Fulg. *in l. 1. C. de precar. & Salu. interd.* declara-
22 toriaq; † pręterea requiritur, quod res ſit obligata, vt inquit Ioan. Fab. *in §. item Seruiana. inſt. de action. n. 34.* Et huius con-
23 cluſionis ea eſt ratio, vt ſubiungit Contardus, quod † hypothecaria mouetur nomine alterius. Ang. *in l. ſi cum venderet. in fine ff. de euict.* Vnde non mirum, ſi probandum ſit do-
24 minium debitoris: Saluianum † vero interdictum non dicitur ſe fundare in hypotheca, ſeu pignore, ſed in quaſi hypotheca, ſeu quaſi pignore, quia fundatur in poſſeſſione, quam habebat pignorans vel hypothecans, vt plenius declarat Contard. propterea concludendo dico, quod ſi D. Franciſca vult niti tantum Saluiano interdicto, id ei non competit, rationibus ſupra deductis; ſi vero in concluſione libelli ſui, cum ſimul illud & hypothecariam deduxerit, debuit probare, quod D. Fabius habuerit dominium dictæ petiæ terræ, quod nequaquam probauit: nam licet in capitulis dicatur, quod tenuit eam, & poſſedit pro ſua, & tanquam ſuam, & aliqui teſtes idem dicant, non tamen inde probatur dominium, vt tradit Bartol. *in l. 1. poſt gloſſ. ff. pro ſuo.* Alex. & Iaſ. *in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hered.* & Alex. *in conſil. 89.*
25 *col. 2. vol. 5.* Quo vero † ad excuſſionem, vt in dubiis dicitur, non neceſſariam in Saluiano interdicto, non elaborabo, poſtquam non competit dictæ dominæ; & ita ſublatis dubiis pro Bertolo iudicandum eſt. *Hippol. Riminal. Ferraria.*

Pro D. Angelo & fratribus de Bertazzolis de Mantua.

ARG. Emphyteutæ & vaſalli an & quando irrequiſito domino rem emphyteuticam, vel feudalem inter ſe, vel in alios alienare poſſint. Et an per clauſulam, ſaluo iure domini, & non aliter, nec alio modo, alienationi appoſitam, euitetur caducitas. Item an conſtitutum ſuper re emphyteutica, ſeu feudali irrequiſito domino fieri poſſit. Et Doctori de conſuetudine teſtanti an & quando credatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutæ an poſſint inter ſe alienare & diuidere rem emphyteuticam domino irrequiſito. & nu. 2 3 4. 5 14. 15. 40.*
6 *Voluntas potius quam verba ſpectatur in conuentionibus contrahentium & nu 7.*
8 *Legatarius non poteſt propria authoritate rei emphyteuticæ poſſeſſionem ingredi, ſed à domino introducendus eſt. Idem in donatario obtinet. nu. 9*
10 *Conductor rei emphyteuticæ an ius ſuum per legatum vel donationem transferre poſſit domino irrequiſito. & nu 11.*
12 *Natura breuiloquæ locutionis per dictionem, &c. eſt ampliatiua & roborativa, ita vt dicendo, præſentibus teſtibus, & c. intelligatur, rogetis. nu 13.*
15 *Inter ſimul inueſtitos locum eſt iuri accreſcendi.*
16 *Idem dicendum eſt, quando ſint inueſtiti per ſe, & c. promiſerunt que per ſe, & c. ſoluere, declarando vt ibid.*
17 *Per clauſulam in inueſtitura poſitam.* ad habendum, tenendum, alienandum, & quicquid perpetuo voluerint faciendum. *an intelligatur conceſſa emphyteutæ licentia alienandi & nu. 18 19.*
20 *Princeps obligatur ex contractu facto etiam cum ſubdito. & nu. 21.*
22 *Obligatum Principis etiam ligat ſucceſſorem in dignitate.*
23 *Emphyteuta an incidat caducitatem, ſi rem emphyteuticam alienauerit cum clauſula,* non aliter, nec alio modo, & ſaluo iure domini *& nu. 24. 25 Vel ſi licentiam ab officialibus domini impetrauerit. Et an libri officialium probent. nu 26.*
27 *Licentia domini de alienando an ex diuturnitate & longa patientia decem annorum præſumatur.*
28 *Duo vincula magis ſtringunt quam vnum.*
29 *Emphyteuta non cadit à iure ſuo ob rei emphyteuticæ alienationem, ſine interuentu domini, ſi alienando non transferat poſſeſſionem rei actualiter & vere.*
30 *Vel ſi apponat clauſulam,* ſaluo & reſeruato iure domini, & non aliter, nec alio modo, *etiam ſi vera & actualis traditio rei ſequatur. & nu. 39. & 40.*
31 *Et ſi emptor illum recognoſcere non differat, neque recuſet. & nu. 40 41.*
32 *Doctori aſſerenti de conſuetudine quando credatur & nu 33.*
34 *Factum aut dictum non dicitur, quod in inſtrumento non legatur.*
35 *Pars indiuiſa, vel incerta, ratione loci, poſſideri non poteſt. & nu. 36.*
37 *Conſtitutum irrequiſito domino ſuper re feudali, vel emphyteutica factum, an ſufficiat ad incurrendam caducitatem & nu 38.*
38 *Et quod excuſatur alienans, ſi non fuit proceſſum ad realem traditionem, ſolo conſtituto interpoſito, aut precario adiecta clauſula, non aliter, nec alio modo.*
39 *Item excuſatur adiecta clauſula, habita licentia, vel reſeruato iure domini, & non aliter, nec alio modo*
40 *Et tacite etiam, vel virtualiter, vt ſaluis. &c. & de ratione.*
41 *Clauſula,* omni meliori modo, &c. *quid operetur*

CONSIL. DCCCXXXIV.

CVM inueſtitus fuerit D. Ioan. Angelus, Ioſeph & Auguſtinus, fratres de Bertazzolis, & D. Vincentius de Mennis, pro ſe, & eorum heredibus, de parte petiæ terræ, prout in inſtrumento nouæ conceſſionis eis factæ per Illuſtrem Factorem generalem Sereniſſimi Ducis Mantuæ, de anno 1560. de parte petiæ terræ, in dicto inſtrumento confinatæ: quæritur, an ex alienatione poſtea facta per dictum Mennium, partis ſuæ, dictis Bertazzolis, ſine licentia & irrequiſito dicto Sereniſſimo dom. Duce, deuoluta ſit ad eum, prout prætendit dictus Illuſt. magiſtratus Cameræ Ducalis: & aduerſus prædictos fratres emanarunt dubia, quod † licet emphyteutæ poſſint inter ſe alienare rem em- 1
phyteuticam, domino irrequiſito, vt inquit Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 24. ff. de verb. oblig.* & eſt † communis opi- 2
vt atteſtantur ibi Scribentes, & Aret. in ſpecie, *col. penul. verſic. circa quartam.* Iaſon *nu. 75.* Crot. *nu. 64.* & Ripa *n. 66.* & ante ipſos Bald. *conſ. 122. vol. 4. ſecundum antiquam impreſſionem,* dicit, quod ita communiter ſeruatur, quem refert Dec. *conſ. 264. in fine.* Idemque Gozad *conſil. 20. nu. 9.* & poſt eos omnes Clarus *in §. emphyteuſis. quaſt. 14.* rationem adducens: cum enim † dominus directus illos omnes habeat pro emphy- 3
teutis, reſpectu ipſius, non dicitur alienatio, ex quo res non transfertur in perſonam, in quo ſit opus noua recognitione, neque ipſius intereſt, apud quem eorum res ipſa reperiatur, cum propterea illi, qui alienant, non deſinant eſſe in ſolidum obligati, verſus ipſum dominum, pro ipſa re, ſicut erant ante alienationem: hancque concluſionem pluribus aliis notis, & rationibus, exornat Corbulus *in ſuo tract. de cauſis, ex quib. emphyt. ſuo iure priuat. in tit. de cauſa priuationis, ob alienationem irrequiſito domino factam, limitat. 6.* ipſe tamen
numer. 6. ſubiungit, dictam † concluſionem non procedere 4
in emphyteuſi noua, à pluribus recepta, abſque clauſula iuris accreſcendi, quia tunc inter ipſos emphyteutas, qui eodem inſtrumento emphyteuſim conduxerunt, alienatio, domino irrequiſito, fieri non poteſt, cum vnuſquiſque dicatur rem conduxiſſe pro ſua parte, *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* pro qua tantum dicitur domino obligatus; reſpectu vero partis ſocii, quam non conduxit, dicitur extraneus, vt declarat Crot. *in dict. §. duo fratres. numer. 145. verſicul. primus caſus eſt.* Ripa *numer. 87.* & alii, quos citat. Sed huic dubio reſpondet egregie multum excellen. D. Bertazzolus,

quod cum emphyteuſis, de qua agitur, conceſſa fuerit præ-
dictis fratribus & Menino à Camera Ducali, & ſic à Fiſco,
5 ſequitur, † emphyteutam Fiſci, ſicque dictum Meninum,
potuiſſe alienare partem ſuam, irrequiſito domino, vt eſt
doctrina Bart. *in l. in conuentionibus. ff. de verb. ſignific.* vbi ſi-
gnanter Alciat. ſumpta occaſione Papiniani, dicentis, quod
6 in † conuentionibus contrahentium, voluntatem potius,
7 quam verba ſpectari placuit; cùm igitur † ea lege fundum
vectigalem municipes locauerint, vt ad heredem eius, qui
ſuſceperit, pertineret, ius heredum ad legatarium quoque
transferri potuit: inquit, remotis quibuſdam contrariis,
quibus videbatur, illum fundum ea lege relictum, quod ad
heredem eius, qui ſuſceperit, pertineret, ad legatarium
transferri non potuiſſe; quod aliter Papiniano viſum eſt:
quoniam voluntas contrahentium ante omnia ſpectanda
eſt, etiamſi aliud dictum ſit; voluntatis autem coniectura
ex natura contractus colligitur: & licet debeant verba in-
telligi, vt effectus alicuius ſint, non tamen operantur, niſi
ſecundum naturam actus, ne aliquod probabile damnum
8 locatori inferatur, † cum non poſſit legatarius propria au-
ctoritate poſſeſſionem ingredi, ſed ab ipſo introducendus
ſit; quo tempore eum in dominum agnoſcet, ſeque obliga-
bit, quinquageſimamque illi, quod præmium vulgo lauda-
9 torium vocatur, præſtabit: & † quod in legato dicitur, in
donatione quoque locum habere receptum eſt; neque enim
tunc aliqua denuntiatione opus eſt, ſed ſatis eſt petitio in-
10 troductionis, & ſolutio quinquageſimæ, † nec distingui-
tur, an locator emphyteutici fundi ſit priuatus aliquis ciuis,
11 vel Reſpublica, vel Eccleſia: poterit † enim conductor ius
ſuum per legatum vel donationem transferre, etiam eis ir-
requiſitis, dum ſaluo eorum iure, & citra fraudem alienet;
& ita crebrius approbatum eſt: vt egregie concludit Alcia-
tus ibi; & hanc quoque concluſionem firmat Crot. *conſ. 20.
num. 17.* citans Bartolum in variis locis. Quare ceſſat in caſu
noſtro dubium propoſitum, cum procedat in emphyteuſi
priuati concedentis, non autem fiſci, ratione, qua dom.
Bertazzolus fundatur: cuius reſolutionem confirmo ſubtili
medio; nam dicta conceſſio in emphyteuſim fuit facta præ-
dictis inueſtitis, ad dandum omni anno prædicto dom. Du-
ci, in feſto S. Michaelis, ducatos decem ſolidorũ nonagin-
ta inum, quem affictum dicti inueſtiti, pro ſe, &c. promiſe-
runt, &c. ſub pœna dupli, &c. ſcilicet ſoluere: nam conſide-
12 ro illam † naturam breuiloquæ locutionis, &c. quæ eſt am-
13 pliatiua & roboratiua, ita quod ſi dicat, † præſentibus teſti-
bus, &c. intelligitur rogatis, ſecundum Bald. & Salycet. *in l.
hac conſultiſſima. in prin. C. de teſtam.* & per Iaſonem *in l. Gallus.
§. idem credendum. num. 9. ff. de liber. & poſthum.* quo ſtante, ſic-
14 ut † ſi D. Ioan. Angelus, qui fuit inueſtitus pro ſe, domino
Ioſepho, & Auguſtino, ſe, & eorum vtrunque obligaſſet, ad
prædictam annuam præſtationem, cum dicto Menino, po-
tuiſſent ipſi, quantumcunque de nouo inueſtiti, inter ſe di-
uidere, & alienare ſine licentia domini, vt ſignanter decla-
rat Rum. *conſ. 159. num. 4. 5. & 6. volum. 1.* quem refert Corbul.
in tit. de cauſa priuat. ob alienat. in 6. limit. num. 7. dicens, quod
15 tunc † inter ſic inueſtitos locus eſſet iuri accreſcendi, &
16 conſequenter impune inter eos fieret alienatio: pari † mo-
do dici debet, quando fuerunt inueſtiti pro ſe, &c. promi-
ſeruntque pro ſe, &c. ſoluere, vt illæ dictiones, &c. breuiatæ
naturam ſuam ampliatiuam operentur, quæ declaratio mi-
hi videtur eſſe valde notabilis, licet in ſpecie factam non vi-
derim, ad effugiendam caducitatem, ſiue deuolutionem
rei, propter alienationem inter inueſtitos regulariter per-
miſſam, vt per Bar. *in d. §. duo fratres. nu. 24. cum cæteris ſupra ci-
tatis.*

Tertio non omitto, quod in dicta inueſtitura, conceſſa
17 dictis fratribus Bertazzolis, & Menino, poſita fuit † clauſu-
la, *ad habendum, tenendum, alienandum, & quicquid perpetuo vo-
luerint, faciendum,* prout dicta verba, *ad habendum, &c.* &
quicquid, &c. breuiata, ſi extendantur, ſic dicerent: & per ea
dici in terminis Alberic. *in l. fin. col. 3. C. de iure emphyt. num. 8.
verſic. ſed nunquid.* quod intelligitur conceſſa emphyteutæ li-
centia alienandi, quem refert Corbul. *in d. tit. de cauſa priuat.
ob alienat. limit. 3. col. 1.* ſubdens, vt communis videtur Do-
ctorum ſententia, quod ex dictis verbis emphyteutæ alie-
nandi licentia ſit conceſſa: quæ concluſio bene procedit in
caſu noſtro, cum in inſtrumento non ſit dictum, quod dicti
inueſtiti non poſſint rem conceſſam alienare abſque licen-
tia petita, & obtenta; tunc enim per dicta verba euacuare-
tur virtus alterius clauſulæ, *ad habendum, &c.* vt declarat Dec.
conſ. 191. ſub n. 3. verſ. 4. & vlt. Curt. iun. *conſ. 130. n. 6.* Boſſ. *de publ.
bon. ſub n. 61.* & plenius confirmat Corb. *in d. limit. 3. col. 2. vt ibi
per eum.* Nec nos offendunt, quæ ſubiungit, quod vbi † di- 18
cta clauſula, *ad habendum, tenendum, alienandum, &c.* eſſet ap-
poſita non in corpore inſtrumenti, ſed veniret in verbis, ad
executionem diſpoſitionis contractus appoſitis, & acceſſo-
rie, & nõ principaliter, poſſet fortaſſe dici, quod non importet
licentiã alienandi, licet non adſit in inueſtitura aliud pactũ,
quod non poſſit emphyteuta alienare domino irrequiſito,
quia cenſetur hoc tacite cautum in conceſſione rei ex natu-
ra contractuum, licet non ſit expreſſum, & † clauſulæ gene- 19
rales, venientes ad executionem, non alterant, neque am-
pliant contractũ, vt per Dec. *conſ. 500. n. 9. cum ſim.* inter quos
me citat ipſe Corbul. *in §. 1. nu. 138. Inſt. quibus alien. licet.* hoc e-
nim dici non poteſt in caſu noſtro, in quo dicta clauſula, *ad
habendũ, &c.* & *quicquid, &c.* poſita eſt in corpore & viſceri-
bus inſtrumenti: nam poſt inueſtitos nominatos, & re con-
finata, ſubiecta fuit dicta clauſula, *ad habendũ, &c.* deinde o-
nus dandi omni anno Sereniſſimo Duci ducatos 10. per di-
ctos inueſtitos ſub pœna dupli. Item cum pacto, quod in
dicta conceſſione cõprehendantur quædam Cameræ: vnde di-
cta clauſula fuit inſerta in verbis ſubſtantialib. inſtrumenti.

Quarto diligentius aduerti debet ad aliud pactum in di-
cto inſtrumento poſitum, quod quotieſcunq; prædictus Il-
luſtriſſimus, ſiue Sereniſſimus dom. Dux voluerit in ſe di-
ctam rem conceſſam, teneantur dicti inueſtiti illam ei di-
mittere, & relaxare, ad eius beneplacitum, & eo caſu tenea-
tur Excellentia ſua, (vel nunc Serenitas ſua) ſoluere, & ſatis-
facere ipſis inueſtitis, pro omnibus melioramentis, quæ
tunc temporis reperientur fuiſſe ſuper dicta re conceſſa, &
ſuper horto, iuxta æſtimationem de eis faciendam, arbitrio
boni viri; demumque præſentem inueſtituram promiſit di-
ctus Sereniſſimus dom. Dux perpetuo firmam habere, &
non contra facere, ſub obligatione bonorum, & ſub fide
veri Principis: ideo non potuit nunc inſtare ad priuatio-
nem rei cum melioramentis, ſed ad eam conſequendam,
cum eorum ſatisfactione, iuxta conuenta; nam † Princeps 20
obligatur ex contractu, facto etiam cum ſubdito, vt tra-
dunt Butr. Abb. Fel. Dec. & omnes *in c. 1. de prob.* vbi pariter
ego dixi, *& in c. 1. de conſt. in glo. ab omnibus. in repetitionibus Ca-
nonicis diuerſorum, Venetiis impreſſis per Iunctas,* adeoq; vera eſt
dicta concluſio, ſecundum Caſtren. *in l. digna vox. C. de legib.*
& Bald. *in cap. 1. §. ad hoc. col. 5. verſic. item nota. de pact. iur. firm.*
quod † ſi aliter diceremus, nullus inueniretur, qui contra- 21
here vellet cum Principe; & ſic hominum conſortio priua-
retur, quod eſſet valde graue, *l. hi qui. C. de apoſt.* & plenius
proſequitur Dec. qui plus ſubdit in ſecundo notab. *num. 7.*
quod † obligatio Principis etiam ligat ſucceſſorem in di- 22
gnitate, vt ibi per do. Abbatem, & alios, quos citat Decius,
quando contractus fuit factus ſub nomine dignitatis, vt i-
ſte, Illuſtriſſimi Ducis, & Excellentiæ ſuæ, idemque plenius
Natta *conſ. 122. col. 2.* & ego *conſ. 556. n. 105.* igitur & hoc funda-
mento ſe bene defendunt inueſtiti.

Quinto prædictis accedit, quod D. Ioſeph Cagionus
Notarius fidem facit, qualiter filii & heredes dicti Menini,
habita prius & obtenta licentia, ab Agentibus ſuæ Celſitu-
dinis, faciendi inſcriptam renuntiam, & non aliter, nec alio
modo, renuntiauerunt dictis Bertazzolis omnia & quæ-
cunq; iura, quæ dicti fratres de Meninis habebant in dimi-
dia, pro indiuiſo petiæ terræ, de qua agitur, & vt plenius
contineri dicit ipſe Notarius in inſtrumento per eum ro-
gato 7. Febr. 1578. imo vero in inſtrumento inueſtituræ dici
poteſt, cenſeri eſſe datã licentiam alienandi, per clauſulam,
ad habendum, &c. vt ſupra dixi, tertio loco; quo ſtante potuit
eorũ pater, vel ipſe poſtmodũ alienare, irrequiſito domino,
abſq; incurſu priuationis, vt per Sal. *n. 2.* Iaſ. *n. 4.* Bal. 3. & Al-
beric. *verſ. ſed nunquid. in l. final. C. de iure emph.* cum infinitis
quos

quos late cumulat Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienationem limi.*
23 *n. 1.* tantoque magis; cum † dicta alienatio facta fuerit cum
dicta clauſula; *non aliter, nec alio modo,* quia per talem prote-
ſtationem emphyteuta à priuatione ſui iuris defenditur, e-
tiam ſecuta traditione vera, vel per conſtitutum; Ita tenet
Bald. loquens in vaſallo, *in cap. 1. §. final. num. 5. in fine, quæ fuer.*
prima cauſa beneſ. amit. quem etiam in emphyteuta, tali mo-
do alienante, ſequuntur communiter Dd. vt teſtatur Ri-
pa *in cap. cum Marc. Ferrarienſis. ſub num. 80. verſic. ſecundo in-*
telige. de conſtit. Roland. à Valle *conſil. 51. num. 30. vol. 2.* Me-
noch. *conſil. 38. num. 21. & 22. volum. 1.* Burſat. *conſil. 26. num. 1.*
cum ſeq. volum. 1. & in conſil. 181. num. 14. & alij longe plures,
quos cumulat idem Corbul. *in d. rubr. de cauſa priuat. ob alien.*
24 *limit. 37.* † qui licet aliquos contrarium tenentes citet, ta-
men ſubiungit, quod in iudicio difficile eſſet, ſecundum
25 hanc poſteriorem opinionem obtinere, cum † communis
opinio ſit in contrarium, & ſecundum ipſam etiam in Ro-
ta Mantuana fuerit iudicatum, vt affirmat Burſat. *in d. conſil.*
26. num. 3. vbi dicit ſe in facto diffinitiue obtinuiſſe; quod
eſt vltra communem; dictum magni momenti: quia nun-
quam crediderim, quod in dicta Rota, vel Senatu, in hac
inclita Ciuitate, vbi conſumatiſſimi viri ſemper fuerunt,
aliter ſit iudicandum, cum potiſſime non ſimus in caſibus,
quos ſubiicit Corbulus, de alienatione facta difficilis recu-
perationis, propter potentiam aduerſarij, vel quod res a-
lienata ſit locus munitiſſimus: hæc enim ceſſant in caſu
noſtro.

Sexto non prætereo, quod filij, & heredes d. Menini, ſic-
ut & d. Bertazzoli, ſunt excuſandi à priuatione d. rei em-
26 phyteuticæ, † propter licentiam prius habitam, & obtentã
ab officialib. Sereniſſimi Ducis, & Agentib. eius, vt atteſta-
tur notarius in eius inſtrumẽto: cum enim inueſtiti fuiſſent
ab illuſtri Factori generali, & in ſpecie D. Io. Angel. Bertaz-
zolus, ſoluiſſet libr. 441. alijs officialib. Cameræ Ducalis,
pro lucellis, vt teſtatur D. Alex. Montes, in proceſſu mihi ex-
hibito, *fol. 6. ſecundo latere.* iuſtam cauſam habuerunt peten-
di, & obtinendi dictam licentiam ab eiſdem Agentibus, &
officialib. Camerarijs publicis, quorum libris plene credi-
tur, pro tertio, vt eſt doctrina Bart. *in l. quæd. in. §. nummula-*
rios. ad fin. ff. de eden. quem Caſtr. Alex. & Iaſ. ſequuntur *ibi.* A-
lex. *conſ. 179. n. 1. vol. 6.* Socin. *conſ. 159. in princ. & conſ. 265. col. 2.*
verſ. 3. probatur, cum ſimil. per me cumulatis. conſ. 52. n. 102. pari-
terq; dixi *conſil. 673. n. 12.* igitur ſtante dicta iuſta cauſa, ſunt
excuſandi dicti Menini, & Bertazzoli à pœna d. allegatæ
priuationis ex aduerſo, vt declarat Bald. *in l. plagij. C. ad leg.*
Falcid. de plag. quem ſequitur Iul. Clarus *in §. final. practic. cri-*
min. q. 60. num. 22. in fine. vnde patet, quod multis modis iſti
defenduntur.

Septimo poteſt vlterius addi circa d. licentiam petitam,
& obtentam; dato, non tamen conceſſo, quod de illa nul-
latenus conſtaret; nihilominus præſumi deberet interue-
niſſe; probatur id in hunc modum; quoniam de anno 1560.
Meninus, & Bertazzoli fuerũt inueſtiti; de anno vero 1578.
7. Febr. renunciauit iura ſua dictus Bertazzolis, vt in inſtru-
mento D. Ioſephi Cagioni; poſtea de anno 1588. petierunt
dicti Bertazzoli, ſibi renouari inueſtituram d. rei acquiſitæ
à Meninis; ſed Illuſt. D. Factor generalis recuſauit eam face-
re, quia d. aquiſitio facta fuit ſine licentia, & irrequiſito Il-
luſtriſſimo D. Duce: & ſic legitime deuoluta fuit ad eius
Cameram: Sed ego dico totum contrarium, dato (vt dixi)
27 quod non conſtaret † de d. licentia; quoniam cum à tem-
pore d. acquiſitionis factæ per Bertazzolos, de anno 1578.
7. Februarij vſque ad annum 1588. de menſe Auguſti, quo
petierunt renouari inueſtituram, & dictus Dom. Factor
recuſauit eam facere, lapſi fuerint, intermedij, decem an-
ni, & menſes ſex; ſequitur, quod ex diuturnitate tempo-
ris, & ex longa patientia decem annorum, & vltra, præſumi-
tur licentiam domini de alienando, interueniſſe: ita Iaſ. *in l.*
1. n. 16. C. qui admit. Dec. *conſ. 409. n. 11.* Socin. iun. *conſil. 22. n. 15.*
vol. 1. Alex. *conſil. 113. num. 18. vol. 4.* Gratus *reſp. 121. num. 11. vol. 2.*
Hier. Gabriel. *conſil. 88. num. 14.* Aur. Gomez. *de contract. cap.*
11. tit. de qualitat. contract. ſub num. 17. verſic. 3. infertur. Maſcard.
de prob. concluſ. 417. num. 4. volum. 1. Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut. §. 7.*
num. 28. & Corbul. qui prædictos refert, & ſequitur, *de cau-*
ſa priuat. ob alienat. limit. 31. quod bene notandum eſt, cum
hic iſti inueſtiti habeant duplicem licentiam alienandi,
legalem præſumptam, & expreſſe cõceſſam, vnde duo vin-
cula † magis ſtringunt, quam vnum. *auth. itaque. C. com. de ſuc-* 28
ceſſ. & in auct. de conſang. & vter. frat. in princ. gloſſ. in l. 1. C. de pact.
Cephal. *conſil. 309. in fine.* & alibi ſæpe Doctores in varijs
locis.

Octauo, non prætereo, quod notab. inquit, & teſtatur
Burſatus *in alleg. ſuo conſil. 26. col. 2.* vbi teſtatur, quod † occa- 29
ſione alienationis ſine aſſenſu, regula, & dictum commu-
ne eſt, ac in practica ab omnibus obſeruatum, quod vaſal-
lus, emphyteuta, ſeu perſona recognoſcens rem ab alio, vti
domino directo, nunquam cadit à re recognita, ob cõtra-
ctum, & dictæ rei alienationem, ſine interuentu domini, ſi
alienando non transferat poſſeſſionem rei actualiter, & ve-
re, non etiam per conſtitutum; vt ex veriori egregie, & co-
pioſe conſuluit Nicol. Balb. *conſil. 55. vol. 2. feudalium.* † vel ap- 30
ponat clauſulam: *ſaluo, & reſeruato iure domini, & non aliter*
nec alio modo: cum per eam non videatur contemptus domi-
nus, quinimo illius honor, & ius reſeruatum, quod proce-
dit, ſtante dicta clauſula geminata, etiam ſi actualis, & vera
rei traditio ſequatur, vt copioſe plurimos allegat ipſe Burſa-
tus, maxime nullo Domini præiudicio interueniente, & dũ
emptor illum recognoſcere † non differat, neq; recuſet, vt 31
per Mat. Freccium *de feud. lib. 2. 1. auctor. fol. 104. num. 24.* hæc
enim Burſati auctoritas, clariſſimi Iuriſconſulti, & auctoris
magni nominis Mantuani, de tali conſuetudine Ciuitatis,
in ea exiſtente, & in practica paſſim obſeruata, maxima red-
ditur; quoniam † Doctori atteſtanti de conſuetudine cre- 32
ditur, vt per Bartol. *in l. de quibus. ff. de legib.* † ſi conſuetudo 33
talis eſt fori ſui, ſeu Curiæ, vbi Doctor verſatur, quia ei cre-
ditur, tanquam perito, vt Bartolum declarat Ioan. Lupus,
quem Palatios Rubios appellant, *in rubric. de donat. inter vir.*
& vxor. §. 21. & ego dixi *conſil. 245. num. 42.* vnde cum ſubiun-
gat Burſatus ſe ſic alias, coram clariſſima Rota Mantuana
in facto diffinitiue obtinuiſſe, res in tuto remanet. Quod
autem ſimus in caſibus relatis à Burſato, defenſiuis à cadu-
citate, iuſtificatur primo, quod non fuerit vere, nec etiam
per conſtitutum translata poſſeſſio: quia † in inſtrumento 34
renunciæ hoc non legitur. Vnde ſequitur, hoc nec dictum,
nec factum fuiſſe, iuxta doctrinã Bart. *in l. final. C. de reb. cred.*
Ioan. Andr. *in cap. ſine poſſeſſione. colum. pen. de reg. iur. in 6.* Aret.
conſil. 133. colum. penul. D. meus Rinin. *conſil. 6. num. 31.* & ego
conſ. 234. num. 191. idque pariter negat clarus Iuriſperitus D.
Peregrinus Tirellus, procurator dictorum de Bertazzolis, in
fine ſcripturæ ſuæ doctæ, & elegantis; quia † pars per eos ac- 35
quiſita, fuit indiuiſa, & ſic incerta, ratione loci, vnde poſſi-
deri non potuit; vt in terminis decidit idem Burſatus *conſil.*
101. n. 35. vbi loquens de re † vni vendita, poſtmodum vero 36
alteri, pro indiuiſo, etiã per clauſulam conſtituti, non tranſ-
ferri poſſeſſionem, in ſecundum emptorem, veluti d. partis
incertæ, ratione loci, & quotæ, vt not. Bartol. & Dd. *in l. 3. §.*
incertam. ff. de acq. poſſ. Rinn. *conſil. 144. num. 1. vol. 1.* Bero. *q.*
famil. 106. n. 2. Cephal. *conſ. 159. in princ.* Quinimo, licet con-
trouerſus ſit † articulus ille de conſtituto, nunquid ſufficiat 37
ad priuationem, de quo fuſius ponit Corbul. *in d. tit. de cau-*
ſa priuat. ob alienat. ampliat. 30. tamen (vt ille ſubdit) *num. 2* † ſi 38
non ſuit proceſſum ad realem traditionem, ſed ſolum in-
teruenit cõſtitutum, aut precarium, excuſatur adiecta clau-
ſula; *non aliter, nec alio modo,* quæ in d. inſtrumento renuncia-
tionis reperitur, vt inquit Tiraquel. *in tractat. de conſtit. limit.*
26. num. 6. qui dicit, hoc voluiſſe Bald. qui facit hanc diffe-
rentiam realis traditionis, & cõſtituti, ſiue precarij, *in c. Cu-*
mana. col. 2. verſ. & prædicta faciunt. de elect. quẽ ſequitur Curt.
ſen. *conſil. 8. viſo inſtrumento. ſub num. 3.* Rurſus, vt inquit Bur-
ſat. *in d. conſil. 26.* † excuſatur alienans, adiecta clauſula; *ha-* 39
bita licentia, vel; *reſeruato iure domini: & non aliter, nec alio*
modo, quæ expreſſe interuenerunt in dicto inſtrumento, i-
bi; *habita prius, & obtenta licentia ab Agentibus ſuæ Celſitu-*
dinis, faciendi infraſcriptam renunciam, & non aliter, &c.

40 & † tacite, ſeu virtualiter, ibi; *Saluis, &c.* per illam breuiloquam locutionem, ſui natura ampliatiuam, vt per Iaſ. *in d. §. idem credendum.* continentur. Sed & tertio concurrit, vt ſubiungit Burſat. *in d. conſil. 26.* quod D. Bertazzoli acquiſitores non diſtulerunt, nec recuſarunt recognoſcere Sereniſſimum D. Ducem: quia per D. Procuratorem ſuum, petierunt ſibi renouari inueſtituram; item concedi inueſtituram alterius partis, acquiſitæ à dictis de Meninis, de illa inueſtitis, ſeruatis de iure ſeruandis; videlicet ſoluendi Laudemium, penſionem, ſeu recognitionem annuam, & cætera faciendi neceſſaria, & oportuna; vnde non video quicquam, in quo prædicti defecerint: Imo vero, cum Illuſtris D. Factor recuſauerit eis aliquam inueſtituram concedere, ſub eo prætextu, quod illa pars acquiſita fuit ſine licentia, & irrequiſito domino; & ob id fuit legitime deuoluta; attamen, ſtantibus clauſulis relatis, & vltra, videns D. Procurator, quod non poſſet habere conſenſum domini, proteſtatus fuit, iura ſuorum clientum ſalua fore; cum per eos non ſteterit, neque ſtet, quominus inueſtituram debitam aſſumant, † ita, &c. omni meliori modo, &c. quibus verbis
41 ampliatiuis, dicitur ſe obtuliſſe, ad prędicta, cum per dicta verba demonſtretur, quod noluerit ſe reſtringere, ſed pinguius loqui voluerit, vt per Bald. *in l. vnum. colum. 5. ff. ſi cert. petat. & conſil. 489. in cauſa vertente inter Capitulum. vol. 3.* Alex. *conſ. 113. volum. 3.* cum ſimilib. à me deductis, *conſil. 211. num. 15. & conſil. 240. num. 35.* Sicque ſtante conſenſu domini denegato, caducitas indubitanter euitatur, vt multis innuit Afflict. *in c. Imperialem. q. 38. n. 58.* cum alijs, quos allegat idem Burſatus *in d. conſil. 181. num. 15.* in dubus allegatus, qui fouet in hoc caſu mirifice dominos Bertazzolos. Et ex prædictis tollitur ſecundum dubium Burſati *in d. conſil. 26.* præter adducta per excel. D. Bertazzolum ſubtiliter, & docte, eum per ipſummet Burſatum, tam *in d. conſil. 20.* quam *181.* ceſſent, quæ dicit, & adiuuet cauſam noſtram pro dictis Bertazzolis; quare veniunt abſoluendi à penis per Sereniſſimam Cameram, & ipſi veniunt admittendi ad petita per eos. *Hippolytus Riminaldus Ferraria.*

Pro Bertolino Orlandino.

ARG. An fœminæ dicantur eſſe de familia, & comprehendantur in Inueſtitura, facta alicui, pro ſe, & heredibus de domo, & familia. Et an emphyteuſis Eccleſiæ ad ſolos deſcendentes inueſtiti, an vero etiam ad heredes extraneos tranſeat. Item emphyteuſi generatione inueſtitorum finita, & ad eccleſiam reuerſa, an proximi agnati alijs præferri debeant. Et an emphyteuſis pijs locis vel eccleſiæ relinqui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione familiæ veniunt etiam fœminæ.*
2 *Inueſtituræ tenor diligenter eſt inſpiciendus.*
3 *Agnati ad feudum hereditarium admittuntur, niſi ſint heredes & num. 4.*
5 *Verba vbi non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio. & n. 7.*
6 *Inueſtitura requirens duas qualitates, videlicet, vt quis ſit heres, & de familia, vt admittatur, non ſufficit vnam tantum interuenire.*
8 *Et facta, pro ſe, & heredibus, debet intelligi de capacibus, & habilibus.*
9 *Fœmina eſt incapax emphyteuſis eccleſiæ.*
10 *Concedens & recipiens inueſtituram, videntur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione ſtatuti.*
11 *Contrahentes præſumuntur memores ſtatutorum municipalium. Et ſemper videntur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti n. 12.*
13 *Appellatione heredum, deſcendentium, poſterorum, & ſimilium, an veniant tam maſculi, quam fœminæ. & n. 14. 15.*
16 *Emphyteuſis eccleſiæ, an ſolum ad deſcendentes inueſtiti tranſeat: & non ad heredes extraneos. & n. 17. 18. 19. 20. 21. 22.*
23 *In conceſſione facta ſub expreſſione nominis proprij, maſculinum non concipit fœmininum.*
24 *Alternatiua pars vna, dubia declaratur per aliam partem claram.*
25 *An per eos qui ſunt de domo, intelliguntur agnati tantum. & n. 26. 27.*
28 *Fœmina an veniant in diſpoſitione, loquente de familia, maxime concurrente maſculo. n. 29.*
30 *Renuncians videtur fateri, ſe nullum ius habere in re, cui renunciat. & n. 31.*
32 *Renunciatio præſupponit animum, & conſenſum renunciantis. Et præſumitur iure & legitime facta n. 33.*
34 *Diuitiæ cum ſint cauſa intentionis alicuius, debent ab eo probari.*
35 *Prælatus, vel rector eccleſiæ non poteſt alterare formam antiquæ inueſtituræ.*
36 *Inueſtitura prior attendi debet.*
37 *Inueſtitura facta alicui pro ſe, & heredibus, an comprehendat tam fœminas quam maſculos. & n. 38.*
39 *Inſtrumenta allegata, & non exhibita, nihil releuant.*
40 *Emphyteuſi reuerſa ad eccleſiam propter generationem inueſtitorum finitam agnati eorum petentes, inueſtiri debent. & n. 41. 42. maxime ab eccleſia n. 43.*
44 *Hæcq; concluſio procedit nedum in deſcendentibus, ſed & in agnatis. Et eſt verior & communior n. 45.*
46 *Qui eſt de genere defuncti, debet cuilibet alij competitori præferri.*
47 *Exceptio de iure tertij non admittitur.*
48 *An locis pijs emphyteuſis eccleſiaſtica relinqui poſſit. & num. 49. & 50.*

CONSIL. DCCCXXXV.

DVbitat Illuſtre Conſilium Iuſtitiæ, quod ſi attendatur inueſtitura anni 1546. facta Petro Vincentio Orlandino, pro ſe, & Baſtiano eius fratre, & eorum heredib. & ſucceſſoribus de domo, & familia de Orlandinis; cum Vrſolina ſit de familia, & domo Orlandinorum proximior, tam inueſtito, quam vltimo defuncto, inueſtiri debeat, & præferri Bettolino Orlandino: quia † appellatione familiæ ve- 1
niunt etiam fœminæ, Bald. & Caſtren. *in l. final. C. de verb. ſignific.* quos allegat Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 9. n. 234.* Pro cuius dubij vera reſolutione, præmitto, quod † tenor 2
inueſtituræ diligenter eſt inſpiciendus. *c. 1. de duobus fratrib. & cap. de feud. Marcb.* Iaſon. *conſil. 1. colum. 3. verſ. primo moneor. volum. 3.* Dec. *conſil. 78. colum. pen. verſ. vnde ſi.* Ruin. *conſil. 20. volum. 1.* † ſi enim feudum, velut hereditarium fuerit acqui- 3
ſitum, agnati petentes renouationem, non debent admitti, niſi ſint heredes, iuxta notata per Bartol. *in l. vt iuriiurando. §. ſi liberi. ff. de oper. lib.* quia verba inueſtituræ, eis non conueniunt, & hæc inueſtitura debet attendi: vt inquit Dec. *in d. conſil. 78. num 6. & in conſ. 195. n. 4.* vbi proprie loquitur de inueſtitura, facta † alicui, pro ſe, filijs, heredibus, & ſucceſſo- 4
ribus; vt non admittantur filij, nec agnati, niſi ſint heredes, vt not. Andr. de Iſern. *in c. 1. §. hoc quoq; colum. 2. de ſucceſſ. feud.* Alex. *conſil. 10. col. 4. vol. 1.* & idem Pari. *conſil. 48. num. 10. vol. 4.* & D. meus Riminald. *conſil. 179. num. 2. & conſil. 464. num. 2.* at ſi videatur inueſtitura de dicto anno 1546. illa conceſſa fuit Petro Vincentio, pro ſe, & Baſtiano eius fratre, & eorum heredibus, & ſucceſſoribus, Petruſque filius dicti Petri Vincentij, in teſtamēto ſuo inſtituit Vincentium filium ſuum, cui decedenti in pupillari ætate (prout deceſſit) ſubſtituit quædam loca pia: De Vrſolina vero nullam mentionem fecit; ergo dicere non poteſt, ſe fuiſſe cōprehenſam in dicta inueſtitura, nec ex ea debet admitti; cum non fuerit heres dicti Petri Vincentij, nec Petri eius filij; quia † vbi 5
verba non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio. *l. 4. §. toties. & ibi Dd. ff. de damn. infect. cum vulgar.* Necquicquam prodeſſe poteſt Vrſolinæ, quod in eadem inueſtitura dicatur, *de domo & familia de Orlandinis*, qualis illa ſupponitur in dubiis: quia cū † duę qualitates in d. inueſtitura requirātur, 6
vt quis admittatur, & præferatur, videl. vt ſit heres, & de familia Orlandina, vtique non ſufficit, vnam tātum ex dictis qualitatib. interuenire. *l. qui balneū. ff. qui pot. in pign. l. quotiens. C. de rei vend.* quib. ita determinat Decian. *reſp. 209. n. 13. vol. 3.* dicens, † quod non ſeruientibus verbis, neq; diſpoſitio ſer- 7
uire debeat, vt per Bart. & Bald. *in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* Ioan. Andr. *in c. 1. de homic. in 6. & in l. ait prætor. §. donec. ff. vi bon. rapt.* cum ſimil. per Felyn. *in c. ex parte. n. 38. de reſcript.* & alijs, quos addit.

Secundo dicere non poteſt Vrſolina, ſe fuiſſe comprehenſam in dicta † inueſtitura, pro ſe, & eorum heredibus; 8
quia debet intelligi, de capacibus, & habilibus, non autem verificari debent d. verba in incapacibus, & inhabilibus, vt in ſtatuto tradit Bald. *in rubr. de cauſa poſſ. & propr. in fin.* Alex. *conſil. 82. col. antepen. verſ. item iſta. vol. 2.* Decian. *reſp. 37. num. 67. vol. 3.* At hæc † Vrſolina dicitur Incapax, emphyteuſeos ec- 9
cleſiæ, vt poſt Ioan. Andr. & Vincentium, tradit Imol. *num. 25. de loca.* Iaſon *in l. 3. num. 93. Cod. de iure emphyt.* & dom. meus Anguilleus, *conſil. 100. num. 19.* quorum rationes videri poſſunt,

Digitized by Google

poſſunt,& eas prius retuli, & late comprobaui, ideo non
repeto: Rurſus, ſi in Terra Plebiſceni, ſeruatur ſtatu-
tum excluſiuum fœminarum, vel particulare ibidem vi-
get, verba prædicta, *vel eorum heredibus*, intelligenda ſunt de
10 maſculis; quia † concedens inueſtituram prædictam, & re-
cipiens, videtur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione
ſtatuti, vt tradunt Bald. & cæteri poſt eum *in l. tres fratres. ff.
de pact.* Alex. *in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthum. conſil. 127. vol. 1.*
& in ſpecie emphyteuſeos Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi.
ff. de oper. liber.* & cum prædictis concordat Butr. *conſil. 1.* Iaſ.
in l. ſi quis id quod. num. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. & Decian. *reſponſ.
45. num. 13. vol. 2.* ſequitur, quod hæc Vrſolina non debeat ad-
mitti, tanquam mulier, & incapax rei, de qua contenditur;
& quæ ponit in contrarium Beto. *quaſt. 18. ſuarum familiar.*
reſpondens dicto ſtatuto, fœminarum excluſiuo, qui cita-
tur in dubiis, veluti contra communem Doctorum ſenten-
tiam *in d. l. tres fratres. & in d. l. Gallus. §. 1. in d. §. ſi liberi. & in l.*
11 *heredes mei. §. cum ita.* attendi non debent: † cum enim con-
trahentes præſumantur memores ſtatutorum municipa-
lium, vt per Iaſon. *in l. ſi quis id quod. num. 18. ff. de iur. omn. iud.*
Decian. illum ſequens, *reſponſ. 13. num. 63. vol. 2.* propterea di-
12 cit ipſe *reſponſ. 45. num. 13. eod. volum. 2.* quod † contrahentes
ſemper videantur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti,
vt inquit Bald. & poſt eum omnes, *in d. l. tres fratres.* Alexan.
& cæteri *in d. l. Gallus. §. 1. & in conſil. 127. volum. 1. & in d. §. cum
ita.* & in ſpecie, in contractu emphyteutico Bartol. *in d. §. ſi
13 liberi.* & pulchre Butr. *conſil. 1.* dicens, quod † licet appella-
tione heredum, deſcendentium, poſterorum, & ſimilium,
veniant tam maſculi, quam fœminę. *l. cognoſcere. §. 1. ff. de ver-
bor ſignif. l. 1. ff. de iur. immun.* tamen ſtante ſtatuto, quod ex-
tantib. maſculis, fœminæ non ſuccedant, appellatione de-
ſcendentium, poſterorum & ſimilium, non veniunt fœmi-
14 næ: ſequitur Iaſon *in d. l. ſi quis id quod. num. 18.* quod † maxime
procedit in cōtractibus, in quibus maſculinum regulariter
non cōcipit fœmininum, vt per omnes *in l. veterib. ff. de pact.*
& per Rom. *conſ. 25. viſa facti ſerie.* & per Imol. *conſ. 38. in caſu
præmiſſo. cum ſimil. adductis* per Dec. *in l. fœminæ. ff. de regul. iur.
15 num. 106.* qui dicit hanc † eſſe commun. à qua non eſt rece-
dendum.

16 Tertio cōſidero, quod hic verſemur † in emphyteuſi Ec-
cleſiæ, in qua magis communiter eſt receptum, quod ſolū
ad deſcendentes inueſtiti trāſire poſſit. *§. emphyteuſi. in auth.
de non alien.* gl. Bart. & cæteri *in l. etiam. ff. ſol. matr.* Bart. *in l. ſi
tibi. §. pactum. ff. de pact.* non autem ad heredes extraneos, vt
ſic teſtatur Imol. *in l. ex facto. n. 14. in fin. ff. de hered. inſt.* & per
duas columnas infinitos cumulat Clar. *in § emphyteuſis. q. 28.
ſub n. 6.* & poſt eum Cephal *conſ. 400. col. 2. & 3.* qui referēdo
Clarum, dicit, quod quicquid diſputando dici poſſit, tranſ-
17 it indiſtincte cum ſententia † magis cōmuni; quod emphy-
teuſis eccleſiaſtica, pro ſe, & heredib. conceſſa, ſiue cum de-
bitis ſolemnitatib. cōceſſa fuerit, ſiue ſine, nunquam tranſ-
eat ad extraneos heredes, ſed tantum ad recipientis deſcen-
18 dentes; † niſi præter debitas ſolemnitates conceſſa fuerit,
etiam pro heredib. extraneis expreſſe, vel verbis idem im-
portantibus, puta, *pro ſe, & quibus dederit, vel heredibus quibuſ-
19 cunq.* † & licet, vbi interuenerunt debitæ ſolemnitates, quę
in alienatione rei eccleſiæ requirūtur. *c. ſine exceptione. 12. q. 2.*
20 paſſus videatur ambiguus, † vbi tamen omiſſæ fuerint (vt in
caſu noſtro) omnes conueniunt emphyteuſim prædictam
ad heredem extraneum non tranſire, laiteque ſubinde fir-
21 mat hanc magis † communem Cephal. alios citans, inter
quos pręciſe in emphyteuſi, conceſſa pro ſe, & ſuis heredib.
& ſucceſſorib. de qua in d. inueſtitura anni 1546. citat Alex.
in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. in l. quadam. §. nihil. n. 2. ff. de eden
& hanc cōcluſionem alias ego late firmaui, *Inſtit. quib. alien.
licet. in princ. n. 562.* plures adducens, & inter cæteros, Corn.
22 *conſil. 100. col. 2. vol. 4.* vbi dicit, quod † conſuetudo fere vbiq;
approbet dictam opinionem: ſed hæc Vrſolina non eſt de-
ſcendens à Petro Vincentio, inueſtito, ſed eſt collateralis,
vt eius ſoror, & per conſequens extranea. *§. cæteri. Inſt. de he-
red. qual. & differen. & l. vnic. §. extraneum. C. de rei vx. act.* ergo
non poteſt ad hanc emphyteuſin eccleſiæ peruenire.

Quarto, tantoque minus hæc Vrſolina dici poteſt com-
prehenſa in hac † emphyteuſi; quia conceſſa fuit Petro Vin- 23
centio, recipienti pro ſe, & Baſtiano, fratre ſuo; & ſic ſub ex-
preſſione nominis proprii, quo caſu maſculinum non con-
cipit fœmininum. Bartol. *in l. 1. ff. de verb. ſign. per l. ſi quis ita. §.
1. iunct. gloſſ. ff. de teſtam. tutel.* Imol. *in l. ſi ita ſcriptum. num. 5. ff.
de leg. 2.* Dec. *in l. 2. num. 97. ff. de verb. ſign.* & Crauet. *conſil. 294.
num. 21.* propterea, dum ſubiunxit; *& eorum heredibus & ſuc-
ceſſoribus*, debet intelligi de maſculis; quia † ſicut vna pars 24
alternatiuæ dubia, declaratur per aliam partem claram, ſic
in copulatiua diſponitur. *l. 1. vbi Socin. ff. de reb. dub.* Roman.
conſil. 231. Ruin *conſ. 61. num. 8. vol. 2.* & ego *conſ. 6. n. 122.* & ideo
d. verba: *& eorum heredibus, & ſucceſſoribus*, debent intelligi,
de maſculis, qualis non eſt Vrſolina.

Quinto confirmatur efficaciter; nam prædictis verbis;
& eorum heredibus, contrahentes addiderunt: *de domo, & fa-
milia de Orlandinis*, quibus ad agnationem reſpexiſſe viden-
tur, cū domus † pro agnatione exponatur, vt per Bart. poſt 25
Iac. de Arei. *in l. 1. ff. ad Syllan. in princ.* qui dicit † eſſe notab. ta- 26
lem expoſitionem, *& in l. pronunciatio. ff. de verb. ſignif.* cum ſi-
mil. per Crauet. *conſ. 800. col. 2.* qui citat Virgilium *Æneid. 3.*

Hac domus Æneæ cunctis dominabitur Oris.

vnde dicit Crauet. conſequens fit, † ſubſtitutionem factam 27
de illis, de domo, ad mulierem agnatam nō pertinere, quo-
niam cum rationem agnationis conſeruandæ teſtator ha-
buerit, nō poteſt in fœmina verificari, vtpote in qua finem
accipit agnatio, vt ſe remittit ad dicta per eum. *conſil. 250. n. 2.*
hancq; concluſionem latius firmat Surd. *conſ. 96. n. 27. & 28.*
ponderando verbum: *familia*, de quo pariter in hac inueſti-
tura, citans Bald. *conſ. 473. col. 2. vol. 5.* dicentem, quod † fœ- 28
minæ non veniant in diſpoſitione, loquente de familia, &
idem pluribus rationib. confirmat Ruin. *conſil. 24. num. 7.
vol. 2.* Crot. *conſ. 48. n. 36.* & Pariſ. *conſil. 33. n. 44. vol. 1.* Et tanto
magis hæc opin. debet habere locum in caſu noſtro, in quo
concurrit † maſculus, videl. Bertolinus Orlandinus; quo- 29
niam præferri debet dictæ Vrſolinæ, licet agnatæ, vt plene
per Cornetum, *conſ. 55. vol. 1. & conſ. 26. vol. 4.* & vltra prædicta,
quod concedens hanc inueſtituram Petr. Vinc & Baſtiano,
& eorum heredibus, & ſucceſſoribus de domo, & famil. de
Orlandinis, reſpexerit ad agnationē, & ne mulieres ad eam
admitterentur, vt hæc Vrſolina.

Sexto loco comprobatur, & pulchre colligitur, ex ipſis
verbis huius inueſtituræ, quæ prædictis facta fuit, vigore re-
nunciationis huiuſmodi locationis, factę per Antonium de
Dominis, maritum Bartholomeæ, filiæ Franchini Orlandi-
ni, & per Ioan. Fornaſarium, maritum Luciæ, pariter filiæ d.
Frāchini; hinc enim colligitur, quod ad hanc emphyteuſin
non admittebantur mulieres, ſed mares tantum: quia † re- 30
nuncians videtur fateri, ſe nullum ius habere in re, cui re-
nunciat, gloſſ. magna *in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adult.*
quam ad hoc allegat Cuman *in l. naturaliter. §. nihil cōmune.
ff. de acq. poſſ.* & prior eo Bald. *in l. poſtquam liti. n. 9. C. de pactis.*
ſequitur Fulg. & Alex. *in fin.* † communemq; teſtatur Curt. 31
ibid. n. 22. & cum prædictis quoq; concordat Surd. *conſ. 133. n.
8.* & certe, † cum renunciatio pręſupponat animum, & con- 32
ſenſum renunciantis. *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. l. ſi
quis iuſiurandum. C. de iureiur. c. quam periculoſum. 7. q. 1.* quæ
iura citat ad hoc Decian. *reſp. 39. n. 45. vol. 2.* non eſt veriſimi-
le, quod mariti dictarum mulierum voluiſſent renunciare
iuribus vxorum ſuarum, ſi ius eis competebat, vt alibi dicit
Cephal. *conſil. 365. n. 23.* Vnde † cum renunciatio præſuma- 33
tur iure, & legitime facta, vt inquit Menoch. *in tract. de præ-
ſumpt. lib. 1. quæſt. 35. num. 30.* dici debet, quod dicti mariti, no-
mine mulierum ſuarum vxorum, renunciauerint, conſulti
à Iuriſperitis, quod d. emphyteuſis conceſſa fuerat pro ma-
ſculis, non autem pro fœminis vllo modo.

Præterea conſiderandum eſt, quod Petr. Vincentius in-
ueſtitus in d. inſtrumento, pro ſingulis obſeruandis, de qui-
bus in eo, obligauit omnia, & ſingula eius bona, mobilia, &
immobilia, iura, actiones, &c. ſi vult ergo hæc Vrſolina in-
ueſtiri, probare debuiſſet, ſe eſſe talem: quia † quoties diui- 34
tiæ ſunt cauſa intentionis alicuius, debet eas probare, vt de-
clarat Bart. *in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog.* poſt gloſſ.
quam Caſtrenſ. Ang. & Iaſon *col. fin.* ſingularem appellant,

& melio-

&c meliorem de corpore iur. idemque Dec.*conſil. 120. col.2.*
deciſ. Neap. 377. Ruin.*conſil. 81. num. 4. vol.5.* & ample Didac.
variar.reſolut.cap.6. quos ego ſequor *conſil.10.num.19.* At hæc
Vrſolina non probauit, ſe quicquam in bonis habere, nec
credendũ eſt, quod Prælatus huius emphyteuſeos voluerit
eam inueſtire, non idoneam ad obſeruandum contenta in
35 d.inſtrumento; quia † Prælatus, vel rector eccleſiæ non po-
teſt alterare formam antiquæ inueſtitoræ, etiam in his, quæ
non ſunt de ſubſtantialibus, ſed de accidentalibus contra-
ctus, & formam conſuetam excedere, ad præiudicium ec-
cleſiæ, vt per Bald.*in auct.quas ruinas.num.3.C.de ſacr.eccleſ.* &
ibi Caſtren.*num.7.* Iaſ.*num.19.* & Dec.*num.22.in auct.qui rem.*
C.eod. tit. Alexand.*conſil.38.ponderatu.num.5.vol.2. & conſil.9.*
num.2. vol.3 Cuman.*conſ.99 quadam poſſeſſio.in 1.dub.cum ſimi-*
*lib.*per Corbulum. *in tractat ſuo emphyt. in tit. de cauſ. priuat.*
ob non ſolut.canon.limit.1.n.3. Propterea cauere debet Illuſtr.
Conſilium, ne hanc Vrſolinam admittat ad hanc emphy-
teuſim, velut incapacem, & in ea non comprehenſam, nec
idoneam ad obſeruandum in d.inſtrumento contenta.

Nec meo iudicio quicquam prodeſſe poteſt huic Vrſoli-
næ inueſtitura, quæ reperitur *in proceſ.57.* facta Petro iunio-
ri, pro ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque:
nam illa facta fuit de anno 1571. vt in eodem proc.47. ſicq;
36 poſterior fuit ſupra relata, de anno 1546. quæ † veluti prior,
debet attendi, vt per Bald. *in l.vnic. col.pen. C. quando non pet.*
part. & in c.1.§.ſi vero in fin.de ſucceſſ.frat.vel de gradib.ſucceſſ. &
idem Bald. *conſil.82.proponitur, quod inueſtitura.vol.1.* Neuiz.
conſ.11. num.6. Menoch.abunde *conſil.1.num.124. & conſil.199.*
col.2. idemq; Dec.*conſil.188.num.3.conſil.193.n.4.conſ.390.col 3.*
& conſil.445.num.23. Caſtr.*conſ.61.videtur dicendum. col.fin.* &
Curt.*conſil.92.in princ.* quod ſi dicatur extare inueſtituram
antiquiorem, de anno 1464. factam Antonio quondam
37 Franchini Orlandini, pro ſe, & eius † heredibus, ſicut & a-
liam, de ann. 1538. factam Petro Vincentio, & Baſtiano, pro
ſe, & eorum heredibus, quæ tam comprehendit fœminas,
quam maſculos, vt loquit Bero. *quæſt.18.col.1.* quem refert, &
ſequitur Clarus *in §. emphyteuſis. quæſt.32.* primo reſponde-
tur, quod Berous loquatur de fœminis deſcendentibus in-
ueſtiti, qualis non eſt hæc Vrſolina, ſed collateralis; ſecun-
do, quod nec illa opinio Beroi tuta eſt; quia nec mentio he-
38 redũ † in hac materia emphyteuſis comprehendit fœminas,
ſed de maſculis intelligitur, vt per Dec. qui alios citat *conſil.*
171. num.4. ſequitur Cephal.*conſil.400. num.19.* Tertio debet
39 aduerti, quod in proceſſu renunciant † inſtrumenta tantũ,
quæ non exhibentur; quod nihil releuat. Ang.*in l.ſi donatio.*
C.de donat. & poſt eum Dec.*in auct ſi quis in aliquo.n.4.C.de e-*
dendo: & ſic ex prædictis ſequitur, quod hæc Vrſolina non
debeat ad hanc emphyteuſim admitti, ſed ab ea veniat o-
40 mnino repellenda: Et hinc ſequitur, ꝙ ex quo hæc † emphy-
teuſis dicitur reuerſa ad eccleſiam, propter generationem
finitam Antonii, quond.Franchini, Petri Vincentii, Petriq;
iunioris omniũ de Orlandinis, alias inueſtitorum, Bertoli-
nus, & fratres ſui de Orlandinis, eorum agnati, cõparentes,
41 & petentes inueſtiri, audiri debent; & † Prælatus Rector Ec-
cleſiæ renetur eos inueſtire, vt in emphyteuſi Eccleſiæ clare
decidit Bar.*in l.ſi mihi & Titio.in fin. prin.ff.de verb.obl. & in l.1.*
ff.de priuil.cred. Abb. & Card.*in c.bonæ.2.col pen.de poſtul.prælat.*
Bald.*in addit.Specul. in tit.de loca. §. nunc aliqua. verſic. emphy-*
teuſis. Imola *conſil.38. & conſil. 68. col.2.* & alii quam plures,
quos ego cumulaui *conſil.44.num.14.cum ſeq. conſil.138. col.2.*
conſil.257.num.18.conſ.350.col.3. & conſil. 444. num. 11. cum ſeq.
quibus nunc addo Clar. *in § emphyteuſis. q.43. verſ.ſed quæro.*
42 qui poſt aliquos teſtatur, hanc † eſſe commun. ſubditque
43 quod cum † opinio Bart.*in l.1.§.permittitur*, fundata ſit in æ-
quitate, illa multo magis ab eccleſia, quam ab aliis eſt ob-
ſeruanda; & licet Gratus *reſp.110.num.63. vol.1.* ſecus dicat, &
videri communem; tamen fallitur proculdubio, prout ſub-
iungit Clarus; vt facile cognoſci poteſt ex dinumeratione
Doctorum, qui in ſupradictis locis citantur, & ideo cõclu-
dit Clarus, non eſſe ab illa in iudicando, aut conſulendo re-
44 cedendum, hæcq; † concluſio procedit, nedũ in deſcẽden-
tibus, ſed & in agnatis, vt loquitur Bart.*in l.1.ff. de priuil.cred.*
late Alex.*conſ.80. 2.dub.vol.1.* Curt.*conſ.47.col.fin.* Dec.*conſ.131.*
col.2. quibus addẽdi ſunt alii complures, quos aggregat Ga-
briel.Rom.*lib.3.concl.1. de iure emph.n.16.* dicens, hoc † eſſe ve- 45
rius, & magis cõmuniter teneri; quia nõ eſt in hac re facien-
da differentia; idemque tenet Horat. Mandoſ. *in addit. ad*
Roman.conſil.22. † nam ſemper quilibet, qui eſt de genere de- 46
functi, debet præferri cuilibet alii cõpetitori, vt inquit Bal.
in c. in præſentia. col. 7. de probat. & ita quoq; concluſi *in alleg.*
conſil.444.n.53. Et ex his colligitur illud, quod ſecundo loco
dicitur in dubiis, quod nullum ius prætendere poſſunt Or-
landini, vti de familia, ſed pia loca admitti debeant, ex te-
ſtamento Petri antedicti. Quoniam primo reſponderi po-
teſt, quod hoc allegare non poteſt Vrſolina quo ad intereſ-
ſe ſuum, † cum ſit excipere de iure tertii excluſiuo; ſi velit 47
tertius, quod non licet opponere. *l.2. C. de iure emphyt.* & i-
bi notant Bart. & alii: & idem Bartol. *in l.2.ff. de except. rei*
iudic.

Secundo nec † pia loca, inſtituta à Petro debent admit- 48
ti, vt ſocietas ſanctiſſimi corporis Chriſti, Hoſpitale deuo-
torum S. Mariæ, & facet mons pietatis Plebiſcenti, quia cũ
ſint perſonæ magis priuilegiatæ, & nunquam moriantur,
reputantur loca prohibita, & quib. † emphyteuſis eccleſia- 49
ſtica relinqui non poteſt, ſicut nec eccleſiæ, vt per Iaſ. *in l.3.*
num.90. cum ſeq. C.de iure emphyt. Clarus *in §.emphyteuſis.q.22.*
& ideo non potuit Petrus in hac emphyteuſi eam relinque-
re dictis piis locis. *c.potuit. & ibi gloſſ.de loca.* & ibidem Imol.
n. 52. Iaſ. *in l.fin.num. 28. C.de iure emphyt.* Ruin. *conſil.141.n.31.*
vol.1. qui † communem teſtatur, & Corbulus *in d.tractat. in-* 50
ra emphyt.tit.de cauſa priuat. ob alienat.ampliat.6.col.1. & ſic pa-
tet, quod prædictis locis incapacitas opponi poſſit, quod in
dubiis negatur, nec, quod coram iudice ſeculari conueniri
poſſint (quod tradunt Caſtrenſ. & Iaſ. *in l.collegium.C.de he-*
red.inſt.) eis prodeſt, ad incapacitatem ſuam tollendam, in
rebus emphyteuticis eccleſiæ, rationibus prædictis: & hæc
ſatis. *Hippolyt. Riminald. Ferraria.*

Pro D Iſaac à Brananello.

ARG. De probationibus, & coniecturis, quibus probatur adamantem, cuius fit mentio in duabus ſcripturis, & diuerſis contractibus, non eſſe eundem, ſed duos diuerſos, eoque nec eum, cui adamas in prima ſcriptura ſeu contractu venditus fuit, ius aliquod in adamante, qui alteri in ſecunda ſcriptura, ſeu poſteriori contractu obligatus, ſeu pignori datus fuit, prætendere poſſe. Vbi etiam agitur de teſtibus, de credulitate deponentibus, & peritis in arte; Item de teſtibus variantibus & deponentibus non veriſimilia, item, de auditu à partibus, eorumque ſalariatis, & de negatiua non coarctata loco & tempore, deponentibus: Item inhabilibus, amicis, conſanguineis, domeſticis, & mendacium in vno dicentibus, an probent. Et de probatione famæ, quid ad eam requiratur, & quando ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.*
2 *Teſtes periti in arte de credulitate deponentes, probant & n.3.*
4 *Teſtis deponens per verbum credo, an ſtetur, ſi dicat, ſe pro certo credere. & n.5 6.*
7 *Pluralitas rerum præſumitur, ex diuerſitate ſummarum pretij. Sicut & diuerſitas obligationum n.8.11.*
9 *Et Variatio temporum arguit diuerſitatem rerum.*
10 *Et diuerſitas verborum arguit diuerſitatem rerum.*
13 *Æſtimatio eſt facienda per peritos.*
15 *Debitor cenſetur obligare tantum bona pro iure, quod in eis habet, & non aliena.*
16 *Socius dans rem communem hypothecæ ſolum cenſetur obligare partem ſuam, & non alienam ſocij.*
17 *Præſumptio validitatis actus potentior eſt, & omnes alias ſuperat præſumptiones*
18 *Diuerſitas cohærentiarum inducit diuerſitatem rerum.*
19 *Et diuerſitas qualitatis operatur, vt vnus actus ab alio differat.*
20 *Pluralitas actuũ præſumitur ad euitandã contrarietatẽ ſcripturarum.*

21 Expe-

21 *Experientia rerum magiſtra.*
22 *Pluralitas rerum vel actuum præſumitur, cum res vel actus multiplicari ſolent.*
23 *Conductor equi probans equum mortuum in itinere, non releuatur, niſi ſpecialiter probet eundem fuiſſe equum, quem conduxerat.*
24 *Teſtes deponentes de actu ſui natura multiplicabili, non præſumuntur de eodem actu, ſed diuerſo deponere.*
25 *Veriſimile vnum, additum pluribus alijs veriſimilibus, inducit plenam probationem.*
26 *Teſtes nõ dicuntur ſingulares, ſed conteſtes, cum vna probatio conſiuit in aliam, & in idem conferunt.*
27 *Præſumptionem contra ſe habens, quas probationes adferre debeat.*
28 *Teſti in cauſa propria non creditur. Nec dicentibus, ſe ab eo audiuiſſe. num. 29. 30.*
31 *Teſtes qui deponant de negatiua vaga, non coarctata loco, & tempore ſuſpecti ſunt de falſo, & ſunt in lata culpa num. 32.*
33 *Teſtis debet cauere, tanquam ab igne, ne deponat ſuper mera negatiua, non coarctata, ne in falſum incidat.*
34 *Teſtis dictum nimis animoſum ſuſpectum redditur.*
35 *Veriſimilius potius attendendum, quam non veriſimile.*
36 *Iudex non debet credere teſtibus deponentibus non veriſimile.*
37 *Ad probationem famæ, quæ requirantur. & num. 38. 39.*
40 *Probatio per famam non ſufficit in re, quæ memoriam hominum non excedit, ſed recens eſt.*
41 *Teſtis deponens de auditu à parte, & qui eſt ſalariatus à parte, atq; multum affectus repellitur & cur. num. 42.*
43 *Teſtis inhabilis, an & quando admittatur. & num. 53.*
45 *Diuerſitas rerum, arguit diuerſitatem ſpeciei.*
46 *Mediator & proxeneta quis dicatur. & num. 47. Et an ſint teſtes idonei. num. 48. 49. 50. 51.*
48 *Et in teſtes producti non probant.*
52 *Teſtis amicus, & conſanguineus producentis, domeſticusq; domini ſui, & procurator eius ad exigendam pecuniam, non admittuntur in teſtes parte aduerſa reclamante.*
54 *Amicus an admittatur in teſtem pro amico.*
55 *Teſtibus variantibus, & contradicentibus contrarie re, non creditur. & num. 56.*
57 *Teſtis, mendacia dicentis, dictum in totum vitiatur, propter iuramentum eius, quod eſt indiuiduum.*

CONSIL. DCCCXXXVI.

TOta controuerſia D. Iſaac Abrauanelli, cum Bichiaco, verſatur in eo, quod Bichiacus prætendit adamantem, de quo in inſtrumento venditionis, ſibi prius factę per Mendam, & in Scriptis hypothecæ, poſtea contractæ, per dictum Mendam, cum D. Iſaac, fuiſſe vnum met; non autem diuer-
1 ſos, † ideoque ſe in eo potiorem eſſe de iure, ſicut eſt anterior domino Iſaac. *l. qui Balneum. & l. potior. ff. qui pot. in pigno.* quam regulam late tractat Neguſ. *in tract. de pignor. in 2. memb. 5. part.* & Scoat Pedemont. *deciſ. 133. num. 3.* de quibus ego memini *conſ. 262. num. 6.* At D. Iſaac contendit duos eſſe diuerſos adamantes, quorum contentum in Scripto, ſibi hypothecatum dicit, de ſecundo vero, contento in Inſtrumento, nullam Bichiaco controuerſiam mouet, hunc igitur ordinem ſeruabo: primo fundabo intentionem D. Iſaac, deinde deductis indubijs pro Bichiaco, pulcherrime, vereque ſimul reſpondebo: dicunt igitur quinque teſtes domini Iſaac vnanimiter, quod firmiter credant, & pro certo teneant, quod duo fuerint adamantes, vnus Inſtrumenti, & alius Scri-
2 pti, non autem vnus, & idem, qui † teſtes, cum periti ſint in gemmis, & aurifices, probant: licet de credulitate deponant, gloſſ. Bartol. & alij *in l. 1. ff. de ven. inſpi. & in proœm. Digeſt. in prin. colum. fin.* Felin. *in cap. quotiens. de teſti. & in cap. qua iudicante. col. 1. de præſcript.* Iaſ. *in Rubr. ff. de iureiur.* Crot. *in l. 1. §. fina.*
3 *num. 4. ff. de verbor. oblig.* vbi dicit, † eſſe notanda quædam ſpecialia in teſtibus, deponentibus ſuper peritia; quę locum non
4 habent in alijs teſtibus, quorum primum refert; nam † teſti deponenti, per verbum, *credo*, non ſtatur, etiamſi dicat, ſe pro certo credere. *cap. 3. loco. de præſcript. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua*
5 *plu. arcen.* ſed † peritis creditur, licet deponant per verbum, *credo*, idemque ponit Dec. *in cap. propoſuiſti. num. 12. de prob.* & Felin. *in cap. inquiſitioni. §. quæſiuiſti. colum. 1. in fin. de accuſ.* poſt Paulum de Liaza *in Rubr. de teſti.* idemque Dec. *conſ. 489. nu. 12.*
6 Tantoque † magis, quod dicti teſtes afferunt rationem ſuæ credulitatis, videlicet propter differentiam magnam precij, ſcutorum trium millium, de quo in Scripto, & ſcutorum quatuor millium, quingentorum, de quo in Inſtrumento, ſicque ſcutorum 1500. plus, quam fuerit adamas Scripti præcitatus, quod in tam paruo tempore, 18. dierum inter Inſtrumentum, & Scriptum in tantum augeri non potuit. hæc enim ratio probabilis eſt, & iuri conſona † cum ex diuerſita- 7
te ſummarum pluralitas rerum præſumatur, vt tradit Bart. *in l. cum centum. ff. de adi. leg.* Ruin. *conſ. 156. col. fin. vol. 5.* † ſicut & 8
diuerſitas obligationũ, vt per Alex. *conſ. 4. vol. 1.* Silua. *conſ. 50. num. 24.* Neuiz. *conſ. 97.* Burſat. *conſ. 106. num. 10.* & ego *conſ. 355. num. 94.* & quod diuerſo tempore ſcriptum celebratum fuit, ab inſtrumento: nam † variatio temporum arguit diuerſi- 9
tatem rerum, vt declarat Bart. *in l. denunciaſſe. §. quid tamen ff. de adult.* Natta *conſ. 364. num. 19.* Alban. *conſ. 42. num. 5.* quos ſequor *conſ. 383. num. 12.* & præterea confirmatur; nam ſcriptum loquitur de adamante valoris ſcutorum 3000. Inſtrumentum vero de adamante valoris ſcutorum 4500. quæ diuerſitas † verborum ſignificat diuerſitatem adamantum, 10
l. ſi idem. C. de codicill. & in alio caſu notant Iſernia, Laudenſ. Præpoſitus, & alij *in cap. 1. in quib. caſi. feud. amit.* & idem Præpoſ. *in c. 1. de fra. de nouo benefi.* Rol. à Val. *conſ. 50. n. 22. vol. 3. Repet. conſ. 1. num. 19. volu. 3.* Tantoque † magis prædicta ratio 11
procedit, quia dicunt teſtes, quod augmentum ſcutorum 100. & ſcut. 200. bene tolerari poſſit in gemma tam notabili, remq; dubiam facere, quod eſſe poſſet eadem gemma, ſed tantus exceſſus ſcutorũ 1500. ſtare non poteſt cum identitate, ſed prorſus arguit diuerſitatem adamantum: cum enim periti ſint in gemmis, & de æſtimatione huius adamantis, de quo agitur, ſic deponant, quod tantum augeri non potuerit, in tam paruo tempore, & ob id dicunt eſſe duos, vtique † ſtandum eſt illis in arte ſua, iuxta doctrinam Bartol. 12
in l. 1. in fine. ff. de ven. inſpi. & in proœm. ff. orum ſicut & in l. 2. C. de reſcin. vend. dicentes omnes ibi, quod † æſtimatio fit per peri- 13
tos, & per Alex. *in l. pretia rerum. ff. ad leg. fal.* Card. *in cle. 1. q. 13. de homic. gloſſ. in c. presbyterorum. eo. tit.* Rol. à Val. *conſ. 30. nu. 26. volum. 3.* Secunda ratio, quod adamas Inſtrumenti, & Scripti non ſit idem, nec vnus, ſed duo, comprobatur: nam cum Menda prius † vendidiſſet Bichiaco, vt in inſtrumento, ſicq; 14
dominium illius tranſtuliſſet in Bichiacũ, *l. ex empto. in prin. ff. de action. empt.* non potuiſſet Menda poſtmodum illum met hypothecare D. Iſaac in Scripto: quia † debitor cenſetur ob- 15
ligare tantum bona, pro iure, quod in eis habet, & non aliena, *l. qui tabernas. ff. de contrah. empt.* & in hypotheca eſt textus, *in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign.* vbi † ſocius, dans rem communem 16
in hypothecam ſolum cenſetur partem ſuam dare, non autem alienam ſocij. Crau. *conſ. 493. nu. 4.* vnde cum Menda valide obligauerit adamantem in Scripto D. Iſaac, ſicque de iure præſumi debeat. *l. quoties. ff. de reb. dub. & ff. de verb. oblig.* † quæ 17
præſumptio validitatis actus potentior eſt, & ſuperat omnes alias præſumptiones, vt not. Doct. *in c. quoniam Abbas. colum. 6. de offic. delega. & conſ. 344.* Pariſ. *conſ. 80. num. 51. volum. 3.* Cæph. *conſ. 294. num. 45.* Rol. à Val. *conſ. 61. num. 27. vol. 3.* & ego *conſ. 296. num. 61.* ſequitur cum obligaſſe D. Iſaac adamantem diuerſum ab eo, quem prius vendiderat Bichiaco, nec aliter dici poteſt. Tertia ratio quoque ſuccedit ad demonſtrandum diuerſitatem adamantis in Scripto deſcripti, a contento in Inſtrumento: nam † diuerſitas cohærentiarum in- 18
ducit diuerſitatem rerum. *l. ſi in rem. in fin. ff. de rei vend. l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſt.* per quæ iura ſic arguit Natta *conſ. 429. num. 12.* ſed prius eo notant Ang. & Scribentes *in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1.* & D. micus Riminal. *conſ. 429. num. 4.* ſicut etiam videmus, quod † diuerſitas alicuius qua- 19
litatis operatur, vt vnus actus ab alio differat. *l. aut qui aliter. in princip.* vbi Bartol. *ff. quod vi, aut clam. l. fina.* & ibi Bartol. *ff. eo.* Alba. *conſ. 42. num. 5.* ſed adamas Scripti, cohærentiam ponderis habet 27. caracterum Turcheſiorum, qui, ſecundum teſtes partis aduerſæ peritos, ponderum Leuantis, faciunt pondus vnius ſcuti, cum dimidio Veneti, minus vno grano, & duobus tertijs alterius grani, ita vt ſubiungant, quod inter 27. caracteres Turcheſios, & vnum ſcutum cum dimidio, minus vno grano, differentia ſubſit duorum tertiorum vnius grani, quibus minus ſunt caracteres 27. Turcheſij, adamas vero, de quo in Inſtrumento, cohærentiam ponderis habet vnius ſcuti aurei, cum dimidio, minus vno grano, & ſic apparet plus duobus tertijs vnius grani ponderoſum fuiſſe contento in Scripto: igitur fateri oportet, eos eſſe diuerſos adamantes, & non eundem, alias Inſtrumentũ, & Scriptum inuicem repugnarent, ſi de eodem adamante loque-

loquerentur, aut intelligerentur, quod dici non debet: quia
20 gratia † euitandæ contrarietatis ſcripturarum, præſumitur
pluralitas actuum, quæ alias non præſumeretur. *ca. cum Ioannes. de fid. inſtr.* Dec. *in l. 2. num. 4. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. cum ſim.*
per Cæph. *conſ. 540. num. 112.*

Quarta ratio me quoque mouet, ad dicendum, quod Inſtrumentum de vno adamante ſit intelligendum: Scriptum
vero de alio diuerſo: quia adamantes, & aliæ Gemmæ ſunt
multiplicabiles, & plures reperiuntur penes mercatores, qui
21 de ipſis profitentur, vt † experientia docet, rerum magiſtra,
22 Corn. *conſ. 144. num. 4. volum. 2.* ſed † vbi res, vel actus multiplicari ſolent, præſumitur earum, vel eorum pluralitas, vt declarat Dec. *in cap. in præſentia. de proba. num. 13.* dans exemplum
23 poſt Ioan. Andr. & alios *in c. auditis, de præſcr.* de eo, qui † conduxit equum, quod non releuetur, ſi probet equum fuiſſe
mortuum in itinere, niſi probet, & ſpecialiter deducat, quod
equus mortuus ſit ille met, quem conduxit, quia equi multiplicantur, & ideo pluralitas eorum præſumitur, idemq; Dec.
ponit *conſ. 13. num. 9.* quod ſecus eſſet in re, vel actu non multiplicabili: Et iſta videtur fuiſſe diſtinctio Baldi, *in l. edita. colu. fin. C. de eden. in repe. Paduana,* quem refert, & ſequitur Iaſon
in l. eum qui. §. in popularibus. in fin. ff. de iureiuran. & aliud exem-
24 plum ponit Ruin. *conſ. 12. num. 5. volum. 5.* vbi loquens † de teſtibus, deponentibus de actu piſtorum, vel laniorum, qui
frequentantur, & multiplicantur ex natura ſui exercitij, &
ideo de facili præſumitur, quod non deponant de eodem
actu, ſed de diuerſo, ſequor ego *conſ. 208. num. 10. & conſ. 616. num. 15.* vnde ſic in caſu noſtro dici debet, quod Inſtrumentum, & Scriptum, de adamante loquentia, de diuerſis ſint
intelligenda, veluti de rebus ſui natura multiplicabilibus,
& ex his rationibus, tam veriſimilibus, ad concludendum
diuerſitatem adamantum Inſtrumenti, & Scripti, nedum
reſultat præſumptio, quod ita ſit: imo vero plena probatio,
25 quia † vnum veriſimile additum pluribus alijs veriſimilibus
inducit plenam probationem, ſecundum Bald. *in l. ſi creditoris. in lectura antiqua. C. de fideicom.* quem citat Socin. *conſ. 149. colum. penult. in fin. volum. 1.* Marſil. *ſingul. 396.* Crauet. *conſ. 61. colum. fin.* & ego quoque dixi *conſ. 23. num. 299.* quibus bene
deſeruit doctrina Baldi, poſt Oldrad. *in c. cum cauſam. colum. 2.*
26 *de prob.* dicens, quod ſi vna † probatio influit in aliam, & conferunt in idem teſtes, non dicuntur ſingulares, ſed cõteſtuales, & conferentes, ad eliciendam vnam concluſionem, &
tunc quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, citat textum,
in l. qui ſententiam. in verſ. concordantes in vnum finem. C. de pœnis.
ſequitur Iaſon *in l. admonendi, num. 255. ff. de iureiur.* & ego dixi
conſ. 207. num. 39. quare ſic de rationibus prædictis quæ concurrant in caſu noſtro dici debet, vt conferant ad concludendum, quod Inſtrumentum, & Scriptum, de diuerſis adamantibus ſit intelligendum omnino.

Intentione D. Iſaac ſic optime fundata, ſupereſt ea, quæ
dicuntur ex aduerſo, confutare, quo veritas magis clareſcat:
27 ad quod peragendum, præmitto, quod † quando quis habet
præſumptionem contra ſe, nedum fortiores probationes
pro illo requirantur: ſed debeant eſſe apertiſſimæ, taleſque
teſtes eſſe debent, de quibus non ſit aliqua veriſimilis dubitatio, quod debeant deierare, ita voluit Abb. *conſ. 11. 2. dubio. vol. 1.* gloſſ. & Dd. *in l. tranſactione. C. de tranſ.* Soc. *conſ. 263. col. 6. verſ. 2. reſpondeo. vol. 2.* Iaſ. *in l. ſi extraneum. nu. 6. ff. de cond. ob cauſam. & in l. ſciendum. col. 5. ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ. 105. colum. 3. conſ. 173. col. 5. conſ. 177. colum. 1.* Curt. iun. *conſ. 52. colum. 3.* Crau.
conſ. 75. num. 12. & conſ. 134. ſicut & ego *conſ. 31. num. 52.* At teſtes
inducti per Bichiacum, non ſunt tales, vt ei deferendum ſit,
aduerſus tot veriſimiles rationes ſupra relatas pro do. Iſaaca
Igitur ei nullo modo repugnare non debent: probatur, nam
deponunt de auditu a Bichiaco, & Menda, quorum ſecundus
primo vendidit adamantem, quem vnicum, & eundem ſuppo-
28 ſuit vterque, ſicut enim † eis credendum non eſſet in cauſa
propria. *l. omnibus. C. de teſti. cap. nullus. eo. tit.* ita nec credi de-
29 bet teſtibus dicentibus ſe ab eis audiuiſſe, quia † teſtibus
non creditur, quorum repelluntur auctores. *cap. licet ex quadam. d. teſti. c. fraternitatu. de hæret.* Oldr. *conſ. 69. col. 2.* Caſtren.
30 *conſ. 184. col. 1. conſ. 199. colu. 2. volum. 2.* eſſet enim † abſurdiſſimum, ſi non creditur originali, id eſt auctori alicuius famæ,
vt credatur eius copiæ, id eſt his, qui ab auctore dici audiuerunt. *l. 1. ff. de fid. inſtr. cap. 1. eo. tit. §. ex hoc inſuper. in auct. vt ſponſ. larg.* & ponit Crau. ſic arguens, *conſ. 41. num. 11.* & ego dixi *conſ. 83. num. 22.* Tantoque minus dictis teſtibus eſt adhibenda fides, quod eorum plerique dicant ſe audiuiſſe à prædictis,
poſt hanc litem motam, quo ſtante, nec quidẽ præſumptionem faciunt, cum ſic in fraudẽ dici potuerit, vt ponit Arch.
in c. 1. 35. q. 6. Dec. *conſ. 82. col. 1.* Pariſ. *conſ. 53. num. 2. volu. 4.* Curt.
iun. *in l. 1. num. 59. ff. ſi cer. pet.* & Crau. *conſ. 112. num. 12.* quos ego
retuli *conſ. 52. num. 154.*

Tertio quoſdam † dictorum teſtium perpendo, qui ſata- 31
gunt, negatiuam vagam, non coarctatam loco, & tempore,
dicentes, quod nunquam intellexerint loqui de duobus adamantibus, datis per Mendam Bichiaco, quo ſtante dicuntur
ſuſpecti de falſo. Bald. *in l. actor. C. de prob.* Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis ius*
dicen. col. 4. Crau. *conſ. 9. col. 2. & conſ. 75. num. 25.* † quinimo ta- 32
les in lata culpa cenſeri tradit Curt. *in tract. de teſti. concl. 24.*
nu. 48. & vt inquit Ang. *in l. pen. §. docere. ff. ne quis eum.* † cauere 33
debet teſtis, tanquam ab igne, ne deponat ſuper mera negatiua, non coarctata, ne incidat in falſum, ſequitur Natta *conſ. 283. num. 5.*

Quarto conſidero, quoſdam ex eis dicentes, ꝙ † tam certo 34
ſciant, Mendã non contractaſſe, niſi vnam adamantem cum
Bichiaco, ſicut Deus eſt ſolus, quod dictum, quam ſit animoſum, patet omnibus, eoſque ſuſpectos reddit, vt per Auch.
conſ. 227. col. 3. cum ſimil. per Crau. *conſ. 2. n. 6. & conſ. 249. nu. 4.*
Gram. *conſ. 12. n. 14.* Criminal Men. *conſ. 31. num. 27. & conſ. 249. nu. 21.* & Gra. *reſpon. 59. num. 27. vol. 2.*

Sed vltra dicunt aliud, quod eſſet multum difficile, & quaſi
impoſſibile reperire in toto mundo, vnum adamantem eiuſdemmet ponderis, & ſortis. hoc enim nullo modo videtur
eſſe veriſimile, cũ mundus ſit amplus, & late patens, & ego,
qui totum mundum non peragraui vidi Ferrariæ manens, in
ingreſſu Sereniſſimi Ducis noſtri, Sereniſſimæq; ſuæ coniugis, & Duciſſæ, in Coronis eorum, Sceptro, & enſe, veſtibusq;
mirum in modum precioſis, plures adamantes, & alias gemmas, auro contextas, omnino ſimiles, eiuſdemq; magnitudinis, ordinate poſitas ſic vt eiuſdem ponderis ad oculũ vide-
bantur, † vnde quod nos omnes vidimus hic, vt veriſimilius 35
attendi debet, quam quod prædicti deponunt nõ veriſimile.
l. ob carmen. §. fi. ff. de teſt. c. in noſtra. eo. tit. Bal. *in l. teſtium. col. pen. C. de teſti.* Ab. *in c. cum oporteat. col. fin. de accu.* Alex. *conſ. 10. col. 6.*
Cor. *conſ. 123. col. 2. vol. 4.* Iaſ. *conſ. 13. col. 4. vol. 3. & conſ. 137. col. 5.*
vol. 4. Crau. *conſ. 6. num. 65. & conſ. 400. nu. 32.* † Teſtibus enim 36
deponentibus non veriſimile, iudex non debet credere, Fel.
in c. auditu. col. 13. de præſcri. Cur. iun. *conſ. 37.* & Cra. *cõſ. 134. n. 37.*

Quinto me minus mouent illi teſtes, qui dicunt, quod in
Natione publice dicebatur, quia potuit eſſe, quod vnus homo publice diceret, ita Bartol. *in l. de minore. §. plurimum. col. 5. verſ. ſed quid ſi dixit. ff. de quaſt. & in l. 3. §. eius quoque. ff. de teſti.*
Dec. *conſ. 57. num. 4. & in c. 1. de app.* D. meus Rimin. *conſ. 289. num. 30.* Marſ. *conſ. 38. nu. 12.* & late Crau. *conſ. 41. ſicut & conſ. 621. ſub num. 11. verſ. conſequens.* & ego *conſ. 218. num. 34.* plures cu-
mulans † & ad probandam famam, multa requiruntur, vt, 37
quod eſſet apud maiorem partem hominum, *§. plurimũ n. 14. & 19.* Alexand. *conſ. 72. num. 7. vol. 1.* Cra. *d. conſ. 41.* & Clariſſ. D.
meus Ludouicus Catuſ. *conſ. 99. num. 35. tomo 1. Criminal.* quod
originem † habuerit à perſonis honeſtis, & fide dignis, Bart. 38
in d. §. plurimum. num. 15. Crau. *d. conſ. 41. & conſ. 249. colum. fina.*
D. meus *in d. conſ. 99. num. 35.* † item, quod teſtes ſint omni ex- 39
ceptione maiores, Cra. *d. conſ. 249. num. 14.* & quod reddant
rationem ſui teſtimonij, licet non interrogati, D. meus de
quo ſup. quos omnes recenſet Men. *conſ. 480. colu. fin.* Quibus
addo pulchrius vnum, quod cum hic de dominio tractetur,
& ſic de graui præiudicio; quia ſi eſſet vnus adamas tantum,
quia Menda vnum tantũ habuiſſet, & non duos, hic de quo
agitur, totus eſſet Bichiaci, & D. Iſaac excluderetur, cum
graui eius præiudicio, ſcut. 3000. Itaq; non † ſufficit proba- 40
tio per famam in re iſta, quæ memoriam hominum non
excedit, ſed recens eſt, vt tradunt Mod. *in cap. veniens. 1. de teſti.* Bart. *in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.* &
pulchre ponit Aret. *conſil. 103. num. 1.* quare vani ſunt dicti
teſtes.

Sexto,

Google

41 Sexto, parum curandus eſt quartus teſtis † de auditu de-
ponens, à Meoda, & Bichiaco, qui ſunt pars, quiq; ſalariatus
eſt Bichiaci, & ei multum affectus; tot enim defectus cum
42 repellunt, quia ſicut † plura adminicula ampliant probatio-
nem, ita plures defectus eam annihilant, vt tradit Soc. *conſ. 118.
vol. antep. verſ. poſtremo. vol. 1.* Marſ. *Sing. 385.* Grat. *reſpon. 59. n. 41.
vol. 2.* Gram. *conſ. 45. num. 22.* Pariſ. *conſ. 2. n. 83. vol. 4.* Rol. à Vall.
conſ. 24. nu. 61. vol. 1. & conſ. 98. nu. 46. vol. 4. me citans conſ. 66. n. 38.
vbi addo Menocb *de arbitr. iud. lib. 2. caſu. 92. nu. 7* & idem dixi
conſ. 113 nu. 30. vbi ſubiunxi, hanc concluſionem eſſe adeo ve-
43 ram, quod † licet alias teſtes inhabiles admittantur, quando
veritas aliter haberi non poteſt, ex natura actus, vel negocij,
ſecundum Butr. & alios, *in c. tertio loco, de prob.* vbi Dec. *num. 4.*
44 & alij, quos cumulaui, *n. 31.* † tamen id non procedit, quando
teſtes paterentur plures defectus, & ſic multipliciter eſſent
inhabiles: Ita Marſ. *conſ. 102. nu. 12.* Barb. *conſ. 54. coln. 9. volum. 1.
conſ. 65. vol. 4. vol. 4.* Cæph. *conſ. 65. nu. 28.* Gram. *conſ. 45. num. 22.
& conſ. 58. num. 12.* D. meus Lud. Catus *conſ. 99. num. 26. lib. 1. Cre-
mon.* & Rol. à Vall. *conſ. 3. num. 51. vol. 3.* qui me citat *conſ. 105. n. 18.*
& exemplis confirmat, de quibus per eum.

Septimo, venio ad quintum teſtem, qui facit pro D. Iſaac,
ſi diligenter perpendatur; nam deponens de adamante 27.
carracterum, dicit ſe intellexiſſe à Menda, quod cum contra-
ctauerat cū Bichiaco, pro vellutis, pecunijs, & altre bagaglie,
in un bazaro: hic enim eſt adamas Scripti, hypothecatus D.
Iſaac. quoniā contractus in inſtrumento, datus fuit Bichia-
co, per Mendam, receptis tantum drapis ſericis preciatis:
45 hæc enim † diuerſitas rerum nominatarum, datarum pro
adamante Scripti ab illis, de quibus in inſtrumento, arguit
diuerſitatem adamantis Scripti, ab adamante inſtrumenti. *l. ſi
idem. C. de codicil.* Soc. iun. *conſ. 159. nu. 20. vol. 2.* Cæph. *conſ. 465.
num. 35.* & Decian. *reſp. 22. num. 3. vol. 1.*

Octauo ſupereſt vndecimus, miſſis intermedijs, in quibus
lis non verſatur, ſuper quo conſiderandum eſt, quod fuit
proxeneta, inter Mendam, & Bichiacum, ſuper adamante
inter eos contractato, dicens, quod fuerit Senſale, & meza-
46 no, id eſt, proxeneta, & mediator: † mediator enim nihil aliud
eſt, quam proxeneta, vt tradit, & declarat Azo *in ſumma. C. de
ſponſal.* D. meus Rimin. *conſ. 392. nu. 11.* & Decian. *reſp. 55. n. 20.*
47 *vol. 2.* & † hi (vt ille ſubdit) dicuntur illi, qui explorant volun-
tates hominum, an, & quomodo velint contrahere, & con-
48 tractus ipſos, & contrahentes ad concordiam reducere, † &
ſi in teſtes producti ſint, non probant. *Gloſſ. in §. quoniam vero
legem, in verbo prohibitione. in auct. de teſti.* Cyn. *in l. omnibus. C. de
teſt.* Alber. *in l. ſi tibi. §. pactum. ff. de pact.* Ang. *in l. debet. ff. de edil.
edict.* Butr. *conſ. 24. col. pen. verſ. quæſtio hæc dubia.* Anch. *conſ. 331.
col. 2. vol. 4.* & etiam Imol. *conſ. 134.* Fulg. *conſ. 10. col. 2.* Caſtren.
conſ. 250. vol. 2. cum ſimil. quos cumulat Decia. *in d. reſpon. 55.* &
49 inter cæteros Soc. iun. *conſ. 12. nu. 17. col. 2.* qui dicit, † eſſe com-
50 munem. † Idque, niſi teſtificentur vtraque parte volente, vt
late tradit Alex. qui dicit eſſe magis comm. *conſ. 18. col. 6. vol. 4.*
Ruin. *conſ. 34. in prin. vol. 4.* D. meus Rim. *conſ. 145. nu. 2.* & per
me, *in addi. ad eum,* † & ratio quare proxeneta non admitta- 51
tur, niſi cum dicto temperamento, ea eſt, quia cenſetur de-
ponere quodammodo pro proprio commodo, ex quo for-
te præmium recepit, vel ſperat recipere, pro officio imparti-
to, vel ſi non recepit, nec ſperat, precium tamen præſumitur,
quod affectet compleri, quod incepit. *arg. l. fin. C de aſſeſſ.* ita
dictam rationem aſſignat Ioan. Andr. quem citat Corn. *con-
ſil. 63 num. 9. volum. 1.*

Rurſus, vt inferius ſubdit, dictus teſtis 11. † amicus eſt, & 52
conſanguineus Bichiaci, domeſticusq; domus ſuæ, & procu-
rator eius ad exigendum pecunias Piſauri, vnde non mirum,
ſi dictus teſtis non debuit admitti, reclamante D. Iſaac; quo-
niam † teſtes inhabiles, quando veritas aliter haberi non po- 53
teſt, tunc demum admittuntur, illo conſentiente, de cuius
præiudicio tractatur, vt notat Felin. *in c. fin. poſt medium. de te-
ſti. cogen.* quem pro ſingulari refert, & ſequitur Boſſi. *de indic.
& conſ. ante torturam num. 169.* & ego *conſ. 175. num. 35.* Et cum
myſterio dixi, quod ille teſtis, amicus eſt, conſanguineus, do-
meſticus, & procurator Bichiaci: quia licet regulariter † ami- 54
cus admittatur in teſtem pro amico, tamen ſecus eſt, ſi præ-
ter amicitiam concurrat alia ratio, vel impedimentum, Bald.
in l. vos. C. de teſti. ſequitur Andr. Sicul. *conſ. 75. colum. 4. volum. 4.*
Marſ. *conſ. 102. num. 12.* Gramma. *conſ. 45. num. 23.* Grat. *reſp. 59.
nu. 41. vol. 2.* de quibus memini *Inſt. quib. alie. licet in prin. n. 242.*
quibus alios addidi *conſ. 269. num. 91.* & comprobaui, prout vi-
deri poteſt ſine repetitione.

Nono, non prætereo, quod inquit dictus teſtis 11. vnum
ſcutum auri cum dimidio, minus vno Grano eſſe idem pon-
dus 27. carracterum Turcheſiorum, nec eſſe aliquam diffe-
rentiam, nam diſcrepat ab alijs teſtibus, qui volunt 27. carra-
cteres Turcheſios eſſe ſcutum vnum auri cum dimidio mi-
nus vno Grano, & duobus tertijs alterius Grani, in quibus
duobus tertijs ſtat differentia, tales ergo † variationes, & 55
contrarietates, operantur, vt huic teſti, & alijs non credatur.
Leos, in prin. ff. de falſ. l. qui falſa. ff. de teſti. Ruin. *conſ. 149. num. 23.
volum. 5.* Gramma. *conſ. 26. num. 20.* & Menocb. *conſ. 199. nu. 24.*
cum † potiſſime tales variationes, & contrarietates ſint ſuper 56
circumſtantijs, tangentibus negocium principale, & illi co-
hærentibus, vt per Ruin. *conſ. 150. num. 9. volum. 5.* nam vt ada-
mas eſſet idem, & vnus, non deberet eſſe diuerſitas in pun-
ctis, nec in pondere, de quib. diuerſimode teſtes deponunt:
ideo non probant identitatem.

Decimo, & vltimo, non eſt elaborandum ſuper 12. teſte,
cum † plura mendacia dicat, quæ deteguntur ex facto, & 57
proceſſu, ideoque debet in totum vitiari, propter iuramen-
tum, quod eſt indiuiduum, vt per Bart. Bald. Sal. & alios *in l. ſi
ex falſis. C. de tranſact. cum ſimil.* per Marſ. *conſ. 31. num. 35.* Nat-
tam *conſ. 315. num. 4.* & D. meum Rimin. *conſ. 277. num. 8.* quare
ſublatis contrarijs, remanet intentio D. Iſaac nitida,
primaque ſententia pro ea lata, venit de iure
confirmanda. *Hippol. Rimin.*
Ferrariæ.

Libri Septimi & vltimi Conſiliorum Hippolyti Riminaldi,

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM, QVAE IN SEPTEM LIBRIS CONSILIORVM HIPPOLYTI RIMINALDI REPERIUNTUR:

prior numerus Conſilium, ſecundus, numerum marginalem denotat.

A

Abbas non habet ampliùs poteſtatem in Monachum, qui de eius licentia iam tranſiuit in aliud Monaſterium, conſ. 342. nu. 24. ſecus tamen ante tranſitum, nu. 25.
Abbas non poteſt præiudicare Abbatiæ contrahendo, conſ. 368 num. 18. nec Prælatus in quæſitis eccleſiæ ſuæ, num. 19.
Abbas Pompoſianus dicitur habere ſedem ordinariam, & exercet iuriſdictionem Epiſcopalem temporalem, conſ. 581 nu. 34. 37. 52.
Abbati cõceſſum, quę competunt Epiſcopo in omnibus & per omnia, non tamen veniunt, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, conſ. 59 nu 93.
Abbates Ciſterſienſes priuilegiati, ne de nouabibus decimas perſoluant, non poſſunt extendere illud priuilegium ad terras acquirendas, conſ. 679. num. 82.
Abiuratio quomodo intelligatur facta vt noceat reo, alias dicitur nulla, conſ. 686. num. 25. 29.
Ablatiui abſoluti faciunt cõditionem, conſ. 29. nu. 33. c. 52. nu. 6. c. 37. nu. 9. c. 23. nu. 219 c. 99. nu. 17. c 5. nu. 24 c. 9. n. 48. c. 1 c t. n. 12. c. 332. n. 14. c. 239. n. 56. 59. c. 263. n. 12. c. 276. n. 7. c. 409. nu. 59. c. 412. no. 85. c. 558. n 198. c. 551. n. 72. c. 533. num 72. c. 533. num. 1. c. 567. num. 42. c. 681. num. 2c. c. 721. num. 8. c. 755. num. 54. c. 781 n. 71. licèt interueniat verba modum denotantia, c. 29 n 31. potiſſimè facti per participium, c. 239. n. 58. c. 79. n 80. c. 55. n 30. c. 747 n 28 & 29 nec minus faciunt conditionem expreſſam, quam dictio (ſi) conſ. 112. n. 93. c. 276. n. 8 c. 281. nu. 23. c. 747. nu. 31. & 42. qua deficiente actus ille non attenditur, conſ. 281. n 26 c. 321. n. 21.
Ablatiui abſoluti tacitam habent conditionem c. 6. n. 35. c 639 n. 41 & magis accedunt diſpoſitioni, quàm expreſſa conditio, c. 651. n. 26 & tunc demum diſponunt, quando proferũtur ab eo, qui pro libitu poterat diſponere, conſ. 661. n. 47. 48. maximeque quando ſunt prolati affirmatiuè, non autem negatiuè, c. 651. n. 26. & licèt vim habeant conditionis æqualiter, vt dictio (ſi) tamen magis accedũt, ad diſpoſitionis naturam, quàm dictio (ſi) c. 661. n. 47 48. c. 285. n. 68. & vbicunq; important executionem quandam circa rem, in qua inducitur fideicommiſſum, tunc inducunt diſpoſitionem, ſecus quando ſimpliciter important quandam denominationem perſonæ conditionaliter prolatæ, ibid. & vt inducant diſpoſitionem, oportet, quod id dependeat à voluntate teſtatoris, ibid.
Ablatiuus abſolutus, (ſtante in vitá viduali) exponitur, id eſt, donec ſteterit, conſ. 747. n. 38.
Abortiui neq; nati neq; procreati reputantur, conſ. 263. num 7.
Abſens perſonaliter propriè dicitur abſens, conſ. 74. n. 23. & quæ fiunt in ciuitate, præſumitur ignorate, n. 24.
Abſens non dicetur, qui reliquit in ciuitate domum, filios & vxorem, c. 74. nu 53.
Abſens excuſatur à nõ petita in veſtitura, conſ. 1. n. 5.
Abſens an reſtituatur aduerſus pręſcriptionem ſtatuti, conſ. 3. n. 23.
Abſens mittere debet procuratorem in ciuitatem ad interrumpendam præſcriptionem, conſ. 74. n. 57.
Abſens & infirmus æquiparantur, conſ. 409. n. 24.
Abſenti ion non quæritur ante ratificationem, conſ. 208 n. 32. c. 37. n. 42. nec poſſeſſio vigore conſtituti, n. 43. nec ei competit remedium reintegrandę, n. 44.
Abſenti magis ſuccurritur quàm minori, conſ. 801 c. 21. cum ſeqq. & quando ignorantia excuſet & non, ibid. n. 25. 26.
Abſentes obligantur ſtatutis intra tempus arbitrio iudicis moderandum, conſ. 96. n. 3.
Abſentia potiùs quàm præſentia præſumitur conſ. c 12 n. 199.
Abſentia alicuius in dubio præſumitur in bonam partem. conſ. 648. n. 9.
Abſentia in materia præſcriptionis conſideratur ratione domicilij, conſ. 74. n. 53.
Abſentia pręſumitur inhabitante alibi, conſ. 17. n. 13.
Abſentia in ſtatuto præſcriptionis de perſonali intelligitur, conſ 74. n. 2c.
Abraſio eſt facienda per cancellarium vel officiales curiæ, in quantum cuiq; eſt ratione officij commiſſum, aliàs alij eſſent falſarij. conſ. 689. n. 54. & in curia eſt canon latæ ſententiæ contra quemcunq; alium quàm officialem, qui quicquam, etiam vnam literam abraſit, deleuit, vel mutauit, ibid & debet officialis ille ſaltem atteſtari, quod ipſe talem abraſionem aut mutationem fecerit, ibid n. 55.
Abſolutoria, quia non probata, an pariat exceptionem rei iudicatæ ſi de eodem crimine quis accuſetur, conſ. 495 n. 18.
Abſolui quis poteſt in cauſa neceſſitatis, vbi non poſſet, ea non extante, conſ. 58. n. 40.
Abſolutio à iuramento poſt periurium incurſum non prodeſt, conſ. 165. n. 50. c. 208. num. 77. 78.
Abſolutio à iuramento peti poteſt, non obſtante renunciatione, in qua enormiſſimè ſit læſus, conſ. 342. n. 114. c. 54. n. 50.
Abſolutio à iuramento peti poteſt, licèt quis iurauerit eam non petere & impetrata non vel, & de ratione, conſ. 178. n. 9.
Abſolutio à iuramento, ad finem agendi, concedi poteſt, parte non citata, conſ 5. n 151. & facta a ſummo Pontifice non eſt de eius viribus diſputandum, ibid n. 152.
Abſolutio à renũcia facta cũ iuramento, omni iure & legum auxilio peti poteſt, ibid. num. 149.
Abſolutio à iuramento poſt terminum ſolutioni præfixum non prodeſt, conſ. 188. nu 8. nec peti poteſt, nec concedi parte non citata, ibid n 9. & nulla eſt, iudici non capeſſa de lapſu termini, ibid. n. 10. vel iniuſta conceſſa, nõ citato creditore, ibid. n. 11. eſtque communis opinio, n. 12. & Iudex ſecularis de tali nullitate vel iniuſtitia cognoſcere poteſt, n. 13.
Abſolutio prius à iuramento peti debet, quàm quod quis agat, conſ. 87. n. 5.
Abſolutio conceſſa à iuramento, non præmiſſa cauſæ cognitione, eſt nulla, conſ. 203. num. 79. c. 693. n 42. vt immediatè poſt petitionem conceſſa, ibid. n. 85. licèt quidam dicant reſpectu citationis omiſſæ, ibid. n. 80. ſed communis eſt, quod non requiratur, ibid. n 81 82. & magis praxi conueniens, n. 83. & ex temporis breuitate noſcæ cognitio non dicitur interueniſſe, conſ. 693. n. 42. nec creditur vicario dicenti, (viſo dicto inſtrumento, & viſis videndis) alio nõ apparente, & in dubio, ibid. & dicitur nulla, vti ſubreptitia, cum conciſè nimis fuerit petita, non facta mentione teſtamenti vel neceſſariorũ, ibid. & dicitur nulla, cum allegetur læſio & circumuentio, & apparet contrarium, quod ſponte id fecerit, ibid. n 48.
Abſolutio & pactum de non petendo quid operetur, & abſolutionis verba reſtringuntur ad ſuam cauſam, conſ. 214. n. 52.
Abſolutio ab omni eo & toto, quod ex cauſa contractus quis petere & conſequi poſſet, comprehendit pretium rei venditæ, conſ. 552. num. 5.
Abſolutus ſemel non debet de eodem moleſtari, conſ. 495. n. 12. conſ. 309 n. 12.
Abſolutus generaliter an dicatur abſolutus à traditione effectuali poſſeſſionis, conſ. 304. num. 12.
Abſtinens ſe ab hęreditate, & interrogatus poſtea, ſe hæredem dixerit, pro hærede habetur in ſui damnum, conſ. 766 n. 20 Et efficitur verus hæres, vt teneatur ad omnia onera, non quod habeat commoda, conſ. 766. n. 3.
Abſurditas in quacunq; diſpoſitione fugienda, conſ 322. n. 7. conſ. 351. n. 67. conſ. 442, n 12. conſ. 502. n. 87. conſ. 544. n. 93. conſ. 642. n. 8. conſ. 701. n. 27. conſ. 818. n. 25. conſ. 37, nu. 16. conſ. 243. n. 16 conſ. 244. n. 7.
Abſurditas quando non cõſiderãda, conſ 458. n 60 conſ. 244. n. 7. in deciſ. Rotæ Bononienſ. n. 48. 53 87. conſ. 253 n. 34.
Abſurdi vitandi cauſa licet à proprio ſignificatu recedere, conſ. 674. nu. 66 conſ. 544. nu. 94. conſ. 497 n 68.
Abſurdum eſt, quem eſſe & nõ eſſe dominum ſimul, conſ 630. n. 2.
Abſurdum vnum magis toleratur, quàm aliud abſurdius, conſ. 610 n 39.
Abſurdum eſt, quod aliquis faciat ſeruitiũ mihi antequam velim, conſ. 653. n. 46.
